


A n° 34



**DECIMVS TOMVS**  
OPERVM DIVI AVRELI AVGVSTINI HIP-  
PONENSIS EPISCOPI, CONTINENS RELIQVA  
tractata apud populum, quorum summam indi-  
cabit hæc pagina versa.



PARISIIS,

IN AEDIBVS YOLANDAE BONHOMME,  
via ad diuum Iacobum, sub signo Vnicornis.

*Fray Garcia de Ribera*





**A** **AVRE**

LII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE verbis domini saluatoris.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM MATTHAEVM.

Matth. 4. De eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum: Tractatus ac sermo primus.

Matth. 16. **B**EVANGELIVM AVDI-  
vimus, & in eo dominum eos arguentem qui faciem caeli volunt probare, & tempus fidei regni caelorum appropinquantis nesciunt invenire. Iudeis autem hoc dicebat, sed etiam ad nos sermo pervenit. Dominus autem ipse Iesus Christus Evangelij sui praedicationem ita coepit, Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Et Ioannes Evangelista Apostolus eius, & similiter & Ioannes Baptista praecursor ipsius ita coepit, Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Et modo corripit eos dominus qui nolunt agere poenitentiam, appropinquantem regno caelorum. Regnum caelorum, sicut ipse ait, non venit cum observatione: & iterum ipse ait, Regnum caelorum, intra vos est. Prudenter ergo accipiat unusquisque monita praecceptoris, ut non perdat tempus misericordiae saluatoris, quae modo impenditur quamdiu generi humano parcitur. Ad hoc enim parcitur homini ut convertatur, & non sit qui damnatur. Viderit deus quando veniet finis seculi: Est tamen modo tempus fidei: Finis seculi utrum hic aliquem nostrum inveniat nescio, & fortasse non inveniet. Tempus enim cuique nostrum proximum est, quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitreo, & tamen servatur & durat per secula? Et si enim casus vitreo vasi timentur, senectus ei & febris non timetur. Nos ergo fragiliores & infirmiores sumus, quia & casus omnes qui non cessant in rebus humanis, fragilitate utique nostra quotidie formidamus: & si ipsi casus non accedant, tempus ambulat, vitat homo istum, nunquid vitat exitum? Vitat quae extrinsecus eveniunt, nunquid quod intus nascitur pellitur? Denique nunc lumbricos gignunt interiora, nunc morbus quilibet subito occupat: Postremo quantumvis homini parcatur, novissime senectus cum venerit, non est quo differatur. Proinde audiamus dominum in nobis ipsis, agamus quod praecipit. Videamus quis est ille adversarius, de quo nos terruit, dicens, Si vadis cum adversario tuo ad principem, da operam in via liberari ab illo, ne forte tradat te principi, & princeps ministro, & mitteris in carcerem, unde non exies donec solvas novissimum quadrante. Quis est iste adversarius nisi diabolus? Iam liberati sumus ab illo. Quale precium pro nobis datum est, ut ab illo redimeremur? De quo dicit Apostolus de ipsa redemptione nostra, Qui eruit nos de Tomus decimus.

Matth. 4. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 3. Aduersarius est voluntatis tuae, O quam bonus adversarius, quam utilis adversarius, non quaerit nostram voluntatem sed utilitatem. Adversarius est nobis, quamdiu sumus & ipsi nobis. Quamdiu tu tibi inimicus es, inimicum habes sermonem dei. Esto tibi amicus & concordas cum illo. Non homicidium feceris, audi & concordasti. Non furtum facias, audi & concordasti. Non falsum testimonium dicas, audi & concordasti. Non concupisces uxorem proximi tui, audi & concordasti. Non concupisces res proximi tui, audi & concordasti. In his omnibus cum tuo isto adversario concordasti, dic mihi quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti, sed & te ipsum qui perieras invenisti. Via, vita ista est. Si concordaverimus cum illo, si consenserimus illi, finita est via, non timebimus iudicem, ministrum, carcerem. Quando finitur via, non omnibus una hora finitur. Unusquisque habet horam, quando finiat viam. Via, vita ista dicta est: finisti istam vitam, finisti viam: Ambulamus, & ipsum vivere accedere est. Nisi forte putatis, quia tempus accedit & nos stamus. Non potest fieri. Quomodo accedit tempus, accedimus & nos. Et non anni nobis accedunt, sed magis decedunt. Valde errant homines, quando dicunt, Puer iste adhuc minus sapit, accedunt illi anni, & prudens erit. Attende quid dixisti. Accedunt dixisti, Ego ostendo quia decedunt, cum tu dicis, accedunt: & audi quod facile probo, Putemus nos scisse annos ipsius ex quo natus est: verbi gratia, ut bene illi optemus, octoginta annos victurus est, perventurus est ad senectutem. Scribe octoginta annos. Vixit unum annum: Quot habes in summa? Quot tenes? Octoginta. Deduc unum. Vixit decem, septuaginta restiterunt. Vixit viginti, sexaginta restiterunt. Certe accedebant. Quid est hoc? Veniunt ut abeant. Anni nostri veniunt, inquam, ut eant. Non enim veniunt ut stent nobiscum, sed cum transeunt per nos, terunt nos & minus minusque valere nos faciunt. Talis est via in qua venimus. Quid facturi sumus cum

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

Matth. 19. Aduersarius noster sermo dei est cum peccamus.

AD LECTOREM.



Vae sine controverfia sunt Augustini, primo posuimus loco. Impudentissimum figmentum sermonum ad fratres in eremo agentes, in suum angulum reiecit, de quo suo loco nonnihil dicemus. In sunt & caeteris multa parum referentia phrasim & eruditionem Augustini, quorum aliquot notauimus.

CATALOGVS SERMONVM.

De verbis domini,	Euangelium audiuius.	fol. 2. colum. 2.
De verbis Apostoli,	Sancta & diuina eloquia.	55. colum. 1.
Homiliae 50.	Vocans genus humanum.	90. col. 2.
Homiliae de tempore,	Appropinquante iam.	127. colum. 2.
Homiliae de Sanctis,	Fratres charissimi.	255. colum. 1.
Ad fratres in eremo,	Fratres mei & latitia.	278. colum. 4.
Decem & septem Sermones & nonnulli alij.		316. col. 2.

FINIS.

*Por Comision de los señores inquisidores expurgamos este cuerpo conforme a Mercuratorio de V. M. de Cardenal Sagata en 17 de maio de 1632.*

*Handwritten signature and notes.*

G aduersario illo, id est, cum sermone dei? Concorda cum illo: Nescitis enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit, iudex restat & minister & carcer, vt si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatem, & cum eo confereris, pro iudice inuenias patrem, pro ministro seruo angelum tollentem in sinu Abraham, pro carcere paradysum, quam cito in via cuncta mutasti, quia tuo aduersario conuulsi.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est: & contra, Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis.

Sermo secundus.

SOLET multos mouere fratres charissimi, quod dominus noster Iesus Christus in sermone euangelico, cum prius dixisset, Luceat lumen uestrum coram hominibus, vt videant bona opera uestra, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est: postea dixit, Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus vt uideamini ab eis.

Turbatur enim mens paru intelligentis, & praecepto vtriusque obaudire cupientis, & per diuersa & aduersa distenditur. Tam nemo enim potest quantum vni domino obtemperare repugnantia iubenti, quam nemo potest etiam duobus dominis seruire: quod eodem sermone saluator ipse testatus est. Quid ergo faciet animus nutans, cum se obtemperare non posse existimat, & non obtemperare formidat? Si enim bona opera sua in luce posuerit hominibus intuenda, vt faciat quod praeceptum est, Sic luceat lumen uestrum coram hominibus vt videant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est, reum se teneri arbitrabitur, quia contra praeceptum fecit, vbi dicitur, Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, vt uideamini ab eis. Rursum que si hoc timens & cauens, ea quae bene facit absconderit, non se putabit seruire imperanti & dicenti, Luceat lumen uestrum coram hominibus, vt videant bona opera uestra. Qui autem recte intelligit, vtrunque implet & seruiet vniuersissimo domino, qui seruum pigrum non damnaret, si ea quae fieri nullo modo poterant imperaret. Audite enim Paulum seruum Christi Iesu vocatum Apostolum, segregatum in Euangelium dei, vtrunque & facientem & dicentem, Videte quemadmodum luceat lumen eius coram hominibus, vt videant bona opera eius. Commendamus, inquit, nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu dei: & iterum, Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus: & iterum, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Videte rursus quam attendat ne faciat iustitiam suam coram hominibus vt videatur ab eis: Opus autem suum probet, inquit, vnusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam & non in altero: & iterum, Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae: & illud quo nihil manifestius, Si adhuc, inquit, hominibus placerem, Christi seruus non essem. Sed ne quisquam eorum qui de praeceptis quasi repugnantibus ipsius domini moueatur, multo magis Apostolo eius ingerat quaestionem & dicat, Quomodo tu dicis, Placete omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo: & tu idem dicis, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem? adit ipse dominus, qui etiam in suo seruo & Apostolo

loquebatur, & aperiat nobis voluntatem suam, & tribuat obediendi facultatem. Ipsa quippe verba euangelica secum portant expositiones suas, nec intercludunt ora esurientium, quia pascunt concordia & pulsan- tium. Intentio quippe cordis humani quod dirigitur, & quod spectet intuendum est. Si enim qui vult videri ab hominibus bona opera sua, gloriam & utilitatem suam ponit ante homines, & hanc in conspectu hominum quaerit, nihil eorum quae de hac re dominus praecepit implebit, quia & attendit facere iustitiam suam coram hominibus vt videretur ab eis, & non sic eluxit lumen eius coram hominibus, vt ad hoc viderent bona opera eius, vt glorificarent patrem qui in caelis est. Se quippe voluit glorificare, non deum, & suam quaesivit utilitatem, non dilexit domini voluntatem, de quibus dicit Apostolus, Omnes enim quae sua quaerunt, non quae Iesu Christi. Itaque non illic sententia terminata est, vbi ait, Sic luceat lux uestra coram hominibus, vt videant bona opera uestra: sed continuo subiunxit cur faciendum sit, Vt glorificent patrem, inquit, uestrum qui in caelis est: vt homo cum bene faciens videtur ab hominibus intentionem boni facti habeat in conscientia sua, intentionem vero innotescendi non habeat nisi in laudibus dei, propter eorum quibus innotescit utilitatem: quibus hoc prodest vt deus placeat qui hoc praestitit homini, atque ita non desperent etiam sibi si voluerint hoc posse praestari: itaque aliam sententiam, vbi ait, Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus: non alibi terminauit, quam vbi dixit, Vt uideamini ab eis: nec addidit, Et glorificent patrem uestrum qui in caelis est sed potius addidit, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in caelis est. Hinc enim ostendit eos qui tales sunt, quales suos fideles esse non vult, in eo ipso mercedem querere quod videntur ab hominibus, ibi constituere bonum suum, ibi oblectare vanitatem cordis sui, ibi exinaniri & inflari, ibi tumescere & contabescere. Cur enim non sufficit, vt diceret, Attendite ne faciatis iustitiam uestram coram hominibus: sed addidit, Vt uideamini ab eis: nisi quia sunt quidam qui sic faciunt iustitiam suam coram hominibus, non vt videantur ab eis, sed vt ipsa opera videantur, & glorificetur pater qui in caelis est, qui eam iustificatis impiis donare dignatus est: Qui tales sunt, nec suam iustitiam deputant, sed eius ex cuius fide viuunt: vnde & Apostolus dicit, Vt Christum lucrificiamus & inueniam in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae per fidem Christi quae est ex deo iustitiam ex fide: & in alio loco, Vt nos simus iustitia dei in illo: vnde & Iudaeos ita reprehendit, Ignorantes, inquit, dei iustitiam & suam volentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti. Quisquis ergo ita vult videri ab hominibus opera sua, vt ille glorificetur a quo ea quae in illo videntur accepit, & sic ad imitandum bonum idem ipsi qui vident pietate fidei prouocentur, vere lumen eius lucet coram hominibus: quia lux de illo lumine charitatis radiatur, non superbie fumus euomit: & in eo ipso cauet ne iustitiam suam faciat coram hominibus vt videatur ab eis, quia nec suam deputat illam iustitiam, nec ideo facit vt ipse videatur, sed vt intelligatur quia laudatur in homine iustificato, vt faciat & in laudante quod laudatur in altero, id est, vt laudantem faciat esse laudabilem. Attendite & Apostolus cum dixisset, Placete omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo, quomodo non

K  
Philipp. 2.  
Matth. 5.  
L  
Matth. 6.

M  
Iustitia coram hominibus quomodo facienda est.  
Philipp. 3.  
2. Corin. 5.  
Roma. 10.

M  
Iustitia coram hominibus quomodo facienda est.  
Philipp. 3.  
2. Corin. 5.  
Roma. 10.

1. Corin. 10.  
ibi

Matth. 5.

Matth. 6.

Ybi supra.

Roma. 1.

1. Corin. 4.

2. Corin. 8.  
1. Corin. 10.

Gala. 6.

2. Corin. 1.

Gala. 1.

Gala. 1.

Matth. 7.

Matth. 5.

1. Retra. 18.

Matth. 19.  
1. alia, vis in vitam veni-  
re.

Roma. 2.

Ioan. 15.

A ibi remansit quasi ibi constituerit finem intentionis suae vt placeret hominibus: alioquin falsum dixisset, Si adhuc hominibus placere Christi seruus non essem: sed statim subiunxit quare hominibus placeret, Non quaerens, inquit, quod mihi vile est, sed quod multis vt salui fiant. Ita & non placebat hominibus propter suam utilitatem, ne Christi seruus non esset, & placebat hominibus propter illorum salutem, vt Christi esset dispensator idoneus: quia & illi coram deo conscientia sufficiebat, & de illo coram hominibus quod imitentur elucebat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui fecerit & docuerit sic, maximus uocabitur in regno caelorum. Sermo tertius.



M nobis pro officio competat dicere, vobis autem conueniat pro deuotione audire, quid tam necessarium tamque pertinens poterit vtriusque contingere, quam vt quod religiose dicitur & deuote auditur, obsequiis competentibus teneatur? Nam si religiosa non tacere lucrum est, tacere dispendium, quanto itaque potiora lucra poterint prouenire, cum operationis effectu monstratur quicquid magisteriis caelestibus & discitur & tenetur? Par etenim causa & docentem & audientem constringit, vt vtriusque professio sanctorum testificatione signetur. Et quauis dissimile sit doctoris discensque officium, tamen vtriusque debet sanctarum legum obsequium: vt iungantur factis qui separantur officiis, copulentur opere qui diuersi sunt nomine, & quos vocabula abinuicem separant, eos obseruantia praeceptorum fideliter ac deuote coniungat. Quare sic fit vt vtriusque diuersus sit actus, sed obseruantiae par sit necessarius in vtriusque effectus, vt factorum in ambobus conspiret assensus, quibus diuersus est in vocabulis sonus. In doctore enim molesta est causa, l. dicere, l. nec facere, praecipere, nec obseruare: in discente vero audire velle quod nolit implere, aures auditui accommodare, & ab opere voluntatem auertere. Ceterum qui facit quod docet, & qui quicquid imperat complet, maximus in caelestibus sententia domini declaratur. At vero qui quod dicit negligit, & qui quod audit contemnit, salutis reus existit, qui obseruanda contempnit, & pericula non vitauit. Amat enim mortem, qui vitae praecepta non seruat, & horret vitam qui peccata morti debita desperata morte frequentat. Vt enim per obseruantiam legis vita acquiratur, ita per contemptum mors contumacibus inuenitur: dicente domino, Si vis vitam inuenire, serua mandatum. Ita enim perfectus doctor liber est a discente quem docuit, & discipulus contemptor inexcusatus erit, qui facienda didicit & contempsit. Nam & doctor contrario grauius affligitur, & obsequentis discipuli exemplo plectitur, qui facienda aliis tradidit, quae ipse non fecit: vt nec a discipulis quos docuit potuisset ediscere, vt quibus doctrinae tradidit magisterium, ab hisdem factorum imitaretur exemplum. Neque enim perfectio in legum est notitia constituta, cum sit scriptum, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim, inquam, is religiosus & sanctus est, qui nouit legem cessantibus factis, cum expediat facere magis quam docere, quia molestum est docere & non facere. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis ea quae mando vobis. O magna bonitas dei: Cui cum pro conditione reddere debeamus obsequia, utpote serui domino, famuli deo, sub-

Tomus decimus.

iecti potenti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis praemia repromittit, vt a nobis obsequia debita seruitutis extorqueat: vt quos nolle seruire compescit sponte, & quorum voluntates a se compescit alienas, eorum mentes praemiorum liberalitatibus constituat suas. Nam vnde frequenter aut inuitat praemio aut terret supplicio, nisi vt benignitatis consilio a se formato homini consulat, redempto prouideat, vt qui non terretur supplicio, inuitetur praemio: & quem metus a factis reuocare non possit, promissionum benignitas proficit? Cupit enim etiam nolentibus subuenire, desiderat misereri peccanti, qui si peccauerit, dignos fructus exhibeat poenitentiae. Inuitus enim in reos vindicat, si rei indulgentiam miserantis non contemnant. Amat enim corrigi peccatores, qui in vitam non in mortem a principio constituit homines. Ipse enim sibi infert interitum, qui medentis domini contemnit consilium, Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos: & iterum, Nolo mortem morientis, tantum feruetur & viuat. Non vult dominus uti quonquam dominari mortem, non vult in poenam deduci hominem, quem in vita constituit. Ceterum homo ipse se dignum efficit morte, qui non paruerit legi. Odit vitam, qui diuinam contempserit disciplinam. Nam cum dominus vellet homini demonstrare, quae obseruati vitam contemnentem afferunt mortem, inuitauit praemio, terruit supplicio. Ita enim de contemptu vita non poterit prouenire, vt de obseruantia mors euenire non poterit, vt iam homo quod voluerit mereatur, & eo quod meruerit iudicetur, & hoc totum in potestate hominis consistit, qui sibi ex qualitate vitae meritum quod haberet inuenit. Quare his sollicitis perpensis, id est, vnde salus & vnde periculum enascatur, salutis commodum diligenti obseruantia teneamus, & periculis incommoda de legis contemptu & prouidi caueamus, & contemnentem prospera & repellentes aduersa in conspectu domini inueniamur ab ipso cum omnibus sanctis in aeterna secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis & cetera. Sermo quartus.



ANTI Euangelij capitulum quod modo cum legeretur audiimus, valde nos terruit si fidem habemus: Eos autem non terruit qui fidem non habent. Et quia non terret eos, volunt esse peruersi securi nescientes distribuere & distinguere tempora timoris & securitatis. Timeat ergo qui ducit modo vitam cum fine quo possit in illa vita habere securitatem sine fine. Si ergo timuimus, quis enim non timeat loquentem veritatem & dicentem, Qui enim dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis? Linguam autem nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, non domat linguam. Domat leonem, & non refrenat sermonem. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & vt se domet non timeat quod timere debebat. Sed quid inquit sententia verarum? ista processit de oraculo veritatis, Linguam autem nullus hominum domare potest. Quid ergo faciemus fratres mei? Video me quidem ad multitudinem loqui, sed quia vnum sumus omnes in Christo, tanquam in secreto consilium capiamus. Nullus nos audit extraneus, vnum sumus, quia in vnum sumus. Quid faciemus? Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis: Linguam autem nullus hominum domare potest. Ibunt er-

Malac. 3.  
Ezech. 18.

Matth. 5.  
Iacobi. 3.

Iacobi. 3.

a iij go om-

**G**o omnes in gehenam ignis: Absit. Domine refugium tu factus es nobis, a generatione in generationem. Ira tua iusta est, neminem in gehenam mittis iniuste. Quod ibo a spiritu tuo, & a te quo fugiam nisi ad te: Ergo intelligamus charissimi, quia si linguam nullus hominum domare potest, ad deum confugiendum est, qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo est: linguam nullus hominum domare potest. Attendite similitudinem ab ipsis bestiis quas domamus. Equus non se domat: Camelus non se domat: Elefantus non se domat: Aspis non se domat: Leo non se domat: sic & homo non se domat. Sed ut dometur equus, bos, camelus, elefantus, leo, aspis, quaritur homo: Ergo deus quaratur ut dometur homo. Ergo, Domine refugium tu factus es nobis. Conferimus nos ad te, & bene nobis erit de te. Malum est enim nobis, de nobis, quia dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. Domine refugium factus es nobis. Quid ergo fratres mei? Dubitare debemus quia mansuetos nos faciet dominus, si nos domandos ei praebeamus? Domuisti leonem quem non fecisti, non domat te qui fecit te: Vnde enim bestias tam immanes domare potuisti? Nunquid eis aequaris viribus corporis? Quia ergo virtute ingentes bestias domare potuisti? Ipsa iumenta quae dicuntur bestiae sunt. Non enim indomita tolerantur, sed quia non eas nouit consuetudo nisi in manibus hominum & sub frenis hominum & sub potestate hominum, putas eas mansuetas nasci potuisse? Certe feras immanes attende. Fremit leo, quis non timeat? Et tamen vnde te intelligis fortiosem? Non corporis virtute, sed mentis ratione interiore. Fortior es leone, vnde factus es ad imaginem dei. Imago dei domat feram, & non domat deus imaginem suam? In illo spes est, ei nos subdamur, & misericordiam precemur. In illo spem nostram ponamus, & donec domemur & perdomemur, id est, perficiamur, domitorem feramus. Plerumque enim profert domitor noster etiam flagella. Si enim tu ad domanda iumenta tua profers virgam, profers flagellum, deus non profert ad domanda iumenta sua quod sumus nos, qui de iumentis suis faciet filios suos? Domas equum tuum, quid daturus es equo tuo cum te coeperit portare, mansuetus ferre disciplinam tuam, obedire imperio tuo, esse iumentum, hoc est adiumentum infirmitatis tuae? Quid ei retribuis quem nec saltem sepelis cum mortuus fuerit, sed discerpendum volatilibus proicis? Domito tibi deus hereditatem seruat, quod est ipse deus: & ad tempus mortuum resuscitat te, carnem tuam usque ad numerum capillorum reddet tibi: & constituet te cum angelis in aeternum, ubi iam non indigeas domari, sed tantummodo a pessimo possideri. Erit enim tunc deus omnia in omnibus, nec erit vlla infelicitas quae nos exerceat, sed felicitas sola quae pascat. Ipse autem pastor noster, deus noster est. Ipse opilio noster, deus noster. Honor noster, deus noster. Diuitiae nostrae, deus noster. Quaecumque hic varia quaeris, ipse tibi vnus omnia erit. Ad hanc spem homo domatur, & domitor intolerabilis habetur? Ad hanc spem homo domatur, & contra vnum vtilem domitorem, si forte flagellum proferat murmuratur? Audistis exhortantem Apostolum, Si separetis vos a disciplina ergo nothi & non estis filij. Nothi sunt adulteri. Quis enim est filius, cui non det disciplinam pater eius? Et carnis quidem nostrae, inquit, patres habebamus correptores, & ferebamur, non multo magis subiiciemur patri spirituum &

viuemus? Quid enim tibi potuit praestare pater tuus, quia corripuit te, quia verberauit te, quia flagellum protulit & caecidit te? Nunquid praestare potuit ut viueres in aeternum? Quod non potuit praestare sibi, quomodo praestaret tibi? Propter pecuniam suam quantulamcunque, quam de usuris & labore collegit, erudiebat te flagellis, ne tibi dimissus labor eius te male uiuente disperderetur. Et cedit filium timens perire labores suos, quoniam reliquit tibi quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non enim hic aliquid tibi dimisit quod ipsius esse possit: Cessit ut sic cederes. Deus autem tuus, redemptor tuus, domitor tuus, castigatorem tuum, pater tuus, erudit te. Quid? Ut accipias hereditatem, ubi non esseras patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spem erudiris, & murmurat, & si quid triste acciderit, fortasse blasphemias: Quid ibis a spiritu eius? Ecce dimittit te & non flagellat, deserit blasphemantem, non senties iudicantem? Nonne melius est ut flageller te & recipiat te, quam parcat tibi & deserat te? Dicamus ergo domino deo nostro, Domine refugium tu factus es nobis, in generatione & generationem. In prima generatione & altera generatione, refugium factus es nobis. Tu refugium, ut nasceremur qui non eramus: Tu refugium, ut renasceremur qui mali eramus: Tu refugium, ut pasceres desertores tuos: Tu refugium, ut dirigas filios tuos: Tu refugium factus es nobis: A te non recedemus cum liberaueris nos ab omnibus malis nostris, & impleueris nos bonis tuis. Bona das, blandiris ne fatigemur in via. Corripis, caedis, percutes, dirigis, ne aberremus a via. Siue ergo blandiris ne fatigemur in via, siue castiges ne aberremus a via. Domine refugium tu factus es nobis.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Petite & dabitur uobis, quaerite & inuenietis & cetera. Sermo quintus.

**I**n lectione sancti Euangelij hortatus est nos dominus ad orandum. Petite, inquit, & dabitur vobis, quaerite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & quaerens inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo a quo petit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si pisces petierit, nunquid serpentes porriget ei? Aut cum petit ouem, nunquid scorpionem porriget ei? Si ergo vos, inquit, cum sitis mali nostris bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in caelis est, dabit bona petentibus se. Cum sitis, inquit, mali, nostris bona data dare filiis vestris. Miranda res fratres, mali sumus, & bonum patrem habemus. Quid euidentius? Audiuius nomen nostrum, Cum sitis, inquit, mali, bona data nostris dare filiis vestris. Et quos dixit malos, videte qualem patrem illis ostendit, Quantomagis pater vester. Quorum pater? Certe maiorum. Et qualis pater? Nemo bonus, nisi solus deus. Ergo fratres ideo mali bonum patrem habemus, ne semper mali remaneamus. Nemo malus facit bonum. Si nemo malus facit bonum, homo malus quomodo se facit bonum? Facit de malo bonum, qui semper est bonus: Sana me domine, inquit, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Quid mihi dicunt vani vana, tu te saluum facis si volueris? Sana me domine, & sanabor. Nos boni conditi sumus a bono, fecit enim deus hominem rectum, arbitrio autem nostro facti sumus mali. Potuimus esse ex bonis mali, & poterimus esse ex malis boni. Sed qui semper est bonus, ipse facit ex malo bonum, quia ipse homo voluntate sua se sanare non potuit.

**K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Y** **Z**

**A** Non quaeris medicum ut vulneres te, sed cum vulneraueris te, quaeris qui sanet te. Bona ergo secundum tempus bona temporalia, corporalia, carnalia nouimus dare filiis nostris etiam cum sumus mali. Bona sunt enim & ista, quis dubitet? Piscis, ouum, panis, pomum, frumentum, lux ista, aer iste quem ducimus. Bona sunt haec, ipsae diuitiae in quibus homines extolluntur, & pares suos homines alios non agnoscunt. In quibus, inquam, homines extolluntur, magis amantes vestem fulgentem, quam cogitantes communem cutem. Ipsae ergo diuitiae bonae sunt, sed ista omnia bona quae commemorauimus a bonis & malis haberi possunt. Et cum bonae sint, bonos tamen facere non possunt. Est ergo bonum quod faciat bonum, & est bonum vnde facias bonum. Bonum quod facit bonum, deus vnde. Non enim facit hominem bonum, nisi ille qui semper est bonus, Ergo ut sis bonus, deum inuoca. Aliud autem bonum est vnde facias bonum, id est, quicquid habueris. Aurum est, argentum est, bonum est, non quod te faciat bonum, sed vnde facias bonum: habes aurum, habes argentum, & concupiscis aurum, & concupiscis argentum. Et habes & concupiscis, & plenus es & sitis, morbus est non opulentia, sunt homines in morbo, humore pleni sunt, & semper sitiunt. Humore pleni sunt, & humorem sitiunt. Quomodo ergo delectas opulentiam, qui habes hydropem conscientiam. Habes ergo aurum, bonum est: Habes non vnde sis bonus, sed vnde facias bonum. Quod bonum, inquis, facturus sum de auro? Non audisti Psalmum, Dispersit, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Hoc est bonum, hoc est bonum vnde sis iustitia bonus: si habes bonum vnde sis bonus, fac bonum de bono vnde non es bonus. Habes pecuniam, eroga. Erogando pecuniam, auges iustitiam. Dispersit enim, distribuit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Vide quid minuitur, & quid augeatur. Minuitur pecunia, augetur iustitia. Illud minuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relicturus. Illud augetur quod in aeternum es possessurus. Consilium do laborum, discite mercari. Laudas enim mercatorem qui vendit plumbum & acquirit aurum, & non laudas mercatorem qui erogat pecuniam & acquirit iustitiam? Sed ego, inquis, non erogabo pecuniam, quia non habeo iustitiam. Eroget pecuniam, qui habet iustitiam. Ego non habeo iustitiam, habeam vel pecuniam. Ergo quia non habes iustitiam, ideo non vis erogare pecuniam? Magis eroga pecuniam, ut habeas iustitiam. A quo enim habebis iustitiam, nisi a deo fonte iustitiae? Ergo si vis habere iustitiam, esto mendicus dei, qui te paulo ante ex Euangelio ut peteres, quaereres, pulsares, monebat. Mendicum suum sciebat, & ecce paterfamilias & magnus diues, diuitiarum scilicet spiritualium & aeternarum, hortatur, & dicit tibi, Pete, quaere, pulsa. Qui petit accipit, quaerens inueniet, pulsanti aperietur. Hortatur ut petas, negabit quod petis? Attende a contrario similitudinem vel comparisonem, de illo diuite iniquo, hortantem nos ad orationem, quando ait dominus, Erat quidam iudex in ciuitate, nec deum timebat, nec hominem reuerabatur. Quaedam vidua interpellabat eum quotidie, & dicebat, Vindica me. Nolebat ille per tempus. Illa interpellare non desinebat, & fecit tandem quod nolebat beneficio. Sic enim a contrario nos admonuit ut petamus. Venit, inquit, ad amicum suum cui hospes venerat, & coepit pulsare & dicere, Hospes mihi venit, commoda mihi tres panes: respondit ille, Jam requiesco & mecum serui mei requiescunt, ille non cessat, astat, Tomus decimus.

instat, pulsat, & tanquam amicus ab amico mendicat. Et quid ait. Dico vobis, quia surgit, & non propter amicitiam eius, sed propter improbitatem dat illi quanto voluerit. Non propter amicitiam, quia amicus eius sit, sed propter improbitatem. Quid est propter improbitatem? Quia pulsare non desistit, quia & cum esset negatum, non se auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit. Quanto magis dabit deus bonus qui nos hortatur ut petamus, cui displicet si non petamus? Sed cum aliquando tardius dat, commendat dona non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data vilescunt. Pete, quaere, instat. Petendo & quaerendo crescis ut capias. Seruat tibi deus quod non vult cito dare, ut & tu discas magna magne desiderare. Inde oportet semper orare, & non deficere. Si ergo fratres mei mendicos suos nos fecit deus, monendo nos, hortando & iubendo ut petamus, quaeramus, pulsemus, attendamus & nos qui a nobis petunt. Petimus nos. A quo petimus? Quid petimus? A quo vel qui vel quid petimus? Petimus a deo bono, petimus homines mali. Petimus autem iustitiam, vnde sumus boni. Hoc ergo petimus, quod in aeternum habeamus: Quo cum saturati fuerimus, ulterius non egeamus. Sed ut satureremur, esuriamus & sitiamus. Esuriendo & sitiendo petamus, quaeramus, pulsemus. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quare beati? Esuriunt & sitiunt & beati sunt? Aliquando enim egestas beata est. Non inde beati sunt, quia esuriunt & sitiunt, sed quia ipsi saturabuntur. Ibi erit beatitudo in saturitate, non in fame. Sed praecedat saturitatem fames, ne fastidium non perueniat ad panes. Ergo diximus a quo petamus, qui petamus, quid petamus. Sed petitur & a nobis: Mendici enim dei sumus. Ut agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos nostros. Sed & ibi etiam cogitemus quando petitur a nobis, qui petunt a quibus petunt, quid petunt? Qui petunt? Homines. A quibus petunt? Ab hominibus. Qui petunt? Mortales. A quibus petunt? A mortalibus. Qui petunt? Fragiles. A quibus petunt? A fragilibus. Qui petunt? Miseri. A quibus petunt? A miseris. Excepta substantia facultatum, tales sunt qui petunt, quales sunt a quibus petunt. Quam frontem habes petendo ad dominum deum tuum, qui non agnoscis parem tuum? Non sum, inquit, talis, absit a me ut talis sim. Inflatus obsecratus ista loquitur de panoso. Sed ego nudos interrogo. Non interrogo in vestibus, quales sitis, sed quales nati fueritis. Ambo nudi, ambo infirmi, ambo miseram vitam inchoantes, ideo ambo plorantes, Ecce recale diues primordia tua, vide vtrum huc aliquid attuleris. Iam venisti, & tanta inuenisti: dic ergo rogo te quid attulisti? Dic quid attuleris: aut si dicere erubescis, Apostolum audi, Nihil intulimus in hunc mundum, nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. Sed forte qui nihil attulisti, & hic multa inuenisti, aliquid hinc tecum ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri: audi & hoc, & hoc Apostolus dicat, qui te non palpat, nihil intulimus in hunc mundum, vtrique quando nati sumus. Sed nec auferre aliquid possumus, vtrique quando de mundo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc auferes, quid te inflas contra pauperem? Quando nascuntur infantes, recedant de medio parentes, serui clientis, recedant de medio turbae obsequentes, & agnoscantur pueri diuites flentes. Pariant simul diues & pauper, pariant simul mulier diues & mulier pauper, non attendant quod pariunt, discedant paululum, redeant & agnoscant. Ecce a iiii diues,

1. Corin. 15.  
Hebrae. 12.  
† alias, verbanur.

Matth. 7.  
Luc. 18.  
Hierc. 17.  
Ecclesiast. 7.

Luc. 14.  
Matth. 5.  
1. Tim. 6.



G diues nihil intulisti in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid potes. Quod dixi de natis, hoc dico de mortuis. Certe quado casu aliquo vetera sepulchra franguntur, ossa diuitis agnoscantur? Ergo diues audi Apostolum, Nihil intulimus in hunc mundum: Agnosce, verum est. Sed nec auferre aliquid possumus: Agnosce, & hoc verum est. Quid ergo sequitur? Victum & tegumentum habentes, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quae mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam sequentes, a fide pererrauerunt. Attende quid dimiserunt. Doles quod hoc dimiserunt, vide quo se inferuerunt. Audi, a fide pererrauerunt, & inferuerunt se doloribus multis. Sed qui? Qui volunt diuites fieri. Aliud est esse diuitem, aliud velle diuitem fieri. Diues est qui a diuitibus natus est, non quia voluit diues esse, sed quia multi hereditates dimiserunt. Video facultates, non interrogo voluptates. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non diuitiae, sed cupiditas. Nam qui nolunt diuites fieri, vel qui non curant, vel qui non ardent cupiditatibus, non auaritia facibus accendantur, sed diuites sunt, audiant Apostolum, hodie lectum est, Praeceptum diuitibus huius mundi. Praeceptum, Quid praecipit ante omnia, non superbe sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiae, quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet vermem suum. Et alius est vermis mali, alius piri, alius fabae, alius tritici: vermis diuitiarum superbia. Ergo praecipit diuitibus huius mundi, non superbe sapere. Excludit vitium, non superbe sapere. Doceat vitium de eo quod sequitur. Neque sperare in incerto diuitiarum. Qui non sperant in incerto diuitiarum, non superbe sapiunt. Qui altum sapiunt, timeant. Si timeant, non altum sapiunt. Quam multi heri diuites, hodie pauperes. Quam multi dormiunt diuites, & venientibus latronibus & cunctis auferentibus euigilant pauperes. Ergo non sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui praestat nobis omnia abundanter temporalia & aeterna, sed magis ad fruendum aeterna, ad vtendum temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, aeterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciamus: aeterna, vnde boni efficiamur. Ergo hoc faciunt diuites, non superbe sapiunt, neque sperent in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Hoc faciunt. Ex eo autem quod habent quid faciunt? Audi quid. Diuites sunt in operibus bonis, facile tribuant. Facile tribuant, habent enim vnde. Quare non faciunt? Paupertas, difficultas est, Facile tribuant, habent vnde. Communicent, id est, patres suos mortales agnoscant. Communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum. Non enim quia dico, inquit, facile tribuant, communicent, exoliare illos volo, nudare illos volo, inanes relinquere volo. Doceo lucrum, cum ostendo quod thesaurizent sibi. Non enim volo vt pauperes remaneant. Thesaurizent sibi, non vt perdant dico, sed quod migrent ostendo. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Hac ergo falsa vita est, apprehendant veram vitam. Vanitas enim vanitatum & omnia vanitas. Quae abundantia tanta hominis in omni labore suo, quae ipse laborat sub sole. Apprehendenda est ergo vera vita, migranda sunt facultates nostrae ad locum verae vitae, vt hoc ibi inueniamus quod hic damus. Mutat illa, qui mutat & nos. Da-

Vbi supra.

1. Timo. 6.

Aliud est esse diuitem, aliud velle diuitem fieri.

1. Timo. 6. Diuitiae superbiam generant.

Diuites mali taxantur.

Ecclesiastes.

1. Timo. 6.

te ergo pauperibus fratres mei, Victum & tegumentum habentes his contenti sumus. Nihil diues habet de diuitiis suis, nisi quod ab illo postulat pauper, victum & tegumentum. Hinc tu, quid plus habes ex omnibus quae habes? Accepisti victum, accepisti necessarium tegumentum. Necessarium dico, non inane, non superfluum. Quid plus de diuitiis tuis capis? Dic mihi, Certe omnia tua superflua erunt. Quae sunt tua superflua, sint pauperibus necessaria. Sed ego, inquit, preciosas epulas accipio, preciosis cibis vescor. Pauper quid? Vilibus. Vilibus cibis vescitur pauper, ego, inquit, preciosis. Interrogo vos quando fueritis ambo satiati, preciosus cibus ad te intrat: quid fit cum intrauerit? Nonne si specularia in ventre habemus, de omnibus cibis preciosis erubesceremus, quibus saturatus es? Esurit pauper, esurit diues. Saturari quaerit pauper, saturari quaerit diues. Saturatur pauper de vilibus cibis, saturatur diues de preciosis cibis. Saturitas aequalis est, possessio vna est, quod ambo volunt, peruenere. Sed ille per compendium peruenit, ille multum circuit. Sed melius, inquit, mihi sapiunt apparata preciosa. Vix fastidiosus satiaris. Nescis quomodo sapit, quod fames accendit. Neque ita hoc dixi, vt diuites cogam epulis & cibis pauperum vesci. Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suae, sed doleant aliter se non posse. Melius enim possent, si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis preciosis, quia sic consueisti, quia non aliter potes, quia si consuetudinem mutas, agrotas. Conceditur tibi, vtere superfluis, da pauperibus necessaria. Vtere preciosis, da pauperibus vilia. Expectat a te, expectas a deo. Expectat ille manum quae facta est secum, expectas tu manum quae fecit te. Sed non solum te fecit, sed & pauperem tecum. Dedit vobis vnam viam istam vitam. Inuenistis vos comites, vnam viam ambulatis. Ille nihil portat, tu nimium oneratus es. Ille nihil secum portat, tu interim plus portas quam opus est. Oneratus es, da illi de eo quod habes, & illum pascis, & pondus minuis. Date ergo pauperibus, rogo, moneo, praecipio, iubeo. Quicquid vultis date pauperibus. Non enim occultabo charitati vestrae, quare hunc sermonem necesse habui vobis promere. Ex quo hic sumus euntes ad ecclesiam & redeuntes, pauperes interpellant nos, & dicunt vt dicamus vobis vt aliquid accipiant a vobis. Nos mouerunt loqui vobis, & cum se vident non accipere a vobis, inaniter arbitrantur nos laborare in vobis. Expectant & aliquid a nobis. Damus quantum habemus, damus sicut possumus. Nunquid tamen ad eorum necessitatem implendam idonei sumus? Quia ergo ad eorum necessitatem implendam idonei non sumus, vel ad vos legati ipsorum sumus. Audistis, laudastis, deo gratias. Semen accepistis, verba reddidistis, laudes istae vestrae grauant non potius & in periculum mittunt. Toleramus illas & tremimus inter illas. Tamen fratres mei istae laudes vestrae folia sunt arborum, fructus quaeritur.

In gulosos.

1. dist. n. 6 reganur.

De puero Centurionis & uerbis eius indignum se presentia domini iudicantis, in Euangelio secundum euangelium. Sermo. VI.



Vdiuimus cum Euangelium legeretur, fidenter nostram in humilitate laudari. Ad domum quippe Centurionis cum se promitteret dominus Iesus iturum vt puerum eius sanaret, ille respondit, Non sum dignus vt sub tectum meum intres, sed tantum dic verbo & sanabitur. Dicendo se indignum, praestitit

Marth. 8.

A tit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. Neque hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi iam illum quem timebat intrare domum suam corde gestaret. Nam non erat magna felicitas, si dominus Iesus intraret in parietes eius, & non esset in pectore eius. Magister quippe humilitatis & verbo & exemplo, discubuit & in domo cuiusdam Pharisei superbi, nomine Simonis. Et cum in domo recuberet, non erat in corde eius vbi caput filius hominis reclinarer. Ita enim quendam superbum quantum intelligitur ex verbis ipsius domini, vltro secum ire cupientem a suo discipulatu reuocauit, Sequar te domine quocumque ieris. Et dominus in corde eius inuisibilia videns, Vulpes, inquit, foueas habent, & volatilia caeli nidus, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet hoc est, habitant in te insidiae sicut vulpes, habitat superbia sicut caeli volatilia, filius autem hominis simplex contra insidias, humilis contra superbiam, non habet vbi caput suum reclinet. Et ipsa reclinatio capitis non erectio, sed humilitatis magistra est. Reuocat ergo istum ire cupientem, & ideo dignior cuius excusatio remoueretur, vocatio firmaretur. Piu erat quod volebat facere, sed docuit magister quid debuisset praeparare. Volebat enim eum esse viui verbi praedicator, ad faciendum victuros. Erant autem alij per quos illa necessitas impleteret. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Infideles cadaver quando sepeliunt, mortui mortuum sepeliunt. Illius corpus animam perdidit, illorum anima deum. Sicut enim anima est vita corporis, sic vita animae deus. Sicut expirat corpus cum animam emittit, ita expirat anima cum deum amittit. Deus amissus, mors animae, anima emissae, mors corporis. Mors corporis necessaria, mors animae voluntaria. Discumbat ergo dominus in domo cuiusdam Pharisei superbi. In domo eius erat, vt dixi, & in pectore eius non erat. In huius vero Centurionis domum non intrauit, & pectus possedit. Zachaeus vero dominum & domo susceptum & animo. Huius tamen fides in humilitate laudatur. Dixit enim, Non sum dignus vt sub tectum meum intres. Et dominus, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, secundum carnem. Nam & iste iam Israelites erat secundum spiritum. Venerat dominus ad Israeliam carnalem, id est, ad Iudaeos, ibi primum quaerere oues perditas, in quo populo & de quo populo etiam corpus assumpserat, non ibi inuenit tantam fidem, ipse dicit. Possumus nos metiri fidem hominum sicut homines? Ille qui interiora cernebat, ille quem nemo fallere poterat, testimonium cordis hominis, audiens verba humilitatis, pronuncians sententiam sanitatis. Vnde autem hoc praesumpsit? Et ego, inquit, homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade & vadit, & alio veni & venit, & seruo meo fac hoc & facit. Potestas sum quibusdam sub me positus, sub potestate quadam super me. Si ergo ego, inquit, homo sub potestate, iubendi habeo potestatem, quid tu possis cui omnes seruiunt potestates? Erat autem iste de gentibus, erat quippe centurio. Iam Iudaea gens habebat militem, habebat Romanum imperium. Ibi iste militem agebat, quantum agere Centurio poterat. Et habens potestatem, & sub potestate, subditus, obediens, subditus regens. Dominus autem quod intendat praecipue necessario charitas vestra, quauis in populo Iudaico esset, iam pronuntiabat ecclesiam toto

Luce. 7.

Math. 8. Luce. 9.

Marth. 8.

vbi supra.

Luce. 7.

Luce. 19.

C orbis terrarum futuram, in qua erat missurus Apostolos, Ipse a gentibus non visus & creditus, a Iudaeis visus & occisus. Quomodo enim domum huius dominus corpore non intrauit, & eius tamen fidem, atque ipsam domum absens corpore, praesens maiestate sanauit: sic & idem dominus in solo Iudaico populo corpore fuit, apud alias gentes nec de virgine natus est, nec passus est, nec pedibus ambulauit, nec humana pertulit, nec diuina mirabilia fecit. Nihil horum in ceteris gentibus, & tamen de illo impletum est, quod dictum erat, Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Quomodo si non cognoui? In auditu auris obediuit mihi. Iudaea gens cognouit & crucifixit, orbis terrarum audiuit & credidit. Hac quodammodo absentiam corporis sui & praesentiam virtutis suae in omnibus gentibus, & in illa muliere significauit quae simbriam vestimenti eius tetigerat, cum requirit dicens, Quis me tetigit? Tanquam absens requirit, tanquam praesens sanat. Turba te, inquit, discipuli, comprimunt, & dicitis, quis me tetigit? Quasi enim sic ambularet vt a nullo prorsus corpore tangeretur, ita dixit, Quis me tetigit? Et illi, Turba te comprimunt. Et tanquam diceret dominus, tangentem quero, non prementem. Sic etiam nunc est corpus eius, id est, ecclesia eius. Tangit eam fides paucorum, premit eam turba multorum. Corpus enim Christi esse ecclesiam tanquam filij eius audistis, & si vultis ipsi estis. Apostolus multis locis hoc dicit, Pro corpore, inquit, eius quod est ecclesia. Et iterum, Vos autem estis corpus Christi, & membra. Si ergo eius corpus sumus, quod tunc corpus eius in turba patiebatur, hoc patitur ecclesia ipsius. A turbis premitur, a paucis tangitur. Caro eam premit, fides tangit. Erigite quippe oculos obsecro vos, qui habetis vnde videatis. Habetis enim quod videatis. Erigite oculos fidei, tangite extremam simbriam vestimenti, sufficiat ad salutem. Videte quod audistis ex Euangelio tunc futurum, nunc praesens est. Ideo, inquit, dico vobis propter laudatam Centurionis fidem, tanquam alienigenae carnis, domestici corde. Propterea, inquit, multi ab Oriente & Occidente venient. Non omnes, sed multi, tamen ipsi ab Oriente & Occidente, istis partibus duabus, totus orbis designatur. Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno caelorum, filij autem regni eiiciuntur in tenebras exteriores. Filij regni, Iudaei scilicet. Vnde filij regni? Quia legem acceperunt, ad quos prophetae missi sunt, apud quos templum & sacerdotium fuit, qui celebrabant figuras omnium futurorum. Quarum enim rerum figuras celebrauerunt, praesentiam non agnouerunt. Filij ergo regni ibunt, inquit, in tenebras exteriores, ibi erit ploratus, & stridor dentium. Videmus Iudaeos reprobos, videmus Christianos ab Oriente & Occidente vocatos ad quoddam conuiuium caeleste, vt recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob, vbi panis iustitiae, vbi potus sapientiae. Attendite ergo fratres, Hoc enim vos estis, ex hoc populo estis, iam tunc praedicator, nunc praesentato. De his vti que estis qui vocati sunt ab Oriente & Occidente recumbere in regno caelorum, non in templis idolorum. Estote ergo corpus Christi, non praesentia corporis Christi. Habetis vestimenti simbriam, quam tangatis, vt a profusio sanguinis, id est, a carnalium voluptatum fluxu sanemini. Habetis, inquam, vestimenti simbriam quam tangatis, Vestem purate Apostolos, sub textura vnitatis adherentes lateribus Christi. In his Apostolis erat tanquam simbria minimus & nouissimus Paulus, ipso dicente, Ego sum minimus Apostolorum. In veste nouissimum

Psalm. 139.

Luce. 8.

E

Colos. 1. Cor. 12.

F Iudaei quare filij regni.

1. Cor. 15.

**G** simum & minimum fimbria est. Fimbria cum cõtemp-  
 tu aspicitur, sed cum salute tangitur. Vique ad hanc ho-  
 ram, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphi-  
 zamur. Quid tam extremum, quid tam contempibile?  
 Tange si fluxum sanguinis pateris, exiet virtus de illo  
 cuius vestis est, & sanabit te. Fimbria modo tangenda  
 proponebatur, quando ex eodẽ Apostolo legebatur, Si  
 enim quis viderit eum qui habet scientiã in idolio re-  
 cumbentem, nõne conscientia eius cum sit infirma, ar-  
 dificabitur ad manducãdum idolothyta? Et peribit in-  
 firmus in tua scientia frater, propter quẽ Christus mor-  
 tuus est? Quomodo putaris decipi posse simulacris ho-  
 mines, quã a Christianis honorari putantur? Nouit, in-  
 quit, deus cor meum, sed frater tuus non nouit cor tuũ.  
 Si infirmus es, caue maiorem ægritudinem. Sin firmus  
 es, cura infirmitatem fratris. Qui vident ista adifican-  
 tur ad idolia, vt non tantum ibi manducare, sed & sacri-  
 ficare desideret. Ecce perit infirmus in tua scientia fra-  
 ter. Audi frater, Si contemnebas infirmum, etiam fratrẽ  
 contẽnis. Expergiscere. Quid in ipsum Christum pec-  
 cas? Attende enim quod nullo pacto possis contẽnere.  
 Sic autẽ peccantes, inquit, in fratres, & percutiẽtes con-  
 scientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Eant  
 nunc qui ista contemunt, & recumbent in idolio, nõ-  
 ne erunt prementes nõ tangentes? Et cum recubuerint  
 in idolio, veniant & impleant ecclesiam, non salutẽ ac-  
 cepturi, sed pressuram facturi. Sed timeo, inquit, ne of-  
 fendam maiorẽ. Time proprus ne offendas maiorẽ, &  
 non times ne offendas deum? Quid enim times, ne of-  
 fendas maiorẽ? Vide ne forte maior sit isto quem ti-  
 mes offendere. Maiorẽ certe noli offendere. Hac tibi  
 regula proponitur. Nõne manifestum est eum minime  
 offendendum, qui maior est ceteris? Discute nunc ma-  
 iores tuos. Primi tibi sunt pater & mater, Si recte edu-  
 cantes, si in Christum nutriendes, audiẽdi in omnibus,  
 obtemperandum eis in omni iussione, cõtra maiorẽ  
 si nihil iubeant, & seruiatur illis. Quis est, inquit, maior  
 eo qui me genuit? An ille qui te ipsum creauit? Generat  
 enim homo, creauit deus. Vnde generat homo nescit,  
 quid generaturus sit nescit. Ille qui te vidit vt faceret  
 antequam esset quẽ fecit, certe maior est patre tuo. Ma-  
 ior sit patria & ipsi parentibus tuis, vt quicquid iuss-  
 erint parentes contra patriam non audiãtur, & quicquid  
 iusserit patria contra deum, non audiatur. Si enim sa-  
 nari vis, si post fluxum sanguinis, si post xij. annos in il-  
 lo morbo, si post consummata omnia in medicis, & nõ  
 recepta sanitate aliquando vis sana fieri õ mulier, quam  
 alloquor in typo ecclesiã, iubet illud pater tuus, & illud  
 iubet populus tuus. Sed dicit tibi dominus tuus, Obliu-  
 scere populum tuum, & domum patris tui. Quo bono,  
 quo fructu, qua mercede? Quoniam concupiuit, inquit,  
 rex decorem tuum. Concupiuit quod fecit, quoniam vt  
 pulchram faceret fõdam amauit. Pro infideli & fõda  
 sanguinem fudit, fidelem ac pulchrã reddidit, dona sua  
 in te amauit. Quid enim spõso tuo contulisti? Quid in  
 dotem a priore patre & priore populo accepisti? Nõne  
 luxurias & pannos peccatorum? Abiecit pannos tuos, di-  
 scidit cilicium tuum, miserus est vt ornaret, ornauit vt  
 amaret. Quid plura fratres Christiani? Audisti quia pec-  
 cantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum  
 infirmam, in Christum peccatis. Nolite contemnerẽ, si  
 non vultis deleri de libro vitæ. Quãdiu conamur lucu-  
 lente & delectabiliter vobis dicere, quod dolor noster  
 cogit quomodocunq; dicere & tacere non permittit?  
 Quicunque voluerint ista contẽnere, in Christum pec-

cant, videant quid agant. Paganos reliquos colligi vo-  
 lumus. Lapidẽs estis in via, venire volentes offendit &  
 redeunt. Dicunt enim in cordibus suis, Quare nos re-  
 linquamus deos, quos Christiani ipsi nobiscum colunt?  
 Absit a me, inquit, vt ego deos gẽtium colam. Noui, in-  
 telligo, credo. Quid facis de conscientia infirmi quam  
 percutis? Quid facis de precio? Si contemnis quod em-  
 ptum est, vide quanti emptum est. Peribit, inquit, infir-  
 mus in tua scientia quam te dicis habere, vt scias quia  
 nihil est idolum, & animo cogites deum, & sic recum-  
 bas in idolio. In hac scientia perit infirmus. Et ne con-  
 temnas infirmũ addidit, Propter quem Christus mor-  
 tuus est. Quem vis contemnerẽ, precium eius attende,  
 & cum morte Christi totum mundum appende. Et ne  
 adhuc te putares in infirmum peccare, & leue duceres  
 peccatum ac paruipenderes, In Christum, inquit, peccatis.  
 Solent enim homines dicere, In hominẽ pecco, nõ-  
 quid in deum? Negas deum Christum. Audeas negare  
 Christum deum? An aliquid in idolio cum recumbens  
 didicisti? Non admittit istam doctrinam Christi do-  
 ctina. Quæro vbi didiceris Christum non esse deum.  
 Pagani hoc solent dicere. Vides quid faciunt mēsa ma-  
 la? Vides quomodo corrumpunt mores bonos colloquia  
 mala? Tu ibi de Euangelio loqui non potes, & de idolis  
 loquentes audis. Amittis ibi quod Christus deus est. Et  
 quod ibi bibis, in ecclesia vomes. Forte hic audes loqui,  
 forte inter turbas audes murmurare. Nũquid Christus  
 non homo fuit? Nõne crucifixus est? A Paganis hoc di-  
 didicisti, salutem perdidisti, fimbriam non tetigisti. Tan-  
 ge & in hoc fimbriam, recipe salutem, sicut eam te tan-  
 gere docuimus in eo quod scriptum est, Qui viderit  
 fratrem in idolio recumbentem. Tange illam de diui-  
 nitate Christi. Et de Iudæis dicebat eadẽ fimbria, Quo-  
 rum patres, & ex quibus Christus secũdum carnem, qui  
 est super omnia deus benedictus in secula. Ecce in quẽ  
 verum deum peccas, dum discumbis apud deos falsos.  
 Non est, inquit, deus, quia genium est Carthaginis, quasi  
 si Mars aut Mercurius esset, deus esset. Sed quomodo ab  
 ipsis habeatur attende, non quid sit. Nam & ego tecum  
 scio, quia lapis est. Si genium ornamentum est aliquod,  
 ciues Carthaginis bene viuunt, & ipsi erunt geniũ Car-  
 thaginis. Si autem genium dæmoniu est, audisti & ibi,  
 Quæ immolant gentes, dæmonibus immolant, & non  
 deo. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Nouimus quia  
 non est deus, vtinam & illi sic norint. Sed propter eos  
 qui hoc non norunt infirmos, non debet percuti con-  
 scientia ipsorum. Hoc monet Apostolus. Nam & illi quĩ  
 numen habeant & pro numine accipiant illam statuã,  
 ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud non habetur p  
 numinẽ? Nemo mihi dicat, Nõ est numen, nõ est deus.  
 Iam dixi, vtinã sic ipsi norint hoc, quomodo nouimus  
 omnes nos. Sed quid habeant, pro qua re habeant, quid  
 ibi faciant, ara illa testatur. Conuincit omnium colẽtiũ  
 mentes, non conuincat recumbentes, sed non preman-  
 tur Christiani, si premuntur pagani. Corpus Christi est.  
 Nõne hoc dicebamus, quia corpus Christi premebatur  
 & non tangebatur? Tolerabat prementes, querebat tan-  
 gentes, atque vtinam fratres a Paganis prematur cor-  
 pus Christi, a quibus premi solet, Christiani nõ premãt  
 corpus Christi. Fratres, ad nos pertinet verbũ vobis di-  
 cere, ad nos pertinet Christianis loqui. Quid enim mi-  
 hi de his qui foris sunt indicare ipse Apostolus ait. Illos  
 alloquimur aliter, tanquam infirmos. Blandiendum est  
 illis vt audiant veritatem, in vobis secãda putredo est.  
 Si quæritis vnde vincantur pagani, vnde illuminentur,  
 vnde

**A** vnde ad salutem vocentur, deserite omnes solennitates  
 eorum, deserite nugas ipsorum, & si non confitentur  
 veritati nostræ, erubescant paucitati suæ. Bonus si fuerit  
 qui tibi præest, nutritor tuus est. Malus si fuerit, tẽtator  
 tuus est, & nutrimenta libenter accipe, & in tentationẽ  
 approbare. Esto aurum, attende mundum istum tanquã  
 fornacem aurificis. In vno angusto loco tria sunt, aurũ,  
 palea, ignis. Ad illa duo & ignis apponitur, palea vritur,  
 aurum purgatur. Cessit nescio quis minis & adductus est  
 ad idolum, Vã mihi quia paleam plango, cinerem vi-  
 deo. Nõ cessit minis, non cessit terroribus, adductus ad  
 iudicem stetit in confessione sua, non est flexus ad ido-  
 lum, Quid facit flamma? Nõne aurum purgatur? Sta-  
 te in domino fratres, potentior est qui vocauit vos, mi-  
 nas impiorum ne timueritis, inimicos patimini. Ha-  
 betis pro quibus oretis. Proprus nõ vos terreant. Hac  
 sanitas, haurite hinc in isto conuiuio, hic bibite vnde sa-  
 tiemini, non illic vnde infaniatis. State in domino. Au-  
 rum eritis, argẽtei estis. Ista similitudo non a nobis est,  
 de diuina scriptura est. Legistis, audistis, Sicut in forna-  
 ce aurum probauit illos, & sicut holocausti hostiam ac-  
 cepit illos. Ecce quid eritis ad thesauros deũ? Estote di-  
 uites de deo, non cum facturi diuitem, sed de illo futuri  
 diuites. Impleat vos, aliud non admittatis ad cor ve-  
 strum. Nunquid in superbiam vos erigimus, aut dici-  
 mus vobis vt aduersus potestates ordinatas cõtemp-  
 tores sitis. Non hoc dicimus. Qui & hinc agrotatis, tan-  
 gite & hinc fimbriam illam vestimenti, Ipse dicit Apo-  
 stolus, Omnis anima potestatis sublimioribus subdi-  
 ta sit: non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt,  
 a deo ordinate sunt. Qui enim resistit potestati, dei or-  
 dinationi resistit. Sed si illud iubeat quod non debeas  
 facere: Hic sanẽ contemne potestatem. Timendo pote-  
 statem, ipsos humanarum rerum gradus aduertite. Si al-  
 iquid iusserit creator, nõne faciendũ est? Tamen si cõ-  
 trã proconsul iubeat, non vtique contemnis potestãtẽ,  
 sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si  
 maior prælata est. Rursum si aliquid ipse proconsul iu-  
 beat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo  
 contempto illi esse seruendum? Ergo si aliud impera-  
 tor, & aliud deus, quid indicatis? Solue tributũ, esto mi-  
 hi in obsequium. Recte, sed nõ in idolio. In idolio pro-  
 hibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam, tu car-  
 cerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi assumẽ-  
 da est fides tua, tanquam scutum, in quo possis omnia  
 ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra  
 te potens, acuit nouaculam vnde capillos radat, nõ vnde  
 caput incidat. Quod dixi modo, audistis in Psalmo,  
 Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quare dolum po-  
 tentis mala nouacula comparauit? Quia non admitti-  
 tur nisi ad superflua nostra. Sicut capilli in corpore no-  
 stro tanquam superflui videntur, & sine detrimẽto car-  
 nis radũtur, sic quicquid potest tibi facere iratus potes,  
 inter superflua tua numerã. Tollit paupertatem tuam,  
 nunquid tollit diuitias tuas? Paupertas tua, diuitia tuæ  
 in corde tuo. Superflua tua potuit tollere, damno potuit  
 afficere, permittit & vsque ad lædendum corpus. Etiam  
 ista vita cogitãtib; aliam vitam, ista, inquam, vita in-  
 ter superflua deputanda est. Nam & martyres contem-  
 perunt illam, Nõ vitam perdidit, sed vitam acqui-  
 serunt. Certi estote fratres inimicos non amitti aduer-  
 sus infideles, nisi quantum prodest tentandis & pro-  
 bandis fidelibus. Certi estote fratres, nemo aliud dicat,  
 Omnem curam vestram super dominum mittite, pror-  
 sus vos ipsos totos proiците in illum. Non se subducit vt

cadatis, ille qui nos creauit, & de ipsis capillis nostris  
 securitatem nobis dedit, Amen dico vobis, inquit, & ca-  
 pilli capitis vestri numerati sunt. Capilli nostri nume-  
 rati sunt deo, quanto magis mores nostri, cui sic noti  
 sunt capilli nostri? Videte, quia minima nostra non cõ-  
 temnit deus. Nam si contemneret, nec crearet. Nam &  
 capillos nostros ipse vtique creauit, & numeratos ha-  
 bet. Sed modo cum sunt, inquit, forte peribunt, & hinc  
 audi vocem eius, Amen dico vobis, capillus capitis ve-  
 stri non peribit. Quid times hominem, homo in sinu  
 dei positus? Tu de illius sinu noli cadere, quicquid ibi  
 passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciem. La-  
 niatus membrorum martyres pertulerunt, & timent  
 Christiani iniurias temporum Christianorum? Qui tibi  
 facit iniuriam modo, timens facit, Non dicit aperte,  
 veni ad idolum, nõ dicit aperte, veni ad aras meas, ibi  
 conuiuare. Et si dixerit, & nolueris, hoc cõqueratur, hoc  
 in postulationem, hoc in querimoniam deponat, No-  
 luit venire ad aras meas, noluit venire ad templũ quod  
 veneror. Hoc dicat. Nõ audet dicere, sed alia machina-  
 tur dolose. Para capillos, nouaculam acuit, ablaturus est  
 superflua tua, rasurus quicquid relictus est. Tollat quic-  
 quid permanebit si potest. Quid tulit potens nocens?  
 Quid magnum tulit? Quod fur, quod effractor, vt mul-  
 tum sauiat quod latro. Si & ad ipsum corpus occiden-  
 dũ permittis fuerit, quid tollit nisi quod latro? Hono-  
 rari cum dixi latro. Nam qualiscunq; latro, homo est.  
 Quod febris, quod scorpius, quod fungus malus, ista to-  
 ta potentia sauientium est, facere quod fungus. Mandu-  
 cant homines fungũ malum, & moriuntur. Ecce in qua  
 fragilitate est vita humana, quam quãdoque relicturus  
 es, noli pro illa sic pugnare vt tu relinqueris. Via nostra  
 Christus est, Christum attende. Pati venit, sed & glori-  
 ficari. Contemni, sed etiam exaltari. Mori, sed etiam re-  
 surgere. Opus te terret, mercedẽm vide. Quare vis per-  
 uenire delicatus ad eam rem, ad quam nõ perducit nisi  
 labor? Sed times ne perdas argentum tuum, quia ad ar-  
 gentum tuum cum magno labore peruenisti. Si ad ar-  
 gentum tuum, quod quandoque vel moriens amissurus  
 es, non peruenisti sine labore, ad vitam æternam sine la-  
 bore vis peruenire? Charior sit tibi illa ad quam post o-  
 mnes labores sic peruenies vt nunquam auittas. Si hoc  
 tibi charum est, ad quod post omnes labores sic perue-  
 nisti, vt aliquando amissurus sis, quanto magis illa per-  
 petua desiderare debemus? Verbis ipsorum ne credatis,  
 nec timeatis, hostes nos dicunt idolorum suorum. Sic  
 præster deus & det omnia in potestate, quomodo dedit  
 quod fractum est. Hoc enim dicimus charitati vestræ,  
 ne faciatis ista, quando in potestate vestra non est vt fa-  
 ciatis illud. Prauorum hominum est, furiosorum circũ-  
 cellionum, & vbi potestatem non habent sauire, & vel-  
 le mori, Properant sine causa. Audistis quæ vobis legi-  
 mus, omnes qui nuper in mapalibus affuistis. Cum data  
 vobis fuerit terra in potestatem. Prius ait in potestãtẽ,  
 & sic dixit quæ faciendã sunt. Aras eorum, inquit, de-  
 struetis, lucos eorum cõmnueris, & omnes titulos eorũ  
 confringetis. Cum acceperitis potestãtẽ hoc facite, vbi  
 nobis non est data potestas nõ facimus, vbi data est nõ  
 prætermittimus. Multi pagani habent istas abomina-  
 tiones in fundis suis, nunquid accedimus & confringi-  
 mus? Prius enim agimus, vt idola in eorũ cordibus con-  
 fringamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint, aut  
 inuitant nos ad tam bonum opus, aut præueniunt nos.  
 Modo orandum est pro illis, non irascendum illis. Si  
 mouet dolor magnus, aduersus Christianos mouet, ad-  
 uersus

Psal. 44.

1. Corin. 8.

1. Cor. 8.

L

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

Roma. 9.

M

1. Cor. 10.

1. Cor. 5.

Sapient. 3.

Roma. 13.

11. quest. 2. Qui resistit

Eph. 6.

Psal. 51.

Dolus potestatis male nouaculæ comparatur.

Math. 10.

Luce. 2. 22.

E

F

Deut. 7. & 12.

G uerius fratres nostros mouet, qui sic volunt intrare in ecclesiam ut hic corpus habeant, alibi cor. Totus intus esse debet. Si intus est quod videt homo, quare foris est quod videt deus? Scitis autem charissimi murmura eorum coniungere se cum hereticis, cum Iudæis. Heretici, Iudæi & Pagani unitatem fecerunt contra unitatem, quia contigit ut quibusdam locis disciplinam acciperent Iudæi propter improbitates suas, criminantur & suspicantur, aut fingunt, quia talia de illis semper quarimus: quia contigit ut alicubi heretici penas darent legibus pro impietate & furore violentiarum suarum, iam nos dicunt per omnia querere aliquam incommoditatem ipsorum ad perniciem. Rursum quia contra Paganos placuit ut leges ferrentur, immo pro Paganis si sapiant, Sicut enim pueris insensatis ad lutum ludentibus, & manus coinquantibus pædagogus cum venit feuerus, lutum de manu excutit, codicem porrigit, ita voluit deus per principes subditos sibi terrere corda insensata puerilia, ut abiciant lutum de manibus, & aliquid utile faciant. Quid est utile de manibus? Frange esurienti panem tuum, & egenum sine te lecto indue in domum tuam. Et tamen pueri euadunt ab oculis pædagogi, & redeunt ad lutum fursum, & quando inueniuntur abscondunt manus suas ne videantur. Quia ergo voluit deus, putat nos ubique querere idola, quæ cum inuenimus in omnibus locis frangere. Quare? Non ante nos sunt loca in quibus sunt? Aut vere ignoramus ubi sint ista? Et tamen non facimus, quia non dedit in potestatem deus. Quando dat deus in potestatem? quando Christianus erit cuius res est, modo fractum voluit cuius res est. Si nollet ipsum locum dare ecclesie, & tantum iuberet in re sua, non esse idola puto, quia debuit summa deuotione fieri à Christianis, ut adiuuaret absens Christiana anima quæ de terra vnde vult deo gratias agere, non vult ibi aliquid esse in contumeliam dei. Huc accidit, quia ecclesia dedit ipsa loca, & in re ecclesie idola futura erant. Fratres, ecce quod displicet paganis: Parum est illis, quia de villis ipsorum non illa tollimus, non illa frangimus, & in nostris volunt ea seruari. Contra idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus perfectiores idolorum, profitemur. Nunquid seruatores? Non facio ubi non possum, non facio ubi conqueritur dominus rei. Vbi autem vult fieri & gratias agit, reus ero si non fecero.

De tribus quorum unus dixit, Domine sequar te quocunque ieris, & reprobatu est. Alius non audebat, & excitatus est, Tertius differebat, & culpatus est: Sermo VII.

**D**e hoc capitulo Evangelij quod dominus domauit, audite. Lectum est dominum Iesum differenter egisse, cum obtulit se vnus ut eum sequeretur, & reprobatu est, alius non audebat, & excitatus est, tertius differebat, culpatus est. Quod enim dixit, Domine sequar te quocunque ieris. Quid tam promptum, quid tam impigrum, quid tam paratum, & quid ad tantum bonum aptissimum, sequi dominum quocunque ierit? Miraris hoc, quid est hoc, quod magistro bono domino Iesu Christo inuitante discipulos, quibus daret regnum cælorum, displicuit tam paratus? Sed quia talis magister erat qui futura præuideret, intellegimus fratres istum hominem si sequeretur Christum, sua quasitorem fuisse, non quæ Iesu Christi. Ipse enim dixit, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum. Et iste de ipsis fuit, nec ipse sic nouerat quomodo medicus inspiciebat. Nam si ia-

se fictum esse sperabat, si iam dolosum & insidiosum K se nouerat, cui loqueretur non nouerat. Ipse est enim de quo Euangelista ait, Non opus habebat ut quisquam ei testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Quid ergo respondit? Vulpes foueas habent, & volatilia cæli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Sed ubi non habet? In fide tua. Vulpes enim foueas habent in corde tuo, quia dolosus es. Volatilia cæli habent nidus in corde tuo, elatus es. Dolosus & elatus, non me sequeris. Quomodo dolosus sequitur simplicitatem? Et ad alterum continuo tacentem, & nihil dicentem, nihil promittentem dicit, Sequere me. Quantum mali in illo, tantum boni videbat in isto. Sequere me dicis nolenti. Ecce habes hominem paratum, Sequor te quocunque ieris, & tu dicis nolenti, Sequere me. Istum, inquit, declino, quia video ibi foueas, video nidus. Quid ergo molestus es huic, quem prouocas, & excusat? Ecce iam compellis & non venit, hortaris & non sequitur. Quid enim dicit? Ibo prius sepelire patrem meum. Fides cordis eius domino se ostendebat, sed pietas differebat. Dominus autem Christus quando parat homines Evangelio, nullam excusationem vult interponi carnalis huius temporalisq; pietatis. Equidem, & lex dei habet, & ipse dominus arguit Iudæos, quia destruebant ipsum mandatum dei. Et Paulus Apostolus in epistola sua posuit & dixit, Hoc est mandatum primum in repromissione, Honora patrem tuum & matrem tuam: deus utique dixit. Volebat ergo iste iuuenis obtemperare deo, & sepelire patrem suum, sed est locus, & est tempus, & est res, qui huic rei, huic tempori, huic loco seruiat. Honorandus est pater, sed obediendum est deo. Amandus est generator, sed preponendus est creator. Ego, inquit, ad Euangelium te voco, ad aliud opus mihi necessarius es. Maius est hoc quam quod vis facere. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Pater tuus mortuus est, sunt alij mortui qui sepeliunt mortuos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potest ne mortuus à mortuis sepeliri? Quomodo inuoluunt, si mortui sunt? Quomodo plangunt, si mortui sunt? Et inuoluunt, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Docuit nos quod scriptum est in Cantico canticorum, dicente ecclesia, Ordinate in me charitatem. Quid est, ordinate in me charitatem? Facite gradus, & cuique quod debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parentes, sed præponite deum parentibus. Attendite matrem Machabæorum, Filij, inquit, nescio quomodo apparuistis in vtero meo, Concipere vos potui, parere vos potui, formare vos non potui. Illum ergo audite, illum mihi præponite. Nolite attendere, ne sine vobis remaneam, Præcepit, & secuti sunt. Quod docuit mater filios hoc docebat dominus Iesus Christus istum cui dicebat, sequere me. Quia nunc alius discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid dixit, Prosequar te domine, ait, sed vado primum renunciare his qui in domo sunt. Credo hic sensus est, Nunciam meis, ne forte quomodo fieri solet, querant me. Et dominus, Nemo ponens manum super aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cælorum. Vocat te Oriens, & tu attendis Occidentem? In hoc capitulo hoc discimus, quoniam quos voluit dominus, hos elegit. Elegit autem, sicut dicit Apostolus, & secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam. Talia enim sunt verba Apostoli, Attendite, inquit, quid dicit Helias, Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua euerterunt, & ego relictus sum solus,

**A** solus, & querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genu ante Baal. Solum te putas esse seruum bene laborantem, sunt & alij me timentes, & non pauci. Nam septem milia habeo. Et adiunxit, Sic ergo & in hoc tempore. Crediderunt ergo alij Iudæi, & multi fuerunt reprobati, sicut & ille qui vulpium foueas gestabat in animo. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore, reliquæ per electionem saluæ factæ sunt: id est, idem Christus est nunc qui tunc, & modo qui & illic tunc Helia dixit, Reliqui mihi. Quid est reliqui mihi? Ego illos elegi, quia vidi mentes eorum de me præsumentes non de se, nec de Baal. Non sunt mutati, sic sunt ut à me facti sunt, & tu qui loqueris nisi de me præsumeres, ubi esses? Nisi gratia mea plenus esses, non ante Baal etiam ipse genu flecteres? Gratia autem mea plenus es, quia nihil de tua virtute, sed totum de mea gratia præsumpsisti. Noli ergo in hoc gloriarì, ut putes te in seruitio tuo non habere conseruos, sunt quos elegi sicut & te, de me scilicet præsumentes. Sicut ait Apostolus, Et nunc reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Caue ò Christiane, caue superbiam. Licet enim imitator sanctorum sis, totum gratiæ semper reputa, quia ut esset aliquid reliquum, gratia in te dei, non tuum meritum fecit. De ipsis denique reliquis, dixerat Propheta Esaias commemorans, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissetis. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, id est, iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam non est gratia. Si enim de tuo opere præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur. Interrogo nunc, Credis ò peccator Christo. Dicis, Credo. Quid credis? Gratis vniuersa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credidisti. O gratia gratis data. Quid tu iuste credis? Te sine deo non posse seruire iustitiam ipsius? Ergo totum reputa, quod iustus es, pietati. Quod autem peccator es, tuæ iniquitati ascribe. **C** Esto accusator tuus, & ille erit indultor tuus. Omne enim crimen facinus vel peccatum nostræ est negligentia, & omnis virtus & sanctitas dei est indulgentia. Conuersi ad dominum.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, Et cætera quæ sequuntur: Sermo VIII.

**S**anctum Evangelium cum legeretur, audimus exultasse dominum Iesum in spiritu, & dixisse, Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hucusque interim verba domini, si digne, si diligenter, si quod primum est pie consideremus, inueniemus primitus non semper cum in scripturis legimus confessionem debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas vestra, quia mox ut hoc verbum sonuit lectoris, secutus est etiam sonus rursus pectoris vestri, audito scilicet quod dominus ait, Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit, Confiteor, pectora vestra tutudistis. Tundere autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & evidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor

audistis, qui confitetur non attendistis. Nunc ergo aduertite. Si confiteor Christus dixit, à quo est longe omne peccatum, non solus est peccatoris, sed etiam laudatoris. Confitemur ergo, siue laudantes deum, siue accusantes nos ipsos. Pia est utraque confessio, siue cum te reprehendis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autem bene cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in accusatione ipsius tui? Quare confiteris, nisi quia ex mortuo viuus factus es? Scriptura quippe ait, A mortuo quasi qui non sit perit confessio. Si perit à mortuo confessio, qui confitetur viuus. Et si peccatum confitetur, utique à morte reuixit. Si peccati confessor reuixit à morte, quis eum suscitauit? Nullus mortuus est suipsum suscitator. Ille se potuit suscitare, qui mortua carne non mortuus est. Etenim hoc suscitauit quod mortuum fuerat. Ille se suscitauit qui vivebat in se, in carne autem suscitanda mortuus erat. Non enim pater solus filium suscitauit, de quo dictum est ab Apostolo, Propter quod cum deus exaltauit: sed etiam dominus seipsum, id est, corpus suum, vnde dicit, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabitur illud. Mortuus autem est peccator, maxime ille quem moles consuetudinis premit, quasi sepultus est Lazarus. Parum enim erat quia mortuus, etiam sepultus. Quisquis igitur malæ consuetudinis, malæ vitæ, terrenarum scilicet cupiditatum mole premitur, ita ut in illo iam factum sit, quod in quodam Psalmo miserabiliter dicitur, Dixit stultus in corde suo, non est deus. Fit talis de quali dictum est, A mortuo velut qui non sit perit confessio. Quis eum resuscitabit, nisi qui remoto lapide clamauit dicens, Lazare prodi foras? Quid est autem foras prodire, nisi quod occultum erat foras prodere? Qui confitetur, foras prodit. Foras prodire non posset nisi viuere. Viuere non posset nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio, dei laudatio est. Dicit ergo aliquis, Quid prodest ecclesia si iam confessor voce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest ecclesia confitenti, cui dominus ait, Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo? Ipsum Lazarum attende, Cum vinculis prodit, iam viuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia cui dictum est, Quæ solueritis soluta erunt, nisi quod ait dominus continuo ad discipulos, Soluite illum & sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue deum laudemus, bis deum laudamus: si pie nos accusamus, deum utique laudamus. Quando deum laudamus, tanquam eum qui sine peccato est, prædicamus. Quando autem nos ipsos accusamus, ei per quem resurreximus gloriam damus. Hoc si feceris, nullam occasionem inuenit inimicus qua te circumueniat ante iudicem. Cum enim tu ipse fueris accusator, & dominus liberator, quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos, carnem & sanguinem miserandam potius quam cauendam, sed aduersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur ut armemur, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines quos videtis scire in vos. Vasa sunt, aliè virtutis. Organa sunt, alius tangit. Immisit se, inquit, diabolus in cor Iudæ, ut traderet dominum. Ait aliquis, Quid ergo ego feci? Audi Apostolum, Neque detis locum diabolo. Tu mala voluntate locum dedisti, intrauit, possedit, vitur. Si locum non daret, non possideret. Ergo nos admonens ait, Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad-

Retra. 5.

Esai. 58.

Math. 3.

Luc. 9.

Phillip. 2.

Math. 7.

Ioan. 2.

Mat. 8.

L.

Euangelio quo homines parat Christus.

Eph. 6.

Pariter quo honorandi

M.

Mortui, mortuos sepelientes, Cant. 2.

Charitatem ordinare.

2. Mac. 7.

Luc. 9.

Roma. 11. &

3. Roma. 19.

Ecclesiasticus 17.

Phillip. 2. Ioan. 2. E.

Lazarus.

Psal. 13. & 58.

4. Gen. d. 17. cap. 1. Ecclesiasticus 17.

Foras, prodire.

Matth. 16. Ioan. 11.

F.

Laudare deum.

Accusare nos ipsos.

Eph. 6.

Ioan. 13.

Eph. 4.



Eph. 6. **G**red aduersus principes & potestates. Possit quisque putare aduersus reges terræ, aduersus potentes seculi. Quare ipsi non caro & sanguis? Semel dictum est, non aduersus carnem & sanguinem, Auertere ab omni homine. Qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritualis nequitia; rectores mundi, Quasi plus dedit diabolo & angelis eius. Plus dedit, rectores mundi appellauit: Sed ne male intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sint illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundi tenebrarum harum quibus est rector? Dilectoribus suis & infidelibus plenus est mundus. Hos appellat Apostolus tenebras, Harum rector est diabolus & angeli eius. Hæ tenebræ non naturales sunt, non incommutabiles sunt, mutantur & lumen efficiuntur, credunt, & credendo illuminantur. Quod cum in eis factum fuerit, audient, Fuisit enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nam quando tenebræ, non in domino. Iterum quando lux, non in te, sed in domino. Quid enim habes quod non accepisti? Qui ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo, inuisibilem vincis credendo. Visibilis est hostis homo, visibile est & ferire. Inuisibilis est hostis diabolus, inuisibile est credere. Est ergo pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his inimicis quomodo se tutum dicit quidam? Hoc enim cõperam dicere, & necesse habui de his inimicis aliquando cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis, videamus tutelam, Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas, Laudans inuoca, sed dominum laudās inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca dominum, & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quod ait ipse dominus, Sacrificium laudis glorificabit me, & ibi via est vbi ostendam illi salutare meum, Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viam mittere. In via esto, noli à via recedere. A laude domini nec vnguem, nedum pedem. Si enim volueris ab hac via deuiare, & pro domino te laudare, nō eris saluus ab illis inimicis, quia de illis dictum est, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni te habere abs te, deuiasti à laude dei. Quid iam miraris si te seducit inimicus, quando tuipsum seductor es? Audi Apostolum, Qui enim putat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum seducit. Dominum ergo attende confidentem, Confiteor tibi domine pater celi & terræ. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia, singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui Christus est, si tollas gratiam? Et tantam gratiam, qua vnus oportebat esse Christum, & ipsum esse quem nouimus. Tolle gratiam istā quid est Christus nisi homo? Quid nisi quod tu? Suscepit animam, suscepit corpus, suscepit plenum hominem, Coaptat sibi, vnam facit dominus cum seruo personam. Quanta ista gratia, Christus in celo, Christus in terra. Simul Christus & in celo & in terra. Christus apud patrem, Christus in vtero virginis, Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdam. Eo autem ipso die Christus in paradiso cū latrone confidente. Et ibi latro quid meruit, nisi quia illam viam tenuit, vbi ostendit salutem suam? A qua tibi pes non exeat. In eo enim quod se accusauit, deum laudauit; & vitam suam beatam fecit. Præsumpsit quidem à domino, & ait illi, Domine memento mei dum ve-

neris in regnum tuum. Cõsiderabat enim facinora sua, & pro magno habebat si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuo cum ille diceret, memento mei: sed quando, cum veneris in regnum tuum, Amen, inquit, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Audi ergo dominum confidentem, Confiteor tibi domine pater celi & terræ. Quid est confiteor? In quo te laudo. Hæc enim confessio, vt dixi, laudem habet. Quia abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc fratres? A contrario sensu intellige, Abscondisti hæc, inquit, à sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed ait, Abscondisti quidem à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantibus falsò grandibus, vere autem timentibus, oppositum non sapientes, non prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. Nomine sapientium & prudentium, superbus intelligi potest, ipse exposuit cum ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti non paruulis. Quid est non paruulis? Non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis? O via domini, aut non erat, aut latebat vt reuelaretur nobis. Vnde dominus exultauit, nisi quia reuelatum est paruulis? Debemus esse paruuli, nā si voluerimus esse magni, quasi sapientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudentes, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium à contrario. Si dicendo te esse sapientem stultus factus es, dic te stultum, & sapiens eris. Sic dic. Dic, & intus dic, quia sic est vt dicis. Si dicis, coram hominibus noli dicere, & coram deo non dicere. Prorsus quod ad teipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Antequam hoc dicerent quid rursus? Et obscuratum est insipiens cor eorum. Dic quia tu tibi lumen non es. Vt multum, oculus es, lumen non es. Quid prodest patens & sanus oculus, si lumen desit? Ergo dic à te tibi lumen non esse, & clama quod scriptum est, Tu illuminabis lucernam meam domine. Lumine tuo domine illuminabis tenebras meas. A me enim nihil nisi tenebræ, tu autem lumen fugans tenebras illuminans me, non à me mihi lumen existens, sed lumen non participans nisi in te. Sic & Ioannes amicus sponsi, Christus putabatur, lumen putabatur. Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen, erat lumen verum. Quid est verum? Quod illuminat omnem hominem, ergo & Ioannem recte dicentem, recte confidentem, Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit quam tu illum inabis lucernam meam domine. Denique iam illum inatus, testimonium perhibebat. Propter cæcos, lucerna diei testimonium perhibebat. Vide quia lucerna est, Vos, inquit, misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret. Quæ accendi potest, potest & extinguui. Sed vt nō extinguatur, ventum superbiæ non patiat. Ergo confiteor tibi domine pater celi & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, lumen se putantibus, & tenebræ erant. Et eo quod tenebræ erant, & lumen se putabant, nec illuminari potuerunt. Illi autem qui tenebræ erant, & tenebras se esse confitebantur, paruuli erant, non

Matt. 11.

Sapientes.

Prudentes.

Paruuli.

L

Roma. 11.

Stultus tenebrosus in corde.

Roma. 11.

Psal. 17.

M

Ioan. 11.

Ioannes in me putabatur, sed nō tam erat lumen.

Ioan. 11.

Ioan. 5.

Psal. 17.

Matth. 11.

2. Timo. 3.

Iugū & sarcinā domini terre quid sit? Matth. 20.

2. Cor. 6.

2. Cor. 11.

2. Cor. 4.

† alius, horribili & tremenda (seu) terra celi & maris impleti sunt mercatores &c.

**A** non magni, humiles erant; non superbi. Recte ergo dicebant: tu illuminabis lucernam meam domine. Se agnoscebant, dominum laudabant; à via salutari non recedebant. Laudantes dominum innocabant; & ab inimicis suis salui erant.

De eo quod scriptum est in Euāgelio secundum eundem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos &c.

Sermo I X.



Matth. 11. **M**atth. 11. Irum quibusdam videtur fratres charissimi, cū audiunt dominum dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. Et considerant eos qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sarcinam māsuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt non à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocati videantur, cum & Apostolus dicat, Omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur. Ait ergo aliquis, Quomodo iugum leue est, & sarcina leuis, quando quidem illud iugum & sarcinam ferre, nihil est aliud quam pie viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, ac nō potius dicitur, Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vacantes inuenit quos conduxit in vineam, vt ferrent altum diem, Et sub illo iugo leni & sarcina leui, audiamus Apostolum dicere, In omnibus commendantes nosmetipsos tanquam dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis &c. Et alio loco in eadem epistola, A Iudæis quin quies quadragenas vna minus accepi, Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, Et cetera quæ numerari quidem pericula possunt, sed tolerari nisi spiritu sancto iuuante non possunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit aspera & graua, frequentius & abundantius sustinebat, sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluentia deliciarum dei, in spe beatitudinis futuræ omnia presentia deliniret aspera, & omnia graua releuaret. Ecce quàm suauē iugum Christi portabat, & quàm leuē sarcinā, & omnia illa quæ superius enumerata dura, & immania omnis auditor horrescit, leuem tribulationem diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto precio temporalium emenda sit futura vita, non pati æternos labores impiorū, & sine vlla sollicitudine perfrui æterna felicitate iustorū. Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris vlcis acriorum dolorum precio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissimæ atq; vltimæ vitæ. Immanissimis bellis miles arriterit, pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quàm in ocio quietus. Quibus tempestatibus & procellis, quàm horribili & tremedæ scintilla celi & maris importuni sunt mercatores, vt diuitias ventosas acquirat, maioribus quàm quibus acquiruntur sunt periculis & tempestatibus plenas. Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula, ab equis, à fossis, à precipitiis, à fluminibus, à feris perferunt venatores, quæ laborem elurienti & sitiendi, quætas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant, & interdum nec ipsius bestiarum carnes, propter quæ hæc tan-

ta sustinent, epulis necessarias: Quamquæ & si aper capere uisve capiatur, magis suauē sit venantis animo quia captus est, quàm comedentis palato quia coctus est. Quæ cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorū atas subditur: Quæ etiam in scholis vigiliarum & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter opes honoresq; vanitatis, vt numeros, & literas; & disertas fallacias eloqui discant: Sed in his omnibus qui hæc non amant, eadem graua patiuntur. Qui vero amant, eadem quidem, sed non graua pati videntur: Omnia enim suauē & immania, prorsus facilia & propè nulla efficiuntur amor. Quæ ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit. Quàm facile toleratur qualibet aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur. Nō immerito ille vas electionis cum ingenti latitia dixit, Nō sunt cõdignæ passionibus huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde illud iugū suauē est, & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista, Propter verba labiorum tuorū, ego sustodini vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propter quod ita diuina pietatis dispensatione actum est, vt interior homo qui renouatur de die in diem, non adhuc sub lege positus, sed iam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium obseruationum, quod erat reuera graue iugū, sed duræ certici cõuenienter impositum, facilitate simplicis fidei, & bonæ spei, & sanctæ charitatis, quæquid molestiarū exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps qui missus est foras, interiori gaudio leue fieret. Nihil enim tã facile bonæ voluntati est, quàm ipsa sibi, & hæc sufficit deo. Quantūlibet ergo fatigat te mundus, verissime angeli nato in carne domino clamauerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis, quia qui natus erat suauē iugum est & sarcina leuis. Et sicut dicit Apostolus, Fidelis deus qui nos non finit tentari supra quod possumus ferre, sed facit cum tentatione etiā exitum vt possimus sustinere.

De eo quo supra, Venite ad me omnes, &c.

Sermo X.



**A**vidimus in Euangelio dominum exhilaratum spiritu dixisse deo patri, Confiteor tibi domine pater celi & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quia sic placitum est antè te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo agnoscit filiū nisi pater, neque patrem quis agnoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. In clamando laboramus, in audiendo laboratis. Audiamus ergo eum qui sequitur & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quare enim omnes laboramus, nisi quia sumus mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes quæ faciūt inuicem angustias? Sed si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis, Quid ergo dicit, Venite omnes qui laboratis, nisi vt nō laboretis? Deniq; promissio eius in promptu est, quoniam laborantes vocauit, Quarent forte qua mercede vocati sunt, Ecce ego vos, inquit, reficiam. Tollite iugū meū super vos, & discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, nō in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare: sed, Quoniam mitis sum, & humilis corde. Magnū esse vis, à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam cõstruere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quan-

Roma. 8.

E

Psal. 116.

2. Cor. 4.

Obsertatio num sarcinæ graue iugū.

Luce. 2.

1. Corin. 10.

F

Matth. 11.

Laborandi necessitas.

**G** tam quisque vult & disponit superimponere molem adificij, quanto erit maius adificium, tanto altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur, in superna confurgit, Qui autē fodit fundamentū, ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur, & fastigium post humiliationem erigitur. Quod est fastigium cōstruēdæ fabricæ quam molimur? Quod peruenturum est cacumen adificij? Cito dico, vsq; ad cōspicere deū. Qui desiderat, & quod dico, & quod audit intelligit. Promittitur nobis cōspicē<sup>9</sup> dei, veri dei, summi dei. Hoc enim bonum est, videntem videre. Nā qui colunt falsos deos, facile illos vident, sed eos vident qui oculos habent & non vident. Nobis autem promittitur visio dei viuētis & videntis, vt illum deum videre cōcupiscamus, de quo dicit scriptura, Qui plantauit aurē, nōne audiet? Qui finxit oculū, nōne considerat? Non ergo audit qui fecit tibi vnde audias? Et nō videt qui creauit vnde videas? Bene autē proloquitur in ipso Psalmo, & dicit, **I**ntelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Multi enim propterea mala faciunt, dum putant quod non videantur a deo, & difficile est quidem vt eum credant videre non posse, sed putant nolle. Pauci inueniuntur tāta impietatis, vt impleatur in eis quod scriptum est, Dixit stultus in corde suo, non est deus. Infamia ista paucorum est. Sicut enim magna pietas paucorū est, ita & magna impietas nihilominus paucorum est. Hoc autem quod dico, turba dicit, Ecce modo inde cogitat deus vt sciat quid faciam in domo mea, & curat deus quid velim agere in lecto meo? Quis dicit? Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite. Tu homo cum sis, qui laboras, si omnia domus tuæ noueris, & pertineant ad te omnia verba, omnia facta seruatorum tuorum, putas & deum sic laborare, vt attendat ad te, qui non laborauit vt crearet te? Oculum in te non intendit suum qui fecit tuum? Nō eras, & creauit te vt esses. Non te curat cum iam sis, qui vocat ea quæ non sunt tanquam sint? Non ergo tibi hoc promittas, velis, nolis, videt te, & ab eius oculis non est vbi abscondas te. Si enim cælū ascenderis, ibi est: si descenderis in infernum, adest. Laboras, nolens recedere a factis malis, & volens nō videri a deo. Magnus labor. Facere vis mala quotidie, suspicaris te non videri, audi scripturam dicentē, Qui plantauit aurem, nōne audiet? Qui finxit oculum, nōne considerat? Vbi mala facta tua abscondis ab oculis dei? Si vis recedere ab ipsis, multū laboras. Audi dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis. Non finis laborem fugiendo. Ab illo eligis fugere, non ad illum. Inueni quōd, & fuge. Si autem propterea nō potes ab illo fugere, quia vbique præsens est, de proximo fuge ad deum, quia præsens est vbi stas. Fuge. Ecce fugiedo excessisti cœlos, ibi est. Descendisti ad inferos, ibi est: quas cūque terrarum solitudines elegeris, ibi est qui dixit, Cœlum & terram ego impleo. Ergo si cœlum & terram ipse implet, & quō fugere possis ab illo nō est, noli laborare. Fugē ad præsentem, ne sentias venientē. Præsente te visurum bene viuendo, a quo videris & male viuendo. Male enim viuendo videri potes, videre nō potes. Bene autem viuendo & videris & vides. Quanto enim te familiaris videbit qui coronat dignū, qui misericorditer vidit vt vocaret indignum. Nathanaël ait domino quem nondum sciebat, Vnde me nosti? Ait ei dominus, Cū esses sub arbore ficī vidi te. Videt te Christus in vmbra tua, non te videbit in luce sua? Quid est enim, cum esses sub arbore ficī vidi te? Quid sibi hoc

vult? Quid significat? Recordare originale peccatum K Adæ, in quo omnes morimur. Quando primū peccauit, de folijs ficulneis succinctoria sibi fecit. Significans in illis folijs prurimum libidinis, quō peccando peruenit. Inde nascimur, sic nascimur, in carne peccati nascimur, quam sola sanat similitudo carnis peccati. Ideo misit deus filium suum in similitudine carnis peccati. Inde venit, sed sic non venit. Non enim eum virgo libidine, sed fide concepit. Venit in virginem, qui erat ante virginem. Quam creauit elegit, quam eligeret, creauit. Attulit virgini fecunditatem, non abstulit integritatem. Qui ergo sine pruritu foliorum ficus venit ad te, cum esses sub arbore ficī vidi te. Para te videre sublimiter, a quo visus es misericorditer. Sed quia magnū fastigium est, de fundamento cogita. Quo, inquis, fundamento? Disce ab illo, quoniam mitis est, & humilis corde. Hoc in te fode fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, nō remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro: Sermo XI.

**M**agna quaestio est de recenti euāgelica lectione proposita, Cui solueda quantum ad nos attingit, impares sumus, sed sufficientia nostra ex deo est, quantum eius adiutorium vel accipere vel capere possumus. Prius ergo magnitudinē aduertite quaestionis, vt cum eius molem humeris nostris impostam videritis, oretis pro laboribus nostris, atque in auxilio quod nobis præbetur inueniatis adificationem mentibus vestris. Cum domino fuisset oblatum dæmonium habens, cæcus & mutus, & curasset eum ita vt loqueretur & videret, & stupent omnes turbæ dicentes, nunquid hic est filius David? Pharisei audientes dixerunt, Hic nō eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Satanas Satanam eiicit, aduersum se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Hoc dicens ex ipsorum confessione volebat intelligi, quōd in eum non eredo in regno diaboli esse delegissent, quod vtique aduersum se diuisum stare non possit. Eligant ergo Pharisei quōd voluerint. Si Satanas Satanam non potest eiicere, nihil contra dominum quod dicerent inuenire potuerunt. Si autem potest, multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem dominus Christus eiiciat dæmones, ne dæmoniorum principem existiment, attendant quod sequitur. Et si ego, inquit, in Beelzebub eiicio dæmones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Dixit hoc vtique de discipulis suis, illius populi filiis, qui certe discipuli domini Iesu Christi bene sibi conscij fuerant, nihil se malarū artium a bono magistro didicisse ne in principe dæmoniorū eiicerēt dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices vestri erunt. Ipsi, inquit, ipsi ignobilia & cōtempnibilia huius mūdi, in quibus nō artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meæ virtutis apparet, ipsi testes mei, iudices vestri erūt. Deinde subiūgit, Si autē ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnū dei. Quid est hoc? Si ego, inquit, in spiritu dei dæmones eiicio, nō aliter possunt filij vestri eiicere, quibus non malignam doctrinam, sed fidem simplicem dedi, proculdubio peruenit

**A** peruenit in vos regnum dei, quo subuertitur regnum diaboli, cum quo & vos subuertimini. Et quoniam dixerat, Filij vestri in quo eiiciunt, vt ostēderet in eis gratiam suam, non meritum illorum: Aut quomodo potest quisque, inquit, intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & sic domū eius diripere? Filij, inquit, vestri, vel qui crediderunt in me, vel adhuc credituri sunt & eiecturi dæmones, non in dæmonium principe, sed in simplici sanctitate, qui certe vel fuerunt, vel hoc sunt quod etiam vos estis, id est, peccatores atque impij, & ideo in domo diaboli, & vasa diaboli, quomodo ab illo possent erui, quos prauamente iniquitate fortiter obtinebat, nisi alligaretur iustitia meæ vinculis, & vasa eius diriperem quæ fuerant vasa iræ, & ea facerem mea vasa misericordiae? Hoc est quod etiam beatus Apostolus superbis, & quasi de suis meritis gloriantibus increpans dicit, Quis enim te discernerit? Hoc est, a massa perditionis ex Adam, & a vasis iræ quis te discernit? Et ne quisquā diceret iustitia mea, Quid enim habes, inquit, quod non accepit? Vnde & de seipso dicit, Fuimus enim & nos aliquando naturaliter filij iræ sicut & ceteri. Ergo & ipse vas erat in domo illius male fortis, cum esset Ecclesie persecutor, blasphemus, iniuriosus, in malitia & inuidia, sicut fatetur agens. Sed ille qui alligauit fortem, ab eo vasa perditionis eripuit, & vasa electionis effecit. Denique ne putarent increduli & impij aduersantes nomini Christiano, propter diuersas hæreses & schismata eorum, qui sub nomine Christiano greges colligunt perditorum, etiam Christi regnum aduersum se esse diuisum, consequenter adiungit, Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Nec ait, qui nō est sub voce nominis mei, aut, sub specie sacramenti mei: sed, qui non est mecum, contra me est. Nec ait, qui non congregat sub inuocatione nominis mei: sed, qui non congregat mecum, spargit. Non est ergo aduersum se diuisum regnum Christi, & si homines conantur diuidere, quod emptum est precioso sanguine Christi. Nouit enim dominus qui sunt eius. Et recedat, inquit, ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Nam si ab iniquitate non recedit, non pertinet ad regnū Christi, etiam nominans nomen Christi. Vt ergo aliqua, exempli gratia, commemorem, spiritus auaritia, & spiritus luxuria, quia ille cōtrahit, ille profundit, diuisi sunt aduersum se, & ambo pertinent ad regnum diaboli. Apud idolorum cultores spiritus Iunonis, & spiritus Herculis diuisi sunt aduersum se, & ambo pertinent ad regnum diaboli. Paganus & Iudæus hostes Christi, diuisi sunt aduersum se, & ambo pertinent ad regnū diaboli. Arriani & Photiniani ambo hæretici, & aduersum se ambo diuisi. Donatista & Maximiniana ambo hæretici, & aduersum se ambo diuisi. Omnia vitia erroresq; mortalium inter se contrarij, diuisi sunt aduersum se, & omnes pertinent ad regnum diaboli, ideo non stabit regnum eius: iustus autem & impius, fidelis & incredulus, catholicus & hæreticus, diuisi quidē sunt aduersum se, sed non ambo pertinent ad regnum Christi. Nouit dominus qui sunt eius. Nemo sibi de vocabulo blandiatur. Si vult sibi prodesse nomen domini, recedat ab iniquitate qui inuocat nomē domini: Sed ista verba euāgelica & si habebat aliquod obscuritatis, quod domino arbitror adiuuante explanatum, non erant tamen tantæ difficultatis, quantæ apparet esse quod sequitur. Ideo dico vobis, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia

non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Quid ergo fiet de his quos lucrari cupit Ecclesia? Nunquid nam correctis & ad eam ex quocūq; errore venientibus spes falsa promittitur in remissione omnium peccatorum? Quis enim nō conuincitur dixisse verbum contra spiritum sanctum, antequā Christianus vel catholicus fieret? Primū ipsi qui pagani appellantur multorum deorum falsorumq; cultores & idolorum adoratores, cum dicunt dominum Christum magicis artibus fecisse miracula, nōne istis sunt similes eis qui eum dixerunt in principe dæmoniorum eiicisse dæmonia? Deinde cum quotidie nostram sanctificationem blasphemant, quid aliud blasphemant quā spiritum sanctum? Quid Iudæi qui dixerunt de domino vnde iste ortus est sermo? Nōne adhuc usque verbum contra spiritum sanctum loquuntur, sic negantes eum esse in Christo, sicut illi in Christo esse negauerunt? Neque enim & illi spiritus sancto non maledixerunt, aut non eum dicentes esse: aut esse quidem, sed deum non esse, sed esse creaturam: aut ad dæmones eiiciendos nihil valere: non ista indigna, non aliquid simile de spiritu sancto locuti sunt? Sacerdotes enim spiritus sanctū negabant, Pharisei vero eum esse contra Saduceorum hæresim defendebant, sed esse in domino Iesu Christo negabant, quem dæmones eiicere in principe dæmoniorum putabant, cum eiiceret ille in spiritu sancto. Ac per hoc & Iudæi & quicumque hæretici spiritum sanctum confitentur sed eum negant esse in Christi corpore, quod est vnica eius Ecclesia nō vtique nisi vna catholica, proculdubio similes sunt Phariseis qui tunc etiam si esse spiritum sanctum fatebantur, negabant tamen eum esse in Christo, cuius opera in dæmonibus eiiciendis dæmoniorum principi tribuebant. Omitto quōd quidam hæretici ipsum omnino spiritum sanctum vel non creatorem sed creaturam esse contendunt, sicut Arriani & Eunomiani & Macedoniani: vel eum prorsus ita negant, vt ipsum deum negēt esse trinitatem, sed tantummodo esse deum patrem asseuerant, & ipsum aliquando vocari filium, aliquando vocari spiritum sanctum: sicut Sabelliani, quos quidam Patripassianos vocant, ideo quia patrem prohibēt passum, cuius negant esse aliquem filium, sine dubio negant esse spiritum sanctum. Photiniani quoque patrem solum esse dicentes deum, filium vero non nisi hominem dicunt, negantes omnino tertiam personam spiritum sanctum. Manifestum est igitur & a Paganis, & a Iudæis & ab hæreticis blasphemari spiritum sanctum. Nunquid nam ergo deserēdi sunt & sine vlla spe deputandi, quoniam fixa sententia est, Qui verbum dixerit contra spiritum sanctum non ei dimittetur neque in hoc seculo neq; in futuro: & illi soli æstimandi sunt ab huius grauissimi peccati reatu liberi, qui ex infantia sunt catholici? Nam quicumque verbo dei crediderunt vt catholici fierent, vtique aut ex Paganis, aut ex Iudæis, aut ex hæreticis in gratiam Christi pacemque venerunt: quibus si nō est dimissum quod dixerunt verbum contra spiritum sanctum, inaniter promittitur & prædicatur hominibus vt conuertantur ad deum & siue in baptismo siue in Ecclesia pacem remissionemque accipiant peccatorum. Neq; enim dictum est, Non remittetur ei nisi in baptismo: sed, nō remittetur, inquit, neque in hoc seculo, neque in futuro. Nonnullis videtur eos tantummodo peccare in spiritu sanctum, qui

Psal. 93.

Psal. 138.

Psal. 93.

Roma. 4.

Psal. 138.

Psal. 93.

Hiere. 23.

Ioan. 1.

Gene. 3.

Roma. 8.

i. Corin. 4.

Vbi supra. Ephes. 2.

i. Cor. 3.

Matth. 12.

2. Timo. 2.

Matth. 12.

Gal. 3.

Matth. 12.

Matth. 12.

De peccato in spiritum sanctum.





**G**lanacro regenerationis abluti in Ecclesia, & accepto spiritu sancto, velut tanto postea dono Saluatoris ingrati, mortifero aliquo peccato se immerferint, qualia sunt adulteria vel homicidia, vel ipsa discessio, siue omnimodo a nomine Christiano siue a catholica Ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro, cum & poenitentia quorumque criminum locus in Ecclesia non negetur, & ipsos haereticos ad hoc vtique corripandos dicat Apostolus, Ne forte det illis deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiscant de diaboli laqueis a quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem. Quis enim est fructus correctionis sine vlla spe remissionis? Postremo non ait, qui fidelis catholicus dixerit verbum contra spiritum sanctum: sed, qui dixerit hoc est, quilibet dixerit, quicumque dixerit, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Siue ergo sit ille paganus, siue Iudaeus, siue Christianus, siue haereticus, siue quodlibet aliud habeat nomen erroris, non dictum est ille aut ille, sed qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, id est, blasphemauerit spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Porro autem si omnis error contrarius veritati

**H** & inimicus catholicae paci, sicut supra ostendimus, dicit verbum contra spiritum sanctum, nec tamen cessat Ecclesia ex omni errore corrigere atque colligere, qui remissionem peccatorum & ipsum quem blasphemauerant accipiant spiritum sanctum: puto quod grande secretum tam magnae huius quaestiones ostendimus. Lumen ergo expositionis a domino requiramus. Erigite itaque fratres, erigite ad me aures, ad dominum mentes. Dico charitati vestrae, Forte in omnibus sanctis scripturis nulla maior quaestio, nulla difficilior inuenitur. Vnde vt vobis aliquid de me ipso fatear, semper in sermonibus quos ad populum habui, huius quaestiones difficultatem molestiamque vitavi: non quia nihil haberem quod inde vtunque cogitarem, neque enim in re tanta petere, quaerere, pulsare negligere: sed quia ipsi intelligentia quae mihi aliquantum aperiebatur, verbis ad horam occurrentibus me posse sufficere non putarem. Hodie autem lectione audiens de quibus vobis esset sermo reddendus cum Euangelium legeretur, ita pulsatum est cor meum, vt crederem deum velle aliquid hinc per meum ministerium vos audire. Prius ergo vt aduertatis & intelligatis admono, non dixisse dominum, **I** Omnis blasphemia spiritus non remittetur ei: neque dixisse, Quodcumque verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei: sed, qui dixerit verbum. Illud enim si dixisset, nihil nobis omnino remaneret vnde disputare possemus: quoniam si omnis blasphemia & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum non remittetur hominibus, ex nullo genere impietatis eorum qui dono Christi & sanctificationi Ecclesiae contradicunt, vel Paganorum vel Iudaeorum vel quorumlibet haereticorum, nonnullorum etiam in ipsa catholica imperitorum quenquam in Ecclesia lucraretur. Sed absit vt hoc dominus diceret: absit, inquam, vt veritas diceret, omnem blasphemiam & omne verbum quod contra spiritum sanctum diceretur, non habere remissionem, neque in hoc seculo neque in futuro. Exercere quippe nos voluit difficultate quaestiones, non decipere sententiae fallitate. Quapropter non est necesse vt omnem blasphemiam & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum, remissionem quisquam existimet non habere: sed necesse est planè vt sit aliqua blasphemia, & aliquid verbum: quod si dicatur contra spiritum san-

ctum, nullam vnquam veniam remissionemque mereatur: quia si omne acceperimus, quisnam poterit saluari? Si autem rursus nullum putauerimus, contradicimus Saluatori. Est ergo sine dubio aliqua blasphemia & aliquid verbum: quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum, non remittetur. Quid sit autem hoc verbum, quaeri a nobis dominus voluit, ideo non expressit. Quaeri, inquam, voluit, non negari. Solent enim scripturae ita loqui, vt quando aliquid sic dicitur, vt neque ex toto neque ex parte dictum finiatur, non sit necesse vt ex toto fieri possit, vt ex parte non intelligatur. Ista ergo sententia ex toto, id est, vniuersaliter pronunciaretur, si diceretur, Omnis blasphemia spiritus non remittetur: laus qui dixerit. Quaecumque verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Ex parte autem, id est, particulariter pronunciaretur si diceretur, Quaedam blasphemia spiritus non remittetur. Quia ergo nec vniuersaliter nec particulariter enunciata sententia est. Non enim dictum est, Omnis blasphemia spiritus: aut, quaedam blasphemia, sed tantummodo indefinite dictum est, spiritus blasphemia non remittetur. Nec dictum est, Quicumque dixerit quodcumque verbum: aut, qui dixerit quoddam verbum: sed indefinite, qui dixerit verbum: non est necesse vt omnem blasphemiam vel omne verbum intelligamus, sed necesse est planè vt quaedam blasphemiam & quoddam verbum voluerit intelligi dominus: quantum id exprimere noluerit, vt petendo, quaerendo, pulsando, si quid recti intellectus acceperimus non vilitate habeamus. Hoc vt manifestius videatis, illud attendite quod ait idem ipse Iudaeus, Si non venissem & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Neque enim ita dictum est, vt sine vilo peccato omnino vellet intelligi futuros fuisse Iudaeos si non venisset & locutus eis fuisset. Plenos quippe inuenit, oneratosque peccatis. Propter quod dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Vnde, nisi sarcinis peccatorum & transgressionibus legis? Quoniam lex subintravit, vt abundaret delictum. Cum ergo etiam ipse alibi dicat, Non veni vocare iustos, sed peccatores: quomodo si non venisset peccatum non haberent, nisi quia sententia ista nec vniuersaliter nec particulariter, sed indefinite pronunciata non omne peccatum cogit intelligi? Sed planè nisi aliquid peccatum intellexerimus, quod non haberent nisi Christus venisset & locutus eis fuisset, falsam, quod absit, sententiam diceremus. Non ergo ait, Si non venissem & locutus fuisset eis, nullum peccatum haberent: ne veritas mentiretur: nec rursus definite dixit, Si non venissem & locutus fuisset eis, quoddam peccatum non haberent: ne pium studium parum exerceretur. In omni quippe copia scripturarum sanctarum pascimur apertis, exercemur obscuris. Illic fames pellitur, hic fastidium. Quia ergo non est dictum, peccatum nullum haberent non perturbemur cum peccatores Iudaeos etiam si dominus non venisset agnoscerimus. Sed tamen quia dictum est, Si non venissem, peccatum non haberent: vnde necesse est etiam si non omne, aliquid tamen eos ex aduentu domini quod non habebant contraxisse peccatum: illud ipsum profecto est, quod in praesentem sibi loquentem non crediderunt, eumque inimicum deputantes quoniam vera dicebat, insuper occiderunt. Hoc peccatum tam magnum & tam horrendum, si non venisset & locutus eis fuisset, vtique non haberent. Sicut ergo ibi cum audimus, Peccatum non haberent: non omne, sed aliquid

**A** sed aliquid peccatum intelligimus: ita in hodierna lectione cum audimus, Spiritus blasphemia non remittetur: non omnem blasphemiam, sed quandam. Et cum audiuimus, Qui dicit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei: non omne verbum, sed quoddam verbum intelligere debemus. Nam & hoc ipsum quod ait, Spiritus autem blasphemia non remittetur: vtique non omnis spiritus, sed spiritus blasphemia necesse est intelligamus. Quod & si planius alibi non diceret, quis tam vecors esset vt aliquid aliud intelligeret? Secundum hanc regulam locutionis, & illud accipitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Non enim & ibi ait, spiritus sanctus, hoc tamen intelligitur. Nec quoniam dixit, ex aqua & spiritu, omnem spiritum quisque intelligit. Quocirca cum audis, spiritus autem blasphemia non remittetur, sicut non omnem spiritum, ita non omnis spiritus blasphemia oportet accipias. Audire iam velle vos video, quoniam non est omnis, quoniam sit illa blasphemia spiritus quae non remittetur: & quod sit verbum, quoniam non est omne, quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc seculo neque in futuro. Iam & ego vellem dicere quod intentissime expectatis audire, sed tolerante aliquantisper maioris diligentiae moras, donec adiuvante domino, totum quod occurrit expediam. Alij quippe duo Euangelistae Marcus & Lucas, cum de hac re loquerentur, non dixerunt blasphemiam seu verbum, vt intelligeremus non omnem blasphemiam, sed quandam: nec verbum omne, sed quoddam. Quid ergo dixerunt? Apud Marcum ita scriptum est, Amen dico vobis, quoniam omnia dimittuntur filiis hominum peccata & blasphemiae quibus blasphemauerunt: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti. Apud Lucam ita, Omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Nunquid propter nonnullam verborum diuersitatem receditur ab eiusdem veritate sententiae? Nam neque alia causa est cum Euangelistae eadem non eodem modo dicant, nisi vt inde discamus res verbis, non rebus verba praepone, nihilque aliud in loquente quaerere nisi voluntatem, propter quam insinuandam verba promuntur. Quid enim ad rem interest, vtum dicatur, spiritus blasphemia non remittetur: an dicatur, qui blasphemauerit in spiritum sanctum non ei remittetur: nisi forte quod eadem apertius isto modo quam illo dicuntur, & alium Euangelistam non destruit alius, sed exponit? Spiritus autem blasphemia, clause dictum est, quia non expressum est, cuius spiritus. Non enim quicumque spiritus, spiritus sanctus est. Item potest dici spiritus blasphemia, cum spiritu quisque blasphematur, quomodo potest dici spiritus oratio cum spiritu quisque orat. Vnde dicit Apostolus, Orabo spiritu, orabo & mente. Cum vero dictum est, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum: illa ambiguitates solutae sunt. Item quod scriptum est, Non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni delicti: quid est aliud quam id quod secundum Matthaeum legitur, Non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro? Aliis quippe verbis, & alio loquendi modo eadem ipsa est expressa sententia. Et quod est apud Matthaeum, Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, ne aliud aliquid quam blasphemiam intelligeremus, planius alij dixerunt, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum. Eadem tamen res ab omnibus dicta

est, nec aliquis eorum a loquentis voluntate discessit. **D** propter quam intelligendam verba dicuntur, scribuntur, leguntur, audiuntur. Sed non ait aliquis, Ecce accipi & intellexi, quia cum dicitur blasphemiam, nec exprimitur omnis aut quaedam, potest quaedam intelligi, aut omnis. Sed non necesse est vt omnis. Nisi autem quaedam intelligatur, falsum est quod dicitur. Ita & verbum si non dicatur omne seu quoddam, non est necesse vt omne intelligatur: sed nisi vel quoddam fuerit intellectum, nullo modo potest verum esse quod dicitur. Sed vbi legitur, qui blasphemauerit, quomodo intelligi quaedam blasphemiam vbi non legitur nisi blasphemiam, vel quoddam verbum vbi non legitur nisi verbum: sed tanquam generaliter dici videtur, qui blasphemauerit? Huic contradictioni sic respondemus, qui etiam hic si diceretur, qui blasphemauerit quamcumque blasphemiam in spiritum sanctum, nihil esse cur aliquam blasphemiam querendam esse putarem, quando omnem intelligere deberemus, Sed quia omnis non potest intelligi, ne Paganis, Iudaeis, haereticis omnique hominum generi, qui diuersis erroribus & contradictionibus suis blasphemant in spiritum sanctum, spes remissionis si se correxerint auferatur: restat vtique vt in eo quod scriptum est, qui blasphemauerit in spiritum sanctum non habere remissionem in aeternum, ille intelligatur qui non omnimodo, sed eo modo blasphemauerit vt ei nunquam possit ignosci. Sicut in eo quod dictum est, Deus neminem tentat, non omni, sed quodam tentationis modo deus neminem tentare intelligendus est, ne falsum sit illud quod scriptum est, Tentat vos dominus deus vester: & ne Christum negemus deum, vel dicamus falsum Euangelium vbi legitur, Quia interrogabat discipulum tentans, ipse autem sciebat quid esset facturus. Est enim tentatio adducens peccatum, qua deus neminem tentat, & est tentatio probans fidem, qua & deus tentare dignatur. Ita cum audimus, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum: non omne blasphemandi genus debemus accipere, sicut nec ibi omne tentandi. Item cum audimus, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: non vtique intelligimus eo modo credentem quo & demones credunt & contemiscunt, nec in eo numero baptizatos, in quo Simon magus baptizari potuit, sed saluus esse non potuit. Sicut ergo cum diceret, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: non omnes credentes & baptizatos, sed quosdam intuebatur, in ea scilicet fide constitutos quae Apostolo distinguente per dilectionem operatur. Ita cum dicit, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum: non omnem, sed quendam blasphemantis in spiritum sanctum intendebat reatum, quo quisquis fuerit obligatus, nulla vnquam remissione soluetur. Illud etiam quod ait, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo: quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducant & bibant, cum ipsam carnem manducant & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri venditor & traditor impius, quantum primum ipsum manibus eius confectum sacramentum carnis & sanguinis eius cum ceteris discipulis sicut apertius Lucas Euangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant & sanguinem bibunt, vel cum manducaverint & biberint apostatae fiunt, nunquid manent in Christo, aut Christus in eis?

Ioan. 17. De gratia & libero arbitrio cap. 2.

Matth. 11. Roma. 5.

Matth. 9.

Ioan. 17.

Non quiescit quo spiritus, spiritus sanctus est. 1. Corin. 14.

Marci. 3.

Matth. 12.

Vbi supra.

Ioan. 11.

Deut. 32.

Iacobi. 6.

Tentatio adducens peccatum. Tentatio probans fidem.

Marci. 16.

Iacobi. 2.

Act. 8.

Galat. 5.

Marci. 3.

Ioan. 6.

1. Corin. 11.

Luc. 22.

4. Gen. G Sed profecto est quidam modus manducandi illa car-

nem & bibendi illum sanguinem, quo modo qui man-  
ducauerit & biberit, in Christo manet & Christus in eo.  
Non ergo quocunque modo quisq; manducauerit car-  
nem Christi, & biberit sanguinem Christi, manet in  
Christo & in illo Christus: sed certo quodam modo,  
quem modum vtique ipse videbat quando ista dice-  
bat. Sic igitur & in eo quod ait, Qui blasphemauerit in  
spiritum sanctum non habet remissionem in aeternum,  
non quocunque modo blasphemauerit reus est huius  
irremissibilis delicti, sed modo quodam quem nos que-  
rere atque intelligere voluit, qui hanc sententiam ver-  
ram terribilemque deprompsit. Quisnam sit autem iste  
blasphemandi modus, vel potius immoderatio, qua-  
nam sit ista blasphemia, & quod sit verbum contra spi-  
ritum sanctum: iam, quantum existimo, ipse ordo ex-  
postulat vt dicamus, vestramq; expectationem tamdiu,  
sed necessarii detentam, non ulterius differamus. No-  
tis charissimi in illa inuisibili & incorruptibili trini-  
tate, quam fides vestra & catholica Ecclesia tenet &  
praedicat, deum patrem non spiritum sancti patrem esse,  
sed filij: & deum filium non spiritum sancti filium esse,  
sed patris: deum autem spiritum sanctum non solius pa-  
tris aut solius esse filij spiritum, sed patris & filij. Et hac  
trinitatem quauis seruata singularium proprietate &  
subsistentia personarum: tamen propter ipsam indiui-  
duam & inseparabilem aeternitatis, veritatis, bonitatis  
essentiam vel naturam, non esse tres deos, sed vnum  
deum. Ac per hoc pro captu nostro quantum ista per spe-  
culum & in aenigmate, praesertim talibus, quales adhuc  
sumus, videre conceditur, insinuat nobis in patre au-  
thoritas, in filio natiuitas, in spiritu sancto patris filijq;  
communitas, in tribus aequalitas. Quod ergo commu-  
ne est patri & filio, per hoc nos voluerunt habere com-  
munionem, & inter nos & secum: & per illud donum  
nos colligere in vnum quod ambo habent vnum, hoc  
est, per spiritum sanctum deum & donum dei. In hoc  
enim reconciliamur diuinitati, eaque delectamur. Nam  
quid nobis prodesset quicquid boni nossemus, nisi etiam  
diligere? Sicut autem veritate discimus, ita cha-  
ritate diligimus, vt & plenius cognoscamus, & beati-  
cognito persuamur. Charitas porro diffusa est in  
cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est  
nobis. Et quia peccatis alienamur a possessione vero-  
rum bonorum, Charitas cooperit multitudinem pec-  
catorum. Est ergo pater filio veritati origo verax, &  
filius de veraci patre orta veritas, & spiritus sanctus a pa-  
tre bono & filio bono effusa bonitas: omnium est au-  
tem non impar bonitas nec separabilis vnitas. Pri-  
mum ergo in nos, ad accipiendam vitam aeternam que  
in nouissimo dabitur, de bonitate dei munus venit ab  
initio fidei, remissio peccatorum: illis enim manentibus  
manent quodammodo inimicitiae aduersus deum,  
& ab illo alienatio quae a nostro malo est, quoniam no-  
mentitur scriptura dicens, Peccata vestra separant in-  
ter vos & deum. Non itaque nobis inferat bona sua, ni-  
si auferat mala nostra. Et intantum illa crescunt, in-  
quantum ista minuantur: nec illa perficiuntur nisi ista  
finitur. Iam vero quod dominus Iesus sic in spiritu  
sancto peccata dimittit, quemadmodum in spiritu san-  
cto daemones eicit: hinc intelligi potest, quod postea-  
quam resurrexit a mortuis, cum dixisset discipulis suis,  
Accipite spiritum sanctum: continuo subiicit, Si cui  
dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui tenueritis,  
tenebuntur. Nam & illa regeneratio vbi sit omnia

praeitorum remissio peccatorum, in spiritu sancto  
fit, dicente domino, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &  
spiritu, non potest introire in regnum dei. Sed aliud  
est nasci de spiritu, aliud nasci de carne: sicut aliud est  
nasci de carne, quod fit cum parit mater, aliud nasci  
de carne, quod fit cum lactat infantem, ad hoc conuer-  
sum vt cum voluptate biberet, vnde natus est vt viue-  
ret: vt inde accipiat viuendi alimentum, vnde accipit  
nascendi initium. Primum itaque credentium benefi-  
cium est benignitatis dei, in spiritu sancto remissio pec-  
catorum. Vnde ita coepit & praedicatio Ioannis Bapti-  
ste, qui praecursor domini missus est. Sic enim scriptum  
est, In diebus illis venit Ioannes Baptista praedicans in  
deserto Iudaeae & dicens, Poenitentiam agite, appro-  
pinquabit enim regnum caelorum, hinc & ipsius do-  
mini, quod ita legitur, Exinde coepit Iesus praedicare &  
dicere, Agite poenitentiam, appropinquauit enim re-  
gnum caelorum. Ait autem Ioannes inter caetera quae  
locutus est ad eos qui venerunt vt ab illo baptizaren-  
tur, Ego quidem vos baptizo aqua in poenitentiam, qui  
autem venturus est post me fortior me est, cuius non  
sum dignus calcamenta portare, ipse vos baptizabit  
in spiritu sancto & igni. Ait & dominus, Ioannes quide-  
m baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto  
non post multos hos dies, quem accepturi estis vsque  
ad Pentecosten. Quod autem dicit Ioannes, Et igni,  
quauis possit intelligi & tribulatio quam pro nomine  
Christi credentes fuerant perpassuri, tamen non ab re  
est eundem spiritum sanctum etiam nomine ignis si-  
gnificatum videri. Propter quod & in aduentu eius di-  
ctum est, Visa sunt illis linguae diuisae velut ignis, qui  
& insedit super vnumquemque eorum. Hinc & ipse  
dominus ait, Ignem veni mittere in mundum. Hinc &  
Apostolus dicit, Spiritu feruentes: quoniam hinc fer-  
uet charitas. Diffunditur quippe in cordibus nostris per  
spiritum sanctum qui datus est nobis. Cui feruori con-  
trariu est quod dominus ait, Refrigescet charitas mul-  
torum. Sed perfecta charitas, perfectum donum est spi-  
ritus sancti. Prius est autem illud quod ad remissionem  
pertinet peccatorum, per quod beneficium eruiunt de  
potestate tenebrarum, & princeps huius mundi mitti-  
tur foras fide nostra, qui operatur in filiis infidelitatis,  
nulla alia re nisi societate & obligatione peccati. In spi-  
ritu enim sancto quo in vnum dei populus congrega-  
tur eicitur spiritus immundus, qui in seipsum diuisus  
est. Contra hoc donum gratuitu, contra istam dei gra-  
tiam loquitur cor impoenitens. Ipsa ergo impoeniten-  
tia est spiritus blasphemia, quae non remittetur neq; in  
hoc seculo neque in futuro. Contra spiritum enim san-  
ctum quo baptizantur quorum peccata omnia dimitti-  
tuntur, & quem accepit Ecclesia, vt cui dimiserit pec-  
cata, dimittantur ei: verbum valde malum & nimis im-  
pium, siue cogitatione, siue etiam lingua sua dicit, quem  
patientia dei cum ad poenitentiam adducat, ipse secun-  
dum duritiam cordis sui & cor impoenitens thesauri-  
zat sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei,  
qui reddet vnicuique iuxta opera eius. Haec ergo impo-  
nitentia: sic enim vno aliquo nomine possumus vtrum-  
que appellare & blasphemiam & verbum contra spiritum  
sanctum quod remissionem non habet in aeternum: haec,  
inquam, impoenitentia contra quam clamabat & praeco  
& iudex dicentes, Poenitentiam agite, appropinqua-  
bit enim regnum caelorum: contra quam dominus os  
Euangelicae praedicationis aperuit, & contra quam ip-  
sum Euangelium in toto orbe praedicandum esse praedi-  
xit:

K  
Ioan. 3.  
Aliud est na-  
sci de spiritu  
& nasci de  
carne.  
Aliud est na-  
sci de carne  
& nasci de  
carne.  
Vbi supra.  
L  
Acto. 2.  
Ignis, tribu-  
lacio.  
Ignis, spiri-  
tus sanctus.  
Acto. 2.  
Luc. 12.  
Roma. 12.  
Roma. 5.  
Matth. 2. 4.  
Coloss. 1.  
Ioan. 12.  
Ephes. 2.  
In spiritu san-  
cto eicitur spi-  
ritus immun-  
dus.  
2. Gen. di. 43.  
ca. Sed quae-  
ritur.  
Impoenite-  
tia est spiri-  
tus blasphe-  
mia quae non  
remittetur.  
Roma. 2.  
Matth. 3. & 4.

A dixit: vbi posteaquam resurrexit a mortuis, ait discipu-  
lis, Oportebat pati Christu, & resurgere a mortuis ter-  
tio die & praedicari in nomine eius poenitentiam & re-  
missionem peccatorum per omnes gentes, incipienti-  
bus ab Hierusalē. Haec omnino impoenitentia non ha-  
bet remissionem, neque in hoc seculo neque in futuro,  
quia poenitentia impetrat remissionem in hoc seculo,  
que valeat in futuro. Sed ista impoenitentia vel cor im-  
poenitens quamdiu quisque in hac carne vinit, non po-  
test iudicari. De nullo enim desperandum est quamdiu  
patientia dei ad poenitentiam adducit, nec de hac vita  
rapit impium, qui non mortem vult impij, quantum vt  
reuertatur & viuat. Paganus est hodie, vnde scis vtrum  
sit futurus crastino Christianus: Iudeus infidelis est ho-  
die, quid si cras credit in Christo? Haereticus est hodie,  
quid si cras sequatur catholicam veritatem? Schismaticus  
est hodie, quid si cras amplectatur catholicam pa-  
cem? Quid si isti quos in quocunque genere erroris no-  
tas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam fi-  
niant istam vitam agant poenitentiam, & inueniant ve-  
ram vitam in futuro? Proinde fratres etiam ad hoc vos  
admoneat quod ait Apostolus, Nolite ante tempus quic-  
quam iudicare. Haec enim blasphemia spiritus cui nun-  
quam est vlla remissio (quoniam non omnē, sed quan-  
dam intelleximus, eamq; perseuerantē duritiam cordis  
impoenitētis vel diximus vel inuenimus, vel etiā quan-  
tum existimauimus ostendimus) non potest in quocunq;  
vt diximus, dum in hac adhuc vita est, deprehendi.  
Quod non ideo videatur absurdum, quia cum homo  
vsque in finem huius vite in dura impoenitentia perse-  
uerans, diu multumq; loquatur aduersus hanc gratiam  
spiritus sancti, Euangelium tamen tam longam contra-  
dictionem cordis impoenitētis, quasi breue aliquod ver-  
bum appellauit dicens, Quicunq; dixerit verbum contra  
filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit cōtra  
spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc  
seculo neque in futuro. Haec enim quauis proluxa sit &  
pluribus verbis contexta & producta blasphemia, solet  
tamen scriptura etiam multa verba verbum appellare.  
Neque enim vnum verbum locutus est quicunq; pro-  
pheta, & tamen sic legitur, Verbum quod factum est ad  
illum vel ad illum prophetam: Et Apostolus, Presbyteri,  
inquit, duplici honore honorentur, maxime qui labo-  
rant in verbo & doctrina. Non ait in verbis, sed in ver-  
bo. Et sanctus Iacobus, Estote, inquit, factores verbi, &  
non auditores tantum. Non ait & ipse verboru, sed ver-  
bi: quauis tam multa verba de scripturis sanctis in Ec-  
clesia celebriter & solenniter legantur, dicantur, audi-  
antur. Sicut ergo quantocunq; tempore quisq; nostrum  
in praedicando Euangelio laborauerit, non verboru sed  
verbi dicitur praedicator: & quantocunq; tempore quis-  
que vestrum nostram praedicationem diligenter atque  
instanter audierit, non verboru sed verbi audiendi stu-  
diosissimus nuncupatur. Ita eo more quo scripturae lo-  
quuntur, & quem nouit ecclesiastica consuetudo, quis-  
quis vnuerfa sua vita, qua istam gerit carnem, quāta-  
libet longitudine protendatur, quacunq; verba vel ore  
vel sola cogitatione locutus fuerit corde impoenitenti,  
contra remissionem peccatoru quae fit in Ecclesia ver-  
bum dicit contra spiritum sanctum. Ideo autem non so-  
lum verbum quod dictum fuerit cōtra filium hominis,  
sed omne prorsus peccatum & blasphemia remittetur  
hominibus, quia vbi hoc peccatum non fuerit cordis  
impoenitētis contra spiritum sanctum, quo in Ecclesia  
peccata soluantur, cuncta alia dimittuntur. Quomodo  
Tomus decimus.

autem hoc dimittitur, quod etiam remissionem impe-  
dit aliorum: Omnia ergo dimittuntur eis, in quibus  
non est quod nunquam dimittetur. In quibus est autem,  
quomodo hoc nunquam dimittitur, nec alia dimittun-  
tur, quia omnium remissio vinculo istius impeditur.  
Non ergo propterea quicunq; dixerit l verbum contra  
filium hominis, remittetur ei: qui autem l contra spi-  
ritum sanctum, non remittetur ei, quia in trinitate maior  
est filio spiritus sanctus, quod nullus vnquam vel here-  
ticus dixit: sed quoniam quisquis resisterit veritati, &  
blasphemauerit veritatē, quod est Christus, etiam post  
tantam sui praedicationem apud homines, vt verbum  
caro feret, & habitaret in nobis: quod est filius homi-  
nis, id est, ipse Christus, si nō dixerit verbum illud cor-  
dis impoenitētis contra spiritum sanctum, de quo di-  
ctum est, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu: &  
de quo item dictum est, Accipite spiritum sanctum, si  
cui dimiseritis peccata, dimittantur ei: id est, si poeni-  
tuerit eum, accipiet per hoc donum remissionem om-  
nium peccatorum: simul & huius, quod verbum dixit  
contra filium hominis: quia peccato ignorantie siue con-  
tumaciae vel cuiuscunq; blasphemiae, non addit pec-  
catum impoenitentiae cōtra donum dei & gratiam re-  
generationis vel reconciliationis quae fit in Ecclesia spi-  
ritus sancto. Proinde nec illud sentiendum est, quod qui-  
dam putant ideo remitti verbum quod dicitur contra  
filium hominis, non remitti autem quod dicitur con-  
tra spiritum sanctum, quia propter susceptam carnem  
factus est filius hominis Christus, hac sola irre-  
missibilis videretur, quae contra filium hominis dicitur,  
quasi cum homo solus putatur. Cum vero praemissum  
sit omne peccatum, & blasphemia remittetur homini-  
bus: quod etiam apud aliam Euangelistam ita positum  
est, Omnia dimittentur filiis hominum peccata & bla-  
phemia, quibus blasphemauerint: proculdubio & illa  
blasphemia quae cōtra patrem dicitur, ista generalitate  
concluditur, & tamen hac sola irremissibilis definitur  
quae dicitur contra spiritum sanctum. Nunquid nam &  
pater formam serui accepit, qua sit maior spiritus san-  
ctus? Non vtique, sed ideo post vniversalem comme-  
morationem omnium peccatorum omniumque blasphe-  
mia, eminētius voluit exprimere blasphemiam quae fit  
contra filium hominis, quia etiam si in illo peccato fue-  
rint homines obligati, quod commemorauit, vbi ait, Si  
non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non ha-  
berent: quod etiam in Euangelio secundum Ioannem  
valde graue ostendit esse peccatum, vbi ait de spiritu  
sancto, cum eum se misurum esse promitteret: ille ar-  
guet mūdum de peccato & de iustitia & de iudicio, De  
peccato quidem quia non crediderunt in me: tamen si  
non dixerit illa cordis impoenitētis duritia verbum  
contra spiritum sanctum, etiam hoc quod dictu est con-  
tra filium hominis remittetur. Hic fortassis aliquis  
querat, vtrum tantummodo spiritus sanctus peccata di-  
mittat, an pater & filius: Respondemus quod & pater &  
filius. Ipse enim filius de patre dicit, Si dimiseritis pec-  
cata hominibus, dimittet vobis & pater vester peccata  
vestra. Cui nos quoque dicimus in oratione dominica.  
Pater noster qui es in caelis. Atq; inter caetera & hoc pe-  
timus, dicentes, Dimitte nobis debita nostra. De seipso  
b iij autem

4. Gen. G  
dist. 9. cap. 1.  
Quidā mo-  
dus mandu-  
candi carnē  
& bibendi  
sanguinem  
Christi.  
H  
Roma. 5.  
1. Petri. 4.  
↑ aliās, diui-  
nitas.  
Esaie. 59.  
Ioan. 20.

D  
Ioan. 7.  
Ioan. 3.  
Ioan. 2. 0.  
B  
Matth. 12.  
1. Timo. 5.  
Iacobi. 1.  
F  
Ioan. 15.  
Ioan. 16.  
Matth. 6.  
Ibidem.

**Math. 9.** G autem ait, Vt sciatis quod habeat filius hominis potesta-  
tem in terra dimittendi peccata. Si ergo inquis & pater & filius & spiritus sanctus dimittunt peccata, cur illa in poenitentia qua nunquam dimittitur, tantummodo ad spiritus blasphemiam dicitur pertinere: tanquam ille qui hoc impoenitentia peccato fuerit obligatus, dono spiritus sancti resistere videatur, quod eo dono fiat remissio peccatorum: Vbi & ego quaero, vtrum Christus eiecerit demonia, an & pater & spiritus sanctus: Si enim tantummodo Christus, quid est quod ipse dicit, Pater autem in me manens, ipse facit opera? Ita enim dictum est, Ipse facit opera, tanquam filius non faciat, sed pater manens in filio. Cur ergo alio loco dicit, Pater meus vti quomodo operatur, & ego operor: Et paulo post, Quaecumque enim ille fecerit, haec & filius eius similiter facit. Quod alio loco dicit, Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, ita dicit solus faciat. Si autem haec ita dicuntur vt tamen inseparabilia sint opera patris & filij, quid credendum est de spiritu sancto, nisi quia & ipse pariter operatur: Nam in eo ipso loco vnde exorta est ista quaestio quam discutimus, cum filius eiecerit demonia, ipse tamen ait, Si ego in spiritu sancto eicio demonia, igitur peruenit in vos regnum dei. Hic forte quis dicat, spiritus sanctum dari potius a patre & filio, quam sua voluntate aliquid operari: & ad hoc pertinere quod dictum est, in spiritu sancto eicio demonia, quod non ipse spiritus sanctus, sed Christus id faceret spiritu: vt sic intelligatur quod dictum est, in spiritu sancto eicio, tanquam diceretur, spiritu eicio. Solent quippe ita loqui scripturae, Interfecerunt in gladio, id est, gladio. Succenderunt in igne, id est, igni. Et accepit Iesus cultros petrinus in quibus circumciderat filios Israel: lid est, quibus circumciderat filios Israel. Sed qui propterea demunt in spiritu sancto propriam potestatem, illud attendant quod a domino dictum legitur, Spiritus vbi vult spirat. Illud vero quod Apostolus ait, Omnia autem haec operatur vnus atque idem spiritus: verendum est ne quisquam arbitretur quod ea non operetur pater & filius, cum in eis operibus commemorauerit donationes curationum & operationes virtutum, vbi est vtique & expulsio demoniorum. Cum vero adiungit & dicit, Diuidens propria vnicuique prout vult: nonne manifestat etiam sancti spiritus potestatem, sed a patre & filio plane indiuiduam? Si ergo haec ita dicuntur, vt tamen inseparabilis intelligatur operatio trinitatis, ita vt cum operatio patris dicitur, non eam sine filio & spiritu sancto intelligatur operari: vt cum operatio filij non sine patre & spiritu sancto: & cum operatio spiritus sancti non sine patre & filio: satis notum est recte credentibus, vel etiam vt possunt intelligentibus, & illud ideo dictum esse de patre, Ipse facit opera, quod ab illo sit etiam origo operum, a quo est existentia cooperantium personarum: quia & filius de illo natus est, & spiritus sanctus principaliter de illo procedit, de quo natus est filius, & cum quo illi communis est idem spiritus. Et illud quod ait dominus, Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit: non ad patrem vel spiritum retulisse, quod ei non sint in illis operibus cooperati: sed ad homines, a quibus leguntur, multa facta miracula, & tamen a nullo quae filius fecit. Et quod ait Apostolus de spiritu sancto, Omnia autem haec operatur vnus atque idem spiritus: non ideo dictum, quia non ei cooperatur pater & filius: sed quia in his operibus non sunt multi, sed vnus spiritus, & in diuersis suis operationibus non est a se ipse diuersus. Nec

tamen inaniter, sed rationabiliter & veraciter dicitur patrem dixisse, non filium & spiritum sanctum, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sed hoc miraculum de caelo sonabilis verbi, quauis ad personam patris tantummodo noscamus pertinere, cooperatores esse tamen filium & spiritum sanctum non negamus: neque enim quia tunc filius carnem portans cum hominibus conuersabatur in terra, ideo non erat etiam in sinu patris tanquam vnigenitum verbum, quando illa de nube vox facta est: aut sapienter aut spiritaliter credi potest, deum patrem operationem verborum suorum sonantium atque transeuntium a sua sapientia suorum spiritus cooperatione separasse. Eodem modo cum rectissime dicamus, non patrem nec spiritum sanctum, sed filium super mare ambulasse, cuius vnus caro erat illa & plantae fluctibus innitentes, illud tamen opus tanti miraculi patrem & spiritum sanctum cooperatos esse quis abnuat? Sic enim & solum filium verissime dicimus, ipsam suscepisse carnem, non patrem aut spiritum sanctum, & tamen hanc incarnationem ad solum filium pertinentem, quisquis negat cooperatum patrem aut spiritum sanctum, non recte sapit. Item dicimus, nec patrem nec filium, sed solum spiritum sanctum, & in columbae specie, & in linguis velut igneis apparuisse & sedisse, pronuntiare illis in quos venerat, multis & variis linguis magna dei: a quo tamen miraculo ad solum spiritum sanctum pertinente, cooperationem patris & verbi vnigeniti separare non possumus. Ita quoque singulorum in trinitate opera trinitas operatur, vnicuique operanti, cooperantibus duobus, conueniente in tribus agendi concordia, non in vno deficiente efficacia peragendi. Quae cum ita sint, hinc est quod dominus Iesus in spiritu sancto demones eicit. Neque enim & solus hoc implere non poterat, atque illud adiutorium tanquam huic operi non sufficiens assumebat: sed spiritum diuinum in semetipsum, eo spiritu coguebat expelli, quem pater & filius indiuisi in semetipsis communiter habent. Sic & peccata quia praeter Ecclesiam non dimittuntur, in eo spiritu dimitti oportebat, quo in vna Ecclesia congregatur. Denique si quenquam extra Ecclesiam suorum poeniteat peccatorum, & huius tanti peccati, quo alienus est ab Ecclesia dei, cor impoenitens habeat, quid ei prodest illa poenitentia, cum isto solo peccato verbum dicat contra spiritum sanctum, quo extraneus est ab Ecclesia, quae accepit hoc donum, vt in ea in spiritu sancto fiat remissio peccatorum? Quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere. Ipse enim est spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater, vt ei possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et in hoc cognoscimus, sicut dicit Apostolus Ioannes, quoniam Christus manet in nobis de spiritu suo quem dedit nobis, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Ad ipsum enim pertinet societas, qua efficimur in vnum corpus vnici filij dei. Vnde scriptum est, Si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus. Propter hanc societatem illi in quos primitus venit, linguis omnium gentium sunt locuti, quia per linguas confociator est societas generis humani. Sic oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem filiorum dei & membrorum Christi futuram in omnibus gentibus: vt quemadmodum tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum qui loquebatur linguis omnium gentium: ita se nunc ille agnoscat accepisse spiritum sanctum,

K Luc. 3.

Math. 14.

L Matth. 2. Acto. 2.

Christus in spiritu sancto demones eiciebat

M

3. sen. dis. 37. cap. Tertiu vero.

Roma. 8. Math. 6. 1. Ioan. 3.

Roma. 8.

Philip. 2.

**Ephes. 4.** A tum, qui tenetur vinculo pacis Ecclesiae, quae diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apostolus, Studete seruari vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quod autem sit ipse spiritus patris, ipse filius dicit, De patre procedit. Et alio loco, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quod vero ipse sit & spiritus filij, Apostolus dicit, Misit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamante abba pater, hoc est, clamare faciente. Nos enim clamamus, sed in illo, id est, ipso diffundete charitatem in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat quicumque clamat. Vnde item dicit, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ad quem ergo in trinitate proprie pertinet huius communio societatis, nisi ad eum spiritum qui est patri filioque communis? Hunc spiritum quod illi non habeant qui sunt ab Ecclesia segregati, Iudas apostolus apertissime declarauit dicens, Qui seipsos segregant animales, spiritum non habentes. Vnde in ipsa Ecclesia etiam illos qui per nomina hominum quauis in vnitatem eius constitutorum quaedam schismata moliebantur, Paulus Apostolus arguens inter cetera ait, Animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei: stultitia enim est illi & non potest intelligere, quoniam spiritaliter diiudicatur. Ostendit quid dixerit, Non percipit: id est, scientiam non capit verbi. Hos in Ecclesia constitutos paruulos dicit, nodum spirituales, sed adhuc carnales, & late alendos non esca, Quasi paruulis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Vbi dicitur, Nondum vel non adhuc, profecto non desperatur, sed eo tenditur vt sit aliquando quod nondum est. Adhuc enim estis, inquit, carnales. Et ostendens vnde sint carnales, Cum enim sit, inquit, inter vos amulatio, nonne carnales estis & secundum carnem ambulatis? Atque id ipsum planius aperies, cum enim quis dicat, Ego, inquit, sum Pauli, alius autem Apollo, nonne homines estis? Quid ergo est Apollo? quid autem Paulus? Ministri Christi per quos credidistis. Hi ergo, id est Paulus & Apollo, concordēs erant in vnitatem spiritus, & vinculo pacis, & tamen quia eos isti inter se diuidere & pro altero inflari aduersus alterum coeperant, dicuntur & homines carnales & animales, non valentes percipere quae sunt spiritus dei: & tamen quia non sunt ab Ecclesia segregati, paruuli appellatur in Christo, quos vtique vel angelos vel deos esse cupiebat, quos arguebat, quia homines erant, id est, in his contentiōibus non quae dei sunt, sed quae hominum sunt sapiebant: De illis vero qui sunt ab Ecclesia segregati, non dictum est, ea quae sunt spiritus non percipientes, ne ad scientiae perceptionem referrentur: sed dictum est, spiritum non habentes. Non est autem consequens, vt qui habet, etiam sciendo percipiat quod habet, Habent ergo istum spiritum in Ecclesia constituti paruuli in Christo, adhuc animales, adhuc carnales: quid habeant percipere non valentes, id est, intelligere & nosse. Nam quomodo essent paruuli in Christo, nisi renati ex spiritu sancto? Nec mirum videri debet quod quisque aliquid habeat, & quod habeat ignorat. Vt enim tacitam de omnipotentis diuinitate atque incommutabilis trinitatis vnitatem, quis facile scientia percipit quid sit anima, & quis non habet animam? Postremo vt certissime nouerimus quod paruuli in Christo non percipientes quae sunt spiritus dei, habent tamen spiritum dei: paulo post intueamur quemadmodum eos ipsos increpans ait, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Hoc vtique nullo modo diceret ab Ecclesia segregati.

1. Corin. 3.

† alius, hominem, 1. Corin. 3.

Homines carnales & animales qui

**Galat. 4.** gatis, qui dicti sunt spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in Ecclesia, & ad istam societatem spiritus pertinere, qui ouibus Christi corporali tantum commixtione ficto corde miscetur. Sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum. Quapropter quicumque in schismaticis vel haereticis congregationibus vel potius segregationibus baptizantur, quauis non sint renati spiritu, tanquam Hismaeli similes, qui secundum carnem natus est Abrahā, non secundum Isaac, qui secundum spiritum, quia per reprobationem: tamē cum ad catholica fidem veniunt, & societati spiritus aggregantur, quem foris proculdubio non habebant, non eis repetitur lauacrum carnis. Non enim desinit etiam foris positus ista forma pietatis, sed accedit eis quae nisi intus non potest dari vnitatem spiritus in vinculo pacis. Tales quippe erant antequam catholici essent: de quibus dicit Apostolus, Habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Potest enim esse visibilis forma palmitis etiam praeter vitem, sed inuisibilis vita radicis haberi non potest nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta quae portant & celebrant etiam segregati a vnitatem corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Virtus enim pietatis inuisibilis & spiritalis, ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum quando amputatur a corpore. Quae cum ita sint, remissio peccatorum, quoniam non datur nisi in spiritu sancto, in illa Ecclesia tantummodo dari potest, quae habet spiritum sanctum. Hoc enim sit remissione peccatorum, ne princeps peccati spiritus qui in se ipsam diuisus est regnet in nobis, vt eruti a potestate spiritus immundi, templum deinceps efficiamur sancti spiritus: & a quo mundanum accipiendo indulgentiam, ipsum accipiamus habitorem ad faciendam, augendam, perficiendamque iustitiam. Nam & in primo eius aduentu cum hi qui eum acceperant linguis omnium gentium loquerentur, & stupetes eos qui aderant alloqueretur apostolus Petrus, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad Apostolos, Quid ergo faciemus fratres, monstrate nobis: Et dixit Petrus ad eos, Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vtique in Ecclesia vtrunque factum est, id est, & peccatorum remissio, & doni huius acceptio in qua erat spiritus sanctus. Ideo autem in nomine Iesu Christi, quia cum eundem spiritum sanctum promitteret, quae mittit, inquit, pater in nomine meo. Neque enim habitat in quoque spiritus sanctus sine patre & filio, sicut nec filius sine patre & spiritu sancto, nec sine illis pater inseparabilis quippe est habitatio, quorum inseparabilis operatio, sed singillatim plerumque per creaturae significationes non per suam substantiam demonstrantur: sicut sua temporum spatia syllabis occupantibus separatim voce pronunciantur, nec tamen a se ipsis vllis interuallis momentisque temporum separantur. Non enim vnquam dici possunt simul, cum esse non possint nisi semper simul. Sed vt iam non semel diximus, ideo remissio peccatorum qua in se diuisi spiritus euertitur & expellitur regnum, ideo societas vnitatis Ecclesiae dei, extra quam non fit ipsa remissio peccatorum, tanquam proprium est opus spiritus sancti, patre sane & filio cooperantibus, quia societas est quodammodo patris & filij ipse spiritus sanctus. Nam pater non communiter habetur pater a filio & spiritu sancto, quia non est pater amborum. Et filius non communiter habetur filius a patre & spiritu sancto, quia non est filius amborum.

**1. Corin. 2.** B Apostolus arguens inter cetera ait, Animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei: stultitia enim est illi & non potest intelligere, quoniam spiritaliter diiudicatur. Ostendit quid dixerit, Non percipit: id est, scientiam non capit verbi. Hos in Ecclesia constitutos paruulos dicit, nodum spirituales, sed adhuc carnales, & late alendos non esca, Quasi paruulis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Vbi dicitur, Nondum vel non adhuc, profecto non desperatur, sed eo tenditur vt sit aliquando quod nondum est. Adhuc enim estis, inquit, carnales. Et ostendens vnde sint carnales, Cum enim sit, inquit, inter vos amulatio, nonne carnales estis & secundum carnem ambulatis? Atque id ipsum planius aperies, cum enim quis dicat, Ego, inquit, sum Pauli, alius autem Apollo, nonne homines estis? Quid ergo est Apollo? quid autem Paulus? Ministri Christi per quos credidistis. Hi ergo, id est Paulus & Apollo, concordēs erant in vnitatem spiritus, & vinculo pacis, & tamen quia eos isti inter se diuidere & pro altero inflari aduersus alterum coeperant, dicuntur & homines carnales & animales, non valentes percipere quae sunt spiritus dei: & tamen quia non sunt ab Ecclesia segregati, paruuli appellatur in Christo, quos vtique vel angelos vel deos esse cupiebat, quos arguebat, quia homines erant, id est, in his contentiōibus non quae dei sunt, sed quae hominum sunt sapiebant: De illis vero qui sunt ab Ecclesia segregati, non dictum est, ea quae sunt spiritus non percipientes, ne ad scientiae perceptionem referrentur: sed dictum est, spiritum non habentes. Non est autem consequens, vt qui habet, etiam sciendo percipiat quod habet, Habent ergo istum spiritum in Ecclesia constituti paruuli in Christo, adhuc animales, adhuc carnales: quid habeant percipere non valentes, id est, intelligere & nosse. Nam quomodo essent paruuli in Christo, nisi renati ex spiritu sancto? Nec mirum videri debet quod quisque aliquid habeat, & quod habeat ignorat. Vt enim tacitam de omnipotentis diuinitate atque incommutabilis trinitatis vnitatem, quis facile scientia percipit quid sit anima, & quis non habet animam? Postremo vt certissime nouerimus quod paruuli in Christo non percipientes quae sunt spiritus dei, habent tamen spiritum dei: paulo post intueamur quemadmodum eos ipsos increpans ait, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Hoc vtique nullo modo diceret ab Ecclesia segregati.

Sapient. 11.

Galat. 4.

2. Timo. 3.

1. quaest. 7. ed. Corporalis

E.

Acto. 2.

Ioan. 14.



**G** Spiritus autem sanctus communiter habetur à patre & filio, quia spiritus est vnus amborum. Quisquis igitur reus fuerit impenitentia contra spiritum in quo vnitas & societas cõmunionis congregatur Ecclesia, nunquã illi remittetur, quia hoc sibi clausit vbi remittitur: & merito damnabitur cum spiritu qui in seipsum diuisus est, diuisus & ipse cõtra spiritum sanctum qui in seipsum diuisus nõ est. Hoc ipsum & Euangelica testimonia nos admonent, si ea perscrutemur attentius. Nam & secundum Lucam quidem non ibi hæc dicit dominus, vbi respondet eis qui dixerunt quod in principe demoniorum eicit demones, non ei remitti qui blasphemauerit in spiritum sanctum. Vnde apparet non semel à domino dictum hoc: sed ibi quoque non negligenter prætereundum quo loco dictum sit. Loquebatur enim de his qui eum confessi essent vel negarent coram hominibus, vbi ait, Dico autem vobis, quicumq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit eum coram hominibus, denegabitur coram angelis. Et ne ex hoc Apostoli Petri desperaretur salus, qui eum coram hominibus ter negauit, continuo subiicit, Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur ei, ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit non remittetur: illa scilicet blasphemia cordis impenitentis qua resistitur remissioni peccatorum quæ fit in Ecclesia per spiritum sanctum. Quam blasphemiam Petrus non habuit quem mox penituit quando amarè fleuit, victoque spiritu qui in seipsum diuisus est, & qui eum vexandum poposcerat, contra quem pro illo dominus rogauit ne deficeret fides eius, accepit etiam ipsum cui non resistit spiritum sanctum, vt non solum ei remitteretur peccatum, sed per eum prædicaretur & daretur remissio peccatorum. Apud duos autem alios Euangelistas quod narratur, vt de blasphemia spiritus hæc sententia diceretur, causa exitit ex commemoratione spiritus immundi, qui in seipsum diuisus est. Dictum enim erat de domino, quod in principe demoniorum eiceret demones, vt spiritus qui nõ est in se diuisus, eum qui in se diuisus est vincat atque eiciat. Ille autem homo in eius perditione maneat, qui in huius qui in se diuisus non est pacem per impenitentiam transire detrectat. Hoc enim Marcus ita narrat, Amen dico vobis, quia omnia dimittuntur hominibus peccata & blasphemia quibus blasphemauerint, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Hæc verba domini cum dixisset, sua deinde coniunxit dicens, quoniam dicebant spiritum immundum habet: vt ostenderet hinc fuisse exortam causam, vt hoc diceret, eo quod dixissent eum in beelzebub principe demoniorum demones pellere: non quia esset blasphemia quæ non remittitur, cum & hæc remittatur si recta penitentia cõsequatur: sed quod hinc, vt dixi, causa exitit, vt à domino illa sententia proferretur, facta mentione spiritus immundi: quem aduersum seipsum diuisum dominus ostendit propter spiritum sanctum, qui non solum aduersum se diuisus non est, sed etiam quos colligit efficit indiuisos, peccata quæ aduersum se diuisa sunt dimittendo, eosq; mundatos inhabitando, vt sit, quemadmodum scriptum est in Actibus Apostolorum, multitudinis credetium cor vnum & anima vna. Cui dono remissionis non resistit, nisi qui duritiam cordis impenitentis habuerit. Nam & alio loco dixerunt Iudei de domino, quod demoniũ

haberet, nec tamẽ ibi aliquid dixit de blasphemia spiritus sancti: quoniam non ita obiecerunt spiritum immundum, vt in se diuisus ex ore ipsorum possit ostendi, sicut beelzebub à quo eici demones posse dixerunt. Ita hac vero lectione secundum Matthæum multo manifestius aperuit dominus quod hic vellet intelligi: id est, quod ipse dicat verbum contra spiritum sanctum, qui vnitati Ecclesiæ corde impenitentis resistit, vbi in spiritu sancto fit remissio peccatorum. Hunc enim spiritum non habent, vt iam dictum est, qui etiam Christi sacramenta portantes atque tractantes, ab eius congregatione seiuncti sunt. Nam vbi dixit de diuisione satanæ aduersus satanam, quod ipse in spiritu sancto eiceret demones, vtique in spiritu qui non aduersus seipsum, sicut ille, diuisus: ibi continuo ne per illos qui sub nomine Christi extra eius ouile conuenticula sua congregant, quisque putaret etiam regnum Christi aduersum se esse diuisum, Qui non est mecum, inquit, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit: vt illos ostenderet ad se non pertinere, qui extra congregandum nolent cõgregare sed spargere. Deinde subiunxit, Ideo dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Quid est hoc? Ideo sola spiritus blasphemia nõ remittetur, quoniam qui non est cum Christo, contra ipsum est, & qui cum illo non congregat, spargit: Ideo vtique. Qui enim non cum illo congregat, quomodolibet sub eius nomine congreget non habet spiritum sanctum. Hic omnino, hic cõpulsit nos nõ alibi intelligere fieri remissionem omnis peccati, omnisq; blasphemia, nisi in Christi cõgregatione quæ non spargit. Congregatur quippe in spiritu sancto qui non est contra seipsum diuisus, sicut ille immundus spiritus. Et propterea omnes congregationes, vel potius dispersiones, quæ se Christi ecclesias appellant, & sunt inter se diuisæ atq; contrariæ, & vnitatis cõgregationi, quæ vera est Ecclesia eius, inimicæ, non quia videntur eius habere nomen, idcirco pertinent ad eius cõgregationem. Pertinent autem si spiritus sanctus, in quo sociatur hæc congregatio, aduersus seipsum diuisus esset. Hoc autem quia non est: qui enim nõ est cum Christo contra ipsum est, & qui cum illo non congregat, spargit: ideo peccatum omne atque omnis blasphemia dimittitur hominibus in hac congregatione, quam in spiritu sancto, & non aduersus seipsum diuiso, congregat Christus. Ipsius autem spiritus blasphemia illa, quæ fit vt corde impenitenti huic tanto dei dono vsq; in finem vitæ istius resistatur, non remittitur, Nam & si quisquam ita sit cõtrarius veritati, vt deo loquenti, nõ in prophetis sed in vnico filio, cum propter nos eum vt nobis in eo loqueretur filium hominis esse voluit, reluctetur, remittetur ei, cum penitendo cõuersus fuerit ad dei benignitatem: qui cum mortem impij nollet quantum vt reuertatur & viuat, dedit Ecclesiæ suæ spiritum sanctum, vt quicumq; in eo peccata dimitteret, dimitterentur ei. Qui vero huic dono extiterit inimicus, vt non illud per penitentiam petat, sed ei per impenitentiam contradicat, fit irremissibile: nõ quodcunq; peccatum, sed cõtempta vel oppugnata ipsa remissio peccatorum: atque ita dicitur verbum contra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. Ad quam congregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministerium, reprobum & fictum, aliquis accesserit corde non ficto, in ipso sancto spiritu remissionem accepit peccatorum:

Lucæ. 12.

Matth. 22.

Lucæ. 22.

Marci. 3.

Act. 4.

Ioan. 8.

Matth. 12.

L.

M.

Ezech. 35.

Quomodo peccatum fit irremissibile

1. questio. 1. cap. 1. ita fit.

1. questio. 1. ca. Spiritus sanctus.

Matth. 12.

Roma. 5. Ioan. 1.

Psal. 100.

Matth. 3.

Lucæ. 13.

Dominus tribus temporibus visitauit

**A** torum: qui spiritus in sancta Ecclesia, etiam isto tempore quo velut area cum palea trituratur, sic operatur vt nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atq; ita reprobos fugiat, vt etiam per eorum ministerium probos colligat. Vnum ergo suffugium est, ne sit irremissibilis blasphemia, vt cor impenitens caueatur: nec aliter penitentia prodesse credatur, nisi vt teneatur Ecclesia, vbi remissio peccatorum datur, & societas spiritus in pacis vinculo custoditur. Vt potui difficillimam questionem, si tamen aliquatenus potui, domino miserante atque adiuvante tractaui: quicquid tamen in eius difficultate apprehendere non potui, non imputetur ipsi veritati quæ salubriter pios etiam cum occultatur exercet: sed infirmitati meæ, quæ vel intelligenda conspiciere, vel intellecta explicare non potui. De his autem quæ potui & cogitando inuestigare & dicendo expedire, illi sunt agenda gratia: à quo quesiuimus, à quo petiuimus, ad quem pulsauimus, vt haberemus vnde & nos meditando aleremur, & vobis loquendo ministrarem.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum etc.

Sermo XII.

**A**dmouit nos dominus noster Iesus Christus vt bonæ arbores simus, & fructus bonos habere possimus. Ait enim, Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. De fructu enim arbor cognoscitur. Vbi ait, Facite arborem bonam, & fructum eius bonum, hoc vtique non est admonitio, sed præceptum salubre, cui obedientia necessaria est. Quod autem dicit, Facite arborem malam, & fructum eius malum, non præceptum est vt facias, sed admonitio ne facias. Contra hos enim dixit, qui putabant, se, cum mali essent, loqui bona posse, vel bona opera habere. Hoc dominus Iesus dicit non posse. Prius est enim mutandus homo, vt opera mutantur. Si enim manet homo in eo quod malus est, bona opera habere non potest. Si manet in eo quod bonus est, mala opera habere non potest. Quis autem à domino bonus inuentus est, cum Christus pro impijs mortuus sit? Omnes ergo malas arbores inuenit, sed dedit potestatem filios dei fieri, creditibus in nomine eius. Quisquis igitur homo hodie bonus est, id est, arbor bona, mala inuenta est, & bona facta est. Et si quando venit malas arbores eradicare, vellet vtique remanere quæ non digna esset eradicari, sed venit prærogare misericordiã, vt postea exerceret iudicium, cui dicitur, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Dedit ergo creditibus remissionem peccatorum, noluit cum eis & de præteritis chartis rationem habere. Remissio enim peccatorum facit arbores bonas. Distulit securim, dedit securitatem. De hac securi Ioannes loquitur, dicens, lam securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. De hac securi comminatur paterfamilias in Euangelio, dicens, Ecce triennium est quod venio ad hæc arborem, & fructum in ea non inuenio. Non debeo locum euacuare? proinde amputetur. Et intercedit colonus, dicens, Domine dimitte eam & hoc anno, circumfodiam eam, & adhibebo cophinum stercoreis, si fecerit fructum bene, si minus, venies & amputabis eam. Tanquam per triennium dominus visitauit genus humanum, hoc est, tribus temporibus, Quibus? Primum tempus ante legem, secundum tempus in lege, tertium, quod modo est, tempus est gratia.

Nam si nõ visitauit genus humanum ante legem, vnde Abel, vnde Enoch, vnde Noë, vnde Abraham, vnde Isaac, Iacob, quorum dominum se dici voluit: & cuius omnes gentes erant, quasi trium hominum deus esset, Et ego sum, inquit, deus Abraham, & Isaac, & Iacob. In lege autem si non visitaret, ipsam legem non daret. Post legem venit & ipse paterfamilias, passus est, mortuus est, & resurrexit, spiritum sanctum dedit, Euangelium per totum orbem terrarum prædicari fecit, & adhuc quædam arbor infructuosa permansit. Est quædam adhuc pars generis humani, quæ adhuc se non corrigit, Intercedit colonus, pro plebe orabat Apostolus, Flecto, inquit, genua mea pro vobis ad patrem, vt in charitate radicati & fundati, valeatis apprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, altitudo & profundum. Cognoscere etiam supereminente scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Flectendo genua pro nobis intercedit apud patremfamilias, ne eradicemur. Ergo quia necesse est vt veniat, agamus vt fructuosos nos inueniat. Cicum-folio arboris, est humilitas penitentis. Omnis enim folia humilis. Cophinum stercoreis, sordes penitentia. Quid enim stercore sordidius, l. & tamen si bene vtaris quid fructuosius? Sit ergo vnusquisque arbor bona, non se arbitretur habere fructus bonos, si manet arbor mala. Non erit fructus bonus, nisi arboris bonæ. Muta cor, & mutabitur opus. Extirpa cupiditatem, planta charitatem. Sicut radix enim est omnium malorum cupiditas, sic est radix omnium bonorum charitas. Quid ergo mullitant homines inter se vel contendunt, dicentes, Quid est bonum? O si scires, quid sit bonum. Quod habere vis non est valde bonum, quod esse non vis, hoc est bonum. Vis enim habere sanitatem corporis, hoc est bonum, nec tamen putes magnum bonum esse quod habet & malus. Aurum & argentum habere vis, ecce & hoc dico bonum est, sed si bene vsus fueris. Bene autem non vteris si malus fueris, ac per hoc aurum & argentum malis malum est, bonis bonum est: non quia eos bonos aurum & argentum facit, sed quia bonos inuenit, in vsum bonum conuertitur. Honorem habere vis, bonum est, sed hoc si bene vtaris. Quam multis honor occasio exitij fuit. I. Quam multis honor ministerium boni operis fuit. I. Discernamus ergo ista bona, si possumus, quia de bonis arboribus loquimur. Et hic nihil est quod sic quisq; cogitare debeat, nisi vt in semetipsum oculos conuertat, in se discat, se inspiciat, se discutiat, se querat, & se inueniat, & quod displicet necet, quod placet optet & plantet. Cum enim se homo inanè inuenierit meliorum bonorum, & quid est audius externorum bonorum? Ecce quid prodest plena bonis arca, inanis conscientia? Bona vis habere, & bonus non vis esse. Non vides te erubescere debere de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malum? Quid enim est quod velis habere malum? Dic mihi. Nihil omnino. Non vxorẽ, non filium, nõ filiam, nõ seruum, non ancillam, non villã non tunicam, postremo nõ caligam, & tamen vis habere malam vitam. Rogo te, præpone vitam tuam caligam. Omnia quæ circa iacent oculis tuis, elegancia, & pulchra tibi chara sunt, & tibi ipse vilis es, sedus es. Si tibi possent respondere bona, quibus est plena domus tua, quæ habere optasti, quæ perdere timuisti, nõne & tibi clamarent, Sicut tu nos bona vis habere, sic & nos volumus bonum habere dominum? Tacita voce interpellat cõtra te dominum tuum, Ecce bona tanta dedisti huic, & ipse malus est. Quid ei prodest quod habet, quãdo eum qui

D genus humanum: ã, sicut ante legem, in lege, & post legem.

Matth. 22.

Arbor quædam infructuosa remanens. Ephes. 3.

Cicum-folio arboris. E Cophinum stercoreis.

1. Timo. 6.

Quid est bonum?

F

G qui omnia dedit non habet? Quærit ergo aliquis admo- nitus his verbis meis, & forte compunctus quærit quid sit bonum, quale bonum, unde bonum? Bene intellexisti, hoc te querere debere, Respondebo querenti & dicam, Hoc est bonum, quod non potes inuitus amittere. Potes enim aurum perdere, & nolés, potes domum, potes honores, potes ipsam carnis salutem. Bonum vero quo vere bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. Quæro ergo quale sit hoc bonum? Psalmus quidam admonet nos rem magnam forte, quã querimus. Ait enim, Filij hominum, quousq; graues corde! Quousque arbor illa in triennio? Filij hominũ quousq; graues corde! Quid est graues corde? Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Et à tergo ait quod querendũ est, Scitote quoniam dominus magnificauit sanctum suum. Iam & Christus venit, iam magnificatus est, iam surrexit, & ascendit in cœlum, iam nomen eius toto mundo prædicatur, quousq; graues corde? Sufficiant præterita tēpora. Iam magnificato illo sancto, quousque graues corde? Post triennium quid restat nisi securis? Quousque graues corde? Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Adhuc vana adhuc inuita, adhuc pompatica, & volatica, ita Christo sancto magnificato, adhuc ista requiruntur? Iam clamat veritas, & adhuc queritur vanitas? Quousque graues corde? Merito fortiter flagellatur hic mūdus. Cognouit enim iam verba domini mundus. Et seruus, inquit, nesciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit paucis. Quare? Vt quærat voluntatem domini sui. Seruus ergo nesciens voluntatem, hoc erat mūdus antequam magnificaret sanctũ suum. Seruus erat nesciens voluntatem domini sui, & ideo vapulabat paucis. Seruus autẽ iam voluntatem sciens domini sui, hoc est, modo ex quo magnificauit deitas sanctum suum, & non faciens voluntatem eius vapulabit multis. Quid ergo mirum si mundus multa vapulat? Seruus est sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis. Non ergo recuset vapulare multis, quoniam si non vult audire præceptorem inuistẽ, iuste patietur ultorem, vel non murmuret cõtra castigatorem, cum videat se plagis dignũ, vt misericordiam mereatur per Christum dominũ nostrũ, qui vinit & regnat cũ patre & spiritu sancto, Amen.

De domino Christo ambulante super aquas maris, & Petro titubante, In Euangelio secundum eundem.

Sermo XIII.

Vangelium quod recentissime recitatum est de domino Christo, qui super aquam maris ambulauit, & de Apostolo Petro qui ambulans timendo titubauit, & diffidendo merissus, cõstendo rursus emerissit, admonet nos intelligere mare præsens seculum esse, Petrum vero Apostolum ecclesiæ vnicae typum. Ipse enim Petrus in Apostolorum, ordine primus, in Christi amore promptissimus, sape vnus respondit pro omnibus. Ipse denique domino Iesu Christo querenti, quem nam homines diceret eum esse, & opiniones varias hominum discipulis respondentibus, rursusq; domino interrogante, & dicente, Vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Vnus pro multis dedit responsum, vnitas in multis. Tunc ei dominus ait, Beatus es Simon bar Ionna, quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in cœlis. Deinde addidit, Et ego dico tibi, Tanquam diceret, Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius dei viui: & ego tibi, Tu es Petrus. Simon quippe antè vocabatur. Hoc autem nomen ei vt Petrus appel-

laretur à domino impositum est, & hoc vt ea figura significaret ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus à petra, non petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hanc petram quã confessus es, super hanc petram quã cognouisti, dicens, Tu es Christus filius dei viui, ædificabo ecclesiam meã: id est, super me ipsum filium dei viui, ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me super te. Nam volentes homines ædificari super homines, dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ipse est Petrus. Et alij qui nolebant ædificare super Petrum, sed super petram, ego autẽ sum Christi. Apostolus autem Paulus vbi cognouit se eligi, & Christum contemni, Diuissus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo nõ in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, vt Petrus ædificaretur supra petrã, & non petra super Petrum. Idem ergo Petrus à petra, cognominatus beatus, Ecclesiã figuram portans, apostolatus principatum tenens, continuo post paululum iam audito quòd beatus esset, iam audito quòd Petrus esset, iam audito quòd supra petrã ædificatus esset, postea quã audiuit futuram domini passionem, quia prædixerat eam cito futuram discipulis suis, displicuit ei. Timuit ne perderet morientem, quem confessus fuerat vitæ fontem, Turbatus est, Absit à te, inquit, domine, ne fiat istud. Propitius esto tibi domine, nolo te mori. Petrus dicebat Christo, Nolo te mori: sed melius dicebat Christus, Volo pro te mori. Deniq; continuo reprehendit, quem pauloante laudauerat, & quem beatum dixerat, satanam appellat. Redi, inquit, post me satana, scandalũ mihi es, non enim sapias quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Quid nos vult facere ex hoc quod sumus, qui sic culpat quia homines sumus? Vultis scire quid nos velit facere? Audite Psalmum, Ego dixi, dii estis, & filij excelsi omnes. Sed humana sapiendo, Vos autem sicut homines moriemini. Idem ipse Petrus paulo antè beatus, postea satanas. In momento vno, infra pauca verba miraris, differentias attende causarum. Quid miraris, quia pauloante beatus, postea satanas? Attende causam quare beatus, Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ideo beatus, quia tibi nõ caro & sanguis reuelauit. Si enim caro & sanguis hoc tibi reuelaret de tuo, quia vero non caro & sanguis tibi reuelauit, sed pater meus qui in cœlis est, de meo, non de tuo. Quare de meo? Quia omnia quæ habet pater mea sunt. Ecce audisti causam, quare beatus, & quare Petrus. Quare autem illud quod horrescimus, & repetere nolumus? Quare, nisi quia de tuo? Non enim sapias quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Hoc intuentes nos Ecclesiæ membrum, discernamus quid de dei, quid de nostro. Tunc enim non titubabimus, tunc in petrã fundabimur, fixi & stabiles erimus aduersus ventos, imbres, flumina, tentationes videlicet præsentis seculi. Illum tamen videte Petrum, qui tunc erat figura vestra. Modo fudit, modo titubauit, modo immortalem cõstitetur, modo timet ne moriatur. Proinde quia Ecclesiã Christi habet firmos, habet & infirmos, nec sine firmis potest esse, nec sine infirmis. Vnde dicit Apostolus, Debemus autem nos firmi infirmorum onera sustinere. In eo quòd dixit Petrus, Tu es Christus filius dei viui, firmos significat. In eo autem quòd trepidat & titubabat, & Christum pati nõ vult, mortem timendo, vitam non

non agnoscendo, infirmos Ecclesiæ significat. In illo ergo vno Apostolo, id est, Petro in ordine Apostolorum primo & præcipuo, in quo figurabatur Ecclesiã, vtrunque genus significandum fuit, id est firmi & infirmi, quia sine vtroq; non est ecclesiã. Hinc est ergo, & quod modo lectũ est, Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. Si tu es, iube me. Nõ enim possum hoc in me, sed in te. Agnouit quid sibi esset à se, quid ab illo cuius voluntate credidit se posse, quod nulla infirmitas humana possit. Ergo si tu es, iube, quia cum iusseris fiet. Quod ego non valeo præsumendo, tu potes iubendo. Et dominus, veni inquit. Et sine vlla dubitatione Petrus ad verbum iubentis, ad præsentiam sustentans, ad præsentiam regẽtis sine vlla cunctatione desiliuit in aquas, & ambulare cœpit. Potuit quod dominus, non in se, sed in domino. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux, sed in domino. Quod nemo potest in Paulo, nemo in Petro, nemo in alio vilo Apostolorum, hoc potest in domino. Ideo bene Paulus vitilerit se contempnens, illum commendans, nunquid Paulus inquit, pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Non ergo in me sed mecum, non sub me sed sub illo. Ergo ambulauit Petrus super aquas in iussu domini, sciens hoc se à se habere non posse. Fide valuit quod humana infirmitas non valeret. Hi sunt firmi Ecclesiæ. Attendite, audite, intelligite, agite. Neque enim agendum est cum firmis alibi vt sint infirmi, sed agendum est cum infirmis vt sint firmi. Multos autem impedit à firmitate, præsumptio firmitatis. Nemo erit à deo firmus nisi qui se à seipso sentit infirmum. Pluuiam voluntariam segregans deus hereditati suæ. Quid præceditis, qui quod dicturus sum nostis? Temperetur velocitas, vt sequatur tarditas. Hoc dixi & hoc dico, audite, capite, facite. Nemo à deo fit firmus nisi qui à seipso sentit infirmum. Pluuiam ergo voluntariam, sicut Psalmus dicit voluntariam, non meritum nostrorum, sed voluntariam segregans deus hereditati suæ, etenim infirmata est: tu vero perfecisti eam, quia pluuiam voluntariam segregasti, non attendens hominum merita, sed tuam gratiam & misericordiam. Infirmata est ergo ipsa hereditas, & agnouit se infirmam in te, vt firma esset in te. Non firmaretur, si non infirmaretur, vt abs te in te perficeretur. Vide huius infirmitatis portuiculam, Paulum vide infirmatum qui dixit, Non sum idoneus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Quare ergo Apostolus es? Gratia dei sum id quod sum. Non sum idoneus, sed gratia dei sum quod sum. Infirmatus est Paulus, tu vero perfecisti eum. Iam vero quia gratia dei est quod est, vide quid sequatur, Et gratia dei in me non fuit vacua, sed plus omnibus illis laboravi. Vide ne presumptione perdas, quod infirmitate meruisti. Bene hoc bene. Non sum idoneus vocari Apostolus, gratia eius sum quod sum, & gratia eius in me non fuit vacua. Omnia optime, sed plus illis omnibus laboravi: quasi tibi cœpisti tribuere, quod paulo antè deo dederas. Agnosce & sequere. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Bene infirme firmissime eris exaltatus, quia non es ingratus: tu es idem ipse Paulus, in te paruus, in domino magnus. Tu es qui ter dominum rogasti, vt stimulus carnis angelus Satane à quo colaphizabar is auferretur à te. Quid tibi dictum est, quid audisti quando hoc petisti? Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Etenim infirmatus est, tu vero perfecisti eum: sic & Petrus, iube me, inquit, venire ad te super aquas, homo au-

dio, sed non hominem rogo. Iubeat deus homo vt possit, quod non potest homo. Veni, inquit. Et cœpit ambulare super aquas, & potuit Petrus, quia iusserat petra. Ecce quid Petrus in domino, quid in se? Videns ventum validum, timuit, & cum cœpisset mergi, exclamauit, Domine perece, libera me? Præsumpsit de domino, potuit de domino. Titubauit vt homo, rediit ad dominum. Si dicebam, motus est pes meus. Psalmus loquitur, Sancti cantici vox est, & si agnoscamus & non strã, imò si velimus & nostra est. Si dicebam, motus est pes meus. Quare motus, nisi quia meus? Et quid sequitur? Misericordia tua domine adiuebat me, non virtus mea, sed misericordia tua. Nunquid enim dominus deseruit titubantem, quem audiuit inuocantem? Vbi est illud, Quis inuocauit deum, & desertus est ab eo? Vbi & illud, Et omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit? Continuo porrigens adiutorium dexterae suæ, leuaui mergentem, increpauit diffidentem. Modicæ fidei quare dubitasti? De me præsumpsisti, de me dubitasti? Eia fratres sermo concludendus est. Attendite seculum quasi mare, ventus validus, & magna tempestas. Vnicuique sua cupiditas, ventus validus, & magna tempestas. Vnicuique sua cupiditas, tempestas est. Amas deum, ambulas super mare, sub pedibus tuis est timor seculi. Amas seculum, absorbebit te. Amatores suos vorare nouit, non portare. Sed cum fluctuat cupiditate cor tuum, vt vincas tuam cupiditatem, inuoca Christi diuinitatem. Putatis tunc esse ventum contrarium, quando est huius seculi aduersitas? Quando enim bella, quando tumultus, quando fames, quando pestilentia, quando cuiq; hominum, etiam singulo. euenit priuata calamitas, tunc putatur ventus aduersus, ibi putatur inuocandus deus. Quando autem temporali felicitate seculum arridet, quasi non est ventus contrarius. Noli huic interrogare temporis tranquillitatem, interroga, sed tuam cupiditatem. Vide si tranquillus est in te, vide si non te subuertit ventus interior. Hoc vide, Magna virtus est cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subuertat felicitas. Magna, inquam, virtus est cum felicitate luctari, magna felicitatis est à felicitate nõ vinci. Disce calcare seculum, memento fidere te in Christo. & si motus est pes tuus, si titubas, si aliqua non superas, si mergi incipis, dic, domine perece, libera me. Dic, domine perece, ne pereas. Solus enim à morte carnis liberat te, qui mortuus est in carne pro te. Conuersi ad dominum.

De eo de quo supra. Sermo XIII.

V M sanctum Euangelium legeretur, audiui-mus nauellam t̄ periclitantem, Christum periclitantibus subuenientem, Petrum venientem Christo occurrentem. In quibus omnibus miraculũ expectauimus, mysteriũ requiramus. Quando enim possumus de diuinis operibus quæ leguntur, intellectum alicuius mysticæ significationis exculpere, quasi de abstractis fauorum cellis mella producamus, vel Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricamus, vt ad latetia grana perueniamus, & in eis vitam inueniamus. Ascendit ergo dominus noster Iesus Christus, vt lectum est, in montem solus orare. Mons altitudo est. Quid enim in hoc mundo altius caelo? Quis vero in cœlum ascendit, notuit optime fides vestra. Cur autem solus ascendit? Quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Quauis & in fine cū venerit, & nos omnes sua membra collegerit, ac leuaerit in caelum, etiam tunc solus ascendet, quia caput cum corpore suo vnus est Christus. Nunc autem

Boni quid?

Psal. 4.

Lucæ. 12.

Matth. 14.

Marc. seculi Petrus, ecclesia.

Matth. 16.

K Christus petra. Petrus, populus Christianus.

1. Corin. 1.

1. Petri. 2.

Matth. 16.

Psal. 81.

Matth. 16.

M

Ioan. 16.

Roma. 15.

Matth. 16.

Psal. 51.

Ioan. 2.

f alia nauicula. Matth. 14.

Ioan. 2.

**G** autem solum caput ascendit, mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Ipse ascendit solus orare, quia ipse ascendit ad patrem, pro nobis interpellare. Veruntamen, charissimi, dum ille orat in excelso, nauicula turbatur fluctibus in profundo: quia insurgunt fluctus, potest ipsa nauicula turbari, sed quia Christus orat non potest mergi. Nautellam quippe istam fratres Ecclesiam cogitate, turbulentum mare hoc seculum. Quando aliquis impietatis voluntatis, maximae potestatis persecutionem indicit Ecclesiae, & quantum in ipso est, Christianum nomen conatur extinguere, super nauiculam Christi grandis vnda confurgit. Sed in his tentationibus erigatur antenna, ut suspensa arbori crucem figurat. Hanc Christus respiciat & non deficiat, quia sicut dicit: Apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius.

**D**icit etiam beatus Iohannes, Sicut enim Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Huius ergo antennae, id est, crucis Christi, simplex conuersatio & pura confessio tanquam candentia vela religuntur. Et haec vela nostra fluctibus abluantur, vestisq; tendatur, ut sine macula & ruga inueniatur. Quantumlibet mare sauiat, ventus incumbat inter fluctus & fluctus, nauis ista turbetur tantum, non mergatur & currit. Denique postea quam nauis haec edificata est in Hierusalem, atque inde in medio pelagi huius frementis emissae est, astuantium volumina vndarum, & furentium flabra ventorum, dum eam huc atque illuc circumferunt, omnium gentium littoribus appulerunt, peregrinas merces quacunque inuenit aduexit. Quid enim tam peregrinum in terra nostra quam per penitentiam remissio peccatorum, regnumque caelorum? & tamen oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & predicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Venit ergo dominus ad visitandos discipulos suos, qui turbabantur in mari quarta vigilia noctis, Quarta vigilia noctis, extrema pars noctis. Vigilia vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias habet, ternis horis per singulas vigilias distribuitis. Quarta ergo vigilia noctis, hoc est, penes iam nocte finita. Sic venit in fine seculi, iniquitatis nocte transacta, ad iudicandos viuos & mortuos. Venit enim nunc, sicut audistis, valde mirabiliter, ambulans super aquas, Surgebant fluctus, sed calcabantur. Frementis pelagus sub domini vestigijs murmurabat, sed tamen eum volens nolens portabat. Quantumlibet tumores seculi potestatesque confurgant, premit eorum caput, nostrum caput. Cum vero appropinquaret nauicula, turbati sunt praetimore discipuli, & exclamauerunt putantes phantasma esse, quibus dominus ait, Habete fiducia, ego sum, nolite timere. Quid est, ego sum? Non sum phantasma quod putatis, agnoscite quem videtis. Ad hac vocem exiit Petrus & ait, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. Si tu es, non miror quod solidam carne super liquentis elementi terga suspendis. Quid enim mirum, si conditori suo creatura famulatur? Hoc ego non miror, fac quod mirer, ambulet Petrus. Fac quod mirer, iube me venire ad te super aquas. Scio enim quod corpus humanum naturae lege non sinitur in fluctibus liquidis habere fixa vestigia, sed accedat donum gratiae, & paululum cesset lex ista naturae. Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Tu deus es, ego homo sum, Voluisti de meo habere infirmitatem in carne quam portas, habeam & ego de tuo

potestatem ut vnda me portet. Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. Quomodo enim mihi in mari non erit via si tu iusseris, qui propter nos factus es via? Et dominus, veni, inquit. Nec dubitavit Petrus, audiuit domini verbum, & mox cucurrit ad verbum. Cito credidit, quia fidelis homo erat. Sed cum surrexisset ventus validus titubauit, quia homo erat. Titubatio ista fratres, quasi mors fidei fuit. Sed ubi exclamauit, fides iterum resurrexit, Non ambularet nisi crederet, sed nec mergeretur nisi dubitaret. In Petro itaque communis omnium nostram consideranda conditio est, ut si nos in aliquo tentationem ventus conatur subuertere, vel vnda submergere, clamemus ad Christum. Quid est clamemus? Oremus, porriget ille manum & eruet de profundo. Etenim manus eius deducet nos, & continebit nos dextera eius, donec nos ad sempiterna sua promissa perducatur.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum.*

Sermo XV.

**E**terna die, sanctum Euangelium admonuit nos non negligere peccata fratrorum, Sed si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem contempserit, adhibe tecum duos vel tres, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Si autem & ipsos contempserit, dic Ecclesiae. Quod si & Ecclesiam contempserit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Hodierna etiam die ad ipsam rem pertinet capitulum quod sequitur, quod modo cum legeretur audivimus. Cum enim dixisset hoc dominus Iesu Petro, subiecit & interrogauit magistrum, quoties ignosceret fratri qui in illo peccasset, & quae sit vtrius sufficeret septies. Respondit illi dominus, Non solum septies, sed etiam septuagies septies. Deinde narrauit similitudinem valde terribilem, Quia simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui posuit rationem cum seruis suis, in quibus inuenit debitorem decem milium talentorum. Et cum iussisset ut omnia quae habebat, & omnis eius familia, & ipse venderetur & debitum solueretur, aduolutus genibus domini sui rogabat dilationem, meruit remissionem. Misertus est enim dominus eius, sicut audivimus, & omne debitum dimisit illi. At ille debitor liber, sed iniquitatis seruus, posteaquam egressus est a facie domini sui, inuenit etiam ipse debitorem suum qui debebat, non decem milia talentorum, quantum ipsius debitum fuit, sed centum denarios, cepit eum suffocatum trahere, & dicere, Redde quod debes. At ille rogabat conseruum, sicut & ipse rogauerat dominum, sed non talem iste inuenit conseruum, qualem ille dominum. Non solum remittere illi debitum noluit, sed nec dilationem dedit, contortum rapiebat ad solutionem. Iam debito dominico liber, displicuit conseruis, & renunciauerunt domino suo quod actum esset, & dominus fecit adesse seruum, & dixit ei, Serue nequam, cum mihi tanta deberes, misertus tui omnia dimisi tibi. Nonne ergo & te oportebat misereri conserui tui, sicut & tui misertus sum? Et iussit omnia quae illi dimiserat exigi. Ergo hanc similitudinem ad nostram instructionem proposuit, & admonedo perire nos noluit. Sic, inquit, & vobis faciet pater vester caelestis, si non remiseritis vnusquisque vestrum fratribus vestris ex corde vestro, Ecce fratres res in aperto est, admonitio utilis & valde salubris. Obedientia debetur, ut quod iustum est impleatur, quia

Titubatio Petri, quid obumbret

Homo est dei debitor, & debitor habet fratrem.

Misericordia duo opera quae nos liberant, Lucae. 6.

Iohan. 6.

Coloss. 3.

Talentum, peccatum.

**A** omnis homo & debitor est dei, & debitorem habet fratrem suum. Quis est enim qui non sit debitor dei, nisi in quo nullum potest inueniri peccatum? Quis est autem qui non habeat debitorem fratrem, nisi in quem nemo peccauit? Putas ne quisquam in genere humano reperiri potest, qui non & ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo? Debitor est ergo omnis homo, habens tamen & ipse debitorem. Ideo deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo, quod faciet & ipse cum suo. Duo sunt enim opera misericordiae, quae nos liberant, quae breuiter ipse dominus posuit in Euangelio, Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis, ad praestandum beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo, & deus tibi ignoscit quod peccas, & habes alium cui tu possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicium, & tu es dei mendicium. Omnes enim quando oramus, mendici dei sumus, ante ianuam magni patrifamilias stamus. Imo etiam prosternimur, supplices ingemisimus aliquid volentes accipere & ipsi aliquid ipse deus est. Quid a te petit mendicium? Panem. Et tu quid petis a deo, nisi Christum, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendii. Ignoscei vobis vultis, ignoscite, Remittite, & remittetur vobis. Accipere vultis: date, & dabitur vobis. Sed quid in hac aperta praeeptione mouere possit, audite. In remissionem ubi venia petitur, & ab ignoscendo debetur. Hoc potest mouere, quod & Petrus mouit, Quoties debeo, inquit, ignoscere? Sufficit usque septies? Non sufficit, ait dominus, Non dico septies, sed septuagies septies. Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater tuus. Si potueris peruenire usque ad septuagesimam culpam & octauam, ut transeas septuagies septies, tunc moliris vindictam. Ita ne verum est quod dicit? Et vere ita res habet, ut si peccauerit septuagies septies, ignoscas. Si autem peccauerit septuagies septies, iam liceat tibi non ignoscere? Audeo dicere, ut & si septuagies septies peccauerit, ignoscas. Si autem peccauerit, ut dixi, septuagies septies, ignosce. Et si centies peccauerit, ignosce. Et quid dicam toties & toties? Omnino quoties peccauerit, ignosce. Ergo ego ausus sum supergredi modum domini mei? Ille in septuagesimo & septimo numero ignoscendi limitem fixit, hunc ego limitem transire praesumam? Non est verum, non sum ausus plus aliquid ipsum dominum meum audi loquentem in Apostolo suo, ubi modus & numerus praefixus non est. Ait enim, Donates vobismet ipsis si quis aduersum aliquem habet querelam, sicut deus in Christo donauit vobis. Audistis formam. Si septuagies septies peccata tibi Christus donauit, si hucusque ignouit, & ultra negauit, pone & tu limitem, & ulterius noli ignoscere. Si autem Christus milia peccata peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit, noli subducere misericordiam, sed potesce illius numeri solutionem. Non enim sine causa dominus septuagies septies dixit, cum omnino nulla culpa sit quam non debeat ignoscere. Ecce ille ipse seruus, cuius debentis inuentus est debitor, decem milia talentorum debebat. Puto enim quia decem milia talentorum, ut parum sit, decem milia peccatorum sunt. Nolo enim dicere vnum talentum, quod omnia peccata concludat. Seruus autem ille quantum ei debebat? Centum denarios debebat. Iam plus est quam septuagies septies, & tamen iratus est dominus, quia ei non dimisit. Non solum enim centum plus sunt quam septuagies septies,

sed centum denarij forte mille asses sunt. Sed quid ad decem milia talentorum? Ac per omnes culpas quae in nos committuntur, parati sumus ignoscere, si nobis desideramus ignosci. Si enim consideremus peccata nostra & murmuremus, quid factum, quid oculo, quid aures, quid cogitatione, quid innumerabilibus moribus, nescio vtrum dormiamus sine talento. Ergo quotidie petimus, quotidie diuinas aures orando pulsamus, quotidie nos prosternimus & dicimus, Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quae debita tua? Omnia an aliquam partem? Respondis, debis, omnia. Sic ergo & tu debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis, hanc conditionem loqueris. Hoc pacto & placito quando oras commemoras ut dicas, Dimittite nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid sibi ergo vult septuagies septies? Audite fratres magni mysterium, admirabile sacramentum. Quando dominus baptizatus est, Lucas euangelista sanctus ibi commemorauit generationes eius, quo ordine, qua serie, quo stemmate ad illam generationem ventum fuerit, quia vsque est Christus, Mattheus cepit ab Abraham, & venit usque ad Ioseph descendendo, Lucas autem ascendendo cepit numerare. Quare ille descendendo, iste ascendendo? Quia Mattheus generationem Christi commendabat qua descendit ad nos, ideo quando natus est Christus, cepit numerare descendendo. Lucas autem quia tunc cepit numerare, quando baptizatus est Christus, ibi est initium ascensionis. Ille ascendendo numerare cepit, numerando autem compleuit generationes septuaginta & septem. A quo numerabat? Intendite a quo. Exorsus est numerare usque ad ipsum Adam, qui primus peccauit, & nos cum peccati obligatione genuit. Peruenit usque ad Adam, & numerantur generationes septuaginta septem. Hoc est, a Christo usque ad Adam, quas dicimus septuaginta septem. Et ab Adam usque ad Christum septuaginta septem. Si ergo nulla generatio praetermissa est, nulla culpa praeterita, ubi non debet ignosci. Nam ideo ipsius septuaginta septem generationes enumerauit, quem numerum dominus in peccatorum remissione commendauit, quoniam a baptismo cepit numerare, ubi omnia peccata soluitur. Et in hoc fratres adhuc accipite sacramentum maius. In septuagesimo septimo numero mysterium est remissionis peccatorum, Tot generationes inueniuntur a Christo usque ad Adam. Deinde paulo diligentius interroga ipsius numeri secretum, latebrasque eius inquire, pulsa diligentius ut aperiat tibi. Iustitia lege dei constat, Verum est, Nam lex in decem praeeptis commendatur, ideo ille debebat decem milia talentorum. Ipse est ille memorabilis decalogus scriptus digito dei, traditus populo per Moysen famulum dei. Debebat ergo ille decem milia talentorum, omnia peccata significat propter numerum legis. Debebat & ille centum denarios, non minus ab eodem numero. Nam & centies centum sit decem milia, & decies deni sit centum. Et ille decem milia talentorum, & ille decies dena. A legitimo enim numero non recessum est, in quo vtroque inuenies vtraque peccata. Vterque debitor, & vterque veniens deplorator & imperator, sed ille seruus malus, seruus ingratus, iniquus noluit rependere quod accepit, noluit praestare quod illi indigno praestitum fuit. Videte ergo fratres, Quis que incepit a baptismo liber exit, dimissa sunt illi decem milia talentorum, & cum exierit, inuenire habet conseruum suum debitorem. Obseruet ergo ipsum peccatum, quia numerus vndenarius transgressio legis est, Lex enim denarius, peccatum vndenarius

Matth. 6.

Ibidem;

Lucae. 3.

Matth. 1.

E

Lib. 1. quest.

Enig. ca. 21.

2. Reg. 11.



G vnderarius. Lex enim per decem, peccatum per vnde-  
cim. Quare peccatum per vndecim? Quia transgres-  
sio denarij est vt eas ad vnderarium. In lege autem mo-  
dus fixus est, transgressio autem peccatum est. Iam vbi  
transgredieris denarium, ad vnderarium venis. Adeo  
magnum mysterium figuratum est, quando iustum est  
tabernaculū fabricari. Multa ibi numerosa dicta sunt,  
in magno sacramento. Inter cetera vela cilicina ius-  
ta sunt fieri, non decem, sed vndecim, quia per cilicium  
ostenditur confessio peccatorum. Quid autem amplius  
queris? Vis nosse omnia peccata contineri numero isto  
septuagesimo septimo? Septimum 7 solet pro toto com-  
putari, quoniam septem diebus voluitur tempus. Et fi-  
nito septenario, rursus ad caput reditur, vt eadem for-  
ma voluatur, Per huiusmodi formæ reuolutionis secu-  
la transeunt, à septenario tamen numero non rece-  
dunt. Omnia enim peccata dixit, quando septuagesim-  
septies dixit, quia illud vndecim ductum septies, fiunt  
septuagesimsepties. Omnia ergo dimitti peccata voluit,  
qui ea septuagesimo septimo numero præsignauit. Nemo  
contra se teneat non ignoscendo, ne contra illum  
teneatur quando orat. Dicit illi deus, Dimitte & di-  
mittuntur tibi, Si ego prior dimisi, dimitte vel postea.  
Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid tibi  
dimiseram, replicabo tibi. Non enim mentitur veritas,  
& non fallit aut fallitur Christus, qui subiecit, dicens,  
Sic & vobis faciet pater vester qui est in cælis. Inuenis  
patrem, imitare patrem. Si enim imitari non vis,  
exheredari disponis. Faciet ergo vobis ista, inquit,  
pater vester cælestis, si non remiseritis vnusquisque fra-  
tribus vestris ex cordibus vestris. Ne dicas in lingua,  
ignosco, & corde differas. Supplicium enim ostendit  
tibi deus, minando vindictam. Nouit deus vbi dicas.  
Vocem tuam homo audiuit, conscientiam tuam deus  
conspicit. Si dicis dimitte, dimitte. Melius est cum  
clamas ore & dimittis in corde, quàm blandus ore,  
crudelis in corde. Iam ergo obsecrant pueri indisciplinati  
& nolunt vapulare, qui sic præscribunt nobis quando  
volumus dare disciplinam, Peccavi, ignosce mihi. Ecce  
ignoui, & iterum peccat, Ignosce, ignoui. Peccat tertio,  
Ignosce, tertio ignoui. Iam quarto vapulet. Et ille,  
Nunquid septuagesimsepties te fatigauit? Si hac præscrip-  
tione seueritas disciplina dormiat, repressa disciplina  
sæuit impunita nequitia. Quid ergo faciendum est?  
Corripiamus verbis, & si opus est & verberibus,  
sed delictum dimittamus, culpam de corde abiciamus:  
ideo enim dominus subdidit, De cordibus vestris, vt si  
per charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non  
recedat. Quid enim tantum quàm medicus ferens  
ferramentum? Plorat secandus & secatur, plorat vren-  
dus & vritur. Non est illa crudelitas, absit vt  
sæuitia medici dicatur. Sæuit in vulnus vt homo  
sanetur, quia si vulnus palpetur, homo perditur.  
Sic ergo ista monuerim fratres mei, vt fratres nostros  
qui peccauerint omnimodo diligamus de corde nostro.  
Charitatem in eos non dimittamus; & disciplinam  
cum opus est demus, ne per solutionem disciplina  
crescat nequitia, & incipiamus propter deum  
accusari, quia recitatum est nobis, Peccantes coram  
omnibus corripite, vt ceteri timorem habeant. Certe  
si quis quod solum est verum distinguit tempora, &  
soluti questionem, verum est. Si peccatum in secreto  
est, in secreto corripite. Si peccatum publicum est &  
apertum, publice corripite, vt ille emendetur, &  
ceteri timeant.

De eo, de quo supra, Si peccauerit in te frater tuus: &c. K  
Et de verbis Salomonis, Annuens oculis cum dolo, con-  
gerit hominibus mœstissimam, Qui autem arguit palam,  
pacem faciat.

Sermo XVI.

**A**dmonet nos dominus noster non negligere  
inuicem peccata nostra, non querendo quid  
reprehendas, sed videndo quid corrigas. Eius  
quippe dixit acutum oculum ad eiiciendam festucam  
de oculo fratris tui, qui trabem in oculo suo non habet.  
Quid autem hoc sit, breuiter insinuo charitati vestrae.  
Festuca in oculo ira est, Trabes in oculo odium est.  
Quando ergo qui odit reprehendit irascentem, festu-  
cam vult de oculo fratris tollere, sed trabe impeditur  
quam ipse portat in oculo suo. Festuca in initio trabis est.  
Nam trabes quando nascitur, prius festuca est. Rigando  
festucam perducis ad trabem, Alendo iram, malis suspi-  
tionibus perducis ad odium. Multum autem interest  
inter peccatum irascentis, & crudelitatem odio habentis.  
Nam & filiis nostris quandoque irascimur. Odisse  
vero filios quis inuenitur? In ipsis quoque pecoribus ma-  
ter aliquando bucula sugentem vitulum tædio quodam  
auerit irascens, sed visceribus amplectitur matris. Quasi  
tædium facit cum impingit, queritur tamen si deest.  
Nec damus aliter filiis disciplinam, nisi aliquantulum iras-  
cendo & indignando, nec tamen darem disciplinam, nisi  
amando. Usque adeo non omnis qui irascitur odit, vt  
aliquando magis odisse contineatur qui non irascitur.  
Fac enim puerū velle in aqua fluminis ludere, cuius  
impetu pereat, tu si vides & patienter permittis, odisti.  
Tua patientia illius mors est. Quanto melius est si irasceris  
& corrigis, quàm si non irascendo interire permittis?  
Odium ergo ante omnia vitandum est, trabes de oculo  
eiicienda est. Multum quippe aliud est quando quisque  
irasceat in aliquo verbi modū excedit, quod postea  
deleat pœnitendo, & aliud est fernare insidias inclusas  
in corde. Multum postremo interest inter hæc verba  
scripturæ, Turbatus est præ ira oculus meus. De illo  
autem quid dictum est? Qui odit fratrem suum homicida  
est. Multum interest inter turbatum oculum & extinctum.  
Festuca turbat, trabes extinguit. Hoc ergo primum  
nobis persuadeamus, vt quod hodie admoniti sumus bene  
facere atque implere possimus, ante omnia non odisse.  
Tunc enim quando trabes non est in oculo tuo, vides  
recte quicquid fuerit in oculo fratris tui, & vim pateris  
donec eiicias de oculo fratris tui, quod vides nocere  
oculo fratris tui. Lumen quod in te est, non te  
permittit negligere lumen fratris tui. Nā & si odisti,  
& vis corripere, quomodo emendas lumen qui perdidisti  
lumen? Dixit enim & hoc aperte eadem scriptura, vbi  
dictum est, Qui odit fratrem suum homicida est. Qui  
odit, inquit fratrem suum in tenebris est vsq; adhuc.  
Odium tenebræ sunt. Non potest autem fieri, vt qui odit  
alterū non sibi prius noceat. Illum enim ledere conatur  
extrinsecus, se vastat intrinsecus. Quantum autem animus  
noster corpore maior est, tantū ei prospicere debemus,  
ne ipse ledatur. Lædit autē animum suum, qui odit  
alterum. Et quid facturus est ei quem odit? Quid facturus  
est? Tollit pecuniam, nunquid fidem? Lædit famā, nunquid  
conscientiam? Quicquid nocet, forinsecus nocet. Sibi  
attende quid noceat. Intus enim sibi ipse inimicus est,  
qui odit alterū. Sed quia non sentit quid sibi mali faciat,  
in alterū sæuit, eo periculosius viuens, quo nō sentit  
quid secum mali agat, quia & sæuendo sensum perdit.  
Sæuisti in inimicum tuum, te sæuiente, ille nudatus est:  
tu iniquus

Exodi. 26.

† aliis, Septuagium.

H

Math. 18.

1. Timo. 5.

Math. 7.

Festuca in oculo, ira, Trabes, odium.

L

Psal. 6. 1. Ioan. 3.

M

Vbi supra.

† plene ledit se, sed non perit

Qualiter corripendus frater.

1. Cor. 13. 8.

Math. 5.

Vbi supra.

Luc. 14.

**A** tu iniquus es. Multū interest inter nudum & iniquum.  
Ille perdidit pecuniam, tu innocentiam. Quare quis grauius  
damnum perperit? Ille perdidit rem perituram, tu factus  
es periturus. Ideo debemus amando corripere, non nocendi  
auditate, sed studio corrigendi. Tales si fuerimus, optime  
facimus quod hodie admoniti sumus, Si peccauerit in te  
frater tuus, corripite illum inter te & ipsum solum. Quare  
illum corripis? Quia tu doles quod peccauerit in te. Absit. Si amore tui id  
facis, nihil facis. Si amore illius facis, optime facis. Denique  
in ipsis verbis attende, cuius amore id facere debeas, vtrum  
tui an illius. Si te audierit, inquit, lucratus es fratrem tuum.  
Ergo propter illum fac vt lucreris illi. Si faciendo lucraris,  
nisi fecisses perierat. Quid est ergo quod plerique homines  
ista peccata contemnunt & dicunt, Quid magnum fecit in  
hominem peccatum? Noli contemnere. In hominem peccasti,  
vis nosse quia in hominem peccando peristi? Si te ille, in  
quem peccasti corripuerit inter te & ipsum solum, & audieris  
illum, lucratus es te, quid est lucratus est te, nisi quia perieras,  
si non lucraretur te? Nam si non perieras, quomodo te  
lucratus est? Nemo ergo contemnat, quando peccat in fratrem.  
Ait enim quodam loco Apostolus, Sic autem peccantes in  
fratres, & percipientes conscientiam eorum infirmam, in  
Christum peccatis, ideo quia membra Christi omnes facti  
sumus. Quomodo non peccas in Christum, qui peccas in  
membrum Christi? Nemo ergo dicat, qui non peccauit in  
deum, sed peccauit in fratrem, in hominem peccaui, leue  
peccatum est, aut nullum peccatum. Forte inde dicis, leue est,  
quia cito curatur. Peccasti in fratrem, fac satis, & sanatus es.  
Cito fecisti mortiferam rem, sed remedium cito inuenisti.  
Quis nostrum speret regnum caelorum fratres mei, quando  
dicit Euangelium, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit  
gehennæ ignis? Magnus terror, sed vide ibi remedium:  
Si obtuleris munus tuū ad altare, & ibi recordatus fueris,  
quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus  
tuum ante altare. Non irascitur deus, qui differes imponere  
munus tuū, Te querit deus magis quàm munus tuum.  
Nam si malum animum gerens aduersus fratrem tuum,  
veneris cum munere ad deum tuum, respondet tibi, Tu  
peristi, mihi quid attulisti? Offers munus tuum, & tu nō  
es munus dei. Plus querit Christus quem redemit sanguine  
suo, quàm quod tu inuenisti in horreo tuo. Ergo relinque  
ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari  
fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Ecce ille  
reatus gehennæ quàm cito solutus est. Nondum reconciliatus,  
eras gehennæ reus: reconciliatus, securus offers munus  
tuum ad altare. Homines autem faciles sunt ad irrogandas  
iniurias, & difficiles ad cōcordiam requirendam. Pete,  
inquit, veniam ab homine quem offendisti, ab homine quem  
læsisti. Responder, Non me humiliabo. Vel deum tuum  
audi, si fratrem tuum contemnis, Qui se humiliat, exaltabitur.  
Non vis humiliare quid cecidisti? Multum interest inter  
se humiliantem, & inter iacentem. Iam iaces, & humiliare  
te non vis? Bene diceret, nolo descendere, si noluisse  
ruere. Hoc ergo debet facere qui fecit iniuriam. Qui  
autem passus est, quid debet? Quod audiuius hodie, Si  
peccauerit in te frater tuus, corripite eum inter te &  
ipsum solum, Si neglexeris, peior es. Ille iniuriam fecit,  
& iniuriam faciendo graui seipsum vulnere percussit,  
tu vulnus fratris tui contemnis? Tu eum vides perire &  
negligis? Peior es tacendo quàm ille cōticiando. Quando  
ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam,  
non pro nobis. Nam gloriosum est iniurias obliuisci,  
sed obliuiscere iniuriam tuam, nō vulnus fratris tui.  
Ergo corripite inter te & ipsum solum, intuens  
correctioni, parcēs pudori. Forte enim præ recundia  
incipit defendere peccatum suum, & quem vis  
correctiorem, facis peiorem. Corripite ergo inter te  
& ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem  
tuum, quia perierat nisi faceres. Si autem non te  
audierit, id est peccatum suum quasi iustitiam  
defenderit, Adhibe illi duos vel tres, quia in ore  
duorum vel trium testium stat omne verbum. Si nec  
ipsos audierit, refer ad Ecclesiam: Si nec Ecclesiam  
audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Noli  
illū deputare iam in numero fratrum tuorum,  
nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam &  
ipso ethnicos, id est gentiles, & paganos in numero  
quidem fratrum non deputamus, sed tamē eorum  
salutem inquirimus. Hoc ergo audiuius dominum  
ita monentem, & tanta cura præcipientem, vt  
etiam hoc adderet continuo, Amen dico vobis, qui  
ligaueritis super terram, ligata erunt & in caelo,  
& qui solueritis super terram, soluta erunt & in  
caelo. Cœpisti habere fratrem tuum tanquam  
publicanum, ligas illum in terra, sed vt iuste  
alliges vide. Nam iniusta vincula dirumpit  
iustitia. Cum autem correxeris, & concordaueris  
cum fratre tuo, soluis illum in terra. Cum  
solueris in terra, solutus erit & in caelo. Multum  
non tibi præstat sed illi, quia multum nocuit non  
tibi, sed sibi. Hæc cum ita sint, quid est quod ait  
Salomon, quod hodie ex alia lectione primitus  
audiuimus Annuens oculis, cum dolo congerit  
hominibus mœstissimam: qui autem arguit palam,  
pacem facit. Quomodo ergo corripere illum inter  
te & ipsum solum? Metuendum est, ne sibi  
cōtraria sint præcepta diuina. Sed intelligamus  
esse ibi summam concordiam, non quemadmodum  
quidam vani sapiamus, qui errantes opinantur  
cōtraria sibi esse duo testamenta in libris  
veteribus & nouis, vt ideo putemus hoc  
ipsam esse cōtrarium, quoniā illud est in  
Salomonis libro, hoc in Euangelio. Si enim  
aliquis imperitus & calumniator diuinarum  
scripturarum diceret, Ecce vbi sibi contradicunt  
duo testamenta. Dominus dicit, Corripite illum  
inter te & ipsum solum: Salomon dicit, Qui  
arguit palam, pacem facit: ergo nescit dominus  
quid præcepit. Salomon vult contundi frontem  
peccantis, Christus parit pudori erubescentis. Ibi  
enim scriptum est, Qui arguit palam, pacem facit:  
hic autem, Corripite illum inter te & ipsum  
solum: non palam, sed in secreto & occulte. Vis  
nosse quisquis talia cogitas, non sibi repugnare  
duo testamenta, quia illud in libro Salomonis,  
hoc in Euangelio reperitur? Apostolum audi.  
Certe Apostolus minister est noui testamenti. Audi  
ergo Apostolum Paulum Timotheo præcipientem &  
dicentem, Peccantes coram omnibus argue, vt  
ceteri timorem habeant. Iam non Salomonis  
liber cum Euangelio, sed Pauli Apostoli  
epistola videtur confingere. Salomonem  
paululum sine iniuria seponamus, Christum  
dominū & Paulum seruum eius audiamus. Quid  
dicis domine? Si peccauerit in te frater tuus,  
corripite illum inter te & ipsum solum. Quid  
dicis Apostole? Peccantes coram omnibus argue,  
vt ceteri timorem habeant. Quid facimus?  
Controversiam istam velut iudices audimus?  
Absit. Immo sub iudice constituti pulsemus  
vtri nobis aperiri impereremus, fugiamus  
sub alas domini dei nostri. Non enim  
Apostolo suo cōtrariū locutus est, quia &  
in illo ipse locutus est, sicut dicit, An vultis

Deut. 17.

Math. 18.

1. quæst. 2. ca. Cœpisti.

E

Testamenta duo non repugnant.

1. Timo. 5.

1. Cor. 13.

An vultis

**G** An vultis experimentum eius accipere, qui in me loquitur Christus: Christus in Euangelio, Christus in Apostolo, Christus ergo vtrunque dixit: vnum ore suo, alterum ore praeconis sui: quia quando praeco de tribunali aliquid dicit, non scribitur in gestis, praeco dixit, sed ille dixisse scribitur, qui praconi quod diceret imperavit. Duo ergo ista praecpta fratres sic audiamus, vt intelligamus, & inter vtraque praecpta pacati constitutamur, cum corde nostro nos concordemus, & scriptura sancta in nulla parte discordat. Verum est enim omnino, vtrunque verum est. Sed discernere debemus, aliquando illud, aliquando illud esse faciendum: aliquando corripiendum fratrem inter te & ipsum solum, aliquando corripiendum fratrem coram omnibus, vt & ceteri timorem habeant. Si aliquando illud, aliquando illud fecerimus, concordiam scripturarum tenebimus, & in faciendo atq; temperando non errabimus. Sed dicit mihi aliquis, Quando facio illud, quando illud: ne tunc corripiam inter me & ipsum solum, quando debeo coram omnibus corripere: aut tunc corripiam coram omnibus, quando debeo in secreto corripere? Cito videbit charitas vestra, quid quando facere debeamus, sed vnam facere pigri non sumus. Intendite & videte, Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Quare? Quia peccauit in te. Quid est, in te peccauit? Tu scis, quia peccauit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretum quere cum corrigis quod in te peccauit. Nam si solus nostri quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor sed proditor. Attende quemadmodum vir iustus Ioseph, tanto flagitio quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret vnde illa conceperat, quia grauidam senserat, & se ad illam non accessisse noverat. Restabat itaque certa adulterij suspitio, & tamen quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Euangelium: Ioseph autem cum esset vir iustus, & nollet eam diuulgare. Mariti dolor, non vindictam quaesivit. Voluit prodesse peccanti, non punire peccantem. Cum, inquit, nollet eam diuulgare, voluit eam occulte dimittere. Haec eo cogitante, ecce angelus domini apparuit ei in somnis, & indicauit quid esset, quia non violauit viri torum, quia de spiritu sancto conceperat dominum amborum. Peccauit ergo in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc vere in te solum peccauit. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suae iniquitatis effecit. Dico enim fratres charissimi, quod & vos ipsi in vobis ipsis potestis agnoscere, Quando me audiente, fratri meo quisque iniuriam facit, absit vt a me iniuriam illam alienam putem. Prorsus & mihi fecit, immo mihi plus fecit, cui putat placere quod fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quae peccantur coram omnibus. Ipsa vero corripienda sunt secretius, quae peccantur secretius. Distribuite tempora, & concordat scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur, in secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne volentes publice arguere, prodamus hominem. Nos volumus corripere & corrigere, quid si inimicus quaerit audire quod puniat? Nouit enim nescio quem homicidam Episcopus, & alius illum nemo nouit. Ego volo illum publice corripere, & tu quaeris inscribere. Prorsus nec prodo, nec negligo, corripio in secreto, pono ante oculos dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuado poenitentiam. Hac charitate praediti esse debemus.

Vnde aliquando homines reprehendant nos, quod quasi non corripiamus, aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere quod scimus. Sed forte quod scis & ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis produntur ab vxoribus suis plerunque zelantibus, aliquando maritorum salutem quaerentibus, nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, faciamque gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum: quod aliquando qui committit, nescio qua peruersitate contemnunt, & nescio vnde sibi testimonia nonnulla & vana conquirunt, dicentes, Peccata carnis deus non curat. Vbi est quod hodie audiuimus, Fornicatores & adulteros iudicat deus? Ecce quod attende, quisquis tali morbo laboras, quod dicit deus, audi non quod tibi dicit fauens peccatis tuis amicus tuus, aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus, vel potius inimicus tuus & suus, Audi ergo quod dicit Apostolus, Honorabiles, inquit, nuptiae in omnibus, & totus immaculatus. Fornicatores autem & adulteros iudicat deus. Age ergo frater, esto correctus. Times ne te inferbat inimicus, & non times ne te iudicet deus? Vbi est fides, time cum est quando timeas. Longe est quidem dies iudicij, sed vniuersusque hominis dies vltimus longe esse non potest, quia breuis est vita. Et quia ipsa breuitas semper incerta, quando sit dies tuus vltimus nescis. Corrige te hodie propter cras. Prosit tibi & modo in secreto correptio. Palam enim loquor, & in secreto arguo. Aurea omnium pulso, sed conscientias quorundam conuenio, Si dicerem, tu adulter corrige te, primo forte dicerem quod nescirem, forte quod temere audieram suspicarer. Non dico, tu adulter corrige te: sed, quisquis in hoc populo adulter es, corrige te. Publica est correptio, sed secreta correptio. Scio, quia ille qui timuerit, corrigit se. Non dicat quis in corde suo, peccata carnis non curat deus. Nescitis, inquit Apostolus, quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Quisquis templum dei violauerit, disperdet illum deus, Nemo se fallat. Sed forte ait aliquis, Templum dei animus meus est, non corpus meum: adiecit etiam testimonium, Omnis caro foenum, & omnis claritas carnis vt flos feni. Infelix interpretatio nuntianda cogitatio. Foenum dictum est caro, quia moritur, sed quod ad tempus moritur, vide vt non resurgat cum crimine. Vis nosse apertam inde sententiam? Nescitis, inquit idem Apostolus, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habetis a deo. Contemnitis corporale peccatum, contemnitis quod peccas in templum, ipsum corpus tuum templum in te est spiritus dei. Iam vide quid facias de templo dei. Si eligeres in Ecclesia facere adulterium intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Modo autem tu ipse es templum dei, templum intras, templum exis, templum in domo tua manes, templum surgis. Vide quid agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne deserat te & in ruinam vertaris. Nescitis, inquit, quia corpora vestra (& hoc de fornicatione loquebatur Apostolus, ne contemnerent corporalia peccata) templum in vobis est spiritus sancti quem habetis a deo, & non estis vestri. Empti enim estis precio magno. Si contemnitis seruum tuum, vt considera precium tuum. Scio ego & mecum omnis homo qui paulo attentius considerauerit, neminem deum timentem sub verbis eius

K

+

Hebr. 13.

L Ibidem

Timor dei, hominum.

1. Corin. 3.

M Esa. 40.

& 1. Petri. 1.

Templum dei, nostra corpora.

Vbi supra.

† alius, corpus tuum. 1. Corin. 6.

Ezechi. 18. Correctio non est in crastina differenda.

no +

Heb. 13.

**A** eius non se corrigere, nisi qui putat quia plus habet viuere. Ipsa res est quae multos occidit, cum dicunt, cras, cras, & subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras, corui vox, Geme vt columbus, & tunde peccus, sed plagas tibi dando in peccus, casus correctus esto, ne non videaris conscientiam cadere, sed malam conscientiam pugnis pavimento solidiorem reddere, non correctionem: Geme non inani gemitu. Forte enim dicis tibi, promisit mihi deus indulgentiam, quando me correxero, securus sum: lego diuinam scripturam, Iniquus in qua die conuersus fuerit ab iniquitatibus suis, & fecerit iustitiam, omnes iniquitates eius obliuiscar. Securus sum, quando me correxero dat mihi deus indulgentiam de malis meis: Et quid ego dicturus sum contra deum? Reclamaturus, dicturus sum deo, noli illi dare indulgentiam: Dicturus sum hoc scriptum non esse, hoc deum non promisisse: Si ista dixerem, omnia falsa dico, Bene dicis, verum dicis. Indulgentiam correctionis tuae promisit deus, negare non possum, sed dico mihi rogo te, Ecce ego consentio & concedo & cognosco, quia indulgentiam deus promisit tibi. Crastinum enim diem, quis tibi promisit? Vbi mihi legis indulgentiam te accepturam si te correxeris, lege tibi mihi quantum victurus sis. Non lego, inquis. Nescis ergo quantum victurus sis. Esto correctus & semper paratus. Noli timere diem vltimum tanquam furem, qui dormienti perfodiat parietem, sed vigila & corrige te hodie. Quid differis in crastinum? Longa vita erit. Ipsa longa bona sit. Prandium bonum longum nemo differt, & vitam malam longam vis habere: Vtique si longa erit, melius bona erit. Si breuis erit, bene factum est vt bona produceretur. Sic autem homines negligunt vitam suam vt nolint habere malam nisi ipsam. Villam emis, bonam quaeris. Vxorem vis ducere, bonam eligis. Filios tibi vis nasci, bonos optas. Caligas locas & non vis malas, & vitam amas malam: Quid te offendit vita tua quam salum vis malam, vt inter omnia bona tua solus sis malus? Ergo fratres mei si aliquid vestrum vellem in parte corripere, forte audiret me, multos enim vestrum publice corripio, omnes me laudant. Audiatur me aliquis, non amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem. Cum enim laudas & non te corrigis, contra te testis es. Si malus es, & quod dico placet tibi, displice tibi: quia si malus displiceris tibi, correctus placebis tibi. Quod nudius tertius, nisi fallor, dixi, in omnibus verbis meis speculum propono, Nec mea ista sunt verba, sed domino iubente loquor, quo terrente non taceo. Nam quis non eligeret tacere, & rationem de vobis non reddere? Sed iam suscepimus onus, quod ab humeris nostris excutere non possumus nec debemus: audistis fratres mei, cum epistola ad Hebraeos legeretur, Obedite praepositis vestris & subditi estote, quia ipsi vigilat pro animabus vestris, tanquam rationem reddaturi pro vobis, vt cum gaudio hoc faciant & non cum tristitia: Non enim expedit vobis. Quando facimus ista cum gaudio? Quando videmus homines proficere in verbis dei. Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit in arborem & fructum videt, quando attendit segetem & in fructu aree prospicit vberitatem: nam non sine causa laborauit, non sine causa dorsum curauit, non sine causa manus attriuit, non sine causa frigus & aestus tolerauit: hoc est quod ait, Vt cum gaudio hoc faciant & non cum tristitia: Non enim expedit vobis. Nunquid dixit, non illis expedit? Sed dixit, non expedit vobis. Nam illi praepositi quando constitantur de

malis vestris, expedit illis, ipsa tristitia prodest illis, sed non expedit vobis. Nihil autem nobis volumus expedire, quod non expedit vobis. Simul ergo in dominico agro fratres bonum operemur, vt simul de mercede gaudeamus.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Sermo. XVII.

**D**ixit dominus cuidam adulescenti, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Non dixit, si vis venire ad vitam aeternam: sed, si vis venire ad vitam: eam definiens vitam quae fuerit aeterna vita. Huius ergo vitae amorem nos primitus commendemus. Etenim amatur & qualiscumque vita ista, & ipsam qualemcumque erumnolam, miseram, finire homines timet & pauescunt. Hinc videndum est, hinc considerandum, quemadmodum amanda sit aeterna vita, quando sic amatur misera ista & quandoque finienda vita. Considerate fratres quantum amanda sit vita, vbi nunquam finias vitam. Amas ergo istam vitam vbi tantum laboras, curris, fatigis, anhelas, & vix enumerantur quae necessaria sunt in misera ista vita: Seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post haec omnia finire habes vitam. Ecce quae pateris in misera ista quam diligis vita, & putas te semper victurum, & nunquam moriturum? Tepla, saxa, marmora, ferro, plumboque consolidata, tamen cadunt, & homo nunquam se putat moriturum? Discite ergo fratres quaerere aeternam vitam, vbi ista non tolerabitis, sed in aeternum cum deo regnabitis. Qui enim vult vitam, sicut dicit Propheta, diligit dies videre bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur quam vita. Nonne audimus & videmus homines in aliquibus tribulationibus & angustiis & cohsitationibus & aegritudinibus dum sunt constituti, & videt se laborare, nihil aliud dicere, nisi, Deus mitte mihi mortem, accelera dies meos: & aliquando venit aegritudo, curritur, adducitur medici, solidi & munera promittuntur. Dicit tibi ipsa mors, Ecce assum, quae paulo ante a domino petebas, quid me modo fugere vis? Inueni te falsatorem, & miserae vitae amator: de his autem diebus quos agimus, ait Apostolus, Redimetes tempus, quoniam dies mali sunt. Non

Matth. 19.

Vita aeterna & misera.

B

Psalm.

Eph. 4.

F

Viuere dicit quid.

Sermone. 11.

3. quest. 1. ca. Si peccauerit.

Matth. 1.

no +

Correctio nis modus. & Nota.



G rassinus, quia non precedit eum hesternus. Huc diem vel hos dies & hanc vitam & veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si enim mercedem amamus, in opere non deficiamus, & in aeternum cum Christo regnabimus.

Math. 20.

De duobus caecis sedentibus secus viam ex clamantibus. Domine miserere nostri fili David, in Evangelio secundum eundem.

Sermo XVIII.

**B**ene nobiscum novit sanctitas vestra dominum nostrum & salvatorem Iesum Christum medicum nostrae salutis esse & salutis aeternae, & ad hoc eum suscepisse infirmitatem naturae nostrae ne semperna esset infirmitas nostra. Assumpsit enim corpus mortale in quo occideret mortem. Et quantum crucifixus est ex infirmitate nostra: sicut ait Apostolus, sed vivit ex virtute dei: eiusdem Apostoli verba sunt, Et quia iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, Haec ergo bene nota sunt fidei nostrae, simul & hoc consequens est, ut noverimus omnia miracula, quae corporaliter fecit, valere ad admonitionem nostram, ut percipiamus ab eo quod non est transitorium neque finem habiturum. Oculos reddidit caecis, quos erat utique mors aliquando clausura: resuscitavit Lazarum, iterum moriturum, Et quocumque ad salutem corporum fecit, non ad hoc fecit ut sempiterna essent, cum tamen daturus sit etiam ipsi corpori in fine sempiternam salutem. Sed quia illa quae non videbantur non credebantur, per ista temporalia quae videbantur edificavit fidem ad illa quae non videbantur. Nemo itaque fratres dicat, non facere ista modo dominum nostrum Iesum Christum, & propter hoc praesentibus ecclesiae temporibus priora proponere. Quodam quippe loco ipse dominus videntibus & ideo credentibus, praeponebat eos qui non vident & credunt. Namque eoque illo tempore discipulorum eius nutabat infirmitas, ut quem videbant iam resurrexisse, etiam cõtrictandum putarent ut crederent. Non sufficiebat oculis quod videret, nisi & manus admoverentur membris, & cicatrices recentium vulnerum tangerentur, ut ille qui dubitabat discipulus, repente tactis & cognitis cicatricibus, exclamaret, Dominus meus & deus meus. Cicatrices ostendebant eum, qui omnia vulnera in alius sanaverat. Numquid non poterat dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorum vulnera noverat, propter quae sananda cicatrices in corpore suo servaverat: & quid dominus illi confitenti ac dicenti, Dominus meus & deus meus: Quia vidisti, inquit, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. Quos dixit fratres, nisi nos? Non quia solos nos, sed & post nos. Post parvum enim tempus posteaquam ab oculis mortalibus recessit ut firmaretur fides in cordibus, quicumque crediderunt non videntes crediderunt, & magnum meritum habuit fides eorum, cui fidei comparanda, cor tantum admoveverunt primum, & non palpatam manum. Haec ergo fecit dominus ut inuitaret ad fidem. Haec fides nunc fertur in ecclesia, toto orbe diffusa. Et nunc maiores sanitates operatur, propter quae non est indignatus tunc exhibere illas minores. Sicut enim animus melior est corpore, sic & melior salus animi quam corporis. Modo caro caeca non aperit oculos miraculo domini, & cor caecum aperit oculos sermone domini. Modo non resurgit mortale cadaver, resurgit anima quae mortua iacebat in vino cadavere. Modo aures corporis surdae non aperiuntur, sed quam multi habent aures clausas cordis, quae tamen verbo dei penetrante patefcunt, ut credant qui non

1. Cor. 13.

Roma. 6.

Quicumque Christus ad salutem corporum fecit, non fecit, ut sempiterna essent.

Ioan. 20.

credebant, & bene vivant qui male vivebant, & obediunt qui non obediabant: & dicimus ille credidit, ac miramur cum audimus de his quos aliquando duos noveramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, deo servientem, nisi quia conspicias videntem quem noveras caecum, conspicias videntem quem noveras mortuum, conspicias audientem quem noveras surdum? Na videte aliter mortuos, de quibus mortuis dicebat dominus cuidam ideo tardanti ne dominum sequeretur, quia sepelire patrem volebat. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Certe mortuos sepulchri non sunt corpore mortui, quia si hoc essent, mortua corpora sepelire non possent. Tamen mortuos eos vocat. Vbi, nisi intus in anima? Sicut enim etiam visibiliter plerumque in domo integra & salva, dominus eiusdem domus mortuus iacet: sic in corpore integro multi habent intus animam mortuam, & hos sic excitat Apostolus, Surge qui dormis, exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Ipse illuminat excacatum, qui excitat mortuum. Eius enim voce per Apostolum clamatur ad mortuum, Surge qui dormis. Caecus luce illuminabitur cum resurrexerit. Surdos autem quam multos ante oculos suos dominus intuebatur, cum diceret, Qui habet aures audiendi audiat. Quis enim ante illum sine corporeis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? Item quales oculos querebat cum loqueretur utique videntibus, sed videntibus per oculos carnis? Nam cum ei diceret Philippus, Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis: bene quidem hoc intelligebat ut demonstratus pater possit sufficere, sed cui non sufficiebat aequalis patri, quomodo sufficeret pater? Quare autem non sufficiebat? Quia non videbatur. Quare non videbatur? Quia nondum erat sanus oculus unde posset videri. Hoc enim quod in carne domini videbatur, his oculis non solum discipuli viderunt qui honoraverunt, sed & Iudaei qui crucifixerunt. Qui ergo aliter se videri volebat, alios oculos requirebat: & ideo sic respondit dicenti, Ostende nobis patrem & sufficit nobis: Tanto tempore vobiscum sum & non me cognovistis: Philippe, qui me videt, videt & patrem. Et ut interim fidei oculos sanaret, prius admonetur secundum fidem ut possit ad speciem pervenire. Et ne sic putaret Philippus cogitandum deum quomodo videbat in corpore dominum Iesum Christum, statim subiicit, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Iam dudum dixerat, Qui me videt, videt & patrem. Sed nondum habebat Philippus sanum oculum unde videret patrem, atque ideo nec unde videret ipsum filium patri coaequalem. Itaque aciem mentis adhuc sauciam & tantam lucem aspicere non valentem, sanandam atque firmandam fidei medicamentis fomentisque suscepit, & ait, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Qui ergo nondum potest videre quod demonstraturus est dominus, non querat prius videre quod credit, sed prius credat ut possit oculus sanari quo videat. Sola enim forma servi exhibebatur servilibus oculis, quia ille qui non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, si ab eis quos sanari voluit iam videri possit aequalis deo, non opus haberet semetipsum exinanire, & formam servi accipere. Sed quia non erat unde videretur deus, & erat unde videretur homo, qui deus erat factus est homo, ut per id quod videbatur sanaret illud unde non videbatur: ipse enim alio loco ait, Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Poterat utique Philippus respondere & dicere, Domine ecce te video. Talis ne est pater quale est hoc quod

Math. 8. Mortui mortuos sepeliunt.

Eph. 5.

L

Math. 11.

Ioan. 14.

Ibidem.

M

Ioan. 14.

Philip. 2.

Math. 5.

Ioan. 14.

**A** quod video, quoniam dixisti, Qui videt me videt & patrem? Antequam hoc responderet Philippus, vel fortasse antequam cogitaret, cum dixisset dominus, Qui videt me videt & patrem: continuo subiunxit, Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Illo enim oculo nondum videre poterat, nec patrem nec aequalem patri filium, sed ut sanaretur oculus ad videndum, inungendus erat ad credendum. Ideo antequam videas quod videre non potes, crede quod nondum vides. Ambula per fidem, ut pervenias ad speciem. Species non latificabit in patria, quem fides non consolatur in via: sic enim dicit Apostolus, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino: Statimque subiicit quare a domino peregrinamur, quantum iam crediderimus. Per fidem, inquit, ambulamus, non per speciem. Tota igitur opera nostra fratres in hac vita est, sanare oculos cordis unde videtur deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo dei praedicatur, ad hoc exhortationes ecclesiae morales, id est, pertinentes ad corrigendos mores, ad emendandas carnales concupiscentias, ad renunciantium non voce tantum, sed mutata vita huic seculo, ad hoc quicquid agunt divinae sanctaeque literae, ut purgetur illud interius ab ea re quae nos impedit ab aspectu dei. Sicut enim oculus factus ad hanc lucem temporalem videndam, & quantum coelestem tamen corpoream atque conspicuam, non solum hominibus, sed etiam vilissimis animantibus, ad hoc enim factus est ut hanc lucem videat: tamen si aliquid iniectum fuerit vel irruerit unde turbetur, secluditur ab hac luce, & quantum eum sua praesentia circumfundat, ille tamen se auerit atque absens est. Non solum autem absens sit perturbatione sua a luce praesenti, sed etiam poenalis illi est lux ad quam videndam factus est: Sic & oculus cordis perturbatus atque sauciatus, auerit se a luce iustitiae, nec audeat eam contemplari nec valet. Quid turbat oculum cordis? Cupiditas, auaritia, iniquitas, concupiscentia secularis turbat, claudit, excacat oculum cordis. Et tamen quomodo quomodo medicus cum oculo carnis turbatus est, quomodo non differtur ut aperiatur atque purgetur & sanetur, unde lux ista videatur? Curritur, nemo requiescit, nemo differt si vel stipula in oculo cadat. Solem certe, quem sanis oculis videre volumus, deus fecit. Multo est utique lucidior ille qui fecit, nec huius generis lux est quae pertineat ad oculum mentis. Lux ista est aeterna sapientia. Fecit autem te deus o homo ad imaginem suam, daret ne tibi unde videres solem quem fecit, & non tibi daret unde videres eum qui te fecit? Cum te ad imaginem suam fecerit, dedit & hoc. Vtrumque dedit tibi, sed multum hos oculos exteriores diligis, multum illum interiore non diligis. Detritum portas atque sauciatum, poena tibi est si se voluerit ostendere fabricator tuus, poena est oculo tuo antequam curretur atque sanetur. Nam & in paradiso peccavit Adam, & abscondit se a facie domini. Cum haberet ergo cor sanum parat conscientiam, gaudebat ad praesentiam dei. Postquam peccato oculus ille sauciatus est, cepit lucem formidare diuinam, refugit in tenebras atque in defa lignorum: veritate fugiens, umbras appetens. Ergo fratres mei, quoniam & nos inde nati sumus: & sicut dicit Apostolus, In Adam omnes moriuntur: omnes enim nos duo homines aliquando fuimus: si nolimus obtemperare medico ut non agrotaremus, obtemperemus ut ab agritudine liberemur. Dedit nobis praecepta medicus sanus, dedit praecepta medicus ne medico indigeremus. Non opus est, inquit, sanis medicus, sed agrotantibus. Sani pra-

2. Cor. 5.

B

Oculus corporalis, cordis.

C

Gene. 3.

1. Cor. 15.

Math. 9.

cepta contempnimus, & experimento sensimus in quantum perniciem nostram praecceptum illud contempserimus. Agrotare iam coepimus, laboramus, in lecto infirmitatis sumus, sed non desperemus. Quia enim ad medicum venire non poteramus, ipse ad nos venire dignatus est. Non contempsit saucium contemptis a sano. Non destitit dare alia praecepta languenti, qui prima custodire noluit ne langueret: tanquam diceret, Certe experimento sensisti verum me dixisse, quando dixi, Noli tangere hoc. Sanare ergo tandem & reuiuifce. Ecce porto infirmitatem tuam, Bibe amarum calicem, tu enim tibi fecisti. Praecepta illa mea quae sano data sunt tam dulcia, non laboriosa contempta sunt. Coepisti laborare, sanari non potes nisi amarum calicem biberis: Calicem tentationum quibus abundat haec vita, calicem tribulationum, angustiarum, passionum. Bibe, inquit, bibe ut viuas. Et ne responderet ei languidus: Non possum, non fero, non bibo, prior bibit medicus sanus, ut bibere non dubitaret agrotus. Quid enim amarum est in tali poculo quod ille non biberit? Si contumelia, prior audiuit eum daemones expelleret, & daemonium habet, & quod in Beelzebub eicit daemonia. Unde ut & ipse consolaretur agros, ait, Si patrem familias Beelzebub vocauerunt quanto magis domesticos eius? Si dolores amari sunt ligatus & flagellatus & crucifixus est. Si mors amara est, etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosius quam mors crucis. Non enim frustra commendas eius obedientiam Apostolus, addidit dicens, Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sed quia ipse honoratus erat fideles suos in fine huius seculi, prius honorauit crucem in hoc seculo, ut terrarum principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi, & quod cum magna insultatione persecutores Iudei domino procurarunt, magna fiducia serui eius etiam & reges in fronte nunc portant. Non tantum apparet modo qualem mortem pro nobis dominus subire dignatus est: sicut ait Apostolus, Factus pro nobis maledictum: & cum ei pedenti Iudaeorum caecitas insultaret, posset utique descendere de cruce, qui si nollet non esset in cruce, sed amplius erat de sepulchro resurgere, quam de cruce descendere. Haec ergo dominus faciens diuina, patiens humana, admonet nos corporalibus miraculis & patientia corporali, ut credamus & sanemur ad conspicienda illa inuisibilia quae carnis oculus nescit. Hoc ergo agens curauit caecos istos, de quibus nunc Evangelium recitatum est, & in curando videte quid admonuerit agrotum interiore. Attendite ipsius facti exitum & ordinem rerum. Sedent illi in via duo caeci, transeunte domino exclamabant ut eorum misereretur. A turba vero quae cum domino erat, compescebatur ne clamaret. Neque hoc sine mysterio derelictum putetis. Illi autem conspicerem se turbam perseuerantissimo clamore vincebant, ut perveniret vox eorum ad aures domini, quasi non iam ille cogitata cognosceret. Clamauerunt ergo duo caeci ut audiretur a domino, & turbis comprimi nequieunt. Transiebat dominus, & illi clamabant, Stetit dominus, & sanati sunt. Na stetit Iesus & vocauit eos, Quid vultis ut vobis faciam? At illi dixerunt, Ut aperiatur oculi nostri. Pro fide illorum fecit dominus, instaurauit oculos eorum. Si intellexerimus iam interiore agrotum, interiore surdum, interiore mortuum, ibi quaramus & interiore caecum. Clausi sunt oculi cordis, transit Iesus ut clamemus. Quid est transit Iesus? Agit temporalia Iesus. Quid est transit Iesus?

+

E

Ioan. 9.

Math. 12.

Math. 10.

Philip. 2.

Galat. 3.

F

Math. 20.

Math. 20.

Taliam stetit.

Iesum transire quid est?

**G** Agit transitoria Iesus. Attendite & videte quanta eius gesta transierunt. Natus est de virgine Maria, nunquid semper nascitur? Infans lactatus est, nunquid semper sitigit? Per ætates cucurrit vsque ad iuuentutem. Nunquid semper corporaliter crevit? Infantia pueritia, pueritia adolescentia, adolescentia iuuentus transeunt duocentisq; succellit. Ipsa etiam, quæ fecit, miracula transierunt. Leguntur & creduntur. Quia enim talia scripta sunt ut legi possint, transiebant cū fierent. Postremo ne in multis moremur, crucifixus est, nunquid semper pendet in cruce? Sepultus est, resurrexit, ascendit in cæli, iam non moritur, & mors ei vltra nō dominabitur, & diuinitas eius semper manet, & immortalitas iam corporis eius nunquam deficiet. Sed tamen illa omnia quæ temporaliter ab eo gesta sunt transierunt, & legenda scripta sunt, & credenda prædicantur. In illis ergo omnibus transit Iesus. Quid duo cæci iuxta viam sunt, nisi duo populi ad quos sanandos venit Iesus? Ostendamus hos duos populos in scripturis sanctis: est in Euangelio scriptum, Habeo alias oves quæ non sunt de hoc ovili, & illas oportet me adducere, ut sit vnus grex & vnus pastor, Qui sunt ergo duo populi? Vnus Iudeorum, & alius gentium. Non sum missus, ait, nisi ad oves quæ perierunt domus Israël. Quibus hoc dixit? Discipulis, quando illa Chanaanæ clamabat, quæ se esse canem confessa est, vt micas de mensa dominorum mereretur. Et quia meruit, iam duo demonstrati sunt ad quos venerat, Iudæus scilicet populus, de quo ait, Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël: & gentium populus, cuius typum prætendebat hæc mulier, quam primo respicerat, dicens, Nō est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus: & cui dicenti, Ita domine, nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum: responderat, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Inde enim erat & ille centurio, de quo dicit idem dominus, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël: quia ille dixerat, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Ita ergo dominus ante passionem & clarificationem suam duos iam populos designabat: Vnum ad quem venerat propter promissa patrum, & alterum quem propter misericordiam non repellebat, vt impleretur quod promissum erat Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Propterea & Apostolus iam post resurrectionem domini & ascensionem vbi contempus est à Iudæis, perrexit ad gentes, nec tamen ecclesiis quæ de Iudæis crediderant tacuit, Eram, inquit, ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ sunt in Christo: Tantum autem audiebant, quia qui aliquando nos persequabatur nunc euangelizat fidem quam aliquando vastabat: & in me, inquit, magnificabant deū. Sic & angularis lapis dicitur Christus, qui fecit vtrunque vnum. Angulus enim duos parietes copulat de diuerso venientes. Quid tam diuersum quam circumciso & præputium? Habes vnum parietem de Iudæa, alterū parietem de gentibus, sed angulari lapide copulantur. Lapidem enim quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Angulus in ædificio nō est, nisi cum duo parietes ex diuerso venientes in illum conueniunt, & quadam vnitæ iunguntur. Isti ergo duo parietes secundum typum, duo cæci erant clamantes ad dominum. Attendite nūc dilectissimi, Dominus transiebat, cæci clamabant. Quid est transiebat? Transitoria opera faciebat, sicut iam diximus. Secundū hæc transitoria opera fides nostra operatur. Credimus enim in fi-

lium dei, non tantum quia verbū dei est per quem facta sunt omnia: Si enim semper in forma dei manens æqualis deo, nō semetipsum exinaniret formā serui accipiēs, nec sentirent cæci vt possint clamare. Sed cū operaretur transitoria, id est, humiliaret se factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis: clamauerunt duo cæci, Misere nostri fili David, quia & hoc ipsum quod dominus & creator David, etiam filius David esse voluit, in tempore hoc egit, transiens hoc fecit. Quid est autem clamare ad Christum, nisi gratia Christi congruere bonis operibus: Hoc dico fratres, ne forte simus strepentes vocibus & muti moribus. Quis est qui clamat ad Christum vt pellatur interior cæcitas transeunte Christo, id est, dispensante nobis tēporalia sacramenta, quibus admoneamur ad æterna capienda? Quis est qui clamat ad Christum? Qui contemnit mundum, clamat ad Christum. Qui spernit seculi voluptates, clamat ad Christum. Qui dicit non lingua, sed vita, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui dispergit dat pauperibus vt iustitia eius maneat in seculū seculi, clamat ad Christum. Qui enim audit & non surdus audit, Res vestras vedite & date pauperibus: Facite vobis sacculos non veterascētes, thesaurum non deficientem in cælis: tanquam vestigiorum sonitum Christi transeuntis audiens clamat, adhuc cæcus: id est, faciet ista. Vox eius in factis sit, incipiat mundum cōtemnere, inopi sua distribuere, pro nihilo habere quæ homines amant: contēnat iniurias, non appetat vindicari, paret maxillam percutienti, oret pro inimicis, si quis ei abstulerit sua non repetat, siquid alicui abstulit, reddat quadruplum. Cū ista facere cœperit, omnes sui cognati, affines, amici in sania cōmouentur. Qui diligunt seculum, contradicūt. Quid insanis? Nimius es. Nunquid alij nō sunt Christiani? Ista stultitia est, ista demētia est, & cetera talia turba clamat. Ne cæci clament, turba clamantes corripiebat, sed eorū clamores non vincebat. Intelligent quid faciāt, qui volunt sanari, Et nunc Iesus transit, qui iuxta viā sunt clament. Hi sunt enim qui labiis honorant, cor autem eorum longe est à deo. Ipsi sunt iuxta viam, quibus præcipit dominus obtritis corde. Nam cum recitatur ea que fecit dominus transeuntia, semper nobis exhibetur transeiens Iesus, quia vsq; in finem seculi non defunt cæci sedentes ad viam. Opus est ergo vt clament illi iuxta viā sedentes. Turba quæ cum domino erat compescebat clamorem quærentium sanitatem. Fratres videtis quid dicam, Nescio enim quomodo dicā, sed plus nescio quomodo taceam. Hoc dico, & aperte dico. Timeo enim Iesum transeuntem & manentē, & ideo tacere non possum. Bonos Christianos, vere studiosos, volentes facere præcepta dei quæ in Euangelio scripta sunt, Christiani mali & tepidi prohibent. Turba ipsa quæ cum domino est, prohibet clamantes, id est, prohibet bene operantes, ne perseverando sanentur; Clament illi, non deficient, neque ducātur quasi autoritate turbarum, nec eos qui priores Christiani facti sunt male viuentes & bonis operibus invidentes imitentur. Nō dicant, quomodo isti viuunt tam multi, sic viuamus. Quare non potius quomodo dicit Euangelium? Quare vis viuere secundū increpationem turbæ prohibentis, & non secundum vestigia domini transeuntis? Insultabūt, vituperabunt, reuocabunt, tu clama quousq; peruenias ad aures Iesu. Nā qui perseverauerint in faciendo talia qualia præcepit Christus, & non attenderint turbas prohibentes, neque magni pederint q̄ Christū videtur sequi, id est, q̄ Christiani appellātur, sed plus amauerint lucē quā Christus est red-

Phillip. 2.  
Math. 20.  
Clamare ad Christū qd?  
Gala. 6.  
Psal. 111.  
Luc. 12.  
Matth. 5.  
Luc. 19.  
Esaie. 29.  
Matth. 15.  
M

**A** est redditurus, quā timuerint strepitum prohibentiū, nullo modo separabuntur, & stabit Iesus & sanabit eos. Quomodo enim sanantur oculi nostri? Quomodo per fidem sentimus Christum transeuntem temporali dispensatione, sic intelligamus Christum stantem incommutabili æternitate. Ibi enim sanatur oculus, quādo intelligitur Christi diuinitas. Percipiat hoc charitas vestra: attendite quod dicam grande sacramentū, Omnia temporaliter gesta à domino nostro Iesu Christo, fidē nobis inserunt. Credimus in verbum dei, non solum in verbum, per quod facta sunt omnia, sed ipsum verbum factum carnem vt habitaret in nobis, natum de virgine Maria, & cetera que fides habet, quæ nobis exhibitæ sunt, vt Christus trāfiret, & à cæcis vestigia transeuntis audientibus, clamaretur operibus vitæ, professione fidei commemorantes. Iam vt clamantes sanentur, stat Iesus. Etenim iam stantem videt Iesum, qui dicit, Et si noueramus Christum secundū carnem, sed iam nunc nō nouimus. Christi enim diuinitatē videbat, quātum in hac vita potest. Est diuinitas Christi, est humanitas Christi. Diuinitas stat, humanitas transit. Quid est, diuinitas stat? Non muratur, non conuellitur, non recedit. Nō enim sic ad nos venit vt à patre discederet, nec ita ascendit vt loco moueretur. Assumpta carne, locū mutauit, deus autem assumens carnem, quia in loco non est nec mutat locum. Tangamur stante Christo, sanentur oculi nostri. Sed quorum oculi? Clamantium scilicet cū transit, id est, bene operantium per eam fidem quæ dispensata est temporaliter ad erudiendos nos paruulos, Sanna ista autē oculis, quid preciosius habere poterimus fratres? Lumen hoc qui vident quod factum est, quod fulget de cælo, vel quod exhibetur de lucerna, gaudent. Et quomodo miseri videntur qui hoc videre nō possunt? Ego autem quare loquor, quare ista dico, nisi vt hortor omnes vos ad clamandum dum trāsit Iesus: Lucem cōmendo sanctitati vestræ amandam, quam forte nō videtis. Credite dum nondū videtis, & clamate vt videatis. Quanta putatur infelicitas hominum qui lucē istā corporalem non vident. Excæcatus est aliquis, cōtinuo dicitur, Iratum deum habuit, aliquid mali cōmissit. Hoc vxor Tobia dicebat viro, Clamabat ille propter hædū ne de furto esset, nolebat sonum furti audire in domo sua. Illa defendens factum suum, opprobrio percutiebat maritum: & cum ille diceret, Reddite si de furto est: illa respondebat insultans, Vbi sunt iustitiæ tuæ? Quam cæca erat si furtum defendebat, & quam lucem videbat qui furtum reddi imperabat. Illa erat foris in luce solis, ille erat situs in luce iustitiæ. Quis eorū erat in luce meliore? Ad hanc lucem fratres amādā hortamur dilectionem vestram, vt clametis operibus. Cum dominus transit, sonet vox fidei, vt stans Iesus, id est, incommutabilis manens dei sapientia, & maiestas verbi dei, per quod facta sunt omnia, aperiat oculos vestros. Idē Tobias monēs filium suum ad hoc monebat vt clamaret, id est, ad bona opera monebat. Dicebat illi vt daret pauperibus, præcipiebat vt eleemosynas faceret indigentibus, & docebat dicens, Fili, eleemosynæ nō sinunt ire in tenebras. Consilium percipiendæ atq; obtinendæ lucis cæcus dabat. Eleemosynæ, inquit, nō sinunt ire in tenebras. Si ei filius respōderet miratus, quid ergo pater, tu eleemosynas non fecisti, vt modo cæcus loquaris, tu nūc nōne in tenebris es, qui mihi dicis, Eleemosynæ nō sinunt ire in tenebras? Nouerat ille de qua luce doceret filiū, nouerat in interiore homine quod videbat. Filii patri porrigebat manum vt ambularet per terram, & pa-

Oculus quō sanatur.  
Oia tēporaliter gesta à Christo fidē nobis inserūt.  
Ioan. 1.  
2. Cor. 5.  
Diuinitatē Christi stare quid?  
Tobi. 2.  
Tobi. 4.

ter filio vt habitaret in cælo. Breuiter vt concludam fratres sermonem istum ex eo quod nos plurimum tangit, atque angit, videte esse turbas qui corripiebant cæcos clamantes, Omnes qui in hac turba sanari vultis nō vos deterreat, quia multi sunt nomine Christiani & operibus impij, non vos deterreat à bonis operibus. Clamate inter turbas cōpescētes, reuocantes, insultantes, male viuentes. Non enim solis vocibus comprimūt bonos Christianos mali, sed & malis operibus. Nō vult bonus Christianus ire spectare. Hoc ipsum quod frenat concupiscentiam suam ne pergat ad theatrum, clamat post Christum, clamat vt sanetur. Alij concurrunt, sed forte Pagani, forte Iudæi. Imō vero tam pauci essent in theatris vt erubescendo discederent, si Christiani ad theatra non accederent. Currunt ergo & illi portantes & sanctum nomen ad penam suam. Clama ergo non eundo premens in corde tuo temporalem concupiscentiam, & tene te in clamore forti & perseveranti ad aures saluatoris, vt stet Iesus & curet te. Inter ipsas turbas clama, ne desperes de auribus domini. Non enim & illi cæci ex illa parte clamauerunt vbi turba non erat, vt ex ea parte audirentur vbi non esset impedimentum prohibentium. Inter ipsas turbas clamauerunt, & tamē dominus audiuit. Sic & vos etiam inter peccatores & luxuriantes, inter amatores secularium vanitatum, ibi clamate, ibi clamate vt sanet vos dominus. Nolite per aliā partem clamare ad dominum, nolite ad hæreticos ire, & ibi clamare ad deum. Attendite fratres, quia in illa turba quæ clamare prohibebat, illi sanati sunt qui clamabant. Nam & hoc attendat sanctitas vestra, quid sit perseverare in clamando. Dicā quodd multi mecum experti sunt in nomine Christi. Non enim cessat ecclesia tales prohibentes parere. Cum quisque Christianus cœperit bene viuere, feruere bonis operibus mundumq; contēnere, in ipsa nouitate operum suorum patitur reprehensores & contradicētes frigidios Christianos: si autem perseverauerit & eos superauerit perdurando, & non defecerit à bonis operibus, iidem ipsi iam obsequentur qui antē prohibebant. Tandiu enim corripunt & perturbant & vetant, quādiu sibi cedi posse præsumunt. Si autem victi fuerint perseverantia proficientium, conuertunt se & dicere incipiunt, Magnus homo, sanctus homo, felix cui deus concessit. Honorant, gratulantur, benedicunt, laudant, quomodo illa turba quæ cum domino erat: ipsa prohibebat ne cæci clamarent, sed postquam illi ita clamauerunt vt mererentur audiri & impetrare misericordiam domini, ipsa turba rursum dicit, Vocat vos Iesus. Iam & hortatores sunt qui paulo ante corripiebant vt tacerent. Solus autem ille non vocatur à domino, qui non laborat in hoc seculo. Sed quis in ista vita nō laborat in peccatis & iniquitatibus suis? Si autem omnes laborant, omnibus dictum est, Venite ad me omnes qui laboratis. Si autem omnibus dictum est, quare culpam tuam tribuis inuitatori tuo? Veni. Non tibi sit angusta domus eius, pariter ab omnibus, totum à singulis possidetur. Regnum dei crescente possessorum numero non minuitur, quia non diuiditur. Vnicuique integrum est, quod concorditer habetur à multis. Hoc tamen in mysterio lectionis huius cognouim⁹ fratres, quod aliis librorum sanctorum locis, apertissime sonat, esse intus in ecclesia & bonos & malos, quod saepe dicimus & frumentum & paleam. Nemo ante tempus deferat aream, toleret paleam in tritura, toleret in area. Quod enim toleret, in horreo non habebit. Veniet ventilator, qui diuidit ma-

D  
E  
F  
M  
Matth. 23.

no +  
I  
Gent. 12.  
Gala. 1.  
Eph. 2.  
Christus lapis angularis  
Psal. 117.  
Falsas ædificatur.

**G**los à bonis. Erit etiã corporalis separatio, quã modo spiritalis præcedit. A malis corde semper disiungimini, ad tempus caute corpore copulamini, nec tamen negligentes sitis in corrigendis vestris, ad curam scilicet vestrã quoquo modo pertinentibus monendo, docendo, hortando, terrendo. Quibuscumq; modis potestis agite, ne cum inuenitis in scripturis & in exẽplis sanctorum, siue qui antè, siue qui post domini aduentum in hac vita fuerunt, quod mali bonos in vnitãte non maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis non te maculat malus, si ei nõ cõsentias, & si redarguas: hoc est nõ cõmunicare, nõ cõsentire. Communicatur quippe quando factõ eius cõsortium voluntatis vel approbationis adiungitur: hoc ergo admones Apostolus ait, Nolite cõmunicare l. operibus infructuosis tenebrarum, Imãgis autem & redarguite. Et quia parũ erat nõ cõsentire, si sequeretur negligẽtia disciplinã, Magis autem, inquit, & redarguite. Videte que madmodũ vtrunq; cõplexus est, Nolite cõmunicare, magis autem & redarguite. Quid est, nolite cõmunicare? Nolite cõsentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est, magis autem & redarguite? Reprehendite, corripite, cõrrecete. Deinde in ipsã correptione vel cõertione alienorũ peccatorum cauedũm est, ne se extollat qui alterũ corripit & apostolica illa cogitãda sententia, Quapropter qui se putat stare, videat ne cadat. Foris terribiliter personet increpatiõ, intus lenitatis teneatur dilectiõ. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, sicut dicit idẽm Apostolus, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum ne & tu tenteris: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: item alio loco, Seruum, inquit, domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes, ne forte det illis deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à diaboli laqueis à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Neque ergo consentientes sitis malis vt approbetis, neq; negligentes vt non arguatis, neq; superbientes vt insultanter arguatis. Qui autem deseruerit vnitatem, violat charitatem: & quisquis violat charitatem, quodlibet magnum habeat, ipse nihil est. Si linguis hominũ loquatur & angelorum, si sciat omnia sacramenta, si habeat omnẽ fidem vt montes trãsserat, si distribuatur omnia sua pauperibus, si corpus suum tradat vt ardeat, l. charitatẽ autem non habeat. In nihil est, nihil ei prodest. Vniuersa inutiliter habet, qui vnum illud quo vniuersis vtatur non habet. Amplectamur itaq; charitatem, seruate vnitãte spiritus in vinculo pacis. Non vos seducant qui carnaliter intelligunt, & corporaliter separationẽ facientes, ab ecclesiã frumẽtis toto orbe diffusis spiritali sacrilegio separantur. Per totũ enim mundum seminatum est bonũ semen. Bonus ille seminator filius hominis, non in Aphrica sola, sed vbicq; sparfit semen bonũ. Inimicus autẽ superfeminauit zizania. Sed tamen quid ait paterfamilias? Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. Per quid crescere? Vtiq; per agrũ, Quis est ager? Nunquid nã Aphrica? Nõ. Quis est ergo? Non interpretemur nos, dominus dicat, Neminem sinamus aliquid pro arbitrio suspicari: dixerunt enim magistro discipuli, Enarra nobis parabolã zizaniorum. Et enarrauit dominus, Semen bonum dixit, filij sunt regni, zizania vero filij mali. Quis ea seminauit? Inimicus autẽ, inquit, qui ea seminauit, diabolus est. Quis est ager? Ager est, inquit, hic mũdus, Quẽ est messis? Messis est, ait, finis seculi. Qui sunt messores?

Messores, inquit, angeli sunt. Nunquid Aphrica est mũdus? Nunquid messis hoc tempus? Nunquid messor Dominus? Per totum orbem terrarum expectate messem, per totum orbem terrarum crescite in messem, per totum orbem terrarum zizania tolerate vsq; ad messem. Non vos seducant peruersi, palea nimis leues euolant ante aduentum ventilatoris ex area. Non vos seducant. Tenete eos ad istam vel solam similitudinẽ zizaniorũ, neq; illos sinatis loqui amplius. Ille codices tradidit. Nõ. Sed ille codices tradidit. Quilibet tradiderit, nunquid infidelitas traditorum fidem dei euacuauit? Quã est fides dei? Quã promisit Abrahã, dicens, In semine tuo benedicentur omnes gẽtes. Quã est fides dei? Sinite vtraque crescere vsq; ad messem. Per quid crescere? Per agrũ. Quid est per agrum? Per mundum. Hic illi dicunt, Creuerat quidem vtrunq; per mundum, sed iam frumenta diminuta sunt, & in istã nostram regionem paucitatẽq; reuocata. Non te permittit dominus interpretari quod vis. Ipse qui exponit hanc parabolã claudit os tuum, os sacrilegum, os impium, os prophantum, os tibi contrarium, qui contradicis testatori etiã te ad hereditatẽ vocanti. Quomodo claudit os tuũ? Dicendo, Sinite vtraque crescere vsq; ad messem. Si iam finit messis, credamus esse frumenta diminuta, quanquam ne tũc quidem minuuntur, sed in horreũm reconduntur: sic enim ait, Col ligite primum zizania & alligate fasciculos ad cõburendum ea, frumentum autem recondite in horreũm meũ. Si ergo vsq; ad messem crescunt, post messem reconduntur, improbe, impie, quando minuuntur? Cõcedo in cõparatione zizaniorũ simul atq; palearum frumenta esse pauciora, tamen vtraque crescunt vsq; ad messem. Cum enim abundat iniquitas, refrigescit charitas multorum, crescunt zizania, crescit palea. Sed quia toto agro deesse non potest frumentum quod perseverando vsq; in finẽ saluum fiat, crescunt vtraque vsq; ad messem. Et sic propter abundantiam dictũm est malorum, Putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra? hocq; nomine significantur quicunq; legis prauaricatione imitantur eum cui dictum est, l. Terra es & in terram ibis: tamẽ & propter abundantiam bonorum, & propter eum cui dictum est, l. Sic erit semen tuũ sicut stella cœli, & sicut arena maris: etiã illud nõ tacitum est, Quia multi a oriente & Occidẽte venient & recumbent cum Abrahã & Isaac in regno dei. Vtraque ergo crescunt vsq; ad messem, & suas sententias in scripturis habent zizania vel palea, suas autẽ frumenta. Quã qui nõ intelligunt confundunt & confunduntur, atq; ita perstrepunt cœca cupiditate, vt nolint obmutescere vel patefacta veritate. Ecce, inquit, dicit Propheta, Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, à quibus exire & recedere iubemur ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus, illi corporaliter. Nam & ego clamor cum Propheta, & qualiacunq; sumus vasa, vtitur nobis deus in dispensatione vestra. Clamamus & nos & dicimus vobis, Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis, sed contactu cordis non corporis. Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro vniuersiũque gradu atq; persona salua pace fieri potest? Displicuit tibi quod quisque peccauit, non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam si res exigit congruam & quẽ vnitatem non violet disciplinã, existi inde. Attendite in facta sanctorũ, ne forte nostra

**K** Lucã. 10. Ezechiel. 3. Genes. 12. Fides dei Matth. 13. Vbi supra. Lucã. 18. Genes. 19. M Matth. 8. Exod. 22. Vbi supra. Lucã. 23. Ezechiel. 32. Lucã. 23. Clamamus. Tãgere immundum, quid? Exire inde, quid.

**A** re nostrã videatur interpretatio. Quomodo hac verba intellexerunt sancti, sic vtiq; intelligenda sunt. Exite inde, inquit, Propheta. Prius vñtata ipsius verbi consuetudine assero istam sententiam, & postea ostendo non meam. Plerunq; accusantur homines, & cum accusati fuerint defendunt se. Cum autem se ille qui accusatur homo rationabiliter iusteq; defenderit, qui audiunt, dicunt, Exiit inde. l. Quomodo inde exiit? Manens loco, exiit inde. Quomodo inde exiit? Ratiõ reddita, & defensione iustissima. Hoc est quod faciebant sancti, quãdo excutiebant puluerem de pedibus aduersus eos qui sibi pacem nunciãtam nõ accipiebant. Exiit inde ille speculator, cui dictum est, Speculatorẽ posui te domus Israẽl: illi enim dicitur, Si dixeris iniquo vt auertat se, & non se auerterit ab iniquitate & a via sua, iniquus in illa sua iniquitate morietur, & tu animam tuam liberabis. Hoc si facit, exiit inde, nõ separatione corporis, sed defensione operis sui. Fecit enim iste quod faciendum fuit, etiam si ille non obtemperauit, cui obtemperandũ fuit. Hoc est, exite inde. Clamauit ista Moyses, clamauit Elaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. Videamus si hoc ipsi fecerunt, si dimiserunt populum dei, & se ad gentes alias transtulerunt. Quã multa & quã vehementer Hieremias increpauit in peccatores & sceleratos populi sui, inter eos tamen erat. Vnum cum illis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat. In ea hominum sceleratorum congregatione vivebat, sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est, immundum non tangere, & voluntate non consentire, & ore nõ parere. Quid dicam de Hieremias, de Elaiã, de Daniele, de Ezechiele, de cæteris Prophetis, qui non recesserunt à populo malo, ne desererent bonos, illi populo commixtos, vbi & ipsi tales esse potuerunt? Moyses ipse, fratres, cum accepit legem in mõte, populus deorsum idolum fecit: Populus dei, populus ductus cedentibus fluctibus rubri maris, qui sequẽtes inimicos obruerant, post tanta signa & miracula in Aegyptiorum plagis ad mortem, & in sua protectione ad salutem, tamen idolum poposcit, idolum extorsit, idolum fecit, idolum adorauit, idolo sacrificauit. Indicat deus famulo suo populi factum, & dicit eos se perditurũ à facie sua. Intercedit Moyses ad ipsum populum rediturus, & habuit occasionem recedendi & exeundi ab eis, sicut isti intelligunt, ne immundum tangeret, ne cum talibus viueret. Nõ fecit tamẽ. Et ne forte hoc necessitate potius quã charitate fecisse videretur, obtulit illi deus alium populum: Facio te, inquit, in gentem magnam, vt illos deleeret. At ille non accepit, coharet peccatoribus, petit pro peccatoribus. Et quomodo petit? Magna probatio dilectionis fratres. Quomodo petit? Videte illã de qua sæpe locuti sumus maternam quodammodo charitatem. Cũ deus minaretur sacrilego populo, pia Moysi viscera tremuerunt, opposuit se pro illis iracundiã dei, Domine, inquit, si dimittis ei peccatum dimitte, sin autẽ dele me de libro quem scripsisti. Quã paternis maternisq; visceribus, quã securus hoc dixerit, attendens iustitiam & misericordiam dei, vt quia iustus est ne perderet iustum, quia misericors, ignosceret peccatoribus. Certe iã manifestum est, prudentiã vestra: quomodo accipienda sint omnia talia testimonia scripturarum, vt quando scriptura sonat, recedere nos debere à malis, non aliud intelligere inbeamur, nisi vt corde recedamus, ne maius malum in separatione bonorum committamus quã in malorum conjunctione fugiamus, sicut ipsi Donatista fecerunt. Qui si vere boni malos arguerent, ac non Tomus decimus.

potius ipsi mali bonos infamarent, qualeslibet pro pace tolerarent qui Maximianistas receperunt tanquam integros, quos tanquam perditos antea damnauerunt: certe manifeste dixit Propheta, Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Ego vt intelligam quod dixit, attendo quod fecit. Facto suo mihi exponit dictum suum. Dixit recedite. Quibus dixit? Vtiq; iustis. A quibus vt recederent dixit? Vtiq; à peccatoribus & iniquis. Quare à talibus vtrum ipse recesserit? Inuenio quod non recesserit. Ergo aliter intellexit. l. Nam vtiq; prior faceret quod præcepit. l. Recessit corde, obiurgauit atq; arguit, continendo se à consensu non tetigit immundum. Obiurgando autem exiit liber in conspectu dei, cui neque sua deus peccata imputat quia nõ fecit, neque alia quã non approbauit, neque negligentiam quia non tacuit, neque superbiam quia in vnitãte permansit. Sic ergo fratres mei quotquot habetis inter vos qui adhuc amore seculi pragrauantur, auaros, periuros, adulteros, spectatores nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, auspicum, ebriosos, luxuriosos, quicquid inter vos malorũ esse noſtis, quantum potestis improbate, vt corde recedatis, & redarguite vt exeat inde, & nolite consentire vt immundum non tangatis.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Reddite quæ sunt dei deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari: Et de stipendiis militantium. Ser. XIX.

**N**onnulli fratres qui aut militia cingulo detinentur, aut in actu sunt publico constituti, cũ peccant grauiter, hac solent à peccatis suis prima se voce excusare quod militant, & ne bene aliquando faciant occupatos se malis actibus conqueruntur: Perinde quasi militia hominum non voluntas in culpa sit, ita quod ipsi gerunt, officijs suis ascribunt. Non enim militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est. Nec rempublicam gerere criminofum est, sed ideo agere rempublicã vt rem familiarẽ potius augeas, videtur esse dãnabile. Propterea enĩ prouidentia quadã militatibus sunt stipendia cõstituta, ne dũ sumptum, quæritur, præda grassetur. Illud autẽ quale est, cũ ob errore aliquẽ à senioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cadẽ cur turbulẽtus admiserit: statim respõdeat, quid habebã facere, homo secularis aut miles, nunquid monachum sum professus aut clericũ: quasi omnis qui clericus nõ est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officijs sacris literis præscribitur norma viuendi, omnis ad bene viuendũ prouocatur sexus, atas & dignitas. Igitur nemo se excuset publicis actibus, nemo de occupatione militia cõqueratur. Apud omnem Christianũ prima honestatis debet esse militia. Nã vt id quod dicimus authoritate euangelica cõprobemus, videamus lectionẽ quã paulo ante decursa est: ait enim Euangelhũ, Venerunt autem & publicani ad Ioannẽ vt baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum, Magister quid facimus? At ille dixit, Nihil amplius exigatis, q̃ quod cõstitutum est vobis. Honestã planẽ publicanorum interrogatio, ac sancti Propheta iusta responsio. Illi enim sollicite interrogat, ne aut ignorantes plus exigendo in peccatũ incidat, aut cessantes publicã decipiat functionem. Hic autẽ moderate præcepit, vt & iniquitas locũ non habeat, & cõstitutum habeat vctigal effectũ. Nõ enim dixit, Nihil exigatis: sed, nihil amplius exigatis. Vnde intelligimus quod apud deum non tam exactio quam

Esaiã. 52. 23. quest. 4. Ecce sequitur. Matth. 22. 23. quest. 7. Militare. Lucã. 3. Exactio ini qua apud deum damnatur.



**G** quam exactio iniqua dānetur: dicit enim ipse dominus, Reddite quæ dei sunt deo, & quæ Cæsaris Cæsari.)  
 Matth. 22. Igitur quod Cæsar præcipit ferendum est, quod imperator indicit tolerandum est: sed fit intolerabile, dum illud præda exactiois accumulat. Hoc autem quale est, quod iidem ipsi qui huiusmodi necessitates procurant, peccatis suis peccata cōgeminant, hoc est, quod fraudes suas ac rapinas commodum vocāt, cum ipsa præda inferatur incommodum. Illud autē addūt sceleribus suis, ut quos indefensos viderint, ipsos potius persequantur, & putent se necessitates decepsisse publicas nisi domos deceperint orphanorum: ita quorum pater ante biduū forsitan fuerit amicus, collega vel frater, interueniente morte, eiusdem liberi habeantur tanquam ignoti, viles & miseri. Vidua autem si qua fuerit, aut sic iniuriis exagitur ut nubat, aut si voluerit in castitatis permanere proposito, dando munera in facultate vix permanet. Cū his ergo fraudib⁹ replerint sacculos suos, videas illos latos & accuratos ad ecclesiam properare, & deo gratias agere, quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur, illud quoque peccantes quod rapinarum suarum deum volunt esse participem: dicit enim sanctum Evangelium, Interrogauerit illum & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes, Neminem conculcatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris. Hic iam cognoscere se debet omnis homo qui militat. Non enim tantum de his militatibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisque militiae suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles ascribitur, atque ideo hæc sententia potest dici: Verbi gratia, militibus, protectores, cunctisq; rectoribus. Quicumque stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærat, tanquam calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur. Vique adeo hoc inoleuit malum, ut iā quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Hæc autem diuina sententia quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, quia etiā si non militare videamur seculo, tamen deo & domino militamus, sicut ait Apostolus, Nemo militans deo, obligat se negotiis secularibus. Videmur, inquam, non militare remisit ac flueribus tunicis, sed habemus militiae nostræ cingulum, quo castimonie interiora cōstringimus: de quo cingulo dominus ait, ad discipulos suos, Sine lumbi vestri præcincti, & lucernæ vestræ ardentes in manibus vestris. Milites igitur Christi sumus, & stipendium ab ipso donumq; percipimus, sicut dicit Apostolus, Qui dedit nobis pignus spiritus, hoc est qui spiritus sancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Christianorum hoc donatio cōtentus forte non fuerit, & quærat amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Quod specialiter contingit hæreticis Arrianis, Dū enim nescio quid amplius quærunt, inuenientes erroris spiritum, gratiam sancti spiritus perdidit. Nam & catholicis clericis hæc sententia retinetur. Si enim non contentus stipendiis fuerit quæ de altario domino iubente consequitur, sed exercet mercimonia, intercessionem vendit, viduarum munera libenter amplectitur, hic negotiator magis potest videri quam clericus. Nec dicere possumus, nemo vos inuadentes arguit, violentiæ nullus accusat, quasi non interdum maiorem prædam à viduabus blandimenta eliceant quam tormenta. Nec interest apud deum vtrum vi a circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum eundem, Væ prægnantibus & nutrientibus. Sermo XX.

**S**cire & intelligere debemus fratres charissimi, quia Christiani dum in hoc corpore viuunt tribulatio deesse non poterit. Sic enim nos, sicut audistis, contestatur Apostolus, dicens, Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur: & iterum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Venturi sunt dies tribulationum, & malarum tribulationum venturi sunt, sicut dicit scriptura, Et quantum accedunt dies, augentur tribulationes. Nemo sibi promittat quod Evangelium nō promittit. Quomodo enim appropinquante fine mundi, sicut dicit dominus in Euangelio, Abundauit iniquitas, refrigeret charitas: sic propter ipsas iniquitates nūquam deerit aduersitas: Opus est vt animum nostrum non solum ad poenitentiam, sed etiam ad patientiam præparemus. Fratres mei, obsecro vos, attendite scripturas sanctas, si aliquid fecerunt, si aliquid dixerunt, & aliter accidit quam dixerunt: necesse est vt vsque ad finem sic fiat quemadmodum dixerunt. Non nobis promittunt scripturæ sanctæ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Sicut & ipse dominus in Euangelio dicit, In mundo pressuram habebitis. Et iterum, Mund⁹ gaudebit, & vos tristes eritis, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Ad ista præcipue nos paremus, ne imparati deficiamus. De ipsis enim tribulationibus cum Euangelium legeretur audistis, Væ prægnantibus & nutrientibus. Prægnantes sunt, qui in spe inuimescunt. Nutrientes autem, id est, lactantes, qui iam adepti sunt quod concupierant. Etenim mulier prægnans in spe tumet filij, nondum videt filium: quæ autem iam lactat, amplectitur quod sperabat. Prægnans est, qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iam rapuit quod concupierat. Et vt hoc apertius etiam simplices intelligere possint, aliquā similitudinē proponam. Concupiscit aliquis villā alienam & dicit, Bona est ista villa vicini mei, dō si mea esset, dō si adiungerē illā & facerē de isto fundo & de illo vnitatē. Amat & auaritia vnitatē. Quod amat bonum est, sed vbi amandum sit nescit. Forte diues est vicinus ille qui habet villā bonam, & suspicatur quod illā nō possit tollere, quia potēs homo est, & praualet se cōtra illum defendere, nec concupiscit, nec imprægnatur, nihil sperans nō concepit, non est prægnans animo. Si vero iuxta aliquis vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est vt possit vendere, vel potest opprimi vt cogatur vendere: iniicitur oculus, sperat se posse tollere aut villā aut coloniam vicini pauperis, & immitit illi aliquas tribulationes. Verbi gratia, Agit secretius apud eos qui possunt, vt illū exactores aut afflictum, aut in aliqua publica administratione constringant, ex quibus contractis debitis necesse habeat infelix videri casellā, vnde aut ipse aut filij sui sustentabantur. Necessitate ergo cōpulsus venit ad illū, per cuius nequitiam premitur & affligitur, & Nesciens q̄ ipsius immisione hoc patitur, dicit ad eum, Da mihi domine, vgo te, paucos solidos, patior necessitatē, vrgor à creditore. Et ille, Nō habeo in manibus. Ideo se dicit in manibus non habere, vt ille oppressus calumnia, necesse habeat videri. Denique cum ei dixerit, quod pro nimia afflictione sua compellatur distrahere, statim ille responder, Et si non habeo pecuniam propriam, vnde cūque studeo mutua-re vt tibi amico meo subueniā, & si ita necesse est etiam argentelum

**A** argentelum meum distraho ne tu iniuriam patiaris. Quando beneficium perebat, professus est se penitus nō habere: at vbi dixit quod possessionem suam venderet, quasi amico se subuenire dixit, & cum eum ad hanc necessitatem adduxerit, dicit illi, vt venditionem facere debeat, & casellam pro qua prius, verbi gratia, forte ceterum solidos offerebat, vt eum opprimi viderit, nec medietatem precij dare acquiescit. Istis enim talibus, sicut iam supra dictum est, Euangelista proclamat, Væ prægnantibus & nutrientibus. Istis enim væ erit in die iudicij, & ab auditu malo non poterunt liberari, sed audituri sunt, Discendite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius, quia esuriui, & non dedistis mihi māducare: sitiui, & nō dedistis mihi bibere. Hoc loco diligenter attendat charitas vestra. Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, putas vbi mittendus est qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardere habet qui nudum non vestiuit, putas vbi arsurus est qui expoliavit? Et ideo quotiescūque vobis euangelica lectio recitata fuerit in qua dicit, Væ prægnantibus & nutrientibus: non hoc de mulieribus legitimos viros habentibus credite. Quid enim mali fecit mulier quæ de proprio marito concepit? Quare illi in die iudicij male erit, quæ hoc fecit quod deus iussit? Non ergo de mulieribus quæ iuste concipiunt & pariunt, hoc credendum est, sed de illis quos supra diximus, qui iniuste concupiscendo rem alienam, imprægnati esse videntur. De quibus scriptum legitimus, Concepit dolorē, & peperit iniquitatem. Omnis enim homo cōcipit, nec vllus potest esse sine conceptu. Sed alij concipiunt de Christo, alij de diabolo. Sicut enim de illis qui à diabolo cōcipiunt, dicitur, Cōcepit dolorē & peperit iniquitatē: ita & de illis qui à spiritu sancto concipiunt: scriptum est, A timore tuo in vtero concepimus, & peperimus spiritum salutis tuæ. Hæc enim quæ diximus fratres charissimi qui diligenter attendit, & supradicta mala aut fuisse in se aut forsitan adhuc esse cognoscit, cito se corrigat. Non enim nocent mala præterita si non placent: adhuc enim est poenitendi & corrigendi locus. Nōdum facta est illa disunctio aliorum ad dexteram, aliorum ad sinistram. Nōdum apud inferos sumus, vbi est diues ille struens & strillam desiderans. Audiamus, dū viuimus corrigamur. Non concupiscamus res alienas & imprægnati tumeamus, nec velimus peruenire ad illas, & eas adipiscendo tanquam filios osculemur. Quando enim concupiscit aliquis rem alienam, sicut iam dictum est, anima sua quasi concepsit videtur. Si vero quod concupiscit per aliquam calliditatem aut nequitiam potuerit obtinere, quasi natum filium osculari ac nutrire cognoscitur. Non ergo sic amemus ista terrena fratres, vt perdamus cœlestia. Mutandū est cor, leuandū est cor, non hic habitemus iam corde. Mala religio est amor mundi, sufficiat quod hic adhuc in carne esse videmur. Audiamus Apostolum dicentem, Si resurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. Non apparet quod nobis promissum est. Iam enim paratum est, sed non videtur. Concupiscendo imprægnari vis, hinc imprægnare. Concupisce vitam æternam, ad quam vitam te inuitat deus, ipsa sit spes tua. Certus erit partus tuus, non erit abortus. Non temporaliter amplecteris quod pepereris, sed in æternū possidebis. Quod enim promissum est, sine dubio dandum est, sed adhuc retro est. Non dabitur modo, sed dabitur postea. Videte iam quanta data sint fratres. Quis illa vel enumerare præualet? De

omnibus enim rebus quæ nobis in scripturis diuinis promissa sunt, vna tantummodo remansit. Deus enim qui nobis in tantis rebus verum dixit, in vna nos fallit. Scriptum est de Ecclesia, quia erit, & videtur quia est. Scriptum est de idolis, quia non erunt, & videtur quia non sunt. Scriptum est, quia perdituri erant Iudæi regnum, & videtur. Scriptum est de hæreticis, quia futuri erant, & videtur. Scriptum est & de die iudicij: scriptum est & de premiis bonorum & de pœna malorum: nemo se circumueniat fratres. Quomodo illa omnia venerūt quæ promissa sunt, sic & dies iudicij, & malorum pœna, & iustorum premia sine vlla dubitatione ventura sunt. Et ideo vnusquisque nostrum dum licet & cum dei adiutorio in potestate nostra consistit, & peccata vitare, & quod bonum est exercere contendat: vt cū ille dies terribilis & metuendus aduenerit, non cum impiis & peccatoribus perenni incendio concremetur, sed cum iustis & deum timentibus peruenire ad æternum premiū mereatur, quod ipse præstare dignetur cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum eundem, De die illo & hora nemo scit, neque angeli cœlorum & cetera. Sermo. XXX I.

**R**atres quod audistis monentem scripturam atque dicentem, vt propter diem nouissimum vigilemus, vnusquisque de nouissimo suo die cogitet, ne forte cum senseritis vel putaueritis longe esse nouissimum seculi diem, dormitetis ad nouissimum vestrum diem. De die nouissimo seculi huius, audistis quid dixerit, quia nesciunt eum neque angeli cœlorum neque filius, nisi pater. Vbi quidem magna quæstio est, ne carnaliter sapientes putemus aliquid patrem scire quod nesciat filius. Nam vtique cum dixit, Pater scit, ideo hoc dixit, quia in patre & fili⁹ scit. Quid enim est in die quod nō in verbo factum est, per quod factus est dies? Nemo, inquit, quærat nouissimum diem quando futurus sit, sed vigilemus omnes bene viuendo, ne nouissima dies cuiuscunque nostrum nos inueniat imparatos, & Qualis quisque hinc exierit suo nouissimo die, talis inueniatur in nouissimo seculi die. Nichil te adiunabit, quod hic non feceris. Vnumquemque opera sua iuuabunt, aut opera sua pressura sunt. Et quomodo in Psalmo cantauimus domino, Miserere mei domine, quoniam conculcauit me homo? Homo dicitur qui secundum hominem viuunt. Denique illis qui secundum deum viuunt dicitur, Dij estis, & filij excelsi omnes. Reprobis autem qui vocati sunt vt essent filij dei, & esse potius voluerunt homines, id est, secundum hominem viuere, Vos autem, inquit, sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Etenim quod mortalis est homo, ad disciplinam illi debet valere, non ad instantiam. Vnde se iactat vermis, craftino moriturus: Dico charitati vestræ fratres, de diabolo debent erubescere mortales superbi. Ille enim & si superbus, tamen immortalis est, spiritus est etiam malignus. Illi dies nouissimus pœnalis seruat in finem, tamen mortem quam nos patimur, ille non patitur. Audiuit autē homo, Mor-te morieris: vtatur bene pœna sua. Quid est quod dixi, Vtatur bene pœna sua? Non inde eat ad superbiam vnde accepit pœnam, agnoscat se mortalem, & frangat elationem: audiatur sibi dici, Quid superbit terra & cinis? Etiam si superbit diabolus, non est terra & cinis. Ideo dictum est, Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Nō attenditis quia mortales estis, & sicut diaboli superbi estis. Vtatur ergo ho-

Matth. 22.  
23. quæst. 1.  
Militare an-  
te medium.  
Lucæ. 3.  
23. quæst. 1.  
Militare cir-  
ca suum.  
Miles quis?  
2. Timo. 2.  
Lucæ. 12.  
2. C. 1. 1.

Matth. 2. 4.  
K  
2. Timo. 3.  
Acto. 14.  
Matth. 2. 4.  
Matth. 2. 4.  
Tribulatio-  
nes in hoc  
seculo in fa-  
cris literis  
nobis pro-  
mittuntur.  
Ioan. 16.  
Prægnantes  
Nutrientes  
Matth. 2. 4.  
M  
Matth. 25.  
Lucæ. 16.  
Colo. 3.

Matth. 2. 4.  
E  
Matth. 2. 4.  
F  
Psal. 136.  
Homo quis  
dicitur?  
Deus quis?  
Psal. 81.  
Gen. 2.  
Ecclesiasti-  
co.  
Psal. 81.

G mo poena sua fratres, & bene vtatur malo suo, vt proficiat bono suo. Quis nescit quia poena est necesse esse vt moriamur, & quod est grauius, quādo nescimus? Poena certa est, hora incerta: & de ista poena sola certi sumus in rebus humanis. Cetera nostra & bona & mala incerta sunt, sola mors certa est. Quid est quod dico? Conceptus est puer, forte nascitur, forte abortum facit. Ita incertum est, forte crescit, forte nō crescit. Forte senescit, forte non senescit. Forte diues erit, forte pauper. Forte honoratus, forte humiliatus. Forte habebit filios, forte non habebit. Forte ducet vxorē, forte non ducet. Quicquid aliud nominaueris in bonis, respice & ad mala. Forte agrotat, forte non agrotat. Forte a serpente percutitur, forte non percutitur. Forte a bestia deuoratur, forte non deuoratur. Et respice omnia mala, vbique est, forte erit, forte non erit. Nunquid potes dicere, forte moritur, forte non moritur? Quomodo medici quando inspexerunt valitudinem & mortiferam esse cognouerint, hoc pronunciant, moritur, inde non euadit. Ex quo nascitur homo, dicendum est non euadit. Quando natus est, agrotare cepit. Quando mortuus fuerit, finit quidem aegritudinem, sed nescit vtrum pergat in peiorem. Finierat diues ille aegritudinem deliriosam, venit ad tortuosam. Pauper vero ille finit aegritudinem, & peruenit ad sanitatem. Sed quod postea haberet hic elegit, & quod ibi melluit, hic seminauit. Ideo cum viuimus vigilare debemus, & eligere debemus quod in futuro teneamus. Mundū non amemus. Premit amatores suos, non eos ad bonum adducit. Laborandum est in eo potius ne capiat, quā timendum ne cadat. Ecce cadit mundus, stat Christianus, quia non cadit Christus. Nam quare dicit dominus, Gaudete, quia ego vici mundum? Respondeamus ei si placet, Gaude, sed tu. Si tu viciisti, tu gaude. Quare nos? Quare nobis dicit, gaudete, nisi quia nobis vicit, nobis pugnavit? Vbi enim pugnavit? Quia hominem suscepit. Tolle quod de virgine natus, tolle quod semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inueniens vt homo. Tolle hoc: vbi luctamen, vbi certamen, vbi tentatio, vbi victoria quam non praecessit pugna? In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Nunquid hoc verbum Iudaeus crucifigeret? Nunquid huic verbo impius insultaret? Nūquid hoc verbum colaphis caderetur? Nunquid hoc verbum spinis coronaretur? Vt autem ista pateretur, verbum caro factum est, & ista passus resurgendo vicit. Ergo nobis vicit quibus securitatem resurrectionis ostendit. Dicis ergo deo, Misere mei domine, quoniam conculcauit me homo. Tu te noli cōculcare, & non te vincit homo. Ecce enim homo potes terret te, Vnde te terret? Spolio, dāno, torquo, occido, & clamas tu, Misere mei domine, quoniam conculcauit me homo. Si verum dicis, te ipsum attendis, quia times minas hominis, mortuus te conculcat. Et quia non timeres nisi esses homo, conculcat te homo. Quod est ergo remedium o homo? Hare deo a quo factus est homo, illi hare, in ipso praesume, ipsum inuoca, virtus tua ipse sit. Dic illi, In te domine virtus mea, & a combinationibus hominum cantabis: & quid postea cantes ipse dominus dicit, In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi homo.

De decē uirginibus, In Euāgelio secundū eundē, Sermo XXII.

**N**ter parabolas a domino dictas, solet quarere multum mouere ista, quae de decem uirginibus posita est. Et multi quidem hinc multa

senferunt quae non sunt praeter fidē, sed quomodo partibus eius omnibus conueniat expositio, id elaborandū est. Legi etiam in quadam scriptura, ex earum genere quae apocriphe nominantur, quod non sit contra catholicam fidem, sed huic loco nihil mihi minus congruere visum est, considerati omnes huius similitudinis partes. De qua tamen expositione temere nihil audeo iudicare, ne forte non eius inconuenientia mihi angustiam fecerit, sed mea tarditas in eam conuenientiam non uenerit. Quid autem mihi videatur nō absurde de hoc loco accipi, quantum potero breuiter & diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus noster a discipulis de consummatione seculi: inter multa quae est locutus, hoc quoque dixit, Tunc simile aestimabitur regnum caelorum decem uirginibus, quae acceperunt lampades suas, & uenerunt obuiam sponso. Quinque ex eis erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae acceperunt lampadibus suis non sumpserunt oleum secum. Prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis cum lampadibus. Tardante autem sponso, dormierunt omnes. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei. Tunc surrexerunt illae uirgines & aptauerunt lampades suas. Et dixerunt illae stultae ad sapientes, Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt autem sapientes dicentes, Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes & emite uobis. Et dum eunt emere, uenit sponus, & quae paratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime autem uenerunt reliquae uirgines dicentes, Domine domine, aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico uobis, nescio uos: uigilate ergo quia nescitis diem neque horam. Decem uirgines de quibus quinquae admittuntur, quinquae excluduntur, bonorum & malorum discretionem significat. Quapropter si uirginitatis nomen honorabile est, cur receptis exclusisq; commune est? Deinde, quid sibi uult numerus in utraque parte quinquarius? Quicquid autem significet oleum, mirum uidetur quod sapientes petentibus non communicant: cum inuidere fas non sit, eas quae ita perfectae sunt ut ab ipso sponso recipiantur, quo nomine nullo dubitante dominus Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad praestandum ex eo quod habent, praescribente illa sententia eiusdem domini dicentis, Omni petenti te tribue. Quid est autem quod possit dando non sufficere utriusque? Haec maxime augent quaestionis difficultatem: quanquam & cetera diligenter considerata ut omnia in unam rationem concurrant, nihilq; in unam partem dicatur quo impediatur alia, magna cautio est adhibenda. Videntur itaque mihi quinque uirgines significare, quinque partitae continentiam a carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus a uoluptate oculorum, a uoluptate aurium, a uoluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram deo fit, ut illi placeatur interiore gaudio conscientiae, partim coram hominibus tantum ut gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinque stultae, utraque tamen uirgines, quia utraque continentia est, quanuis diuerso fonte gaudeat. Lampades autem sunt, quia manibus portantur, opera quae secundum istam continentiam fiunt. Dictum est autem, Luceant opera uestra coram hominibus. Omnes uero acceperunt lampades suas, & uenerunt obuiam sponso. Intelligentum est ergo Christi nomine censerī, de quibus agitur: Non enim possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo uenire obuiam. Sed quinque

K De quaestio. Euāgel. li. i. c. 43.

\* allas, si.

Matth. 25.

L

Virgines decem quid significat.

M Luc. 6.

Lampades opera. Matth. 5.

A quinque fatuae acceperunt lampadibus suis non sumpserunt oleum secum. Multi enim quanuis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tamen non habent dum continentur uiuunt, nisi in laudibus hominum. Non ergo habent oleum secum, Nam ipsam latitiam oleo significari arbitror. Propterea, inquit, uenit te deus deus tuus oleo latitiae. Qui autem nō propterea gaudet, quia deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis cum lampadibus suis, id est, latitiam operum bonorum in corde atq; conscientia posuerunt. Sic & Apostolus monet, Probet se, inquit, homo, & tunc in semetipso habebit gloria & nō in altero. Tardante ergo sponso dormierunt omnes, quia ex utroque genere continentium hominum, siue eorum qui coram deo exultant, siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt, moriuntur hoc intervallo temporis, donec sub aduentu domini fiat resurrectio mortuorum. Media autem nocte, id est, nullo sentiente aut sperante: quippe cum ipse dominus dicat, De die autē illa & hora nemo scit: Et Apostolus dicat, Dies domini sicut fur ita in nocte ueniet: ex quo significat penitus latere cum uenit: clamor factus est, ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei. In ictu oculi, nouissima tuba, omnes resurgemus. Ergo surrexerunt omnes illae uirgines & aptauerunt lampades suas, id est, rationes reddendas operum suorum. Oportet enim nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod gessit in corpore, siue bonum siue malum. Et dixerunt stultae ad sapientes, Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Quorum enim facta aliena laude fulciuntur, eadem subtrahata deficiunt, & de consuetudine id semper inquiri uide animus gaudere solet. Itaque hominum qui corda non uident, testimonium uolunt habere apud deum, qui cordis inspector est. Sed quid responderunt sapientes? Ne forte non sufficiat nobis. Unusquisque enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quicquam adiuuatur apud deum, cui secreta cordis apparent, & uix sibi quisque sufficit, ut ei testimonium perhibeat conscientia sua. Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? Inde est quod Apostolus dicit, Mihi minimum est ut a uobis diudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico. Quapropter cum de se quisque aut nō omnino, aut uix possit ueram proferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare, cum sciat nemo quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? Itē magis ad uendentes & emite uobis. Non consilium dedisse putanda sunt, sed crimenes earum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando, in errores animas mittunt, & eis uana gaudia tanquam fatuis conciliando, aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecuniae siue honoris, siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentibus quod dictum est, Qui uos faciles dicunt, in errorem inducere, ut non coram deo sed ab hominibus gloriam quaereretis. Euntibus autem illis emere, uenit sponus: id est, inclinantis se illis in ea quae foris sunt, & solitis gaudere quaerentibus, quia gaudia interna non nouerant, uenit ille qui iudicat. Et quae paratae erant, id est, quibus bonum coram deo testimo-

Oleū, latitiam. Plal. 44.

Gala. 6.

Matth. 24. 7. Thec. 5.

1. Corin. 15.

2. Corin. 5.

Prouer. 20.

1. Corin. 4.

1. Corin. 2.

Esaie. 5. Ecclesiastes. 7. Plal. 140.

nium conscientia perhibebat, intrauerunt cum eo ad nuptias: id est, ubi munda anima sempiterno dei uerbo fecundata copulatur. Clausa est ianua: id est, receptis illis qui sunt in angelicam vitam immutandi. Omnes enim resurgemus, inquit, sed non omnes immutabimur: clausus est aditus ad regnum caelorum. Non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus. Nouissime autem ueniunt & reliquae uirgines dicentes, Domine domine aperi nobis. Nō dictum est quod emerint oleum, & ideo intelligenda sunt nullo iam remanente de alienis laudibus & magnis afflictationibus redire ad implorationem dei. Sed magna est eius seueritas post iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis misericordia praerogata est. Itaque respondens ait, Amen dico uobis, nescio uos. Ex illa scilicet regula quam non habet ars dei, hoc est, sapientia dei, ut intrent in gaudium eius qui non coram deo, sed ut placerent hominibus uisi sunt aliquid secundum praecipia eius operari. Atque ita concludit, Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam: non modo illius ultimi temporis quia uenturus est sponus: sed suae quisque dormitionis diem & horam nescit. Quisquis autem paratus est usque ad somnum, id est, usque ad mortem, quae omnibus debetur, paratus inuenietur etiam cum illa uox media nocte sonuerit, quae omnes euigilaturi sumus. Quod uero sponso dixit obuiam uenire uirgines, sic intelligendum puto, ut ex ipsis uirginibus constet ea quae dicitur sponsa, tanquam si omnibus Christianis in Ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filiis congregata constet ea quae dicitur mater. Nunc enim desponsata est Ecclesia, & uirgo est ad nuptias deducenda, id est, cum se contineat a corruptione seculari. Illo autē tempore nubit, quo uniuersa mortalitate praetereunte immortalis coniunctione foetatur. Desponsauit uos, inquit, uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Vos, inquit, uirginem, a plurali ad singularem concludit: ideo & uirgines dici possunt & uirgo. Cur autem quinque, ut mihi uidetur expositum est. Sed uideamus nūc in enigmate, tunc autem facie ad faciem: & nunc ex parte, tunc autem ex toto. Ipsum autem in enigmate & ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo pignore contigit quod accepit uirgo Ecclesia humili aduentu sponsi sui, quae illo ultimo aduentu cum ueniet in claritate nuptura est, cum iam facie ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dixit Apostolus: & ideo ista expositio nihil certum intuetur nisi ut secundum fidem sit, neque aliis praedictat quae nihilominus secundum fidem esse poterint.

De eisdem de quibus supra. Sermo. XXIII.

**E**sterno die qui affuistis, promissionem nostram tenetis, quae hodie non solis uobis, sed pluribus etiam qui conuenerunt, domino adiuuante, reddenda est. Quae sunt decē uirgines, quarum sunt quinque prudentes, quinque stultae, non facile indagari potest. Veruntamen secundum ea quae continet ipsa lectio, quam charitati uestrae etiam hodie uolui recitare, quantum mihi dominus intellectum donare dignatur, non mihi uidetur ista parabola uel similitudo ad eas solas pertinere propria & excellentiori sanctitate uirgines quae in Ecclesia nominantur, quas etiam uisitatori uocabulo sanctimoniales appellare consueuimus: sed nisi fallor, haec similitudo ad uniuersam Ecclesiam pertinet. Quanuis & si illas solas intelligeremus quae sanctimoniales uocantur, nunquid decem sunt?

Matth. 25.

Abstr.

**G** Abstineat, ut tanta virginum multitudo ad tam exiguum numerum reuocetur. Forte autem dicat aliquis, Quid si mul-  
 re sunt nomine, & tã pauca sunt in veritate, ut vix de-  
 cem inueniantur? Nō ita est. Nam si solas decem intel-  
 ligi vellet bonas, non ibi ostenderet quinque fatuas. Si  
 enim multae sunt virginis quae vocantur, quare contra  
 quinque ostra domus magna clauduntur? Intellegimus  
 ergo charissimi ad omnes nos, id est, ad vniuersam om-  
 nino Ecclesiam istam pertinere parabolam, non ad so-  
 los p̄p̄ositos, de quibus hesternodie locuti sumus: nec  
 ad solas plebes, sed prorsus ad oēs. Quare ergo quin-  
 que? Quia iste & quinque virginis, omnes omnino  
 sunt anime Christianorum. Sed ut dicamus vobis quod  
 deo inspirante sentimus, non qualescunque animae, sed  
 tales animae quae habent catholicam fidem: & habere videtur  
 bona opera in Ecclesia dei: & tamē ex ipsi quinque  
 sunt prudentes, & quinque fatuae. Quare ergo appellatae  
 sunt quinque, & quare virginis prius videamus, & de-  
 inde cetera consideremus. Omnis anima in corpore  
 ideo quinario numero censetur, quia quinque sensibus  
 utitur. Nihil est enim quod sentimus in corpore nisi ia-  
 nua quinquepartita, aut vidēdo, aut audiendo, aut odo-  
 rando, aut gustando, aut tangendo. Qui ergo se abstinet  
 ab illicito visu, abstinet ab illicito auditu, ab illicito odo-  
 rato, ab illicito gustatu, ab illicito tactu, propter ipsam  
 integritatem virginis nomen accepit. Sed si bonum est  
 abstinere ab illicitis sentiendi motibus, & ideo vnaque-  
 que anima Christiana virginis nomen accepit, quare  
 quinque admittuntur, quinque autem repelluntur? Et  
 virginis sunt & lampades habent, virginis propter abstinentiam  
 ab illicitis sensibus, lampades habent propter opera bona.  
 De quibus operibus dominus dicit, *Luceant opera  
 vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra,*  
 & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Item disci-  
 pulis dicit, *Sint scibi vestri p̄cincti, & lucernae arden-  
 tes. In lumbis accinctis virginitas, in lucernis arden-  
 tibus opera bona. Non solet dici virginitas utique in cō-  
 iugatis, tamen etiam ibi fidei virginitas quae exhibet  
 pudicitiam coniugalem. Nam ut nouerit sanctitas  
 vestra, non importune secundum animam & secundum  
 integritatem fidei, qua etiam ab illicitis abstinetur, &  
 bona opera fiunt, vnumquonque vel vnamquaque ani-  
 mam virginem dici, tota Ecclesia quae constat ex virgi-  
 nibus & pueris, & maritatis foemina, & vxoratis viris  
 vno nomine virgo est appellata. Vnde hoc probamus?  
 Apostolum audi dicentem, non solis sanctionibus,  
 sed vniuersae prorsus Ecclesiae, Desponsauit vos vni viro  
 virginem castam exhibere Christo. Et quia huius vir-  
 ginitatis corruptor diabolus cauendus est, continuo ipse  
 Apostolus cum dixisset, Desponsauit vos vni viro vir-  
 ginem castam exhibere Christo: adiunxit & ait, Timeo  
 autē ne sicut serpens Euam seduxit in versutia sua, sic &  
 vestri sensus corumpantur a castitate quae est in Chri-  
 sto. In corpore virginitatem pauci habent, in corde om-  
 nes habere debent. Si ergo ab illicitis abstinentia bona  
 est, vnde virginitas nomen accepit, & opera bona lau-  
 dabilia sunt quae significantur lampadibus: quare quin-  
 que admittuntur & quinque repelluntur? Si & virgo est  
 & lampades fert, & tamen non admittitur, vbi se videt  
 qui nec virginitatem ab illicitis seruat, nec opera bona  
 volens habere, in tenebris ambulat: De istis ergo fratres  
 mei, de istis potius disputemus. Qui non vult videre  
 quod malum est, qui non vult audire quod malum est,  
 ab illicitis sacrificiorum nidoribus auertit odoratum,*

ab illicitis sacrificiorum cibis auertit gustatum, fugit cō  
 plexum alienae, frangit panem esurienti, hospitem in-  
 ducit in domū, vestit nudū, cōcordat litigiosum, visitat  
 ægrotum, sepelit mortuū: ecce virgo, ecce habet lampad-  
 es. Quid quaerimus amplius? Adhuc quaero. Quid ad-  
 huc quaeris, inquis? Adhuc quaero, intentū me fecit Euā-  
 gelium sanctum. Etiam ipsas virginis & ipsas ferentes  
 lampades, alias dixit prudentes, alias stultas. Vnde in-  
 tuemur, vnde discernimus? De oleo. Aliquid magnum  
 significat oleum, valde magnum. Putas non charitas est?  
 Quareno dicimus, non sententiam p̄cipitamus, Vnde mihi  
 videatur oleum charitas significari, dicam vobis. Apo-  
 stolus dicit, Adhuc supereminentiorem vobis  
 viam demonstro. Supereminentiorem viam quam de-  
 monstrat? Si linguis hominum loquar & angelorum,  
 charitatem autem non habeam, factus sum æramen-  
 tum sonans, aut cymbalum tinniens. Ipsa est superemi-  
 nens via, id est, charitas, quae merito oleo significatur.  
 Omnibus enim humoribus oleum supereminet. Mitte  
 aquam, & superinfunde oleum, oleum supereminet.  
 Mitte oleum, superinfunde aquam, oleum superemi-  
 net. Si ordinem seruaueris vincit, si ordinem mutaueris  
 vincit, Charitas nunquam cadit. Quid ergo fratres? Iam  
 disceptemus de quinque virginibus prudētibus, & quin-  
 que fatuis. Volverunt obuiam ire sponso. Quid est ire  
 obuiam sponso? Corde ire, expectare eius aduentum, sed  
 ille tardabat. Dum tardat ille, dormierunt omnes. Quid  
 est omnes? Et fatuae & sapientes, dormitauerunt omnes  
 & dormierunt. Putamus bonus est somnus iste? Quid  
 est somnus iste? Ne forte tardante sponso, quoniam a-  
 bundat iniquitas, refrigeret charitas multorum? Sicci-  
 ne intellecturi sumus istum somnum? Non mihi placet,  
 dico quare, quia sunt ibi prudentes, & utique quando di-  
 xit dominus, Quoniam abundauit iniquitas, refrigeret  
 charitas multorum: subiecit & ait, Qui autem perseue-  
 rauerit vsque in finē, hic saluus erit. Vbi vultis esse istas  
 prudentes? Nonne in his quae perseuerauerunt vsque in  
 finem? Non ob aliud prorsus admitterentur in trō, nisi  
 quia perseuerauerunt vsque in finem. Non ergo eis ob-  
 repleat frigus charitatis, non in eis refrigerat charitas, sed  
 feruet vsque in finem. Quia feruet vsque in finem, ideo  
 sponsi ianuā patuerunt, ideo eis dictum est vt intrarent,  
 sicut illi optimo seruo, Intra in gaudium domini tui.  
 Quid est ergo, dormitauerunt omnes? Est alius somnus  
 quem nemo euadit. Nō recordamini Apostolum dice-  
 tem, De dormientibus autem nolo vos ignorare fra-  
 tres: id est de his qui mortui sunt? Quare enim dormi-  
 entes vocantur, nisi quia suo die resuscitantur? Ergo dor-  
 miunt omnes. Putas, quia prudens est, ideo non habet  
 mori? Fatua sit virgo, prudens sit virgo, somnum mor-  
 tis omnes patiuntur. Aliquando autem dicunt sibi ho-  
 mines, Ecce iam dies iudicii venit, tanta mala fiunt, tā-  
 tae tribulationes crebescunt: ecce omnia quae prophe-  
 tae dixerunt penē completa sunt, iam dies iudicii instat,  
 Qui hoc dicunt & fideliter dicunt, tanquā obuiam eunt  
 sponso cogitationibus talibus. Sed ecce bellum super bel-  
 lum, tribulatio super tribulationem, terramotus super  
 terramotum, fames super famem, gens super gentem,  
 non dolum venit sponso. Cum ergo expectatur vt ve-  
 niat, dormiunt omnes qui dicunt, Ecce venit dies iudi-  
 cij, ecce hic nos inuenit. Cum dicit, dormit, ergo obser-  
 uet ad somnum suum, & perseueret in charitate vsque  
 ad somnum suum, expectatē illum inueniat somnus.  
 Puto enim quia dormit. Nūquid qui dormit non adiu-  
 ciet vt refurgat? Dormierunt ergo omnes, & de illis  
 prudenti-

1. Corin. 12.  
Oleum, cha-  
ritas.

1. Corin. 13.

L  
vbi supra.

Matth. 2. 4.

Matth. 12.  
& 2. 4.

Matth. 25.  
M

1. Thes. 4.  
Mortui, qua-  
re dormien-  
tes?

Plal. 45.

**A** prudentibus, & de illis fatuis dictum est, dormierunt.  
 4. sen. di. 43.  
media nocte  
Ecce media nocte clamor factus est. Quid est media  
 nocte? Quando non speratur, quando omnino non cre-  
 ditur. Noctem posuit pro ignorance, ne aliquis quasi  
 computet sibi & dicat, Ecce ab Adam tot anni transie-  
 runt, & ecce complentur sex milia annorum: & conti-  
 nuo quomodo quidam tractatores computauerunt, cō-  
 tinuo veniet dies iudicii: & veniunt & transeunt com-  
 putationes, & adhuc remoratur sponsi aduentus, & dor-  
 miunt virginis quae obuiam ierant. Ecce dum non spe-  
 rantur, dum dicitur sex milia annorum expectabantur,  
 & ecce transierunt, vnde scimus iam quando veniet?  
 media nocte veniet. Quid est, media nocte veniet? Dum  
 nescis veniet. Quare dum nescis veniet? Ipsū dominū  
 audi, Non est vestrum scire tempora, quae pater posuit  
 in sua potestate. Dies domini, ait Apostolus, tanquam  
 fur in nocte ita veniet. Ecce vigila nocte ne furem pa-  
 tiaris. Nam somnus mortis velis nolis veniet. Sed cū fa-  
 ctus fuerit clamor media nocte: quis iste clamor, nisi de  
 quo Apostolus dicit, In icēu oculi in nouissima tuba? Ca-  
 net enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos  
 immutabimur. Deniq; clamore factō media nocte quo  
 B  
 clamabitur, ecce sponsus venit, quid sequitur? Surrexe-  
 runt omnes. Quid est surrexerunt omnes? Veniet hora,  
 dixit ipse dominus, quando omnes qui sunt in monu-  
 menti audient vocem eius & procedent. Ergo ad no-  
 uissimam tubam surgent omnes. Prudentes autem illae  
 tulerunt oleum secum in vasis suis, stultae vero illae non  
 tulerunt oleum secum. Quid est nō tulerunt oleum se-  
 cum in vasis suis? Vnde dicit Apostolus, Gloria nostra  
 hae est, testimonium conscientiae nostrae. Ibi oleum, ma-  
 gnum oleum, De dono dei est hoc oleum, Deniq; ho-  
 mines oleum mittere in trō possunt, oliuam creare non  
 possunt. Ecce habeo oleum: nunquid tu creasti oleum?  
 De dei dono est. Habes oleum, porta tecum. Quid est  
 porta tecum? Intus habe, ibi place deo. Etenim ecce istae  
 virginis stultae quae non portauerunt oleum secum, ab-  
 stinentia sua qua virginis appellantur, & bonis operi-  
 bus suis quando lampades ferre videntur, hominibus  
 volunt placere, & ideo omnia ista laudabilia faciunt,  
 oleum secum non portant. Tu ergo tecum porta, intus  
 porta. Vbi videt deus, ibi porta testimonium conscien-  
 tia tua. Qui autem ambulat ad testimonium alienum,  
 oleum non portat secum. Si ideo abstinet ab illicitis, &  
 C  
 facis bona opera vt ab hominibus lauderis, non est in-  
 tus oleum. Denique cum coeperint homines, non defi-  
 ciunt lampades. Intendat itaque charitas vestra. Ante-  
 quam dormirent illae virginis, non est dictum, quia  
 extinguebantur lampades illarum. Sapientium lampad-  
 es ardebant de oleo aeterno, de conscientiae securitate,  
 de interiore gloria, de intima charitate. Ardebant ta-  
 men & illarum laudiarum. Quare tunc ardebant? Quia  
 non deerant laudes hominum. Postea vero quam sur-  
 rexerunt, id est, in resurrectione a mortuis, coeperunt  
 aptare lampades suas, id est, parare deo operum suorū  
 reddere rationē. Et quia tunc nemo est qui laudet, om-  
 nis homo causa suae vacat, nemo est tunc qui non de se  
 cogitet. Non ergo erant qui oleum venderent, coeperunt  
 deficere lampades, & conuerterunt se fatuae ad quinque  
 prudentes. Date nobis, inquirunt, de oleo vestro, quia lâ-  
 pades nostrae extinguntur. Hoc querebant quod con-  
 sueuerant, id est, alieno lucere, ad alienas laudes ambu-  
 lare. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae  
 extinguntur. At illae, Ne forte, inquirunt, non sufficiat  
 nobis & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis.

Non consulentium, sed iridentium est ista responsio. D  
 Quare iridentium? Quia sapientes erant, quia sapientia  
 erat in illis. Non enim sapientes de suo erant, sed illa in  
 illis erat sapientia, de qua scriptum est in quodam li-  
 bro, quae dicit contemptoribus suis cum veniet ad ma-  
 la, quae illis minata est; Et ego vestrae perditioni super-  
 ridebo. Quid mirum est quia sapientes irident fatuas?  
 Quid est iridere? Ite ad vendentes & emite vobis, quae  
 non solebatis bene viuere, nisi quia vos homines lauda-  
 bant, quia vobis oleum vendebant. Qui est oleum ven-  
 debant? Laudes vendebant. Qui vendit laudes nisi adu-  
 lator? Quanto magis non aquiesceretis adulatori-  
 bus, & intus oleum portaretis, & propter bonam con-  
 scientiam omnia bona opera faceretis: tunc diceretis,  
 Emendauit me iustus in misericordia & arguit me, o-  
 leum autem peccatoris non impinguet caput meum. Plal. 14. 9.  
 Melius, inquit, emendet me iustus, arguet me iustus, co-  
 laphizet me iustus, corriget me iustus, quam impinguet  
 caput meum oleum peccatoris. Quid est oleum pecca-  
 toris, nisi blandimenta adulatoris? Ite ergo ad venden-  
 tes & emite vobis, hoc facere consueuistis. Nos autem  
 non vobis damus. Quare? Ne forte non sufficiat nobis  
 & vobis. Quid est non sufficiat? Non desperatione di-  
 ctum est, sed sobria & pia humilitate. Quoniam enim bo-  
 nus habeat bonam conscientiam, vnde scit, quemadmo-  
 dum iudicet ille qui neminem fallit? Habet bonam cō-  
 scientiam, non illi titillant crimina in corde concepta  
 sed propter quotidiana quaedam vitae humanae peccata,  
 licet bona conscientia sit, tamen dicit deo, Dimitte  
 nobis debita nostra: quia fecit quod sequitur. Sicut & nos  
 dimittimus debitoribus nostris. Fregit panem esurien-  
 ti ex corde, vestiuit nudum ex corde, de oleo interiore  
 fecit opera bona, & tamen in illo iudicio trepidat ipsa  
 bona conscientia. Vide quid est, Date nobis oleum au-  
 diendum. Ite potius ad vendentes: quia laudibus huma-  
 nis viuere consueuistis, vobiscum oleum non portatis:  
 non autem nos damus, ne forte non sufficiat nobis &  
 vobis. Vix enim de nobis iudicamus, quanto mitius de  
 vobis possumus iudicare? Quid est vix de nobis possumus  
 iudicare? Quia cum rex iustus sederit in throno,  
 quis gloriatur castum se cor habere? Forte tu non inue-  
 nis aliquid in conscientia tua, & inuenit ille qui melius  
 videt, cuius acies diuina penetrat altiora. Videt forte a-  
 liquid, inuenit forte aliquid. Quanto melius illi dicis,  
 Ne intres in iudicium cum seruo tuo? Etiam quāto me-  
 lius dicis, Dimitte nobis debita nostra? Quia & dicitur  
 tibi propter illas faces, propter illas lampades, Esuriui,  
 & dedistis mihi manducare. Quid ergo? Et illae non il-  
 lud fecerunt? Non fecerunt ante illum. Sed quomodo  
 fecerunt? Quomodo prohibet dominus qui dixit, Cave-  
 te iustitiam vestram facere coram hominibus vt videamini  
 ab eis, alioquin non habebitis mercedem apud pa-  
 trem qui in caelis est. Et nolite similes esse hypocritis  
 quando oratis, Amant enim stare in plateis & orare vt  
 videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt  
 mercedem suam. Emerunt oleum, precium dederunt.  
 Emerunt, nō sunt fraudati laudibus humanis. Quae sic-  
 runt laudes humanas, & habuerunt. Iste autem quomodo  
 fecerunt? Luceat opera vestra coram hominibus vt vi-  
 deat bona facta vestra, & glorificet patrem vestrum qui  
 in caelis est, Nō ait vos. Nō enim de tuo habes oleum.  
 Iacta te, & dic habeo, sed nō habeo. Quid enim habes  
 quod nō accepisti? Ergo illae sic fecerunt, illae sic. Nō est  
 autem mirandum cum eunt emere, cum quaerunt a qui-  
 bus

Prouerbi

Plal. 14. 9.

E

Matth. 6.

Prouerbi. 20.

F  
Plal. 14. 2.

Matth. 6.  
Matth. 23.

Matth. 6.

Matth. 5.

1. Corin. 4.

Matth. 5.

Luce. 12.

1. Corin. 11.



**G** bus laudentur, & nō inueniunt, cum quærunt à quibus consolerentur, & non inueniunt, aperta est ianua, venit sponsus & sponsa. Tunc glorificata est cum Christo Ecclesia, vt singula membra ad totum se colligant. Et intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausum est ostium. Et illæ fatuæ postea venerunt, sed nunquid oleum emerūt, à quibus emerent aut inuenerūt? Ideo ianuas clausas inuenerunt: pulsare cœperunt, sed sero. Dicitur enim, verum est, non fallaciter dictum est, Pulsate & aperietur vobis. Sed modo quando tempus est misericordiar, non quādo tempus est iudicij. Non enim possunt confundi ista tempora, cum misericordiam & iudicium domino suo cāter Ecclesia. Tēpus est misericordiar, age pœnitentiā. Tempore iudicij illam habes agere? Eris in virginibus illis, contra quas clausum est ostium. Domine domine aperi nobis. Nunquid non pœnitentiā egerunt, quæ secum oleum non portauerunt? Et quid illis profuit sera pœnitentiā, quādo eas irridebat vera sapientiā? Clausum est ergo ostiū. Et quid illis dictum est? Nō noui vos. Non illas noui, qui omnia noui? Quid ergo est, Non noui vos? Improbo vos, reprobo vos. In arte mea nō vos agnosco, ars mea nescit vitia. Hoc est autem magnum, **H** & nescit vitia, & iudicat vitia. Nescit faciendo, iudicat arguendo. Sic ergo non noui vos, ierūt, intrauerūt quinque prudentes. Quā multi estis fratres mei in nomine Christi, sint in vobis quinque prudentes, sed nolite quinque homines. Sint in vobis quinque prudentes, ad istam prudentiam quinarij numeri pertinentes. Veniet enim hora, & quando nescimus veniet. Media nocte veniet, vigilate. Sic clausit Euangelium, Vigilate, quia nescitis diē neque horam. Si ergo dormituri sumus, quomodo vigilamus? Corde vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila, & quando corpore dormieris, veniet tempus vt surgas. Cum autem surrexeris, prepara lampades, Tunc non extinguantur, tunc in interiore conscientiar oleo vegetentur: tunc sponsus ille incorporeis nexibus amplectatur, tunc te introducat in domum vbi nunquam dormias, vbi nunquam possit tua lampas extinguī. Hodie vero laboramus, & lampades nostræ inter ventos seculi huius tērationesq; fluctuant: sed ardeat in rubore flamma nostra, vt ventus tērationis auget ignem potius quā extinguat.

DE VERBIS DOMINI in Euangelio secundum Lucam.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam Qui vos spernit me spernit. Sermo. XXXIII.



**D**OMINVS noster Iesus Christus quod discipulis suis loquebatur illo tempore scribebatur, & nobis audiendum parabatur. Audiuius ergo verba eius. Quid enim nobis prodesset si videretur & nō audiretur? Nec modo aliquid obest, quia nō videtur & tamen auditur. Dicit ergo, Qui vos spernit me spernit. Si solis Apostolis dixit, Qui vos spernit me spernit: spernite nos. Si autem sermo eius peruenit ad nos & vocauit nos, & in eorum loco constituit nos, videte ne spernatis nos, ne ad illū perueniat iniuria quā nobis feceritis. Si enim nos non timetis, illum timete qui dixit, Qui vos spernit me spernit. Quid autem nos loquimur vobis qui sperni nolumus à vobis, nisi vt de

vestris bonis moribus gaudeamus? Periculorū nostrorum sint solatia, vestra bona opera. Viuite bene, ne moriamini male. Nec in his verbis quæ dixi, Viuite bene, ne moriamini male, attendatis eos qui forte male vixerunt, & in seculis suis mortui sunt, & acta est pompa funeris eorum & positi sunt in preciosis sarcophagis, in sepulchris pulcherrime & operosissime fabricatis. Et quia forte dicit sibi vnusquisque vestrum, sic vellē mori putetis me rem vanam dicere voluisse, quoniam dixi vellē me vt bene viuatis, ne male moriamini? Contra forte occurrit aliquis, qui & bene vixit, & secundum opinionem hominū male est mortuus. Forte à ruina est mortuus, à naufragio mortuus est, à bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisque carnalis in corde suo, Quid est bene viuere? Ecce ille sic vixit, & sic est mortuus. Redite ergo ad cor, & si fideles estis inuenietis ibi Christum. Ipse vobis loquitur ibi, Ego enim clamo, ille vero in silentio plus docet. Ego loquor per sonum sermonis: ille intus loquitur per timorem cogitationis. Ergo ipse asserat in corde vestro verbum meum, quoniā dicere ausus sum, bene viuite ne male moriamini. Ecce quomodo fides est in cordibus vestris, & ibi est Christus, & ipse habet docere quod ego cupio personare. Recordamini in Euangelio diuitem illum, & pauperem illum. Diuitem indutum purpura & bysso, & quotidianis epulis saginatum, pauperem vero illum iacentem ante ianuam diuitis esurientem, & de mensa eius micam requirentem, vlcere plenum, à canibus linctum, Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus ibi est in cordibus vestris: Dicite mihi quod ipsum intus interrogaueritis, & responderit vobis. Sequitur enim & dicit, Contigit mori in opem illū, & auferri ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in infernum. Cum autem in tormentis esset, leuauit oculos & vidit Lazarum requiescentem in sinu Abraham. Tunc clamauit dicens, Pater Abraham, miserere mei, mitte Lazarū vt intingat digitum suum in aqua vt stillet in linguam meam, quia crucior in hac flamma. Superbus temporis, mendicus inferni. Pauper enim ille perueniebat ad micam, ille vero non perueniebat ad guttam. De duobus ergo istis dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis est male mortuus? Nolite oculos interrogare, ad cor redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsa vobis respondent. Multum enim splendida sunt & seculariter fucata, quæ illi diuiti morienti exhiberi potuerunt. Quæ potuerunt agmina plangentium esse seruorum & ancillarum, quæ pompa clientum, qui splendor funeris, quod precium sepulturæ? Credo cum aromatibus obrutum. Quid ergo dicturi sumus fratres, bene istum mortuum an male mortuum? Si oculos interrogatis, optime mortuus est, si magistrum vestrum interiore requiritis, pessime mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi rerū suarum conseruatores, & nihil inde pauperibus largiētes, quomodo moriuntur qui rapiunt res alienas? Verum ergo dixi, viuite bene ne male moriamini, ne quomodo diues ille moriamini. Non probat malam mortem, nisi tempus post mortem. E contra attendite illum pauperem, sed nolite oculis: nam errabitis. Fides attendat, cor videat. Constituite illum ante oculos vestros iacentem in terra vlcerosum, venientes canes lingen- tes vlcera eius. Sed cum talem illum reuocatis ante oculos vestros, continuo expuitis, faciē auertitis, nares obruat. Cordis oculis videte. Mortuus est & ablatu est ab angelis in sinum Abraham. Familia diuitis videbatur plangens, angeli non videbantur gaudentes. Quid ergo respondit

**A** respondit diuiti Abraham? Memento fili, quia percepisti bona in vita tua. Nihil bonum putasti nisi quod in ista vita habuisti. Accepisti bona, sed transierunt dies, & totum perdidisti, & torquendus in inferis remansisti. Opportunum ergo est fratres, vt hæc vobis dicatur. Attendite pauperes, siue iacentes, siue ambulantes. Attendite pauperes, facite bona opera. Qui soletis facite, & qui non soletis facite. Crescat numerus bene operantiū, quoniam & crescit fidelium numerus. Quod facitis quantum bonum sit nondum videtis, quia rusticanus quādo seminat segetem non videt, sed terra credit. Tu deo quare nō credis? Veniet messis nostra. Puto quia modo laborantes agimus, laborantes operamur, recepturi sicut scriptum est, Euntes ibant & flebant iactantes: semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

De diuite & Lazaro, In Euangelio secundum eundem. Sermo XXXV.



**A**duertit sanctitas vestra fratres charissimi, & mecum, vt arbitror, tota mentis intentione perspexit opulentiam diuitis, & indigentiam mendicantis: vni cibis astuantem, & alium fame deficientem. Ambo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales, sed non ambo æquales. Natura vna, sed vita non vna. Nullus eorum à conditione mortis immunis, & tamen vnus epulatur splendide, & alter in pānis & in erumna sordescit. Ille delicatis escis ad inuentionem coquorum gaudebat, iste si caderet micæ de mensa eius expectabat. Audiant nunc diuites qui nolunt esse misericordes, audiant quia vna omnes nascimur lege, vna viuimus luce, vnum spiramus aërem, vna quoque extinguimur morte, quæ si nō intercederet, nec pauper ipse duraret. Hic vlcerosus & nudus iacens Lazarus, ad Abraham sinum angelorum portatur manibus. Ecce diues refectus & splendidus tartareo carcere clauditur. Vbi est vestis illa byssina? Vbi vita abundans & affluens copiis multis? Nonne morte omnia transeunt tanquam vmbra? Nihil intulimus in hunc mundum, dicit Apostolus, sed nec quicquam auferre possumus. Nihil nobiscum tollimus aut rapimus. Quod si aliquid tollemus, nonne viuos homines voraremus? Quæ est ista auaritia concupiscentiar, cum ipsæ beluæ habeant modum? Tunc enim rapiunt quando esuriunt, parant vero prædæ cum senserint satietatem. Inexplebilis est sola auaritia diuitum, semper rapit, & nunquam satiatur, nec deum timet, nec hominē reueretur: non patri parcat, non matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat: viduam opprimit, pupilli rem inuadit, liberos in seruitium reuocat, testamentum falsum profert. Res mortui occupantur, quasi nō & ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quæ est ista rogo animarum infamia, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum & perdere cœlum? Sed quia nemo cogitat deum, ideo manet in morte iudicium. Merito dictum est diuiti, Quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolator, tu vero cruciarius. Audiant ista diuites, qui nolunt esse misericordes. Audiant irrogari supplicia, eis qui nolunt erogare subsidia. Audiant pauperem refrigerantem, audiant diuitem pœnis grauioribus astuantem. Pater Abraham, inquit, dimitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. At ille, Memento, inquit, fili, quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Pœtantur pro diuitis pœnæ, refrigerium pro paupertate, pro purpura

flamma, refectio pro nuditate, vt salua sit æquitas stare, & non mentitur modus illius mēsuræ. In qua, inquit, mensi fueritis mēsuræ, ita metietur vobis. Ideo negatur in pœnis misericordia diuiti, quia ipse dū viueret noluit misereri. Ideo rogans diues non exaudiuit in tormentis, quia rogantem pauperem non exaudiuit in terris. Diues & pauper duo sibi sunt contraria, sed iterum duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret si inuicem se supportarent, & nemo laboraret si se ambo iuarent. Diues propter pauperem factus est, & pauper propter diuitem. Pauperis est orare, & diuitis erogare. Dei est pro partu magna pensare. De misericordia eius parua, magna nascitur copia. Fecundus est ager pauperum, cito reddit dominatibus fructū. Via cœli est pauper, per quā venit ad patrem. Incipe ergo erogare si non vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, compedem in hac vita resoluere, vt libere ad cœlū possis accedere. Abiice abs te diuitiarum onera, abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tēdia, quæ te pluribus in annis inquietant. Da petenti vt possis ipse accipere: tribue pauperi, si non vis flāmis exuri. Da in terra Christo, quod tibi reddat in cœlo. Obliuiscere quod es, & attende quid futurus es. Præfens vita fragilis est, & in morte procliuis. Nemo potest stare, sed omnes cogimur trāsire. Nolentes imus, inuiti eximus, quia mali sumus. Si autem ante nos aliquid mitteremus, non ad inane hospitium veniremus. Quod enī pauperi damus, ante nos præmittimus, quod autem rapimus, hic totum dimittimus.

De Martha & Maria, In Euangelio secundum eundem. Sermo XXXVI.



**M**erba domini nostri Iesu Christi quæ modo ex Euangelio recitata sunt, admonent nos, esse vnum aliquid quod tendamus, quando in huius seculi multitudine laboramus. Tendimus autem adhuc peregrinantes, nondum manentes, adhuc in via, nondum in patria: adhuc desiderando, nondū fruēdo. Tamē tendamus & sine pigritia & sine intermissione tendamus, vt aliquando peruenire valeamus. Martha & Maria duæ sorores erant, ambæ non solū carne sed etiā religione germanæ, ambo domino coheredes, ambæ domino in carne præfenti concorditer seruiuerunt. Suscepit eum Martha, sicut solent suscipi peregrini. Sed tamen suscepit famula dominum, agra saluatorē, creatura creatorem. Suscepit autem spiritu pascenda in carne pascendum. Voluit enim dominus formam serui accipere, & accepta forma serui in illa pasci à seruis, dignatione non conditione. Nam & ista dignatio fuit, se præbere pascendum, Habebat carnē in qua esuriret quidem & sitiret, sed nescitis quia in eremo esurienti angeli ministrabant? Ergo quod pasci voluit, pascenti præstitit. Quid autem mirum si & de sancto Helia præstitit viduæ quem prius coruo ministrante pascebat? Nunquid pascendo defecerat, quando ad viduam mittebat? Nō, Sed religiosam viduam per obsequium exhibitum seruo suo benedicere disponebat. Sic ergo susceptus est dominus tanquam hospes, qui in sua propria venit: & sui eum non receperunt: sed quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, & adoptans seruos & liberos \* faciens, redimens captiuos & faciens coheredes. Ne quis tamen vestrum forsitan dicat, O beati qui Christum suscipere in domum propriam muerunt. Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es, quando iam dominum non vides in carne, non tibi abstulit istam dignationem. Cum vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc de domino pascente

Matth. 7.

Psalm. 109.

Psalm. 155.

Lucæ. 16.

Lucæ. 16.

1. Timo. 6.

Lucæ. 10.

Lucæ. 10.

Math. 7.

B

Lucæ. 10.

Lucæ. 10.

F

1. Reg. 17.

Ioan. 1.

\* allas, fratres.

Matthæ. 5.

**G**do pascete in spiritu, pauca pro tempore dixerimus, Veniamus ad causam quam de vnitare proposui. Martha dominum pascere disponens & preparans, circa frequens ministerium occupabatur, Maria soror eius pasci a domino magis elegit. Deseruit quodammodo sorore suam circa multum ministerium laborantem, & sedit ipsa ad pedes domini, & vacante audiebat verbum eius. Auris fidelissima audierat, Vacate & videte quomodo ego sum dominus. Illa turbabatur, ista epulabatur. Illa multa disponebat, ista vnum aspicebat. Vtrunque officium bonum, sed tamen quod sit melius, quod nos dicamus? Habemus quem interrogemus, patienter audiamus. Quid sit melius, iam cum Euangelium legeretur audiuius, & bene commemorantem audiamus. Interpellat Martha hospitem, ad iudicem deponit postulationem piarum querelarum, quod eam soror deseruerit, & sic laborantem in ministerio adiuuare neglexerit. Non respondente illa, sed tamen presente, iudicat dominus. Maria causam suam tanquam ociosa iudici maluit committere, nec in respondendo voluit laborare. Si enim pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Respondit ergo dominus, qui in verbo non laborabat, quia verbum erat. Quid ergo dixit? Martha Martha. Repetitio nominis est indicium dilectionis, aut forte mouenda intentionis, vt audiret attentius, Bis vocata est Martha Martha, Audi tu circa multa es occupata, Vnum autem opus est, Id est, vnum necessarium est. Non vnum, quasi singulare opus, sed opus est, expedit, necessarium est. Quod vnum elegerat Maria? Vnum cogitate fratres mei, & videte in ipsa multitudine si delectat nisi vnum. Ecce deo propitio quam multi estis, Quis vos ferret, nisi vnum saperitis? Vnde in multis ista quies? Da vnum, & populus est. Tolle vnum, & turba est. Quid est enim turba, nisi multitudo turbata? Sed audite Apostolum, Obsecro autem vos fratres, Multitudini dicebat, sed omnes in vnum facere volebat, Obsecro autem vos fratres, vt id ipsam dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Et alio loco, Vnanimus vnum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Et dominus ad patrem de suis, Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Et in Actibus Apostolorum, Multitudinis autem creditum erat anima vna, & cor vnum. Ergo magnificate dominum mecum, & exaltetis nomen eius in vnum, quia vnum est necessarium, vnum illud supernum, vnum vbi pater & filius & spiritus sanctus sunt vnum. Videte nobis commendari vnitatem. Certe trinitas est deus noster. Pater non est filius, filius non est pater, spiritus sanctus nec pater est nec filius, sed amborum spiritus, & tamē ista tria non tres dii, non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens, ipsa trinitas vnus deus, quia vnum necessarium est. Ad hoc vnū nō nos perducit, nisi multi habeamus cor vnum. Bona sunt ministeria circa pauperes, & maxime circa sanctos dei seruitia debita, obsequia religiosa. Redduntur enim, non dantur, dicente Apostolo, Si nos vobis spiritualia feminauimus, magnum est si carnalia vestra meta mus? Bona sunt, exhortamur ad hæc, & in verbo domini edificamus vos, nolite pigri esse ad suscipiendos sanctos. Aliquando nescientes, suscipiendo quos nesciunt, angelos susceperunt. Bona sunt hæc, melius est tamē quod elegit Maria. Illud enim habet ex necessitate occupatione, illud autem ex charitate suauitatem. Vult homo occurrere quando ministrat, & aliquando non potest. Queritur quod deest, paratur quod adest, diste-

ditur animus. Nā si Martha illa sufficeret adiutorium K sororis nūquam posceret. Multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia sunt, quia temporalia sunt, & si bona sunt, transitoria sunt. Maria autem quid ait dominus, Maria autem meliorem partem elegit. Non tu malam, sed illa meliorem, Audi vnde meliorem, quia non auferetur ab ea, A te auferetur aliquando onus necessitatis, aeterna est dulcedo veritatis. Non auferetur ab ea quod elegit. Non auferetur, sed tamen augetur. In hac vita augetur, in alia vita perficietur, nunquam auferetur. Caterū tu Martha, pace tua dixerim, in bono ministerio benedicta pro isto labore tuo mercedē quæris quietem, modo occupata es circa multum ministerium, pascere vis mortalia corpora, licet sanctorum, Nunquid cum venis ad illam patriam inuenies peregrinum quem suscipias hospitem? Inuenies esurientem cui panem frangas, sitientē cui potum porrigas, ægrum quem visites, litigantem quem concordes, mortuum quem sepelias? Omnia ista ibi non erunt: sed quid ibi erit? Quod Maria elegit. Ibi pascimur, non pascimus. Ideo hoc erit plenum atque perfectum, quid hic elegit Maria. De illa mensa opulenta, de verbo domini micas colligebat. Nam vultis nosse quid ibi erit? Dominus ipse dicit de seruis suis, Amen dico vobis, quia faciet eos recumbere, & transibit, & ministrabit illis. Recumbere quid est, nisi vacare? Recumbere quid est, nisi requiescere? Quid est, transibit & ministrabit illis? Prius transibit, & sic ministrat. Sed vbi? In illo conuiuio superno de quo dicit, Amen dico vobis, multi ab Oriente & Occidente venient, & recubent cum Abraham, Isaac, & Jacob in regno cælorum. Ibi dominus pascit, sed prius hinc transit. Nam vt noueritis, Pascha transitus interpretatur. Venit dominus, fecit diuina, passus est humana. Nūquid adhuc conspicitur? Nunquid adhuc expalmatur? Nunquid adhuc spinis coronatur? Nunquid adhuc flagellatur? Nunquid adhuc crucifigitur? Nunquid adhuc læcea vulneratur? Transit. Denique & Euangelium sic loquitur, quando Pascha fecit cum discipulis suis. Quid dicit Euangelista? Cum autem venisset hora, vt Iesus transiret de hoc mundo ad patrē. Ergo ille transiuit vt pascat, nos sequamur vt pascamur. *De eisdem, de quibus supra. Sermo. XXVII.* **A**nctum Euangelium cum legeretur, audiuius a femina religiosa susceptum esse dominum hospitio, eaque Martha vocabatur. Et cum esset ipsa occupata in cura ministrandi, soror eius Maria sedebat ad pedes domini, & audiebat verbum eius. Laborabat illa, vacabat ista. Illa erogabat, hæc implebatur. Veruntamen Martha, laborans multum in illa occupatione & negotio ministrandi, interpellauit dominum: & de sorore sua conquesta est, quod eam laborantem non adiuuaret. Dominus autem pro Maria respondit Martha, & ipse eius factus est aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Martha, inquit, circa multa es occupata, quando vnum est necessarium. Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Audiuius enim interpellationem interpellantis, & sententiam iudicis. Quæ sententia interpellanti respondit, susceptam defendit. Erat enim Maria intenta dulcedini verbi domini, intenta erat Martha quomodo pasceret dominum, intenta Maria quomodo pasceret a domino. A Martha conuiuio domino parabatur, in cuius conuiuio Maria iam iocundabatur. Cum ergo Maria suauiter audiret verbum dulcissimum, & corde intensissimo pasceret, interpellato domino a sorore sua, quomodo putamus eam timuisse, ne diceret ei dominus, Surge

**A** Surge & adiuua sororem tuam? Mira enim suauitate tenebatur, quæ profecto maior est mentis quam ventris. Excusata est, sedit securior. Quomodo autem excusata est attendamus, inspicimus, perscrutemur quod possumus. Pascamur & nos. Quid enim? Putamus nos reprehensum esse ministerium Martha, quam cura hospitalitatis occupauerat, quæ ipsum dominum hospitio receperat? Quomodo recte reprehēdebatur, quæ tanto hospite letabatur? Hoc si verū est, dimittant homines quod ministrant egentibus, eligant sibi partem meliorem, quæ non auferetur ab eis, vacent verbo, inhiant doctrinæ dulcedini, occupentur circa scientiam salutarem, nihil eis curæ sit quique peregrinus in vico sit, quis egeat pane, quis indumento, quis visitandus, quis redimendus, quis sepeliendus, vacent opera misericordiæ, vni instetur scientiæ. Si melior pars est, cur non omnes hoc faciunt, quando ipsum dominum in hac causâ patronum habemus? Non enim timemus in hac re, ne offendamus eius iustitiam, cum patronā teneamus eius sententiam: Et tamen ita non est, sed sicut dixit dominus, ita est. Quomodo intelligis nō est, est autē quomodo intelligere debeas, Ecce aduerte, Circa multa es occupata, quando vnum est necessarium, Maria meliorem partem elegit. Non tu malam, sed ista meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa, illa circa vnum. Præponitur vnum multis. Non enim a multis vnum, sed multa ab vno. Multa sunt quæ facta sunt, vnus qui fecit cælum, & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Quam multa sunt, quis ista enumeret? Quis horū multitudinē cogitet? Quis hoc fecit? Deus omnia. Ecce bona valde. Bona valde quæ fecit, quāto melior ille est qui fecit. Attendamus igitur occupationes nostras circa multa, necessarium est ministerium corpora refereturis. Quare hoc? Quia esuritur, quia sititur, misericordia miseris necessaria est. Frangis panem esurienti, quia inuenisti esurientem. Tolle famem, cui frangis panem: Tolle peregrinationem, cui exhibes hospitalitatem: Tolle nuditatem, cui præparas vestem? Non sit aegritudo, quem visitas? Non sit captiuitas, quem redimis? Non sit rixa, quem concordas? Non sit mors, quem sepelias? In illo seculo futuro non erunt ista mala, ergo nec ista ministeria. Bene ergo Martha circa corporalem domini, quid dicam necessitatem an voluntatem, ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, Ecce quod Maria dicebat: Verbum caro factum est, & habitabit in nobis, Ecce Martha cui ministrabat. Ergo Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod semper manebit, ideo non auferetur ab ea. Circa vnum se voluit occupari, iam tenebat. Mihi autem adharere deo, bonum est. Sedebat ad pedes capitis nostri, Quanto humiliter sedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denat de tumoribus collis. Non ergo dominus opus reprehendit, sed munus distinxit. Circa multa es occupata, porrō vnum est necessarium. Iam hoc sibi Maria elegit. Transit labor multitudinis, & remanet charitas vnitatis. Ergo quod elegit, non auferetur ab ea, a te autem quod eligisti, vtique hoc sequitur, vtique hoc subintelligitur, a te quod elegisti auferetur. Sed bono tuo auferetur, vt quod melius est detur. Auferetur enim a te labor, vt requies detur. Tu nauigas, illa iam in portu est. Videtis ergo charissimi, & quantum arbitror, iam intelligitis, in his duabus mulieribus, quæ ambæ fuerunt domini Tomus decimus.

no grata, ambæ amabiles, ambæ discipulae. Videtis ergo, & magnum aliquid intelligitis, quicumque intelligitis, quod audire & scire debetis, etiam qui non intelligitis, in his duabus mulieribus, duas vitas esse figuratas, præsentem & futuram, laboriosam & quietam, eruosam & beatam, temporalem & æternam. Dux sunt vitæ, de illis vos copiosius cogitate. Quid habeat hæc vita, non dico mala, non iniqua, non nepharia, non luxuriosa, non impia, sed laboriosa, erumnis plena, timoribus castigata, tætionibus sollicita: hæc ipsam innocentem vitam dico, qualem decebat habere Martham: hanc ergo quantum potestis, inspicite, & de hac, vt dixi, copiosius quam loquimur cogitate. Vita vero iniqua aberat ab illa domo, nec cum Martha erat, nec cum Maria. Et si aliquando fuit, domino intrante fugit. Remanserunt ergo in illa domo, quæ susceperat dominum, in duabus feminis duæ vitæ, & ipse fons vite. In Martha erat imago præsentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus: quod agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Nam quid inde habemus? In quantum habemus? Quamdiu hic sumus, quantum est quod inde habemus? Nam & modo inde aliquid agimus, remoti a negociis, sepositis familiaribus curis, conuenistis, statis, auditis. In quantum hoc agitis, Mariæ similes estis. Et facilius vos intenditis quod agit Maria, quam ego qui prærogo. Si quid tamen dico, Christi est. Ideo vos pascit, quia Christi, quia panis communis est, vnde & ego vobiscum viuo. Nunc autem viuimus, si vos fratres statis in domino, Nolo in nobis, sed in domino, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. *De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundē, Domine doce nos orare. Sermo. XXVIII.* **A**postoli sancti dicebant ad dominum Iesum, Domine doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. Tunc ait dominus orationem, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, per totum. Vides quā breuis oratio, & omnium plena virtutum. Primus sermo quantē sermo gratiæ. O homo, faciem tuam non audebas ad cælum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & subito accepisti gratiam Christi. Omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo, factus es bonus filius, Ideo præsume non de operatione tua, sed de Christi gratia. Gratia enim saluati estis Apostolus ait. Non ergo hic arrogancia est, sed fides: prædicare quod acceperis, non est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te per lauacrum genuit, ad patrem qui per filium te redemit, & dic, Pater noster, Bona præsumptio, sed moderata. Patrē dicis, quasi filius, sed noli tibi aliquid specialiter vendicare. Solius Christi specialis est pater, nobis omnibus in cōmune est pater, quia illum solum genuit, nos creauit. Dic ergo & tu per gratiā, Pater noster, vt filius esse merearis ecclesiæ. Contuitu & consideratione te ipsum commenda, Pater noster qui es in cælis. Quid est in cælis? Audi scripturā dicentē, Excelsus super oēs cælos dominus. Et vbiq; habes, quod super cælos cælorū dominus sit, quasi nō in cælis

Psal. 45.   
 7 aliis, quoniam.

1. Corin. 11.

Philip. 2.

Ioan. 17.   
 Acto. 4.   
 Psal. 33.

1. Corin. 9.

Hebræ. 13.

Lucæ. 10.

Lucæ. 12.

Math. 8.

Genet.

Ioan. 13.

Lucæ. 10.

Ioan. 11.

Psal. 72.

1. Corin. 3.

Lucæ. 11.

Ephæ. 2.

Pater noster exponitur.

Psal. 116.



**G** cœlis & angeli, quasi nō in cœlis & dominationes, sed in cœlis illis, de quibus dictum est, Cœli enarrant gloriam dei. Cœlum est, vbi culpa cessauit. Cœlum est vbi flagitia non sunt. Cœlum est, vbi nullum mortis vulnus est. Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomen sanctum tuū in nobis. Quid est sanctificetur? Quasi optem<sup>o</sup> vt sanctificetur, ille qui ait, Estote sancti, quia & ego sanctus sum, quasi aliquid ei ex nostra predicatione sanctificationis accedat. Non. Sed sanctificetur in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen sanctum tuum in nobis, adueniat regnum tuum. Quasi nō sempiternum sit dei regnū, ipse dominus dicit, Ego in hoc natus sum, & tu dicis, pater veniat regnum tuum, quasi non venerit. Sed tunc venit regnum dei, quando estis gratiā eius consequuti. Ipse enim ait, Regnum dei intra vos est. Veniat regnum tuū, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Sāguine Christi pacificata sunt omnia, vel in cœlo, vel in terra. Sanctificatum est cœlum, deiectus est diabolus. Ibi versatur, vbi & homo quem ille decepit. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: I hoc est sit pax in terra, quemadmodum in cœlo, Panem nostrum quotidianū da nobis hodie. Memini sermonis mei, Cum de sacramētis tractarem, dixi vobis, quōd ante verba Christi quod offertur panis dicatur, vbi Christi verba deprōpta fuerint, iā non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum. Panem quidem dixit, sed *επιτοπιον* dixit, hoc est, supersubstantialē. Nō iste panis qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Ideo ergo Græce *επιτοπιον* dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quia Græci dicunt *aduenientem*. Ergo quod Latinus dixit & Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno sermone significauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quæ iam modū Græci in Oriente facere cōsueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annū accipere. Quō modo sanctus Iob quotidie pro filiis offerebat sacrificium, ne forte aliquid vel in corde vel in sermone peccassent. Ergo tu audis quod quotiescunque offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini, eleuatio domini significetur & remissio peccatorum, & panem istum vitæ nostræ quotidianum non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est cœlestē & venerabile sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est, Tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie est, quando Christus resurgit. Heri & hodie ipse est, Paulus Apostolus ait, Sed alibi dicit, Nox præcessit, dies appropinquauit. Nox hesternā præcessit, dies hodiernus appropinquauit. Sequitur, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitum quid est, nisi peccatum? Ergo si nō accepisses alieni fenoris pecuniam, non egeres, & ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecuniā cum qua diues nascereris. Diues eras, ad imaginem dei & similitudinem factus, perdidisti quod habebas, hoc est, humilitatē. Dum arrogantia desideras vendicare, perdidisti pecuniā. Sicut Adam nudus es factus, accepisti a diabolo debitum, quod nō erat necessariū. Et ideo qui eras liber in Chri-

sto, debitor factus es diabolo. Cautionem tuam tenebat inimicus, sed eam dominus crucifixit, & suo cruore diluit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Bene ergo ait, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas. Quomodo ego dimitto, sic & tu dimitte mihi. Si dimiseris, bene conuenis vt dimittatur tibi. Si nō dimittis, quomodo eum conuenis? Et ne patiaris nos induci in tētionem, quam ferre non possumus, sed libera nos a malo. Vide quid dicat, Quam ferre non possumus. Nō dicit, non inducas nos in tētionem, sed quasi athleta talem vult tētionem quā ferre possit humana conditio, & vnusquisq; vt a malo, hoc est, ab inimico, & a peccato liberetur. Potens est autē dominus qui abstulit peccatū vestrū, & delicta vestra donauit, tueri & custodire vos aduersum diaboli aduersantis insidias, vt non vobis obrepat in inimicū qui culpā generare consuevit. Sed qui deo se cōmittit, diabolum non timet, Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Ipsi ergo gloria a seculis nūc & semper, & in omnia secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Quis uestrum habet amicum, & ibi ad illum media nocte & cetera. Sermo. XXXIX.

**A**udiuimus nos exhortatum dominum nostrū cœlestem magistrū & fidelissimum cōsiliariū, eundē hortatorem, vt petamus & datorē cūpetimus. Audiuimus enim in Euangelio hortantem nos eum petere instāter & pulsare vique ad similitudinem improbitatis. Proposuit enim nobis exempli gratia, si quis vestrū haberet amicum, a quo nocte peteret tres panes, cum illi amicus de via venisset, & quod ei apponeret non haberet. Si autem ille responderet iam se requiescere & seruos suos secum, nec debere illius precibus inquietari, pulsando ille instet & perseueret, nec pulsare tēterritus abscedat, sed necessitate coactus immineat, surrecturum illum, & si nō propter amicitiam, certe propter illius improbitatem, & daturum ei quantos voluerit, Quantos autē voluerit? Nihil plus ille voluit quā tres. In hac ergo similitudine adiunxit hortationem dominus, & omnino stimulat nos querere, petere, pulsare, donec accipiamus quod petimus, quod quærimus, quod pulsamus, vñs exemplo a contrario: sicut de illo iudice qui nec deum timebat, nec homines reuerbatur, & tamen cum eum quadam vidualia interpellaret quotidie, tēdio victus dedit quod nō beneficio potuit inuitus. Dominus autem noster Iesus Christus inter nos petitor, cum patre dator, non vti que nos tantū hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia, plus vult ille dare quā nos accipere. Plus vult ille misereri, quā nos a miseria liberari, & vti que si non liberati fuerimus, nos miseri remanebimus. Nam ille quod nos hortatur, propter nos hortatur. Enigilemus, & hortanti credamus, promittētī obsequamur vt ad dantem gaudeamus. Fortassis enim & nobis aliquādo venit amicus de via, & non inuenimus quod ei apponeremus, & necessitatem passi sumus, & accepimus & nobis & illi. Fieri enim non potest, nisi vt aliquis passus fuerit amicum aliquid interrogantē quod respondere non possit, & tunc se inuenit non habere quando coactus est dare. Venit amicus tibi de via, id est, de vita huius seculi, in qua omnes velut peregrini transeunt, nec vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur. Refectus trans, age iter, da venturo locū. Aut forte de via mala, hoc est, de vita mala fatigat<sup>o</sup> beneficio quis amicus tuus, nō inueniēs veritatē, qua audita & percepta

**A** percepta beatus fiat, sed lassatus in omni cupiditate & egestate seculi, venit ad te tanquā ad Christianū, & dicit, Redde mihi rationē, Fac me Christianum. Et interrogat forte quod tu per simplicitatem fidei nesciebas, Et non est vnde reficias esurientem, & te admodum inuenis indigentem, & cum vis docere aliquē, cogis discere. Et dū erubescis eum qui te interrogauit, quod quærebat non in te inueniens, cōpelleris querere vt merearis inuenire. Et vbi quaras? Vbi, nisi in dominicis libris? Fortassis quod ille interrogauit, in libro positum est, sed obscurū est. Forte dixit hoc Apostolus in epistola sua. Sic dicit, vt intelligere possis, aut intelligere non possis, tē transire non permitteris. Vrgit enim interrogator, ipsum Paulum aut Petrū, aut aliquē Prophetam interrogare non sineris. Iam enim requiescit familia ista cum domino suo, & seculi huius ignorātia valida est: hoc est, nox media, & vrgit amicus esuriens. Tibi forte sufficiebat simplex fides, illi non sufficit, Nūquid deserendus est? Nunquid de domo proiciendus est? Ergo ad ipsum dominum, ad ipsum cum quo familia requiescit, pulsa orando, pete, insta. Non quomodo amicus ille in similitudine positus tēdio victus, surgit & dabit, Dare vult, tu pulsans nondū accepisti, pulsa, dare vult. Et quod dare vult differt, vt amplius desideres dilatatum, ne vilescat cito datum. Cū autem perueneris ad tres panes: hoc est, ad cibum & intelligentiam trinitatis, habes & vnde viuas, & vnde pascas. Ne peregrinū venientem de via reformides, sed excipiendo ciuē domesticum facies, nec timeas ne finias. Non panis ille finiatur, sed indigentiam tuam finiet, Panis est, & panis est, & panis est, deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus. Aeternus pater, coeternus filius, coeternus spiritus sanctus. Incommutabilis pater, incommutabilis filius, incommutabilis spiritus sanctus. Creator & pater, & filius, & spiritus sanctus. Pastor, & vitæ dator, pater, & filius, & spiritus sanctus. Cibis & panis æternus, & pater, & filius, & spiritus sanctus. Disce & doce, viue & pascere. Deus qui tibi dat, nihil melius quā se tibi dat. Auare quid aliud quærebas? Aut si aliud petas, quid tibi sufficit, cui deus non sufficit? Sed opus est vt habeas charitatem, habeas fidem, habeas spem, vt possit tibi dulcedine esse quod datur. Et hæc ipsa tria sunt, fides, spes, charitas. Et hæc ipsa dona dei sunt. Nam fidem ab ipso accepimus, sicut deus, inquit, vnicique partitus est mensuram fidei. Et spem ab ipso accepimus, cum dicitur, In quo spem dedisti mihi. Et charitatem ab ipso accepimus, de qua dicitur, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed hæc omnia itidem aliquantulum diuersa, sed omnia dei dona. Manent enim tria hæc, fides, spes, charitas. Maior autem horum est charitas, in illis panibus non est dictus aliquis panis maior aliis, sed simpliciter petite, & dat tres panes. Ecce alia tria. Quis est vestrum, a quo petit filius suus panem, nūquid lapidem porriget ei? Aut quis est vestrum a quo petit piscem, nūquid serpentem porriget ei? Aut a quo petit ouum, nūquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum fitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de cœlo tē dabit bona petentibus se? Tria ergo rursum ista consideremus, ne forte ibi sint illa tria, fides, spes, charitas. Maior autem horū est charitas, pone ergo tria, panem, piscem, ouum. Maior horum panis, Ideo panem bene intelligimus in his tribus charitatē. Propterea pani lapidem opposuit, quia duritia cōtraria est charitati. Piscem, fidem intelligamus. Dixit quidam

sanctus, & nos dicere delectat, Piscis bonus, pia est fides. Vniuit inter fluctus, nec frangitur aut soluitur fluctibus. Vniuit inter tentationes tempestatesque huius seculi, pia fides. Sequit mundus, & integra est. Tantum contrarium fidei serpentem illum oblerua. In fide enim desponsata est illa, cui dicitur in Canticis canticorū, Veni de Libano sponsa mea, veniens & pertransiens ab initio fidei. Ideo & desponsata, quia & desponsatis tē initio fides est. Promittitur enim ab ipso aliquid, & promissa fide detinetur. Opposuit autem dominus serpentē pisci, diabolū fidei. Propterea desponsata huic dicit Apostolus, Desponsaui vos vni viro, virginē castam exhibere Christo. Et timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic & vestri sensus corrūpantur a castitate quæ est in Christo, id est, quæ est in fide Christi. Habitare enim, inquit, Christū per fidem in cordibus vestris, Diabolus ergo non corrumpat fidem, ne deuoret piscem. Restat spes, quæ, quantum mihi videtur, ouo comparatur. Spes enim nondum peruenit ad rem, Et ouū est aliquid, sed nondum est pullus. Quadrupes ergo parit filios, aues autem spem filiorum. Spes ergo ad hoc nos hortatur, vt præsentia contēnamus, futura expectemus, ea que retro sunt obliuiscens, cum Apostolo in anteriora extendamur. Sic enim dicit, Vnum autē quæ retro oblitus in ea quæ antē sunt extentus, secundum intētionem sequor ad palmā supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Nihil ergo tam inimicum spei quā retro respicere, id est, in eis rebus, qua præterlabuntur & transeunt spem ponere, sed in his quæ nondū datæ sunt, sed dāde quādoque nunquam transibunt non sperare. Quando autē scatur tentationibus mundus velut pluuia Sodomæ sulphurea, metuendū est exemplum vxoris Loth. Retro enī respexit, & vbi respexit, ibi remansit. In salem conuersa est, vt prudētē condiret exemplo. Apostolus Paulus de hac spe ita loquitur, Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quod enim videt quis, quid sperat? Ouum est. Est ouum, & nondum pullus est, & testudine tectum est, non videtur quia operitur, cum patientia expectetur, feruescat vt viuescat. Intende extendere in anteriora, obliuiscere præterita. Quæ enim videntur temporalia sunt. Non respicientes, inquit, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autē non videntur, æterna. In illa ergo quæ non videntur, extende spem, expecta, sustine, noli retro respicere. Ouio tuo scorpionum time. Vide quia de cauda percutit, quam retro habet, Non ergo scorpionus perimat ouum tuum, mundus iste spem tuam, vt ita dicā, veneno ouo contrario, quo cōtrario? Quanta tibi loquitur mūdus, quanta post dorsum strepit vt retro respicias? id est, vt in rebus presentibus nec presentibus, non enim dicenda sunt presentia nunquam stantia, spem tuam ponas, & ab eo quod promissit Christus & nondū dedit, sed quia fidelis est dabit, auertas animum tuum, & velis requiescere in mundo pereūte. Ideo enim deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia queratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax: & de ipsis amaritudinibus conatur mundus auertere ab eo quod intendis interiora, & retro conuertere. De ipsis amaritudinibus, de ipsis tribulationibus murmuras & dicis, Ecce pereunt omnia Christianis tēporibus. Quid strepis? Non hoc promissit mihi deus, quod ista nō peribūt, Non hoc mihi promissit Christus. Aeterna promissit æternus, si credidero, ex mortali fiā æternus. Quid stre-

De cōf. di. 2. Non iste. 4. sen. di. 12. Quid autē.

Vbi supra.

Iob. 1.

Psal. 2.

Hebræ. 13.

Roma. 13.

Debitū, peccatum.

Gen. 1.

Gen. 3.

Roma. 8.

Lucæ. 11.

Lucæ. 11.

Lucæ. 11.

Lucæ. 11.

Roma. 12.

Psal. 118.

Roma. 5.

1. Corin. 13.

Ecclesiastic. 29.

† aliās, vt legere possis, intelligere non possis & cetera.

Canti. 4.

† aliās, desponsantis.

1. Corin. 11.

Eph. 3.

Ouū, spes.

E

Philipp. 3.

Spei inimicum.

Cenci. 19.

Roma. 8.

Spes.

Philipp. 3.

1. Corin. 4.

F

**G**pis: O munde immunde, quid strepis? Quid auertere conaris? Tenere vis pericens, quid faceres si maneres? Que non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Ego si habeo spem, si teneo spem, ouum meum non est a scorpione percussum, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Felix sit mundus, euer-tatur mundus, Benedicam dominum qui fecit mundum. Benedicam profus. Secundum carnem bene sit, secundum carnem male sit, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Nam si benedico, quando bene est, & blasphemio, quando male est, suscepisti scorpionis aculeum, compunctus respexi retro.

**Iob. 1.** Quod absit a nobis. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, Manet ciuitas que nos carnaliter genuit. Deo gratias. Utinam & spiritaliter generetur, & nobiscum transeat ad aternitatem. Si manet ciuitas que nos carnaliter genuit, manet que nos spiritaliter genuit.

**Psal. 145.** Aedificans Hierusalem dominus. Nunquid dormitando edificium suum perdidit, aut non custodiendo hostes admisit? Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Et quam ciuitatem? Non dormit, nec dormitabit, qui custodit Israel. Quid est Israel, nisi semen Abraham? Quid est semen Abraham, nisi Christus? Et semini tuo, inquit, quod est Christus. Et nobis quid? Vos autem Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem heredes. In semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. Ciuitas sancta, ciuitas fidelis, ciuitas in terra peregrina, in celo fundata est. O fidelis, noli corrumpere spem, noli amittere charitatem, accinge lumbos tuos, accende, prætende lucernas tuas, expecta dominum quando veniat a nuptiis, Quid expauescis, quia pereunt regna terrena: Ideo tibi caeleste promissum est, ne cum terrenis perires. Nam ista peritura predicta sunt, predicta omnino, Non enim negare possumus, quod predictum est. Dominus tuus quem expectas, dixit tibi, Exurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Habet immutationes terrena regna. Veniet ille de quo dictum est, Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiserunt, non veritate ducti sunt, sed adulatione mentiti sunt. Poeta illorum quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis, His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Imperium sine fine dedi. Non plane ita respondet veritas. Regnum hoc, quod sine fine dedisti, in terra est an in caelo? Vtique in terra. Et si esset in caelo, caelum & terra transirent. Transirent quae fecit ipse deus, quanto citius quod condidit Romulus? Forte si vellemus hinc exagitare Virgilium, & insultare quare hoc dixerit, in parte tolleret nos, & diceret nobis, Et ego scio. Sed quid facerem qui Romanis verba vendebam, nisi hac adulatione aliquid promitterem quod falsum erat? Et tamen in hoc cautus fui, quando dixi, Imperium sine fine dedi, Iouem ipsorum induxi, qui hoc diceret, Non ex persona mea dixi rem falsam, sed Ioui imposui falsitatis personam. Sicut deus falsus erat, ita mendax vates erat. Nam vultis nosse quia ista noueram? Alio loco quando non Iouem lapidem induxi loquentem, sed ex persona mea locutus sum, dixi. Non res Romanae perituraeque regna. Vide-te quia dixi peritura regna. Dixit peritura regna, non tacuit peritura. Peritura veritate non tacuit, semper mansura adulatione promissit. Non ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis omnibus regnis. Nunc si finis est, deus videt. Forte enim nondum est, & infirmitate quadam vel misericordia, vel miseria hoc opta-

mus, vt nondum sit, nunquam tamen ideo non erit? **K** Figite spem in deum, aeterna concupiscite, aeterna expectate. Christiani estis fratres, Christiani sumus. Non ad delicias Christus in carnem descendit, toleremus potius praesentia quam diligamus, aduersorum manifesta est pernicies, prosperorum falsa blandities. Time mare, & quando mollicies est. Omnino non frustra audiamus, Sursum cor. Quid ponimus cor in terra, cum videamus quia evertitur terra? Nos non possumus nisi exhortari vos, vt habeatis quod dicatis, & quod pro spe vestra respondeatis insultatoribus, & blasphematoribus nominis Christiani. Nemo vos murmurando auertat ab expectatione futurorum, Omnes qui propter istas aduersitates blasphemant Christum nostrum, cauda scorpionis sunt. Nos ouum nostrum sub alis illius gallinae ponamus, euangelica gallina, quae clamat, Hierusalem, Hierusalem, illi falsa & perditae, quoties vultui colligere filios tuos tanquam gallina pullos suos, & noluit? Non nobis dicatur, quoties vultui & noluit. Illa enim gallina diuina sapientia est, sed assumpsit carnem vt pullis congrueret. Videte gallinam hispidam plumis, dimissis alis, voce fracta, & quassa, & laesa, & languida congruere parulis suis. Ouum ergo nostrum, id est, spem nostram sub alis illius gallinae ponamus. Animaduertistis forte, quomodo gallina concidat scorpionem. Utinam ergo & istos blasphemantes, in terra reptantes, de caernis prodeuntes, & male pungentes, illa gallina concidat & deuoret, in corpus suum traiciat, & in ouum vertat. Non irascantur, commoti videntur, sed maledicta maledictis non reddimus, Maledicimur & benedicimus, blasphemati deprecamur, Sed non dicat de Roma, dictum est de meo. Sed taceat de Roma, quasi ego insultor sim, & non potius domini deprecator, & vester qualiscunque exhortator. Absit a me vt insultem. Auertat deus a corde meo, & a dolore conscientiae meae. Ibi multos fratres non habuimus? Non adhuc habemus? Portio peregrinantis Hierusalem ciuitatis, non ibi magna degit, non ibi temporalia pertulit, sed aeterna non perdidit? Quid ergo dico cum de illa non taceo, nisi quia falsum est, quod dicunt de Christo nostro, quod ipse Romam perdidit, quod dii lapidei Romam tuebantur & lignei? Adde precium, aerei: adde plus, argenti & aurei. Idola gentium argentum & aurum. Non dixit lapides, non dixit lignum, non dixit testa, sed quod pro magno habent aurum & argentum. Tamen ipsum aurum & argentum oculos habent & non vident. Deus aureus, & deus ligneus ad precium dispareres sunt, & habere oculos & non videre pares sunt, fratres possunt. Ecce qualibus docti homines Romam custodibus commiserunt: habetibus oculos, & non videntibus. Aut si Romam seruare potuerunt, quare ipsi ante perierunt? Inquiunt, tunc peritit Roma. Tamen perierunt? Non, inquit, ipsi perierunt, sed simulacra eorum. Quomodo ergo custodirent tecta vestra qui non potuerunt custodire simulacra sua? Alexandria olim tales deos perdidit, Constantinopolis ex quo condita est in magnam ciuitatem, quoniam a Christiano imperatore condita est, olim deos ipsos falsos perdidit, & tamen creuit, & crescit, & manet. Quamdiu vult deus manet. Non & illi ciuitati quia hoc dicimus, aternitatem promittimus. Carthago in nomine Christi manet, & olim euerfa est a scelestis, quia non fuit caelestis, sed terrestis. Et illud quod dicunt non est verum, quia diis perditis Roma capta est, afflicta est. Prorsus non est verum, ante simulacra ipsa euerfa sunt, & sic victi sunt Gothi cum Rhadagaifo.

f alia, tran-  
quillum.

Math. 23.

L

1. Corin. 4.

Psal. 115.

M

Memen-

**A** Mementote fratres, mementote, non est longum, pauci anni sunt, recordamini. Eueris in vrbe Roma oibus simulacris, Rhadagaifus rex Gothorum cum ingenti exercitu, multo numerosiore quam Halarici fuit, venit, Paganus homo erat Rhadagaifus, Ioui sacrificabat quotidie. Nunciabatur vbiq; sacrificiis non desisteret Rhadagaifus. Tunc omnes isti, Ecce nos non sacrificamus, ille sacrificat, vinci habemus a sacrificante, quibus non licet sacrificare. Deus ostendens quia non in istis sacrificiis est ipsa temporalis salus, ipsa regna terrena, victus est, Rhadagaifus adiuuante domino miro modo. Postea venerunt Gothi non sacrificantes, & si fide Christiana non catholici, tamen idolis inimici venerunt, idolis aduersantes, & ipsi si ceperunt. Vicerunt de idolis praesumentes, & perditae idola adhuc querentes, & perditos adhuc sacrificare cupientes, sed ibi erant & nostri, & afflicti sunt, sed nouerunt dicere, Benedicam dominum in omni tempore. Afflicti sunt in regno terreno, sed regnum caelorum non perdidit, immo ad illud capiendum exercitatione tribulationum meliores effecti sunt. Et si in tribulationibus non blasphemauerunt, tanquam integra vasa de fornace exierunt, **B** & dominica benedictione repleti sunt. Isti autem blasphematores, terrena festantes, terrena desiderantes in terrenis spe ponentes, cum ista velint nolint perdidit, quid tenebunt? Vbi remanebunt? Foris nihil, intus nihil, inanis arca, inanis conscientia, Vbi requies? Vbi salus? Vbi spes? Veniat ergo, desinat blasphemare, discat adorare, scorpionem pungentes a gallina comedatur, in corpus traiciatis conuertatur, in terra exerceatur, in caelo coronent.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Nunc vos pharisaei quod foris est paropisidii lauitis, & cetera. Sermo. XXX.*

**A** Vidistis sanctum Euangelium, quomodo dominus Iesus in eo quod Pharisaeis dicebat, suos vtrique discipulos commonebat, ne in corporis mundatione putarent esse iustitiam. Omnidie enim pharisaei antequam pranderent abluabant se aqua quasi quotidiana lauitio possit cordis esse mundatio. Denique quales tales essent ostendit. Ille dicebat qui videbat, non enim tantum facies eorum, sed etiam interiora cernebat. Denique vt hoc sciatis, ille pharisaeus cui respondit Christus, apud seipsum cogitauit, voce non sonuit, & ille tamen audiuit. Apud se enim reprehendit dominum Christum, quia sic venit ad conuiuium eius non lotus. Ille cogitabat, hic audiebat, ideo respondebat. Quid ergo respondit? Nunc vos pharisaei quod foris est paropisidii lauitis, intus autem pleni estis dolo & rapina. O venire ad prandium, quomodo pepercit homini a quo fuerat inuitatus? Magis obiurgado pepercit, vt cor recto in iudicio parceret. Deinde quid ostendit nobis? Quia & baptismum quod semel adhibetur, per fidem mundat. Fides autem intus est, non foris. Vnde dicitur & legitur in Actibus Apostolorum, Fide mundans corda eorum. Et apostolus Petrus in epistola sua ita loquitur, Sic, inquit, & nobis dedit similitudinem de arca Noe quomodo octo animae saluae factae sunt per aquam. Et ad iunxit, Sic & vos simili forma baptismi saluos faciet, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio inter deum. Hanc conscientiae bonae interrogationem pharisaei contemnebant, & quod erat foris lauebant, intus inquinatissimi permanebant. Et quid eis ait postea? Veritatem date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. (Laudata est eleemosyna, facite & probate, Sed paulisper attendite quod pharisaeis dictum est. Pharisaei isti Iudei erant, quasi egregij Iudeorum, Tomus decimus.

De chil. dei lib. 1.

Psal. 13.

Luc. 11.

In corporis mundatione nulla est iustitia.

Luc. 11.

Baptisma.

Act. 15.

1. Petr. 3.

Nobiliore enim atque doctiores tunc pharisaei vocabantur, Baptismo Christi abluti non erant, in Christum filium dei unigenitum qui inter illos ambulabat, & ab eis non agnoscebatur, nondum crederant. Quomodo eis dicit, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis? Si audirent illum pharisaei, & darent eleemosynas, iam secundum verbum eius munda illis essent omnia, quid opus erat vt crederent in eo? Si autem mundari non possent, nisi credentes in eum qui fide mundat cor, quid est, date eleemosynas, & ecce omnia munda sunt vobis? Attendamus, & forte ipse exponit. Cum haec dixisset, sine dubio cogitauerunt illi qui dabant eleemosynas. Et quomodo dabat? Omnia sua decimabant, de omnibus fructibus suis decimam partem detrahebant, & ipsam dabant. Non facile hoc facit aliquis Christianus. Ecce quod faciebant Iudei, Non triticum suum, sed oleum & vinum neque hoc solum, sed etiam & res contemptibiles propter preceptum dei, cimum, rutam, mentam, & anetum totum decimabant, id est, decimam partem detrahebant, & eleemosynas dabant, Credo ergo quia reuocauerunt ad se, & putauerunt dominum Christum inaniter loqui, quasi eis qui non facerent eleemosynas, cum ipsi scirent opera sua, quod & minutissima, & contemptibilia fructuum suorum decimabant, & eleemosynas dabant, irriserunt illum apud se talia dicentem, quasi hominibus qui eleemosynas non facerent. Hoc dominus sciens, continuo subiunxit, Veruntamen vobis scribere & pharisaei, qui decimatis mentam, cimum & rutam, & omne olus, Vt sciatis, noui eleemosynas vestras. Certe istae sunt eleemosynae vestrae, istae sunt decime, etiam minuta quaeque & contemptibilia fructuum vestrorum decimatis. Et relinquitis grauiora legis, iudicium & charitatem. Attendite. Reliquistis iudicium & charitatem, & decimatis olera. Non est hoc facere eleemosynam. Et haec, inquit, oportet facere, & illa non omittite, Quae facere iudicium & charitatem, iustitiam & misericordiam, & illa non omittite. Facite illa, sed ista preponite. Si haec ita sunt, quid est quod illis dixit. Facite eleemosynas, & ecce omnia munda sunt vobis? Quid est, facite eleemosynam? Facite misericordiam. Quid est, facite misericordiam? Si intelligis, a te incipe. Quomodo enim est misericors alteri, si crudelis sis tibi? Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Facite veram eleemosynam, Quid est eleemosyna? Misericordia. Audi scripturam, Miserere anime tuae placens deo, Fac eleemosynam, miserere anime tuae placens deo. Mendicat a te anima tua, redi ad conscientiam tuam. Quicumque male viuis, quicumque infideliter viuis, redi ad conscientiam, & ibi inuenis mendicantem animam tuam, inuenis egetem, inuenis pauperem, inuenis erumnosam, inuenis forte nec egentem, sed egestate obmutescentem, Nam si mendicat, esurit iustitiam. Quando inuenieris animam tuam talem, intus in corde tuo sunt illa. Fac prius eleemosynam da illi panem. Quem panem? Si Pharisaeus interrogaret, diceret illi dominus, Fac eleemosynam cum anima tua. Hoc enim illi dixit, sed ille non intellexit, quando illis enarrauit eleemosynas quas faciebant, & putabant latere Christum, & ait illis, Noui quid facitis, decimatis mentam & anetum, cimum & rutam. Sed ego alias eleemosynas loquor, Contemnitis iudicium & charitatem. In iudicio & charitate fac eleemosynam cum anima tua. Quid est iudicium? Respice & inueni, displice tibi, pronuncia in te. Et quid est charitas? Dilige dominum in toto corde tuo, & tota anima tua, & tota mente tua, Dilige proximum d. iij. tanquam

Luc. 11. Eleemosynas

E

F

Eccl. 30.

Math. 23.

**G** tanquam te ipsum, & fecisti misericordiam prius cum anima tua, in conscientia tua. Hanc autem elemosynam si pratermittis, de quanto vis dona, quantum vis retrahere de fructibus tuis, non decimas sed dimidias: novem partes da, & vnam tibi dimitte: nihil facis, quando tecum non facis, & tecum pauper es. Anima tua vescatur, ne fame pereat. Da illi panem. Quem panem, inquit? Ipse tecum loquitur. Tu si audires, & intelligeres, & crederes dominum, ipse tibi diceret, Ego sum panis viuus, qui descendi de caelo. Nonne istum panem primum dares anima tua, & faceres cum illa elemosynam? Si ergo credis, facere debes, vt prius pascas animam tuam. Crede in Christum, & mundabuntur quae intus sunt, & quae foris sunt munda erunt. Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde, & quantum potest puritas nostra, maximas atque veras gratias agamus, precantes toto animo singularem manifestationem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducatur, per Iesum Christum filium suum.

*De arbore ficulnea, quae per triennium fructum non afferebat: & de muliere, quae decem & octo annos habebat in infirmitate, in Euangelio secundum eundem: Sermo. XXXI.*

**D**e arbore ficulnea, quae triennium habebat, & fructum non afferebat, & de muliere quae decem & octo annos habebat in infirmitate, quod dominus donauerit audite. Arbor ficulnea genus humanum est. Triennium autem tria sunt tempora, vnum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Non est autem importunum, vt arbor ficulnea intelligatur genus humanum. Primus enim homo quando peccauit, foliis ficulneis pudenda velauit. Haec velauit, vnde nati sumus, membra. Quae enim ante peccatum fuerat gloriosa, post peccatum pudenda sunt facta. Denique antea nudi erant, & non confundebantur. Non enim erat vnde erubescerent, quando peccatum non precesserat, nec poterant de sui creatoris operibus erubescere, qui operibus sui creatoris bonis nullum adhuc malum opus suum miscuerant, Nondum enim manducauerant de ligno scientiae boni & mali, vnde manducare prohibiti erant. Postea ergo quam manducauerunt & peccauerunt, natum est de illis genus humanum, id est, homo de homine, obnoxius de debitore, mortalis de mortali, peccator de peccatore. Hos ergo appellat in hac arbore, qui per omne tempus fructum dare noluerunt, & propter hoc imminere securis radicibus arboris infructuosae. Intercedit colonus, differtur supplicium, vt adhibeatur auxilium. Qui autem intercedit colonus, est omnis sanctus, qui intra ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam. Et quid orat? Domine dimitte illam & hoc anno, id est, tempore isto sub gratia, parce peccatoribus, parce infidelibus, parce sterilibus, parce infructuosis. Circumfodio eam, & adhibeo cophinum stercoreis. Si fecerit fructum, bene, sin autem minus, venies & amputabis eam. Venies, quando? In iudicio venies, quando veterus es iudicare viuos & mortuos, Interim modo parcutur. Quid est autem fossa, quid est circumfodere, nisi humilitatem, poenitentiam & patientiam docere? Fossa enim humilis terra est. Cophinum stercoreis, in bono intellige, Sordes sunt, sed fructum dant. Sordes cultoris, dolor est peccatoris. Qui agunt poenitentiam,

in sordibus agunt, si tamen intelligant, & veraciter agunt. Huic ergo arbori dicitur, Agite poenitentiam, appropinquabit enim regnum caelorum. Quid illa mulier decem & octo annos habens in infirmitate? Sex diebus deo perfecit opera sua. Ter seni, decem & octo facit. Quod ergo significauit triennium in arbore, hoc decem & octo anni in illa muliere. Curua erat, & sursum aspicere non poterat, quia sursum cor, sine causa audiebat. Sed erexit eam dominus. Est ergo spes, sed filius, Quousque veniat dies iudicij, multum sibi dat homo. Et quid est homo? Iustus homo, magnum aliquid est homo, sed tamen iustus homo. Gratia dei iustus est homo. Nam quid est homo, nisi quod memor es eius? Vis videre quid est homo? Omnis homo mendax. Cantauimus, Exurge domine, non praeualeat homo. Quid est, non praeualeat homo? Nonne Apostoli erant homines? Nonne martyres homines erant? Ipse dominus Iesus deus esse non desistens, homo esse dignatus est. Quid est ergo? Exurge domine, non praeualeat homo? Si omnis homo mendax, exurge veritas, non praeualeat falsitas. Homo ergo, si vult esse aliquid boni, non sit de suo proprio. Si enim de suo esse voluerit, mendax erit. Si verax esse voluerit, de dei, non de suo erit. Exurge ergo domine, non praeualeat homo. Tantum valuit mendacium ante diluuium, vt post diluuium octo remansissent homines. Per ipsos terra rursum impleta est hominibus mendacibus, & electus est populus dei. Facta sunt miracula multa, praerogata diuina beneficia. Ad terram promissionis perductus est, ab Aegyptiorum seruitute liberatus, Propheta in illo excitati sunt, Templum accepit, sacerdotium accepit, venerationem accepit, legem accepit. Sed de ipso postea dictum est, Filij alieni mentiri sunt mihi. Ad extremum missus est ille per prophetas ante promissus, Non praeualeat homo, vel quia deus factus est homo, sed etiam ipse faciens diuina contemptus est, praestans tam multa beneficia pressus est, flagellatus est, suspensus est. Huc vsque praeualuit homo dei filium prendere, dei filium flagellare, dei filium spinis coronare, dei filium ligno suspendere. Tantum praeualuit homo. Sed quousque, nisi quousque de ligno depositus, positus est in sepulchro? Si ibi remansisset, vere homo praeualuisset. Sed Propheta iste etiam ipsum dominum Iesum alloquitur, dicens, Exurge domine, non praeualeat homo. Domine in carne venire dignatus, verbum caro factus, verbum super nos, caro inter nos, verbum caro inter deum & hominem, virginem vnde nascereris secundum carnem elegisti, virginem concipiendus inuenisti, natus virginem reliquisti, sed non agnoscebaris. Apparebas & latebas. Apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum factum est, vt sanguinem funderes, quod est precium nostrum, Fecisti miracula tanta, valentibus agrotorum sanitatem tribuisti, beneficia multa praestitisti, & recepisti mala pro bonis. Insultatum est tibi, pependisti in ligno, agitatam est ante te caput ab impiis, & dictum est, Si filius dei es, descende de cruce. Ita ne tu perdideras potentiam, an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi insultauerunt, & tamen illi riserunt, tamen illi te occiso quasi victores discesserunt. Ecce in sepulchro iaces, Exurge domine, non praeualeat homo. Non praeualeat impius inimicus, non praeualeat caecus Iudeus. Cum enim crucifigeris, praeualuisse sibi visus est Iudeus caecus. Exurge domine, non praeualeat homo. Factus est, oino factus est, Et quid restat, nisi vt iudicetur gētes in conspectu tuo? Resurrexit enim, sicut nobis ascendit in caelum, ide vtetur est iudicare viuos & mortuos, Eia

**K**  
Matt. 3.  
Luc. 13.  
Mulier habens decem & octo annos in infirmitate.

Psal. 5.

Psal. 117.  
Psal. 9.

L. 1. Petri. 3.

Psal. 17.

Ioan. 1.  
**M**

Matth. 27.

Psal. 44.

Roma. 11.

Matth. 6.

Matth. 25.

Matth. 3.

Luc. 13.

Luc. 13.

Gene. 9.

Psal. 134.

Luc. 13.

**A** Eia arbor infructuosa, non derideas quia parcitur tibi, dilata est securis, noli esse secuta, veniet, & amputaberis. Crede quia venturus est. Ista omnia quae vides non erant, Christianus populus toto orbe terrarum aliquando non erant. In propheta legebatur, in terra non videbatur, modo autem & legitur & videtur. Ipsa Ecclesia sic est completa. Non ei dictum est, Vide filia & audis, sed, audi & vide. Audi praedicta, vide completa. Quomodo ergo fratres charissimi non erat Christus natus de virgine, promissus est, & natus est, Non fecerat miracula, promissa sunt & fecit, Nondum erat passus, promissum est & factum est, Non resurrexerat, praedictum est & impletum est, Nomen eius per totum mundum non erat, praedictum est & impletum est, idola deleta & fracta non erant, praedictum est & impletum est, Haeretici impugnantes ecclesiam non erant, praedictum est & impletum est. Sic & dies iudicij nodum est, sed quia praedictum est, implebitur. An fieri potest vt qui in tantis verax apparuit, de die iudicij mendax sit? Promissorum suorum nobis chirographum fecit. Non debendo, sed promittendo debitorem se deus fecit, id est, non mutuo accipiendo. Non possumus ergo ei dicere, Redde quod accepisti, Quoniam quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non possumus dicere, Redde quod accepisti, sed plane dicimus, Redde quod promissisti. Inde nanteque est quod audemus dicere quotidie, Adueniat regnum tuum: vt adueniente regno eius, & nos cum illo regnemus. Quod nobis in his verbis promissum est, Tunc dicam illis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Sed plane, si fecerimus quod ibi sequitur, Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. Promisit patribus nostris, sed cautionem fecit quam legeremus & nos. Si faciat nobiscum rationem qui dignatus est facere cautionem, & dicat, legite debita mea, hoc est, debita promissionum mearum, & computate quae reddidi, computate etiam quae debeo, ecce quam multa reddidi, modicum est quod debeo: pro modico quod restat, infidelem me promissorem esse putabitis? quid respondemus contra manifestissimam veritatem? Ergo qui sterilis est agat poenitentiam, & faciat fructum dignum poenitentiae. Qui curuus est, vt terram intueatur, terrena felicitate latatur, istam solam putat esse vitam beatam vbi beatus esse possit, aliam non credit: Quicumque tam curuus est erigatur, si per seipsum non potest, innocet dominum. Nunquid enim & mulier illa per seipsam erecta est? Vix illi esset, si manum ille non porrexisset.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Domine si pauci sunt qui saluantur? Et quomodo per angustam portam pauci intrant. Sermo. XXXII.*

**R**ia lata farinae de quibus dominus loquebatur, genus humanum est. Recolite diluuium, vnde ceteri repararentur, tres remanserunt. Tres filios habebat Noe, de ipsis reparatum est genus humanum. Mulier illa sancta quae abscondit fermentum, sapientia est, Ecce clamat orbis totus in ecclesia dei: Ego cognoui quia magnus est dominus. Certe pauci sunt qui saluantur. Recolitis quaestionem ex Euangelio nobis modo propositam? Domine, dictum est, si pauci sunt qui saluantur? Dominus ad hoc quid? Non ait, Non pauci, sed multi sunt qui saluantur. Non hoc dixit. Sed quid dixit? Cum audisset, si pauci sunt qui saluantur: Contendite, inquit, intrare per angustam portam. Quamodo audis ergo, Pauci sunt qui saluantur, confirmatum dominus quod audiuit, & inquires, Per angustam portam Tomus decimus.

pauci intrant: alio loco ipse hoc ait, Arcta via est & angusta quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per illam. Lata autem & spaciola est via quae ducit ad interitum, & multi sunt qui ambulat per eam. Quid gaudemus ad multitudines? Audite me pauci, Scio quia multi auditis & pauci obauditis. Aream video, & grana quero. Et vix videtur grana quando area tritatur, sed venturum est vt ventiletur. Pauci ergo qui saluantur in comparatione multorum periturorum. Nam ipsi pauci magnam massam facturi sunt, cum venerit ventilator ferens ventilabrum in manu sua, & misedabit aream suam, frumenta recondet in horreo, paleam autem comburet igni inextinguibili. Non subfannet palea granum, hoc verum loquitur, neminem fallit. Estote ergo inter multos multi, sed in comparatione quorundam multorum pauci. Tanta massa processura est de hac area, vt impleat horreum caeli. Non enim cograrius sibi esset dominus Iesus, qui dixit, Pauci sunt qui intrant per angustam portam, multi per latam viam pereunt: Contrarius sibi esset qui alio loco dixit, Multi ab Oriente & Occidente veniet. Multi certe & pauci, & pauci & multi. Alij ergo pauci, alij multi? Non. Sed ipsi pauci qui multi, Pauci in comparatione multorum perditorum, multi in societate angelorum. Audite charissimi, Apocalypsis hoc scriptum habet, Post haec vidi ex omni lingua & gente & tribu venientes cum stolis albis & palmis multitudinem quam nemo dinumerare potest. Haec est massa sanctorum, Quanto clariore voce dictura est area ventilata, a turba impiorum & malorum falforumque Christianorum segregata, ad ignes aeternos separatis his qui premunt non tangunt: Mulier enim quadam fimbriam tangebatur, turba Christum premebat. Segregatis ergo omnibus damnatis, massa purgata stans ad dexteram, nullum sibi misceri timens malorum, nullum timens perdere bonorum, regnaturum cum Christo, quanta fiducia dictura est, Ego cognoui quia magnus est dominus? Si ergo fratres mei granis loquor, si agnoscunt quod dico praedestinati in vitam aeternam, operibus loquantur non vocibus. Cogimur loqui vobis quod non debui-mus. Inuenire enim in vobis debuimus quod laudare-mus, non querere quod admoneremus. Ecce tamē breuiter dico, non immoror, Agnoscite hospitalitatem, per quam peruentum est ad dominum: Suscipite hospitem, cuius & tu es comes in via, quia oēs peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui & in domo sua, & in patria sua peregrinum se esse cognoscit, Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nam vnusquisque hic & in domo sua hospes est. Si non est hospes, non inde transeat. Si transiturus est, hospes est. Non se fallat, hospes est, Velit nolit, hospes est. sed dimittit illam domum filiis suis, hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses, non alio veniente discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locum pater tuus, cessurus es locum filiis tuis, Nec masculus manes, nec masculis relinquis. Si omnes transierimus, aliquid quod transire non potest operemur, vt cum transierimus & illud venerimus, vnde non transierimus, opera nostra bona ibi inueniamus. Custos est Christus. Quid times ne perdas quod erogas? Couersi ad dominum. Et post sermonem quod nouit charitas vestra suggerim. Dies anniuersarius ordinatiois domini senis Aurelij castinus illucefcit, rogat & admonet per humilitatem meam charitatem vestram, vt ad basilicam Faustae deuotissime venire dignemini.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam fecit cenam magnam & cetera. Sermo. XXXIII.*



**G**estiones sanctę propõsitę sunt, & quas audiamus, & de quibus aliquid sermonis adiunãt domino proferamus. In lectione apostolica gratię aguntur deo de fide gentium, utique ideo quia ipse fecit: In Psalmo diximus, Deus virtutem conuertit nos, & ostendit faciem tuam & salu erimus. In Evangelio, ad cœnam vocati sumus, imò alij vocati, nos non vocati sed ducti: Non solum ducti, sed etiam coacti. Sic enim audiuius, quia Homo quidã fecit cœnam magnã. ) Quis est iste homo, nisi mediator dei & hominum, homo Christus Iesus? Misit vt venirent inuitati, quia hora iam erat vt veniret. ) Qui sunt inuitati qui inuitati, nisi per premissos vocati pphetas? Quia olim ex quo mittuntur prophete & inuitant ad cœnam Christi: Mittuntur ergo ad populu Israë. Sepe missi sunt, sepe vocauerunt vt ad horam cœnę venirent. Illi autem inuitates acceperunt, cœnam repudiauerunt. ) Prophetas legerunt, & Christu occiderunt. Sed quando occiderunt, tunc nobis cœnam nescientes preparauerunt, Parata iã cœna immolata Christo, post resurrectionem Christi commendata quam sciunt fideles cœna domini, eiusq; manibus & ore firmata, missi sũt Apostoli ad quos missi antẽ fuerant prophete. Venite ad cœnam. Excusauerunt qui venire noluerunt, Quomodo? Tres fuerunt excusationes, Vnus dixit, Villam emi, eo videre illam, habe me excusatum. Alius dixit, Iuga bouum emi quinque, ea volo probare, habe me excusatum. Tertius dixit, vxorem duxi, habe me excusatum non possum venire. ) Putamus non istę sunt excusationes que impediunt omnes homines, qui ad istam cœnam venire detrectant? Queramus eas, discutiamus, inueniamus, sed vt caueamus. In villa emptam dominatio notatur, ergo superbia castigatur: Habere enim villam, tenere, possidere, homines sibi in illa subdere & dominari delectat, Vitium malum, vitium primum. Primus enim homo dominari voluit, qui dominum habere noluit. Quid est dominari, nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas, illi subdamur vt tuti esse valeamus. Villam emi, habe me excusatum. Inuenta superbia, venire noluit: alius dixit, Quinque iuga bouum emi: Nõne sufficeret boues emi? Aliquid proculdubio est quod nos ad querendum & intelligendum obscuritate sui prouocat. Et quia claudum est, vt pulsemus hortatur. Quinque iuga bouum, sensus huius carnis quinque numerantur. Sensus carnis huius, quod omnibus notum est, & qui forte non aduertunt, commoniti sine dubio recognoscunt. Sensus ergo carnis huius quinque inueniuntur, In oculis visus est, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustus in faucibus, tactus in omnibus membris. Alba & nigra & quomodo colorata, lucida & obscura sentimus videndo. Rauca & canora, audiendo sentimus. Suaue o-lentia & graue olentia, odorando sentimus. Dulcia & amara, gustando sentimus. Dura & mollia, lenia & aspera, calida & frigida, graua & leuia, tangendo sentimus. Quinque sunt & iuga sunt, Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilius apparet. Duo sunt oculi, due sunt aures, gemine nares. Ecce tria iuga. In faucibus, id est, sensu gustandi, geminatio quedam inuenitur, quia nihil gustando sapit nisi lingua & palato tangatur. Voluptas carnis que ad tactum pertinet in occultis geminatur. Est enim & forinsecus & intrinsecus, ergo & ipsa gemina est. Quare bouum dicuntur iuga? Quia per sensus istos carnis terrena requiruntur. Boues enim terram versant. Sũt autem homines remoti a fide, terrenis de-

ditibus carnalibus occupati, nolunt credere aliquid nisi ad quod sui corporis sensu quinque partito perueniunt. In eis quinque sensibus totius voluntatis sibi regulas ponunt, Nõ, inquit, credo ego, nisi quod video. Ecce quod noui, ecce quod scio. Album est, nigrum est, rotundum est, quadratum est, sic vel sic coloratum est, noui, sentio, teneo, natura ipsa me docet. Nõ cogor credere, quod mihi non potes ostendere. Vox est, sentio, quia vox est. Bene cantat, male cantat, suavis est, rauca est, noui, scio peruenit ad me. Bene olet, male olet, scio, sentio. Hoc dulce est, hoc amarum, hoc falsum, hoc insulsum: Quid mihi plus dicas nescio. Tangendo noui quod durum est, quid molle sit, quid lene sit, quid asperu sit, quid caleat, quid frigeat: Quid mihi plus monstraturus es? Tali impedimento tenebatur Apostolus noster Thomas, qui de domino Christo, id est, de Christi resurrectione nec solis oculis credere voluit. Nisi misero, inquit, digitos meos in clauorum & vulnerum loca, & nisi manum meam in latus eius misero, non credam. Et dominus qui possit sine vlllo signo vulneris resurgere seruauit ci catrices, que a dubitante tangerentur & cordis vulnera sanarentur: Et tamen vocaturus ad cœnam contra excusationem quinque iugorum bouum. Beati, inquit, qui non vident & credunt. Nos fratres mei ad cœnam vocati, ab istis quinque iugis non sumus impediti. Non enim carnis faciem domini videre in hoc tempore concupiimus, aut vocem ex ore carnis illius procedentẽ auribus admittere desiderauimus, nullum in illo temporalem odorem quesiuimus. Perfudit enim eum quedã mulier preciosissimo vnguento, domus illa odore impleta est, sed nos ibi non fuimus, & non olfecimus & credimus. Cœnam manibus suis consecratam discipulis dedit, sed nos in illo conuiuio non discubimus, & tamen ipsam cœnam fide quotidie manducamus. Nec magnum putetis in illa cœna quam suis manibus dedit sine fide interfuisse, melior extitit fides postea quam tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus qui credidit, ibi fuit ludas qui tradidit. Quã multi & modo in ipsa cœna quis illam tunc mensam non viderint, nec panem que dominus gestauit in manibus oculis suis non aspexerint vel faucibus gustauerint, tamẽ quia ipsa nunc preparatur, quam multi etiam nunc in ipsa cœna iudicium sibi manducant & bibunt. Vnde autem tanquam occasio nata est dño, vt de ista cœna loqueretur, dixerat vnus de discubentibus, in conuiuio enim erat quo fuerat inuitatus, Beati qui manducant in regno dei panẽ: quasi in longinqua iste suspirabat, & ipse panis ante illu discubebat. Quis est panis de regno dei, nisi qui dicit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi? Nolite parere fauces sed cor. Inde comendata est ista cœna, Ecce credimus in Christu, cũ fide accipimus. In accipiendo nouimus quid cogitemus. Modicu accipimus, & in corde saginamur, Nõ ergo quod videtur, sed quod crediã pascit. Nõ ergo etiã sensum illu externum quesiuimus nec diximus, Crediderint qui dominu ipsu resurgente si verum est quod dicitur, viderunt oculis, manibus palpa-uerunt, nos non tangimus, quare credimus? Si talia cogitaremus, quinque illis iugis bouum ad cœnam impediremur. Vt noueritis fratres istoru quinque sensuum non delectationem que permulcet & ingerit voluptatem, sed curiositatem quandam notatam fuisse: non ait, Quinque iuga bouum emi, eo pacere illa: sed, eo probare illa. Qui vult probare per iuga bouu non vult dubitare, quomodo sanctus Thomas per iuga bouu noluit dubitare. Videã, tangam, digitos mittam, Ecce, inquit, Digitos tuos

Psal. 79.

Luce. 14. 1. Tim. 2.

Inuitati qui

Villa.

Dominari.

Quinque iuga bouum.

I

**K**  
**L**  
**M**

Ioan. 20.

Ioan. 19.

1. Corin. 11.

Luce. 14.

Ioan. 6.

Ioan. 20.

Vxor, voluptas carnis.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 2.

Psal. 54.

1. Ioan. 2.

Jahis a parte totum per &c.

Luce. 24.

**A** tuos mitte per latus meum, & noli esse incredulus. Occisus sum propter te, per locum quem vis tangere, sanguinem fudi vt redimerem te, & adhuc dubitas de me nisi tetigeris me? Ecce & hoc prastor, ecce & hoc exhibeo, Tange & crede, inueni locum vulneris, sana vulnus dubitationis. Tertius dixit, Vxorem duxi. Ista voluptas carnis que multos impedit, vtinam foris & non intus. Sunt homines qui dicunt, Non est homini bene, nisi cui assunt carnis delitice: ipsi sunt quos notat Apostolus, dicentes, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quis inde huc surrexit? Quis nobis quod ibi agitur dixit? Hoc nobiscu tollimus quod in hoc tempore bene est nobis. Qui hoc dicit, vxorem duxit, carnem amplectatur, carnis voluptatibus iocundatur, a cœna excusatur, obseruet ne fame interiore moriatur: attendite sanctum Ioannem Apostolum & Euangelistã, Nolite diligere mundum, neque ea que in mudo sunt. O qui ad cœnam domini venitis, nolite diligere mundum, nec ea que in mundo sunt: non dixit, Nolite habere, sed, nolite diligere. Habuisti, possedisti, dilexisti. **B** Amor rerum terrenarum, viscum est spiritualium peninarum. Ecce concupisti, hesisti, Quis dabit tibi pennas vt columbe? Quando volabis, vbi vere requiescas, quando hic vbi male hesisti, peruersẽ requiescere voluisti? Nolite diligere mundum, tuba diuina est. Continto huius tubę verbis, orbi terrarum & vniuerso dicitur mudo, Nolite diligere mundu, nec ea que in mundo sunt. Quisquis dilexerit mundum: non est charitas patris in illo. Quoniam omnia que in mundo sunt, concupiscentia carnis sunt, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Ab vno cepit quo Euangelium terminauit. Inde ille cepit vbi Euangelium terminum posuit. Concupiscentia carnis, vxorem dixi. Concupiscentia oculorum, quinque iuga bouum emi. Ambitio seculi, villam emi. Ideo autem a parte seculi per solos oculos commemorati sunt isti sensus, quia oculoru est in quinque sensibus principatus. Propterea cum proprie ad oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare. Quomodo? Primo quod ad ipsos oculos pertinet dicitis, vide quã candidum est, intende & vide quã candidum est, hoc ad oculos pertinet. **C** Audi & vide quã canorum est. Nunquid conuersim potes dicere, Audi & vide quã candidum est? Hoc quod dicitur, vide, per omnes sensus currit. Ceteroru autem sensuum proprietates non per se recurrit. Intende & vide quã canorum est: odora & vide quã suaue est, Gusta & vide quã dulce est. Tãge & vide quã molle est. Vtique quoniam sunt sensus, sic potius dicere-mus, Audi & senti quã canorum est. Odora & senti quã suaue est Gusta & senti quã dulce est. Tãge & senti quã calidum est. Palpa & senti quã lene est. Palpa & senti quã molle est. Nihil horum. Nam ipse dominus post resurrectionem cum apparuit discipulis suis, cumq; cernentes adhuc titubarent in fide putantes se spiritum videre, Quid, inquit, dubitatis, & quare cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos. Et parũ est videre, tangere & palpate, inquit, Intendite & videte, palpate & videte, in solis oculis videte, in omnibus sensibus videte. Quia interiorum sensuum fidei querebat, exterioribus corporis sensibus adiacebat. Nos nihil ab istis exterioribus sensibus in domino carpsimus, auditu audiuius, corde credidimus, & ipsum auditum non ab illius ore, sed ab ore predicatorum eius, ab ore illoru qui iam cœnabat & nos ructando inuitabant. Tollamus ergo de medio

excusationes vanas & malas, & veniamus ad cœnam qua intrinsecus saginemur. Non nos impediã extollentia superbie; non nos extollat, vel non nos terreat curiositas illicita & auertat a deo. Non nos impediã voluptas carnis a voluptate cordis. Veniamus & saginemur. Et qui venerunt nisi mendici, debiles, claudi & ceci? Illi autem non venerunt diuites, sani, quasi bene ambulantes & acute cernentes, multum de se presumentes, & ideo desperationes quanto superbiore. Veniant medici, quia ille inuitat qui propter nos pauper factus est cum diues esset, vt illius paupertate mendici ditarentur. Veniant debiles, quia non est opus sanis medico, sed male habentibus. Veniant claudi qui ei dicant, Compone gressus meos in semitis tuis. Veniant ceci qui dicant, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Tales venerunt ad horam. Illis prius inuitatis, sua excusatione reprobatis, venerit ad hora, intrauerunt de plateis & vicis ciuitatis. Ex respõdit seruus qui missus erat, Domine factum est quod iussisti, & adhuc locus est. Ext, inquit, in vias & sepes, & quos inuenieris coge intrare. Quos inuenieris vt dignetur noli expectare, coge intrare. Magnam cœnam, magnam domum parauit, nõ ibi patior locum vacare. Venerunt de plateis & de vicis gentes, veniat de sepibus heretici, hic inueniunt pacem. Nam qui construunt sepes, diuisiones querunt. Trahantur a sepibus, euellantur a spinis. In sepibus heserunt, cogi nolunt. Voluntate, inquit, nostra intremus. Non hoc dominus imperauerit? Coge, inquit, intrare. Foris inueniatur necessitas, nascitur intus voluntas.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum euang. dem, Homo quidam habuit duos filios &c.

Sermo XXXIII.

**N** in lectione Evangelica quam audiuius, de homine dictu est qui habuit duos filios. Denique filius minor qui voluit in sua potestate habere substantiam que illi apud patrem optime seruabatur, factus sue potestatis profectus est in regionem longinquam. Hest principi malo, & porcos pavit: fame correptus est, qui saturitate superbus abscelerat. Ergo quisquis ita vult similis esse deo, vt ad illum stet, fortitudinemq; suam, sicut scriptu est, ad illum custodiat, non ab illo recedat ei coherendo, signetur tãquam ex annulo cera affixus, habeat imaginẽ eius, faciens quod dictum est, Mihi autem adherere deo bonum est, vt cũ dicitur similitudinem & imaginẽ ad quam factus est. Porro autem si peruersẽ vult imitari deum, vt quomodo deus non habet alium a quo formetur, non habet a quo regatur, sic ipse velit sua potestate vt, vt quomodo deus nullo formante, nullo regente viuat: quid restat fratres nisi vt recedẽs ab eius calore torpescat, recedẽs a veritate vanescat, recedens ab eo quod summe atque incommutabiliter est: in deterius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit. Imitari deum voluit: sed peruersẽ, non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. Homo autẽ positus sub precepto audiuit a domino deo, Noli, inquit, tangere hanc arborem. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare nõ tango? Si mala est, quid facit in paradiso? Profrus ideo est in paradiso, quia bona est, sed nolo eam tangas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem. Serue audi, adhuc serue, sed noli male serue. Serue audi prius domini iussu, & tũ iubetis discere consiliu. Bona est arbor, nolo tangas. Quare? Quia dominus sum & tu seruus. Hęc tota causa est. Si parua est, dedignaris esse seruus?

2. Cor. 8.  
Math. 9.  
Psal. 16.  
Psal. 12.  
Luce. 14.  
De correct. Donatist. cap. 16.  
Luce. 15.  
Psal. 81.  
Psal. 72.  
Gene. 11.  
Esaie. 14.  
Gene. 27.

G seruus: Quid autem tibi expedit, nisi esse sub domino? Quomodo eris sub domino, nisi fueris sub precepto? Porro si expedit tibi esse sub domino & sub precepto, quid tibi iustus erat dominus deus? Aliquid enim querit abs te. Offer mihi sacrificium, dicitur tibi: nonne ipse fecit omnia, in quibus te fecit? Obsequere mihi, dicitur tibi, siue ad lectum cum requiesco, siue ad mensam cum reficio, siue ad balneum cum lauo? Quia ergo nihil abs te indiget deus, nihil ergo tibi debuit in bere? Si autem debuit aliquid iubere, ut te, quod tibi expedit, sentires esse sub domino, necesse ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam, sed propter tuam obedientiam. Non potuit deus perfectius demonstrare, quantum bonum sit obedientia, nisi cum prohibuisset ab ea re quae non erat mala. In qua obedientia tenet palmam, sola ibi inobedientia inuenit poenam. Bonum est, sed nolo tangas. Non enim non tangendo moriturus eras: Numquid qui hinc prohibuit alia subtraxit? Nonne est paradisi fructuosus, plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc nolo tangas, hinc nolo gustes. Bonum est, sed obedientia melior est. Proinde cum tetigeris, nunquid arbor illa malum erit ut moriaris? Sed inobedientia te subiecit morti, qui prohibita tetigisti. Ideo arbor illa appellata est scientiae dinoscendi boni & mali, non quia inde talia quasi poma pedebant, sed quicquid esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia homo qui nollet bonum a malo discernere per preceptum, disceretur erat per experimentum, ut tangendo vetitum inueniret supplicium. Quare autem tetigit fratres mei? Quid deerat illi? Dicatur mihi quid deerat illi in paradiso constituto, in media opulenta mediisque delitiis, cui magna deliciae erant visitatio dei, cuius facie quasi inimici timuit post peccatum? Quid illi deerat ut tangeret, nisi quia sua potestate uti voluit: preceptum rum pere delectauit, ut nullo sibi dominante fieret sicut deus, quia deo utique nullus dominatur? Male elatus, male praesumens, futurus mortuus recedendo a via iustitiae, ecce soluit preceptum. Excussit a ceruice iugum, & disciplinae habenas non vescendi libidine, sed exultandi animositate dirupit. Vbi est nunc? Certe captiuus clamat, Domine quis similis tibi? Volui esse peruersi similis tibi, & factus sum similis pecori. Sub tua dominatione, sub tuo precepto vere similis eram. Sed homo in honore positus, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Iam de similitudine iumentorum clamat sero, & dicit, Domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. Merito superbe serue: Voluisti enim superbe esse similis domino tuo, qui factus eras ad imaginem domini tui. Bene tibi velles ut esset, recedenti ab illo bono. Prostratus dicit tibi deus, Si recedis a me & bene est tibi: ego non sum bonum tuum. Proinde si ille bonus, & nullo alieno bono bonus, & nostrum summum bonum, ipse recedendo inde, quid eris nisi malus? Item si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti nisi miseria? Redi ergo post miseriam & dic, Domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, sed disciplinae fuit admonitio non desertio. Denique gratias agens quid dicit? Et conuersus viuificasti me, & de abyssi terra iterum reduxisti me. Quando enim antea? Quid est hoc iterum? Cecidisti ab altitudine homo mancipium inobediens, superbe aduersus dominum cecidisti: Factum est in te, Omnis qui se exaltat humiliabitur: Iacet in te, Omnis qui se hu-

miliat exaltabitur. Redi de profundo. Redeo, inquit, Redeo agnosco. Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssi terra iterum reduxisti me. Intellego, audio. Reduxit te enim de abyssi terra. Reduxisti enim de abyssi terra. Reduxisti enim a profunditate & submersione peccati. Sed quare iterum, quando iam factum erat? Sequamur ne forte posteriora Psal mi ipsius exponant nobis quod hic non intelligimus, quid dixerit, iterum. Ergo audiamus, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssi terra iterum reduxisti me. Quid deinde? Multiplicasti iustitiam tuam, & conuersus consolatus es me, & de abyssi terra iterum reduxisti me. Ecce alterum, iterum. Si hoc iterum soluere laboramus semel positum, quis soluere poterit geminatum? Iam ipsam, iterum, geminatio est: & rursus positum est iterum. Assit ille a quo gratia. Assit brachium quod annunciamus omni generationi superuenturae. Assit ipse & tanquam clauae crucis suae clausum sacramentum aperiat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis.

Sermo XXXV.

**Q**uod admonemur, admonere debemus. Recens euangelica lectio admonuit facere amicos de mammona iniquitatis, ut eos qui faciunt recipiant & ipsi in aeterna tabernacula. Qui sunt qui habebunt tabernacula aeterna, nisi sancti dei? Et qui sunt qui ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula aeterna, nisi qui eorum indigetia seruiunt, & quod eis opus est, hilariter subministrant? Recordemur ergo in nouissimo iudicio dominum esse dicturum eis qui stabunt ad dexteram eius: Esuriui & dedistis mihi manducare, & cetera quae noscitis. Et cum illi quarerent quando ei obsequia ista praebuissent, respondit, Quando vni ex minimis meis fecistis. Isti minimi sunt qui recipiuntur in aeterna tabernacula. Hoc dixit dextris qui fecerunt, hoc dixit sinistris, quia facere noluerunt. Sed dextri qui fecerunt quid acceperunt, vel potius quid accepturi sunt? Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Minimi ergo qui sunt Christi? Hi illi sunt, qui omnia sua dimiserunt & secuti sunt eum, & quicquid habuerunt pauperibus distribuerunt, ut deo sine seculari compede expediti seruirent, & ab oneribus mundi liberatos, velut pennatos sursum humeros tollerent. Hi sunt minimi. Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non superbi. Appede minimos istos, & graue podus inuenies. Sed quid est quod ait eos esse amicos de mammona iniquitatis? Quid est mammona iniquitatis? Primum quid est mammona? Verbum est enim quod Latinum non est. Hebraeorum verbum est, cognatum linguae punicae. Ista enim linguae sibi significationis quadam vicinitate sociantur. Quod Punici dicunt mammon, Latine lucrum vocatur. Quod Hebraei dicunt mammona, Latine diuitiae vocantur. Ut ergo Latine totum dicamus, hoc ait dominus noster Iesus Christus, Facite vobis amicos de diuitiis iniquitatis. Hoc quidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere quod preceptum est. Dicunt enim: rapere res alienas, mammona est iniquitatis: erogare inde aliquid maxime egentibus sanctis, hoc ita est facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste corrigendus est, imo de tabulis cordis vestri

K Psal. 70.

L Luca. 16.

Matth. 25.

Vbi supra.

M Minimi qui sunt.

Mammon, Mammona.

Concor. 14. quest. 5. cap. Forc.

14. quest. 5. cap. 1.

Psal. 4.

Psal. 50.

Luca. 19.

Vbi supra.

14. quest. 5. cap. Qui habetis.

Mammona iniquitatis.

Iob. 1.

A dis vestri omnino delendus est. Nolo sic intelligatis. De iustis laboribus facite elemosynas, ex eo quod recte habetis date. Non enim corrupturi estis iudicem Christum, ut non vos audiat cum pauperibus quibus tollitis. Si enim depradareis aliquem intalidum, tu validior & poterior, & veniret tecum ad iudicem hominem quolibet in hac terra, habentem iudicandi aliquam potestatem: velletque tecum causam dicere, si tu de praeda & spoliatione illa inopis dares aliquid iudici, ut pro te iudicaret iudex ille, vel tibi placeret? Nempe pro te iudicauit, & tamen tanta vis est iustitiae ut & tibi displiceat. Noli tibi talem pingere deum, noli collocare in templo cordis tui tale idolum. Non est talis deus tuus, qualis non debes esse nec tu. Si tu non sic iudices, sed iuste iudices, etiam sic melior est te deus tuus, non est inferior, iustior est fons iustitiae. Quicquid boni fecisti, inde sumpsisti, & quicquid boni eructasti, inde bibisti. Laudas vas, quia habet inde aliquid, & vituperas fontem? Noli velle elemosynas facere de fenore & visceribus. Fidelibus dico, eis quibus corpus Christi erogamus dico. Timete, corrigite vos, ne dicam postea, tu facis & tu facis. Et puto quia si fecero non mihi debetis irasci, sed vobis ut corrigamini, ad hoc enim valet quod dictum est in Psalmo, Irascimini & nolite peccare. Volo vos irasci, sed non ut peccetis. Ut autem non peccetis, quibus habetis irasci nisi vobis? Quid est enim homo peccitans, nisi homo iratus sibi? Ut accipiat veniam, de se ipso exigit poenam, & recte dicit deo, Auerte faciem tuam a peccatis meis, quoniam peccatum meum ego agnosco. Si tu agnoscis, & ille ignoscet, quae faciebatis nolite facere. Non licet. Sed iam si fecistis & pecunias tales habetis, & inde sacellos implestis, inde thesaurizabitis. De malo est quod habetis, iam nolite malum facere, & facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Nunquid Zachaeus de bono habebat? Legite & videte. Maior erat publicanorum, id est, cui vectigalia publica conferebant. Inde habebat diuitias: Multos praeferebat, multis abstulerat, multa congeserat. Intrauit domum eius Christus, & venit salus super domum eius: sic enim ait ipse dominus, Hodie salus huic domui facta est. Sed ipsam salutem videte. Primo desiderabat dominum videre, quia statura pusillus erat, sed turba impediens ascendit in arborem ficomorum & vidit traesentem, ille autem aspexit eum & ait, Zachae descende, apud te oportet me manere, Tu pendes, sed non te suspendo, hoc est non te differo. Volebas videre traesentem, hodie me apud te inuenies habitantem. Ingressus est ad eum dominus, repletus ille gaudio ait, Dimidium rerum mearum do pauperibus. Ecce quomodo currit qui currit facere amicos de mammona iniquitatis. Et ne reus aliunde teneretur: Si cui aliquid tuli, ait, quadruplum reddam. Inflexit sibi condemnationem, ne incurreret damnationem. Ergo qui habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu qui bonum facis de malo, & cum ceperis boni aliquid facere de malo, nolite remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus? Est quidem & alius intellectus, nec ipsum tacebo. Mammona iniquitatis, diuitiae sunt seculi omnes vndequeque sunt. Vndeunque congregentur, mammona iniquitatis est, id est, diuitiae sunt iniquitatis. Quid est diuitiae sunt iniquitatis? Pecunia est quam nomine diuitiarum appellat iniquitas. Si enim veras diuitias quaeris, alia sunt. Talibus Iob nudus abundabat, quando in deum cor plenum ha-

bebat, & laudes deo perditis omnibus rebus tanquam gemmas preciosissimas proferebat. De quo thesauro si nihil habebat, ipsa sunt vera diuitiae, istae autem ab iniquitate appellantur diuitiae. Habes illas, non reprehendo, hereditas venit, pater tuus diues fuit & diuisti tibi. Honestè acquisisti, de iustis laboribus plenam domum habes, non reprehendo. Tamen etiam si non illas diceres diuitias: Nam si dicis illas diuitias, amabis illas. Et si amaueris illas: peribis cum illis. Perde ne pereas, dona ut acquiras, semina ut metas. Has diuitias noli appellare, quia vere non sunt. Paupertate plena sunt, & semper obnoxia casibus. Quales diuitiae sunt, propter quas latronem times, propter quas times seruum tuum, ne te occiso auferat & fugiat? Si vere diuitiae essent, securitatem tibi darent. Ergo illae sunt verae diuitiae, quas cum habuerimus perdere non possumus. Et ne forte propter illas furem timeas, ibi erunt ubi nullus auferret: Audi dominum tuum, Thesaurizate vobis thesauros in caelo, quod fur non accedat. Tunc erunt diuitiae, quando eas migraueris. Quamdiu in terra sunt, diuitiae non sunt: sed diuitias vocat illas mundus, iniquitatis vocat deus: ideo mammona iniquitatis, quia diuitias vocat iniquitas: audi Psalium, Domine libera me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouella constabunt a iuuentute sua. Filij eorum ornatae, circumornatae ut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Boues eorum crassa, oues eorum foecundae, multiplicatae in itineribus suis. Non est ruina maceriae neque transitus, neque clamor in plateis eorum. Vidisti psalium quale felicitatem descripsit, sed audi quid sit, quos proposuit filios iniquitatis. Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Ipsos proposuit, & dixit felicitatem eorum tantum super terram: & quid adiunxit? Beatum dixerunt populum cui haec sunt. Sed qui dixerunt? Filij alieni, alienigenae & non pertinentes ad semen Abrahae. Ipsi dixerunt populum beatum cui haec sunt. Qui dixerunt? Quorum os locutum est vanitatem. Ergo vanum est, dicere beatos esse eos quibus haec sunt, & tamen dicitur ab eis, quorum os locutum est vanitatem. Ab ipsis dicuntur istae diuitiae, quae vocantur mammona iniquitatis. Tu autem quid dicis? Quia illi filij alieni, quia illi quorum os locutum est vanitatem, dixerunt beatum esse populum cui haec sunt, tu quid dicis? Falsa sunt istae diuitiae, da mihi veras. Reprehendis istas, ostende quod laudas. Vis ut contemnam hoc, ostende quid preferam. Dicat ipse Psalms, Qui enim dixit, beatum dixerunt populum cui haec sunt, tale nobis dat responsum, quali diceremus illi, id est, ipsi psalms, Ecce hoc nobis tulisti, & nihil nobis dedisti. Ecce ista contemnimus, vnde viuimus, vnde beati erimus? Quia qui locuti sunt, ipsi de ipsis recipiet. Omnes enim diuitias habentes beatos esse dixerunt: Tu quid dicis? Respondet quasi sic interrogatus & dicit, Illi dicunt diuites beatos, ego dico, beatus populus cuius est dominus deus eius, Audistis veras diuitias, fac amicos de mammona iniquitatis, & eris beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Aliquando transimus viam, & videmus amoenissimos & vberes fundos & dicimus, Cuius est ille fundus? Asseritur illius, & nos dicimus, Beatus homo: vanitate loquimur, Beatus est cuius illa domus, beatus est cui ille fundus, beatus est cuius illud pecus, beatus est cuius ille seruus, beatus est cuius illa familia: Tolle vanitatem, si vis audire veritatem. Beatus est,

Diuitiae verae.

Matth. 6.

Psal. 145.

Iniquitatis filij.

F Psal. 145.

2. sen. d. 17. ca. lignum.

Psal. 48.

Psal. 70.

Gen. 11.

Luca. 14.

**G** est, cuius est dominus deus ipsius. Non enim cuius est fundus iste beatus est, sed ille cuius est deus. Sed ut aperitissime beatitudinem rerum annuncies, dicis, quod beatum te fecit fundus tuus. Quare? Quia in deo vivis. Nam quando laudas pro magno fundo tuo hoc dicis, Ille pascit me, inde vivo, Attende vnde vivas. Ille est vnde vivis, cui dicis, Apud te est fons vitae, Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. O domine deus meus, o domine deus noster, vt veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro neque de argento, nec de fundis: Nolumus de terrenis istis & vanissimis, & de caduere vite transitoriis. Non loquatur os nostrum vanitatem: Fac nos beatos de te, quia non perdimus te. Cum tenuerimus te, nec te perdimus, nec nos perimus. Fac nos beatos de te, quia beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Nec irascitur autem si dixerimus de deo, fundus noster. Legimus enim, Dominus pars hereditatis meae. Magna res fratres, & hereditas ipsius sumus, & hereditas nostra est, quia & colimus eum & colit nos. Nulla est iniuria illi, quia colit nos. Quia si nos colimus illum vt deum nostrum, ille colit nos vt agrum suum.

**H** Et vt sciatis quia colit nos, audite eum quem misit nobis, Ego sum, inquit, vitis, vos estis palmites, pater meus agricola est. Ergo colit nos, sed si fructum reddamus parat horreum. Si autem sub tanto custode stirpes esse voluerimus, & pro frumento spinas proferimus, nolo dicere quod sequitur, ad gaudium finiamus.

De iudice iniquo, qui nec deum timebat nec homines reueretur, in Evangelio secundum eundem, Sermo XXXVI.



**E**tio sancti Evangelij edificat nos ad orandum & credendum, & non de nobis, sed de domino presumendum. Quare ad orandum maior oratio, quam vt nobis de iudice iniquo proponitur similitudo? Iudex enim iniquus nec deum timet nec hominem reuerens, audiuit tamen viduam interpellantem se, victus tandem non pietate inclinatus. Si ergo exaudiuit qui oderat quod rogabatur, quomodo non exaudiit qui vt rogemus hortatur? Cum ergo nobis ista e contraria comparatione dominus suaderet, Quia oportet semper orare, & non deficere: adiecit & ait,

**V**eruntamen cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat qui non credit? Vnde & beatus Apostolus cum ad orandum exhortaretur, ait, Omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et vt ostenderet fidem fontem esse orationis, nec posse ire ritum. Vbi caput aquae siccaretur, adiunxit atque ait, Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? Ergo vt oremus credamus, & vt ipsa non deficiat fides qua oramus, oremus, fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Etenim ne in tentationibus deficeret fides, propterea dominus ait, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Quid est, in tentationem intrare, nisi a fide exire? Intantum enim tentatio proficit, in quantum fides deficit: Et intantum tentatio deficit, in quantum fides proficit. Nam vt apertius nouerit charitas vestra de fide ne deficeret & periret dixisse dominum, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: eo loco Euangelium ait, Hac nocte postulauit Satanas vexare vos sicut triticum, & ego rogavi patrem pro vobis ne deficiat fides vestra. Rogat qui tuetur, & non rogat qui periclitatur. Quod autem ait dominus, Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra: de fide dixit quae perfecta est. Ipsa enim vix inuenitur in terra,

Ecce plena est dei ecclesia, Quis huc accederet, si nulla esset fides? Quis non montes transferret, si plena esset fides? Attēdite ipsos Apostolos, Dimissis omnibus suis calcata spe seculi dominum non sequerentur, nisi magnam haberent fidem. Et tamen si plenam haberent fidem, non dicerent domino, Auge nobis fidem. Vide etiam vtrumque illum de se confidentem. Vide fidem, & non plenam fidem. Qui cum obtulisset domino filium a malo demonio sanandum, & esset interrogatus vtrum crederet, respondit & ait, Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Credo, inquit, credo domine, ergo est fides. Sed adiuua incredulitatem meam, ergo non plena est fides. Sed quia non est fides superborum, sed humilium, Dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur, & spernebant ceteros, similitudinem hanc: Duo homines ascendunt in templum orare, vnus Pharisaeus, & alter publicanus. Pharisaeus dicebat, Gratias tibi deus, quia non sum sicut ceteri homines. Diceret saltem, sicut multi homines. Quid est ceteri homines, nisi omnes praeter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, ceteri peccatores. Non sum sicut ceteri homines, iniustus, raptores, adulteri. ) Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut, inquit, publicanus iste. ) Ego, inquit, solus sum, iste de ceteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas quibus iniquus non sum. Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnium eius possessionibus. Quid rogauerit deum, quare in verbis eius, nihil inuenies. Ascendit orare, noluit deum rogare, sed se laudare. Parum est non deum rogare, sed se laudare, in super & roganti insultare. Publicanus autem de longinquo stabat. ) Et deo tamen ipse propinquabat, cordis conscientia remouebat, pietas applicabat. Publicanus autem de longinquo stabat, sed dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus enim dominus & humilia respicit. Excelsus autem qualis erat ille Pharisaeus, excelsus autem a longe cognoscit. Deus autem a longe cognoscit, sed ignoscit. Adhuc audi humilitatem publicani. Parum est, quia de longinquo stabat. Nec oculos suos ad caelum leuabat: vt respiceretur non aspiciebat. Premebat conscientia, spes subleuabat: adhuc audi, Percutiebatur pectus suum. ) Poenas a seipso exigebat, propterea dominus confidenti parcebat. Percutiebatur pectus suum. )

**A**men dico vobis, descendit iustificatus publicanus ille de templo, magis quam ille Pharisaeus. ) Dic domine causam, Ecce video publicanum iustificatum magis de templo descendere quam Pharisaeum. Quare quare? Quare quare, audi quare, Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. ) Audisti sententiam, caue causam malam: aliud dico, Audisti sententiam, caue superbiam. Videant nunc, audiunt ista nescio qui impie garrientes & de suis virtutibus praesumentes: audiant qui dicunt, Deus me hominem fecit, iustum ipse me facio. O peior & detestabilior Pharisaeo. Pharisaeus ille superbe quidem iustum se dicebat, sed tamen inde ille deo gratias agebat. Iustum se dicebat, sed tamen deo gratias agebat. Gratias tibi deus, quia non sum sicut ceteri homines, Gratias tibi deus, gratias deo agit, qui non est sicut ceteri homines, & tamen tamquam superbus & inflatus reprehenditur, non quia deo gratias

**A** gratias agebat, sed quia velut nihil sibi addi cupiebat. Gratias tibi, quia non sum sicut ceteri homines iniustus: Ergo tu iustus, ergo nihil rogas, ergo iam plenus es. Ergo non est tentatio vita humana super terram. Ergo iam plenus es, ergo iam abundas. Ergo iam non est, quare dicas, Dimitte nobis debita nostra. Quid est ergo qui impie oppugnat gratiam, si reprehenditur qui superbe agit deo gratias? Et ecce post dictam controuersiam, prolataque sententia, procedunt & paruuli, inuoluntate afferruntur & offeruntur tangendi. Cui tangendi, nisi medico? Certe insani cui offeruntur infantes tangendi? Cui Saluatori. Sed si saluatori, vtique sanandi. Cui nisi illi qui venit quarere & saluare quod perierat: Vbi isti perierant, quantum ad ipsos proprie attinet innocentes? Video reatum, quare vnde, Apostolum audio, Per vnum hominem intravit peccatum in orbem terrarum. Per vnum, inquit, hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Veniant ergo paruuli, veniant: audiatur dominus, dicēs, Sinite paruulos venire ad me. Veniant paruuli, veniant languidi ad medicum, veniant perditi ad redemptorem, veniant, nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil commiserunt, sed in radice perierunt. Benedicat dominus paruulis cum magnis. Tangat medicus & paruulos & magnos. Causam paruulorum, commendamus maioribus. ) Loquimini pro tacentibus, orate pro stentibus. Si non frustra estis maiores, estote tutores, tuemini eos qui adhuc causam suam agere non possunt. Communis fuit perditio, sit communis inuentio. Simul perieramus, simul inueniamur in Christo. Dispar est meritum, sed communis est gratia. Nihil mali habent, nisi quod de fonte traxerunt. Nihil habent mali nisi quod de origine traxerunt. Non eos impediāt a salute, qui ad id quod traxerunt multa addiderunt. Qui maior est etate, maior est iniquitate. Sed gratia dei delet quod traxisti, delet & quod addidisti. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia.

**B** Veni ad me, Veniat paruuli, veniant languidi ad medicum, veniant perdit ad redemptorem, veniant, nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil commiserunt, sed in radice perierunt. Benedicat dominus paruulis cum magnis. Tangat medicus & paruulos & magnos. Causam paruulorum, commendamus maioribus. ) Loquimini pro tacentibus, orate pro stentibus. Si non frustra estis maiores, estote tutores, tuemini eos qui adhuc causam suam agere non possunt. Communis fuit perditio, sit communis inuentio. Simul perieramus, simul inueniamur in Christo. Dispar est meritum, sed communis est gratia. Nihil mali habent, nisi quod de fonte traxerunt. Nihil habent mali nisi quod de origine traxerunt. Non eos impediāt a salute, qui ad id quod traxerunt multa addiderunt. Qui maior est etate, maior est iniquitate. Sed gratia dei delet quod traxisti, delet & quod addidisti. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum eundem, Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones. Ser. XXXVII.

**C** Audere nos Apostolus praecipit, sed in domino non in seculo. Quicumque enim voluerit amicus esse huius seculi, sicut scriptura dicit, inimicus dei reputabitur. Sicut autem non potest homo duobus dominis seruire, sic & nemo in hoc seculo potest gaudere & in domino. Multum inter se haec duo gaudia differunt, suntque omnino contraria. Quando gaudetur in seculo, non gaudetur in domino. Quando gaudetur in domino, non gaudetur in seculo. Vincat gaudium in domino, donec finiatur gaudium in seculo. Gaudium in domino semper augetur, gaudium in seculo semper minuatur donec finiatur. Non ideo ista dicuntur, quia in hoc seculo cum sumus gaudere non debemus, sed etiam in hoc seculo constituti iam in domino gaudeamus. Sed ait aliquis, In hoc seculo sum, vtique si gaudeo, ibi gaudeo vbi sum. Quid enim? Quia es in seculo, in domino non es: audi eundem Apostolum ad Athenienses loquentem, & in Actibus Apostolorum dicentem de deo & de domino creatore nostro, In illo viuimus, mouemur & sumus. Qui enim vbi que est, vbi non est? Nonne ad hoc nos exhortabatur, Dominus in proximo est, nihil solliciti fueritis? Magnum est hoc quod ascendit super omnes caelos, & proximus est eis qui adhuc versantur in terris. Quis est iste longinquus

& proximus, nisi qui nobis misericordia factus est proximus? Totum enim genus humanum est homo ille qui iacebat in via semiuuus a latronibus relictus, quem contempsit transiens sacerdos & leuites, & accessit ad eum curandum ei; opitulandum transiens Samaritanus, Vt autem narraret hoc vnde causa descendit, quandam quarentem qua sunt optima praecepta & summa in lege, admonuit haec duo esse, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Ille autem, Et quis est meus proximus? ) Et narravit dominus, Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hierico. ) Ostendit illum quodammodo Israelitam. Et incidit in latrones. Quem cum expoliassent & plagas ei graues irrogassent, dimiserunt eum semiuuum in via. Transiit sacerdos, vtique genere proximus, praeteriit iacentem, Transiit leuites, & hic genere proximus, iacentem etiam ipse contempsit, Transiit Samaritanus, genere longinquus, misericordia proximus, fecit quod nostis. In quo Samaritano se voluit intelligi dominus noster Iesus Christus. Samaritanus enim cultos interpretatur. Ideo resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, quia non dormit neque dormitat qui custodit Israel. Denique quando couitis tantis blasphemabant Iudaei, dixerunt illi, Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es & demonium habes? Cum ergo duo essent conuictiosa obiecta domino, dictumque illi esset, Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es & demonium habes: poterat respondere, Nec Samaritanus sum, nec demonium habeo: respondit autem, Ego demonium non habeo. Quod respondit, refutauit: quod tacuit, confirmauit. Negauit se habere demonium qui se nouerat demoniorum exclusorem, non se negauit infirmi custodem. Ergo dominus in proximo est, quia dominus nobis factus est in proximo. Quid tam longinquum, quid tam remotum quam deum ab hominibus, immortalem a mortalibus, iustum a peccatoribus? Non longe, sed dissimilitudine. Nam solemus etiam ita loqui, cum de duobus hominibus dicimus, quando diuersi sunt mores. Iste longe est ab illo. Etiam si iuxta steterint, etiam si viciniani in habitent, etiam si vna catena colligentur, longe est pius ab impio, longe est innocens a reo, longe est iustus ab iniusto. Si hoc de duobus hominibus dicitur, quid de deo & hominibus? Cum ergo longe a nobis esset immortalis & iustus tanquam a mortalibus & peccatoribus, descendit ad nos vt feret nobis proximus ille longinquus. Et quid fecit cum haberet ipse duo bona, & nos duo mala? Ille duo bona, iustitiam & immortalitatem: nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem. Si vtrumque malum nostrum suscepisset, par noster factus esset, & liberatore nobiscum opus haberet. Quid ergo fecit vt esset proximus nobis? Proximus, non hoc quod nos, sed prope nos. Duo attēde, iustus est, immortalis est. In duobus tuis malis, vna est culpa, altera est poena, Culpa est quod iniustus es, poena est, quia mortalis es. Ille vt esset proximus suscepit poenam tuam, non suscepit culpam tuam. Et si suscepit, delendam suscepit non faciendam, iustus & immortalis, longe ab iniustis & mortalibus. Peccator mortalis, longe eras a iusto immortalis. Non est factus ille peccator quod tu, sed factus est mortalis quod tu. Manens iustus, factus est mortalis. Suscipiendo poenam & non suscipiendo culpam, & culpam deleuit & poenam, dominus ergo in proximo est, nihil solliciti fueritis. Et si super omnes caelos ascendit corpore, non recessit maiestate.

Psal. 35.

Psal. 15.

Ioan. 15.

Psal. 15. talis tanto cultore, sicut rixes esse.

Luc. 18.

Roma. 10. Fide, sicut orationis.

Veni reputat hanc sententiam, Fides, equam, fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Intrare in tentationem.

Luc. 22.

Talis, prope Perre ne de si, fides tua.

Luc. 17.

Mar. 9.

Luc. 18.

L.

Psal. 137.

M

Ato. 17. Philip. 4.

Roma. 6. Psal. 10.

Ioan. 8.

F

Philip. 2.



**Philip. 2.** **G**iesitate. Vbiq̄e p̄sens est qui fecit omnia. Gaudete in domino semper. In seculo gaudium quod est? Gaudere de iniquitate, gaudere de turpitudine, gaudere de de-  
 core, de deformitate. De his ergo oibus gaudet se-  
 culum. Quæ omnia nõ essent, nisi homines voluissent: Alia sunt quæ faciunt homines, alia sunt quæ patiuntur, & si nolunt, ferunt. Quid ergo est hoc seculum, & quod est gaudium seculi? Dico fratres breuiter quantum pos-  
 sum, quantum deus adiuvat, festinanter, breuiter dico. Seculi læticia, est impunita nequitia: Luxurietur homi-  
 nes, fornicentur, in spectaculis nugentur, ebriofitate in-  
 gurgitentur, turpitudine fœdentur, nihil mali patian-  
 tur, & videte seculi gaudium. Ista mala quæ commemo-  
 rari, non castiget fames, non belli timor, non aliquis ti-  
 mor, non aliquis morbus, non vlla aduersitas, sed sint  
 omnia in rerum abundantia, in pace carnis, in securi-  
 tate mala mentis, ecce vide seculi gaudium. Sed nõ co-  
 gitat deus sicut homo. Alia est dei cogitatio, alia homi-  
 nis. Magna misericordia est, nequitia impunitate non  
 relinquere, & ne cogatur in extremo gehennæ damna-  
 re, modo flagello dignatur castigare. Nã vis nosse nul-  
 la pœna quanta sit pœna, non tamen iusto, & admittit no-  
 men hoc ratio aliqua vel loquedi consuetudo, pecium  
 comparandi verbi ipse comparator est, qui seipsum pro  
 seipso dederit huic verbo. Itaque quãdo aliquid emim?  
 quærimus aliquid quod demus, vt habeamus rem dato  
 precio quam volumus emere. Et extra nos est quod da-  
 mus, & si apud nos erat sit extra nos illud quod damus,  
 vt sit apud nos illud quod comparamus. Quicquid pre-  
 cij inuenerit qui emit aliquid, necesse est vt tale inue-  
 niat, vt det quod habet, accipiat quod nõ habet, Manet  
 tamen ille a quo abscedit precium, & accedit illud pro  
 quo dat precium. Qui autem vult cõparare verbũ hoc,  
 qui vult habere, non querat extra seipsum quod det, se-  
 ipsum det, Quod cum fecerit, non se amittit, sicut amit-  
 tit precium, quando aliquid emit. Verbũ ergo dei pro-  
 positum est omnibus. Comparent qui possunt, possunt  
 autem qui pie voluerint. In illo enim verbo pax, & pax  
 in terra hominibus bonæ voluntatis. Ergo qui vult cõ-  
 parare, det seipsum. Quasi precium est hoc verbi, si di-  
 ci aliquo modo potest, quando nec se perdit qui dat, &  
 acquirit verbũ pro quo se dat, & seipsum in verbo ac-  
 quirat cui se dat. Et quid dat verbum? Non aliquid ab ip-  
 so alienum pro quo se dat, sed quod per ipsum verbum  
 factum est, hoc ei redditur vt reficiatur. Omnia per ip-  
 sum facta sunt. Si omnia, vtique & homo. Si cœlum, si  
 terra, si mare, si omnia, quæ in ipsis, si vniuersa creatu-  
 ra, vtique ille manifestus qui ad imaginem dei factus  
 per verbum factus est homo. Nõ modo fratres tracta-  
 mus, quomodo possit itelligi quod dictũ est, In prin-  
 cipio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus  
 erat verbum. Ineffabiliter potest itelligi. Non verbis  
 hominis sit, vt itelligatur verbum dei. Tractamus &  
 dicimus, quare non itelligatur. Nunc non dicimus vt  
 itelligatur, sed dicimus quid impediatur ne itelligatur.  
 Est enim forma quãdam, forma non formata, sed for-  
 ma omnium formarum: Forma incommutabilis, si-  
 ne lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans  
 omnia, existens in omnibus, & fundamentũ quoddã  
 in quo sint, & fastigium sub quo sint. Si dicis, quia om-  
 nia in illo sunt, non mentiris. Dictum est enim ipsum  
 verbum sapientia dei: habemus autem scriptum, Om-  
 nia in sapientia fecisti. Ergo in illo sunt omnia, & ta-  
 men quia deus est, sub ipso sunt omnia. Dicimus quã  
 incomprehensibile sit quod lectum est, & tamen lectũ  
 est,



Apitulum Euangelij quod le-  
 cū est fratres dilectissimi, pu-  
 r̄u oculũ cordis inquirat. Do-  
 minum enim nostrum Iesum  
 Christum accepimus secundũ  
 diuinitatem ad cõdendã vni-  
 uersam creaturam, secundum  
 humanitatem ad reparandam  
 lapsam creaturam, euangelizante Ioanne. In ipso autẽ  
 Euangelio quantus & qualis vir Ioannes fuerit inueni-  
 mus, vt ex dignitate dispensatoris itelligatur, quanti  
 precij sit verbum quod per talẽ dici potuit, immo quã  
 nullius sit precij quod superat omnia. Precio enim aut  
 comparatur res venalis, aut subiicitur, aut excedit eam.  
 Quando tanto quisque comparat quanto valet, aqua-  
 tur precium rei quæ comparatur: quãdo vilius, subiicitur  
 ei: quando carius, superat eam. Verbo autem dei nec  
 æquari aliquid potest, nec ad mutationem subiicitur, nec  
 superponi aliquid. Subiicit enim omnia possunt verbo  
 dei, quia omnia per ipsum facta sunt: non tamen sub-  
 iiciuntur quasi precium sint verbi, vt quisque det aliquid  
 vt illud accipiat. Tamen si dici potest & admittit no-  
 men hoc ratio aliqua vel loquedi consuetudo, pecium  
 comparandi verbi ipse comparator est, qui seipsum pro  
 seipso dederit huic verbo. Itaque quãdo aliquid emim?  
 quærimus aliquid quod demus, vt habeamus rem dato  
 precio quam volumus emere. Et extra nos est quod da-  
 mus, & si apud nos erat sit extra nos illud quod damus,  
 vt sit apud nos illud quod comparamus. Quicquid pre-  
 cij inuenerit qui emit aliquid, necesse est vt tale inue-  
 niat, vt det quod habet, accipiat quod nõ habet, Manet  
 tamen ille a quo abscedit precium, & accedit illud pro  
 quo dat precium. Qui autem vult cõparare verbũ hoc,  
 qui vult habere, non querat extra seipsum quod det, se-  
 ipsum det, Quod cum fecerit, non se amittit, sicut amit-  
 tit precium, quando aliquid emit. Verbũ ergo dei pro-  
 positum est omnibus. Comparent qui possunt, possunt  
 autem qui pie voluerint. In illo enim verbo pax, & pax  
 in terra hominibus bonæ voluntatis. Ergo qui vult cõ-  
 parare, det seipsum. Quasi precium est hoc verbi, si di-  
 ci aliquo modo potest, quando nec se perdit qui dat, &  
 acquirit verbũ pro quo se dat, & seipsum in verbo ac-  
 quirat cui se dat. Et quid dat verbum? Non aliquid ab ip-  
 so alienum pro quo se dat, sed quod per ipsum verbum  
 factum est, hoc ei redditur vt reficiatur. Omnia per ip-  
 sum facta sunt. Si omnia, vtique & homo. Si cœlum, si  
 terra, si mare, si omnia, quæ in ipsis, si vniuersa creatu-  
 ra, vtique ille manifestus qui ad imaginem dei factus  
 per verbum factus est homo. Nõ modo fratres tracta-  
 mus, quomodo possit itelligi quod dictũ est, In prin-  
 cipio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus  
 erat verbum. Ineffabiliter potest itelligi. Non verbis  
 hominis sit, vt itelligatur verbum dei. Tractamus &  
 dicimus, quare non itelligatur. Nunc non dicimus vt  
 itelligatur, sed dicimus quid impediatur ne itelligatur.  
 Est enim forma quãdam, forma non formata, sed for-  
 ma omnium formarum: Forma incommutabilis, si-  
 ne lapsu, sine defectu, sine tempore, sine loco, superans  
 omnia, existens in omnibus, & fundamentũ quoddã  
 in quo sint, & fastigium sub quo sint. Si dicis, quia om-  
 nia in illo sunt, non mentiris. Dictum est enim ipsum  
 verbum sapientia dei: habemus autem scriptum, Om-  
 nia in sapientia fecisti. Ergo in illo sunt omnia, & ta-  
 men quia deus est, sub ipso sunt omnia. Dicimus quã  
 incomprehensibile sit quod lectum est, & tamen lectũ  
 est,

Verbo nil potest equari. Ioan. 1.

Luce. 2.

Ioan. 2.

Faliss em- nes omnib. Verbu, sapi- tia dei. Psal. 103.

**A** est, non vt comprehenderetur ab homine, sed vt do-  
 leret homo, quia non comprehendit, & inueniret vn-  
 de impeditur a comprehensione, & remoueret ea, &  
 inhiaret perceptioni incommutabilis verbi, ipse ex  
 deteriore in melius incommutatus. Non enim verbum  
 proficit aut crescit accedente cognitore, sed inte-  
 grum manet si permaneris, integrum si recesseris,  
 integrum cum redieris, manens in se & innouans  
 omnia. Ergo est forma omnium rerum: Forma in-  
 fabricata sine tempore, vt diximus, & sine spatiis lo-  
 corum. Quicquid enim loco capitur, circumscribitur.  
 Forma circumscribitur finibus, habet metas, vn-  
 de & quousque sit. Deinde quod loco capitur & mo-  
 le quadam & spatio distenditur, minus est in parte  
 quã in toto. Faciat deus vt itelligatis. Quotidie  
 autem de corporibus quæ ante oculos nostros sunt, quæ  
 videmus, quæ tangimus, inter quos sumus, possumus  
 iudicare corpus quodlibet in loco habere formam.  
 Omne autem quod spatium loci occupat, minus est  
 in parte quã in toto. Pars corporis humani, verbi  
 gratia, brachium. Vtique minus est brachium quã  
 totum corpus. Et si minus est brachium, breuiorem locum  
 occupat. Item caput, quia pars est corporis, in minori lo-  
 co est, & minus est quã totum corpus, cui caput est.  
 Sic omnia quæ sunt in loco, minora sunt in parte quã  
 in toto. Nihil tale de illo verbo sentiamus, nihil tale co-  
 gitemus. Non de suggestionem carnis spiritalia imagi-  
 nemur. Non est ille sermo, non est ille deus minor in  
 parte quã in toto. Sed non potes tale aliquid cogita-  
 re. Magis pia est talis ignorantia quã presumpta scie-  
 tia. Loquimur enim de deo. Dictum est, Et deus erat  
 verbum. De deo loquimur, quid mirum si non com-  
 prehendis? Si enim comprehendis, non est deus. Sit pia  
 confessio ignorantie magis quã temeraria professio  
 scientie. Attingere aliquantum te mente deum, magna  
 beatitudo est: comprehendere autem omnino impos-  
 sibile. Ad mentem deus pertinet, mente itelligendus  
 est: ad oculos corpus, videndum est. Sed corpus ocu-  
 lo comprehendere te putas: Omnino non potes. Quic-  
 quid enim aspicias, non totum aspicias. Cuius hominis fa-  
 ciem vides, dorsum non vides eo tempore quo faciem  
 vides. Et quando dorsum vides, eo tempore faciem nõ  
 vides. Non sic ergo vides vt comprehendas, sed quan-  
 do aspicias aliam partem quam non videras, nisi me-  
 moria tecum faciat vt memineris, vt vidisse vnde re-  
 cedis, nunquã te diceres aliquid vel in superficie com-  
 prehendisse. Tractas quod vides, versas huc atque il-  
 luc, vel ipse circuis vt totum videas. Vno ergo aspectu  
 totum videre non potes. Et quandiu versas vt videas,  
 partes vides, & contexendo quia vidisti alias partes,  
 videris totum inspicere. Non autem hic oculorum vi-  
 sus, sed memorie viuacitas itelligitur. Quid ergo de  
 illo verbo fratres dici potest? Ecce de corporibus dici-  
 mus subiacentibus oculis nostris, nõ illa possunt com-  
 prehendere aspectu, quis ergo oculus cordis compre-  
 hendit deum? Sufficit vt attingat, si purus est oculus. Si  
 autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo &  
 spiritali, non tamen comprehendit: & hoc si purus est,  
 & vnde sit homo viuus, vita perpetua, vnde sit homo  
 sapiens, sapientia perfecta, vnde homo sit illuminatus,  
 lumen sempiternum est. Et vide quemadmodum tu  
 contingendo efficeris quod non eras, non illud quod  
 contingis facis esse quod non erat. Hoc dico, Deus non

Ioan. 1.

Faliss, ab o- culis cordis videndus est.

crescit ex cognitore, sed cognitor ex cognitione dei. **D**  
 Ne putemus fratres charissimi, quia beneficium præ-  
 stamus deo, quia diximus precium nos dare quodam-  
 modo. Non enim vnde augetur ille damus, qui & te  
 lapsio integer est, & te redeunte integer manet, para-  
 tus videre vt beatificet conuersos, & auersos puniat ce-  
 citate. Vindicat enim primo in anima auersa a se ex-  
 ordium pœnarum ipsa cœcitate. Qui enim se auertit  
 à lumine vero, id est, à deo, iam cæcus efficitur. Non-  
 dum sentit pœnam, sed iam habet. Itaque verbum dei  
 fratres charissimi incorporaliter, inuolabiliter, in-  
 commutabiliter, sine temporali natiuitate, natum ta-  
 men itelligamus à deo. Putamus ne possumus aliquo  
 modo persuadere quibusdam infidelibus non abhor-  
 rere à vero, quod dicitur à nobis fide catholica quæ  
 contraria est Arrianis, à quibus ecclesia dei sape ten-  
 tata est, cum carnales homines facilius illud accipiunt  
 quod videre consueverunt? **A**usi sunt enim quidam di-  
 cere, Maior est pater filio & præcedit eum tempore:  
 id est, maior est filio pater, & minor est patre filius, &  
 à patre in tempore procedit. Et sic disputant: si natus  
 est, vtique erat pater antequam filius illi esset natus.  
 Attendite, Adsit ipse nobis, adiuuantibus orationi-  
 bus vestris, & pia intencione accipere cupientibus quod  
 ipse donauerit, quod ipse suggesterit: Assit nobis vt  
 possimus quoquo modo explicare quod cepimus. Tam-  
 en fratres antè dico, Si non potuero ego explicare,  
 non rationem putetis, sed hominem defecisse. Itaque  
 vos hortor & deprecor vt oretis, assit misericordia  
 dei, & ita rem à nobis dici faciat, vt vos audire oportet,  
 & nos dicere. Hoc ergo illi dicunt. Si filius dei est,  
 natus est. Hoc fatemur. Non enim esset filius si natus  
 non esset. Manifestum est, admittit fides, approbat ec-  
 clesia catholica, verum est. Adiungunt deinde, Si na-  
 tus est patri filius, erat pater antequam filius ei nasce-  
 retur. Hoc respuit fides, respuit aures catholica. Ana-  
 thematizatur; extra est qui hoc sapit, non pertinet ad  
 participationem societatemque sanctorum. Ergo ait,  
 Rationem mihi redde, quomodo & filius potuit na-  
 sci patri, & coætuus ei esse à quo natus est? Et quid facio-  
 mus fratres, quando carnalibus ista spiritalia intima-  
 mus; si tamen & nos ipsi non carnales sumus, quando  
 carnalibus ista spiritalia insinuamus homini assues-  
 cto natiuitate terrena, & videnti istius creatura ordi-  
 nem, vbi successus & decessus, gignentes & genitos æ-  
 tate distinguit? Post patrem enim nascitur filius, patri  
 vtique mortituro successurus. Hoc in hominibus, hoc  
 in aliis animantibus inuenimus, parentes priores tem-  
 pore, filios tempore posteriores. Hac consuetudine vi-  
 dendi, carnalia transferre illi ad spiritalia cupiunt, &  
 intencione carnalium facilius seducuntur. Non enim  
 ratio audientium sequitur talia prædicantes, sed con-  
 suetudo quæ etiam inuoluit eos vt talia prædicarent. Et  
 quid faciemus nos? Silebimus? Vtinam liceret. Forsitan  
 enim silendo aliquid dignum de re ineffabili cogita-  
 retur. Nam quicquid potest dari, non est ineffabile. In-  
 effabilis est autem deus. Si enim raptum se dicit vsque  
 in tertium cœlum Apostolus Paulus, & dicit se audisse  
 ineffabilia verba, quanto magis ipse ineffabilis qui ta-  
 lia demonstrat, quæ dari non possit cui demonstrata  
 sunt? Itaque fratres, melius erat si possemus tacere & di-  
 cere, Hoc habet fides, sic credimus. Non potes cape-  
 re, paruulus es, patienter tolerandus donec pennas nu-  
 trias, ne cum volare implumis volueris, non sit tibi  
 aura libertatis, sed casus temeritatis. Quid ille con-  
 tra?

1. Cor. 13.

DE VERBIS DOMINI IN  
 Euangelio secundum Ioannem.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioan-  
 nem, In principio erat verbum & verbum erat  
 apud deum, & deus erat verbum: Et  
 reprehensione Arrianorum.  
 Sermo XXXVIII.

Ioan. 1.

Faliss Pro- bauit repro- batus, red- videndus, ho- inuoluitus vi. oculis.

Psal. 103.

Psal. 9.

Lætitia seculi est impunita nequitia.

**G**tra? Osi haberet quod diceret, diceret mihi. Deficienti ista excusatio est. Victus est, nescit qui respondere non vult. Ille cui hoc dicitur, si non respondeat, & in seipso victus non est, vincitur tamen in titubantibus fratribus. Audiunt enim fratres infirmi & putant reuera non esse quod dicatur, & forsitan verum putant non esse quod dicatur, non tamen non esse quod sentiantur. Homo enim nihil potest dicere, quod non etiam sentire possit. Potest etiam aliquis sentire quod dicere non possit, Tamen seruata illius maiestatis ineffabilitate, ne cum aliquas similitudines contra illos dederimus, putet nos aliquis per istas similitudines iam peruenisse ad id quod nec dici nec cogitari potest, certe à paruulis: & si potest ab aliquibus maioribus, potest ex parte, potest in enigmate, potest per speculum, nondum autem facie ad faciem: demus & nos aliquas similitudines aduersus illos vnde illi refellantur, non vnde illud capiatur. Etenim cum dicimus valde posse fieri, posse intelligi, vt & natus sit & coaeternus sit ei à quo natus est, vt hoc refellant & quasi falsum est demonstrant, similitudines nobis dant. Vnde? De creatura, & dicunt nobis, Homo vtique erat antequam generaret filium, maior est filio suo. Et equus erat antequam generaret filium, & ouis & cetera animalia. Similitudines adhibent de creaturis. Quid? Nobis laborandum est vt nobis inueniamus similitudines earum rerum quas astruimus? Quid si non inuenire? Non recte possem dicere, natiuitas creatoris fortasse similitudinem in creatura non habet? Quanto enim superat ea quae sunt hic, in eo quod ibi est: tanto superat ea quae hic nascuntur, in eo quod ibi natus est. Omnia per deum hic sunt. Et quid tamen est comparandum deo? Sic omnia quae hic nascuntur, illo efficiente nascuntur. Et sic forsitan non inuenitur aliqua similitudo natiuitatis eius, quomodo non inuenitur & substantia eius & immutabilitas diuinitatis ac maiestatis eius. Quid enim simile hic inueniri potest? Si ergo forsitan nec natiuitatis similitudo inueniatur, nunquid inde oppressus sum, quia non inueni similitudines, creatori omnium in creatura, cupiens inuenire quod esset simile creatori? Et reuera fratres non sum inuenturus temporales similitudines quas aeternitati possum comparare. Sed & tu quas inuenisti, quid sunt? Quid enim inuenisti? Quia pater maior est tempore quam filius, & ideo vis vt filius dei tempore minor sit quam pater aeternus, quia inuenisti minorem filium patre temporali. Da mihi aeternum patrem hic, & inuenisti similitudinem. Filium minorem inuenis patre in tempore, filium temporalem minorem patre temporali. Nunquid inuenisti mihi filium temporalem minorem aeterno patre? Quia ergo in aeternitate stabilitas est, in tempore autem varietas, in aeternitate omnia stant, in tempore alia accedunt, alia succedunt, potes inuenire filium minorem in varietate temporis, succedentem patri, quia etiam patri suo ipse successit non aeterno patri temporalis. Quid ergo possumus fratres mei in creatura inuenire coaeternum quando in creatura nihil inuenimus aeternum? Inueni aeternum patrem in creatura, & inuenio coaeternum filium. Si autem imago vt inuenis aeternum, & vincunt se in tempore, sufficit vt ad similitudinem inueniamus coaeternum. Aliud est enim coaeternum, aliud coaeternum. Coaeternus quotidie dicimus eos, qui eandem habent mensuram temporum. Non alter ab altero praeceditur tempore, ambos tamen ¶ esse coepimus

Aliud est coaeternum & aliud coegit. ¶ alius esse coepisse.

quos dicimus coaeternos. Si potuerimus inuenire coaeternum quod nascitur ei à quo nascitur: si possunt inueniri coaeterna duo generans & generatus, hic inuenimus coaeterna, ibi intelligimus coaeterna. Si hic inuenero genitum ex eo esse coepisse ex quo coepit generator, intelligimus certe filium dei ex eo esse non coepisse ex quo non coepit generator. Ecce fortasse fratres inuenimus aliquid in creatura quod de alia re nascatur, & tamen ex eo tempore esse incipiat, ex quo coepit illud vnde nascitur, hoc ex eo ex quo illud coepit, illud ex eo ex quo illud non coepit. Hoc ergo coaeternum, illud coaeternum. Arbitror sanctitatem vestram iam intellexisse quod dico, non posse comparari temporalia aeternis, sed posse ex aliqua tenui & parua similitudine coaeternis. Inueniamus itaque coaeterna, & de scripturis admoneamur ad has similitudines. Legimus in scripturis de ipsa sapientia, Candor est enim lucis aeternae. Item legimus, Speculum sine macula dei maiestatis. Ipsa sapientia dicta est, Candor est enim lucis aeternae. Dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinem, vt inueniamus coaeterna, ex quibus intelligamus coaeterna. **O** Arriane si inuenero genitorem non praecedere temporale illud quod genuit, si genitum non esse minorem tempore illo à quo generatus est, iustum est vt concedas mihi posse ista coaeterna inueniri in creatore, quando coeque in creatura inueniri potuerunt. Iam quidem aliquibus fratribus hoc occurrere puto. Nam praenerunt aliqui ex quo dixi, Candor est enim lucis aeternae. Ignis enim lucem fundit, lux ab igne funditur. Quid à quo existat si quaeramus, quotidie cum lucernam accendimus admonemur rei cuiusdam inuisibilis & inenarrabilis, vt lucerna aliqua intelligentiae nostrae in ista nocte seculi possit accendi. Attende eum qui lucernam accendit. Non accensa lucerna nondum est ignis, nondum est & fulgor qui ab igne exit. Interrogo autem ego & dico, Fulgor ab igne existit, an ignis à fulgore? Omnis anima mihi respondet (voluit enim deus infeminare omni animae initia intellectus, initia sapientiae.) Omnis mihi anima respondet & nemo dubitat quod splendor ille de igne existit, non ignis de splendore. Ponamus ergo ignem patrem illius splendoris, quia iam praelocuti sumus coaeterna nos quaerere, nõ coaeterna. Si lucernam accendere cupio, nondum est ibi ignis, nondum & ille splendor. Mox autem vt accedero, simul cum igne & splendor existit. Da mihi hic ignem sine splendore, & credo tibi patrem fuisse sine filio. Attendite, Dicta est vt tanta res potuit à nobis dici, domino adiuuante intentionem orationis vestrae & preparationem cordis vestri, exceperitis quantum capere potuistis. Illa tamen ineffabilia sunt. Nihil dignum putetis dictum, vel eo ipso quo coaeternis coaeterna comparantur, temporalia semper manentibus, extrinseca incomparabilibus ¶. Sed quia dictus est filius & imago patris, accipiamus & aliquam similitudinem hinc in rebus longe differentibus, vt praelocuti sumus. Imago existit de speculo hominis intuentis speculum. Non nobis potest suffragari ad euentiam rei huius quam explicare vtcunque conamur. Etenim dicitur mihi, Ille qui attendit speculum iam vtique erat, & iam natus erat. Existit imago vt aspector extiterit. Nam ille qui inspicit erat, & antequam accederet ad speculum. Quid ergo inueniamus vnde possumus eruere talem similitudinem, sicut eruimus de igne & splendore? Faciamus hoc animo. Facile nostis quemadmodum aqua corporis saepe reddat imagines. Hoc dicimus, quando

¶ alius im. mortalibus

¶ alius à m. nimo.

¶ alius, prius appareret.

Filius dei dicitur, quia pater est & habet de quo sit.

Philip. 2. Rapina.

**A** quando quisque vel transit super aquam vel stat, videri ibi imaginem suam. Ponamus ergo aliquid super aquam natum, vel virgultum aut herbam, nõne cum imagine sua nascitur? Mox vt incipit existere, incipit cum illo existere imago eius, non praecedit nascendo imaginem suam, non mihi ostenditur natum esse aliquid super aquam, & postea apparuisse imaginem eius, cum illud sine imagine prius non apparuisset, sed nascitur cum imagine sua, & tamen imago ab illo, non illud ab imagine. Nascitur ergo cum imagine sua, & simul esse incipiunt virgultum & imago eius. Nunquid non fateris imaginem esse de illo virgulto, nõ virgultum de imagine? Genitam ergo de virgulto illo cõfiteris imaginem. Itaque & generans & quod genitum est simul esse coeperunt. Ergo coaeterna sunt, si semper virgultum, semper & imago de virgulto. Quod autem de alio est, vtique natum est. Potest ergo semper esse generans, & semper cum illo quod de illo natum est. Ibi enim aeternamur, ibi laborabamus, quomodo intelligeretur sempiterna natiuitas. Ergo filius dei secundum hoc dicitur quod pater est, quod habet de quo sit, non secundum hoc quod prior esset pater, & postea filius. Semper pater, semper filius de patre. Et quia quicquid de aliquo est, natum est: semper igitur filius natus, semper pater, semper imago de illo, quomodo imago illa virgulti, & de virgulto nata est, & si semper virgultum, semper nata esset & imago de virgulto. Non potuisti inuenire coeterna genita aeternis genitoribus, & inuenisti coaeterna nata temporalibus gignentibus. Intellego coaeternum filium natum aeterno gignenti. Quod enim est temporali coaeternum, hoc est, aeterno coaeternum. Hinc etiam est modicum quod aduertatis fratres propter blasphemias. Semper enim dicitur, Ecce dedisti similitudines, sed splendor qui funditur de igne minus lucescet quam ipse ignis, & imago virgulti minus vtique habet quam illud virgultum vnde imago est. Habent ista similitudinem, sed non habent omnimodo aequalitatem, quare non videntur esse eiusdem substantiae. Quid ergo dicemus, ¶ Si dicat aliquis, Talis est ergo filius ad patrem, qualis ad ignem splendor, & imago ad virgultum? Ecce intellexi aeternum patrem, intellexi coaeternum filium. Tamen sicut effusum splendorem minus lucentem igne, aut sicut effusam imaginem minus quam virgultum existentem dicimus: Non, Sed aequalitas omnimoda est. Non credo ait, quia non inuenisti similitudinem, sed credo Apostolo, qui potuit videre quod dixi. Ait enim, Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Aequalitas omnimodo coniungitur. Et quid dixit? Non rapinam. Quare? Quia illud est rapina quod alienum est. Tamẽ ex istis duabus collationibus, & generibus duobus, similitudine fortassis inuenimus in creatura, quomodo intelligamus filium coaeternum patri, & nequaquam minorem. Sed non illud possumus inuenire in vno genere similitudinum. Iungamus ambo genera, vnum vnde ipsi dant similitudines, & alterum vnde nos dedimus. Dederunt enim similitudines illi ex his qui nascuntur in tempore & praeceduntur tempore ab eis à quibus nascuntur, sicut homo de homine. Maior ille tempore prior natus, sed tamen homo & homo, id est eiusdem substantiae. Homo enim hominem generat, & equus equum, & pecus pecudem. Ad eandem substantiam generat ista, sed non ad idem tempus. Diuersa sunt tempora, sed non sunt diuersa natura. Quid ergo hic laudamus in ista natiuitate? Certe aequalitatem naturae. Quid autẽ deest? Aequalitas tem-

Tomus decimus.

poris. Teneamus hic vnum quod laudatur, id est, aequalitatem naturae. In illo autem genere similitudinum quod nos dedimus de splendore ignis, & de imagine virgulti, aequalitatem naturae non inuenis, inuenis coaeternitatem. Quid hic laudamus? Coaeternitatem. Quid deest? Aequalitas naturae. Coniunge quae laudas. In creaturis enim deest aliquid quod laudas, in creatore deesse nihil potest, quia quod inuenis in creatura, à creatore artifice processit. Quid ergo in coeternis? Nonne hoc deo dandum quod ibi laudas? Quod autem deest non tribuendum maiestati, in qua nullus defectus est, Ecce offero tibi genitis coaeterna gignentia. Laudas ibi coaeternitatem, sed disparitatem reprehendis. Quod reprehendis noli tribuere deo: quod laudas tribue: & tribuis illi ex isto genere similitudinum pro coaeternitate coaeternitatem, & coaeternus sit natus cum eo à quo natus sit. De alio autem similitudinum genere, quae & ipsa creatura dei est, & debet laudare creatorem, quod ibi laudas? Aequalitatem naturae. Iam propter istam distinctionem dederas coaeternitatem, da propter istam aequalitatem, & perfecta est natiuitas eiusdem substantiae. Quid enim dementius fratres mei, quam vt in aliquo laudem creaturam quod non sit in creatore? Laudo in homine aequalitatem naturae, & non credo in eo qui fecit hominem? Quod de homine natum est homo est, & quod de deo natum est, non id erit quod ille de quo natum est? Non versor in operibus quae deus non fecit. ¶ Laudent ergo creatorem omnia opera sua. Inuenio hic coaeternum, cognosco ibi coaeternum. Hic aequalitatem inuenio naturae, ibi intelligo aequalitatem substantiae. Totum ergo ibi quod hic ex partibus singulis & rebus singulis inuenitur. Totum ergo ibi simul & non hoc solũ quod in creaturis totum inuenio ibi, sed tanquam in creatore, quanto amplius quod haec visibilia, illa inuisibilia: haec temporalia, illa aeterna: haec commutabilia, illa incommutabilia: haec corruptibilia, illa incorruptibilia? Postremo in homine ipso ea quae inuenimus homo & homo duo homines sunt, ibi pater & filius vnus deus. Domino deo nostro gratias ago inenarrabiles, quod ex hoc loco scrupulosissimo & laboriosissimo infirmitatem meam liberare dignatus est, petentibus vobis. Ante omnia tamen seruare hoc, quicquid de creatura potuimus colligere, aut sensu corporis, aut cogitatione animi inenarrabiliter transcendere creatorem. Sed si vis illum mente contingere, purga mentem, purga cor tuum. Mundum fac oculum, vnde illud quicquid est possit attingi. Mundum fac oculum cordis, Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Non autem mundato corde, quid potuit misericordius procurari aut donari ab eo, nisi vt illud verbum de quo tanta & tam multa diximus, & nihil dignum diximus, nisi vt illud verbum per quod facta sunt omnia, fieret quod nos sumus, vt attingere possimus illud quod non sumus? Non enim deus sumus, sed possumus mente vel cordis acie interiore videre deum. Peccatis acies nostrae obruta, obtusa, infirmitate deiecta cupiunt videre: sed in spe sumus, in re nondum sumus. Filij dei sumus. Hoc ait Ioannes qui ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: qui supra pectus domini discumbebat, qui secreta ista de sinu illius cordis hauriebat. Ipse ait, Dillectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hoc nobis promittitur. Sed vt perueniamus, si nondum possumus verbum videre deum, audiamus

Ioan. 1.

Ioan. 13.

1. Ioan. 3.

e audiamus



**G** audiamus verbum carnem, quia carnales facti sumus, audiamus verbum carnem factum. Ideo enim venit, ideo suscepit infirmitatem nostram, vt possit firmam locutionem capere dei portantis infirmitatem tuam. & vere dictum est lac; Lac enim dat paruulis, vt cibum sapientiae det maioribus. Lactare patienter, vt auide pascaris. Quomodo enim fit etiam lac quo lactantur infantes? Nonne esca erat in mensa? Sed inualidus est infans ad comedendam escam, quae in mensa est: quid facit mater? Incarnat escam, & conficit lac de ipsa. Conficit nobis quod capere possimus. Sic verbum caro factum est, vt lacte paruuli nutremur, qui ad cibum quidem eramus infantes. Verum hoc interest, quia quando cibum mater incarnatum lac facit, cibum in lac conuertitur. Incommutabiliter autem manens verbum carnem assumpsit, vt esset quodammodo contextum. Quid est, non corruptum? Non commutatum, vt per habitum tuum tibi loqueretur, non in hominem transmutatus atque conuersus. Incommutabilis enim & incommutabilis & omnino inuolabilis manens, factus est quod tu ad te, quod ipse ad patrem. Ipse enim infirmis quid dicit vt possint recuperato visu verbum ex aliqua parte attingere, per quod facta sunt omnia? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quid magister filius dei, sapientia dei per quem facta sunt omnia concionatur? Vocat humanum genus & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & discite a me. Putabas forte dicturam sapientiam dei, Discite quomodo caelos feci & astra. Omnia etiam in me antequam fieret numerata erant, quomodo in virtute rationum incommutabilium etiam capilli vestri numerati sunt. Hac putabas & talia esse dicturam? Non. Sed prius illud. Quoniam mitis sum & humilis corde. Ecce quod capiat, videte fratres, certe paruum est. Ad magna nos tendimus, parua capiamus, & magni erimus. Vis capere celsitudinem dei, cape prius humilitatem dei. Dignare esse humilis propter te, quia deus dignatus est humilis esse propter eundem te, non enim propter se. Cape ergo humilitatem Christi, discite humilis esse, noli superbiere. Confitere infirmitatem tuam, iace patienter ante medicum, Cum coeperis humilitatem eius, surgis cum illo: non quasi & ipse surgat secundum quod verbum est, sed tu potius vt magis magisque a te capiat. Intelligebas primo titubanter atque hesitanter, intelligis postea certius & clarius. Non ille crescit, sed tu proficis, & quasi tecum videtur surgere. Sic est fratres. Credite praecipis dei & facite illa, & donabit vobis robur intelligentiae. Non praesumatis & quasi anteponeatis scientiam praeepto dei, ne inferiores non solidiores remaneatis. Arborem attendite. Petit ima prius, vt sursum excresecat. Figit radicem in humili, vt verticem tendat ad caelum. Nunquid nititur nisi ab humilitate? tu autem sine charitate, sine humilitate vis excessa comprehendere, sine radice auras petis. Ruina est ista, non incrementum. Habitante Christo per fidem in cordibus vestris, in charitate radicamini atque fundamini, vt impleamini in omnem plenitudinem dei.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit:*  
Sermo XXXIX.

**D**ominus noster Iesus Christus, & venit ad homines & abcessit ab hominibus, & venturus est ad homines. Et tamen hic erat quando venit, nec recessit quando abcessit, & ad eos venturus est quibus dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi. Secundum formam serui quam suscepit pro nobis quodam tempore natus est, occisus est & resurrexit, & iam non moritur, nec mors illi vltra dominabitur. Secundum diuinitatem autem quae aequalis est patri, in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit. De hoc audistis modo Euangelium, quid monuerit nos vel admonuerit, cautos nos faciens, & volens esse expeditos & paratos ad expectandum nouissima, vt post nouissima quae sunt in hoc saeculo tuenda, succedat requies quae non habet finem, beati qui participes facti fuerint. Erunt autem tunc securi, qui modo non sunt securi, & iterum tunc timebunt, qui modo timere nolunt. Ad hanc expectationem & propter hanc spem Christiani facti sumus. Nonne spes nostra non est de hoc saeculo? Non amemus saeculum. Ab amore saeculi huius vocati sumus, vt aliud saeculum speremus & diligamus. In hoc abstinere nos debemus, ab omnibus illicitis concupiscentiis, hoc est, lumbos accinctos habere debemus, & feruere & lucere in operibus bonis, hoc est, lucernas ardentes in manibus habere. Dixit enim ipse dominus discipulis suis alio loco Euangelij, Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et vt ostenderet vnde dicebat, subiiecit & ait, Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant bona facta vestra, & glorificet patrem vestrum qui in caelis est. Ideo lumbos nostros accinctos esse voluit, & lucernas ardentes. Quid est lumbos accinctos? Declina a malo. Quid est lucere? Quid est lucernas ardentes habere? Hoc est, Et fac bonum. Quid est quod adiunxit & ait, Et vos similes estote hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis, nisi quod in illo Psalmo sequitur, Inquire pacem & persequere eam? Hac tria, hoc est, abstinencia a malo, & operatio boni, & spes praemij aeterni commemorata sunt in Actibus Apostolorum, vbi scriptum est, Quia docebat eos Paulus de continentia, de iustitia & spe vitae aeternae. Ad continentiam pertinet. Sint lumbi vestri accincti. Ad iustitiam pertinet. Et lucernae ardentes. Ad expectationem domini pertinet. Quae est spes vitae aeternae. Ergo declina a malo, hac est continentia, hi sunt lumbi accincti. Et fac bonum, hac est iustitia, haec sunt lucernae ardentes. Quare pacem & sequere eam: hac est expectatio futuri saeculi. Ergo similes estote hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis. Habentes autem ista praeepta & promissa, quid quaerimus in terra dies bonos, vbi eos inuenire non possumus? Scio enim quia eos quaeritis quando aut agrotatis, aut in tribulationibus estis, quae abundant in hoc saeculo, quoniam quando aras vergit ad finem, & senex plenus est querelis & nullis gaudiis, inter omnes tribulationes quibus conteritur genus humanum non quaerunt homines nisi dies bonos, & vitam volunt longam quam hic habere non possunt: quia & longa hominis vita tanta breuitate constringitur ad vniuersi saeculi illius latitudinem, quasi si vna gutta ad vniuersum mare comparatur. Quid ergo est vita hominis, etiam illa quae longa dicitur? Longam vitam dicunt quae in saeculo isto breuis est, & sicut dixi, abundant ge-

**K**  
Math. 28.  
Roma. 6.  
Ioan. 1.  
Christiani quare facti sumus? Saeculi istud non agendum.  
Math. 5.  
Vbi supra.  
Lumbi accincti. Lucernae ardentes.  
Luc. 12.  
Acto. 27.  
M  
Luc. 12.

**A**dant gemitus vsque ad decrepitam senectutem. Hoc totum modicum & breue est, & tamen quomodo quaeritur ab hominibus, quanta diligentia, quanto labore, quanta cura, quanta vigilantia, quanto opere quaerunt homines vt diu hic viuant & senescant? Ipsum autem diu viuere, quid est aliud nisi ad finem currere? Habuisti hesternum diem, habere vis & crastinum diem. Sed cum dies iste transierit & crastinus, minus illum habes. Ideo optas vt luceat dies, vt appropinquet tibi quod tu non vis peruenire. Exhibes aliquam solennitatem amicis tuis, audis ibi a bene optantibus, dicitur tibi, multos annos viuas, & veniat quod illi dixerunt. Quid? Vt veniant anni & anni, & non vis vt veniat finis annorum? Studia tua contraria sunt. Ambulare vis, & peruenire non vis. Veruntamen, vt dixi, si tanta cura inest hominibus, vt quotidianis magnis perperis laboribus capiant vt tardius moriantur, quanta cura agendum est vt nunquam moriantur? Inde nemo vult cogitare. Quotidie quaeruntur in isto saeculo dies boni vbi non inueniuntur, & nemo vult sic viuere vt illuc perueniat vbi inueniuntur. Ideo eadem scriptura admonet & dicit, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Sic interrogauit scriptura, vt sciret quid illi responderetur, sciens quod omnes homines vitam quaerent & dies bonos. Pro desiderio ipsorum interrogauit, tanquam sibi de omnium corde responderetur. Ego volo. Sic dixit, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Quemadmodum etiam ista hora qua vobis loquor, cum audistis me dixisse, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos: omnes respondistis in corde vestro, Ego. Nam & ego qui vobiscum loquor, vitam volo & dies bonos. Quod quaeritis vos, hoc quaero & ego. Quomodo si aurum nobis omnibus esset necessarium, & ego ad aurum vna vobiscum peruenire volens, & esset alicubi in agro vestro in loco vestrae potestatis subdito, & viderem vos quaerentes aurum, & dicerem vobis, quid quaeritis, responderetis mihi aurum: & ego vobis dicerem, aurum quaeritis, & ego aurum quaero: quod quaeritis & ego quaero, sed non quaeritis vbi possumus inuenire. Ergo audite me, vbi possumus inuenire: vobis non tollo, locum vobis ostendo, in quo sequamur omnes eum qui nouit vbi sit quod quaerimus. Sic & nunc, quia desideratis vitam & dies bonos: non possumus vobis dicere, nolite desiderare vitam & dies bonos: sed illud dicimus, nolite hic quaerere in hoc saeculo vitam & dies bonos, vbi boni esse non possunt. Nonne vita ipsa morti similis est? Dies autem ipsi prope rantes transeunt, quia hodiernus dies hesternum excludit. Crastinus ideo nascitur, vt excludat hodiernum. Ipsi dies non stant, tu quare cum illis vis stare? Desiderium ergo vestrum quod vitam vultis & dies bonos, non solum non reprimo, sed etiam vehementius accendo. Prorsus quaerite vitam, quaerite dies bonos, sed vbi possunt inueniri, ibi quaeratur. Vultis enim audire mecum consilium eius qui nouit vbi sint dies boni, & vbi sit vita? Audite non a me, sed mecum simul, ait enim nobis quidam, Venite filij audite me, & concurramus & stemus, & aures erigamus, & corde intelligamus patrem qui ait, Venite filij audite me, timorem domini docebo vos. Et quam rem vult docere, & cui rei utilis est timor domini. Sequitur, Quis est homo qui vult vitam & diligit dies videre bonos? Respondemus omnes, Nos volumus. Quid sequitur audiamus, Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Tomus decimus.

Viuere diu quid?  
Psal. 33.  
Vbi supra.  
Ibidem.

Modo dic, Ego. Iamdudum quando dicebam, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? omnes respondebamus, Ego. Heia respondeat mihi aliquis, Ego. Ergo cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Dic modo, Ego. Ergo dies bonos & vitam vis, cohibere linguam tuam non vis a malo, & labia tua ne loquantur dolum? Ad mercedem alacer, ad opus piger, & cum non operanti non redditur merces, vtinam in domo tua, vel operanti mercedem reddas. Nam scio quia non operanti non reddis? Quare? Quia nihil operanti nihil debes. Et deus proposuit mercedem. Quam mercedem? Vitam & dies bonos quos omnes desideramus, ad quos dies omnes conamur venire. Promissam mercedem daturus est. Quam mercedem? Vitam & dies bonos. Et qui sunt dies boni? Vita sine fine, requies sine labore. Magnam mercedem proposuit. In tanta proposita mercede, videamus quid iussit. Iam enim mercede tanta pollicitationis & amore mercedis accensi, paremus iussioni eius vires nostras, latera, lacertos. Quasi iussurus est onera grandia nos portare, forte aliquid fodere, forte aliquam machinam erigere? Non iussit tibi rem laboriosam, sed membrum quod inter omnia membra cito moues, ipsum tibi praecipit, Cohibe linguam tuam a malo. Non est labor erigere fabricam, & labor est tenere linguam? Cohibe linguam tuam a malo. Noli loqui mendacium, noli loqui criminationes, noli loqui calumnias, noli loqui falsa testimonia, noli loqui blasphemias. Cohibe linguam tuam a malo. Vide quomodo irasceris, si quis de te male loquatur. Quomodo irasceris alteri quando de te male loquitur, sic irascere tibi, quando de altero male loqueris. Labia tua non loquantur dolum. Quod est intus in corde tuo, hoc dicatur foris. Non aliud pectus tegat, & aliud lingua proferat. Declina a malo & fac bonum. Nam quomodo dicitur sum ei, Vesti nudum, qui adhuc spoliare vult vestitum? Nam qui premit ciuem suum, quomodo habet suscipere peregrinum? Ergo per ordinem, prius declina a malo & fac bonum: prius accinge lumbos tuos, & tunc lucernam accende. Et cum hoc feceris, securus expecta vitam & dies bonos: quaere pacem & sequere eam, & tunc bona fronte dices domino, Feci quod iussisti, redde quod promissisti.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem de Nathanaele, Cum esses sub arbore ficu vidi te:*  
Sermo XL.

**V**od dictum audiuimus a domino Iesu Christo Nathanaeli, si bene intelligamus, non ad ipsum pertinet solum. Ipse quippe dominus Iesus sub ficu vidit omne genus humanum. Isto enim loco intelligitur per arborem ficu significasse peccatum. Non vbi que hoc significat, sed hoc loco vt dixi, ea scilicet significandi congruentia, qua nostis primum hominem quando peccauit, folijs ficulneis fuisse subtectum. His folijs enim pudenda texerunt, quando de peccato suo erubuerunt, & quae deus illis membra, ipsi sibi pudenda fecerunt. Non enim erubescendum est de opere dei, sed confusionem praecessit causa peccati. Si non praecessisset iniquitas, nunquam erubesceret nuditas. Nudi enim erant, & non confundebantur. Non enim commiserant vnde confunderentur. Hoc autem quare dixi, vt per ficum intelligamus significatum esse peccatum? Quid est ergo, Cum esses sub ficu vidi te? Cum esses sub peccato vidi te. Et ad rem quidem respectans gestam recordatus est Nathanael se fuisse sub ficu, vbi non erat Christus. Non autem ibi erat praesentia e ij corporali,

Dies boni.  
Lingua cohibenda.  
Luc. 12.  
Ioan. 1.  
Ficus peccati designat, & quare?  
Gene. 3.

**G** corporali, scientia vero spiritali ubi non est: Et quoniam sciebat se solum fuisse sub ficu, ubi dominus Christus non erat: dixit ei, Cum esses sub arbore ficus vidi te. Et agnouit in illo diuinitatem, & exclamauit, Tu es rex Israël. Dominus ait, Quia dixi, vidi te cum esses sub arbore ficus inde miraris, maiora horum videbis. Quæ sunt ista maiora? Et dixit, Videbitis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes super filium hominis. Recolamus veterem historiam conscriptam in libro sancto, id est, in Genesi. Quando Iacob obdormiuit, lapidem ad caput posuit, & in somnis vidit scalam à terra pertingentem vsque ad cælum, & dominus incumbebat super eam. Angeli autem ascendebant & descendebant per eam. Hoc vidit Iacob. Somnium hominis non scriberetur, nisi magnum in illo aliquid figuraretur. I. mysterium, & magnum aliquid prophetatum illa visione intelligeretur. Denique ipse Iacob quia intellexit quid viderit, posuit ibi lapidem & perfudit oleo. Agnoscat christum, agnoscite & Christum. Ipse est enim lapis quem reprobauerunt edificantes, ipse factus est in caput anguli. Ipse est lapis de quo ipse dixit, Quicumque offenderit in lapidem illum, conuassabitur: super quem vero venerit lapis ille, conteret eum. Offenditur in iacentem, veniet autem super eum. Cum venerit de alto iudicare viuos & mortuos, vnde Iudeis, quia cum iaceret humiliter Christus, offenderunt in eum. Non est, dicunt, homo iste à deo, qui soluit sabbatum. Si filius dei est descendat de cruce. Insane, iacet lapis, & ideo rides. Sed cum rides, cæcus es. Cum cæcus es, offensis. Cum offensis, conuassaris. Cum quassatus fueris illo modo iacente, postea veniente desuper cotereris. Ergo vixit lapidem Iacob. Nunquid idolum fecit? Significauit, non adorauit. Modo autem istum Nathanaëlem attendite, per cuius occasionem dominus Iesus exponere nobis voluit visionem Iacob. Nostis qui in schola Christi eruditi estis, Iacob ipsum esse & Israël. Duo sunt nomina, nam homo vnus fuit. Primum nomen Iacob quando natus est accepit, quod interpretatur supplantator. Quando autem illi gemini nati sunt, prior natus est frater Esau, & inuenta est manus illius minoris, in pede maioris. Tenebat pedem fratri suo præcedenti nascendo, postea & ipse secutus est. Et propter hoc factum, quia plantam tenuit fratri suo appellatus est Iacob, id est, supplantator. Postea vero cum rediret de Mesopotamia, luctatus est cum eo angelus in via. Quæ virtus comparari potest angeli & hominis? Ergo mysterium est, ergo sacramentum est, ergo prophetia est, ergo figura est, ergo intelligamus. Videte enim etiam luctaminis modum. Dum luctatur, præualuit angelo Iacob. Magna significatio, vt præualuisset homo angelo. Tenuit illum, tamen ipse homo eum quem vicerat tenuit. Et ait illi, Non te dimittam, nisi benedixeris mihi. Quando victor à victo benedicebatur, Christus figurabat. Angelus ergo ille qui intelligitur dominus Iesus, ait ad Iacob, Iam non vocaberis Iacob, sed erit nomen tuum Israël, quod est interpretatum, videns deum. Deinde tetigit neruum femoris eius, id est, latitudinem femoris, & aruit ei, & factus est claudus Iacob. Ipse est ille victus. Tantum potuit victus vt femur tangeret, & claudum faceret. Ergo si volens victus est: potestatem enim habuit ponendi virtutem suam, & potestatem habuit assumendi eam: non irascitur victus, qui non irascitur crucifixus. Nam & benedixit eum dicens, Non vocaberis Iacob, sed Israël. Tum supplantator factus est, videns

deum. Et tetigit sicut dixi, femur eius, & fecit eum claudicare. Attende in Iacob populum Iudeorum in illa militia sequentium & præcedentium iumentum domini, qui iuncti Apostolis adorabant dominum & clamabant, Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini. Ecce Iacob benedictus. Iam claudus in eis remansit, qui modo Iudei sunt. Latitudo enim femoris, significat multitudinem generis. De quibus Psalmus, cum gentes credituras prophetasset dicens, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Non ibi fui & auditus sum, affui & occisus sum. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et sequitur, Filij alieni mentiti sunt mihi, de Iudeis. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Assignaui vobis Iacob, & benedictum & claudum. Verum ex hac occasione non est prætereundum, quod potest fortasse sua sponte vestrum aliquem commouere. Quid sibi vult quod commutatum est nomen Abraham aut huius Iacob? Nam & ipse Abram vocabatur prius, & deus mutauit illi nomen & dixit, Non vocaberis Abram, sed Abraham: ex illo non est vocatus Abram. Quarite in scripturis, & videbitis superius antequam acciperet aliud nomen, non est vocatus nisi Abram: posteaquam accepit, non est vocatus nisi Abraham. Ille autem Iacob quando accepit aliud nomen, eadem verba audiuit, Non vocaberis Iacob, sed Israël. Quarite scripturas & videte, quia vtrunque vocatus est semper, & Iacob & Israël. Accepto alio nomine Abraham, non aliud est vocatus nisi Abraham. Accepto autem alio nomine Iacob, & Iacob vocatus est & Israël. Nomen Abraham in hoc seculo explicandum fuit. Hic est enim factus pater multarum gentium, vnde nomen accepit. Nomen autem Israël ad alterum seculum pertinet, ubi videbimus deum. Populus ergo dei, populus Christianus in hoc tempore, & Iacob est & Israël. Iacob in re, Israël in spe. Supplantator enim fratris dicitur populus minor: populi maioris. Nunquid nos supplantauimus Iudeos? Sed supplantatores dicimur illorum, quia nostri causa sunt supplantati. Nisi excæcati essent, Christus non crucifigeretur: Si Christus non crucifigeretur, sanguis ille non preciosus non funderebatur. Si sanguis ille non funderebatur, orbis terrarum non redimeretur. Quia ergo nobis profecit cæcitas illorum, ideo à minore fratre maior supplantatus est, & appellatus est minor supplantator. Sed quamdiu hoc? Veniet tempus, veniet finis seculi, & credet totus Israël. Non illi qui modo sunt, sed filij ipsorum qui tunc erunt. Nam modo isti per vias suas ambulantes ibunt ad loca sua, transibunt ad damnationem perpetuam. Quando autem factus fuerit vnus populus totus, fiet illud quod canimus, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Dum venerit promissio quæ promittitur, vt videamus faciem ad faciem. Modo videmus per speculum in enigmate & ex parte: quando autem vterque populus iam purgatus, iam resuscitatus, iam coronatus, iam in immortalium formam & in incorruptionem perpetuam commutatus, videbit deum facie ad faciem, etiam non erit Iacob, sed solus erit Israël, tunc eum in persona huius sancti Nathanaël videbit dominus & dicet, Ecce vir Israëlita, in quo dolus non est. Quando audis, Ecce vir Israëlita, veniat tibi in mentem Israël. Cum venerit in mentem tibi Israël, veniat tibi in mentem somnium illius, in quo somnio scalam vidit à terra vsq; ad cælum, deum superincumbentem.

**K** dicare. Attende in Iacob populum Iudeorum in illa militia sequentium & præcedentium iumentum domini, qui iuncti Apostolis adorabant dominum & clamabant, Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine domini. Ecce Iacob benedictus. Iam claudus in eis remansit, qui modo Iudei sunt. Latitudo enim femoris, significat multitudinem generis. De quibus Psalmus, cum gentes credituras prophetasset dicens, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Non ibi fui & auditus sum, affui & occisus sum. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et sequitur, Filij alieni mentiti sunt mihi, de Iudeis. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Assignaui vobis Iacob, & benedictum & claudum. Verum ex hac occasione non est prætereundum, quod potest fortasse sua sponte vestrum aliquem commouere. Quid sibi vult quod commutatum est nomen Abraham aut huius Iacob? Nam & ipse Abram vocabatur prius, & deus mutauit illi nomen & dixit, Non vocaberis Abram, sed Abraham: ex illo non est vocatus Abram. Quarite in scripturis, & videbitis superius antequam acciperet aliud nomen, non est vocatus nisi Abram: posteaquam accepit, non est vocatus nisi Abraham. Ille autem Iacob quando accepit aliud nomen, eadem verba audiuit, Non vocaberis Iacob, sed Israël. Quarite scripturas & videte, quia vtrunque vocatus est semper, & Iacob & Israël. Accepto alio nomine Abraham, non aliud est vocatus nisi Abraham. Accepto autem alio nomine Iacob, & Iacob vocatus est & Israël. Nomen Abraham in hoc seculo explicandum fuit. Hic est enim factus pater multarum gentium, vnde nomen accepit. Nomen autem Israël ad alterum seculum pertinet, ubi videbimus deum. Populus ergo dei, populus Christianus in hoc tempore, & Iacob est & Israël. Iacob in re, Israël in spe. Supplantator enim fratris dicitur populus minor: populi maioris. Nunquid nos supplantauimus Iudeos? Sed supplantatores dicimur illorum, quia nostri causa sunt supplantati. Nisi excæcati essent, Christus non crucifigeretur: Si Christus non crucifigeretur, sanguis ille non preciosus non funderebatur. Si sanguis ille non funderebatur, orbis terrarum non redimeretur. Quia ergo nobis profecit cæcitas illorum, ideo à minore fratre maior supplantatus est, & appellatus est minor supplantator. Sed quamdiu hoc? Veniet tempus, veniet finis seculi, & credet totus Israël. Non illi qui modo sunt, sed filij ipsorum qui tunc erunt. Nam modo isti per vias suas ambulantes ibunt ad loca sua, transibunt ad damnationem perpetuam. Quando autem factus fuerit vnus populus totus, fiet illud quod canimus, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Dum venerit promissio quæ promittitur, vt videamus faciem ad faciem. Modo videmus per speculum in enigmate & ex parte: quando autem vterque populus iam purgatus, iam resuscitatus, iam coronatus, iam in immortalium formam & in incorruptionem perpetuam commutatus, videbit deum facie ad faciem, etiam non erit Iacob, sed solus erit Israël, tunc eum in persona huius sancti Nathanaël videbit dominus & dicet, Ecce vir Israëlita, in quo dolus non est. Quando audis, Ecce vir Israëlita, veniat tibi in mentem Israël. Cum venerit in mentem tibi Israël, veniat tibi in mentem somnium illius, in quo somnio scalam vidit à terra vsq; ad cælum, deum superincumbentem.

**A** superincumbentem, angelos dei ascendentes & descendentes. Hoc somnium vidit Iacob. Post hoc autem appellatus est Israël, id est, post paululum veniens de Mesopotamia & agens iter. Si ergo Iacob vidit scalam, qui est & Israël appellatus: est autem & Nathanaël iste vere Israëlita, in quo dolus non est: ideo cum miratus esset quia dixit ei dominus, Sub arbore ficus vidi te: dixit ei, Maius his videbis. Et item dixit somnium Iacob. Cui dixit: Ei quem appellauit Israëlitam, in quo dolus non est. Quasi qui diceret, Cuius nomine te appellauit, ipsius somnium in te apparebit, noli festinare mirari, maiora horum videbis. Videbis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Ecce quid vidit Iacob. Ecce quare perfudit lapidem oleo Iacob. Ecce quare Christum prophetam significauit, & figurauit Iacob. Illud enim factum prophetia erat. Nunc quid expectetis noui, quid à me velitis audire, intelligo. Dicam, & hoc breuiter, vt dominus donat, ascendentes & descendentes angelos ad filium hominis. Quomodo si descendunt ad illum, hic est: si ascendunt ad illum, sursum est: si autem ad illum ascendunt, ad illum descendunt, & sursum est, & hic est: nullo pacto fieri potest vt ad illum ascendant, & ad illum descendant, nisi & ibi sit quod ascendit, & hic sit quod descendit. Quomodo probamus & illic eum esse, & hic eum esse? Respondet nobis Paulus, qui primo Saulus. Expertus est illud ipse quando prius erat persecutor, & postea factus est prædicator: prius Iacob, postea Israël: qui erat & ipse de genere Israël, de tribu Benjamin erat. In illo videamus Christum sursum, Christum deorsum. Primo ipsa domini vox de cælo hoc ostendit, Saule Saule quid me persequeris? Nunquid Paulus in cælum ascenderat? Nunquid Paulus lapidem saltem in cælum miserat? Christianos persequeretur, ipsos ligabat, ipsos occidendos trahebat, ipsos vbique latentes quærebat, ipsis inuentis nulla ratione parcebat. Cui ait dominus Christus, Saule Saule. Vnde clamat? De cælo. Ergo sursum est, Quid me persequeris? Ergo deorsum est. Omnia, etsi breuiter, vt potui exposui charitati vestræ. Erogauit quod ad me pertinet, quod autem ad vos pertinet, pauperes cogitate. Conuerfi.

**D**e conuersione aque in uinum, In Euangelio secundum eundem: Sermo XLI.

**C**itis fratres, in Christum enim credentes didicistis, & assidue etiam nos ministerio nostro commendauimus vobis; quod medicina tumoris hominis, humilitas est Christi. Non enim perisset homo, nisi superbia timuisset. Initium enim, sicut dicit scriptura, omnis peccati superbia. Contra initium peccati, initium iustitiæ necessarium fuit. Si ergo omnis peccati superbia initium, vnde sanaretur tumor superbiæ, nisi deus dignaretur humilis fieri? Erubescat homo esse superbus, quoniam factus est humilis deus. Nam quando dicitur homini vt humiliet se, dedignatur: & vt velint homines vindicari quando læduntur, superbia facit. Cum humiliari dedignantur, vindicari volunt, quasi pœna cuique prodesse possit aliena. Læsus & iniuriam passus, vindicari vult, de aliena pœna sibi quærit medicamentum, & acquirit grande tormentum. Ideo in omnibus dominus Christus humiliari dignatus est, præbens nobis viam, si tamen dignemur ambulare per eam. Ecce inter cætera filius virginis venit ad nuptias, qui cū apud patrem esset instituit nuptias. Quomodo facta est prima Tomus decimus.

ma mulier, per quam venit peccatum; de viro sitie formina: sic vir per quem deletum est peccatum, de formina sine viro. Per illum ruimus, per hunc surgimus. Et quid in ipsis nuptiis fecit? De aqua vinum. Quid potentius? Qui poterat talia facere, dignatus est indigere. Qui fecit de aqua vinum, potuit facere & de lapidibus panem: eadem potentia erat. Sed tunc diabolus tentauit, ideo Christus non fecit. Scitis enim quia quando tentatus est dominus Christus, hoc ei suggestit diabolus. Esuriuit enim, quia & hoc dignatus est, quia & hoc ad humilitatem pertinuit. Esuriuit panis sicut defecit via, sicut vulnerata est sanitas, sicut mortua est vita. Cum ergo esuriret vt nostis, ait illi tentator, Si filius dei es, dic lapidibus istis vt panes fiant. Et respondit tentatori, docens te respondere tentatori. Ad hoc enim pugnat Imperator vt milites discant. Quid respondit? Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Et non fecit de lapidibus panes, qui vtrique sic potuit facere sicut de aqua vinum. Eiusdem enim potentia est facere de lapide panem, sed non fecit vt voluntatem contemneret tentatoris. Aliter enim tentator non vincitur nisi cõtemnatur. Et cum vicisset diabolus tentatorem, venerunt angeli & ministrabant ei. Qui ergo tantum poterat, quare illud non fecit, & hoc fecit? Lege, immo recole, quod modo audisti quando fecit hoc, id est, de aqua vinum. Quid addidit Euangelista? Et crediderunt in eum discipuli eius. Nunquid tunc diabolus fuerat crediturus? Qui ergo tanta potuit, esuriuit, sitiuit, fatigatus est, dormiuit, comprehensus est, cæcus est, crucifixus est, occisus est. Ista est via, ambula per humilitatem vt venias ad æternitatem. Deus Christus, patria est quo imus, homo Christus via est qua imus, ad illum imus, per illum imus. Quid trememus ne erremus? Non recessit à patre, & venit ad nos. Vbera sugerat, & mundum continebat. In præsepit iacebat, & angelos pascebat. Deus & homo, idem deus qui homo, idem homo qui deus. Sed non vnde homo, inde deus, quia verbum homo, quia verbum caro factum est, & deus manendo, & hominis carnem assumendo, addendo quod non erat, non perdendo quod erat. Ergo & modo iam passus per ipsam humilitatem, iam mortuus, iam sepultus, iam resurrexit, iam ascendit in cælum, ibi est & sedet ad dexteram patris, sed hic est egres in pauperibus suis. Etiam hesterno die hoc commendauit charitati vestræ, propter illud quod dixit Nathanaëli, Maius his videbis. Dico autem vobis, videbitis cælum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Quasi vnus quid esset, & diu locuti sumus: nunquid & eadem hodie replicare debemus? Qui affuerunt recordentur, breuiter tamen commemoro, Non diceret ascendentes ad filium hominis, nisi sursum esset: non diceret descendentes ad filium hominis, nisi desursum esset. Ipse sursum, ipse deorsum. Sursum in se, deorsum in suis. Sursum apud patrem, deorsum in nobis. Vnde & vox illa ad Saulum, Saule Saule quid me persequeris? Non diceret Saule Saule, nisi quia sursum erat, sursum eum Saulus non persequeretur. Non diceret quid me persequeris, qui sursum erat, nisi esset & deorsum. Timete Christum sursum, agnoscite deorsum. Habe Christum sursum largientem, hic agnosce indigentem. Hic pauper est, ibi diues est. Quod hic pauper est Christus, pro nobis, ipse loquitur, Esuriui, sitiui, nudus fui, in carcere fui: & quibusdam dixit, ministrasti mihi: quibusdam dixit, non mihi ministrasti. Ecce probauimus Christum pauperem, Christum per & diuem.

G diuitem, quis nescit: Et hic ad diuitias pertinebat, aqua in vinum vertere. Si diues est qui habet vinum, qualis diues est qui facit vinum? Ergo diues & pauper Christus. Tanquam deus diues, tanquam homo pauper. Iam & ipse homo diues ascendit in caelum, sedet ad dexteram patris, adhuc tamen hic pauper esurit, sitit, nudus est. Tu quid es? Diues an pauper? Multi mihi dicunt, pauper sum, & verum dicunt. Agnosco pauperem aliquid habentem agnosco & indigentem. Sed habet quidam multum auri & argenti, O si agnoscat se pauperem, Agnoscat se pauperem, si agnoscat iuxta se pauperem. Quid enim? Quantum vis habeas quicumque diues es, dei mendicus es. Venitur ad horam orationis, & ibi te probo. Petis, quomodo no pauper es qui petis? Plus addo, Panem petis. An non es dicturus, Panem nostrum quotidianum da nobis? Qui dicuntur quotidianum petis, pauper es an diues? Et tamen Christus dicit tibi, Da mihi ex eo quod tibi dedi. Quid enim attulisti quando venisti? Omnia quae creauit, creatus hic inuenisti, nihil attulisti, nihil hinc tolles. De meo mihi quare non donas? Quia tu plenus es, & pauper inanis est. Primordia vestra attendite, ambo nudi nati estis. Et tu ergo nudus natus es. Multa hic inuenisti, Nunquid tecum aliquid attulisti? De meo quero, da & reddo. Habuisti me largitorem, facito debitorem. Iparum est quod dixi, Habuisti me largitorem, fac me debitorem, I habeam te feneratorum. Pauca mihi das, plura reddam. Terrena mihi das, caelestia reddam. Temporalia mihi das, aeterna restituam. Te ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero.

Ioan. 5. De infirmo iacente ad piscinam, In Euangelio secundum eundem, Sermo XLIII.

† alius, reuendissima. **R**ecentissima in auribus nostris sonuit euangelica lectio, & ad cognoscendum quid sibi uellent quae lecta sunt, fecit attentos. Hoc de me expectari arbitror, hoc me pro viribus expositurum, domino adiuuante, polliceor. Proculdubio enim non frustra fiebant illa miracula, & aliquid nobis pro aeterna salute figurabant. Nam salus corporis quae reddita est homini, quanti temporis fuit? Quae est enim vita uestra, dicit scriptura? Vapor, inquit, ad modicum apparens, deinceps exterminabitur. Quod ergo illius hominis corpori ad tempus reddita est sanitas, reddita est nonnulla diuturnitas vaporis. Non itaque pro magno illud habendum est, Vana salus hominis. Et illud

I recolite fratres, illud propheticum & euangelicum, Omnis caro foenum, & omnis honor carnis ut flos foeni: foenum aruit, flos decidit, uerbum domini manet in aeternum. Verbum domini etiam foeno dat honorem, & honorem non transitorium. Dat enim & carni immortalitatem. Sed prius transit tribulatio uitae huius, de qua nobis praestat auxilium, cui diximus, Da nobis auxilium de tribulatione. Tota quippe ista uita intelligentibus tribulatio est. Sunt enim duo tortores animae, non simul torquentes, sed cruciatus alternantes. Horum duorum tortorum nomina sunt timor & dolor. Quando tibi bene est times, quando male est doleres. Seculi huius quae non decipit prosperitas, non frangit aduersitas? Tenenda est in hoc foeno, & in diebus foeni uita tutor, uerbum dei. Cum enim dictum esset, Omnis caro foenum, & omnis gloria eius ut flos foeni: foenum aruit, flos decidit: quasi quaramus quae foeno spes, quae foeni stabilitas: sed uerbum, inquit, domini manet in aeternum. Et vnde, inquis, ad me uerbum domini? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum enim domini dicit tibi, Noli respicere promissum meum, quia non respici foenum tuum. Hoc ergo quod nobis praestitit uerbum domini ut ad ipsum nos teneremus, ne cum flore foeni transiremus: hoc ergo quod nobis praestitit ut uerbum caro fieret, suscipiens carnem non mutatum in carnem, manens & assumens, manens quod erat, assumens quod non erat: hoc ergo quod nobis praestitit, etiam piscina illa significat. Breuiter dico, Aqua illa, Iudaicus populus erat: quinque porticus, lex. Quinque enim libros scripsit Moyses. Ergo aqua quinque portibus cingebatur, sicut ille populus lege coerebatur. Aquae perturbatio, in illo populo est domini passio. Qui descendebat sanabatur non nisi unus, quia ipsa est uitas. Quibuscumque ista displicet Christi passio, superbi sunt, nolunt descendere, non sanantur. Et ego, inquis, crediturus sum deum in carne, deum natum ex foemina, deum crucifixum, flagellatum, mortuum, vulneratum, sepultum? Absit ut hoc credam de deo, indignum est, Cor loquatur non ceruix. Superbo videtur domini humilitas indigna, ideo a talibus longe sit sanitas. Noli te extollere, si vis sanari descende. Expauescere pietas debuit, si Christus in carne mutabilis diceretur. Nunc autem commendat tibi ueritas immutabilem Christum quantum attinet ad uerbum. In principio enim erat uerbum, & uerbum erat apud deum, non quod sonaret & transiret, quia deus erat uerbum. Manet ergo incommutabilis deus tuus. O uerax pietas, manet deus tuus. Noli timere, non perit, & per ipsum nec tu peris. Manet, nascitur ex foemina, sed in carne. Verbum autem & matrem fecit, Qui erat antequam fieret, fecit sibi in qua fieret. Infans fuit, sed in carne. Suxit, creuit, alimenta sumpsit, per atates currit, ad inuentam peruenit, sed in carne. Fatigatus dormiuit, sed in carne. Esuriem, sitimque passus est, sed in carne. Comprehensus, ligatus, flagellatus, contumeliis affectus, postremo crucifixus, occisus, sed in carne. Quid expauescis? Verbum domini manet in aeternum. Qui respuit istam dei humilitatem, non uult sibi a mortifero tumore superbiae sanitatem. Praestitit ergo dominus Iesus Christus per carnem suam carni nostrae spem. Suscepit enim quod noueram in hac terra: quod hic abundabat, nasci & mori. Nasci & mori hic abundabat, resurgere, & in aeternum uiuere non hic erat. Inuenit hic uiles merces terrestres, attulit peregrinas coelestes. Si expauescis mortem, ama resurrectionem. Dedit tibi auxilium de tribulatione sua, nam uana remanserat salus tua. Salutem itaque in hoc mundo peregrinam, hoc est, sempiternam fratres agnoscamus & diligamus, & in hoc mundo tanquam peregrini uiuamus. Transire nos cogitemus, & minus peccabimus. Agamus potius deo gratias, quia huius uitae ultimum diem & breuem esse uoluit & incertum. A prima infantia usque ad decrepita senectutem, spatium breue est. Quod tam diu uixerat, quid profuisset ei si Adam hodie mortuus esset? Quid diu est, ubi finis est? Hesternum diem nemo reuocat, hodiernus crastino uiget ut transeat. Ipso paruo spatio bene uiuamus, ut illo eamus vnde non transeamus. Et modo cum loquimur utique transimus. Verba currunt, & horae uolant: sic aetas nostra, sic actus nostri, sic honores nostri, sic miseria nostra, sic ista felicitas nostra. Totum transit, sed non expauescamus. Verbum domini manet in aeternum. Conuersi ad dominum.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si ego testimonium perhibeo de me etc. Ioan. 5.

Sermo XLIII. Audiuimus

Audiuimus uerba sancti Euangelij, & hoc potest aliquem permouere, quod ait dominus Iesus, Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est uerum. Quomodo ergo non est uerum testimonium ueritatis? Nonne ipse est qui dixit, Ego sum uita, & ueritas, & uita? Cui ergo credendum est, si ueritati non est credendum? Profecto enim non uult credere nisi falsitati, qui non eligit credere ueritati. Dictum est ergo hoc secundum ipsos, ut sic intelligas, & ex his uerbis hunc sensum accipias, Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est uerum: id est, sicut putatis. Ille enim nouerat uerum esse de se testimonium suum, sed propter infirmos, propter incredulos, propter non intelligentes sol lucernas quaerebat. Fulgorem quippe solis, lippitudo eorum ferre non poterat. Ideo questus est Ioannes qui testimonium perhiberet ueritati, & audistis quid ait, Vos uenistis ad Ioannem. Ille erat lucerna ardens & lucens, & uos uoluistis exultare ad horam in lumine eius? Lucerna ista: ad illorum confusionem parata est, quia de hoc dictum est ante tantum tempus in psalmis, Parauit lucernam Christo meo. Ut quid lucernam soli? Ut inimicos eius induam confusionem, super ipsum autem effloreat sanctificatio mea. Denique hinc sunt confusi quodam loco per ipsum Ioannem, quando dixerunt domino Iudaei, In qua potestate ista facis? Dic nobis. Quibus respondit, Dicite mihi & uos, Baptismum Ioannis de caelo est, an ex hominibus? Audierunt & tacuerunt. Cogitauerunt enim apud se cito, Si dixerimus, ab hominibus, lapidabit nos populus, quia prophetam habet Ioannem. Si dixerimus, de caelo, dicitur est nobis, Quare ergo non credidistis ei? Quia Ioannes perhibebat Christo testimonium. Angustati in cordibus suis quaestionibus suis, & illaqueati laqueis suis, responderunt, Nescimus. Quae potuit alia uox esse tenebrarum? Rectum est quidem homini, ut quando nescit, dicat, Nescio. Quando autem scit, & dicit, Nescio, testis est contra se. Utique nouerant excellentiam Ioannis, & quia de caelo erat baptismum eius, sed nolebant acquiescere cui testimonium perhibuit Ioannes. At ubi dixerunt, Nescimus, respondit eis Iesus, Nec ego dicam uobis in qua potestate ista facio. Et confusi sunt, & impletum est, Parauit lucernam Christo meo, ut inimicos eius induam confusionem.

Martyres nonne testes sunt Christi, & testimonium perhibent ueritati? Sed si diligentius cogitemus, quando illi martyres perhibent testimonium, ipse sibi perhibet testimonium. Ipse enim habitat in martyribus, ut perhibeat testimonium ueritati. Audi uinum ex martyribus, ipsum Apostolum Paulum, Nunquid experimentum uultis accipere eius qui in me loquitur Christus? Dum perhibet ergo testimonium Ioannes, Christus sibi perhibet testimonium qui habitat in Ioanne. Perhibeat testimonium Petrus, perhibeat Paulus, perhibeant ceteri Apostoli, perhibeat Stephanus, ipse sibi perhibet testimonium, qui habitat in omnibus. Ipse enim sine illis deus est, illi sine illo quid sunt? De ipso dictum est, Ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quid est, captiuauit captiuitatem? Vicit mortem. Quid est captiuauit captiuitatem? Mortem procurauit diabolus, & ipse diabolus de morte Christi est captiuatus. Ascendit in altum. Quid altius caelo? Nouimus euidenter & ante oculos discipulorum suorum ascendit in caelum. Hoc scimus, hoc credimus, hoc fateamur, Dedit dona hominibus. Quae dona? Spiritum sanctum. Qui tale dat donum, qualis ipse est? Magna est autem misericordia dei. Donum dat aequale sibi, quia donum eius spiritus sanctus est, & unus deus tota trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Quid nobis praestitit spiritus sanctus? Apostolum audi, Charitas dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris. Vnde tibi deo charitas dei diffusa est in corde tuo? Quid, aut in quo charitas dei diffusa est in corde humano? Habemus, inquit, thesaurum istum in uasis fictilibus. Quare in uasis fictilibus? Ut eminentia uirtutis sit dei. Denique cum dixisset, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, ne putaret quisque a se sibi esse quod diligit deum, continuo addidit, Per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut ergo ames deum, habitet in te deus, & amet se de te, id est, ad amorem suum moueat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Lucta est enim in isto corpore. Quamdiu uiuimus pugnamus, quamdiu pugnamus periclitamur, Sed in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos. Pugnam nostram modo eum Apostolus legeretur audiuimus. Omnis, inquit, lex in uino sermone impletur, in eo quod diligis proximum tuum sicut teipsum, Ista dilectio de spiritu sancto est. Diligis proximum tuum sicut teipsum, prius uide si iam nostri diligere teipsum, & committo tibi proximum quem diligas sicut teipsum. Si autem nondum nostri diligere te, timeo ne decipias proximum sicut te. Si enim amas iniquitatem, non diligis te, psalmus testis est, Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Si autem odisti animam tuam, & diligis carnem tuam, Si odisti animam tuam, & diligis carnem tuam, resurgit caro tua, sed ut torqueat animam tuam. Ergo prius anima diligenda est, quae deo subdenda est, ut ordinem suum seruiat ista custodiat, anima deo, anima caro. Vis seruiat caro tua animae tuae. Deo seruiat anima tua. Debes regi, ut possis regere. Nam lucta ista tam periculosa est, ut si dimiserit rector ruina sequatur. Quae lucta? Si autem mordetis & comeditis inuicem, uidete ne ab inuicem consumamini. Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Apostoli uerba dico, quae modo recitata sunt de epistola ipsius. Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis, non dixit, non habueritis, neque hoc dixit, ne feceritis, sed ne perfeceritis. Quid sit autem hoc, adiuuante domino dicam ut potero, adeste ut intelligatis, si spiritu ambulatis. Dico autem, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Sequitur, ne forte aliquid in hoc quod hic obscurum est, in eius sequentibus uerbis facilius possit intelligi. Dixi enim non frustra Apostolum noluisse dicere, Concupiscentias carnis ne habueritis: neque hoc saltem uoluisse dicere, Concupiscentias carnis ne perfeceritis: sed dixisse, Concupiscentias carnis ne perfeceritis: ipsam nobis luctam proposuit. In hoc praelio uersamur, si deo militamus. Quid ergo sequitur? Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem. Haec enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. Hoc si non intelligatur, periculosissime auditur, ideo sollicitus ne male homines intelligendo pereant, suscepi haec uerba Apostoli, adiuuante domino, exponere uestrae charitati. Vacat nobis, matutina coepimus, hora prandij non uiget, ad istum diem, id est, sabbatum maxime hi assolent conuenire, qui esuriunt uerbum dei. Audite, attendite, dicam, quantum potero, diligenter. Quid est hoc quod dixi, Periculose auditur, si non intelligatur? Multi concupiscentiis carnalibus & damnabilibus uicti, committunt quaeque

Concupiscentias carnales uitanda.

Tomus decimus.

Matth. 6.

Ioan. 5.

Iacobi. 4.

Psalm. 59.

Ecclia. 40.

Psalm. 99.

Tortores anime, timor & dolor.

Ioan. 5.

Piscinae mysterium.

L. Ioan. 5.

M. alius, vna.

Ioan. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Psalm. 131.

Matth. 21.

Psalm. 99.

2. Corin. 13.

Psalm. 67.

Ephes. 4.

Acto. 11.

Roma. 8.

1. Corin. 4.

Roma. 8.

Roma. 8.

Galat. 5.

E.

Psalm. 106.

Galat. 5.

F.

Concupiscentias carnales uitanda.



**G** facinora atque flagitia, & immunditatis tam pessimis voluntantur, quae turpe est etiam dicere, & dicunt sibi ista verba Apostoli. Vide quid dixit Apostolus, ut non ea quae vultis faciatis. Nolo facere, cogor, compellor, vincor, facio quae nolo, sicut ait Apostolus, Quia caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, ut non illa quae vultis faciatis. Videtis quam periculose auditur, si non intelligatur. Videtis quemadmodum pertineat ad officium pastoris operatos fontes aperire, & aquam puram innoxiam sitientibus ouibus ministrare. Noli ergo vinci quando pugnas. Videte quale bellum proposuit, quale pugna, quale rixam intus intra te ipsum. Caro concupiscit aduersus spiritum. Si non concupiscit & spiritus aduersus carnem, fac adulterium. Si autem spiritus concupiscit aduersus carnem, luctam video, victum non video. Pugna est, concupiscit caro aduersus spiritum, delectat adulterium. Fateor quia delectat, sed spiritus concupiscit aduersus carnem, delectat & castitas, ergo vincat spiritus carnem, aut certe non vincatur a carne. Adulterium tenebras auarit, castitas lucem desiderat. Quomodo vis innotescere, sic viue. Quomodo vis hominibus innotescere, etiam praeter oculos hominum sic viue, quoniam qui fecit te, & in tenebris videt te. Quare laudatur castitas publice ab omnibus? Quare non laudant adulterium nec adulteri? Qui ergo querit veritatem, venit ad lucem. Sed delectat & adulterium, contradicatur, resistatur, repugnetur. Non enim non habes unde pugnes, Deus tuus in te est, spiritus bonus datus est tibi. Et tamen permittitur ipsa caro concupiscere aduersus spiritum, suggestionibus prauis, & delectationibus genuinis. Fiat quod ait Apostolus, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit, Non sit. Iam enim est ibi. Quod ideo peccatum vocatur, quia merito peccati contigit. Non enim in paradiso caro concupiscebat aduersus spiritum, aut erat ibi ista pugna ubi pax erat sola, sed facta transgressione, posteaquam homo noluit seruire deo, & donatus est sibi, nec sic donatus sibi ut possit saltem possidere se, sed ab eo possessus, a quo deceptus, cepit caro concupiscere aduersus spiritum. Et hoc, in bonis concupiscit aduersus spiritum: nam in malis non habet contra quem concupiscat. Ibi enim concupiscit aduersus spiritum, ubi est spiritus. Quod enim ait, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, noli putare spiritui hominis tantum datum, spiritus dei est qui pugnat in te aduersus te, aduersus illud quod est in te contra te. Noluisti enim stare ad dominum, cecidisti. Fractus es, quomodo vas quando de manu hominis cadit in terram, fractus es. Et quia fractus es, ideo aduersus es tibi, ideo es contra te. Nihil sit in te contra te, & integer stabis. Nam ut noueritis ad spiritum sanctum hoc officium pertinere, alio loco dicit Apostolus, Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. In his verbis iam extollebat se homo, quasi spiritu suo facta carnis posset mortificare, si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Expone nobis Apostole quo spiritu. Habet enim & homo spiritum ad naturam propriam pertinentem, quo homo est. Homo enim consistat ex corpore & spiritu. Et de ipso spiritu hominis dictum est, Nemo scit quae sunt hominis, nisi hominis spiritus qui in ipso est. Video ergo & ipsum hominem habere spiritum suum pertinentem ad naturam suam, & audio te dicentem, Si autem spiritu facta carnis mor-

tificaueritis, viuetis. Quare quo spiritu? Meo, an dei? **K** Audio enim verba tua, & adhuc ambiguitate permoneor. Spiritus enim cum dicitur, & hominis est aliquando, & pecoris, sicut scriptum est, Per diluuium mortuam esse omnem carnem quae habebat in se spiritum vitae. Ac per hoc & pecoris spiritus dicitur, & hominis spiritus dicitur. Aliquando & ventus spiritus dicitur, sicut habetur in Psalmo, Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis. Cum ergo multis modis dicitur spiritus, quo spiritu dixisti de Apostole, facta carnis mortificanda, meo an dei? Audi quod sequitur, & intellige. Sublata est quaestio sequentibus verbis. Cum enim dixisset, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis: continuo addidit, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Agis si agaris, & bene agis, si a bono agaris. Ergo quod dixit tibi, Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: & ambiguum tibi erat de quo spiritu dixerit, in sequentibus verbis intellige praecceptorem, agnosce redemptorem. Etenim ille redemptor tibi spiritum dedit, quo mortifices facta carnis. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Non sunt filii dei, si non aguntur spiritu dei. Si autem spiritu dei aguntur, pugnant, quia magnum habent adiutorem. Non enim deus sic nos expectat pugnantem, quomodo expectat populus venatores. Populus venatori fauere potest, periclitantem adiuuare non potest. Si ergo hic caro non concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & quid est ut non ea quae vultis faciatis? Hic enim periculum est mali intellectoris. Sit nunc officium qualiscunque expositoris, ut non ea quae vultis faciatis, Attendite sancti quicumque pugnat, praerantibus loquor. Intelligunt qui pugnant, non me intelligit qui non pugnat. Nam qui pugnat non ideo intelligit me, sed praeruenit me, quia vult homo castus ut nulla omnino surgat in membris eius concupiscentia aduersaria castitati. Pacem vult, sed nondum habet. Quando enim ad illud ventum fuerit, ut nulla omnino exturgat concupiscentia aduersaria, nullus erit hostis cum quo laetemur, nec expectatur ibi victoria, quia de hoste iam victo triumphatur. Audi ipsam victoriam, ipso Apostolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Audi voces triumphantium, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, deiecisti, sed vulneratus est propter me qui fecit me. O mors, de mors vulneratus est pro me qui fecit me, & de morte sua vicit te. Et tunc triumphantem disturi sunt, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Modo autem quando caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, contentio mortis est. Non quod volumus facimus. Quare? Quia volumus ut nulla sint concupiscentiae, sed non possumus. Velimus nolimus habemus illas, velimus nolimus titillant, blandiuntur, stimulant, infestant, surgere volunt, premuntur, nondum extinguuntur, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nunquid hoc etiam cum mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnem, quomodo tecum trahis concupiscentias carnis? Sed si bene pugnasti, recipieris ad quietem. De qua quiete coronandus es, non dammandus, ut postea perducaris ad regnum, Ergo quamdiu hic viuatur fratres, sic est sicut & nos qui seruamus in ista militia. **M**inores.

**A** Minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus. Fatigati sunt quodammodo hostes nostri iam etiam per aratem, sed tamen etiam fatigati non cessant quibuscumque motibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuuentum est. Nouimus eam, transiuimus per eam. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae vultis faciatis. Quid enim vultis de sancti, de boni praeratiore, de fortes milites Christi? Quid vultis? Ut non sint omnino concupiscentiae male, sed non potestis. Exerce te bellum, sperate triumphum. Modo enim interim pugnat. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis: id est, ut omnino nullae sint concupiscentiae carnis. Sed facite quod potestis, quod ait ipse Apostolus in alio loco, quod commemorare iam coeperam, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desideris eius. Ecce quod nolo mala desideria surgunt, sed noli obedire. Arma te, sume instrumenta bellorum. Praecepta dei arma tua sunt. Si bene me audis, & quod loquor, armaris. Non, inquit, regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quando enim portatis mortale corpus, pugnat contra vos peccatum, sed non regnet. Quid est non regnet? Id est, ad obediendum desideris eius. Si coeperitis obedire, regnat. Et quid est obedire, nisi ut exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato? Nihil hoc doctore praerari. Quid vis iam ut exponam tibi? Fac quod audisti. Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi deus potestatem per spiritum sanctum, ut membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra. Quid factura est quae surrexit? Tu tene membra, noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersarii tuum contra te. Tene pedes ne eant ad illicita. Libido surrexit, tu tene membra tua. Tene manus ab omni scelere. Tene oculos ne male attendant. Tene aures, ne verba libidinis libenter audiant. Tene totum corpus, tene latera, tene summa, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vinci non nouit. Surgendo assidue sine causa, dicit & non surgere. Redeamus ergo ad verba quae obscura de Apostolo proposueram, & plana iam esse videbimus. Hoc enim proposueram, quod non dixit Apostolus, Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne habueritis, quia necesse est ut habeamus illas. Quare ergo non dixit, Concupiscentias carnis ne feceritis? Quia facimus eas, concupiscimus. Ipsum concupiscere, facere est. Sed ait Apostolus, Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ergo quid tibi cauedum est? Hoc sine dubio ne perficias. Surrexit libido damnabilis, surrexit, suggestit, non audiat. Ardet, non se compefcit, & velles ut non arderet. Et ubi est, ut non ea quae vultis faciatis? Noli dare membra. Ardeat sine causa, & consumit se. In te ergo sunt ipsae concupiscentiae. Fatendum est, sunt. Ideo dixit, Ne perfeceritis. Sed non perficiantur. Decreuiti facere, perfecistis. Perfecistis etenim, si decernas faciendum esse adulterium, & ideo non facis, quia locus non est inuentus, quia opportunitas non datur, quia forte illa casta est, de qua videris esse commotus. Ecce iam illa casta est, & tu adulter es. Quare? Quia perfecistis concupiscentias. Quid est, perfecistis? In animo tuo faciendum esse adulterium decreuisti. Iam quod absit, si & membra fuerint operata, in mortem deuolutus es. Suscitauit Christus mortuam in domo filiam archisynagogi. In domo erat, elata nondum erat. Sic est homo qui flagitium decreuit in corde, Mortuus est, sed

intus iacet. Si autem usque ad membrorum perpetrationem peruenerit, elatus est foras. Sed & iuuenem filium viduae suscitauit dominus, quando extra portam ciuitatis mortuus efferebatur. Sic ergo audeo dicere, aliquid decreuisti in corde tuo, si reuocaberis ab actu tuo, sanatus eris antequam perpetres. Si enim egeris in corde tuo poenitentiam, quia rem malam, & scelegatam, & flagitiosam, damnabilemque decreueras, ibi ubi mortuus iacebas intus, sic intus surrexisti. Si autem perfeceris, iam es foras elatus, sed habes qui tibi dicat, Iuuenis tibi dico surge. Etiam si perpetrasti, & poeniteat te, de proximo redi, noli in sepulchrum venire. Sed & tertius mortuus est, qui etiam perductus est ad sepulchrum, iam supra se habet consuetudinis pondus, moles enim terrena multum premit. Multum enim exercitatus est in flagitiis, consuetudine sua nimia praeruaatur, clamat & Christus, Lazare prodi foras. Homo enim pessima consuetudinis iam putet, merito ibi Christus clamauit. Nec solum clamauit, sed magna voce clamauit. Ad Christi enim clamorem etiam tales licet mortui, licet sepulchri, licet putentes, resurgent tamen & ipsi. De nullo enim iacente desperandum est sub tali suscitatore. **E** De tribus mortuis, quos dominus suscitauit: Sermo XLIIII. **M**iracula domini nostri & Saluatoris Christi Iesu, omnes quidem audientes & credentes mouent; sed alios atque alios, aliter & aliter. Quidam enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri non norunt. Quidam vero ea quae gesta audiunt in corporibus, aut amplius in animis mirantur. Dicit ipse dominus, Sicut enim pater suscitauit mortuos & uiuificat, sic & filius quos vult uiuificat. Non utique alios filius, alios pater, sed eosdem pater & filius, quia omnia pater per filium. Nemo ergo dubitet qui Christianus est, etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnino homo habet oculos, quibus videre potest mortuos resurgere ita ut resurrexit filius huius viduae, qui modo ex Euangelio recitatus est. Vnde autem videant homines resurgere mortuos in corde, non omnes habent, nisi qui iam resurrexerunt in corde. Amplius est resuscitare semper victurum, quam suscitare iterum moriturum. De iuuenem illo resuscitato, gaudia est mater viduae, de hominibus in spiritu quotidie suscitatis, gaudet mater Ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore, illi autem mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur, illorum mors inuisibilis nec querebatur nec videbatur. Quasi uult ille qui nouerat mortuos, ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere uiuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos uenisset, non Apostolus diceret, Surge qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Dormientem audis cum dicit, Surge qui dormis. Sed mortuum intellige, cum audis, Exurge a mortuis. Dicit sunt saepe dormientes & mortui visibiliter. Et plane omnes, ei qui potest excitare dormiunt. Mortuus enim tibi mortuus est, qui quantumlibet pulses, quantumlibet uellices, quantumlibet lanices, non expergiscitur. Christo autem ille dormiebat, cui dictum est, Surge, & continuo surrexit. Nemo tam facile excitat in lecto, quam facile Christus in sepulchro. Tres autem mortuos inuenimus a domino suscitatos visibiliter, milia inuisibiliter. Quot autem mortuos visibiles suscitauerit, quis nouit? Non enim omnia quae fecit scripta sunt. Ioannes hoc dicit, Multa alia fecit Iesus, quae si scripta essent, arbitror tamen totum mundum non posse libros capere. Multi ergo sunt alibi sine dubio suscitati, sed non tres frustra

Roma.7.

Galat.5.

Ioan.3.

Roma.6.

Vbi inceptum est caro concupiscit aduersus spiritum. Galat.5.

Roma.8.

1. Corin.11.

Gen.7.

Psal.148.

Roma.8.

Galat.5.

1. Corin.15.

Roma.6.

Ibidem.

Galat.5.

Roma.7.

Marc.5. Concor. de per. di. 5. ca. Sicut tribus.

Luc.7.

Ioan.11.

Ioan.5.

Luc.7.

Ephes.5.

Tres mortui a domino suscitati.

Ioan.21.

G frustra commemorati. Dominus enim noster Iesus Christus ea quæ faciebat corporaliter, etiam spiritaliter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat, sed ut illa quæ faciebat mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Quem admodum qui videt literas in codice optime scripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admirans apicem pulchritudinem, sed quid sibi velit, quid indicent illi apices nescit, & est oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem & laudat artificium, & capit intellectum, ille utique qui non solum videre quod commune est omnibus potest, sed etiam legere quod qui non didicit non potest. Ita qui viderunt Christi miracula, & non intellexerunt quid sibi vellent, & quid intelligentibus quodammodo iniuerent, mirati sunt tantum quia facta sunt. Alij vero & facta mirati, & intellecta affectati. Tales nos in schola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea tantum fecisse miracula, ut non essent nisi miracula, potest illum etiam dicere nescire quod non esset tempus pomorum quado ficus quæsiuit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus, sicut Euangelista testatur, & tamen esuriens poma quæsiuit in arbore. Christus nesciebat quod rusticus sciebat? Quod nouerat arboris cultor, non nouerat arboris creator? Cum ergo esuriens poma quæsiuit in arbore, significauit aliquid se esurire, & aliquid aliud querere, & arborem illam sine fructu folijs plenam reperit, & maledixit, & aruit. Quid arbor fecerat fructum non afferendo? Quæ culpa arboris infecunditas? Sed sunt qui fructum voluntate dare possunt. Illorum est culpa sterilitas, quorum fecunditas est voluntas. Erant ergo Iudæi habentes verba legis, & facta non habentes, pleni folijs, & fructus non ferentes. Hoc dixi, ut persuaderem dominum nostrum Iesum Christum ideo miracula fecisse, ut aliquid illis miraculis significaret, ut excepto eo quod mira, & magna, & diuina erant, aliquid inde etiam disceremus. Videamus ergo quid nos discere volumus in tribus mortuis, quos suscitauit. Resuscitauit filiam mortuam archisynagogi; ad quam ægrotantem petebatur, ut eam de ægitudine liberaret. Et cum pergit, mortua nunciatur, & quasi iam frustra fatigaretur, renunciatum est patri eius, puella mortua est, quid adhuc fatigas magistrum? Ille autem perrexit, & ait patri puella, Noli timere, crede tantummodo. Venit ad domum, & inuenit iam obsequia funeri debita præparata, & dicit illis, nolite flere, non enim est mortua puella, sed dormit. Verum dixit, dormiebat, sed illi à quo poterat excitari. Hanc excitans, reddidit viuam parentibus. Excitauit & hunc iuuenem filium viduæ, de quo nunc admoniti sumus, ut hinc ista quæ ipse largiri dignatur, cum vestra charitate loqueremur. Modo audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat dominus ciuitati, & ecce ferebatur mortuus iam extra portam. Misericordia commotus, quod flebat mater vidua, & destituta vnico filio, fecit quod audistis, dicens, Adolescens tibi dico surge. Surrexit ille mortuus, cepit loqui, & reddidit illum matri suæ. Excitauit & Lazarum de sepulchro. Et ibi cum ægrotantem scirent discipuli cum quibus loquebatur (diligebat autem illum) Lazarus, inquit amicus noster dormit. Illi putantes ægri somnum salubrem, Si dormit, inquit, domine saluus est. Et ille: dico vobis, apertus iam loquens, Lazarus amicus noster mortuus est. Vtrumque verum dicens, Mortuus est vobis, dormit mihi. Ista tria genera mortuorum, sunt tria genera peccato-

rum, quos hodieque suscitatur Christus. Illa enim mortua filia archisynagogi intus erat in domo, nondum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est, viua parietibus reddita. Ille autem iam quidem non in domo, sed tamen nondum in sepulchro parietibus elatus erat, terræ mandatus non erat. Qui suscitauit mortuam nondum elatam, suscitauit mortuum iam elatum, nondum sepultum. Tertium restabat ut & sepultum suscitaret, & hoc fecit in Lazaro. Sunt ergo intus qui peccatum in corde habent, in facto nondum habent. Nescio qui commotus est aliqua concupiscentia. Dicit enim ipse dominus, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Nondum accessit corpore, cōsensit in corde, mortuum intus habet, nondum exulit. Et fit ut nouimus, ut quotidie homines in se experiuntur aliquando audito verbo dei, tanquam domino dicente, Surge, condemnatur consensus ad iniquitatem, respiratur in salutem & iustitiam. Surgit mortuus in domo, reuiuiscit cor in cogitationis secreto. Facta est ista resurrectio animæ mortuæ intus intra latebras conscientia, tanquam intra domesticos parietes. Alij post consensum eunt in factum, tanquam efferentes mortuum, ut quod latebat in secreto, appareat in publico. Nunquid iam isti quia in factum processerunt, desperandi sunt? Nonne & illi iuueni dictum est, Tibi dico surge? Nonne & ille redditus est matri suæ? Sic ergo & qui iam fecerit, si forte cōmonitus & cōmotus verbo veritatis ad Christi vocem resurgit, viuus redditur. Potuit progredi, in æternum perire non potuit. Qui autem faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicat, ut ipsa consuetudo mali non eos sinat videre quia malum est, sunt defensores malorum factorum suorum. Irascitur cum reprehenduntur, intantum ut Sodomitæ quondam dicerent viro iusto reprehendenti nequissimam voluntatem, Habitare venisti, non leges dare. Tanta ibi nequanda turpitudinis consuetudo erat, ut iam nequitia esset iustitia, & prohibitor potius reprehenderetur quam factor. Tales consuetudine maligna pressi, tanquam sepulti sunt. Sed quid dicamus fratres? Ita sepulti, ut de Lazaro dictum est, iam putet. Moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura consuetudinis qua premitur anima, nec resurgere, nec respirare permittitur. Dictum est autem, Quatriduanus est. Reuera ad istam consuetudinem de qua loquor, quarto quodam progressu peruenit anima, Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde, secunda consensio, tertia factum, quarta consuetudo. Sunt enim qui res illicitas obuias cogitationibus suis prorsus ita abiciunt, ut nec delectentur. Sunt qui delectantur & non consentiunt. Nondum perfecta mors est, sed quodammodo inchoata. Delectationi accedit cōsensio. Iam est illa damnatio. Post cōsensionem in factum proceditur. Factum in consuetudinem vertitur, & fit quedam desperatio, ut dicitur, Quatriduanus est, iam putet. Venit ergo dominus cui utique facilia erant omnia, & difficultatē quandam ostendit. Ibi infremuit spiritu, ostendit multo clamore obiurgationis opus esse ad eos qui consuetudine durauerunt. Tamen ad vocem clamantis domini, rupta sunt vincula necessitatis. Tremuit inferni dominatio, redditus est Lazarus viuus. Liberat enim & de mala consuetudine dominus quatriduanos mortuos. Nam ipse quatriduanus, Christo volenti resuscitare dormiebat. Sed quid ait? Videte genus resuscitationis. Processit de monumento viuus, & ambulare non poterat.

K Concor. de pcc. di. a. ca. Sicut tabus.

Matth. 5.

Gene. 19.

M Ad malam consuetudinem quarto quodā progressu peruenit anima.

Ioan. 11.

Matth. 18.

Ioan. 5.

Matth. 23.

terat. Et dominus ad discipulos, Soluite eum, & finite abire. Ille suscitauit mortuum, illi soluerunt ligatum. Aliquid pertinere videte, ad propriam maiestatem dei suscitatus. Increpatur aliquis in mala consuetudine positus, verbo veritatis, Quam multi increpantur & non audiunt, Quis ergo agit intus cum illo qui audit? Quis vitam inspirat intrinsecus? Quis est qui secretam pellit mortem, secretam dat vitam? Nonne post obiurgationes, post increpationes dimittuntur homines cogitationibus suis, & incipiunt secum voluere, quam malam vitam gerant, quam pessima consuetudine premantur? Deinde displicentes sibi, mutare vitam institunt. Resurrexerunt isti, reuixerunt quibus displicet quod fuerunt. Sed reuiuiscere ambulare non possunt. Hæc sunt vincula ipsius reatus. Opus est ergo ut qui reuixit soluiatur, & ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit, quibus ait, Quæ solueritis in terra, soluta sunt & in cælo. Hæc ergo charissimi sic audiamus, ut qui viuunt viuant, qui mortui sunt reuiuiscant. Si vero adhuc peccatum corde conceptum est, & non processit in factum, pœniteat, corrigatur cogitatio, surgat mortuus intra domum conscientia, siue iam quod cogitauit admisit, nec sic desperetur. Non surrexit mortuus intus, surgat elatus. Pœniteat facti, de proximo reuiuiscat, non eat in profundum sepultura, non accipiat desperare consuetudinis molem. Sed forte iam illi loquor, qui iam duro sui moris lapide premitur, qui iam vrgetur consuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet, nec ipse desperet, profundus mortuus est, sed altus est Christus. Nouit clamando terrena onera rumpere, nouit intrinsecus per seipsum viuificare, soluendum discipulis tradere. Agant etiam tales pœnitentiam. Neque enim Lazaro resuscitato post quatriduum vilius putor in viuente remanserat. Ergo qui viuunt viuunt. Quicumque autem mortui sunt, in quacunque harum trium morte se inuenerint, agant ut celeriter iam resurgant.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam æternam habere:

Sermo XLV.

**A**D euangelicam lectionem, quæ recens sonuit in auribus nostris, aduertat charitas vestra, dum pauca loquimur quæ dominus donat. Ad Iudæos dominus loquebatur Iesus, & dicebat eis, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos uitam æternam habere, ipsæ testimonia perhibent de me. Deinde post paululum. Ego, inquit, veni in nomine patris mei, & non accepistis me, Si alius venerit in nomine suo, ipsum accipietis. Deinde post paululum, Quomodo potestis mihi credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ à deo solo est non querentes? Ad extremum ait, Non ego vos accuso apud patrem, est qui vos accusat Moyses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Cum autem verbis illius non creditis, quomodo potestis mihi credere? Ad hæc proposita nobis diuinitus, ex ore lectoris, sed ministerio saluatoris, audite pauca non numeranda, sed appendenda. Nā ista omnia facile est intelligere de Iudæis. Sed cauendum est ne cum illos nimis attendimus, à nobis oculos auferamus. Discipulis enim suis dominus loquebatur, & utique quod eis loquebatur, & nobis posteris loquebatur. Neque enim ad illos pertinet quod ait, Ecce ego vobiscum sum usque ad consum-

mationem seculi, sed ad omnes etiam postea futuros Christianos, & usque in finem seculi prouenturos. Loquens ergo illis ait, Cauete à fermento Phariseorum. Tunc putauerunt ideo dominum dixisse hoc, quia panes non tulerant, non intellexerunt, quia cauete à fermento Phariseorum, hoc dictum est, cauete à doctrina Phariseorum. Quæ fuit doctrina Phariseorum, nisi quam modo audistis? Gloriam ab inuicem querentes, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ à solo deo est non querentes. De his Apostolus Paulus dicit ita, Testimonium eis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam, Zelum, inquit, dei habent, noui, scio, apud illos fui, talis fui, Zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Quid est hoc Apostole, Non secundum scientiam? Expone nobis quam commendes scientiam, quam doleas in illis non esse, & in nobis velis esse. Secutus adiunxit, & quod clausuram posuerat aperuit. Quid est, Zelum dei habent, sed non secundum scientiam? Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ignorare ergo dei iustitiā, & suam velle constituere, hoc est, ab inuicem gloriam expectare, & gloriam quæ à solo deo est non requirere. Hoc est fermentum Phariseorum. Ab hoc cauere dominus iubet. Si seruus iubet, & dominus non iubet, caueamus ne audiamus, Ut quid mihi dicis domine domine, & non facitis quæ dico? Relinque ergo paululum Iudæos, quibus dominus tunc loquebatur. Foris sunt, audire nos nolunt. Ipsum Euangelium oderunt, falsa testimonia in dominum procurauerunt, ut damnarent viuum, alia testimonia emerunt pecunia contra mortuum. Quando eis dicimus, Credite in Iesum, Respondent nobis, In hominem mortuum credituri sumus? Cum autem addimus, Sed resurrexit, Respondent, Absit. Discipuli eius furati sunt eum de sepulchro. Amant falsitatem Iudæi emptores, & contemnunt veritatem domini redemptoris. Quid loqueris Iudæe, parentes tui pecunia emerunt, & hoc in te remansit, quod emerunt, Attende potius eum qui emit te, nō qui mendacium emit tibi. Sed istos, ut diximus, relinquamus, istos attendamus fratres nostros, cum quibus agimus. Nam Christus caput est & corpus. Caput in cælo est, corpus in terra est. Caput dominus est, corpus eius Ecclesia est. Sed meministis dictum, Erunt duo in carne vna, Sacramentum hoc magnum est, ait Apostolus, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Si ergo duo sunt in carne vna, duo sunt in voce vna. Caput nostrum dominus Christus locutus est ad Iudæos ea, quæ audiuimus cum Euangelium legeretur. Caput ad inimicos suos loquatur, & corpus ad inimicos suos loquatur, & corpus, id est, Ecclesia ad inimicos suos nostris ad quos loquatur. Qui habet loqui, non dixi de meo, ut vox vna sit, quia caro vna, vox vna, Hoc ergo illis dicamus, Vocem Ecclesiæ loquor. O fratres, filij dispersi, oues errantes, rami præcisi, quid mihi calumniamini? Quid me non agnoscitis? Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere, ipsæ testimonia perhibent de me. Iudæis dicit caput nostrum, quod vobis corpus dicit. Quæretis me, & non inuenietis. Quæretis: Quia non scrutamini scripturas, quæ testimonia perhibent de me. Testimonium pro capite. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & semini, tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Testimonium pro corpore ad Abraham, quod commemorauit Apostolus. Abrahæ dictæ sunt promissiones, Viuo ego, dicit dominus,

Math. 16.

Roma. 10.

Lucæ. 6.

Matth. 23.

Ephes. 5.

Ioan. 7.

Galat. 3.

Gene. 22.

per

Idcirco dicitur quod fecit uerba aliquid signum. Marc. 5.

G per memetipsum iuro, quia obaudisti voci meae, & non pepercisti dilecto filio tuo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum sicut stellae caeli, & sicut arenam maris, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. Habes testimonium pro capite, habes pro corpore, Audi aliud breue, & prope vna sententia complexum pro capite & pro corpore. De resurrectione Christi Psalmus loquebatur, Exaltare super caelos deus. Continuo pro corpore, Et super omnem terram gloria tua. Audi testimonium pro capite, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Audi continuo pro corpore, post pauca verba, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersae fines terrae, Et adorabunt in conspectu eius vniuersae patriae gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Audi pro capite. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, In ipso Psalmo audi pro corpore, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Hac Iudaeis, & istis nostris. Quare? Quia istas scripturas veteris testamenti & Iudaei accipiunt, & nostri ipsi accipiunt. Sed ipsum Christum quem illi non accipiunt, videamus si isti accipiunt. Dicat & ipse, dicat & pro se qui caput est, & pro corpore suo quod est Ecclesia, quia & in nobis caput loquitur pro corpore. Audi pro capite, Resurrexit a mortuis, inuenit discipulos haesitantes, dubitantes praeter gaudium, non credentes, aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dicit eis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertio. Habes pro capite, dicat & pro corpore, Et praedicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Dicat ergo Ecclesia inimicis suis, dicat. Dicit plane, non tacet, sed si illi audiunt. Fratres audistis testimonia, iam noscite me. Scrutamini scripturas, in quibus vos speratis vitam aeternam habere, ipsae testimonia perhibent de me. Quae dixi non sunt de meo, sed de domini mei, & tamen adhuc auersamini, adhuc tergiversamini. Quomodo potestis mihi credere gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quae a solo deo est non quaerentes, quia ignoratis dei iustitiam? Zelum dei habetis, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & vestram volentes constituere, iustitiae dei non estis subiecti. Quid est aliud ignorare dei iustitiam, & suam velle constituere, nisi dicere, Ego sanctifico, ego iustifico, quod ego dederam sanctum est? Dimitte deo quod dei est, Agnosce homo quod hominis est. Ignoras dei iustitiam, & tuam vis constituere. Iustificare me vis, sufficit tibi, ut mecum iustificeris. De Antichristo dictum est, & omnes sic intelligunt quod ait dominus, Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, si alius venerit in nomine suo, hunc suscipietis. Sed audiamus & Ioannem. Audistis quia venit Antichristus, & nunc Antichristi multi facti sunt. Quid autem exauescimus in Antichristo, nisi quia nomen suum honoraturus est, & nomen domini contempturus? Quid aliud facit qui dicit, Ego iustifico? Respondetur ei, Ego ad Christum veni, non pedibus, sed corde veni. Vbi Euangelium audiui, ibi credidi, libi baptizatus sum, quia in Christum credidi, in deum credidi. Et ille, Non es mundus. Quare? quia non ibi fui. Dic quare non sum munda-

tus, homo qui baptizatus sum in Hierusalem, homo qui K baptizatus sum, verbi gratia, apud Ephesios, ad quos datam epistolam legis, & quorum pacem spernis? Ecce ad Ephesios scripsit Apostolus. Fundata est Ecclesia, manet usque nunc, & vberius manet, multiplicius manet, tenet quod accepit ab Apostolo, Si quis annunciauerit vobis praeter quam quod accepistis, anathema sit. Quid ergo? Quid dicis mihi mundus non sum? Ibi baptizatus mundus non sum? Etiam non es. Quare? Quia ego ibi non fui. Sed qui vbi que est, ibi fuit, in cuius nomen credidi. Tu nescio unde veniens, immo non veniens, sed volens ut ego ad te veniam, hic positus dicis mihi, Non es recte baptizatus, quia ego ibi non fui. Vide quis ibi fuit. Quid dictum est Ioanni? Super quem videris spiritum descendentem quasi columbam, hic est qui baptizat. Ipsum habes quaerentem te, immo quia mihi ab ipso baptizato inuidisti, ipsum perdidisti. Intelligite ergo fratres mei vocem nostram & illorum, & videte quid eligatis. Nos hoc eleganter dicimus. Simus sancti, deus scit, Simus iniqui, & hoc magis ipse scit. Vos in nobis spem non ponatis, qualescunque simus. Si boni sumus, facite quod scriptum est: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Si autem mali sumus, nec sic deserti estis, nec sic sine consilio remansistis. Audite dicentem, Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite, Illi autem contra, Nisi boni fuerimus, peristis. Ecce est alius qui veniet in nomine suo. Ergo vita mea ex te pendebit, & salus mea ex te relinquetur? Ita ne oblitus sum fundamentum meum? Nonne petra erat Christus? Nonne qui aedificat supra petram, ipsum non deiicit ventus, pluuia, flumina? Veni ergo mecum si vis super petram, & noli mihi esse velle pro petra. Dicat ergo & nouissimum illud Ecclesia, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit, quia corpus sum eius de quo scripsit. Et de Ecclesia Moyses scripsit. Nam Moysi verba dixi, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Moyses hoc in primo libro scripsit, Si crederetis Moysi, crederetis vti que & Christo, Quia verba Moysi contemnitis, necesse est ut Christi verba contemnatis. Habent ibi, inquit, Moysen & prophetas, audiant illos. Non pater Abraham, si quis a mortuis venerit, ipsum audiet. Et ille, Si Moysen & prophetas non audiunt, nec si quis a mortuis resurrexerit, credent. Hoc de Iudaeis dictum est, Ergo non dictum est de haereticis? A mortuis resurrexerat qui dicebat, Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. Hoc credo. Credo, inquit, Credis. Quare non credis quod sequitur? Quia credis, Oportebat Christum pati, & resurgere die tertio a mortuis? Hoc dictum est de capite, crede quod sequitur de Ecclesia. Praedicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes. Quare credis de capite, & non credis de corpore? Quid tibi fecit Ecclesia, ut eam velis quodammodo decollare? Tollere vis ecclesiae caput, & capiti credere, corpus relinquere, quasi exanime corpus. Sine causa capiti, quasi famulus deuotus bladis. Qui decollare vult, & caput & corpus conatur occidere. Erubescunt negare Christum, & non erubescunt negare verba Christi. Christum nec nos vidimus oculis, nec vos Iudaei viderunt & occiderunt. Nos non vidimus & credimus, verba ipsius nobiscum sunt. Comparete vos Iudaeis. Illi contempserunt pendentem in ligno, vos contemnitis sedentem in caelo. Illis suggeritibus stetit titulus Christi, vobis stantibus deletur baptizatus Christi. Sed quid restat fratres, nisi oremus & pro

A pro superbis, oremus & pro elatis, qui se sic extollunt. Dicamus pro illis deo, Cognoscant, quia tibi nomen dominus, & non homines, sed tu solus altissimus super omnem terram.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum euangelium, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum etc.

Sermo XLVI.

Ioan. 6.

**S**icut audiuimus, cum sanctum Euangelium legeretur, dominus Iesus Christus exhortatus est promissione vitae aeternae ad manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum. Qui audistis haec, nondum omnes intellexistis. Qui enim baptizati & fideles estis, quid dixerit nostis. Qui autem inter vos adhuc catechumeni, vel audientes vocantur, potuerunt esse cum legeretur audientes, nunquid & intelligentes? Ergo sermo noster ad utroque dirigitur. Qui iam manducant carnem domini, & bibunt sanguinem eius, cogitent quid manducet, & quid bibant, ne, sicut Apostolus dixit, Iudicium sibi manducant & bibant. Qui autem nondum manducant, & nondum bibunt, ad tales epulas inuitati festinent. Per istos dies magistrati pascent, Christus quotidie pascit; mensa ipsius est illa in medio constituta. Quid cauae est o audientes, ut mensam videatis, & ad epulas non accedatis? Et forte. modo cum Euangelium legeretur, dixistis in cordibus vestris, Putamus quid est quod dicit, Caro mea vera esca est, & sanguis meus vere potus est. Quomodo manducatur caro domini, & bibit sanguis domini? Putamus quid dicit: Quis contra te clausit ut hoc nescias? Velatum est. Sed si volueris, erit reuelatum. Accede ad professionem, & soluesti quaestionem. Quid enim dixit dominus Iesus, iam fideles nouerunt. Tu autem catechumenus diceris, audiens & surdus es. Aures enim corporis patentes habes, quia verba quae dicta sunt audis, Sed aures cordis adhuc clausas habes, quia quod dictum est non intelligis. Disputo, non dissero. Ecce pascha est, da nomen ad baptismum. Si non te excitat festiuitas, ducat ipsa curiositas, ut scias quid dictum sit, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo, Ut scias quid dictum sit, pulsa, & aperietur tibi. Et ut tibi dico, pulsa, & aperietur tibi, ita & ego pulso, aperi mihi. Auribus persono, & ad pectus pulso. Sed si catechumeni exhortandi sunt fratres mei, ut ad tantam gratiam regenerationis accedere non morentur, quanta nobis cura esse debet in aedificandis fidelibus, ut proficiat eis quod accedunt, ne sibi tales epulas in iudicium manducant & bibant? Ut autem non in iudicium manducant & bibant, bene viuunt. Exhortatores estote non sermonibus, sed moribus vestris, ut illi qui non sunt baptizati, sic vos sequi festinent, ut non pereant imitando vos. Qui coniugati estis, fidem thori seruare coniugibus vestris. Reddite quod exigitis. Vir a foemina exigit castitatem, praebere illi exemplum, non verbum. Tu es caput quae is vide, Hac enim debes ire, quae illi non sit periculosum sequi, Immo tu ipse quae vis eam sequi, illuc debes ambulare. Ab imbecilliori sexu exigit fortitudinem, carnis concupiscentiam ambo habetis, Qui fortior est prior vincat. Et tamen quod dolendum est, multi viri a foeminis vincuntur. Seruant foeminae castitatem, quam viri seruare nolunt, & in eo quod non seruant, se viros videri volunt, quasi propterea sit fortior sexus, ut eum facilius subiugget inimicus. Lucta est, praelium est, pugna est. Vir for-

1. Corin. 11.

Ioan. 6.

Vbi supra.

Ephes. 5.

tior foemina, vir caput est foemina. Foemina pugnat & vincit, tu hosti succumbis? Stat corpus, & caput iacet. Qui autem vxores nondum habetis, & tamen ad mentem dominicam iam acceditis, & carne Christi manducatis, & sanguinem bibitis, si ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris. Quales eas vultis ad vos venire, tales & vos debent ipsae inuenire. Quis iuuenis est, qui non castam velit ducere vxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quaris, intactus esto. Puram quaris, noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes. Si fieri non posset, nec illa posset. Quia vero illa potest, doceat te quia fieri potest. Et illam ut possit, deus regit. Sed tu gloriosior eris, si feceris. Quare gloriosior? Illam premit parentum custodia, refrenat infirmioris sexus ipsa verecundia. Postremo leges timet, quas tu non times. Ideo ergo gloriosior eris si feceris, quia tu si feceris, deum times. Habet illa multa quae timeat praeter deum, tu solum deum times. Sed tu quem times, maior est omnibus. Ipse timendus est in publico, ipse in secreto. Procedis, videris: intras, videris, Lucerna ardet, videt te: lucerna extincta est, videt te. In cubile intras, videt te. In corde versaris, videt te. Ipsum time, illum cui cura est ut videat te, & vel timedo castus esto. Aut si peccare vis, quare vbi te non videat, & fac quod vis. Qui vero iam nouistis, corpus arctius castigate, & concupiscentiae frenos nec ad ipsa quae permilla sunt patiamini relaxare, ut non solum a concubitu illicito diuertatis, sed etiam licitum contemnatis aspectum. Mementote in quocumque sexu sitis, siue mares siue foeminae, angelorum vitam ducere vos in terra. Angeli enim non nubunt, neque vxores ducunt. Hoc erimus cum resurrexerimus. Quato vos meliores, quid quod erunt homines post resurrectionem, hoc vos incipitis esse ante mortem? Seruate gradus vestros, seruat enim deus honores vestros. Comparata est resurrectio mortuorum, stellis in caelo constitutis. Stella enim ab stella differt in gloria, ut Apostolus dicit, Sic & resurrectio mortuorum. Aliter ibi lucebit virginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis, aliter ibi lucebit sancta viduitas. Diuerse lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splendor dispar, caelum commune. Cogitantes ergo gradus vestros, seruantes & professionem vestram, accedite ad carnem domini. Qui se scit aliter esse, non accedat. Compungimini magis sermone meo. Congratiantur enim qui sciunt seruare coniugibus quod a coniugibus exigunt, qui sciunt seruare omnimodo continentiam, si hanc deo vouerunt. Qui vero audiunt dicentem me, Quicunque non seruatis castitatem, nolite accedere ad illum panem, contristantur. Et ego nollem hoc dicere. Sed quid facio? Timebo hominem & taceam veritatem? Ergo si illi serui non timent deum, etiam ego non timeam, quasi non sciam dictum esse, Serue nequam & piger, tu dares, & ego exigerem. Ecce dedi domine deus meus, ecce in conspectu tuo & angelorum tuorum, & in conspectu ipsius plebis tuae erogavi pecuniam tuam. Timeo enim iudicium tuum. Ego dedi, tu exige, Et si non dicam, facturus es. Ergo hoc potius dico, Ego dedi, tu conuerte, tu parce. Fac pudicos qui fuerunt impudici, ut simul in tuo conspectu cum iudicium venerit gaudeamus, & qui erogauit, & cui erogatum est. Placet hoc? Placet. Quicunque impudici estis, corrigite vos dum viuistis. Ego enim verbum dei loqui possum, impudicos autem & in nequitia perseverantes, de iudicio dei & damnatione liberare non possum.

1. Corin. 11.

Math. 22.

1. Corin. 11.

Math. 25.



Ioan. 8. De muliere deprehensa in adulterio, In Evangelio secundum eundem: Sermo XLVII.

**M**eminit charitas vestra sermone pristino, ex occasione lectionis Evangelij locutus nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potandum cum dominus inuississet credentes in se, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, & interficere cupiebant, nec valebant, quia ille nolebat. Cum ergo hac locutus esset, nata est de illo in turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus, quia de Galilæa non exurget Christus. Qui vero missi fuerant, ut eum tenerent, redierunt immunes à crimine, & pleni admiratione. Nam testimonium perhibuerunt diuinæ doctrinæ, cum dicerent, à quibus missi erant, Quare non adduxistis eum? Responderunt enim, nunquam se audisse hominem ita locutum. Non enim quisquam sic loquitur homo. Ille autem sic locutus est, quia deus erat & homo, Tamen Pharisei testimonium eorum repellentes, dixerunt eis, Nunquid & vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicta est. Qui non nouerant legem, ipsi credebant in eum qui miserat legem, & eum qui miserat legem contemnebant illi qui docebant legem, ut impleteretur quod dixerat ipse dominus, Ego veni ut non videntes videant, & videntes cæci fiant. Cæci enim facti sunt Pharisei doctores, illuminati sunt populi legem nescientes, & in authorem legis credentes. Nicodemus tamen vnus ex Phariseis, qui ad dominum nocte venerat, & ipse quidem non incredulus, sed timidus, nam & nocte venerat ad lumen, quia illuminari volebat, & sciri timebat, respondit iudeis, Nunquid & lex nostra iudicat quenquam hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Volebant illi peruerse antequam esse damnatores quam cognitores. Sciebat enim Nicodemus, vel potius credebatur, quia si tantummodo vellent eum patienter audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere, & maluerunt credere. Illi responderunt præiudicio cordis sui, quod & illis, Nunquid & tu Galilæus es, id est, quasi à Galilæo seductus: Dominus enim Galilæus dicebatur, quoniam de Nazareth ciuitate erant parentes eius. Secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

huiusmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hæc dicebant tentantes ut possent accusare eum.) Vnde accusare? Nunquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquando pertinuisse dicebatur? Quid est ergo tentantes ut possent accusare eum? Intelligimus fratres admirabilem mansuetudinem in domino præminuisse, animaduertunt eum nimium esse mitem, nimium mansuetum. De illo quippe fuerat antequam prædictum, Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Ergo attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut liberator, iustitiam ut cognitor. Propter hæc eum esse regnaturum in spiritu sancto Propheta prædixerat. Cum loquebatur, veritas agnoscebatur: cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate & mansuetudine eius inimici liuore & inuidia torquerentur: in tertio, id est, iustitia scandalum posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidari, & vtique quod iustum erat lex iubere non poterat. Sed si quis aliter diceret quam lex iusserat, iniustus deprehenderetur. Dixerunt ergo apud semetipsos, Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi querenda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus de illa quod in lege scriptum est. Si eam iusserit lapidari, mansuetudinem non habet. Si eam dimitti censerit, iustitiam non tenebit. Ut autem mansuetudinem, inquit, non perdat, in qua populis iam amabilis factus est, sine dubio dimitti eam iubebit. Hinc nos inueniemus occasione accusandi, & reum faciemus tanquam legis præuaricatorem, dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen respondes, imò contra eum qui per Moysen dedit legem: Reus es mortis, cum illa & tu ipse lapidandus. Posset his verbis atque sententiis inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hæc? Peruersitas reuerentia, falsitas veritati, curuum directo, stultitia sapientiæ: Quando illi laqueos pararent, in quos non ipsi prius caput iniicerent? Non est captus cui ipsi tendebant, sed potius capti sunt qui tendebant, quia non crediderunt in eum qui eos posset de laqueis eruere. Ecce dominus in respondendo & iustitiam seruaturus est, & à mansuetudine non est recessurus. Quid enim respondit dominus Iesus? Quid respondit veritas? Quid respondit sapientiæ? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem, ut diceret, lapidetur. Venit enim non perdere quod inuenerat, sed querere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte quam plenus est iustitia, plenus mansuetudine & veritate. Qui sine peccato est vestrum, inquit, prior in illam lapidem mittat.) O responsio sapientiæ, quomodo eos introuissit in se. Foris enim calumniabatur, seipsum intrinsecus non persecrabatur. Adulteram videbant, se non respiciebant. Præuaricatores legis legem implere cupiebant, & hoc calumniando non vere tanquam adulteria castitate damnando. Audistis iudei, audistis Pharisei, audistis legis doctores legis custodem, sed nodum intellexistis legislatoris. Quid aliud vobis significat, cum digito scribit in terram? Digito enim dei lex scripta est: sed propter duos in lapide scripta est. Nunc dominus in terra scribebat, quia fructum requirebat. Audistis ergo, impletur lex, lapidetur adultera. Sed nunquid quia puniendæ est, lex implenda est à puniendis? Consideret se vnusquisque

Psal. 44.

Christus attulit veritatem, mansuetudinem & iustitiam.

Luci. 12.

L

M

Lucæ. 19.

Lex quare scripta in lapide, & Christus quare scripsit in terram?

1. Corin. 2.

A se vnusquisque vestrum, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suæ, constituat se ante cogitationem suam, cogat se confiteri. Scit enim qui sit, quia nemo scit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Vnusquisque in se intendens, peccator se inuenit. Ita planè. Ergo aut istam dimittite, aut simul cum illa legis poenam excipite. Si diceret non lapidetur, iustus non videretur. Si diceret, lapidetur, mansuetus non videretur. Dicit quod dicit debet: & mansuetus & iustus, Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat. Hæc vox iustitiæ est: Puniat peccatrix, sed non à peccatoribus. Impletur lex, sed non à præuaricatoribus legis. Hæc vox omnino iustitiæ est, quia iustitia illi tanquam trabali telo percussis sese insipientes, & reos se inuenientes, vnus post vnus omnes recesserunt. Relicti sunt duo, misera & misericordia. Dominus autem cum eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cedentes attendere, sed auerso ab eis obtutu rursus scribebat in terra. Relicta autem illa sola muliere omnibusque abeuntibus, leuauit oculos suos ad mulierem. Audiuimus vocem iustitiæ, audiamus & mansuetudinis. Plus enim credo terribis erat illa mulier, cum audisset à domino dictum, Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat. Illi enim attendentes & ipso abscessu confessi, dereliquerunt mulierem cum magno peccato, ei qui erat sine peccato. Et quia illa hoc audierat, Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat, ab illo se puniendam sperabat, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis interrogauit eam. Nemo te condemnauit? Respondit illa, Domine nemo. Et ille, Nec ego condemnabo te. à quo forte damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Nec ego te condemnabo. Quid est domine? Faues ergo peccatis? Non planè ita: attende quod sequitur. Vade deinceps iam noli peccare. Ergo & dominus damnauit, sed peccatum non hominem. Si autem peccatorum fautor esset, diceret, Nec ego te damnabo, vade viue ut vis, de mea liberatione esto securus, ego te quantumcumque peccaueris ab omni poena, etià à gehennæ & inferni tormentis liberabo. Non dixit hoc, Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem & timeant veritatem. Etenim dulcis & rectus dominus, Amas quod dulcis est, time quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, Tacui: sed tanquam iustus, Nunquid semper tacebo? Misericors & miserator dominus. Ita planè. Adhuc adde, Longanimis. Adde adhuc, Et multum misericors. Sed time quod est in nouissimo, Et verax. Quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentis. An diuitias longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vniciq; iuxta opera sua. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus, sed & iustus dominus & verax dominus. Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Et hodie diem in malitia peregristi, vel saltè cras mitem. Sed expectas & de misericordia dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi penitentiam promissit salutem, promiserit tibi etiam longam vitam. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando

Psal. 24.

Esaie. 42.

Psal. 102.

Roma. 2.

Psal. 102.

Prouerb. 23.

me correxero, deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non possumus quod correctis atque conuersis indulgentiam deus promissit. Nam in quo Propheta mihi legis, quia promissit deus correcto indulgentiam, non mihi legis quia promissit tibi longam vitam. Ex vtroque igitur homines periclitantur, sperando & desperando contrariis rebus. Sperando decipitur, qui dicit, Bonus est deus, misericors est deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxabo habenas cupiditatis meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est deus, mansuetus est deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum incidit in gratia peccata, putantes sibi iam non posse ignosci penitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipsum, iam damnati sumus, quare non quod volumus facimus? animo gladiatorum ferro destinatorum. Ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, illos spes. Inter spem & desperationem est animus. Metuendum est, ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam non tibi ignosci quæ gratia commissisti, non agas penitentiam, & incuras iudicem sapientiam, quæ dicit, Et ego vestrae perditioni superridebo. Quid ergo egit deus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit, Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicitur? In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiam portum. Propter illos qui spe periclitantur & dilationibus illuduntur, fecit deus diem mortis incertum. Quando veniat vltimus dies nescis. Ingratus es, qui hodiernum habes, in quo corrigaris: Sic ergo ad istam mulierem, Nec ego te condemnabo. Sed facta securus de præterito, caue futura. Deleui quod commissisti, obserua quod præcepi ut inuenias quod promissit.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum eundem, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis: Sermo XLVIIII.

**N**ouit charitas vestra omnes nos vnum magistrum habere, & sub illo condiscipulos esse. Nec ideo magistri sumus, quia de loco superiore loquimur vobis, sed magister est omnium qui habitat in nobis omnibus. Ipse modo in Evangelio nobis omnibus loquebatur, & dicebat nobis, quod etiam ego dico vobis. Dicit autem ille de vobis & nobis. Si manseritis in verbo meo, non vtique in meo qui modo loquor, sed in eius qui modo in Evangelio loquebatur. Si manseritis in verbo meo, inquit, vere discipuli mei estis.) Ad discipulum parum est accedere, sed manere: non ergo ait, Si audieritis verbum meum, aut si accesseritis ad verbum meum, aut si laudaueritis verbum meum. Sed videte quid dixerit, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.) Quid diximus fratres? Manere in verbo dei, labor est an non est? Si labor est, attende magnum præmium. Si labor non est, gratis accipis præmium. Maneamus ergo in eo qui manet in nobis. Nos si non manserimus in illo, cademus. Ille autem si in nobis non manserit, non ideo domum perdidit. Nouit ille manere in se, qui nunquam deserit se. Absit

E

Prouerb. 12.

Ecclesiasti. 12.

Ezech. 17.

Indulgentia portus proponitur, & Morris dicit quare sit incertus

Ioan. 8.

Ioan. 8.

**G** Absit autem ab homine ut maneat in se, qui perdidit se. Ergo nos in illo manemus indigentia, ipse in nobis manet misericordia. Iam ergo si propositum est quod facere debeamus, quid accepturi sumus, videamus. Indixit enim opus, & promisit mercedem. Quod est opus? Si manseritis in verbo meo. Breue opus. Verbum breue, magnum opere: Si manseritis. Quid est si manseritis? Si in petra edificaueritis. O quam magnum est fructus hoc, supra petram edificare quam magnum est. Venerunt flumina, flauerunt venti, descenderunt imbres & impeerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Quid est ergo in verbo dei manere, nisi nullis tentationibus cedere? Præmium quod est? Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Compatimini nobis, quia vocem meam sentitis obtusam. Adiuuate me tranquillitate. O præmium, Cognoscetis veritatem. Forte aliquis diceret, & quid mihi prodest cognoscere veritatem? Et veritas liberabit vos. Si non delectat veritas, delectet libertas. In consuetudine Latinæ linguæ liberari duobus modis dicitur. Et maxime in eo consueuimus audire hoc verbum, ut quicumque liberatur, intelligatur periculum euadere, molestiis carere. Liberari autem proprie dicitur liberum fieri: Quomodo saluari saluum fieri, sanari sanum fieri, sic liberari liberum fieri. Ideo dixi, Si non delectat veritas, delectet libertas. Hoc in Græca lingua euidentius sonat, nec potest aliter intelligi. Et ut notueritis: quia aliter intelligi non potest, loquente domino, responderunt Iudei, Nos nemini seruiuimus unquam, quomodo dicis, veritas liberabit vos. Id est, veritas liberat vos faciet, quomodo dicis nobis qui nemini unquam seruiuimus: quos vides, inquit, non habere seruitutis necessitatem, quomodo eis polliceris libertatem? Audierunt quod debuerunt, sed non fecerunt quod debuerunt. Quid audierunt? Quia dixit, Veritas liberabit vos. Attendistis vos quia non seruisistis homini, & dixistis, Nemini seruiuimus unquam. Omnis Iudæus & Græcus, diues & pauper, honoratus & priuatus, imperator & mendicus, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Omnis, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati. Si agnoscant homines seruitutem, videbunt unde accipiunt libertatem. Ingenuus est aliquis, captiuatur à Barbaris, ex ingenuo factus est seruus. Audit homo miserator, considerat se habere pecuniam, fit redemptor, pergit ad Barbaros, dat pecuniam, redimit honorem. Planè reddidit libertatem, si abstulit iniquitatem. Sed quis abstulit iniquitatem? Homo homini? Ille qui seruebat apud Barbaros, à redemptore suo redemptus est. Et multum interest inter redemptorem & redemptum, tamen sub domina iniquitate forte conferui sunt. Interrogo redemptum, habes peccatum? Habeo, inquit. Interrogo redemptorem, habes peccatum? Habeo, inquit. Ergo nec tu te iactes redemptum, nec tu te extollas redemptorem, fugite ambo ad verum liberatorem. Parum est, quia qui sub peccato sunt, serui dicti sunt & mortui dicuntur. Quod timet homo ne faciat illi captiuitas, iam illi fecit iniquitas. Quid enim, quia videntur viuere? Nunquid ideo errauit ille, qui dixit, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos? Ergo mortui omnes sub peccato, serui mortui, seruido mortui, moriendo serui. Quis ergo liberat à morte & à seruitute, nisi in mortuis liber? Quis est in mortuis liber, nisi inter peccatores sine peccato? Ecce venit princeps mundi, ipse dicit redemptor noster, liberator noster: Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet. Tenet

quos decepit, quos seduxit, quibus peccatum mortemque persuasit, in me nihil inueniet. Veni domi redemptor, veni: Agnoscat te captiuus, fugiat te captiuator, tu esto mihi liberator. Ille me perditum inuenit, in quo diabolus nihil inuenit quod caro agit. Inuenit carnem in illo princeps huius mundi: Inuenit. Et qualem carnem? Mortalem, quam possit tenere, quam possit crucifigere, quam possit occidere. Erras deceptor, non fallitur redemptor. Erras. Vides in domino carnem mortalem, non est caro peccati, similitudo est carnis peccati. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Vera caro, mortalis caro, sed non peccati caro. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati: in carnem, non tamen in carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati. Propter quid? Ut de peccato, certe nullum peccatum, ut de peccato damnaret peccatum in carne, ut iustitia dei impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo ut de peccato damnaret peccatum in carne? Solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo. Homo dicitur verus, sed etiam si pictum in pariete ostendas, & quæras quid sit, respondetur homo. Peccatum ergo appellata est caro, habens similitudinem carnis peccati, ut esset sacrificium pro peccato: dicit idem Apostolus alio loco, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Eum qui non nouerat peccatum: Quem qui non nouerat peccatum, nisi eum, qui dixit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet? Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit: Eum ipsum Christum nescientem peccatum, fecit deus pro nobis peccatum. Quid est hoc fratres? Si diceretur, Fecit in illud peccatum, aut fecit illum habere peccatum, intollerabile videretur. Quomodo toleramus quod dictum est, Fecit eum peccatum ut ipse Christus sit peccatum? Qui nouerunt scripturas veteris testamenti, recognoscunt quod dico. Non enim semel dictum est, sed aliquoties creberrime. Peccata dicta sunt, sacrificia pro peccatis. Offerebatur, verbi gratia, pro peccato hircus, aries, quodlibet, ipsa victima quæ offerebatur pro peccato, peccatum nominabatur. Peccatum ergo dicebatur sacrificium pro peccato, ita ut alicubi dicat lex sacerdotum ponere debere manus suas super peccatum. Ergo eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum, id est, sacrificium pro peccato. Factus est Christus peccatum, oblatum est, & deletum est peccatum. Fusus est sanguis redemptoris, & deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. Quid est ergo quod insipienter exultasti meus captiuator, quia carnem mortalem habuit meus liberator? Si habuit peccatum vide. Si aliquid tuum in eo inuenisti tene. Verbum caro factum est, Verbum creator est, caro creatura est. Quid ibi tuum inimice? Et verbum deus est, & anima hominis creatura est, & caro hominis creatura est, & caro mortalis dei creatura est. Peccatum quære. Sed quid quæras veritas loquitur, Veniet princeps mundi, & in me nihil inueniet. Non ergo non inuenit carnem, sed nihil suum, id est, nullum peccatum. Decepisti innocentes, fecisti nocentes. Occidisti innocentem, peremisti quem non debebas, redde quod tenebas. Quid ergo? Ad horam insultasti, quia inuenisti in Christo carnem mortalem.

Roma. 8.

† alius, Ut de peccato, quod certe nullum in se erat peccatum, scilicet ut de &c.

2. Corin. 5.

Ioan. 14.

Peccata dicta sunt sacrificia pro peccatis. Leuiti. 4.

Matth. 26.

Ioan. 11.

Ioan. 14.

Muscipula

**A** Muscipula tua erat. Vnde latatus es, inde captus es. Vbi te exultasti aliquid inuenisse, inde nunc doles quod possederas perdidisse. Ergo fratres qui credimus in Christum, maneamus in verbo eius. Si enim manserimus in verbo eius, vere discipuli eius sumus. Non enim soli illi duodecim, sed omnes qui manemus in verbo eius, vere discipuli eius sumus, & cognoscemus veritatem, & veritas liberabit nos: id est, Christus filius dei, qui dixit, Ego sum veritas, liberos nos faciet, hoc est liberabit nos, non à Barbaris, sed à diabolo, non à corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Solus est qui sic liberat. Nemo se liberum dicat ne seruus remaneat. Non remanebit in seruitute anima nostra, quia quotidie dimittuntur debita nostra.

Ioan. 11.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

De pastore & mercenario & fure, In Euangelio secundum euidentem sermo XLIX.

**N**on ignorat fides vestra charissimi, & ita vos didicisse nouimus, dicente magistro de celo in quo spem vestram posuistis, quia dominus noster Iesus Christus qui iam pro nobis passus est & surrexit, caput est ecclesiæ, & est corpus eius ecclesiæ, & in eius corpore vnitas membrorum, & compago charitatis tanquam sanitas existit. Quicumque autem in charitate frigerit, infirmatur in corpore Christi. Sed potens est ille qui exaltauit caput nostrum, etiam infirma membra sanare, dum tamen non nimia impietate præcidantur, sed hæreant corpori donec sanentur. Quicumque enim adhuc hæret corpori, non desperata sanitas est, quod autem præcisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. Cum ergo ille sit caput ecclesiæ & sit corpus eius ecclesiæ, totus Christus caput & corpus est. Resurrexit iam ille. Caput ergo habemus in celo. Caput nostrum interpellat pro nobis. Caput nostrum sine peccato & sine morte, iam propiciat pro peccatis nostris deum, ut & nos in fine resurgentes & immutati in gloriam cœlestem, sequamur caput nostrum. Quod enim est caput ibi sequantur & cætera membra. Sed dum hic sumus, membra sumus, ne desperemus, quia secutura sumus caput nostrum. Videte enim fratres dilectionem illius capitis nostri, iam in celo est, & hic laborat quâdum hic laborat ecclesiæ. Hic Christus esurit, hic sitit, nudus est, hospes est, infirmatur, in carcere est. Quicumque enim hic patitur corpus eius, se dixit pati: & in fine segregans ipsum corpus suum ad dexteram, & reliquos à quibus modo conculcatur segregans ad sinistram, dicitur est his qui sunt ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quibus meritis? Esuriri enim & dedistis mihi manducare &c. Sic exequitur tanquam ipse accepisset, usque adeo ut illi non intelligentes, respondeant & dicant, Domine, quando te vidimus esurientem, hospitem, & in carcere? Et dicit eis, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, Sic etiam in nostro corpore caput sursum est, pedes in terra sunt, tamè in aliqua constipatione & coarctatione hominum, quâdo tibi aliquis pedem calcet, nonne dicit caput, calcas me, nec caput tuum nec linguam tuam quisquam calcavit, Sursum est, in turo est, nihil ei mali contigit, & tamen quia per connexionem charitatis vnitas est à capite usque ad pedes, non se inde lingua separauit, sed dixit, Calcas me, cum eam nemo contigerit. Quomodo ergo lingua quam nemo contigit dicit, Calcas me? Sic Christus caput quod nemo calcet, dixit, Esuriri & dedistis mihi manducare. Et illis qui hoc non fecerunt, dixit, Esuriri & non dedistis mihi manducare. Et quomodo

Matth. 25.

Ioan. 14.

Tomus decimus.

modo conclusit? Sic, Ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Cum ergo nunc loqueretur dixit se esse pastorem, dixit se esse & ianuam. Vtrumque ibi habes, & ego sum ianua, & ego sum pastor. Ianua est in capite, pastor est in corpore, Dicit enim Petro, in quo vno format ecclesiam, Petre amas me? Respondit, Domine amo. Pasce oues meas. Et tertio, Petre amas me? Contristatus est Petrus, quod eum tertio interrogauit, quasi ille qui videbat conscientiam negatoris, non videbat fidem confitentis. Nouerat illum semper, nouerat illum & quando se Petrus ipse non nouerat. Tunc enim se non nouerat, quando dixit, Tecum ero usque ad mortem, & quàm esset infirmus nesciebat. Quomodo plerumque reuera & infirmis contingit, ut ægrotus nesciat quid cum illo agatur, medicus autem sciat: cum ille ægitudine illam patiatur, medicus non patiatur. Magis dicit medicus quid agatur in altero, quàm ille qui ægrotat quid agatur in se ipso. Petrus ergo tunc infirmus, dominus autem medicus. Dicebat se habere vires quas non habebat. Ille autem tangens venam cordis eius, dicebat quod ter eum esset negaturus. Et ita factum est quomodo prædixit medicus, non quomodo præsumpsit ægrotus. Ergo post resurrectionem suam dominus interrogauit eum, non nesciens, quo ille animo confiteretur amorem Christi, sed ut trina confessione amoris, deleter trinam negationem timoris. Ergo hoc dominus exigit à Petro, Petre amas me? Quasi quid mihi dabis, quid mihi præstabis, quia amas me? Quid erat præstaturus Petrus resurgenti domino & eunti in cœlum, atque sedenti ad dexteram patris? Quasi diceret, hoc mihi dabis, hoc mihi præstabis, si amas me, ut pascas oues meas, Per ianuam intres, non per aliam partem ascendas: audistis enim cum Euangelium legeretur, Qui intrat per ianuam, pastor est: qui autem ex alia parte ascendit, fur est & latro. Et dissipare quærit & spargere & tollere. Quis est qui intrat per ianuam? Qui intrat per Christum. Quis est ille qui imitatur passionem Christi? Qui cognoscit humilitatem Christi, ut cum deus factus sit homo pro nobis, cognoscat se homo non esse deum, sed hominem. Qui enim deus vult videri cum sit homo, non imitatur illum qui cum deus esset homo factus est. Tibi autem non dicitur, esto aliquid minus quàm es: sed, cognosce quid es. Cognosce te infirmum, cognosce te hominem, cognosce te peccatorem, cognosce te quia ille iustificat, cognosce quia maculosus es. Appareat in confessione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregem Christi: quia confessio peccatorum inuitat medicum sanaturum, quomodo in ægitudine qui dicit, Sanus sum, non quærit medicum. Nunquid non ad templum ascenderat Pharisæus ille & publicanus? Ille de sua sanitate gloriabatur, ille vulnera sua medico ostendebat: dicebat enim ille, Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut publicanus iste: Gloriabatur super alterum. Ergo si publicanus ille sanus esset, inuideret illi Pharisæus, quia non haberet super quem extolleretur. Quomodo ergo venerat qui sic inuidebat? Non erat utique sanus. Et cum se sanum diceret, non descendit curatus, Ille autem ad terram oculos deiciens, & non audens in cœlum atollere, percutiebat pectus suum, dicens, Propitius esto mihi peccatori. Et quid dicit dominus? Amen dico vobis, quia descendit iustificatus de templo publicanus magis quàm Pharisæus. Quia omnis qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Qui autem se exaltant, per al-

Ioan. 10.

Luc. 22.

E

+

Ioan. 10.

F

Luc. 18.

Luc. 18.

f terram

G. teram partem volunt ascendere ad ouile. Qui autem se humiliant, per ianuam intrant ad ouile. Ideo de illo dicit, intrat, de illo, ascendit. Qui ascendit videtis quia alta petit, non intrat, sed cadit, ille autem qui se submit tit vt per ianuam intret, nec cadit, sed pastor est. Sed tres personas dixit dominus, & debemus illas inuestigare in Euangelio, pastoris, mercenarij & furis. Cum le geretur puo quod animaduertistis, designauit pasto rem, designauit mercenarium, designauit furem. Pa storem dixit animam suam ponere pro ouibus suis, & intrare per ianuam. Furem dixit ascendere per aliam partem. Mercenarium dixit lupum vel furem si videat fugere, quia non est illi cura de ouibus. Mercenarius est enim non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pa stor est. Ille ascendit per aliam partem, quia fur est. Il le videns eos qui volunt tollere oues, timet & fugit, quia mercenarius est, quia non est illi cura de ouibus: Mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas perso nas, inuenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tole randus est mercenarius, cauendus est latro. Sunt ho mines in ecclesia, de quibus dicit Apostolus, qui ex oc casione euangelizant, quærentes ab hominibus com moda sua, siue pecuniaria, siue honorum vel laudis hu manæ. Quomodo libet volentes accipere munera euan gelizant, & non tam salutem eius quærent cui annun ciant, quam commodum suum. Ille autem qui audit salutem ab eo qui non habet salutem, si ei crediderit quem ille annunciat, neque in illo spem posuerit per quem illi annunciat salus, qui annunciat habebit detrimentum, cui annunciat habebit lucrum. Ha bes dominum dicentem de Pharisæis, Cathedram Moy si sedet. Non eos solos significabat dominus qua si vero eos qui crederent in Christum ad Iudæorum scho lam mitteret, vt ibi discerent quemadmodum iter sit ad regnum cælorum? Nōne ideo dominus venit vt instrueret ecclesiam, ipsosque Iudæos bene credentes & bene sperantes & bene diligentes segregaret tanquã frumenta à paleis, & faceret vnum parietem circun cisionis, cui coniungeretur alius paries ex præputio gē tium, quibus duobus parietibus de diuerso venientibus esset ipse lapis angularis? Nōne ergo idem domi nus de duabus istis plebibus in vno futuris dixit, Ha beo & alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili? Loqueba tur autem Iudæis, Oportet me, inquit, & eas adduce re, vt sit vnus grex & vnus pastor. Ideo duæ naues e rant vnde vocauerat discipulos, duas personas plebis significabant, quando miserunt retia & leuauerunt tā tam vim & tantum numerum piscium, ita vt penè re tia rumpentur: Et onerauerunt, inquit, duas naues. Duæ naues significabant vnam ecclesiam, sed de dua bus plebibus factam, coniunctam in Christo, quan uis de diuerso venientem. Hoc significat etiam duæ vxores habentes vnum virum Iacob, Lia & Rachel. Has duas significant etiam duo cæci, qui sedebant iux ta viam quos dominus illuminauit. Et si aduertatis scri pturas, in multis locis inuenietis significari duas ec clesias, quæ non sunt duæ, sed vna. Ad hoc enim va let lapis angularis, vt ex duabus faciat vnum. Ad hoc valet ille pastor, vt de duobus gregibus faciat vnum. Ergo dominus docturus ecclesiam, & habiturus scho lam suam præter Iudæos, sicut videmus modo, nun quid credentes in se ad Iudæos missurus erat vt dis cernerent? Sed nomine Pharisæorum & Scribarum si gnificauit quosdam in ecclesia sua futuros, qui dicerent

& non facerent: Se autem figurauerat in persona Moy si. Etenim personam eius gerebat Moyses, & velum ante se ideo ponebat, quando loquebatur populo, quia quoad illi in lege carnalibus gaudiis & voluptatibus dediti erant, & regnum terrenum quærebant, velamen positum erat contra faciem eorum ne viderent Chri stum in scripturis. Ablato enim velamine, posteaquam pãssus est dominus, visa sunt secreta templi. Ideo cum in cruce penderet, scissum est velum templi à summo vsque deorsum: & aperte dicit Apostolus Paulus, Cum autem transferis ad Christum, auferetur velamen. Qui autem non transferit ad Christum, quantum legat Moy sen, velamen positum est super cor eius, sicut dicit A postolus. Cum ergo præfiguraret quosdam tales futu ros dominus in ecclesia sua, quid ait? Scribæ & Pha risæi cathedram Moy si sedent, quæ dicunt facite, sed quæ faciunt facere nolite. Quando illud audiunt cle rici mali quod in ipsos dicitur, volunt peruertere istam sententiam. Nunquid non si illis liceret, delerent il lam de Euangelio? Quia vero delere illam non pos sunt, peruertere illam quærunt. Sed adest domini gra tia & misericordia, nec sinit eos facere, quia circun sepsit veritate sua omnes sententias suas & liberauit: vt quisquis inde aliquid præcideret voluerit, aut indu cere male legendo vel interpretando, ille qui cor ha bet, quod præcisum est iungat scripturæ, & legat su periora vel inferiora, & inueniet sensum quem vole bat ille male interpretari, Quid ergo putatis istos di cere de quibus dicitur, Quæ dicunt facite? Quia reuera à sanis laicis dicitur. Laicus enim qui vult bene viuere, cum attenderit clericum malum, quid sibi di cit? Dominus dixit, Quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite. Ambulabo viam domini, non sequar istius mores. Audiam ab illo, non verba ipsius, sed dei. Sequar deum, sequatur ille cupiditatem suam: Quia si voluero apud deum sic me defendere vt dicam, Do mine vidi male viuẽtem illum clericum tuum, & ideo male vixi: nōne mihi dicitur est, Se iue nequam non à me audieras, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite? Malus autem laicus, infidelis, non perti nens ad gregem Christi, non pertinens ad frumentum Christi, qui tanquam palea in area toleratur, quid sibi dicit quando cœperit illum arguere verbum dei? Exi: Quid mihi loqueris? Ipsi episcopi, ipsi clerici non illud faciunt, & me cogis vt faciam. Quærit sibi non patro num ad causam malam, sed comitem ad pœnam. Nam nunquam eum ille defensurus est in die iudicij, quem cun que malum voluerit imitari. Quomodo enim dia bolus omnes quos seducit non seducit cum quibus re gnet, sed cum quibus damnatur. Sic omnes qui sequun tur malos, comites sibi ad gehennam quærunt, non pa trocinia ad regna cælorum. Quomodo ergo peruer tunt isti hanc sententiã, quando illis dicitur male viuẽ tibus, merito dictum est à domino. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: Recte dictum est, in quiuit. Dictum est enim vobis, vt quæ dicimus faciatis, quæ autem nos facimus vos nō faciatis. Nos enim of ferimus sacrificium, vobis non licet. Videte veritatis hominum, Quid dicam mercenariorum? Nā si pasto res essent, ista non dicerent. Ideo dominus vt os illis clauderet, secutus est, & dixit, Cathedram Moy si sedet, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Di cunt enim & non faciunt. Quid est ergo fratres? Si de sacrificio diceret offeredo, diceret, dicunt & nō faciunt. Faciunt enim sacrificium deo. Offerunt, quid est quod dicunt,

A dicunt, & non faciunt: audi quid sequatur, Alligant enim onera grauiã & importabilia, & imponunt ea si per ceruices hominum, quæ ipsi vno digito nolunt at tingere. Aperte exprobrauit, descripsit & ostendit, Sed illi quando sic volunt peruertere sententiã, ostendunt quia nihil quærunt in ecclesia nisi commoda sua, nec Euangelium legerunt. Si enim nos sent ipsam paginam, & totum legissemus, nunquam hoc dicere auderent. Sed apertius attendite, quia habet tales ecclesia. Ne quis dicat nobis, prorsus de Pharisæis dixit, de scribis, de Iudæis dixit, Nam tales non habet ecclesia. Qui sunt ergo illi de quibus dominus dicit, Non omnis qui mihi dicit, domine domine, intrabit in regnum celo rum? Et addidit, Multi dicent mihi in illa die, do mine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & in nomine tuo manducauimus & bibimus? Nunquid in nomine Christi Iudæi faciunt ista? Certum est, manife stum est, quia de his dicit qui nomen Christi habent. Sed quid sequitur? Tunc dicam illis, Nunquam vos cognoui. Recedite à me omnes qui operamini iniqui tatem. Audi Apostolum gementem de talibus. Dicit alios annunciare Euangelium per charitatem, alios per occasionem: de quibus dicit, Annunciant Euan gelium non recte. Rem rectam, sed ipsi non recti. Quod annunciant rectum est, sed qui annunciant non sunt recti. Quare non est rectus? Quia aliud quærit in ecclesia, non deum quærunt. Si deum quæreret, castus esset, quia legitimum maritum deum habet. Quisquis à deo præter deum aliquid quærunt, non caste deum quærunt. Videte fratres, si vxor amet maritum quia diues est, non est casta. Non enim maritum amat, sed aurum mariti. Si autem maritum amat, & nudum amat, & pauperem amat. Si enim propterea amat quia diues est, quid si, quomodo sunt castus humani, pro scribatur, subito egens remaneat? Renunciat illi forte, quia quod amabat non maritus erat, sed res eius. Si autem vere maritum amet, etiam pauperem plus amat, quia cum misericordia amat. Et tamen fratres deus noster nunquam pauper esse potest, diues est, ipse fecit omnia, cælum & terram, mare & angelos.

C. Quicquid videmus, quicquid non videmus in cælo, ipse fecit. Sed tamen non diuitias amare debemus, sed eum qui fecit illas: Non enim tibi promissit nisi se, In ueni aliquid preciosius, & hoc dabit. Pulchra est terra, cælum & angeli, sed pulchrior est qui fecit hæc. Qui ergo annunciant deum, amantes deum, qui annunciat deum propter deum, pascunt oues, & non sunt mer cenarij. Ipsam castitatem exigit dominus noster Iesus Christus, quando dicebat Petro, Petre amas me? Quid est, amas me? Castus es. Non est cor tuum adul terum, Non tua quæris in ecclesia, sed mea. Si ergo talis es & amas me, pascere oues meas. Non enim eris mer cenarius, sed eris pastor, Illi autem non caste annun ciabant, de quibus gemit Apostolus. Sed quia dicit, Quid enim? Dum omnimodo siue occasione siue veritate Christus annuncietur, permisit ergo esse merce narios, Pastor veritate Christum annunciat, merce narius occasione Christum annunciat, aliud quærens. Tamen & ille Christum annunciat, & ille Christum: audi vocem pastoris Pauli, Siue occasione siue veritate Christus annuncietur. Ipse pastor voluit habere mercenarium, Faciunt enim vbi possunt, vtiles sunt quantum possunt. Quando autem ad alios vsus, quæ rebat Apostolus cuius vias imitarentur infirmi, Missi

vobis, inquit, Timotheum qui vos commonefaciat D vias meas. Et quid ait? Missi pastorem qui vos commo neret vias meas: id est, quia quomodo ego ambulo & ipse ambulat. Et mittens pastorem, quid ait? Nemi nem enim habeo tam vnamimem, qui sincera affectio ne pro vobis sollicitus sit. Nōne cum illo erant mul ti? Sed quid sequitur? Omnes enim sua quærunt, non quæ sunt Christi Iesu: id est, ego vobis pastorem mittere volui, nam multi mercenarij sunt, sed non oportuerat vt mercenarius mitteretur, Ad alias res & ne gocia peragenda mittitur mercenarius, ad illas autem quas tunc volebat, pastor erat necessarius. Et vix in uenit vnum pastorem inter multos mercenarios, quia pauci pastores, multi mercenarij. Sed quid dicitur de mercenariis? Amen dico vobis, perceperunt merce dem suam. De pastore autem, quid ait Apostolus? Quis quis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas in ho norem sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratum semper. Non ad quasdam res para tum, & ad quasdam non paratum, sed ad omne opus bonum paratum. Hæc de pastoribus dixi. De merce nariis autem iam diximus. Mercenarius quando videt lupum insidiantem ouibus fugit. Hoc dominus dixit, Quare? Quia non est ei cura de ouibus. Tandiu est ergo vtilis mercenarius quamdiu non videt lupum, quã diu non videt furem & latronem. Cum autem vide rit, fugit. Et quis est de mercenariis qui fugit de ec clesia, quando videt lupum aut latronem? Abundant lupi, abundant latrones. Ipsi sunt qui ascendunt: per alteram partem ascendunt. Qui sunt isti qui ascen dunt? Qui de parte Donati voluit deprædare oues Chri sti. Ipsi per alteram partem ascendunt, non per Chri stum intrant, quia nō sunt humiles. Quia superbi sunt, ascendunt. Quid est ascendunt? Extolluntur. Vnde a scendunt? Per alteram partem: Vnde de parte dici vo lunt, qui in vnitatem non sunt, de altera parte sunt, & de ipsa parte ascendunt, id est, extolluntur, & vo lunt tollere oues. Quomodo ascendunt, videte, Nos, inquit, sanctificamus, nos facimus iustos. Ecce quō ascenderunt: Sed qui se exultat humiliabitur. Po tens est dominus deus noster, humiliare eos. Lupus autem diabolus est, insidiatur vt decipiat & qui illum sequuntur: nam dictum est, quōd sint induti quidem pellibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Si vi derit mercenarius aliquem peccare, aut sentire secun dum perniciem animæ suæ, aut aliquid facere scele ratum & obscœnum, & tamen quia videtur haberi a licuius momenti in ecclesia, vnde sibi sperat commo da, non reprehendit, mercenarius est. Et cum videt hominem perire in peccato, videt illum sequi lupum, videt illius guttur trahi morsu ad supplicium: non illi dicit, Peccas, non illum obiurgat, ne perdat commo da sua. Hoc est ergo, cum viderit lupum fugit: non il li dicit, Sceleratè facis. Non corporis, sed animæ hæc fuga est. Quem vides corpore stare, fugit animo, cum videt peccatorem & non dicit illi peccas, cum etiã consilium cum illo habet. Fratres mei, nunquid non ascendunt aliquando aut presbyter aut Episcopus: & non dicit aliud de superiori loco nisi ne rapiantur res alienæ, ne fraudes fiant, ne scelera admittantur? Non possunt dicere aliud, quia cathedram Moy si sedent, & ipsa loquitur de illis non ipsi. Quid est ergo, nunquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus? Et, Omnis arbor ex fructu cognoscitur. Pharisæus potest bo na loqui? Pharisæus spina est. Quomodo de spina

Philip. 1.  
Euangelium  
annunciant  
quidam per  
charitatem,  
quidam vero  
per occasio nem.

Ioan. 23.

Philip. 1.

Philip. 2.

Matth. 6.  
2. Timo. 2.

E  
Ioan. 10.

Lucæ. 14.  
F

Matth. 7.

Matth. 7.



**Math. 13.** lego vvas? quia tu domine dixisti, Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite. De spinis me iubet vnam decerpere, cum dixeris, Nunquid colligunt de spinis vnam? Respondet tibi deus, Non iussi te de spinis vnam legere, sed vide & attende bene, Forte vt fieri solet, vitis cum circumgyrat per terram, inuoluta fit in spinis. Nam aliquando inuenimus illud fratres mei, vitem positam super caricem, quia ibi habet sepe spinosam, extendit palmites suos & inserit in sepe, extendit in spinas botros, & qui videt botrum carpit, non tam de spinis quam de vite quae circumplexa est spinis, Sic ergo illi spinosi sunt, sed sedendo in cathedra Moysi, inuoluit eos vitis, & pendent ad eos botri, id est, verba bona, & bona praecipita. Tu lege vnam, no te pungit spina quando legis, Quae dicunt facite, sed quae faciunt facere nolite. Pungit autem te spina, si quod faciunt facis. Vt ergo legas vnam, & non inhareas spinis, quae dicunt facere debetis, sed quae faciunt nolite facere. Facta ipsorum spinarum sunt, verba ipsorum vna est, sed de vite, id est, de cathedra Moysi. Fugiant ergo isti quando vident lupum, quando vident latronem. Hoc autem inceperam dicere, quia de loco superiore non possunt dicere isti, nisi, bene facite. Nolite perire, nolite fraudare, nolite aliquem circumuenire. Aliquando autem sic viuunt, vt de tollenda villa aliena, cum Episcopo consilium habeatur, & petatur ab illo tale consilium. Aliquando nobis contigit, experti dicimus, nam non crederemus. Multi a nobis consilia mala petunt, consilia mentiendi, circumueniendi, putantes quia placeant talia nobis. Sed in nomine Christi, si domino placet quod dicimus, nullus talis nos tetrauit, & inuenit quod volebat in nobis. Quia si vult ipse qui nos vocauit, pastores sumus non mercenarij, Sed quid ait Apostolus? Mihi minimum est vt a vobis iudicet aut ab humano die, sed neque ego memetipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Non ideo bona est conscientia mea, quia vos illam laudatis. Quid enim laudatis quod non videtis? Ille laudet qui videt. Ille etiam corrigat si quid ibi videt quod eius oculos offendit, quia & nos non dicimus perfecte nos sanos, sed tundimus pectus nostrum, & dicimus deo, Propitius esto ne peccem. Tamen puto, coram illo enim loquor, nihil aliud a vobis quarens nisi salutem vestram. Et gemimus plerumque in peccatis fratrum nostrorum, & vim patimur, & torquemur animo, & aliquando corripimus illos: Imo nunquam non corripimus, testes sunt omnes qui recordantur quod dico, quotiens sunt a nobis correpti fratres peccantes, & vehementer correpti. Modo consilium nostrum tracto cum sanctitate vestra. In nomine Christi plebs dei estis, plebs catholica estis, membra Christi estis. Non estis diuisi ab unitate. Communicatis membris Apostolorum, communicatis memorijs sanctorum martyrum diffusorum per orbem terrarum, & pertinetis ad curam nostram, vt rationem bonam de vobis reddamus. Tota autem ratio nostra quae est, scitis, Domine scis quia dixi, scis quia non tacui, scis quo animo dixi, scis quia fleui tibi cum dicerem & non audiret. Ipsa puto quod integra ratio nostra est. Securos enim nos fecit spiritus sanctus per Ezechielem prophetam. Notis enim ipsam lectionem de speculatore. Fili, ait, hominis speculatore posui te domus Israel. Si me dicente ad impium, Impie morte morieris: non dixeris: hoc est, ego enim tibi dico vt dicas: si non annunciaueris

veneritque gladius & tulerit eum, id est, quod minatus sum peccatori: ille quidem impius impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Quare? Quia non dixit. Si autem speculator viderit gladium venientem, & cecinerit tuba vt fugiat, & non se obseruauerit, id est, non se correxerit, vt non eum inueniat in supplicio quod minatur deus, veneritque gladius & tulerit aliquem, ille quidem impius in iniquitate sua mortuus est, tu autem, inquit, animam tuam liberaisti. Et in illo loco Euangelij quid aliud dicit seruo, cum diceret, Domine sciebam te molestum siue durum hominem, quia metis vbi non seminasti, & colligis vbi non sparxisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Et ille, Serue, inquit, nequam & piger, magis quia me sciebas molestum & durum esse, metere vbi non seminasti, & colligere vbi non sparxisti, ipsa auaritia mea debuit te docere, quia lucrum quero de pecunia mea? Oportuit te ergo vt dares pecuniam meam nummularijs, & ego veniens cum vsuris exegissem meum. Nunquid dixit, dares vt exigeres? Nos ergo fratres damnus, veniet ille qui exigit. Orate vt paratos suos inueniat.]

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum pastor bonus etc.

Sermo L.

**Ioan. 10.** Vdianus dominum Iesum commendantem nobis boni pastoris officium. In qua commendatione admonuit nos vtiq; vt intelligi datur, bonos esse pastores. Et tamen ne intelligeretur peruerso modo multitudo pastorum, Ego sum, inquit, pastor bonus. Et vnde sit pastor bonus, consequenter ostendit. Pastor, inquit, bonus, animam suam pro ouibus ponit. Mercenarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem & fugit, quia non est ei cura de ouibus, mercenarius enim est. Pastor ergo bonus Christus. Quid Petrus? Nonne bonus pastor? Nonne & ipse animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus? Quid ceteri Apostoli? Quid eorum tempora consequentes beati Episcopi martyres? Quid etiam iste sanctus Cyprianus? Nonne omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus dicitur, Amen dico vobis, perciperunt mercedem suam? Omnes ergo isti pastores boni, non solum quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ouibus fuderunt: Non enim fuderunt elatione, sed charitate. Nam & apud haereticos qui propter iniquitates & errores suos aliquid molestiarum perpeffi fuerint, nomine martyrij se iactant, vt hoc pallio dealbati facilius furentur, quia lupi sunt, Si autem vultis scire in quo numero habendi sunt, pastorem bonum Paulum Apostolum audite: Quoniam non omnes qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt, aestimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus, sed potius contra oues, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aramentum sonans, & cymbalum tinniens. Si sciero omnia sacramenta & habuero omnem prophetiam, & omnem fidem ita vt motes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Magna ergo res est, postremo fides motes transferens. Illa quidem magna sunt, sed si ego haec sine charitate habeam, inquit, non illa, sed ego nihil sum. Sed adhuc istos non tetigit, qui falso martyrij nomine in passionibus gloriatur. Audite vt eos tagat, imo vt transfodiat. Si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ita vt ardeam, iam ipsi sunt. Sed vide

**A** vide quid sequitur, Charitatem autem non habeam, nihil prodest. Ecce venit ad passionem, ecce venit ad sanguinis effusionem, venit ad corporum incensionem, & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, profunt omnia. Detrahe charitatem, nihil profunt cetera. Quale bonum est charitas ista fratres? Quid preciosius, quid luminosius, quid firmitus, quid vtilius, quid securius? Multa sunt dei dona quae tamen habent & mali, qui dicturi sunt, Domine in nomine tuo prophetauimus, in nomine tuo daemonia eiecimus, in nomine tuo virtutes multas fecimus. Nec respondebit ille, Non fecistis. Non enim in conspectu tanti iudicis audebunt mentiri, aut iactare quae non fecerunt. Sed quia charitatem non habuerunt, respondebit omnibus illis, Non noui vos. Quomodo autem habet vel exiguum charitatem, qui etiam conuictus non amat unitatem? Hanc dominus unitatem commendans pastoribus bonis, non commendans pastores bonos, noluit multos appellare pastores. Neque enim, vt dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus, Apostoli ceteri, posteriores sancti Episcopi, beatusq; Cyprianus? Omnes hi pastores boni, & tamen ille pastoribus bonis non commendauit pastores bonos, sed pastorem bonum. Ego sum, inquit, pastor bonus. Interrogemus dominum qualicumque sensu, & humillima disceptatione cum tanto patrefamilias colloquamur. Quid dicis domine bone pastor? Tu enim bonus pastor qui bonus agnus: Idem pastor & pascua, idem agnus & leo. Quid dicis? Audiamus, & adiua vt intelligamus. Ego sum, inquit, bonus pastor. Quid Petrus? Aut non pastor aut malus? Videamus si non pastor. Amas me? Tu ei dixisti domine, Amas me: & respondit, Amo. Et tui ei, Pasce oues meas. Tu domine interrogatione tua, firmamento oris tui, amatorem fecisti pastorem. Pastor est ergo cui pascendas oues credidisti. Ipse commendasti, pastor est. Videamus iam vtrum non bonus. Ipsa id interrogatione & responsione eius inuenimus. Quaesisti vtrum amet te, Respondit, Amo. Vidisti cor, quia verum respondit. Non est ergo bonus, qui amat tantum bonum? Vnde illa responsio ex intimis prolata visceribus, vnde ille Petrus testes oculos tuos habens in corde suo, contristatus quod eum non solum semel, sed iterum & tertio interrogasti, vt trina confessione amoris, deleret trinam peccatum negationis? Vnde ergo contristatus quod saepe interrogasti, eset ab eo qui sciret quod interrogabat, & donauerat quod audiebat? Vnde contristatus, talia verba retulit, Domine tu scis omnia, ipse nosti quoniam te amo. Itane ille talia confitens, imo profitens mentiretur? Veraciter ergo respondit, amorem tuum, & de intimo corde protulit amantis vocem. Tu autem dixisti, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Ergo & pastor & bonus pastor, nihil quidem ad potestatem ac bonitatem pastoris pastorum, sed tamen etiam ipse & pastor & bonus, & ceteri tales pastores boni. Quid est ergo quod pastoribus bonis commendas vnum pastorem, nisi quia in vno pastore doces unitatem? Et exponit apertius ipse dominus per ministerium nostrum, ex ipso Euangelio commemorans charitatem vestram, & dicens, Audite quid commendauit, Ego sum pastor bonus dixi, quia omnes ceteri, omnes pastores boni membra mea sunt. Vnum caput, vnum corpus, vnus spiritus. Ergo & pastor ipse est pastorum, & pastores multi vnius pastoris, & oues cum pastoribus sunt sub pastore. Quid sunt haec nisi quod dicit Apostolus decimus.

stolus? Sicut enim corpus vnum est & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa vnum est corpus, sic & Christus. Ergo si sic & Christus, merito Christus in se habens omnes pastores bonos, vnum commendat, dicens, Ego sum pastor bonus. Ego sum, vnus sum, mecum in unitate omnes vnum sunt. Qui extra me pascit, contra me pascit: Qui mecum non colligit spargit. Ergo audite ipsam unitatem vehementius commendatam, Habeo, inquit, alias oues, quae non sunt de hoc ouili. Loquebatur enim primo ouili de genere carnis Israel. Erant autem alij de genere fidei ipsius Israel, & extra adhuc erant in gentibus. Erant praedestinati, nondum congregati. Hos nouerat quos praedestinauerat, nouerat qui redimere sanguine suo fuso venerat. Videbat eos nondum videntes eum, nouerat eos nondum credentes in eum, Habeo, inquit, alias oues, quae non sunt de hoc ouili, quae non sunt de genere carnis Israel, sed tamen non erunt extra hoc ouile, quia oportet me adducere eas, vt sit vnus grex & vnus pastor. Merito huic pastori pastorum, amata eius, sponsa eius, pulchra eius, sed ab ipso pulchra facta, prius peccatis foeda, post indulgentiam & gratiam formosa, loquitur amans & ardens in eum, & dicit ei, Vbi pascis? Et videte quemadmodum quo affectu hic erigatur amor spiritualis. Melius isto multo affectu delectantur, qui aliquid ex huius amoris dulcedine gustauerunt. Illi hoc bene adiunt, qui amant Christum. In ipsis enim hoc, & de ipsis cantat ecclesia in canticis canticorum. Qui amant Christum, quasi foedum & solum formosum, Vidimus enim eum, inquit, & non habebat speciem neque decorem. Talis in cruce apparuit, talem se spinis coronatus exhibuit, foedum & sine decore, quasi amissa potentia, quasi non filium dei. Talis visus est cecis. Ex persona quippe Iudaeorum hoc dixit Esaias, Vidimus eum & non habebat speciem neque decorem: quando dicebatur, Si filius dei est descendat de cruce. Alios saluos fecit, seipsum non potest. Et percutientes calamo in caput, dicebant: Prophetiza nobis Christe, quis te percussit: non habebat speciem neque decorem. Talem Iudaei videbatis, Quia caecitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, donec aliae oues venirent. Quia ergo caecitas facta est, ideo decorum sine decore vidistis. Si enim cognouissetis, nunquam dominum gloria crucifixissetis. Fecistis autem, quia non cognouistis. Et tamen ille qui vos quasi foedus tolerauit, pro vobis formosus orauit, Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si enim sine decore, quid est quod amat ista, quae dicit, Annuncia mihi, quem dilexit anima mea? Quid est quod amat, quid est quod ardet, quid est quod tantum ne ab illo aberret timet? Quid est quod tantum delectatur in ipso, cui sola poena est esse sine ipso? Quid esset vnde amaretur, nisi formosus esset? Verum quomodo illa sic amaret, si ille illi sic appareret, quomodo cecis persequentibus, & quid faciant nescientibus? Qualem ergo illa amauit? Speciosum forma praefiliis hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Ergo de ipsis labijs tuis annuncia mihi quem dilexit anima mea. Annuncia, inquit mihi, quem dilexit non caro mea, sed anima mea. Annuncia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte sicut operata super greges foedaliu tuorum. Obscurum videtur. Obscurum sanctuarium thalami sacri mysterium est: ipsa enim dixit, Introduxit me rex in cubiculum suum. Talis cubi- f iij culi

Talis imo nunquam nos, sed de corripit.

Ezechi. 33.

Luc. 19.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Ioan. 21.

Math. 6.

1. Cor. 13.

Math. 12.

Pastor verus, Christus.

1. Cor. 12.

Math. 10.

Cant. 1.

Esai. 53.

Mar. 15.

Math. 26.

Roma. 11.

1. Cor. 2.

Luc. 23.

Cant. 5.

Psal. 44.

Cant. 1.

Gculi hoc secretum est. Sed vos qui ab isto cubiculo profani non estis, audite quod estis, & dicite cum illa, si amatis cum illa. Amatis autem cum illa, si estis in illa. Dicite omnes & tamen vna dicat, quia vnitas dicit, Annuncia mihi quem dilexit anima mea. Erat enim illis in deum vna anima & cor vnum. Annuncia mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie. Quid significat meridies? Magnum feruorem, magnumque splendorem. Ergo notum fac mihi qui sint sapientes tui, Spiritu feruetes, doctrina fulgentes. Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditis corde in sapientia. Ipsis inhaream in corpore tuo, ipsis socior, cum ipsis te fruor. Dic mihi, Ergo annuncia mihi vbi pascas, vbi cubas in meridie, ne incurram in eos qui alia de te dicunt. Aliud dicunt, aliud de te sentiunt: Alia de te credunt, alia de te predicant. Et greges suos habent, & sodales tui sunt, quia de tua mensa viuunt, & mensa tuae sacramenta pertractant. Sodales enim dicti sunt quod simul edant, quasi simul edales. Tales exprobrantur in Psalmo, Si enim inimicus super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtique ab eo. Et si hic qui oderat me super me magna locutus fuisset, absconderem me vtique ab eo: tu vero vnanimis meus, dux meus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Quare contra domum domini modo cum dissensu, nisi quia ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis? Ideo o tu quem dilexit anima mea, ne in tales incidam sodales tuos, sed quales fuerunt sodales Sampson, non seruantes amico fidem, volentes eius corrumpere vxorem. Ergo ne in tales incurram, ne sciam super eos, id est, incidam in eos, velut operata, velut latens & obscura, non velut in monte constituta. Annuncia ergo mihi o quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, qui sint sapientes & fideles in quibus maxime requiescat, ne forte sicut latens incurram in greges non tuos, sed sodalium tuorum. Nam tu Petro non dixisti, Pasce oues tuas: sed, pasce oues meas. Respondeat ergo amata huic pastor bonus, & speciosus forma patris filii hominum: respondeat ei quam formosam fecit ex filiis hominum: respondeat ei quam formosam fecit ex filiis hominum. Audite quid respondeat, intelligite, caute quod terret, amate quod monet.

**I** Quid ergo respondit? Quam non blande, sed blanditiis seueritatem reddit. Corripit vt constringat, vt seruet. Nisi cognoueris temetipsam, inquit, o pulchra inter mulieres: quantumlibet enim sint alia pulchrae donis viri tui, haereses sunt, ornatu non visceribus pulchrae sunt, foris extrinsecus nitent, nomine iustitiae se dealbant: omnis autem pulchritudo filiae regis intrinsecus. Nisi ergo cognoueris temetipsam quia vna es, quia per omnes gentes es, quia casta es, quia colloquio peruerso malorum sodalium corrumpi non debes. Nisi cognoueris temetipsam, quia recte mihi desponsauit ille virginem castam exhibere Christo, recteque mihi te ipsam exhibeas, ne malis colloquiis, sicut serpens Euam seduxit astutia, sic & tui sensus corrumpantur a castitate mea. Nisi ergo talem cognoueris temetipsam, exi. Tu exi. Aliis enim dicturus sum, Intra in gaudium domini tui. Tibi non dicam, intra, sed exi, vt sis inter eos qui ex nobis exierunt, exi tu. Sed nisi cognoueris temetipsam, tunc exi. Si autem cognoueris temetipsam, intra. Si autem non cognoueris, exi tu in vestigiis gregum, & pasce haedos tuos in tabernaculis pastorum. Exi in vestigiis non gregum, sed gregum: & pasce non sicut Petrus oues meas, sed haedos tuos in tabernaculis non pastoris, sed pastorum: non vnitatis, sed dissensionis.

Non ibi posita vbi est vnus grex & vnus pastor. Confirmata est, edificata est, amata fortior est facta, parata mori pro viro, & viuere cum viro. Haec verba quae commemorauimus de sanctis canticis canticorum, de sponsi & sponsae epithalamio quodam, spirituales enim nuptiae sunt, in quibus nobis magna castitate viuendum est, quia ecclesiae concessit Christus in spiritu, quod mater eius habuit in corpore, vt & mater & virgo sit. Haec vero verba Donatistae accipiunt ad sensum suum peruersum multo aliter. Et quemadmodum, non tacebo, & quid eis respondeatis, adiuvante domino, quantum potero, breuiter admonebo. Cum eos virgines ceperimus, luce vnitatis ecclesiae diffusa toto orbe terrarum, & poposcerimus vt ostendant ipsi de scripturis aliquod testimonium, vbi deus praedixit in Aphrica futuram ecclesiam, quasi perditis ceteris gentibus: hoc solent testimonium in ore habere & dicere, Aphrica in meridie est. Interrogans ergo, inquit, ecclesia dominum vbi pascat, vbi cubet, respondet ille, in meridie: vt quasi vox interrogantis sit, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, Vbi pascis? Vbi cubas? Et vox quasi respondentis, In meridie: hoc est, in Aphrica. Si ergo quae interrogat ecclesia est, & dominus vbi pascat, respondet, in Aphrica, quia in Aphrica erat, ecclesia quae interrogat non erat in Aphrica. Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas: & respondit ille cuidam ecclesiae praeter Aphricam, In meridie, In Aphrica cubo, in Aphrica pascio, quasi te non pascio. Porro si quae interrogat, ecclesia est, quod nullus ambigit, quod nec ipsi contradicunt, & audiunt nescio quid de Aphrica, haec ergo quae interrogat praeter Aphricam, & quia ecclesia est, est praeter Aphricam ecclesia. Ecce accipio in meridie esse Aphricam, quamquam magis in meridie sub sole medij diei Aegyptus quam Aphrica. Illic autem in Aegypto quomodo pastor est iste, qui norunt agnoscunt: qui non norunt, requirant quam magnum illic gregem colligat, quantum numerositatem sanctorum atque sanctorum habeat contemptentium penitus mundum. Grex ille tantum creuit, vt etiam inde superstitiones expulerit, Vt ergo omittam quomodo inde omnem idolorum superstitionem quae illic valida fuerat credendo fugauerit, accipio quod dicitis o sodales mali, accipio prorsus, assentio Aphricam in meridie esse, & Aphricam significatam in eo quod dictum est, Vbi pascis, vbi cubas in meridie. Sed & vos aequitatem attendite, adhuc ista verba sponsa esse nondum sponsi. Adhuc sponsa dicit, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte sicut operata fiam. Surge, caece, si in meridie vides Aphricam, quare inopertam non intelligis feminam? Annuncia mihi dicit quem dilexit anima mea. Vtique virum alloquitur cum dilexit, quomodo si diceret, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, intelligeremus sponsum haec loqui ad sponsam. Sic cum audis, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas, illuc adde: ad haec huius verba pertinent, & quae sequuntur in meridie. Quare vbi pascas in meridie, ne forte sicut operata super greges sodalium tuorum. Audio prorsus, accipio de Aphrica quod intelligis in meridie ipsa significata est. Sed ecclesia Christi sicut intelligis transmarina alloquitur sponsum suum, timens errorem incidere Aphricanum. O quem dilexit anima mea, annuncia mihi, doce me. Audio enim in meridie, id est, in Aphrica duas esse partes, imo multas

K  
L  
Cant.  
L  
M  
falsas, cre-scendo.

**A** concisiones. Annuncia ergo mihi vbi pascis, quae oues ad te pertinent, quod ouile illic me iubet amare, cui me debeo sociare, ne forte fiam velut operata. Illud enim quasi latenti, insultant quasi perditae, quasi nusquam a libi existenti. Ne ergo quasi operata quasi latens fiam super greges sodalium tuorum Donatistarum, Maximianistarum, Rogatistarum, ceterarumque pestium extra colligentium & ideo spargentium, rogo te, annuncia mihi, si illic pastorem meum requiram, vt non in gurgitem rebaptizationis incurram. Hortor vos, obsecro vos per sanctitatem talium nuptiarum, amate hanc ecclesiam, estote in tali ecclesia, estote talis ecclesia, amate pastorem bonum virum tam pulchrum, neminem fallentem, neminem perire cupientem. Orate & pro dispersis ouibus, veniant & ipsi, cognoscant & ipsi, amet & ipsi vt sit vnus grex, & vnus pastor. Conuerfi.

Ioan. 10. De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioanem, Ego & pater vnus sumus: Ser. LI.

**B** Omnis deus Iesus filius dei vnicus, natus de deo patre sine aliqua matre, & natus de virgine matre sine homine patre, audistis quid dixerit, Ego & pater vnus sumus. Sic accipite, sic credite, vt mereamini intelligere. Fides enim debet praecedere intellectum, vt sit intellectus fidei premium. Propheta enim apertissime dixit, Nisi enim credideritis, non intelligetis. Quod ergo simpliciter praedicatur credendum est, quod subtiliter disputatur intelligendum est. Primitus ergo ad imbuedas vestras mentes per fidem, praedicamus vobis Christum dei patris vnicum. Quare additur vnicum: Quia cuius est vnicus, multos filios habet gratia. Ceteri ergo omnes sancti filij dei sunt gratia, solus ille natura. Qui gratia filij sunt, non sunt quod pater. Denique nullus sanctorum ausus est dicere, quod ille vnicus ait, Ego & pater vnus sumus. Nunquid non pater est & nos? Si non est pater noster, quomodo dicimus orantes, Pater noster qui es in caelis? Sed nos filij sumus quos voluntate sua filios fecit, non ex natura sua filios genuit. Genuit quidem & nos, sed quomodo dicitur adoptatos, ab adoptante generatos, beneficium non natura. Denique & hoc dicti sumus, quia vocauit nos deus in adoptionem filiorum.

**C** Homines adoptati sumus. Ille dicitur vnigenitus, quia hoc est quod pater, nos autem homines sumus, deus est pater, Quia ergo ille hoc est quod pater: dixit, & verum dixit, Ego & pater vnus sumus. Quid est, vnus sumus? Vnius naturae sumus. Quid est, vnus sumus? Vnius substantiae sumus. Forte minus intelligitis. Quid est vnus substantiae? Laboremus vt intelligatis, adiuuet deus, & me loquentem & vos audientes. Me vt ea dicam quae recta sunt & apta sunt vobis: vos autem ante omnia & praecipue vt credatis, deinde vt quomodo potestis intelligatis. Quid est ergo vnus substantiae? Similitudines vobis adhibeam, vt quod minus intelligitur, exemplo clarescat. Vtputa aurum est deus, aurum & filius eius. De terrenis si ad caelestia non sunt danda similitudines, quomodo scriptum est, Petra erat Christus? Ergo quicquid est pater, hoc est & filius. Sicut dixi, verbi gratia, aurum est pater, aurum est filius. Nam qui dicit, non est ipsius substantiae filius cuius pater, sed quid aliud dicit nisi aurum est pater, argentum est filius? Si aurum est pater, argentum est filius, degenerauit a patre vnicus filius. Homo hominem generat, cuius substantiae est pater qui generat, ipsius substantiae est filius qui generatur. Quid est ipsius substantiae? Homo est ille, homo & ille. Animam habet ille, animam & ille. Carnem habet ille, Tomus decimus.

carnem & ille. Quod est ille, hoc & ille. Sed respondet D mihi & dicit haeresis Arriana, Quid mihi dicit? Attende quod dixisti. Quid dixit? Quia filius hominis comparandus est filio dei. Planè comparandus, sed non vt putas ad proprietatem, sed ad similitudinem. Tu autem quid vis hinc facere? Dic. Non vides dicit, quia maior est pater qui genuit, & minor est filius qui generatus est. Quomodo ergo vos dicitis? Dicite mihi. Quomodo ergo vos dicitis quod aequales sunt pater & filius, deus & Christus, cum videatis quia homo quando generat filium, minor est filius & maior est pater? Homo sapiens in aeternitate tempora inquit, vbi non sunt tempora quaeris aetates. Quando maior est pater, minor est filius, ambo temporales sunt. Ille senescit, quia ille crescit. Nam per naturam homo pater, per naturam, vt dixit, non genuit minorem, sed per aetatem. Vis nosse, quia per naturam non genuit minorem? Expecta, crescat, & patri erit aequalis. Puer enim parum vel crescendo pertinet ad magnitudinem patris sui. Tu autem sic dicis minorem dei filium natum, vt nunquam crescat, & ad sui patris magnitudinem vel crescendo perueniat. Iam ergo filius hominis natus ex homine, meliore conditione natus est quam filius dei. Quomodo? Quia ipse crescit, & peruenit ad magnitudinem patris sui. Christus autem, sicut dicitis, ideo minoratus est, vt remaneat minor, & non sit expectandus saltem aetatis accessu. Sic ergo dicis, Quae est in natura diuersitas? Sed quare dicis, nisi quia non vis eiusdem substantiae credere filium, cuius substantiae est pater? Postremo prius confitere ipsius substantiae, & dic minorem. Attende hominem, homo est. Quae est substantia eius? Homo est. Quid ille quem generat? minor est, sed homo est. Aetas dispar est, aequalis natura est. Dic & tu, Quod est pater, hoc est filius, sed minor est filius. Dic, fac gradum, dic eiusdem substantiae, sed minorem, & peruenis ad aequalem. Non enim parum accedis, non parum propinquas veritati, quia confiteris aequalem, si eiusdem substantiae confessus fueris & minorem. Si non est eiusdem substantiae hoc dicis, aurum & argentum. Ergo quia hoc dicis, aurum & argentum, tale est quod dicis, quale si homo generaret equum. Alterius enim substantiae est homo, alterius equus. Si ergo filius alterius substantiae est quam pater, monstrum generauit pater. Quando enim creatura, id est, mulier parit quod non est homo, monstrum dicitur, Vt autem non sit monstrum, hoc est, qui natus est, quod est ille qui genuit, id est, homo & homo, equus & equus, columba & columba, passer & passer. Creaturis suis dedit deus, creaturis mortalibus terrenis dedit, donauit vt hoc quod sunt generet, & putas quia hoc sibi non potuit ipse seruare qui est ante secula, qui non habet initium temporis, vt qui generaret filium non hoc quod ipse est, generaret, sed degeneret? Audi & quanta blasphemia sit dicere, vnicum dei filium, esse alterius substantiae. Prorsus si ita est, degeneret. Si dicas alicui filio hominis degeneret, quanta iniuria est? Et quomodo dicitur filius hominis degeneret? Vtputa pater ipsius fortis est, ille timidus & ignauus. Quicumque illum viderit, & vult corripere, attendens patrem ipsius virum fortem, quid ei dicit, Porro vade degeneret. Quid est degeneret? Fortis vir fuit pater tuus, & tu timore contremiscis. Ille cui hoc dicitur, vitio degeneret est, natura par est. Quid est, natura par est? Homo est, quod est & pater ipsius. Sed ille fortis, ille ignauus: ille audax, ille timidus, tamen homo & homo. Vitio ergo degeneret est, non natura. Tu quando dicis vn-

G cum filium, vnum patris filium degenerem esse, non aliud dicis, nisi quia non hoc est quod pater, & iam natus degener factus est dicis, sed generatus est. Istam blasphemiam quis ferat? Quilibetunque oculis, si ista blasphemiam videre possint, fugerent eam, & catholici fierent. Sed quid dicam fratres? Non eis irascamur, sed pro eis oremus, vt det dominus eis intellectum, quia forte hoc nati sunt. Quid est, hoc nati sunt? Hoc acceperunt a parentibus suis quod tenent. Præponit genus veritati, fiant quod non sunt, vt possint seruire quod sunt, hoc est, fiant catholici vt possint seruire quod homines sunt, vt non in illis pereat dei creatura, accedat dei gratia. Putant enim, quia patrem honorant per contumeliam filij, Quando illi dixeris, blasphemias: respondet, Quare blasphemus? Quia dicis filium non hoc esse quod pater est. Et ille mihi, Immo tu blasphemus. Quare? Quia æquare vis patri filium. Acquare volo patri filium, nunquid extraneum? Gaudet pater, quando illi æquo filium vnicum. Gaudet, quia non inuidet. Et deus, quia filio vnico non inuidet, ideo quod ipse est hoc generauit. Tu & filio facis iniuriam, & ipsi patri, in cuius honorem vis contumeliam facere filio. Certe enim ideo dicis non esse eiusdem substantiæ filium, ne iniuriã facias patri ipsius. Ego tibi cito ostendo, quia iniuriam facis ambobus. Quomodo inquit? Si dicam filio alicuius, degener, non es similis patri tuo: degener, non hoc es quod pater: audit illud filius & irascitur, & dicit, Ergo degener natus sum? Audit illud pater, & plus irascitur. Iratus autem quid dicit? Ergo ego filium degenerem generauit? Ergo si aliud sum, & aliud generauit, monstrum generauit. Quid est quia cum vis vni deferre, per alterius iniuriam, ambobus facis iniuriam? Filium offendis, sed patrem non propitiabis. Cum de filij contumelia honoras patrem, & filium offendis & patrem. A quo fugis, ad quem confugis? Nunquid irascente tibi patre, fugis ad filium? Quid tibi dicit? Ad quem fugis, quem degenerem fecisti? Nunquid offenso filio curris ad patrem? Dicit & ipse tibi, Ad quem fugis, quem degenerem genuisse dixisti? Sufficiat vobis, hæc tenere, hoc memoria commendate, hoc in vestra fide conscribite. Hoc autem vt intelligatis, ad deum patrem & filium, qui vnum sunt, preces effundite.

De resurrectione Lazari quatuoriduan, in Evangelio secundum Ioannem, Sermo LIII.



Iacet omnes virtutes quas in terris dei filius maiestatem suam proditurus impleuit, mirari tantum homines valeant, & verbis definire non possint, excedit tamen omne miraculum quod Christus circa Lazarum fecit, cui non agro reddidit sanitatem, nec debilitatis languore viribus medelam protinus verbo restituit. Non denique reliquias animæ adhuc possideti vitam rursus reddidit, sed iam sepulto, iam monumentis recondito, iam legitimis temporum spatij ascripto inferis inquilino: ab ipsa sede pallente, destructa lege tartarea, incipium mortis redire iussit ad superos: & post concilia stridentium vmbraꝝ, post profundas noctis æternæ caliginis vitam ducere, in conuiuio discumbere, frui discumbentium colloquio, prandere & gaudere fecit: atque vt miraculum diuinæ virtutis accresceret, dum conuiuis interrogantibus tristia loca pœnarum, sedesq; alta nocte semper obscuras, Lazarus indicat diligenti narratione per ordinem, diu quæsi longisq; temporibus ignorati, inuenerunt tandem inferi proditorem. Nec leues iam præcesserant in multis curationibus diuersæ virtutes.

Ioan. 11.

Neq; enī leuia sunt vel ludicia præter Lazarū quæ Christus impleuit: quod claudi redeuntes gratisgressibus cucurrerunt, & accepto beneficio sanitatis domino gratias retulerunt: quod manci vrasque manus ad cælum cum laudibus leuauerunt, quod resoluta sunt mutis claustra linguarum, & post horribis vocis inarticulata mugitum, vinculo nodata linguæ dirupto, ex ore diuiduo sensibilia verba processerunt: quod cæcus recipit lucem, quam violentus dolor nube crassi humoris obscurans ab orbium sede rapuerat, & noctem funerata frontis excutiens dum totum recipit visum, resurrectionem cæcus meruit oculorum. Recepti hic quidē oculos, alter accepit, & quod natura non dederat, manus Christi formauit. Imposuit enim fronti puluerem spūto conspersum, & ad tactum sacræ manus operis disciplina festinans luciferas gemmas orbibus preparatis infixit, & quod natura non dederat, Christus artifex integravit. Hæc omnia cunctis fuisse miraculo dum fiebant. Quis enim protinus saxes mirari non cogatur, cum omnia damna membrorum non medicinæ pigmentis, nec arte aliqua, nec remediis, sed solo tantummodo videret sermonis imperio restituta? Parua hæc tamen ad Christi potentiam videbantur, nisi amicus Christi Lazarus moreretur. Quem ideo Christus vitæ naturæ restituit, vt mutaret naturam, & vitæ ordinem verteret: vt vnus homo semel nasci & bis mori disceret, vt conditionem mortis noua resurrectionis lege turbaret. Inuadit igitur Lazarum perniciis inimica languoris, & fornace febris anhelo corpus exurens, miserandi hominis robur quotidie edax incendium absumebat. Iacebat visceribus anhelis exaestuans, crebrisque singultibus corpus excussum, migraturam de domo corporis animam promittebat. Non amici, non consilia, non fomenta, non artis magisterio remedia prouisa succurrunt, Omnia enim que pro salute data fuerant, in contrarium vertebantur. Languor enim iste non aliquo remedio, sed sola morte fuerat finiendus, & mors ipsa per resurrectionem Christi vincenda. Aderant autem duæ sorores languenti, & casum dolentes iuuenis, agrotantis lectulo iugiter inhærebant. Foebant vero iacentem talibus frequenter alloquius: Patienter, inquit, sustine, fortiter dura, noli desperatione corruere. Dum enim languorem istum fortitudine toleras, cum sustines, cum foueris, venit inter hæc Christus, vt credimus, forsitan sanaberis. Sed quid vos o Maria & Martha pro germano tantus dolor extirrit? Quid iugibus suspirijs optatis mori cum fratre? In contrarium potius vota pectoris imputate, precamini crementa languoris, augmenta febrium quærite, & vt in extrema vitæ limina tempestas morbi sauientis citius impingat optate. Frater enim vester Lazarus, cuius ingemiscitis tanto affectu languorem, nisi mortuus fuerit non recipiet sanitatem. Vrebat igitur ægrotum febris assidua, edax flamma penetrabili vapore siccabat. Incumbit quæstionarius corporis dolor, totus homo sauientium morborum oneribus premitur, vt corporis vinculis anima resoluatur. Vicit tandem succum corporis ægritudo, & caminus febrium extremo diuortio de sede corporis animam compulsi emigrare. Scindebant Maria & Martha germanæ vestes, laniabant iratis vnguibus genas, spargebant etuulos crines, vluatibus astra pulsabant: & tamen incumbentes funeri amplexq; corpus exanime, inania figentes oscula, sepius hoc dicebant, Poteras miser nec egrotare nec mori, si nulla ratio fecisset Christum absentē.

Inter

K  
Matth. 11.  
Iahs redin  
tegraris.  
Matth. 12.

Luca. 18.

Ioan. 9.

L

Ioan. 11.

M

A Inter omnes enim quibus sermone medico desiderata concessit, si te quoque languentem contingeret aut videret, non te frigidi corporis sopore oppressum, non spoliatum lumine videremus. Immo illo presente non tibi febris accederet, non inuaderet dolor, non ægritudo vastaret. Tanta est enim illius omnipotentia, vt etiã iam mortuus resurgeres, si veniret. Procedit interea finis, longoque ordine tristibus obsequijs decoratū, infertur sepulchris. Absconditur cauito saxo, luctuosiq; vocibus conclamatur. Venit igitur ad Bethaniam Christus, claustra mortis diuina potentia destructurus. Occurrunt lachrymosæ sorores, finis hominis contestates dei auxilium requirebant. Erat enim insitus amore Lazari, erat sororum eius quedam delectatio apud dominū, de seruitijs amoris sui pignus intrinsecus deponentes, in visceribus habere dominum videbantur. Sed interrogat de lachrymis de, & licet sciret quid cōtigerit, tamen ex illarū voce optat audire. Lazarus, inquit, quem diligebas, mortuus est. O inuidia, o infidelis conuentio. Te adhuc posito in seculo, Lazarus amicus tuus moritur. Si amicus moritur, inimicus quid patitur? Parum est si tibi non soli superi seruiunt, ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Lazarus, inquit, quē diligebas, moritur. Excluit humanitatis consuetudinē, & vox illa mortalis dicit, Amicus dei plus debuit viuere, sed moritur. Dominus noster Christus intendens in lachrymas mulierum, quæ iugibus suspirijs optabant mori cum fratre, ad mausoleum Lazari vna cum discipulis suis vbi prolaxis turbis accelerat. Iam enim intra cauatam saxū quatuor dies habuit vt iacebat, iam fluctuans membrorum teterrimus fetor prohibebat accessum, iam in concavis orbibus tabido situ marcescentes resederant oculi, iam deficiebat narium mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegmine attenuato pallescens, capillis subinde rarefcentibus apparebat, iam Maria & Martha sorores Lazari, quæ Christum frequenter resuscitasse mortuos viderat, fratrem suū posse resuscitari penitus non credebant. Ibi vere Christus probatus est deus, vbi tantum fecit, quantum ausa non est etiam ipsa fides optare. Et commotus spiritu dixit, Vbi posuistis eum? Non tamen locum sepulti ignorare credi debuerat, sed fidem populi approbare volebat. Venit igitur Christus ad monumentum in quo Lazarus dormiebat, & non tanquam mortuum, sed tanquam sanum, tanquam viuum, tanquam audire paratū, de sepulchro protinus euocauit. Lazare, inquit, prodi foras. Ideo dicit nomen, ne omnes mortui cogenter exire. Clamat tamen ad monumentum, turbant se inferi, expectant audientiam omnes mortui, quærebant sua nomina vocitari, Ne, inquit, & nos dominus suscitabit? Vbiunque Christus steterat, patebant inferi. Subito vna vox interceptit ceteros, Lazare veni foras. Non dilatio vlla retinet resurgentem, non tardant reditus animæ, non impediunt vincula sepultura. Inuolutus linteis nodisq; lineis irretitus, voce Christi citius egreditur. Surgit, ambulat, currit. Et ne quid quisquam deesse diceret resurgenti, presentibus cunctis agit gratias redeptori.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Qui credit in me, credit in eum qui me misit: Sermo. LIII.

Ioan. 12.



Oc admonuit dominus cum Evangelium legeretur, quoniam qui credit in eum, credit in illum qui misit eum. Missum esse ad nos saluatorem mundi fides verissima tenet, quoniam Christi

stus ipse prædicat Christus, hoc est corpus Christi toto orbe diffusum. In cælis enim ille erat, & satienti in terra persecutori dicebat, Quid me persequeris? Vbi dominus sic expressit, & hic se esse in nobis. Sic totus cre-scit, quia quemadmodum ille in nobis est hic, sic & nos ibi in illo sumus. Hoc facit compago charitatis. Ipse qui caput nostrum, saluator est corporis sui. Prædicat ergo Christus Christum, prædicat corpus caput suum, & tuer-tur caput corpus suum, & ideo nos mundus odit, sicut ab ipso domino audiimus. Non enim Apostolis hoc dicebat paucis, quod odisset eos mundus, & quia gaudere deberent cum eis detraherent homines & dicerent omnia mala aduersus eos, quia propter hæc merces eorum maior est in cælis. Non eis solis dixit dominus cum hæc dixit, sed dixit vniuerso corpori suo, dixit omnibus membris suis, Quicumque in corpore eius & membrorum eius esse voluerit, non miretur, quia odit eum mundus. Corporis autem eius sacramentum multi accipiunt, sed non omnes qui accipiunt sacramentū, habituri sunt apud eum etiam locum promissum membris eius. Penē quidem sacramentum omnes corpus eius dicunt, quia omnes in pasuis eius simul pascentur: sed ver-tur est qui diuidat, & alios ponat ad dexteram, alios ad sinistram & vtraque pars dictura est, Domine domine, quando te vidimus & non ministravimus tibi? I vel quando te vidimus & ministravimus tibi? Pars vtraque dictura est, vni tamen dicit, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Alteri, Ite in ignem æternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Non ergo solos inimicos nostros deputare debemus charissimi, quicumque bona conscientia Christi membra sumus, non solos eos inimicos nostros putare debemus, qui aperte foris sunt. Multo enim peiores sunt qui iatus videntur, & foris sunt. Amant enim mundum, & ideo mali sunt. Et quidem de nobis ea sentiunt, quæ ipsi diligunt, & in huius mundi quasi prosperitatibus quibus ingemiscimus, inuident nobis. Ibi nos felices putant, vbi nos periclitamur. Felicitatem vero nostram internā nec nouerunt quia non gustauerūt: quia vero quicquid nobis temporaliter mundus arridet, magis est periculum quam ornamentum nostrum nasciūt, quia ista distinguere gaudia nō nouerūt. Vnde hortamur charitatem vestram, maxime quia vos videmus frequentius conuenisse, qui propositum altius habetis, id est, in ipso corpore Christi ex eius munere non meritis vestris excellentiorem locum tenetis, habentes scientiam quæ a deo donata est. Nam & ipsa malis & inuidis nostris in suspicionem venit. Ad hoc tamen mordetur, vt probetur. Si enim in ipsius conscientia professione laudes querimus hominum, deficiamus reprehensionibus hominum. Cum sis castus seruus dei, ecce te mundus suspicatur forsitan impudicum & mordet & reprehendit, & libenter in tuis detractionibus immoratur. Maleuola quippe animæ quasi dulciter sapit, quod pessimè suspicatur. Tu autem si propter laudes humanas continentiam suscipere voluisti, reprehensionibus humanis defecisti, & totum quod tibi proposueras perdidisti. Por-rò autem si nosti dicere cum Apostolo, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientia: nostre, non solum tibi reprehensionibus mercedem non minuit, sed & facit ampliorem: tu tamen pro illo ora, ne tua mercede moriatur. Nam & hinc probamus charissimi, quia si nō haberemus inimicos, non essent pro quibus oraremus ex præcepto domini nostri dicentis, Diligite inimicos vestros & orate pro his qui vos oderunt. Vnde probamus,

Acto. 9.

Ioan. 15.

E

Matth. 5.

Matth. 25.

f alia, con-

scientiam.

1. Corin. 12.

Margi. 5.

mus,



**G**mus, vnde cor nostrum interrogamus, vtrum hoc facere valeamus: si nullum inimicum, nullum reprehensorem, nullum detractorem, nullum maledicum experiremur: Videtis ergo, quia & mali necessarii sunt bonis. In fornace quodammodo aurifici sumus hoc est in hoc mundo. Si aurum es, simul ardes. Si aurum es, palea tua est malus, Si & tu palea es, simul eritis fumus. Veruntamen primum vt noveritis charissimi, in corpore Christi excellentiora membra esse: no sola est enina coniugalis vita laudabilis, & habet in corpore Christi locum suum: sicut & in nostro corpore non ea sola habent locum quae excellentius locata sunt, sicut sensus in facie superiori corporis partem occupaverunt: sed nisi pedes portarent, quicquid sublime est, in terra iaceret. Vnde Apostolus dicit, Et quae inhonesta sunt nostra, magis necessaria sunt. Deus temperavit corpus vt non essent scissurae in corpore. Nouimus autem membra Christi quae coniugalem agunt vitam, si membra Christi sunt, id est, si fideles sunt, si futurum speculum sperant, si quare signum Christi portent, sicut nouimus quod honorem deferant vobis, nouimus quod meliores esse vos iudicant, quam ipsi sunt. Sed quantum vos illi honorant, tantum & vos mutuam honorificentiam eis praestare debetis. Si enim est in vobis sanctitas, timete ne perdati eam. Vnde: Per superbiam. Aliter perit sanctitas casti si adulter fuerit, aliter perit si superbus fiat. Et audeo dicere: coniugalem agentes vitam, si tenet humilitatem, superbis castis meliores sunt. Consideret enim charitas vestra quod dico, \* Diabolum attendite: Nunquid ei in iudicio dei obiectum erit adulterium aut fornicatio? Nihil horum facit, qui non habet carnem. Sola enim superbia & inuidia mittit in ignem aeternum. Sero ergo dei cui surrepsit superbia, continuo ibi est & inuidia. Non potest superbus esse non inuidus. Inuidia filia est superbiae, sed ista mater nescit esse sterilis, vbi fuerit, continuo parit. Vt autem no sit in vobis, hoc cogitate, persecutionis tempore non solum Agne fuisse ornatae virginem, sed & Crispinam mulierem, & forte quod non dubitatur, aliqui tunc de continentibus defecerunt, & multa de conjugatis pugnaverunt atque vicerunt. Vnde non frustra dicit Apostolus omnibus membris Christi, Alter alterum existimantes superiorem sibi: & honore mutuo praenientes. Hac etenim si cogitetis non eritis apud vos magni. Magis enim cogitare debetis quid vobis desit, quam quod vobis affit. Quod habes caue ne perdas, quod nondum habes, supplica vt habeas. In quantis sis minor, tibi cogitandum est, non in quantis sis maior. Si enim cogitas quantum tibi deest adhuc, ingemiscis, & cum ingemiscis curaris, humilis eris, tutior ambulabis, non praecipitaris, non inflaberis. Et vtinam possint omnes de vna charitate cogitare. Sola est enim quae & vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia, & quae vbiunque fuerit, trahit ad se omnia, ipsa est quae non amulatur. Quaeis causam, attende quod sequitur. Non inflatur. Prior est in vitis superbia, vt dicere coeperam: deinde inuidia. Non enim inuidia peperit superbiam, sed superbia peperit inuidiam. Non enim inuidet, nisi amor excellentiae. Amor excellentiae, superbia vocatur. Cum ergo in ordine prior sit superbia, sequatur autem inuidia, Apostolus in laudibus charitatis noluit dicere prius, Non inflatur, & postea, non amulatur, sed prius dixit, No amulatur, & postea, non inflatur. Quare hoc: Quia cum dixisset, Non amulatur, quasi quaesiturus eras causam. Quare non

amulatur? Subdidit, Non inflatur. Ergo si ideo no amulatur, quia non inflatur: si inflaretur amularetur. Hoc in vobis crescat, & anima solidatur, quia non inflatur. Scientia, ait Apostolus, inflat. Quid ergo? Scientiam fugere debetis, & electuri estis nihil scire potius quam inflari: Vt quid vobis loquimur, si melior est ignorantia quam scientia? Vt quid vobis disputamus, vt quid ista distinguimus, vt quid quod noscitis admonemus, quod no noscitis inferimus? Scientia caueda est ne inflat. Ergo amate scientiam, sed anteponeite charitatem. Scientia si sola sit, inflat. Quia vero charitas edificat & non permittit scientiam inflari, ibi ergo inflat scientia, vbi charitas non edificat: vbi autem edificat, solidata est. Non est ibi inflatio vbi petra est fundamentum. Quando autem tentat inflatio, hoc est, elatio: vtique quando charitas deest. Nam I propter hoc vitium etiam tantus ille Apostolus, appositum sibi esse dicebat stimulum carnis angelum Satanae, a quo colaphizaretur. Qui colaphizatur, tunditur caput eius ne erigatur, nam & ibi de scientia metus erat inflationis, hoc est, elationis. Ait enim in magnitudine reuelationum mearum ne extollar: ibi metuenda erat elatio, vbi magnarum rerum erat reuelatio: in magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae qui me colaphizet, Propter quod ter dominum rogavi vt auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Petit eger vt quod ad salutem apponit medicus, cum voluerit agrotus auferatur. Medicus dicit, No mordet sed sanat. Tu dicis, Tolle quod mordet. Medicus dicit, Non tollo quia sanat. Tu ad medicum quare venisti? Sanare, a molestiam non patir? Non ergo exaudiuit dominus Paulum ad voluntatem, quia exaudiuit ad sanitatem. Nam non est magnum exaudiri a deo ad voluntatem, non est magnum. Nec putetis magnum esse hoc, quando quisque orat pro magno, si exauditur. Quare quid orat, quare in quo exaudiatur. Nam non habeatis pro magno exaudiri ad voluntatem, habete pro magno exaudiri ad vtilitatem. Ad vtilitatem etiam daemones exauditi sunt, & ad porcos quos petierant, ire permitti sunt. Ad voluntatem etiam principes eorum exauditus est diabolus, a quo petitus Iob tentandus non est negatus, vt esset ille probatus, iste confusus. Ad voluntatem etiam Israelitae exauditi sunt, & cum adhuc cibus esset in ore ipsorum, no scitis quae consecuta sunt. Nolite ergo pro magno habere ad voluntatem exaudiri. Aliquando deus iratus dat quod petis, & deus propitius negat quod petis. Cum vero de ea quae laudat, quae deus praecipit, quae deus in futuro seculo promittit ab illo petitis, securi petite, & incumbite quantum potestis orationibus vt sumatis. Illa enim propitio deo conceduntur, illa eius non ira sed misericordia largiuntur. Quando autem petitis temporalia, cum modo petite, cum timore petite, illi committite, vt si profint, det: si scit obesse, no det. Quid autem obest, quid prodest, medicus nouit non agrotus. Sunt ergo continentes humiles, sunt superbi. Non sibi promittant superbi regnum dei. Excellentior locus est, quod ducit continentiam. Sed qui se exaltat humiliabitur. Quid quaeis celsiorem locum, appetit celsitudinis, quem potes apprehendere retentione humilitatis? Si extollis te, deus deiicit te. Si tu deiicis te, deus eleuat te. Sententia domini est, nec addi aliquid, nec detrahi potest. Vtque eo autem continentes homines plerunque superbiunt, vt non solum quibuscunque hominibus, sed etiam parentibus ingrati sunt, & aduersus parentes extollantur. Quare? Quia illi genuerunt

**A** genuerunt, isti nuptias contempserunt. Vnde ingrati essent qui nuptias contempserunt, nisi illi genuissent? Sed melior est filius patre suo coniugato, quia ipse non duxit uxorem. Et melior est filia matre sua maritata, quia ipsa non quaesuit virum. Si superbius, nullo modo melior: si melior sine dubitatione vlla humilior. Si vis te inuenire meliorem, interroga animam tua si vides ibi inflationem. Vbi inflatio, inanitas est. Diabolus vbi inane inuenit, nidul & laqueum deceptionis suae. I facere molitur. Denique fratres mei audeo dicere, superbis continentibus expedit cadere, vt in coipso in quo se extollunt humiliantur. Quid enim prodest cui inest continentia, si dominatur superbia? Contempsit vnde natus est homo, & appetit vnde cecidit diabolus. Nuptias contempisti, bene fecisti. Aliquid melius elegisti, sed noli superbire. De nuptiis homo natus est, de superbia angelus ceciderunt. Si singula bona vestra considerem, melior es patre tuo qui nuptias contempisti, & tu melior matre tua, quae nuptias contempisti. Etenim melior est virginis sanctitas, quam pudicitia coniugalis. Ista duo simul si comparentur, melius est illud quam illud, quis dubitat? Sed addendo alia duo, superbiam & humilitatem: in istis duobus interrogo vos, & de his responde mihi. Quid est melius, superbia an humilitas? Respondes, Humilitas. Iunge illam virginali sanctitati. Superbia vero non solum non sit in virginitate tua, sed non remaneat nec in matre tua. Si enim tu tenueris superbiam, & tua mater humilitatem, l melior erit mater quam filia. Iterum comparabo vos. Iam dudum singula cum intederem meliorem te inueneram, modo bina cum intendo, non dubito praeferre humilem mulierem virgini superbae. Et quomodo praeferre? Videte quomodo praeferram illam, quomodo comparabam. Bona pudicitiae coniugalis, est melior integritas virginalis. Duo bona comparabo vos, non malum & bonum, sed & bonum melius distinguebam. Porro autem duo illa cum posuero, superbiam & humilitatem, nunquid possumus dicere, bonum est superbia, sed melior est humilitas? Sed quid dicimus? Superbia malum est, humilitas bonum: & superbia magnum malum, humilitas magnum bonum. Si ergo horum duorum, vnum est malum, & alterum bonum, iugitur malum ad maius tuum bonum, & fit totum malum. Iungitur bonum ad matris tuae minus bonum, & fit magnum bonum. Minorem enim locum habebit mater in regno caelorum, quoniam maritata est, quam filia quoniam virgo est. Maiorem enim locum filia virgo, minorem locum mater maritata: ambae tamen ibi, quomodo fulgida stella, obscura stella, tu superba, illa habebit qualemcunque locum, tu autem nullum locum. Et quis inuenit alterum locum qui ibi no habuerit locum, nisi cum illo qui inde cecidit, stantemque deiicit? Inde cecidit diabolus vnde stantem deiicit hominem. Deiicit stantem, sed Christus descendens erexit iacentem. Vnde te tamen erexit dominus tuus. Attende, Humilitate erexit, factus obediens vsque ad mortem, humiliavit semetipsum. Princeps tuus humilis, & tu superbus? Caput humile, & mebrum superbum? Absit. No vult esse de corpore capitis humilis, qui amat superbi. Si autem non fuerit, videat vbi erit. Ego nolo dicere, ne amplius videar tenuisse. Immo vtinam terruerim & aliquid egerim. Vtinam qui sic fuerat, vel quomodo sic fuerat, no sit vterius. Vtinam verba ista infunderim & no effunderim. Totum sperandum est de misericordia dei, quia qui terret, contristat: qui contristat, consolatur: sed si quis contristatus est, emedatur.

**D**e eo quod scriptum est in Euangelio secundum eum dem, Ego sum via, veritas & vita: Sermo. LIII. Rigunt nos diuinae lectiones ne desperatione frangamur: & rursus terrent, ne superbia veitilemur. Tenere autem viam mediam veram rectam tanquam inter sinistram desperationis & dexteram praesumptionis, difficillimum nobis esset, nisi Christus diceret Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Tanquam diceret, Quae vis ire? Ego sum via. Quod vis ire? Ego sum veritas. Vbi vis permanere? Ego sum vita. Securi ergo ambulemus in via, sed insidias timeamus iuxta viam. Inimicus insidiari non audet in via, quia Christus est via. Sed iuxta viam plane non desinit. Vnde in Psalmo dicitur, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Dicit & alia scriptura, Memento quia in medio laqueorum ingredieris. Isti laquei inter quos ingredimur, non sunt in via, sed tamen sunt iuxta viam. Quid formidas, quid metuis, si in via ambulas? Tunc time, si deseris viam. Nam ideo etiam permittitur inimicus ponere iuxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur, & in insidias incidatur. Via Christus est, humilis Christus, veritas & vita Christus, excelsus & deus. Si ambules in humili, peruenies ad excelsum. Si infirmus humilem non asperneris, in excelsis fortissimus permanebis. Quae enim causa humilitatis Christi, nisi infirmitas tua? Valde enim & irremediabiliter te obsidebat infirmitas. Et haec res fecit, vt veniret ad te tantus medicus. Si enim vel sic agrotares vt tu posses ire ad medicum, poterat tolerabilis videri ipsa infirmitas. Sed quia tu ire non potuisti ad eum, ille venit ad te. Venit docens humilitatem. Quare? Videamus. Quia si superbia nos redire non sinebat ad vitam, & ipsa fecerat nos a vita recedere. Exaltatum enim humanum cor aduersus deum, & negligens in ipsa sanitate praecipua salutaria, decidit animam in infirmitate. Discat audire infirma, audire illum quem contempsit incolumis. Audiatur vt surgat, quem spreuit vt caderet. Audiatur tandem experimento edocta, quod praecipito docta noluit obtinere. Docuit enim eam miseria sua quam fecit negligentem felicitas, heu quid mali sit a domino fornicari de se praesumendo: & quam bonum sit semper adherere domino, semper humilia sentiendo. Recedere enim ab illo simplici & singulari bono, in istas multitudinum voluptates & in amorem seculi corruptionesque terrenas accedere, hoc est, fornicari a domino. Hinc clamatur, Facies fornicaria facta est tibi, & impudorata facta es tota. Videamus nunc obiurgationis consilium. Non enim sic increpat vt insultet, sed ad confusionem vult perducere praesumptionem vt sanet. Exclamauit scriptura vehementer, nec palpauit adulando, quos vult reparare sanando. Adulteri, nescitis quia amicus huius mundi, inimicus deo constituitur? Amor mundi adulterat animam, amor fabricatoris mundi castigat animam. Sed nisi de corruptione eruberit, ad amplexus illos castos redire non concupiscit. Confundatur vt redeat, quae se iactabat ne rediret. Superbia ergo impediabat animae reditum. Qui autem increpat non facit peccatum, sed ostendit peccatum quod nolebat anima videre. Ponitur ei ante oculos, & quod post dorsum habere cupiebat, ad faciem illi admoetur. Vide te in te, qui vides stipulam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides. Renovatur ad se anima tua, quae ibat a se. Sicut a se ierat, sic a domino suo. Sic enim respexerat sibi quae placuerat, suaeque potestatis amatrix facta fuerat, recessit ab illo & non remansit in se. Ideo & a se pelli-

Mali bonis necessarij.

1. Corin. 12.

\* Diabolum attendite, Nō quidem in iudicio dei erit adulterii aut fornicatio? Nihil horum facit, qui nō habet carnem. Sola enim superbia & inuidia mittit in ignem aeternum.

Philipp. 2. Roma. 12.

Charitas

1. Corin. 13.

Superbia peperit inuidiam.

1. Corin. 8.

2. Corin. 12.

L

Matth. 3.

Iob. 1.

Psal. 77. M

Luc. 14.

Philipp. 2.

† aliās, confolatus.

Ioan. 14.

Psal. 139. Ecclesiasticus 9.

E

† aliās, docens humilitatem qua recedamus. Quia & cogitamus.

Fornicari a domino.

Hiere. 3.

Iacobi. 4.

Marci. 7.

**G** se pellitur & a se excluditur, & in exteriora prolabitur. Amat mundum, amat temporalia, amat terrena, quae si seipsam amaret, neglecto a quo facta est, iam minus esset, iam deficeret amando quod minus est. Minus est enim ipsa quam deus, & longe minus, tantoque minus, quantum minus est res facta quam factor. Ergo amandus est deus pro amore eius, ita ut si fieri potest nos ipsos obliuiscamur. Quis ergo est iste transitus? Oblita est anima seipsam, sed amando mundum, nunc obliuiscatur se, sed amando artificem mundi. Pulsa est ergo a se, quod amando perdidit se, & quia nec facta sua nouit <sup>† alias, uult.</sup> Justificat iniquitates suas. Effertur & superbit in petulantia, in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in diuitiis, in potentia uanitatis. Arguitur, corripitur, ostenditur sibi. Displicet sibi, confitetur feceratam, desiderat pulchritudinem, & quae ibat effusa, redit confusa. Contra illam uidetur orare qui dicit, Imple facies eorum ignominia: Imple, inquit, facies eorum ignominia, & querunt nomen tuum domine. Oderat eos quorum facies impleri ignominia cupiebat: Vide quemadmodum amet eos, quos uult querere nomen domini. Amat tantum, an odit tantum? An & odit & amat? Immo & odit **H** & amat. Odit tua, amat te. Quid est odit tua, amat te? Odit quod fecisti, amat quod fecit. Quae sunt enim tua nisi peccata? Et quid es tu nisi quod fecit deus? Negligis quod factus es, diligis quod fecisti, amas extra te opera tua, negligis in te opus dei. Merito is, merito laboris, merito & a teipso pergis, merito audis, Spiritus ambulans & non reuertens. Audi potius uocantem & dicentem, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Non enim deus auertitur & conuertitur, manens corripit, incommutabilis corripit. Auersus est quia tu te auertisti, Tu ab illo fecisti casum, non ipse a te fecit occasum. Ergo audi dicentem tibi, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: hoc est enim quod conuertar ad vos, quia conuertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, qui faciem redeuntis illuminat. Quod enim fugies a deo? Fugiens quod fugies? Fugiens ab illo qui nullo loco continetur, & nusquam absens est? Qui conuersum liberat, punit auersum, quem habes iudicem fugiens, hunc patrem habeto rediens. Tumuerat autem superbia, & in ipso tumore per angustum redire non poterat. Clamat ille qui factus est uia, Intrate per arctam portam. Conatur ingredi, impedit tumor, & tanto magis perniciose conatur, quantomagis impedit tumor. Tumidum enim vexat angustia. Vexatus autem amplius tumebat. Amplius tumens quando intrabit? Ergo detumescat si cupit ingredi. Vnde autem detumescat? Accipiat humilitatis medicamentum, bibat contra tumorem poculum amarum, sed salubre poculum bibat humilitatis. Qui se arctat: Non sinit moles, non magna sed tumida. Magnitudo enim soliditatem habet, tumor inflationem. Non sibi magnus tumidus videatur. Detumescat ut magnus sit, ut certus & solidus. Non ista desideret, non de statu pomparum reru labentium corruptibiliumque glorieatur. Audiatur enim ipsum qui dixit, Intrate per angustam portam, dicentem, Ego sum uia. Quasi enim quereretur tumidus qua intrabo, respondit, Ego sum uia, per me intra. Non nisi per me ambules ut intres per ianuam. Na sicut dixit, Ego sum uia: ita, ego sum ianuam. Quid quaeris qua redeas, quod redeas, qua intres? Ne alicubi erres, ipse tibi omnia factus est. Breuiter ergo dicit, Humilis esto, mitis esto. Audiamus hoc apertissime dicentem, ut videamus qua sit uia, qua sit uia, quod sit uia, quod vis uenire. Certe forte auaritia omnia vis possidere, Omnia

mihi tradita sunt a patre meo, inquit. Fortasse dicturus es, Christo sunt tradita, nunquid mihi? Audi Apostolum dicentem, audi ut dixi iam dudum, ne desperatione frangaris. Audi quomodo amatus es, non amandus. Audi quomodo amatus es foedus, turpis, antequam esset in te quod amari dignum esset. Amatus es prius, ut dignus fieres qui amareris. Etenim Christus, sicut ait Apostolus, pro impiis mortuus est. An forte impius amari merebatur? Quare, Quid merebatur impius? Damnari respondes. Christus tamen pro impiis mortuus est. Ecce quid tibi praestitum est impio iam pio quid seruatur? Quid praestitum est impio? Christus pro impiis mortuus est. Desiderabas autem omnia possidere, noli per auaritiam, per pietatem hoc quare. Si enim ita quaesieris, possidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt omnia, & cum ipso omnia possidebis.

De eo de quo supra, Ego sum uia, ueritas, & uita.

Sermo. LV.

**I**nter caetera, cum sanctum Euangelium legeretur, audistis. Ait dominus Iesus, Ego sum uia, ueritas & uita. Veritatem & uita omnis homo cupit, sed uia non omnis homo inuenit. Deum esse quandam uitam aeternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapientem, sapientes facientem, nonnulli etiam huius seculi philosophi uiderunt, ueritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerum omnium creaturarum. Uiderunt quidem, sed de longinquo uiderunt, sed in errore positi, & idcirco ad eam tam magnam & ineffabilem & beatificam possessionem, qua uia perueniretur non inueniunt. Nam qui uiderunt, etiam ipsi quantum uideri ab homine potest, creatorem per creaturam, factorem per facturam, fabricatorem mundi per mundum: Paulus Apostolus testis est, cui utique debent credere Christiani. Ait enim cum de talibus loqueretur, Reuelatur ira dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui ueritatem in iniquitate detinent. Nunquid dixit eos, non detinere ueritatem? Sed ueritatem in iniquitate detinent. Bonum est quod tenent, sed malum ubi tenent. Veritatem in iniquitate detinent. Occurrebat autem ut diceretur ei. Vnde autem illi impij ueritatem detinent? Nunquid deus ad quenquam eorum locutus est? Nunquid legem acceperunt sicut Israelita populus per Moysen? Vnde ergo detinent ueritatem, vel in ipsa iniquitate? Audite quid sequitur, & ostendit. Quia quod notum est dei, inquit, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Manifestauit illis quibus legem non dedit: Audi quomodo manifestauit. Inuisibilia enim eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Interroga mundum, ornatum caeli, fulgoris dispositionemque siderum, solem diei sufficientem, lunam noctis solatium: interroga terram fructificantem herbis & lignis, animalibus plenam, hominibus exornatam: interroga mare quantis & qualibus natalibus plenum, interroga aera quantis uolatilibus uiget, interroga omnia & uide si non sensu suo tanquam tibi respondent, Deus nos fecit, Haec & philosophi nobiles quaesierunt, & ex arte artificem cognouerunt. Quid ergo? Quare reuelatur ira dei super ipsam impietatem? Quia ueritatem in iniquitate detinent. Veniat, ostendat quomodo. Iam enim dixit, quomodo cognouerunt inuisibilia eius, id est, dei, & per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas ut sint inexcusabiles, quia cum cognouissent deum non sicut deum honorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt

Ioan. 14.

L

Roma. 1.

M

**A**nuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes cor eorum. Apostoli uerba sunt, non mea. Et obscuratum est cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quod curiositate inuenerunt; superbia perdididerunt. Dicentes enim se esse sapientes, id est, donum dei sibi tribuentes, stulti facti sunt. Verba, inquam Apostoli sunt, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Ostende, proba stultitiam eorum. Ostende Apostole, & sicut ostendisti nobis, uide potuerunt peruenire ad cognitionem dei, quoniam inuisibilia eius per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur: ita nunc ostende quomodo dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Audi, quia immutauerunt, ait, gloria incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum & quadrupedum & serpentium. Figura enim istorum animalium, sibi deos pagani fecerunt. Inuenisti deum, & colis idolum. Inuenisti ueritatem, & ipsam ueritatem in iniustitia detines. Et quod per dei opera cognouisti, per opera hominis perdis. Totum considerasti, caeli, terra, maris, elementorum omnium ordinem collegisti, istud non uis attendere quod mundus opus est dei, idolum opus est fabri: Si faber idolo, sicut dedit figuram, cor daret, ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo enim o homo faber tuus deus est, sic homo idoli faber est. Quis est deus tuus? Qui te fecit quis est? Deus fabri. Qui illud fecit quis est? Deus idoli. Ergo si idolum cor haberet, nonne fabrum adoraret qui illud fecit? Ecce in qua iniquitate ueritatem tenuerunt, & ad possessionem illam quam uiderunt uiam perducentem non inueniunt. Christus autem quia ipse est apud patrem ueritas & uita, uerbum dei de quo dictum est, Uita erat lux hominum, quia ergo ipse est apud patrem ueritas & uita, & non habebamus qua iremus ad ueritatem, filius dei qui semper in patre ueritas & uita est, assumendo hominem factus est uia. Ambula per hominem, & peruenis ad deum. Per ipsum uadis, ad ipsum uadis. Non li querere qua ad illum peruenias praeter ipsum. Si enim uia ipse esse nolisset, semper errarem. Factus ergo uia est, qua uenias, non tibi dico quaere uiam. Ipse uia ad te uenit, surge & ambula. Ambula moribus, non pedibus. Multi enim ambulant bene pedibus, & male ambulant moribus. Aliquando enim ipsi bene ambulantes, praeter uiam currunt. Inuenies quippe homines bene uiuentes, & non Christianos. Bene currunt, sed in uia non currunt. Quanto plus currunt, plus errant, quia a uia recedunt. Si autem tales homines perueniant ad uiam, & teneant uiam, o quanta securitas est, quia & bene ambulant, & non errant. Si autem non tenent uiam, quantum uis bene ambulent, heu quantum dolendum est. Melius est enim in uia claudicare, quam praeter uiam fortiter ambulare. Haec satis sunt charitati uestrae.

† alias, Quis est, deus idoli? qui fecit idolum. Ergo & caetera.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioanem, Quae ego loquor uobis, a meipso non loquor: Sermo. LVI.

**A**udite auribus, accipite mentibus dilectissimi, loquentibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit a nobis. Dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis, Verba quae loquor uobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Ergo & uerba opera sunt? Plane ita est. Na profecto qui proximum loquendo aedificat, bonum opus operatur. Sed quid est, a meipso non loquor: nisi, a meipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quicquid facit, de quo est ipse qui facit. Pater enim deus non est de aliquo, filius autem deus patri aequalis, sed de patre

tre deo l. est lumen de lumine: ideo ille deus, sed non de deo, & lumen, sed non de lumine, iste uero deus de deo, lumen de lumine. Nam in his duabus sententiis, una qua dictum est; Non a meipso loquor: alia qua dictum est, Pater autem in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi nobis aduersantur haeretici; qui non ex una parte, sed in contraria conantes, a uia ueritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt, Ecce inequalis est pater filius, non a seipso loquitur. Dicunt Sabelliani contra, id est, Patripassiani, Ecce qui pater est, ipse est & filius. Quid est enim pater in me manens ipse facit opera, nisi in me maneo ego qui facio? Contra dicitis, sed non eo modo sicut falsum est contrarium uero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria. Errando in diuersa itis. In medio est uia quam reliquistis, inter uos ipsos longiore interuallo separati estis, quam ab ipsa uia cuius desertores estis. Vos hinc, vos autem illinc, huc uenite, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atque illinc ad nos ueniendo inuicem uos inuenite. Sabelliani agnoscite quem praetermittitis, Arriani aequate quem subditis, & in uia uera nobiscum ambulatis. Est enim quod inuicem ex uobis alteri ex alteris admoneri utriusque debeatis. Audi Sabelliane, Uique adeo non est ipse pater qui filius, ut eum Arrianus inaequalem asserat patri. Audi Arriane, Uique adeo est filius aequalis patri, ut Sabellianus eundem esse dicat & patrem. Tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobiscum ambo consistitis: quia nec tu tollis, nec tu minuis eum, qui & alter est a patre, ut conuincat Sabellianum, & aequalis patri, ut conuincat Arrianum. Utriusque enim clamat, Ego & pater unum sumus. Quod ait, Unum, audiant Arriani. Quod ait, Si unus, audiant Sabelliani. Et nec illi aequalem, nec illi alterum, negando sunt uani, Si ergo quando dixit, Verba quae ego loquor uobis, a meipso non loquor, propterea putatur esse in patris potestate, ut non quod ipse uult faciat, audiatur quod dixit. Sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Item si quando dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur non alius esse pater alius ipse: audiatur quod dixit, Quaecumque facit pater, haec & filius similiter facit. Et intelligatur non bis unus, sed duo unum. Verum quia sic aequalis alter alteri, ut tamen alter ex altero: ideo non loquitur a seipso, quia non est a seipso. Ideo pater in me manens, ipse facit opera, quia per quem, & in quo facit, non est nisi ab ipso, Denique adiungit & dicit, Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est. Alioquin propter ipsa opera credite. Ante solus Philippus arguebatur, nunc autem non eum ibi solum fuisse qui esset arguendus ostenditur.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioanem, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis: Sermo. LVII.

**D**omini uox est fratres charissimi, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. De pace dicturi, prius quae pacis sunt comoda uideamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris uinculum, consortium charitatis. Haec est quae similitates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non quarit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quae odisse non nouit. Nescit extolli nescit inflari. Hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amisit exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, abdicatur a patre, exheredatur a filio, non minus

† alias, uult.

Psal. 81.

Psal. 77.

Zacha. 1.

Matth. 7.

Matth. 7. Ioan. 14.

Matth. 11.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Pax quidam

**G** minus & a sancto spiritu alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui data legis contempserit bonum. Nec poterit ad hereditatem dei pervenire, qui testamentum noluerit observare. Non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumacia ergo crimen est, quod iubetur contemnere, quod precipitur nolle, quod imperatum est declinare. Quid tibi commune cum discordia Christiane? Quid similitates amas, quod auctori pacis placere non potuit? Quid exeres inimicitias, quas evadere non potuit, nec ille qui eas primus invenit? Initio namque inimicitias in protoplastum dum serpens exierit interficitur, dum homini invidet, ipse prosternitur. Dum Adam cupit decipere, ipse primitus iugulatur. Quare aut Christi charitate amplectere Christiane, aut discordie auctori de similitudine operum pare te esse cognosce.

*De eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioanem, Non turbetur cor vestrum, neque formidet:*

*Sermo LVIII.*

Ioan. 14.

**A**ccipimus fratres verba domini dicentis ad discipulos suos, Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, quia vado, & venio ad vos. Si diligetis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Hinc ergo turbare & formidare poterat cor illorum quod ibat ab eis, quantum venturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc intervallo invaderet, pastoris absentia. Sed a quibus homo abcedebat, deus non relinquebat, quia idem ipse Christus homo & deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat. Ibat per id quod vno loco erat, & manebat per id quod ubique erat. Cur itaque turbaretur & formidaret cor, quando sic deserebat oculos, ut non desereret cor? Quantum deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus, & veniat ad illos, qui convertuntur ad eum, non facie, sed fide, & accedunt ad eum mente, non carne. Ut autem intelligerent secundum id quod homo erat, eum dixisse, Vado, & venio ad vos, Adiecit atque ait, Si diligetis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est aequalis patri, per hoc erat iturus ad patrem, a quo & venturus est vivos iudicaturus & mortuos. Per illud autem, in quo aequalis est gignenti unigenitus, nunquam recedit a patre, sed cum illo est, ubique totus, pari divinitate, quam nullus continet locus. Cum enim in forma dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem deo. Quomodo enim rapina possit esse natura, quae non erat usurpata sed nata? Semetipsum autem exinanivit, formam servi accipiens. Non ergo amittens illam, sed accipiens istam, eo modo se exinanivit quo hic minor apparebat, quam apud patrem manebat. Forma quippe servi accessit, non forma dei recessit. Haec assumpta est, non illa consumpta. Propter hanc dicit, Pater maior me est, propter illam vero, Ego & pater meus unum sumus. Hoc attendat Arrianus, & hac attentione sit sanus, nec contentione remaneat infans. Haec est enim forma servi, in qua dei filius minor est, non patre solo, sed etiam spiritu sancto. Neque id tantum, sed etiam seipso, quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neque enim homo Christus non dicitur filius dei, quod etiam sola caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur, cum dicimus credere nos in unigenitum filium dei, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius

Philipp. 2.

Ioan. 10.

1. sen. dist. 16. ca. No. 1. adu.

Marci. 27.

sepultum est, nisi caro sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est, profecto filium dei dicimus & carnem quae sola sepulta est. Ipse ergo Christus filius dei aequalis patri in forma dei, quia semetipsum exinanivit, non formam dei amittens, sed formam servi accipiens, maior est & seipso, quia maior est forma dei quae amissa non est, quam servi quae accepta est. Quid itaque mirum, vel quid indignum, si secundum hanc formam servi loquens ait I dei filius, Pater maior me est & secundum dei formam loquens ait I dei filius, Ego & pater unum sumus? Unum enim sunt secundum id quod deus erat verbum, & minor est patre secundum id quod deus verbum caro factum est. Dicam etiam quod Arriani & Eunomiani negare non possunt. Secundum hanc servi formam puer Iesus etiam parentibus suis minor erat, quando parvus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Quid igitur haeretice, cum Christus sit deus & homo, loquitur ut homo, & calumniaris deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam. Infidelis, ingratus, ideone tu minus aestimas eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus est propter te? Aequalis enim patri filius, per quem factus est homo, & minor est patre, factus est homo, I Quod nisi fieret, quid esset homo? Dicit plane dominus & magister noster, Si diligetis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiam deceptoris, Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, quae aequalis est patri: humanam, quae maior est pater. Vtrunque autem simul, non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis, & caro, sic unus est Christus deus & homo. Ac per hoc Christus deus & anima rationalis & caro. Christum enim in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma servi. Item de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus. Verum haec omnia non duo vel tres, sed unus Christus. Ideo dicit, Si diligetis me, gauderetis utique quia vado ad patrem. Quia naturam humanam gratulandum est, eo quod sic assumpta est a verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in caelo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram patris: I hoc enim modo se iterum dixit ad patrem. I Nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum, & recedere a nobis, mutare, atque immortale facere quod mortale suscepit ex nobis, & levare in caelum per quod fuit in terra pro nobis. Quis non hinc gaudeat? quis non sic diligat Christum, ut & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque se speret futurum esse immortalem per Christum? Obiciunt nobis Arriani, creaturam dei filium asserentes. Quid est quod Salomon ad hoc ex persona Christi consentit & dicit, Dominus creavit me, in principio viarum suarum in opera sua ante seculum fundavit me: in initio priusquam terram faceret, priusquam prodirent fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, ante omnes colles genuit me? Aduersus quos ita respondemus. Multi quidem doctissimi viri, hoc ex persona illius sapientiae dictum asserunt, quam Salomon ad iudicandum

K

Philipp. 2.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Luc. 2.

L

Ioan. 14.

3. sen. dist. 22.

Hic queritur.

M

Ioan. 14.

Prover. 3.

Matth. 8.

Matth. 4.

Matth. 14.

Ioan. 11.

Prover. 3.

† aliis, se a patre.

Esai. 53.

Luc. 2.

Gene. 2.

Matth. 11.

**A** dicandum regendumque populum acceperat. Sed quia vos animo pertinetis hoc a nobis ex Christi persona dictum exigitis, non reluctamur, neque renitimus, sed ipsius veritatis auxilio roborati, quocumque duxeritis sequimur. Primo quia iam, ut superius diximus, licet unam personam in Christo credamus, duas tamen substantias, id est, naturas esse fatemur, divinitatis scilicet & humanitatis, assumptivas & assumptas, creatricis & creatas, quae tamen substantiae non sunt confusae, sed vnitae, atque in vna eademque persona inseparabiles, & in sua semper proprietate manentes. Quapropter vnicuique substantiae propria virtute aptanda sunt, id est, infirmitates humanitati quae creata est, signa vero vel mirabilia divinitati quae creavit. Intantum enim haec duae naturae subinet vnitate sunt atque coniunctae, ut idem Christus deus & homo, aliquando res aut agat, aut loquatur humanas, aliquando divinas. Sicut illud est quod dormit in naui, & imperat ventis & mari: & quod esurierit, & quod quinq; milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus saturavit. Postremo quod moritur, & quod Lazarum quatrinduanum autoritate divina iubet a mortuis reuocari. Ex quo mirari non debes, si Christus de humanitate sua dixerit, Dominus creavit me in initio viarum suarum in opera sua: quia subsequens dictum quod divinitati conveniebat, priori praemissum ostendit, dicens, Ante seculum fundavit me in initio priusquam terram faceret, & priusquam abyssos faceret, priusquam prodirent fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, autem omnes colles genuit me. Hoc est dicere. Licet creaverit me deus, ut initia viarum atque operum eius per Evangelium demonstrarem, sed ante seculum, id est, ante initium, antequam vel caelum vel terra, vel tempora fierent, genuit me, hoc est, ut sine tempore & sine initio separatim genitum demonstraret. Nam ut totum breviter comprehendam. Christus filius dei deus & homo, secundum divinitatem ante tempora sine initio inenarrabiliter a patre genitus est, sicut Esaias dicit, Generationem eius quis enarrabit? Nouissimo autem tempore secundum humanitatem creatus est, Adueniens enim divinitas in vterum virginis Mariae, autoritate illa qua in paradiso Adam de limo formavit, carnem sibi ex substantia ipsius Mariae fabricavit, quam pro salute nostra suscipiens, & sibi coadunans natus est deus & homo. Quam generationem Mattheus enarrat dicens, Christi autem generatio sic erat & cetera. Item solent aduersum nos huiusmodi venenatum componere syllogismum dicentes, Si coeternum patri creditis filium, dicite quaelumus, dum esset genitus est, an dum non esset? Si dum esset, duo ergo ingeniti ante fuerunt, & postmodum unus alium generavit, aut si, ut ratio vera permittit, dum non esset, genitus est, erit utique patre posterior. Ad quam rem nobis non aliud agendum est, nisi ut tam grandi haereticorum malitia, exemplis Apostolicis resistamus, quibus facile sapientia secularis eliditur. Dum ergo nobis memorata superius obiecerint, dicimus. Nos sicut solum patrem semper, & sine initio ingenitum novimus, ita filium semper & sine initio ex patre genitum confitemur. Nec alia aliqua causa est quae divisionem faciat personarum, nisi quod hic ingenitus est, & ille genitus, id est, hic pater est, & ille filius: quia pater semper pater est, nunquam filius, quia ut diximus non est genitus, sed ipse genuit. Et filius semper filius est, nunquam pater, quia non genuit, sed genitus est. Quare non alius quam Apostolus ipse in medio prouocandus est, Qui preuidens Eunomij & Arrij malitiam,

exemplis rerum visibilium, inuisibilem & inenarrabilem, & incomprehensibilem rem, in quantum potuit, vel res ipsa permisit explanare conatus est. Quid enim scribens ad Hebraeos de filio dicit? Qui est, inquit, splendor gloriae, & figura substantiae eius. Videamus ergo quid causa est, quod filium splendorem nominavit. Splendor enim, nisi fallor, non dicimus nisi aut solis, aut lunae, aut cuiuslibet certum luminis. Quid ergo est? Nunquid tam insanimus, ut Apostolum putemus inestimabilem illam divinitatis speciem, soli aut igni assimilasse? Absit. Sed ut exemplo illo intelligamus, quia sicut splendor ex substantia solis nascitur, ita & filium ex substantia patris genitum. Et sicut non est sol aut ignis prior splendore suo, licet ex illo nascatur: sic ex quo sol aut ignis processit, simul & cum eo splendor eius apparuit, nec dici potest splendor sole vel igne posterior, cum tamen, ut dixi, ex ipso nascatur, sic agnoscamus non esse patrem filio priorem, aut filium patre posteriorem. Si ergo in creaturis aliquid inuenitur, quod & nascatur, & posterius non sit genitore suo, cur hoc haeretice a creatore fieri posse desperas? Accipe etiam huius rei aliam similitudinem. Sicut splendor ex sole natus, replet orbem terrarum, & tamen a genitore suo non abscinditur aliquando nec recedit: ita & filius ex patre genitus ubique dum sit, in patre semper permanet. Et sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore: ita substantialiter pater in filio, & filius in patre est. Et sicut soli & splendori vna substantia dum sit, non tamen est vna persona: quia nec solem splendorem esse, nec splendorem dici solem, quia scimus quod sol genuit splendorem, splendor vero natus ex sole est: ita & pater & filius cum sint vnus essentia, non tamen sunt vnus persona, sicut iam superius ad plenum memorauimus. Et sicut sol per splendorem & calefacit, & illuminat, & siccit, & candidat, & denigrat, & omnia quae ei a deo iniuncta sunt operatur: ita & patrem per unigenitum filium suum omnia legimus fuisse operatum. Creatum inquit esse filium a patre, non genitum. Ad quod breviter respondendum est. Si creatus est, utique & servus, quia omne quod creatum est, necessesse est ut creatori deseruiat. Et si servus est filius, quomodo in forma dei constitutus formam servi accepit? Servus enim servi formam accipere non potest. Iidem dicunt, non natura esse dei filium, sed creatum. Aduersus huiusmodi quaestiones solito respondendum est. Quia si natura deus non est filius, sed creatura, nec colendus est omnino, nec ut deus adorandus. Dicente Apostolo, Et coluerunt & seruiuerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula: Et ad Galatas, Sed tunc ignorantes deum, his qui natura non sunt dii seruibatis. Sed illi ad haec replicabunt & dicent. Quid quod carnem eius quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras, atque ei non minus quam diuinitati deseruis? Ego dominicam carnem, imo perfectam in Christo humanitatem, propterea adoro, quod a diuinitate suscepta, atque deitati vnita est, ut non alium atque alium, sed vnum eundemque deum, & hominem dei filium confitear. Denique si hominem separaueris a deo, ut Photinus, vel Paulus Samosatenus, illi ego nunquam credo nec seruis. Velut si quis nostrum aut purpuram, aut diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege quis adorare contempserit. Ita etiam in Christo domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati suae vnitam, vnum dei filium deum verum & hominem

D

Hebr. 1.

E

Philipp. 2. 3. sen. dist. 9. cap. 2.

Roma. 1.

Gala. 4.

nem



Gnem verum qui adorare contempserit, aeterna mortis poenam patietur.

Ioan. 15.

De eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioan- nem, Ego sum vitis, vos estis sarmenta, pater meus agricola.

Sermo. LIX.

Vindemia spiritualis.



De sancto Evangelio praesenti temporis consonantem similitudinem audistis, de his qui operantur in vinea. Est enim modo tempus vindemiae temporalis. Est autem & spiritualis vindemia, ubi deus gaudet ad fructum vineae suae. Colimus enim deum, & colit nos deus. Sed nos sic deum colimus, ut non eum meliorem faciamus. Colimus enim eum adorando, non arando, ille autem colit nos tanquam agricola agrum. Quod ergo nos ille colit, meliores nos reddit, quia & agricola agrum colendo facit meliorem, & ipsum fructum in nobis quarit ut eum colamus. Cultura ipsius est in nos, quod non cessat verbo suo extirpare semina mala de cordibus nostris, aperire cor nostrum tanquam aratro sermonis, plantare semina praeceptorum, expectare fructum pietatis. Cum enim istam culturam sic acceperimus in cor nostrum, ut eum bene colamus, non existimus ingrati agricolae nostro, sed fructum reddimus quo gaudeat. Et fructus noster non illum ditiores facit, sed nos beatiores. Ecce audite quia sicut dixi, Colit nos deus. Nam quia colimus nos deum, non opus est ut probetur nobis. Omnis enim homo hoc habet in ore, quia homines colunt deum, Quia vero deus colit homines, quasi expavescit auditor quando audit: quia non est in usu hominum ut dicatur, quia deus colit homines, sed quia deum colunt homines. Debemus ergo probare vobis, quia & deus colit homines, ne forte putemur verbum indisciplinatum dixisse, & aliquis in corde suo disputet contra nos, & nesciens quid dixerimus reprehendat nos. Hoc ergo constitutum est demonstrare vobis, quia & deus colit nos, sed iam dixi, sicut agrum, ut meliores nos faciat. Dominus dicit in Evangelio, Ego sum vitis, vos estis sarmenta, pater meus agricola. Quod facit agricola? Interrogate vos qui agricolae estis, quid facit agricola. Puto quia agrum colit. Si ergo pater deus agricola est, habet agrum, & colit agrum suum, & expectat inde fructum. Denique plantavit vineam, sicut ipse dominus Iesus Christus dicit, Et locavit eam agricolis, qui redderet ei fructum temporibus propriis. Et misit ad eos servos suos ut peterent mercedem vineae. Illi autem contumeliosi eos affecerunt, aliquos occiderunt, & fructum reddere contempserunt. Misit alios talia perpeffi sunt. Et dixit ille paterfamilias, cultor agri sui, & plantator & locator vineae suae, Mittam unicum filium meum, forte vel ipsum reuerebuntur. Et misit, inquit, etiam filium suum. Dixerunt illi apud semetipsos, Hic est haeres, venite occidamus eum, & nostra erit hereditas. Et occiderunt eum, & proiecerunt eum extra vineam. Cum venerit dominus vineae, quid faciet illis malis colonis? Respondit, Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis qui reddent ei fructum in tempore suo. Plantata est vinea, lege data in cordibus Iudaeorum. Missi sunt Prophetae, quarentes fructum, bona vitam eorum. Prophetae ab eis contumeliosi affecti, & occisi sunt. Missus est Christus unicus filius patrisfamilias, & ipsum occiderunt heredem, & ideo perdidit hereditatem. In contrarium eis vertit malum confilium, ut possiderent occiderunt, & quia occiderunt perdidit. Et modo audistis similitudinem ex Evangelio sancto, Quia simile est regnum caelorum patrisfamilias, qui exiit conducere operarios in vineam suam.

Exiit mane, & quos inuenit conduxit in vineam suam, & placuit cum eis mercedem denarium. Exiit & hora tertia, inuenit alios, & adduxit ad opus vineae. Et sexta hoc fecit, & nona hoc fecit. Exiit etiam & hora vndecima propae ad finem diei, inuenit quosdam vacuos & stantes, & ait illis. Quid hic facitis? Quare non operamini in vinea? Responderunt, Quia nemo nos conduxit. Venite, inquit, & vos, & quod iustum fuerit dabo vobis. Mercedem denarium placuit. Isti qui vna hora erant operaturi, quando sibi auderent sperare denarium? Sed tamen se aliquid accepturos gratulabantur. Adducti sunt & ipsi ad vnam horam. Finito die, iussit omnibus reddi mercedem, a nouissimis usque ad primos. Inde cepit reddere ab eis qui hora vndecima venerant, & iussit eis dare denarium. Illi qui prima hora venerant videntes illos accepisse denarium, quem cum ipsi placuerat, sperauerunt se plus aliquid accepturos. Ventum est & ad ipsos, & acceperunt denarium. Murmurauerunt aduersus patremfamilias dicentes, Ecce nos qui sustinimus ardorem diei, & aestum diei, aquasti, & pares fecisti illis qui vna hora operati sunt in vinea. Et ait paterfamilias, iustissimum responsum reddens vni eorum. Sodalis non tibi feci iniuriam, hoc est te non fraudavi, quod pacti reddidi tibi. Fraudem tibi non feci, quicquid pacti reddidi tibi. Huic non volo reddere, sed donare. Non licet mihi facere quod volo de meo: an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Si alicui tolleret alienum, recte apprehenderet quasi fraudator & negator alieni. Cum vero debitum reddo, & cui volo etiam dono, nec cui debebam potest me reprehendere, & cui donavi debet amplius gaudere. Non erat quod responderetur, & aequati sunt omnes, & facti sunt nouissimi primi, & primi nouissimi, quia tantundem acceperunt & primi & nouissimi. Quid est ergo quod a nouissimis cepit reddere? Nonne omnes sicut legimus simul accepturi sunt? Legimus enim in alio loco Evangelij, quod dicitur est eis quos ponet ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Si ergo omnes simul accepturi sunt, quomodo hic intelligimus priores accepisse illos qui vndecima sunt operati, & posteriores illos qui prima? Si potero sic dicere, ut perueniat ad intellectum vestrum, deo gratiam, illi enim debetis gratias agere, qui vobis per nos erogant. Non enim de nostro erogamus. Si interroges de duobus, verbi gratia, quis prior accepit, qui post vnam horam accepit, an qui post duodecimam, omnis homo respondet, quia prior accepit, qui post vnam horam accepit, quam qui post duodecimam. Si ergo quantum vna hora acceperint omnes, tamen quia alij acceperunt post vnam horam, alij acceperunt post duodecimam horas, illi dicti sunt priores accepisse, qui post modicum temporis acceperunt: primi iusti, sicut Abel, sicut Noe, quasi prima hora vocati, felicitatem resurrectionis nobiscum accepturi sunt. Alij iusti post illos Abraham, Isaac, Iacob, & quicumque erant seculi ipsorum, quasi tertia hora vocati, felicitatem resurrectionis accepturi sunt nobiscum. Alij iusti, Moyses & Aaron, & quicumque cum illis tanquam hora sexta vocati: felicitatem resurrectionis nobiscum accepturi sunt. Post ipsos Prophetae sancti tanquam nona hora vocati, eadem felicitatem nobiscum accepturi. In fine seculi omnes Christiani tanquam vndecima hora vocati, felicitatem illius resurrectionis cum illis accepturi sunt. Omnes simul accepturi sunt, sed

Math. 25.

M

A sed videte illos primos post quantum tempus accipiunt. Si ergo illi primi post multum tempus, non post modicum tempus, quantum simul accipiamus, priores videmur accepisse, quia merces nostra non tardauit. Erimus ergo in illa mercede omnes aequales, tanquam primi nouissimi, & nouissimi primi, quia denarius ille vita aeterna est, & in vita aeterna omnes aequales erunt. Quamuis enim meritorum diuersitate fulgebunt, alius maius alius minus, quod tamen ad vitam aeternam pertinet, aequalis erit omnibus. Non enim alteri erit longior, alteri breuior, quod pariter sempiternum est, quod non habebit finem, nec mihi, nec tibi. Alio modo ibi erit castitas coniugalis, alio modo ibi erit integritas virginalis. Alio modo ibi erit fructus boni operis, alio modo corrona passionis. Illud alio modo, aliud alio modo: tamen quantum pertinet ad viuere in aeternum, nec ille plus viuunt illo, nec ille plus illo. Pariter enim sine fine viuunt, cum in suis quisque claritatis viuunt, & ille denarius vita aeterna est. Non murmuret ergo qui post multum tempus accipit, contra eum qui post modicum tempus accipit. Illi redditur, illi donatur, vtrisque tamen vna res donatur. Est & in ista vita simile aliquid, & excepta illa solutione similitudinis, huius qui intelliguntur prima hora vocati Abel & ipse seculi iusti, tertia Abraham & ipse seculi iusti, sexta Moyses & Aaron & ipse seculi iusti, nona Prophetae & ipse seculi iusti, vndecima tanquam in fine seculi Christiani omnes: excepta solutione ista similitudinis, & in hac vita nostra potest aduertiri haec similitudo. Tanquam enim prima hora vocantur qui recentes ab vtero matris incipiunt esse Christiani, quasi tertia pueri, quasi sexta iuuenes, quasi nona vergentes in senium, quasi vndecima omnino decrepiti, vnum tamen vitam aeternam denarium omnes accepturi. Sed attendite & vos fratres mei, ne ideo quisque differat venire ad vineam, quia securus est quoniam quandoque venerit ipsum denarium accepturus est. Securus est quidem quod ipse denarius illi promittitur, sed differre non iubetur. Nunquid enim & illi qui sunt ad vineam conducti, quando ad illos exibat paterfamilias, ut conduceret quos inuenit hora tertia & conduxit, verbi gratia, dixerunt illi, expecta, non illuc imus nisi hora sexta, aut quos inuenit hora sexta dixerunt, non imus nisi hora nona, aut quos nona inuenit dixerunt, non imus nisi vndecima: Omnibus enim daturus est tantundem, quare nos amplius fatigamur? Quid ille daturus sit, & quid facturus sit, penes ipsum consilium est. Tu quando vocaris veni. Merces enim cunctis aequalis promittitur, sed de ipsa hora operandi magna quaestio est. Si enim illi, verbi gratia, qui vocati sunt hora sexta, in hac aetate corporis constituti, ubi iuueniles anni feruent, sicut ipsa hora sexta feruet: si diceret illi iuuenes vocati, expecta audiuius enim in Evangelio, quia omnes vnam mercedem accepturi sunt, cum senes fuerimus hora vndecima veniemus, tantundem accepturi, quare laboraturi? responderetur eis & diceretur, Laborare non vis, qui vtrum viuas usque ad senectam, nescis? Sexta hora vocaris, veni. Paterfamilias tibi quidem etiam vndecima venient denarium promissit, sed vtrum viuas usque ad septimam nemo tibi promissit. Non dico usque ad vndecimam sed usque ad septimam. Quare ergo differs vocantem te certus de mercede, incerto de die? Vide ne forte quod tibi ille daturus est promittenti, tu tibi auferas differendo. Si hoc recte dicitur de infantibus tanquam ad horam primam pertinentibus, si recte dicitur de pueris, tanquam ad horam decimam.

ram tertiam pertinentibus, si recte de iuuenibus, tanquam in hora sexta flagrantia constitutis, quanto magis recte dicitur decrepitis, Ecce iam hora vndecima est, & adhuc stas, venire piger es? An forte non exiit ad te vocandum paterfamilias? Si non exiit, quid est quod loquimur? Nempe nos serui de familia ipsius sumus conduceret operarios missi sumus. Quid ergo stas? Finisti iam annorum numerum, festina ad denarium. Hoc est enim exire patremfamilias, innotescere: quoniam qui in domo est, in abdito est, non videtur ab eis qui foris sunt. Cum autem exiit de domo, videtur ab eis qui foris sunt. Christus quando non intelligitur & non agnoscitur, in secreto est. Quando autem agnoscitur, exiit conducere: ex occulto enim processit ad notitiam, notus est Christus, ubique praedicatur Christus, gloria Christi omnia quaecumque sunt sub caelo clamant. Fuit irrisibilis quodammodo & reprehensibilis inter Iudeos, visus est humilis, contemptus est. Occultabat enim maiestatem, promptam habebat infirmitatem. Contemptum est in illo quod promptum erat, nec cognitum quod occultum erat. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Nunquid adhuc contemendus est sedens in caelo, si contemptus est cum penderet in ligno? Agitauerunt caput qui enim crucifixerunt, & ante crucem eius stantes, & tanquam ad fructum suae sanctorum pertinentes, insultantes dicebant, Si filius dei est descendat de cruce. Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest. Descendat de cruce, & credimus in eum. Non descendeat, quia latebat. Multo enim facilius poterat de cruce descendere, qui potuit de sepulchro resurgere. Ad nostram informationem demonstrabat patientiam, differebat potentiam, & non est agnitus. Non enim tunc exierat conduceret operarios, non exierat, non innotuerat. Tercio die resurrexit, demonstravit se discipulis, ascendit in caelum, & misit spiritum sanctum quinquagesimo die. Post ascensionem missus spiritus sanctus, impleuit omnes qui fuerunt in vno conclaui, centum viginti homines impleti illi spiritu sancto, coeperunt loqui linguam omnium gentium, & expecta est vocatio, exiit ille conducere. Cepit enim veritatis potentia omnibus innotescere. Nam tunc etiam vnus accepto spiritu sancto, etiam vnus loquebatur omnium gentium linguas. Modo autem in Ecclesia ipsa vnitas tanquam vnus loquitur, loquitur omnium gentium linguas. Ad quam linguam religio Christiana non peruenit? Ad quos fines non pertendit? Iam non est qui se abscondat a calore eius. Adhuc sit mora ab eo qui stat in vndecima. Manifestum est ergo fratres mei, omnino manifestum est, tenete, certi estote, quoniam deus noster Iesus Christus, quando quisque se conuerterit ad fidem ipsius, a via sua vel superflua vel nequissima, omnia illi prae terita dimittuntur & omnino, iamque donatis debitis, fiunt cum illo tabulae nouae. Prorsus omnia dimittuntur. Nemo sit sollicitus quod aliquid ei non dimittatur. Sed iterum nemo peruerse sit securus. Ista enim duo occidunt animas, aut desperatio, aut peruersa spes. De his duobus malis pauca audite. Nam sicut liberat bona spes & certa spes, ita decipit peruersa spes. Prius attendite quemadmodum decipiat desperatio. Sunt homines qui cum cogitare coeperint mala quae fecerunt, non sibi putant ignosci posse, led dum non putant posse sibi ignosci, Idant animam iam perire desperationi, tu tibi auferas differendo. Si hoc comissimus donari nobis aut ignosci possunt, Quare ergo non

1. Corin. 2.

E

Math. 27.  
Marc. 15.

Math. 20.

Act. 1.

Psal. 13.

Desperatio  
& peruersa  
spes occidunt  
animas.

g go non

Ioan. 15.

Math. 27.

Math. 20.

**G**o non satisfacimus cupiditatibus nostris: Impleamus saltem presentis temporis voluptatem, quia nullam in futuro habemus mercedem. Faciamus quicquid libet, et si non licet, ut habeamus suauitatem vel temporalem, quia percipere non meremur aeternam. Talia dicentes desperando perent, siue antequam omnino credant, siue iam Christiani, & in aliqua peccata & scelera male viuendo prolapsi. Procedit ad eos dominus vinea, & tanquam desperantes & vacantes, tergum dantes, pulsabat & clamat in propheta Ezechiel, In quacunque die conuersus fuerit homo a via sua pessima, omnes iniquitates eius obliuiscar. Hac voce audita & credita a desperatione recreantur, & ab illa altissima & profunda voragine qua submersi fuerant emergunt. Sed his timendum est ne in aliam voraginem incurrant, & peruerso sperando moriantur, qui desperando mori non poterunt. Mutant enim cogitationes longe quidem diuersas, sed tamen perniciosas, & rursus incipiunt dicere in cordibus suis, Si quacunque die conuersus fuero a via mea pessima, deus misericors, sicut veraciter per prophetas promisit, omnes iniquitates meas obliuiscitur, quare hodie conuertor & non cras? Quare hodie & non cras? Eat hodiernus dies sicut hesternus, sit in nequissima voluptate, sit in flagitiorum gurgite, volutetur in mortifera delectatione. Cras conuertar, & finis est. Respondetur tibi, Cuius rei finis? Dicis, iniquitatum mearum. Bene, gaude, quia crastino iniquitatum tuarum erit finis. Quid si ante crastinum tuus erit finis? Ergo bene quidem gaudes, quia propter iniquitates tuas conuerso tibi indulgentiam deus promisit, sed crastinum diem tibi nemo promisit. Aut si forte promisit Mathematicus, longe aliud est. Quam o deus multos mathematici fefellerunt, quia sibi plerumque lucra promiserunt, & damna inuenerunt. Ergo etiam propter istos male sperantes, procedit paterfamilias. Quemadmodum processit ad illos qui male desperauerunt, & perierunt desperando, & reuocauit eos in spem, Sic procedit etiam ad istos qui male sperando volunt perire, & dicit eis per alium librum, Ne tardes conuerti ad dominum. Quomodo illis dixerat, In quacunque die iniquus conuersus fuerit a via sua mala, omnes iniquitates eius obliuiscar: & tulit eis desperationem qua iam dederant animas suas perditioni, omnimodo indulgentiam desperantes: sic procedit etiam ad istos qui sperando & differendo volunt perire, & loquitur ad eos & increpat eos, Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictae disperdet te. Ergo noli differre, noli quod patet contra te claudere. Ecce indulgentiae dator aperit tibi ostium. Quid moraris? Gaudere deberes, si aperiret aliquando pulsanti. Non pulsasti & aperit, & foris remansit? Ne ergo differas. De misericordiae operibus quodam loco scriptura dicit, Ne dixeris vade & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuo bene facere, Non enim scis quid contingat sequenti die. Audisti praeceptum non differendi, ut in alium sis misericors, & differendo in te es crudelis? Non debes differre panem daturus, & differis indulgentiam accepturus? Si miserando alterum non differis, miserere & animam tuam placens deo. Exhibe & animam tuam elemosynam. Non dicimus ut tu ei des, sed ne repellas manum dantis. Sed aliquando homines in die sibi plurimum nocent, cum alios offendere timent. Multum valent boni amici ad bonum, & mali amici ad malum. Ideo dominus pro salute nostra potentium amicitias

contemnens, noluit prius eligere senatores, sed piscatores. Magna artificis misericordia. Sciebat enim quia si eligeret senatorem, diceret senator, Dignitas mea electa est. Si eligeret diuitem, diceret diues, Opulentia mea electa est. Si prius eligeret imperatorem, diceret imperator, Potestas mea electa est. Si prius eligeret oratorem, diceret orator, Eloquentia mea electa est. Si eligeret philosophum, diceret philosophus, Sapientia mea electa est. Interim, inquit, differantur superbi isti, multum timent. Distat autem inter magnitudinem & tumorem. Vtrunque grande est, sed non vtrunque sanum est. Differantur ergo, inquit, isti superbi, aliqua soliditate sanandi sunt. Da mihi, inquit, prius istum piscatorem. Veni tu pauper sequere me, nihil habes, nihil nosti, sequere me. Idiota pauper, sequere me. Non est quod in te expauescat, sed multum est quod in te impleatur. Tam largo fonti vas inane admoendum est. Dimisit retia piscator, accepit gratiam piscator, & factus est diuinus orator. Ecce quid fecit dominus, de quo dicit Apostolus, Infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi elegit deus, & ea quae non sunt tanquam quae sunt, ut ea quae sunt euacuentur. Denique legitur modo verba piscatorum, & colla subduntur oratorum. Tollantur ergo de medio inanes venti, tollatur de medio fumus qui crescendo euanescit, prorsus pro salute ista contemnuntur. Si quisque in ciuitate aliquo periculoso morbo corporis aegrotaret, & esset in ciuitate peritissimus medicus amicus aegrotantis, potentibus inimicus, qui dicerent amico suo: noli eum adhibere, nihil nouit: dicerent autem, non iudicant animo, sed inuidente, nonne ille pro salute sua remoueret amicorum potentium fabulas, & ut paucis diebus plus uiuere cum illorum qualibet offensione, pellendo sui corporis morbo medicum illum quem peritissimum comendauerat adhiberet? Aegrotat humanum genus, non morbis corporis, sed peccatis. Iacet toto orbe terrarum ab Oriente usque ad Occidentem grandis aegrotus. Ad sanandum grandem aegrotum descendit omnipotens medicus. Humiliauit se usque ad mortalem carnem, tanquam usque ad lectum aegrotantis. Dat salutis praecepta, contemnitur, qui audiunt liberantur. Contemnitur, cum dicunt amici potentes, nihil nouit. Si nihil nosset, potentia eius gentes non impleret. Si nihil esset, non esset antequam apud nos esset, prophetas ante se non mitteret: Nonne modo implentur quae ante praedicta sunt? Nonne probat medicus iste artis suae potentiam promissa complendo? Nonne per totum mundum perniciosi eueruntur errores, & tritura mundi donantur cupiditate? Nemo dicat, Antea melior erat mundus quam modo, Ex quo cepit iste medicus artem suam exercere, multa hic videmus horrenda. Noli mirari. Antequam aliquis curaretur, munda a sanguine statio medici videbatur: imo iam tum hoc videns excute vana delicta, veni ad medicum, sanitatis tempus est, non voluptatis. Curemur ergo fratres. Si nec medicum agnoscimus, non in eum tanquam phrenetici sauiamus, non ab eo tanquam lethargici auertamur. Multi enim sauiendo, multi dormiendo perierunt. Phrenetici sunt qui non dormiendo insanunt. Lethargici sunt qui multum dormiendo premuntur. Prorsus tales sunt homines. Contra istum medicum alij sauire in eum volunt: & quoniam ipse iam in caelo sedet, membra eius in terra persequuntur. Curat & tales. Multi ex eis conuersi ex inimicis facti sunt amici, ex persecutoribus facti sunt praedicatores. Tales etiam ipsos ludaeos, in seipsum cum hic esset sauiens, tanquam

**K**  
Christi quare simplices & pauperes elegerit

1. Corin. 1.

**L**

**M**

**A** quam phreneticos sanauit, pro quibus in ligno pendens orauit. Dixit enim, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Multi tamen eorum, sedato furore, tanquam phrenetici oppressa cognouerunt deum, cognouerunt Christum. Post ascensionem misso spiritu sancto, conuersi sunt ad eum quem crucifixerunt, & in sacramento credentes sanguinem eius biberunt, quem sauiendo fuderunt. Habemus exempla. Persequatur membra eius iam sedetis in caelo Saulus, persequatur grauius in phrenetici mente perditam, morbo nimio. At ille vna voce de caelo clamans ei, Saule Saule quid me persequeris? percussit phreneticum, erexit sanum: occidit persecutorem, viuificauit praedicatorum. Et iam lethargici multi sanantur. Ipsi enim similes sunt qui non sauiunt in Christum, nec malitiosi sunt aduersus Christianos, sed tantum differendo languescunt verbis somnolentis, in lucem oculos extendere pigrescunt, & qui eos excitare volunt molesti sunt. Recede a me, inquit languidus lethargicus, obsecro te, recede a me. Quare? Dormire volo. Sed ille, Morieris inde. Ille amore somni, mori volo, respondet. Et charitas desuper, Nolo. Plerumque istum charitatis affectum exhibet etiam filius seni patri morituro post paucos dies, iam utique aetate finita, si lethargicum videt, & lethargico morbo premi suum patrem a medico agnoscit, dicente sibi, Excita patrem tuum, noli eum permittit dormire, si vis ut uiuat: adest puer seni, pulsabit, vellicat, pungit, pietate molestus est, nec mori cito permittit cito moriturum, & si viderit ut aliquando plures dies uiuat cum decesserit successurus, Quanto maiore charitate nos amicis nostris molesti esse debemus, cum quibus non paucos in hoc mundo dies, sed apud deum in aeternum viuamus? Amen ergo nos, & faciant quod audiunt per nos, & colant quem colimus & nos, ut recipiant quem speramus & nos.

*De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam: Sermo. LX.*

**M**edicina anima omnium uulnerum, & una propitiatio pro delictis omnium est, credere in Christo, Nec omnino quisquam mundari potest, siue ab originali peccato quod ex Adā traxit, in quo omnes peccauerunt, & filij irae naturaliter facti sunt: siue a peccatis quae ipsi non resistendo carnali concupiscentia, sed eam sequendo, eique seruendo in flagitiis & facinoribus addiderunt: nisi per fidem coadunentur & compaginentur corpori eius, qui sine ulla illecebra carnali & mortifera delectatione conceptus est, Nec eum in delictis mater in utero aluit, & peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. In eum quippe credentes filij dei sunt, quia ex deo nascuntur per adoptionis gratiam, quae est in fide Iesu Christi domini nostri. Quapropter charissimi merito idem dominus & saluator noster hoc unum peccatum dicit, de quo arguit mundum spiritus sanctus, quia non credit in eum. Ego, inquit, ueritatem dico, expedit uobis ut ego uadam. Si enim ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia in me non credunt. De iustitia, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est. De hoc ergo uno peccato uoluit mundum argui, quod non credunt in eum: uidebit enim quia in eum credendo cuncta peccata soluantur, hoc unum imputari uoluit, quo caetera colliguntur. Et quia

Luc. 13.

Act. 9.

Ioan. 16.

1. Petri. 2.

Ioan. 16.

credendo nascuntur ex deo, & filij dei sunt, Dedit enim, inquit, illis potestatem filios dei fieri, credentibus in eum, Qui ergo credit in filium dei, in quantum adhaeret illi, & fit etiam ipse per adoptionem filius & haeres dei, cohaeres autem Christi, intantum non peccat. Unde dicit Ioannes, Qui natus est ex deo non peccat. Et ideo peccatum unde mundus arguitur, hoc est, quod non credunt in eum, hoc est peccatum de quo itidem dicit, Si non uenirem, peccatum non haberet. Nunquid enim alia innumerabilia peccata non habebat? Sed aduentu eius hoc unum peccatum accessit non creditibus quo caetera tenerentur. In credentibus autem quia hoc unum defuit, factum est ut cuncta dimitterentur credentibus. Nec ob aliud Apostolus Paulus, Omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria dei, ut qui crediderint in eum non confundantur, sicut & Psalmus dicit, Accedite ad eum, & illuminamini, & uultus uestri non confundentur. Qui ergo in se gloriatur, confunditur. Non enim sine peccatis inuenietur. Ille itaque tantummodo non confunditur, qui in domino gloriatur. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Itaque Apostolus cum de Iudaeorum infidelitate loqueretur, non ait, Etenim si quidam illorum peccauerunt, nunquid peccatum illorum fidem dei euacuauit? Quomodo enim diceret, Si quidam illorum peccauerunt, cum ipse dixerit, Omnes enim peccauerunt. Sed ait, Si quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas eorum fidem dei euacuauit? Ut hoc peccatum expressius demonstraret, quo uno clauditur aduersus caetera, ne per dei gratiam relaxentur. De quo uero peccato per aduentum spiritus sancti, hoc est, per donum ipsius gratiae quod fidelibus datur, mundus arguitur, dicente domino, De peccato quidem, quia non credunt in me. Non autem esset meritum grande credentium & beatitudo gloriosa, si semper dominus in resuscitato corpore humanis oculis appareret. Spiritus ergo sanctus hoc magnum munus attulit credituris, ut eum, quem carnalibus oculis non uiderent, a carnalibus cupiditatibus mente sobria, & spiritalibus desiderijs ebria suspirarent. Unde & ille discipulus qui se dixerat non crediturum, nisi cicatrices eius manu tetigisset, cum contrectato corpore domini quasi euigilans exclamasset, Dominus meus & deus meus, ait illi dominus, Quia uidisti, credidisti, beati qui non uident & credunt. Hanc beatitudinem spiritus sanctus paracletus attulit, ut ab oculis carnis serui forma remota, qua de uirginis utero accepit, in ipsa dei forma, in qua patri equalis, etiam cum in carne apparere dignatus est, permaneret, purgata mentis acies tenderetur: ut eodem spiritu repletus Apostolus diceret, Et si noueramus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus: quia & carne Christi non secundum carnem, sed secundum spiritum nouit, qui uirtute resurrectionis eius, non palpando curiosus, sed credendo certus agnoscit. Non dicens in corde suo quis ascendit in caelum, hoc est Christum deducere: aut quis descendit in abyssum, hoc est Christum a mortuis reducere: sed prope est, inquit, uerbum in ore tuo, quia dominus est Iesus, & si credideris in corde tuo, quia deo illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Haec fratres Apostoli uerba, sunt ipsius sancti spiritus, sancta ebrietate eructantis. Cum ergo hanc beatitudinem quam non uidemus & credimus, nullo modo habereamus, nisi ea a spiritu sancto acciperemus, merito dictum est, Expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam

**D**

Ioan. 1.

Roma. 8.

1. Ioan. 3.

Ioan. 15.

Roma. 3.

Psalm. 51.

Roma. 3.

**E**

Ibidem.

Ioan. 20.

**F**

1. Corin. 9.

Roma. 10.

Ioan. 16.

**G**illum ad vos. Semper quidem diuinitate nobiscum est. Sed nisi corporaliter abiret a nobis, semper eius corpus carnaliter videremus, & nunquam spiritualiter crederemus: quia fide iustificati & beatificati, id ipsum verbum deum apud deum, per quod facta sunt omnia, & quod caro factum est vt habitaret in nobis, corde mundato contemplari mereremur. Et si non manutangen- do, sed corde creditur ad iustitiam, recte de iustitia nostra mundus arguitur, qui non vult credere nisi quod videt. Vt autem nos haberemus iustitiam fidei, de qua mundus argueretur incredulus, propterea dominus ait, De iustitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Tanquam si diceret, Hæc erit iustitia vestra, vt credatis in me mediatorum, quem resuscitatum ad patrem esse certissime habebitis, quamuis eum carnaliter non videatis, vt per ipsum reconciliati deum spiritualiter videre possitis. Vnde figuram ecclesie gestanti mulier, cum ei post resurrectionem ad pedes caderet. **I**oan. 20. Noli me tangere, inquit, nondum enim ascendi ad patrem. Quod mystice dictum intelligitur, Noli me per corporeum contactum carnaliter credere, spiritualiter autem credis, id est, fide spiritali me tangis, cum ascendo ad patrem, quia beati qui non vident & credunt. Et hæc est iustitia fidei qua mundus carēs, de nobis qui ea non caremus arguitur, quia iustus ex fide viuunt. Siue ergo quia in illo resurgēs, & in illo ad patrem veniēs inuisibiliter & in iustificatione perficimur: siue quia non videntes & credentes ex fide viuimus, quoniam iustus ex fide viuunt: propterea dixit, De iustitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Nec inde se mundus exculet, qd̄ ad diabolo impeditur, ne credat in Christum. Credentibus enim princeps mundi mittitur foras, vt iam non operetur in cordibus hominum, quos Christus per fidem carperit possidere, sicut operatur in filiis dissidentia, quos ad tentandos & tribulandos iustos plerumque concitat. Quia enim missus est foras, qui intrinsecus dominabatur, extrinsecus præliatur. Et si ergo per eius persecutiones dominus dirigit mites in iudicio, tamē iam ipse hoc ipso quod foras missus est, iudicatus est, Et de hoc iudicio mundus arguitur, quia frustra de diabolo queritur, qui non vult credere in Christum, quem iudicatum, id est, foras missum, & propter nostram exercitationē forinsecus expugnare permis- sum, non solum viri, sed etiā mulieres, & pueri, & puellæ martyres vicerunt. Sed in quo vicerunt, nisi in illo quem crediderunt, & quem non videntes dilexerunt, & quo dominante in cordibus suis pessimo dominatore caruerunt. Et hoc totum per gratiam, hoc est, per donū spiritus sancti. Recte itaque idem spiritus arguit mundum, & de peccato, quia non credidit in Christum: & de iustitia, quia qui voluerunt crediderunt, quamuis in quem crediderunt non viderūt, & per eius resurrectionem se quoque in resurrectione perfici sperauerunt: & de iudicio, quia ipsi si vellent credere, a nullo impeditē- tur, quoniam princeps huius mundi iam iudicatus est.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioan- nem, Ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio: Sermo. LXI.



**I**vm dominus & saluator noster Iesus Christus de aduentu spiritus sancti, quem se missurum esse promisit & misit, multa diceret, ait inter cetera, Ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Neque hoc cū dixisset, sermonem traiecit in aliud, sed ipsa aliquanto expressius insinuare dignatus est. De peccato quidem, inquit, quia non credide-

runt in me. De iustitia autem, quia ad patrem vado. De iudicio vero, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. (Oboritur ergo nobis intelligendi desiderium, cur peccatum hominum quasi solum esset non credere in Christo, ita de hoc solo dixit, quod mundum spiritus sanctus argueret. Si autem manifestū est præter hæc in fidelitatem alia multa hominum esse peccata, cur de hoc solo mundum spiritus sanctus arguat? An quia peccata omnia per infidelitatem tenentur, per fidē dimittuntur? Propterea hoc vnum præ cæteris imputat deus, per quod sit vt cetera non soluantur, dum nō credit in humilem deum homo superbus. Sic enim scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Gratia quippe dei, donum dei est. Donum autem maximum ipse spiritus sanctus est, & ideo gratia dicitur. Cum enim omnes peccassent, & egerēt gloria dei, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, in quo omnes peccauerunt, ideo gratia, quia gratis datur. Ideo gratis datur, quia non quasi merces redditur post discussionem meritorum, sed donum datur post delictorum veniam. De peccato igitur arguuntur infideles, id est, dilectores mundi, nam ipsi significantur mundi nomine. Cum enim dicitur, Arguit mundum de peccato, non alio quā quod non crediderunt in Christo: hoc denique peccatum si non sit, nulla peccata remanebunt, quia iusto ex fide viuente cuncta soluntur. Sed multum interest, vtrū quis credat ipsum esse Christum, & vtrum credat in Christum. Nā ipsum esse Christum & dæmones crediderūt, nec tamen in Christum dæmones crediderunt. Ille enim credit in Christum, qui & sperat in Christum, & diligit Christum. Nam si fidem habet sine spe, ac sine dilectione, Christum esse credit, non in Christum credit. Qui ergo in Christum credit, credendo in Christum venit in eum Christus, & quoquo modo vnitur in eū, & membrum in corpore eius efficitur. Quod fieri non potest, nisi & spes accedat & charitas. Quid sibi etiam vult quod ait de iustitia, quia ad patrem vado? Et primo querendum est, si de peccato mundus arguitur, cur & de iustitia? Quis enim de iustitia recte argui possit? An de peccato quidem suo, de iustitia vero Christi mundus arguitur? Non video quid aliud possit intelligi, quā quod quidem de peccato, inquit, quia non crediderunt in me, De iustitia, quia ad patrem vado, Illi non crediderūt, ipse ad patrem vadit. Illorum ergo peccatum, ipsius autem iustitia. Sed cur in eo solo voluit nominare iustitiam, quia vadit ad patrem? Num non iustitia est etiā quod huc venit a patre? An illa potius misericordia est, quod a patre ad nos venit, iustitia vero quod ad patrem vadit? Ista fratres expedire arbitror, vt in tanta profunditate scripturarum, in quibus forte verbis absconditū aliquid latet quod opportune aperiendum sit, tanquam simul fideliter inquiramus, vt salubriter inuenire mereamur. Cur ergo hanc appellat iustitiam, quia vadit ad patrem, & non etiam quia venit a patre? An quia misericordia est quod venit, ideo iustitia est quod vadit, vt & in nobis discamus impleri posse iustitiam, si pigri non fuerimus prærogare misericordiam, non quæ nostra sunt querentes, sed quæ aliorum? Quod cum monuisset Apostolus, continuo de ipso domino coniunxit exemplum. Nihil, inquit, per contentionem, neque per inanē gloriā, sed in humilitate mētis alter alterutrum existimantes superiorē sibi, non quæ sua sunt vnusquisq; intendentes, sed & quæ aliorum. Deinde statim addidit. Singuli quiq; hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu,

Iacobi. 4. Spiritus sanctus, gratia dei dicitur. Roma. 3. Roma. 5.

L

Roma. 1.

Iacobi. 2. Credere in Christum.

M

Philip. 2.

Philip. 2.

**A**si. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominū factus & habitu inuentus vt homo, humiliavit se, factus obediēs vsque ad mortē, mortem autem crucis. Hæc est misericordia qua venit a patre. Quæ igitur iustitia est qua vadit ad patrem? Sequitur & dicit, Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomē quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorū, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Hæc est iustitia qua vadit ad patrem. Sed si solus vadit ad patrem, quid nobis prodest? Vt quid ab spiritu sancto de hac iustitia mundus arguitur? Et tamen nisi solus iret ad patrem, non alio loco diceret, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Sed etiam Paulus Apostolus dicit, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Sed quare hoc? Quia item dicit, Si resurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quomodo ergo ille solus? An ideo solus, quia Christus vnus est cum omnibus membris suis, tanquā caput cum corpore suo? Quæ autem corpus eius nisi ecclesia? Sicut dicit idem doctor, Vos autem estis corpus Christi, & mēbra ex parte. Cum ergo nos ceciderimus, & propter nos ipse descenderit, quid est, Nemo ascendit, nisi qui descēdit nisi quia nemo ascendit, nisi vnum cum eo factus, & tanquam membrum compactus in eius corpore qui descendit? Sic & discipulis dicit, Quia sine me nihil potestis facere. Aliter enim est vnus cum patre, aliter vnus nobiscum, Vnum cum patre est, quia vna substantia est patris & filij. Vnum cum patre est, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Vnus autem nobiscum factus est, quia semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Vnus nobiscum factus est secundum semen Abraham, in quo benedicētur omnes gentes. Quod cum Apostolus commemorasset, Non dicit in feminibus tanquam in mul- tis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Et quia & nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis, & illi capiti coherentibus, vnus est Christus, quia & nobis dicit, Ergo semē Abraham estis secundum promissionem hæredes. Si enim vnus est semen Abraham, & illud vnum semen Abraham non intelligitur nisi Christus, hoc autem semen Abraham etiam nos sumus, hoc ergo totum, id est, caput & corpus vnus est Christus. Et ideo nos non debemus ab illa iustitia separatos putare, quam dominus ipse commemorat, dicens, De iustitia, quia ad patrem vado. Cum Christo enim & nos resurreximus, & nos cum capite nostro Christus sumus interim fide & spe. Complebitur autem spes nostra in vltima resurrectione mortuorum. Cum autem complebitur spes nostra, tunc complebitur etiam iustificatio nostra. Quam cōpleturus dominus, quid sperare debeamus ostendit in carne sua, hoc est, in capite nostro, in qua resurrexit & ascendit ad patrem, quia sic scriptum est, Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Arguitur ergo mundus de peccato in eis qui non credunt in Christo, & de iustitia in eis, qui non resurgunt in membris Christi. Vnde dictum est, Vt nos simus iustitia dei in ipso. Si enim non in ipso, nullo modo iustitia. Si autem in ipso, totus nobiscū va-

Ioan. 3.

Philip. 3.

Colo. 3.

1. Corin. 12.

Ioan. 5.

Ioan. 15. Christus aliter est vnus cū patre & aliter vnus nobiscum. Philip. 2.

Gala. 3. Acto. 3.

Gala. 3.

Ioan. 16.

Roma. 4.

1. Corin. 5.

Tomus decimus.

dit ad patrem, & hæc in nobis implebitur perfecta iustitia. Propter hoc & de iudicio mundus arguitur, quia princeps huius mundi iam iudicatus est, id est, diabolus princeps iniquorum qui corde non habitat, nisi in hoc mundo, quem diligunt, & ideo mundus vocatur, sicut nostra conuersatio in cœlis est, si resurreximus in Christo. Ergo quæ admodum nobiscum, id est, cum corpore suo vnus est Christus: Sic cum omnibus impiis quibus caput est, cum quodam corpore suo vnus est diabolus. Quapropter, sicut nos nō separamur a iustitia, de qua dominus dixit, Quia ad patrem vado: sic impij non separamur ab illo iudicio, de quo dixit, Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

De trina interrogatione domini si Petrus se diligeret, & trina Petri responsione: Sermo. LXII.



**E**ctione hodierna animaduertit charitas vestra, dictum esse Petro a domino per interrogationem, Diligis me? Cui respondit ille. Scis domine quia amo te. Hoc secundo, hoc tertio: & ad singula verba respondentis dicebat dominus, Pasce agnos meos. Commendabat Petro Christus agnos suos pasceudos, qui pascebat & Petrum. Quid enim Petrus poterat præstare domino, maxime iam immortale corpus gerenti & in cœlum ascensuro? Tanquam ei diceret, Amas me? In hoc ostende quia amas me, Pasce oues meas. Ergo fratres cum obediētia audite oues vos esse Christi, quia & nos cum timore audimus, Pasce oues meas. Si nos cum timore pascimus & timemus pro ouibus, ipse oues quomodo pro fe debent timere? Pertineat ergo ad nos cura, ad oues obediētia ad nos vigilantia pastoralis, ad vos humilitas gregis: Quamquam & nos qui vobis videmur de superiore loqui loco, cum timore sub pedibus vestris sumus, quoniam nouimus quām periculosa ratio de ista quasi sublimi sede reddat. Proinde charissimi catholica germina mēbra Christi, cogitate quale caput habeatis. Filij dei cogitate qualem patrem inueneritis. Christiani cogitate, quæ vobis hæreditas promittatur. Non talis qualis in terra possideri a filiis non potest, nisi cum mortui fuerint parentes eorum. Nullus enim in terra possidet hæreditatē patris, nisi mortui. Nos viuo patre nos possidebimus quod donabit, quia pater noster mori nō poterit. Plus addo, plus dico, & verum dico, ipse pater erit hæreditas nostra. Congruenter viuite, maxime vos cāditati Christi recens baptizati, modo regenerati, sicut vos ante admonui & modo dico & sollicitudinem meā pronuncio, quia timorem mihi maiorem ingessit præsens euangelica lectio. Obseruate vos, nolite imitari malos Christianos. Nolite dicere, faciam hoc, quia multi fideles hoc faciunt. Hoc non est defensionem parare anime, sed comites ad gehennam inquirere. Crescite in hac area dominica, in hac inuenietis bonos qui & vobis placent, si & vos boni fueritis. Nunquid enim peculium nostrum estis? Hæretici & schismatici, & de furtis dominicis peculia sibi fecerunt, & greges non Christi, sed suos contra Christū pascere voluerūt. Planē in ipsis depredationibus suis titulū illius posuerunt, vt prædæ ipsorum quasi defenderentur per titulū potentis. Quid facit Christus, quando tales conuertuntur, qui foris ab ecclesia titulum eius baptismatis acceperūt? Eicit prædatorē, titulum non deponit, & possidet domū, quia inuenit ibi titulum suum. Quid opus est vt mutet nomen suum? Nūquid attendat quod ait dominus Petro, Pasce agnos meos, pasce oues meas? Nunquid dixit ei, Pasce agnos tuos, aut pasce oues tuas? Exclutus autē, quid dixit in

g iij canticis



Cant. i. G. canticis canticorum ad Ecclesiam: Loquens sponfus ad sponfam, ait, Nisi cognoueris temetipsam pulchra inter mulieres, exi tu. Tanquam dicens, Non ego te eiicio exi tu, nisi temetipsam cognoueris temetipsam pulchra inter mulieres, nisi cognoueris te in speculo scripturae diuinae, nisi attenderis o mulier pulchra speculum quod te falso nitore non fallit, nisi cognoueris quia de te dictum est, Super omnem terram gloria tua: quia de te dictum est, Dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae: Et alia innumerabilia testimonia quae catholicam ecclesiam commendant. Nisi ergo cognoueris patrem non habes, haeridem non te potes facere. Ergo exi tu in vestigijs gregum, non in societate gregis, & palce haedos tuos, non quomodo Petro dictum est, oues meas. Petro dicitur, oues meas, schismaticis dicitur, haedos tuos. Hic oues, ibi haedi. Hic meas, ibi tuos. Recolite dexteram & sinistram iudicis nostri, recolite vbi stabunt haedi & vbi oues, & apparebit vobis vbi dextera, vbi sinistra, candida & nigra, luminosa & tenebrosa, pulchra & deformis, acceptura regnum & inuentura supplicium sempiternum.

De manifesta ostensione trinitatis in deo nostro ex Euangelio de baptismo domini apud flumen Iordanem.

Sermo. LXIII.

H Vangelica lectio proposuit nobis vnde loquamur ad charitatem vestram, quae domini imperio & vere domini imperio proposita est: ab illo enim expectauit cor meum, tanquam iussionem proferendi sermonis, vt hinc eum intelligerem loqui me velle, quod recitari ipse voluisset. Audiat ergo studium & deuotio vestra, & adiuet apud ipsum dominum deum nostrum laborem meum. Videmus enim & tanquam proposito diuino speculo contuemur, apud flumen Iordanem commendari nobis deum nostrum in trinitate. Cum enim veniret Iesus & baptizatus esset a Ioanne, dominus a seruo, quod fecit ad humilitatis exemplum: in ipsa quippe humilitate ostendit impleri iustitiam, quando dicente sibi Ioanne, Ego debeo a te baptizari & tu venis ad me: Respondit, Sine modo vt impleatur omnis iustitia. Cui ergo baptizatus esset, aperti sunt caeli & descendit super eum spiritus sanctus in specie columbae. Deinde vox desuper consecuta est, Hic est filius meus dilectus in quo bene sensi. Habemus ergo distinctam quodammodo trinitatem. In voce patrem, in homine filium, in columba spiritum sanctum. Hoc quidem commemorare opus erat: Nam videre facillimum est. Euidetur enim nec villo dubitationis scrupulo comendatur haec trinitas, cum ipse dominus Christus in forma serui veniens ad Ioannem, vtique filius est. Non enim dici potest quod pater sit, aut dici potest quod spiritus sanctus, Venit, inquit, Iesus, vtique filius dei. De columba quis dubitet? Aut quis dicat quid est columba, cum ipsum Euangelium testetur apertissime, Descendit super eum spiritus sanctus in specie columbae: De voce autem illa similiter nulla dubitatio quod patris sit, cum dicit, Tu es filius meus. Habemus ergo distinctam trinitatem. Et si consideremus loca audeo dicere, quauis timide id dicam, I tamen audeo dicere quasi separabilem trinitatem. Cum Iesus venit ad fluuium, ex alio loco in alium locum: Columba descendit de caelo ad terram, de alio loco ad alium locum: Vox ipsa patris nec de terra, nec de aqua sonuit, sed de caelo. Tria haec quasi separantur locis, separantur officiis, separantur operibus, Dicat mihi aliquis. Ostende inseparabilem trinitatem. Memento catholicum te loqui, catholicis lo-

qui. Fides enim nostra, id est, fides vera, fides recta, fides catholica, non opinione praesumptionis, sed testimonio lectionis collecta, nec haeretica temeritate incerta, sed Apostolica veritate fundata, hoc insinuat, hoc nouimus, hoc credimus. Hoc & si non videmus oculis, nec adhuc corde quamdiu fide mundamur, ipsa tamen fide rectissime ac robustissime retinemus patrem, filium, spiritum sanctum, inseparabilem esse trinitatem, vnum deum, non tres deos. Ita tamen vnum deum vt filius non sit pater, vt pater non sit filius, vt spiritus sanctus nec pater sit nec filius, sed patris & filij spiritus. Hanc ineffabilem diuinitatem apud seipsam manentem, omnia in nouatem, creantem, recreantem, mittentem, reuocantem, iudicantem, liberantem. Hanc ergo trinitatem ineffabilem simul nouimus & inseparabilem. Quid ergo agimus? Ecce seorsum venit filius in homine, seorsum spiritus sanctus de caelo descendit in specie columbae, seorsum vox patris de caelo sonuit, Hic est filius meus. Vbi est inseparabilis trinitas? Fecit vos per me deus intentos. Orate pro nobis, & quasi aperietis sinum, donec ipse vnde quod aperuistis impleatur, collaborate nobis. Videtis enim quod susceperimus, non solum quid, verum etiam qui, vnde volumus dicere, vbi positi, quomodo positi in corpore quod corrumpitur & aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitatem. Quando ergo istum sensum a multis extraho, & ad vnum deum trinitatem ineffabile colligo, vt aliquid videam quod dicam, putasne in hoc corpore quod aggravat animam, vt aliquid vobis digne loquar, potero dicere, Quoniam ad te domine animam meam leuaui? Adiuuet me, leuet eam mecum. Nam infirmus sum illi, & grauis est mihi. Solet haec quaestio ab studiosissimis fratribus proponi, solet in amatorum verbi dei sermone versari, solet pro hac multum pulsari ad deum, dicentibus hominibus, Facit aliquid pater quod non facit filius, aut facit aliquid filius quod non facit pater? Interim de patre & filio dicimus. Cum autem hinc expedierit conatum nostrum, cui dicimus, Adiutor meus esto domine ne derelinquas me, intelligitur etiam spiritus sanctus ab operatione patris & filij nequaquam discedere. De patre ergo & filio fratres audite. Facit aliquid pater sine filio? Respondemus, Non. An dubitatis? Quid enim facit sine illo, per quem facta sunt omnia? Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. Et faciat inculcans tardis, duris, litigiosis, addidit, Et sine ipso factum est nihil. Quid igitur fratres? Si per ipsum facta sunt omnia, intelligimus vtique vniuersam creaturam factam per filium, fecisse patrem per verbum suum deum, per virtutem & sapientiam suam. Nunquid dicturi sumus, omnia quidem quando creata sunt per ipsum facta sunt, sed nunc non omnia per ipsum facit pater? Absit. Recedat haec cogitatio a fidelium cordibus, abigatur a sensu deuotorum, ab intellectu piorum. Fieri non potest vt per ipsum creauerit, & non per ipsum gubernet. Absit vt sine ipso regatur quod est, quando per ipsum factum est vt esset. Sed & hoc testimonio scripture doceamur, non solum per ipsum facta & creata omnia sicut in Euangelio commemorauimus, Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil: sed per ipsum etiam regi & disponi quae facta sunt. Agnoscitis ergo Christum dei virtutem & dei sapientiam, agnoscite dictum & de sapientia, Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non ergo dubitamus per ipsum regi omnia, per quem facta sunt omnia. Nihil itaque pater sine filio, nihil filius sine patre facit.

L Sapient. 5.

Psal. 85.

Psal. 146.

Ioan. 1.

M

Ioan. 1.

Sapient. 5.

Occurrit

A Occurrit itaque quaestio, quam in nomine domini & eius voluntate soluendam suscepimus. Si nihil facit pater sine filio, & nihil filius sine patre, nonne quasi consequens erit, vt & patrem dicamus natum de virgine Maria, patrem passum sub Pontio Pilato, patrem resurrexisse & in caelum ascendisse? Absit. Non hoc dicimus, quia non hoc credimus. Credidi enim propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est in fide? Quia filius de virgine natus est, non pater. Quid est in fide? Quia filius passus est sub Pontio Pilato & mortuus, non pater. Excidit nobis quosdam male intelligentes vocati Patripassianos, qui dicunt ipsum patrem natum ex femina, ipsum patrem passum, ipsum esse patrem qui est filius, duo esse nomina, non res duas: & remouet istos Ecclesia catholica a communione sanctorum ne aliquem deciperent, vt separati litigarent. Reuocemus ergo difficultatem quaestionis sensibus vestris. Dicat aliquis mihi, Tu dixisti, nihil patrem facere sine filio, neque filium sine patre, & testimonia de scripturis adhibuisti, nihil facere patrem sine filio, quia omnia per ipsum facta sunt: nec quod factum est regi sine filio, quia ipse est sapientia patris, attingens a fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Modo mihi dicis quasi contra te ipsum loquens, Filius natus est de virgine non pater, filius passus est non pater, filius resurrexit non pater. Ecce teneo aliquid facere filium quod non facit pater. Aut ergo confitere, facere aliquid filium sine patre, aut confitere etiam patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse. Aut illud, aut illud dico, Elige vnum de duobus. Ego neutrum eligo, nec hoc nec illud dico, nec aliquid facere filium sine patre dico, quia metior si hoc dixerim: nec patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse dico, quia nihilominus metior si hoc dixerim. Quomodo, inquit, explicaberis ab his angustiis? Placeat vobis quaestio proposita, deus adiuet vt placeat & soluta. Ecce quod dico, vt liberet & me & vos: In vna enim fide stamus in nomine Christi, & in vna domo sub vno domino viuimus, & in vno corpore membra sub vno capite sumus, & in vno spiritu vegetamur. Vt ergo dominus ab his angustiis molestissime quaestionis liberet, & me qui loquor & vos qui auditis, hoc dico. Filius quidem, inquam, non pater natus est de virgine Maria, sed ipsam natiuitate filij non patris de virgine, & pater & filius operatus est. Non est quidem passus pater sed filius, passionem tamen filij, & pater & filius operatus est. Non resurrexit pater sed filius, resurrectionem tamen filij, & pater & filius operatus est. De quaestione ista videmus iam expediti, sed forte verbis meis, videamus etiam vtriusque testimoniis demonstrare, natiuitatem filij & patrem operatum & filium, ita passionem, ita resurrectionem: vt cum filij tantum sit & natiuitas & passio & resurrectio, haec tamen tria quae ad filium solum pertinent, nec a patre solo facta sunt, nec a solo filio, sed a patre vtique & filio. Probemus singula, iudices auditis, causa proposita est, testes procedant. Dicat mihi iudicium vestrum, quod solet causas agentibus dici. Doce quod promittis. Doceo plane adiuvante domino, & caelestis iuris recito lectionem. Intente audistis proponentem, audite intentius iam probantem. De Christi natiuitate mihi primo dicendum est, quomodo eam & pater fecerit, & filius fecerit, quauis non nisi ad filium pertineat quod fecit pater & filius. Paulum recito, idoneum iuris diuini consultum. Nam & caudicem habent hodie Paulus & Iudas.

Psal. 116.

2. Corin. 4.

Ioan. 1.

Sapient. 5.

C sed ipsam natiuitate filij non patris de virgine, & pater & filius operatus est. Non est quidem passus pater sed filius, passionem tamen filij, & pater & filius operatus est. Non resurrexit pater sed filius, resurrectionem tamen filij, & pater & filius operatus est. De quaestione ista videmus iam expediti, sed forte verbis meis, videamus etiam vtriusque testimoniis demonstrare, natiuitatem filij & patrem operatum & filium, ita passionem, ita resurrectionem: vt cum filij tantum sit & natiuitas & passio & resurrectio, haec tamen tria quae ad filium solum pertinent, nec a patre solo facta sunt, nec a solo filio, sed a patre vtique & filio. Probemus singula, iudices auditis, causa proposita est, testes procedant. Dicat mihi iudicium vestrum, quod solet causas agentibus dici. Doce quod promittis. Doceo plane adiuvante domino, & caelestis iuris recito lectionem. Intente audistis proponentem, audite intentius iam probantem. De Christi natiuitate mihi primo dicendum est, quomodo eam & pater fecerit, & filius fecerit, quauis non nisi ad filium pertineat quod fecit pater & filius. Paulum recito, idoneum iuris diuini consultum. Nam & caudicem habent hodie Paulus & Iudas.

lum distantem iura litigatorum, non Christianorum. Recito, inquam, Paulum distantem pacis iura non litis. Ostendat nobis sanctus Apostolus, quomodo natiuitatem filij pater operatus sit. Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit deus filium suum in terris natum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Audistis, & quia planum & apertum est, intellexistis, Ecce pater fecit filium nasci de virgine. Cum enim venisset plenitudo temporis misit deus filium suum, vtique pater Christum. Quomodo eum misit? Factum ex muliere, factum sub lege. Fecit ergo eum pater ex virgine sub lege. An forte hoc mouet quia de virgine dixi, & Paulus dicit ex muliere? Non moueat, non immoreatur. Neque enim rudibus loquor. Vtrunque scriptura dicit, & ex virgine, & ex muliere: Ex virgine quomodo? Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, Ex muliere autem sicut audistis. Non est contrarium. Proprietas enim locutionis Hebraeae mulieres non corruptas virginitate, sed & feminas appellat. Habes euidentem scripturam Genesios, quando ipsa primo facta est Eua, formauit eam in mulierem. Dicit enim alio loco scriptura, iubere deum separare mulieres, quae non cognouerunt cubile viri. Hoc ergo iam notum esse debet, nec teneat vos, vt alia qua merito tenebunt, domino adiuvante explicare possimus. Probauimus ergo natiuitatem filij a patre factam, probemus & a filio factam. Quid est natiuitas filij de virgine Maria? Certe assumptio formae serui in virginis vtero. Nunquid nam est aliud nasci filio, nisi accipere formam serui in virginis vtero? Audi quia hoc & filius fecit, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Cum venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Videmus ergo natiuitatem a patre factam, sed quia ipse filius semetipsum exinanivit formam serui accipiens, videmus natiuitatem filij ab ipso filio factam. Probatum est, transeamus hinc, intente aliud accipite quod ex ordine sequitur. Probemus & passionem filij, & a patre factam & a filio factam. Faciat pater passionem filij. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus tradidit illum. Faciat & filius passionem suam. Qui me dilexit, & tradidit seipsum pro me. Tradidit pater filium, tradidit filius seipsum. Passio haec vni facta est, sed ab vtroque facta est: Sicut ergo natiuitate, ita passionem Christi nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre. Tradidit pater filium, tradidit filius seipsum. Quid hic fecit Iudas nisi peccatum? Tristeamus & hinc, veniamus ad resurrectionem. Videamus filium quidem non patrem resurgente sed resurrectionem filij & patrem & filium faciente. Operetur pater resurrectionem filij. Propter hoc enim exaltauit eum, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitauit ergo pater filium, exaltando eum & excitando eum a mortuis. Nunquid & filius resuscitauit semetipsum? Resuscitauit plane. In figura sui corporis de templo dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud. Postremo sicut ad passionem pertinet animam ponere sic ad resurrectionem, animam iterum sumere. Videamus si filius quidem animam suam posuit, & ei animam suam pater reddidit non ipse sibi. Pater enim quia reddidit, manifestum est: Inde enim Paulus dicit, Et suscita me, & reddam illis. Sed quia & filius animam suam reddidit, quid a nobis expectatis? Ipse dicat, Potestatem habeo ponendi animam meam. Non-

D Gala. 4.

Esai. 7.

Genes. 2.

E

Nomc. 37.

Iudic. 2.

Philip. 2.

Gala. 4.

Roma. 1.

Philip. 2.

Roma. 8.

Gala. 2.

F

Philip. 2.

Ioan. 2.

Psal. 40.

Ioan. 10.

**G** dum dixi quod promisi. Ponendi dixi, sed iam clamatis, quia praeuolatis. Eruditi quippe in schola magistri caelestis, tanquam lectiones intente audientes, pie reddentes, quid sequatur non ignoratis. Potestatem, inquit habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me, & iterum sumo eam. Exoluimus quae promissimus propositiones nostras firmissimis, ut arbitror, testimoniorum documentis probauimus. Tenete quod audistis. Breuiter replico, & rem utilissimam quantum existimo, meritis vestris collocandam commendo. Pater non est natus de virgine, natiuitatem tamen istam filij & pater & filius operatus est ex virgine. Pater non est passus in cruce, passionem tamen filij & pater & filius operatus est. Non resurrexit pater a mortuis, resurrectionem tamen filij & pater & filius operatus est. Habetis personarum distinctionem, & operationis inseparabilitatem. Non ergo dicamus aliquid patrem operari sine filio, nec aliquid filium sine patre. An forte miracula quae fecit dominus Iesus mouet vos, ne forte aliqua ipse fecerit quae non fecit pater? Et ubi est, Pater autem in me manens facit opera sua? Haec quae diximus plana erant, tantum dicenda erant, non laborandum ut intelligerentur, sed curandum ut commemorarentur. Aliquid adhuc volo dicere, ubi vere & acriorem intentionem vestram requiro, & deuotionem apud deum. Etenim locis corporalibus non tenentur nec occupantur nisi corpora, Vltra locos corporales est diuinitas, nemo eam tanquam in spatij reuolat. Vbiq; inuisibilis & inseparabiliter adest, non in parte maior, in parte minor, sed vbiq; tota nusquam diuisa. Quis videt hoc? Quis capit hoc? Cōpescamus nos, meminerimus qui vnde loquamur illud & illud. Quicquid est quod deus est, pie credatur, sancte cogitetur, & quantum datur quantum potest ineffabiliter intelligatur. Quiescant verba, cesset lingua, cor excutatur, cor illuc leuetur. Nō enim est illud tale quod in cor hominis ascendit, sed quo cor hominis ascendat. Attendamus creaturam: Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, ne forte quae fecit deus in quibus habemus quādam consuetudinis familiaritatem, inueniamus aliquam similitudinem, vnde probemus aliqua tria, quae tria separabiliter proferantur, inseparabiliter operentur. Eia fratres adestote toto animo, videte prius quid promittam, ne forte in creatura inueniā, quia creator a nobis excelsus est. Et forte verba cuiusquam nostrum, cui fulgor veritatis aliquam mentem quasi coruscatione perstringit, potest dicere verba illa, Ego dixi in extasi mea. In extasi tua quid dixisti? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Etenim videtur mihi iste qui hoc dixit, leuasse ad deum animam suam, & effudisse super se animam suā, cum ei diceretur quotidie, ubi est deus tuus, peruenisse spiritali quodā contactu ad illam incommutabilem lucem, eamq; infirmitate conspectus ferre non valuisse, & in suam quasi aegritudinem atq; languorē iterum recidisse, & cōparasse se illi, & sensisse adhuc contēperari non posse aciem mentis suae luci sapientiae dei, & quia hoc in extasi fecerat, abreptus a sensib; corporis & subreptus in deum. At ubi quodammodo a deo ad hominē reuocatus est, ait, Ego dixi in extasi mea. Vidi enim quid nescio in extasi quod diu ferre non potui, & redditus mortalibus membris, & multis mortalium cogitationibus a corpore quod aggrauat animā dixi, Quid? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Longe sursum es, longe deorsum sum. Quid ergo dicamus fratres de

deo: Si enim quod vis dicere sic cepisti, non est deus. Si comprehendere potuisti, aliud pro deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogitatione tua te decepisti. Hoc ergo non est, si comprehendisti. Si autem hoc est, non comprehendisti. Quid ergo vis loqui, quod comprehendere nō potuisti? Videamus ergo ne forte in creatura inueniamus aliquid, ubi probemus aliqua tria & separabiliter demonstrari, & inseparabiliter operari. Quo ibimus? Ad caelum, ut de sole & luna & syderibus disputemus? Ad terram, ut forte de fructibus, de arboribus, de animalibus terram implentibus? An de ipso caelo, an de ipsa terra, quae continent omnia quae sunt in caelo & in terra? Quādiu homo circuis creaturam? Ad te redi, te vide, te inspice, te discute. In creatura quæris aliqua tria, & separatim demonstranda & inseparabiliter operantia. Si in creatura quæris, in te prius quære. Non enim tu non es creatura. Similitudinem quæris, quæsiturus es in pecore? De deo enim loquebaris, cum quæres quādam similitudinem. De trinitate ineffabilis maiestatis loquebaris, & quia defecisti in diuinis, tuāque infirmitatem debita humilitate confessus es, ad humana uenisti, ibi discute. Quæris in pecore, quæris in sole, in stellis? Quid enim horum factum est ad imaginem & similitudinem dei? Proxius familiarius & melius aliquid horum quæris in te. Hominem enim deus fecit ad imaginem & similitudinem suam. In te quære, ne forte imago similitudinis habeat aliquod vestigium trinitatis. Et quæ? Imago facta longe distans, similitudo tamen, & imago longe distans, non quomodo imago filius hoc quod pater. Aliter enim imago in filio, aliter in speculo. Multum distat. In filio imago tua, tu ipse es. Hoc est enim filius tuus quod tu natura. Substantia hoc quod tu, persona alius quam tu. Non ergo homo imago tāquam vnigenitus filius, sed ad imaginem quandam & quandam similitudinem factus. Quærat in se aliquid si possit inuenire, & tria quaedam quae separabiliter pronunciantur, inseparabiliter operentur. Quæram, quærite mecum, Non ego in vobis, sed vos in vobis, & ego in me. Quæramus communiter, & communem naturam atque substantiam communiter pertractemus. Vide homo, aduerte si verum est quod dico. Habes ne corpus, habes carnem? Habeo, inquis. Nam vnde est vnde in loco sum, vnde de loco in locum moueor, vnde verba loquentis audio, nisi per aurem carnis? Vnde os loquentis video, nisi per oculos carnis? Habes, constat, nec diu fatagendum est de re manifesta. Vide aliquid aliud quod operatur per carnem. Audis enim aure, sed non ab aure audis. Alius est intus qui audit per aurem. Vide per oculum, ipsum intueri. An domum agnouisti, habitorem neglexisti? Nunquid nam videt oculus per seipsum? Nonne alius est qui videt per oculum? Non dico non videt oculus mortui, de quo constat corpore habitorem abscēssisse: sed oculus de re alia cogitantis nō videt faciē presentis. Respice ergo interiore hominē tuum. Ibi enim magis aliqua similitudo quærenda est quorūdam trium separatim demonstratorum, inseparabiliter operantium. Quid habet mens tua? Forte si quæram, multa inuenio. Si aliquid proximum est, quod facilius intelligitur. Quid habet anima tua? Intus commemoro, recolo. Non enim quod dicturus sum id posco ut credatur mihi, noli acceptare, si in te non inuenieris. Intuere ergo sed primo quod non filij tantum imago est, aut patris tantum imago est, sed patris & filij, & vtiq; iam consequenter & spiritus sancti. Genesis loquitur, Faciamus, inquit, hominem

Gen. 1. 2. fen. di. 16. ca. Quo ca.

Memoria Intellectus Voluntas.

**A** hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Non ergo facit pater sine filio, nec filius sine patre. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Faciamus, nō faciam, aut fac, aut faciat ille, sed faciamus ad imaginem non tuam, aut meam, sed ad nostram. Ergo interrogo, dissimilem rem dico. Nemo dicat, Ecce quod comparauit deo. Iam locutus sum, & prae locutus, & cautos reddidi & cautus fui. Longe distat a summis ima, ab incommutabilibus mutabilia, a creatibus creata, a diuinis humana. Ecce primo hoc commendo, quia quod dicturus sum longe distat, nemo mihi calūniatur. Ne forte ergo & ego aures quæram & ille dentes parat, hoc me promisi exhibiturum, aliqua tria demonstrata separatim, operantia inseparabiliter. Quam sint ista similia vel dissimilia trinitati omnipotenti nō nunc ago, sed in ipsa creatura ima & mutabili inuenimus aliqua tria, quae possint separabiliter demonstrari, & inseparabiliter operari. O carnalis cogitatio, & conscientia pertinax atque infidelis. Quid de illa maiestatis ineffabili in ea re dubitas, quam in te inuenire potuisti? Ecce dico, ecce interrogo. Homo habes memoriā? Si non habes, quod dixi quomodo tenuisti? Sed forte iam quod paulo ante dixi oblitus es. Hoc ipsum quod dico, dixi, duas istas syllabas non teneres, nisi per memoriam. Vnde enim scires duas teneres, si sonante secunda oblitus es primam? Quid ergo diutius immoror? Quare sic virgeor? Quare sic cogor conuincere? Manifestum est, habes memoriam. Quæro aliud, Habes intellectum? Habeo, inquis. Si enim non haberes memoriam, non teneres quod dixi. Si non haberes intellectum, non agnosceres quod tenuisti. Habes & hoc. Intellectum tuū ad id quod intus tenes reuocas & vides, & videndo formaris ut sciens dicaris. Tertium quæro, Habes memoriam qua teneas quod dicitur, habes intellectum, quo intelligas quod tenetur. De his duobus requirō abs te volens tenuisti & intellexisti? Volens, plane inquis. Habes ergo voluntatem. Haec sunt tria quae me dicturū esse promiserā auribus & mentibus vestris, tria haec quae sunt in te, quae potes numerare & non potes separare. Haec ergo tria, memoriam, intellectū, voluntatem, haec, inquit, tria animaduerte separatim pronunciari, inseparabiliter operari. Aderit dominus, & video quod adfuit. Ex intellectu vestro intelligo eum adfuisse. Ex his enim vocibus vestris quemadmodum intellexeritis aduerto, praesumo eum aditum ut omnia intelligatis. Tria promisi separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Ecce nesciebam quid esset in animo tuo, demonstrasti mihi dicendo memoriam, hoc est, verbum sonus iste, vox ista processit ad aures meas ab animo tuo. Hoc enim quod est memoria tacite cogitabas, & non dicebas. Erat in te, & nōdum uenerat ad me. Ut autem quod erat in te proferretur ad me, dixisti ipsum nomen, id est, memoria, audiui. Quatuor has syllabas in nomine memoriae audiui, Quatuor syllabarū nomen est, vox est, sonuit, ad aurē meam processit, menti aliquid insinuauit. Quod sonuit transiit, vnde insinuatum & quod insinuatum est manet. Sed hoc quæro, quando dixisti hoc nomen memoriae, vides certe, quia hoc nomē nō pertinet nisi ad memoriā. Catera enim duo habet nomina sua. Namque aliud vocatur intellectus, aliud voluntas, nō memoria. Illud autē vnū vocat memoria. Sed ut hoc diceres, ut quatuor istas syllabas operareris, vnde operatus es? Hoc nomē quod pertinet ad solā memoriā operata est in te & memoria, ut teneres quod dicebas, & intellectus ut scires quod te

nebas, & volūtas ut proferres quod sciebas. Gratias domino deo nostro. Aduiuit nos, & in vobis & in nobis. Vere dico charitati vestrae, hoc discutendum & insinuandum trepidissime aggressus eram. Metuebam enim ne forte latificarem capacium ingenium, & facerem graue tardioribus tardum. Nunc autem video vos & attentione audiendi, & celeritate intelligendi, non solum percepisse dictum, sed praeuolasse me dicturum. Gratias domino. Videte ergo, iam securus commendo quod intellexistis, non inculco incognitum, sed repetes commendo perceptum. Ecce de tribus illis vna res nominata est, vnius rei nomen dictum est. Memoria nomen est vnius ex illis tribus, l & tamen nomē vnius ex illis tribus, tria ipsa operata sunt. Non potest dici sola memoria nisi operante voluntate, intellectu, memoria. Non potest dici solus intellectus, nisi operante memoria, voluntate & intellectu. Nec potest dici sola voluntas, nisi operante memoria & intellectu & voluntate. Explicata sunt, ut arbitror, quae promissa sunt, quod separatim pronunciaui, inseparabiliter cogitaui. Vnum horum omnium tria fecerunt, sed tamen hoc vnum quod tria fecerunt, non ad tria pertinet, sed id vnum tria fecerunt. Nomen memoria est, sed hoc non pertinet nisi ad solam memoriam. Tria fecerunt nomen intellectus, sed non pertinet nisi ad solum intellectum. Tria fecerunt nomen voluntatis, sed non pertinet nisi ad solam voluntatem. Ita trinitas fecit carnem Christi, sed non pertinet nisi ad solum Christum. Trinitas fecit de caelo columbam, sed non pertinet nisi ad solum spiritum sanctum. Trinitas fecit de caelo vocem, sed nō pertinet vox nisi ad solum patrem. Nemo ergo dicat mihi, nemo calumniosus me infirmū virgere conetur. Quid ergo in his tribus quae in mente nostra vel in anima esse ostendisti, quid ex his tribus pertinet ad patrem, id est, quasi ad similitudinem patris, quid horum ad filij, quid horum ad spiritum sancti? Non possum dicere, nō possum explicare. Aliquid & cogitantibus relinquamus, aliquid & silentio largiamur. Redi ad te, ab omni strepitu tolle te. Intra te vide, si habes illic aliquid secretarium dulce conscientiae tuae, ubi non perstrepat, ubi non litiges, aut lites pares, ubi non dissensiones & pernicaciam mediteris. Esto mansuetus ad audiendum verbum ut intelligas. Forte dicturus es, Audisti meo dabis exultationem & iactantiam, & exultabit ossa, sed humiliata non elata. Sufficit ergo quia ostendimus tria quaedam separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Si hoc in te inuenisti, si hoc in homine, si hoc in quadam persona in terra ambulante, corpus fragile quod aggrauat animam apportante, crede patrem & filium & spiritum sanctum per singula quaeque visibilia, per species quasdam assumptae creaturae posse & separabiliter demonstrari, & inseparabiliter operari. Sufficit hoc. Non dico, Pater memoria est, filius intellectus est, spiritus voluntas est, nō dico quomodo libet intelligatur, non audeo. Sertiemus maiora capientibus, infirmis infirmi quod possumus. Non dico ista illi trinitati velut aequanda, quasi ad analogiam, id est, ad rationem quandam comparationis dirigenda. Nō hoc dico, sed quid dico? Ecce in te inueni tria separabiliter demonstrata, inseparabiliter operata, & eorum trium vnumquodque nomen a tribus factum, quod tamen nō ad tria, sed ad trium horum vnum aliquod pertinet. Crede iam ibi quod non potes videre, si hic audisti & vidisti & tenuisti. In te enim quod est potes nosse, in eo qui te fecit quod est, quicquid est, quando potes nosse

Et si

Ioan. 14.

1. Corin. 2.

Roma. 1.

Psal. 30.

E

F. Psal. 50.

**G** Et si poteris, nondum potes, Et tamen cum poteris, nūquid sic poteris tu nosse deum, quomodo se nouit deus? Sufficiat ergo charitati vestra, quod potuimus, dixim⁹. Exigentibus promissa reddidimus, cetera quę addenda sunt, vt perficiatur sensus vester, à domino querite.

*Ioan. 5.* De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen dico vobis quia uenit hora & nunc est quando mortui audient uocem filii dei & qui audierint uiuent: Sermo LXIII.

**S**pes nostra fratres non de isto tempore, neque de hoc mundo, neque in ea felicitate qua exacerantur & homines qui obliuiscuntur deum.

Hoc nosse primitus & Christiano corde tenere debemus, non ad presentis temporis bona nos factos esse Christianos, sed ad nescio quid aliud quod deus iam promittit & homo nondum capit. De hoc enim bono dictum est, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę preparauit deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum tam magnum, tam præclarum, tam ineffabile, non inuenit hominem perceptorem, tenebit deum promissorem. Nūc enim quod ei promissum est, homo cæcus corde non percipit, nec ei potest ostendi in presenti, quid ipse tui promittitur sit futurus: quia & infans natus si possit uerba loquentis intelligere, cum ipse loqui nō possit, nec ambulare, nec aliquid agere, sed sicut eum videmus infirmum, iacentem, indigum opis aliena, tantūmodo intelligere possit eum qui sibi loqueretur & diceret ei, Ecce sicut me uides ambulante, operante, loquente, post paucos annos talis eris: attendens se & illū, quantum quod promitteretur uideret, tamen suam considerans infirmitatem, non crederet, & uideret tamen quod promittebatur. Nobis autem tanquam infantibus in hac carne atque infirmitate iacentibus, & magnum est quod promittitur & non uidetur, & erigitur fides qua credimus quod non uidemus, vt mereamur uideri quod credimus. Quicumque irridet hanc fidem, vt ideo querit non sibi esse credendum quia non uidet, quādo uenerit quod non credebat erubescit, confusus separatur, separatus dānatur. Qui autem crediderit segregatur ad dexterā, & stabit cum magna fiducia & lætitia, inter illos quib⁹ dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Cōcluit autem dominus cū hæc uerba diceret sic, Ibunt isti in cōbustionem æternam, iusti autem in uitam æternā. Hac est uita æternā quę nobis promittitur. Quia amant homines uiuere in hac terra, pmissa est illis uita, & quia multum timent mori, promissa est illis æterna. Quid amas, uiuere? Hoc habebis. Quid times, mori? Non patieris. Hoc sufficere uisum est humanæ infirmitati, vt diceretur, habebis uitam æternam. Capit hoc mens humana, utcumque ex hoc quod agit quod futurum est caput. Sed quantum capit ex hoc paruo quod agit, quia uiuit & mori nō uult, amat uitam æternam, uult semper uiuere nunquam mori. Sed & illi qui torquebuntur in pœnis, uelle habent mori & non possunt. Non ergo magnum est diu uiuere aut semper uiuere, sed magnum est beate uiuere. Amemus uitam æternam, & ex eo nouerimus quantum pro uita æterna laborare debemus, cum uidemus homines amatores presentis uitæ temporalis atque finiendæ sic pro illa laborare, vt quando uenerit metus mortis, quicquid possunt faciant, non vt auferant, sed vt differant mortem. Quantum laborat homo quando mors imminet, fugiendo, latendo, quicquid habet dando & se redimendo, laborando, crucia-

tu molestiasq; sustinendo, medicos adhibedo, & quicquid aliud homo potest. Videte quā cōsumptis laboribus & facultatibus suis, vt aliquantum uiuat potest facere, vt semper uiuat non potest. Si ergo labore tanto, tanto conatu, tantis impendiis, tanta instantia, tanta uigilantia, tanta cura agitur vt aliquantum plus uiuatur, quomodo agendum est vt semper uiuatur? Et si prudentes dicuntur qui omnibus modis agunt vt differant mortem & uiuant paucos dies ne perdāt paucos dies, quā stulti sunt qui sic uiuunt vt perdant diem æternū? Hoc solum ergo nobis promitti potest, vt dulcescat nobis utcumque munus dei ex hoc quod habemus modo, quia de munere ipsius habemus vt uiuamus, vt salui simus. Ponamus ergo nobis ante oculos talem uitam cū promittitur æterna, vt remoueam⁹ ab illa quicquid hic molestum patimur. Facilius enim inuenimus quid ibi non sit, quā quid ibi sit. Ecce hic uiuimus, uiuemus & ibi: Salui sumus quando non ægrotamus, neque aliquid dolet in corpore, salui erimus & ibi. Et quādo nobis est bene in hac uita, nullas pœnas patimur, nullas patientemur & ibi. Pone ergo hic hominem uiuentem saluum, nullas pœnas patientem, si ei donaret quicquam ut semper sic esset, & hoc bonum non desineret, quantum gauderet, extolleretur, quomodo se non caperet lætitia sine pœna, sine cruciatu, sine fine uita? Si hoc solum nobis promitteret deus, quod dixi modo, quibus potui uerbis descripsi & commendauit, quanti erat emendum si uenale esset, quantum dandum erat vt emeretur: Sufficeret quicquid haberes, etiam si totum mundum possideres: Et tamen uenale est: Erne si uis. Nec multum exaltus de re magna propter precij magnitudinem. Tantum ualet, quantum habes. Ad aliquid ergo magnum & preciosum comparandum comparares aurum & argentum uel pecuniam uel fructus aliquos pecorum aut frugum qui in tua possessione nascerentur, vt emereres nescio quid hoc magnum & præclarum, quo uiueres in hac terra felix. Et hoc eme si uis. Noli querere quid habeas, sed qualis sis. Res ista tanti ualet, quā tu es tu. Te da & habebis illam. Quid exactus: quid turbaris? Nūquid quasiturus es te, aut empturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, da te illi rei, & habebis illam. Sed malus sum, inquit, & forte me non accipit. Dando te illi, bonus eris. Vt huic fidei promissioniq; te des, hoc est bonum esse. Cum autem bonus fueris, precium ipsius rei eris, & habebis, non hoc dixi, solum salutem, incolumitatem, uitam, & sine fine uitam, non hoc solum habebis: adhuc talia tollo, non ibi erit lassari & dormire, nō ibi erit esurire & sitire, non ibi erit crescere & senescere, quia nec nasci erit, ubi numeri integri manent. Numerus qui est ipse est, nec opus est vt augeatur, quia non ibi fit vt minuatur. Ecce quanta tuli, & nondū dixi quid ibi erit, Ecce iam uita est, iam incolumitas est, iam nulla pœna, nulla fames, nulla sitis, nullus defectus, nihil horum, & tamen nondum dixi, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: si enim dixi, falsum est quod scriptum est, Quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Vnde enim ascenderet in cor meum, vt dicerem, quod in cor hominis non ascendit: Creditur & non uidetur, nō solum nō uidetur, sed nec dicitur. Quomodo ergo creditur si non dicitur? Quis credit quod non audit? Si autem audit aut credit, dicitur: si dicitur, cogitatur: si cogitatur & dicitur, & in aurib⁹ hominum intrat. Et quia non diceretur, nisi cogitaretur, & in cor hominis accēdit. Iam ecce ista quæstio tantæ rei conturbat nos, vt nō possimus

**A** possimus uerbis explicare quæstionem: Quis explicat rem? Attendamus itaque Euangelium, modo dominus loquebatur, & faciamus quod ipse dixit, Qui credit in me, inquit, transiit a morte in uitam, & in iudicium non ueniet. Amen dico uobis: quia uenit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filii dei, & cum audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, Generando dedit: quia genuit, dedit. Filius enim de patre est, pater nō est de filio, sed pater filij pater est, & filius patris est filius. Veruntamen filius de patre genitus, non pater de filio, & semper filius: Semper ergo genitus. Quis hoc capiat, semper genit⁹? Omnis enim homo cum audit genitum, occurrit illi, Ergo erat tempus, quando non erat iste qui genitus est. Quid ergo dicimus? Non sic erat tempus ante filium, quia omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per ipsum facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt: Quomodo possent esse tempora ante filium, per quem facta sunt tempora? Tolle ergo omnia tempora, semper cum patre filius. Si semper cum patre filius, & tamen filius semper genitus. Si semper genitus, semper cum genitore erat qui genitus est. Nunquam hoc uidi, inquit, tu, aliquem generantem & semper cum illo quem genuit: sed præcessit ille qui genuit, & secutus est tempore ille qui generatus est. Bene dicis, nunquam hoc uidi, quia hoc ad illud pertinet quod oculus non uidit. Quæris quomodo dicatur: nō potest dici, quia nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Credatur & colatur. Cum creditur, colitur: cum colitur creditur, cū creditur capitur. Adhuc enim in ista carne quādiu peregrinamur à domino, ad angelos sanctos qui hoc uident infantes sumus, lactandi fide, pacendi specie: sic enim dicit Apostolus, Quādiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Venturi sumus ad speciem, quæ nobis sic promittitur per Ioannem in epistola eius, Dilectissimi, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erim⁹. Filij dei sumus iam per gratiam, per fidem, per sacramentum, per sanguinem Christi, per redemptionem saluatoris, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit ei similes erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ecce ad quod nutrimur capiendum, ecce ad quod nutrimur percipiendum, comedendum, ut tamen quod comeditur non minuatur, & qui comedit vegetetur. Non modo cibus vegetat comedēdo, sed minuitur cibus qui comeditur. Quando autem cōperimus comedere iustitiam, comedere sapientiam, comedere illum immortalem cibum, & nos vegetamur, & cibus nō minuitur. Si enim nouit oculus pasci luce, nec tamen minuit lucem: non enim minor erit lux, quia uidetur à pluribus, plurium oculos pascit, & tamen tanta est quanta erat, & illi pascuntur & illa non minuitur. Si deus dedit hoc luci quam fecit ad oculos carnis, quod est ipse lux ad oculos cordis: Si ergo laudaretur tibi aliquis cibus magnus quem pransurus esses, parares ventrem: Laudatur tibi deus, para mentem: ecce quid tibi dicit dominus tuus, Veniet hora, inquit, & nunc est. Veniet hora, & ipsa hora nunc est. Quando, quid? Quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Qui ergo non audierint non uiuent. Quid est, qui audierint? Qui obedierint. Quid est qui audierint? Qui obedierint & obtemperauerint, ipsi uiuent. Ergo antequam crederent & obedirent mortui iacebant, & ambulabant & mortui erant. Quid ualebat qui ambulabant mortui? Et tamen

si quis inter illos moreretur corpore, currerent, sepulchrum pararent, intollerēt, portarent, sepelirent mortui mortuum: de quibus dictum est, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tales mortui sic suscitantur uerbo dei, ut uiuant in fide. Qui mortui erant in infidelitate, uerbo excitatur: de ipsa hora dicit dominus, Veniet hora & nunc est. Uerbo enim suo suscitabat mortuos infideles: de quibus dicit Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hac resurrectio mentium est, hæc resurrectio interioris hominis est, hæc resurrectio animæ est. Sed non ista sola est, restat & corporis. Qui resurgit in anima, bono suo resurgit in corpore. Non enim omnes resurgunt in anima, omnes resurgunt in corpore. In anima, inquam, non omnes resurgunt, sed qui credunt & obediunt, quia qui audierint, uiuent: sicut autem ait Apostolus, Non omnium est fides. Si ergo non omnium est fides, non omnes resurgunt in anima. Cum uenerit hora resurrectionis corporis, omnes resurgent: Boni sint, mali sint, omnes resurgent, Sed qui prius resurgit in anima, bono suo resurgit in corpore: Qui non resurgit in anima, malo suo resurgit in corpore. Qui resurgit in anima, resurgit in corpore ad uitam. Qui non resurgit in anima, resurgit in corpore ad pœnam. Quia ergo domin⁹ commendauit nobis resurrectionem istam animarum, ad quam omnes debemus festinare, in qua laborare ut uiuamus & uiuendo usque ad finem perseueremus, restabat ut commendaret nobis etiam resurrectionem corporum quæ futura est in fine seculi. Sed audite quomodo & ipsam commendauit, cum dixisset, Amē dico uobis, quia ueniet hora & nunc est quando mortui, id est, infideles audient uocem filij dei, id est, Euangelium: & qui audierint, id est, qui obedierint, uiuent, id est, iustificabuntur, & infideles iam non erunt: cum ergo dixisset, quoniam uidit docendos nos esse & de resurrectione carnis, non sic relinquendos, secutus est & ait, Sicut enim habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: hoc ad suscitandas mētes, hoc ad uiuificandas mentes: deinde adiecit, Et potestatem dedit ei facere iudicium, quoniam filius hominis est. Iste filius dei, filius hominis est. Etenim si filius dei filij dei maneret, & filius hominis non fieret, filios hominū non liberaret. Ipse qui fecerat hominē, factus est quod fecit, ne periret quod fecit. Sic autem factus est homo, ut maneret filius dei. Factus est homo suscipiēdo quod non erat, non perdendo quod erat. Manēs deus, factus est homo. Accepit te, non consumptus est in te. Talis ergo ad nos uenit, filius dei filius hominis, faciens & factus, creator & creatus: creator matris, creatus ex matre. Talis ad nos uenit. Secundum id quod filius dei est, ait, Veniet hora, & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei. Non dixit filij hominis. Veritatem enim commēdabat, in qua æqualis est patri. Et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Non participando, sed in semetipso. Nos enim non habemus uitam in nobis ipsis, sed in deo nostro. Ille autem pater uitam in semetipso habet, & talem genuit filium qui haberet uitam in semetipso. Non fieret uita participes, si ipse uita non esset cuius nos uita participes essemus: Planē ut haberet uitam in semetipso, & esset ipse uita. Ut autem fieret filius hominis, à nobis accepit. Fili⁹ dei in semetipso, filius hominis ut esset à nobis accepit. De suo filius dei, de nostro filius hominis, Quod minus est, à nobis suscepit: quod plus est, nobis dedit. Nam & mortuus est ex illo

Matth. 8.

Ephes. 5.

1. Thess. 5.

E

Ioan. 9.

F

1. Cor. 2.



**G** ex illo quo filius hominis, non secundum illud quod filius dei. Mortuus est tamen filius dei, sed secundum carnem mortuus, non secundum verbum quod caro factus est, & habitauit in nobis. Ergo quod est mortuus, de nostro mortuus est. Quod viuimus, de ipsius viuimus. Nec ille potuit mori de suo, nec nos viuere de nostro. Hoc ergo tanquam deus, tanquam vnigenitus, tanquam generanti equalis, commendauit nobis dominus Iesus, quod si audierimus viuemus. Sed & potestatem, inquit, dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Ergo ad iudicium illa forma ventura est. Forma hominis ventura est ad iudicium, ideo ait, Potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Iudex hic erit filius hominis, forma illa hic iudicabit quae iudicata est. Audite & intelligite: iam hoc Propheta dixerat, Videbunt in quem pupugerunt. Ipsam formam videbunt quam lancea percusserunt. Sedebit iudex, qui stetit sub iudice. Damnabit veros reos, qui factus est factus reus. Ipse veniet, forma illa veniet. Hoc & in Euangelio habes, Cum ante oculos discipulorum suorum iret in caelum, stabant illi & attendebant, & sonuit vox angelica, Viri Galilaei quid statis &c. Hic Iesus sic veniet, quomodo vidistis eunte in caelum. Quid est, sic veniet: In ipsa forma veniet. Potestatem enim dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Videte autem qua ratione hoc oportebat, & hoc rectum erat vt iudicandi viderent iudicem. Iudicandi autem erant & boni & mali. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur, forma dei solis bonis seruare cur. Quid enim accepturi sunt boni? Ecce iam dico quod paulo ante non dixi, & tamen dicendo non dico. Dixi enim, quia erimus illic salui, erimus incolumes, erimus viuentes, erimus sine penis, erimus sine fame & siti, erimus sine defectu, erimus sine orbitate oculorum nostrorum. Totum hoc dixi, & quid habebimus plus? Nodum dico dixi, Videbimus deum. Hoc autem tantum erit & tanta res erit, vt in eius comparatione nihil sit totum. Dixi quod viuentes erimus, quod salui & incolumes, quod famem sitimque non patiemur, quod in lassitudine non cadimus, quod somnus non nos premit. Totum hoc quid est ad illam felicitatem qua deum videbimus? Quia ergo deus ipse vt est, modo ostendi non potest, quem tamen videbimus, ideo quod oculus non vidit, nec auris audiuit, hoc videbunt boni, hoc videbunt pii, hoc videbunt misericordes, hoc videbunt fideles, hanc videbunt bonam sortem in resurrectione corporis, qui habuerunt bonam obedientiam in resurrectione cordis. Ergo & malus deum visurus est: de quo dicit Esaias, Tollatur impius ne videat gloriam dei. Ergo & impij videbunt formam dei, & cum fuerit dicta sententia tollatur impius ne videat claritatem dei, restat vt circa pios & bonos impleatur quod dominus ipse promisit cum hic in carne esset, & videretur non solum a bonis, sed etiam a malis. Loquebatur inter bonos & malos, & conspicuus omnibus, deus oculus, homo manifestus, deus regens homines, homo apprensus inter homines loquebatur: ergo inter illos & dicebat, Qui diligit me mandata mea custodit, & qui diligit me diligitur a patre meo & ego diligam eum. Et quasi diceretur illi, & quid ei dabis? Et ostendam me ipsum illi. Quando hoc dixit? Quando ab hominibus videbatur. Quando hoc dixit? Quando & ab eis videbatur, a quibus non diligebatur. Quomodo ergo se ostendit dilectoribus suis, nisi quia talem qualem non videbat dilectores sui? Ergo quae forma dei seruabatur,

forma hominis ostendebatur. Per formam hominis hominibus loquens, conspicuus & visibilis & bonis & malis omnibus ostendebat se, dilectoribus suis seruabat se. Quando se demonstraturus est dilectoribus suis? Post resurrectionem corporis quando tollitur impius ne videat claritatem dei. Tunc enim cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ipse est vita aeterna: Nam totum quicquid dicebamus, nihil est ad illam vitam qua viuimus quidem qui salui sumus, quia videbimus deum magnum. Ipse est vita aeterna: ipse hoc dicit, Haec est autem vita aeterna, vt cognoscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Haec est vita aeterna, vt cognoscant, videant, capiunt, norint quod crediderant, percipiant quod nondum capere poterant. Iam videat mens, quod oculus non viderat, nec auris audierat, nec in cor hominis ascenderat: hoc illis dicitur in fine, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Ibut ergo illi mali in combustionem aeternam. Iusti autem quod in vitam aeternam. Quid est vita aeterna? Haec est vita aeterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Loquens ergo de futura resurrectione corporis, & non suos dimittens, ait, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia veniet hora, Ibi non addidit, Et nunc est, quia ista hora postea erit, quia ista hora in fine seculi erit, quia ista hora nouissima erit, in nouissima tuba erit. Nolite mirari quia hoc dixi, Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari: Ideo dixi, Quia hominem ab hominibus oportet iudicari. Quibus hominibus iudicatis, quos inuenerit viuos non solum. Sed quid? Veniet hora quando hi qui sunt in monumentis. Quomodo expressit carne mortuos, qui sunt in monumentis, quorum iacent sepulta cadauera, quorum fauilla sunt tecta, quorum ossa dispersa sunt, quorum caro iam non est, & tamen deo integra est? Veniet hora quando omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius, & prodient omnes. Boni sint, mali sint, audient vocem & exient. Rumpuntur omnia vincula inferorum, omne quod periit, imò pernisse putatur restituatur. Si enim deus fecit hominem qui non erat, non reparare potest quod erat? Puto quia cum dicitur, Deus mortuos suscitaturus est, non res incredibilis dicitur, quia de deo non homine dicitur. Magna res est quae fiet, & incredibilis res est quae fiet, sed non incredibilis, quia vide qui facit. Ille dicitur quod suscitabit te, qui creauit te. Non eras & es, & factus non eris? Absit, ne credas. Mirabilis aliquid fecit deus quando fecit quod non erat, & non creditur reparaturus quod erat, ab eis ipsis quos fecit quod non erant? Hoc est quod rependimus deo, qui non eramus, & facti sumus? Hoc illi rependimus, vt eum resuscitare quod fecit non posse credamus? Haec est merces quam illi reddit creatura sua: Ideo te feci dicit tibi deus homo antequam esses, vt non mihi credas futurum te esse qui eras, qui potuisti esse quod non eras? Sed ecce, inquit, in sepulchro quod video fauilla est, cinis est, ossa sunt, & hoc item accipiet vitam, cutem, pulpas, carnem, & resurget? Quid fauilla ista qua video in sepulchro? Vel in sepulchro vides fauillam, vides ossa, in vtero matris tuae nihil erat. Hoc vides, vel fauilla sunt vel ossa sunt, tu antequam esses nec fauilla erat, nec ossa erant, & tamen factus es, cum omnino non esses, & non credis quia ossa ista quoquo modo sunt, qualiacunque sunt, sunt tamen, recipiet formam quam habebant, cum tu acceperis quod non habebas.

**A** bebas. Crede, quia si credideris hoc, tunc suscitabitur anima tua. Et sic suscitabitur anima tua, tunc veniet hora & nunc est. Tunc bono tuo resurget caro tua, quando veniet hora, vt omnes qui sunt in monumentis audiant vocem eius & procedant. Non enim quia audis & prodis, iam gaudere debes: audi quod sequitur, Qui bona egerunt in resurrectionem vitae, qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicij. Conuersi ad dominum &c.

Libri sermonum de verbis domini, Finis.

**DIVI AVRELI**

**LII AVGVSTINI HIPPONENSIS** Episcopi, Liber Sermonum de verbis Apostoli.

De diuina trinitate & inseparabili unitate, Arrianorumque confutatione ac fidelium populorum de fide catholica confirmatione: Sermo 1.



Psalm. 16.

Esai. 64.

Sapient. 15.

**S**ancta & diuina eloquia fratres iugiter, immo quotidie nobis salubriter recitatur, vt anime nostrae pascantur: in futuro autem seculo aeternis epulis saginetur, dicente Propheta, Satiabor dum manifestabit gloria tua: Qualis sit autem haec gloria futura, & quibus diuitiis floreat, quantoque splendore praefulgeat, laudare possumus, explicare non possumus. Quare? Quia legimus, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quae preparauit deus diligentibus se. Si igitur tanta & talia sunt bona aeterna caelestia quae dominus omnipotens preparauit sanctis suis catholicis & fidelibus populis, quid est ipse deus qui talia & tanta preparauit? Quid est, inquam, omnipotens deus? Quid nisi inestimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, ultra omnia, extra omnia, praeter omnia? Omnem enim creaturam suam excedit, omnem facturam praeterit, vniuersa praeclit. Si enim queras magnitudinem, maior est, si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, si splendorem, fulgidior, si iustitiam, iustior, si fortitudinem, fortior, si pietatem, clementior. Nulla enim ratio patitur, vt vel factura factori suo aequetur, vel opus artificis comparetur, sicut legitur in Propheta, Qui fecit fortia, fortior est, & qui fecit pulchra pulchrior illis est. Sic autem huius vnicae deitatis praecelsa insignia predicamus, vt tamen non sicut Iudaei, sed sicut Christiani, trinitatis diuinae mysteria pariter fateamur. Sicut enim omnipotens & ineffabilis pater est, ita omnipotens & incomprehensibilis filius, ita etiam spiritus sanctus in patre & filio indistincte connexus, ineffabilis atque immensus est. Pater enim & filius & spiritus sanctus, vnus omnipotens deus, vnus in trinitate, vnus in potestate, vnica trinitas, sempiterna maiestas, vnum potes per omnia, & trinitas in vnitate & vnitas in trinitate consistit, sed nec trinitas diuiditur, nec vnitas separatur. Hac igitur catholica fide armati atque instructi charissimi, nefandos Arrianos haereticos qui se hoc tempore impie iactant, & multos Christianos nostros seducendo corrumpunt atque decipiunt, breuiter percontemur, quomodo orant dominum, qui sentiunt contra dominum. Respondet nobis dicentes, Oramus dominum utique in trinitate, sed

vt legimus patrem maiorem, filium minorem, spiritum sanctum inferiorem, quia ipse Christus dicit, Pater maior me est. His respondemus, Sic, inquam, oratis & colitis deum? Sic plane, sic legimus, sic colimus, sic oramus. Ad hos dicimus, Si ergo ita deum colitis & oratis, hoc non est deum magnum vnum colere & rogare, sed tres deos facere: & vbi est quod in lege diuina legitur? Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Et iterum alibi ait, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Si enim aliud est pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus, iam non est vna trinitas, sed diuisa potestas. Quomodo autem discrepans potestas stare potest? Iuxta Euangelium legimus, Domus in semetipsa diuisa vel regnum, stare non potest. Quomodo autem diuinitas a semetipsa discernitur, cum lucis splendor aut solis calor nullatenus separatur? Ecce enim sicut videmus, in sole tria sunt, & separari non possunt. Quae autem tria sunt videamus, Cursum, splendor & calor. Videmus enim solē in caelo currentem, fulgentem, calentem. Diuide ergo, si potes, Arriane solem, & tūm demum diuide trinitatem. Sed fortassis de sole discernendo difficilis est ratio, quia in caelo est, & a nobis longe positus est. Ecce aliud proponimus elementum quod minus est, & in terra nobiscum est, ignem dico qui in manibus nostris habetur, & tamen non diuiditur. Et ignis enim tria habet, & diuidi non potest, hoc est, motum, lucem & feruorem. Si igitur nefande haeretice diuidere non potes creatum solem & ignem, quomodo potes diuidere deum omnium creatorem? Audi autem & discere hanc magnam & vnicam trinitatem ab exordio generis humani fuisse ostensam. Audi in lege & in Prophetis, in Psalmis & in Euangelio. Audi in Apostolo proculdubio declaratum: Audi, inquam in Genesi, Fecit deus hominem ad imaginem dei, Vt simul ostenderet inseparabilem trinitatem, ait in eo libro, Et spiritus dei ferebatur super aquas. Audi Prophetam dicentem ex persona Christi, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Audi in Psalmis, Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum, Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Audi hoc idem in Euangelio confirmatum. Dominus Christus Apostolis dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, Eūtes estis petrae omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Audi Apostolum, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum Amen. Si igitur tam veteribus quam nouis scripturis satis aperteque probatum est diuinam vnitatem, trinitatem inseparabilem, spreto penitus haereticis secundum Apostolum, Haereticum post vnam correptionem deuita, iam fideles nostros populos de ipsa fide catholica confirmemus. Nullae quippe sunt maiores diuitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quam est fides catholica, quae peccatores homines saluat, caecos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, poenitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis caelestibus preparat, in aeterna hereditate cum angelis sanctis communicat. Sicut ipse dominus promittendo confirmat, In resurrectione neque nubant,

Ioan. 14.

Deute. 6.

Matth. 12.

In sole tria sunt inseparabilia

E

In igne tria inseparabilia

Gene. 1.

Esai. 64.

Psalm. 32.

Psalm. 51.

F

Matth. 28.

Rom. 11.

ad Tit. 2.

Matth. 22.

G nubunt, neque vxores ducunt, sed erunt aequales angelis dei, per Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

De corpore & sanguine domini Iesu Christi, & de humilitate tenenda arrogantique uitanda:

Sermo I I.

Ioan. 6.

**V**idiuimus veracem magistrum, diuinum redemptorem, humanum saluatorem commendantem nobis precium nostrum, sanguinem suum. Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo, quod corpus dixit escam, sanguinem potum, sacramentum fidelium. Agnoscunt fideles. Audietes autem quid aliud quam vitam audiunt? Cum ergo commendans talem escam & talem potum diceret, Nisi manducaueritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in uobis: & hoc diceret de vita: quis alius quam ipsa vita? erit autem illi homini mors non vita, qui mendacem putauerit vitam: scandalizati sunt discipuli eius, non quidem omnes, sed plurimi, didicerunt apud semetipsos, Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Cum autem hoc dominus apud semetipsum cognouisset, & murmur ac cogitationes audisset, cogitantibus nec sonantibus uoce respondit, ut se auditos esse cognoscerent, & talia cogitare desinerent. Quid ergo respondit? Hoc vos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendente ubi erat prius. Quid sibi uult, hoc vos scandalizat? Putastis quia de hoc corpore quod uidetis partes factus sum, & membra mea concisurus & uobis daturus? Quid si ergo uideritis filium hominis ascendente ubi erat prius: Certe qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo & de corpore ac de sanguine suo dedit nobis salubre refectio-

Ioan. 6.

**H**oc sermo, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate questionem. Manducant ergo qui manducant, & bibant qui bibunt, esuriant & sitiant, vitam manducant, vitam bibant. Illud manducare refectio est, sed sic reficeris, ut non deficiat unde reficeris. Illud bibere quid est nisi uiuere? Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, uita unicuique erit corpus & sanguis Christi: si quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur. Audiuimus enim ipsum dominum dicentem, Spiritus est qui uiuificat, caro autem non potest quicquam. Verba quae locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt, inquit, quidam qui non credunt, ipsi dicebant, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Durus est, sed duris, id est, incredibilis, sed incredulis. Sed ut doceret nos etiam ipsum credere doni esse non meriti, Sicur, inquit, dixi uobis, nemo uenit ad me nisi cui datum fuerit a patre meo. Vbi autem hoc dominus dixerit, si superiora Euangelij recolamus, inuenimus eum dixisse, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Non dixit, duxerit, sed traxerit. Ista uolentia cordi sit non carni, Quid ergo miraris? Crede & uenis, ama & traheris. Ne arbitreris istam asperam molestamque uolentiam, dulcis est, suavis est, ipsa suauitas te trahit. Nonne ouis trahitur, eua esurienti herba monstratur? Et puto quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur: sic & tu ueni ad Christum, noli longa itinera meditari. Vbi credis, ibi uenis. Ad illum enim qui ubique est amando uenitur, non navigando. Sed quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus & tempestates diuersarum tentationum: in crucifixum crede, ut fides tua lignum possit ascendere. Non mergeris, sed li-

gno portaberis. Sic sic in huius seculi fluctibus navigabat ille qui dicebat, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Mirum est autem quod praedicato Christo crucifixo, audiunt duo, unus contemnit, alter ascendit. Qui contemnit imputet sibi, qui ascendit non arroget sibi. Audiuit enim a ueraci magistro, Nemo uenit ad me, nisi datum fuerit ei a patre. Gaudeat quia datum est, gratias agat. dati corde humili, non arroganti, ne quod humilis meruit, superbus amittat. Nam etiam qui iam in ipsa uia iusti ambulant, si sibi eam tribuerint & uiribus suis, pereunt de illa. Ideo humilitatem docens nos sancta scriptura, per Apostolum dicit, Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi aliquid inde darent quia dixit, operamini, continuo subiunxit, Deus enim est qui operatur in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Deus est qui operatur in uobis, ideo cum timore & tremore uallem facite, imbrem suscipite, depressa implentur, alta siccantur. Gratia pluuia est. Quid ergo miraris, si deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ideo cum timore & tremore, id est, cum humilitate. Noli altum sapere, sed time. Time ut implearis, noli altum sapere ne sicceris. Sed iam, inquit, ambulo uiam istam, opus erat ut dicerem, opus erat ut per doctrinam legis scirem quid agerem. Habeo liberum uoluntatis arbitrium, quis me ab ista uia separabit? Si legas diligenter, inuenies quendam de sua quadam abundantia quam tamen acceperat extollere se coepisse, dominum autem misericordem ut doceret humilitatem, quod dederat abstulisse: illum uero subito inopem remansisse, & misericordiam dei recordatione confessum dixisse, Ego dixi in abundantia mea, Sed ego dixi, homo dixi, Omnis homo mendax. Ego dixi. Ego ergo dixi in abundantia mea. Tanta erat abundantia ut hoc dicere auderem, Non mouebo in aeternum. Quid deinde? Domine in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem, Auertisti autem faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Ostendisti, inquit, mihi, quia illud quo abundabam de tuo erat. Ostendisti mihi unde peterem, cui retribuere quod acceperam, cui gratias agere deberem, ad quem currerem sustitens unde implerer, & quo impletus essem ad quem custodirem. Fortitudinem enim meam ad te custodiam. Hoc ut ostenderes mihi, auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus, conturbatus, quia siccatus: siccatus, quia exaltatus. Dic ergo siccus & aridus, ut rursus implearis, Anima mea uelut terra sine aqua tibi. Dic anima mea uelut terra sine aqua tibi. Tu enim dixeras, non dominus dixerat, Non mouebo in aeternum, Tu dixeras praesumens de te, sed non de tuo, & quasi putabas de tuo. Quid ergo dominus dicit? Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sic Apostolus, Cum timore & tremore, uestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis. Ergo exultate cum tremore, ne quando irascatur dominus. Video quia clamando praenitis. Quid enim dicturus sum scitis, clamando praenitis. Et hoc unde habetis, nisi quia docuit ad quem credendo uenistis? Hoc ergo dicit, audite quod nostis, non doceo, sed commemoro praedicando, immo nec doceo, quia nostis: nec commemoro quia meministis, sed simul dicamus quod nobiscum tenetis. Hoc dominus dicit, Apprehendite disciplinam & exultate, sed cum tremore, ut semper

K  
Gala. 6.

Philip. 2.

Jacob. 4.

L  
Roma. 11.

Psal. 29.

Psal. 119.

Psal. 29.

M  
Psal. 58.

Psal. 142.

Psal. 9.

Psal. 2.

Philip. 2.

Psal. 2.

Eph. 2.

Luc. 19.

Psal. 102.

Sapient. 9.

Psal. 102.

Matth. 6.

Psal. 102.

Sapient. 9.

1. Cor. 15.

**A** per humiles teneatis quod accepistis, ne quando irascatur dominus, utique superbis sibi quod habent tribuentibus, non illi a quo habent gratias agentibus. Ne quando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Nunquid dixit, nequando irascatur dominus & non ueniat ad uiam iustam. Nunquid ne quando irascatur dominus, & non vos perducatur ad uiam iustam, aut non vos admittatur ad uiam iustam? Iam in illa ambulatis, nolite superbi- re, ne etiam de illa pereatis. Et pereatis, inquit, de uia iusta, cum exarserit in breui ira eius super uos. Non in longum, ubi superbis, ubi quod acceperas perdis. His territus homo quasi diceret, Quid ergo faciam? Sequitur, Beati omnes qui confidunt in eum, non in se, sed in eum. Gratia salui facti sumus, non ex nobis, sed dei donum est. Forte dicatis, Quid sibi uult quod hoc saepe dicit? Iterum hoc, & tertio hoc, & propere nunquam loquitur nisi quando dicit. Utinam non sine causa dicat. Sunt enim homines ingrati gratiae, multum tribuentes inopi faucibus naturae. Verum est, magnas arbitrij liberi uires homo cum conderetur accepit, sed peccando amisit. In mortem lapsus est, infirmus factus est, a latronibus semiuuus in uia relictus est, in iumentum suum leuauit eum transiens Samaritanus, quod interpretatur custos, ad stabulum adhuc perducitur. Quid extollitur? Adhuc curatur. Sed sufficit, inquit, mihi, quod in baptismo accepi remissionem omnium peccatorum. Nunquid quia deleta est iniquitas, finita est infirmitas? Accepi, inquit, remissionem omnium peccatorum. Prorsus uerum est, deleta sunt cuncta peccata in sacramento baptismatis, cuncta prorsus, dicta, facta, cogitata, cuncta deleta sunt. Sed hoc est quod infusum est in uia, oleum & uinum. Retinetis, semiuuus in uia ille a latronibus sauciatus, quomodo sit consolatus, accipiens oleum & uinum uulneribus suis. Iam utique error eius indultum fuit, & tamen sanatur languor in stabulo. Stabulum si agnoscitis, ecclesia est. Stabulum modo quia uiuendo transimus, dominus erit unde nunquam migrabimus cum ad regnum caelorum sani peruenerimus. Interim in stabulo libenter curemur, non adhuc languidi de sanitate gloriemur, ne nihil aliud superbiendo faciamus, nisi ut nunquam curando sanemur. Benedic anima mea dominum, dic animam tuam, dic, Adhuc in hac uita es, adhuc carne fragilem portas, adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam: adhuc post integritate resurrectionis accepisti remedium orationis: adhuc utique dicis, donec sanentur languores tui, Dimitte nobis debita nostra. Dic ergo animam tuam, humilis uallis, non erectus collis, dic animam tuam, Benedic anima mea dominum & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quas retributiones? Dic, enumera, gratias age, Quas retributiones? Qui propitius sit omnibus iniquitatibus tuis. Hoc factum est in baptismo. Quid sit modo? Qui sanat omnes languores tuos. Hoc sit modo, Agnosco. Sed quadiu hic sum, corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Dic ergo & quod sequitur, Qui redimit de corruptione uitam tuam. Post redemptionem de corruptione quid restat? Quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors contentio tua? Ibi recte. Vbi est mors aculeus tuus? Quare is locum & non inuenies. Quid est aculeus mortis? Quid est, ubi est mors aculeus tuus? Vbi est peccatum? Quare is, & nusquam est. Aculeus enim mortis est peccatum. Apostoli, non mea uerba sunt. Tunc dicitur, Vbi est mors aculeus tuus? Nusquam erit peccatum, nec quod te

capiat, nec quod te impugnet, nec quod conscientiam tuam titillet. Tunc non dicetur, Debita nostra dimitte nobis: sed quid dicetur? Domine deus noster pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis. Denique post redemptionem ab omni corruptione, quid restat nisi corona iustitiae? Ipsa certe restat, sed etiam in ipsa uel sub ipsa non sit caput turgidum, ut recipiat coronam. Audi, attende Psalmum quam uoluit corona illa turgidum caput. Cu dixisset, Qui redimet de corruptione uitam tuam, qui coronat te, inquit. Iam hic dicturus eras, Corona te, merita mea fateatur, uirtus mea fecit hoc, debitum reddidit, non donatur. Audi potius Psalmum, nam & hoc tu dicis. Omnis homo mendax. Audi deus quid dicat, Qui coronat te in miseratione & misericordia. De misericordia te coronat, de miseratione te coronat. Non enim dignus fuisti quem uocaret, & uocatum iustificaret, & iustificatum glorificaret. Reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt. Si autem gratia, non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Nam ei qui operatur, merces non imputabitur secundum gratiam, sed secundum debitum. Apostolus loquitur, Non secundum gratiam, sed secundum debitum. Te autem coronat in miseratione & misericordia: & si tua merita praesenserunt, dicit tibi deus, Dicite bona merita tua, & uidebis quia dona sunt mea. Haec est iustitia dei. Quomodo dicitur, Domini est salus, non qua saluus est dominus, sed qua dat eis quos saluos facit: sic & dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum, iustitia dei dicitur, non qua iustus est dominus, sed qua iustificat eos quos ex impiis iustos facit. Quidam uero, quoniam aliquando Iudaei & Christianos se dici uolunt, & adhuc ignorantes dei iustitiam, suam uolunt constituere, etiam temporibus nostris, temporibus aperte gratiae, temporibus nunc reuelatae, prius occultatae gratiae, nunc in area manifesta gratiae quae aliquando latebat in uellere: paucos intellexisse uideo, plures non intellexisse nequaquam tacendo fraudabo. Quidam de antiquis iustis Gedeo petiuit a domino signum & dixit, Peto domine ut uellus quod in area pono coplatur, & area sicca sit. Factum est, complutum est uellus, area tota sicca erat. Expresit mane uellus in peluim, quonia humilibus datur gratia, & in pelui dominus nostris quid fecerit discipulis suis. Item petiuit alterum signum, Volo, inquit, domine, ut uellus sicca sit, area copluta. Et hoc factum est. Repete tempus ueteris testamenti, gratia occultata est in nube tanquam imber in uellere. Attende modo tempus noui testamenti, discute gentem Iudaeorum, quasi uellus sicca inuenies, orbis uero totus tanquam illa area plenus est gratia, non occulta, sed manifesta. Unde multum plangere cogimur fratres nostros, qui non contra occultam, sed contra apertam gratiam manifestamque contendunt. Ignoscitur Iudaeis. Quid Christiani? Quare inimici gratiae Christi? Quare de uobis praesumentes? Quare ingrati? Quare enim Christus uenit? Nunquid natura hic non erat? Natura non erat, quam multum laudando decipitis? Nunquid lex hic non erat? Sed ait Apostolus, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ait Apostolus de lege, hoc nos istis dicimus de natura. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ergo dicitur est de Iudaeis, hoc omnino in istis uidemus. Zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Quid est non secundum scientiam? Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Fratres mei, compatimini mecum. Vbi tales inuenieris, occultare nolite, non sit in uobis peruersa misericordia: prorsus ubi tales inuenieris

D  
Marth. 8.  
Esaig. 28.

2. Tim. 4.

Roma. 11.

E

Psal. 5.

Roma. 4.

Roma. 10.

Iudic. 6.

F  
Iaco. 4.

Iudic. 6.

Gala. 2.

Roma. 10.

ritis

Gritis occultare nolite. Redarguite contradicentes, & resistentes ad nos perducite. Iam enim de hac causa duo consilia missa sunt ad sedem apostolicam, inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est, utina aliquando finiantur error. Ergo ut aduertant monemus, ut instruantur doceamus, ut mutantur oremus. Conuersi ad dominum.

Galat. 5.

De uerbis Apostoli, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Sermo III.



Consideremus fratres, ante gratiam domini quid fuerimus, & per gratiam domini quid esse ceperimus, profecto inueniemus, sicut homines in melius commutatur, ita etiam terrarum loca que prius contra dei gratiam fuerunt, dei gratia dedicantur. Nos enim, sicut dicit Apostolus, templum dei uiui sumus, propter quod dicit deus, inhabitabo in illis & deambulo. Quae autem hic simulachra fuerunt, figi nouerunt, ambulare non nouerunt. Deambulat autem in nobis praesentia maiestatis, si latitudinem inuenit charitatis. Ad hoc nos exhortans Apostolus ait, Dilatamini, ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Si dilatamur, deambulat in nobis deus, sed ut dilatamur operetur ipse deus. Si enim latitudinem charitas facit, quae non nouit angustias, videte quia deus sibi in nobis latitudinem facit, ipso dicente Apostolo, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Propter hanc latitudinem, inquam, in nobis deambulat deus. Modo Apostoli epistola cum recitaretur audiuiimus, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis, caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hac inuicem aduersantur, ut non ea quaecunque uultis faciatis. Baptizatis dicebat, sed templum dei edificabat adhuc, nodum dedicabat. Videte fratres mei, quemadmodum cum loca ipsa terrena in melius conuertantur, alia diruantur atque franguntur, alia in meliores usus commutantur, sic & nos sumus. Opera carnis fuerunt in nobis, Audistis cum commemorarentur, manifesta sunt, inquit, opera carnis, quae sunt fornicationes, immunditia, idolorum seruitus, ueneficia, non beneficia, id est, non a bonis dicta, sed a uenenis, contentiones, inimicitiae, haereses, inuidiae, ebrietates, & his similia: deicienda sunt non mutanda, quae praedico uobis sicut

1. Cor. 6.

2. Cor. 6.

Roma. 5.

Galat. 5.

praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Ista in nobis tanquam idola frangenda sunt, in usus autem meliores uertenda ipsa corporis nostri membra, ut quae seruebant immunditiae cupiditatis, seruiant gratiae charitatis. Sed videte quid dixerit, & diligenter aduertite. Operarij dei sumus, adhuc edificatur templum dei: in capite suo iam dedicatum est, quoniam dominus resurrexit a mortuis, deuicta morte, mortalitate consumpta, ascendit in caelum, quia scriptus de illo erat psalmus dedicationis domus. Ideo post passionem dicit, Conuertisti luctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & accinxisti me iocunditate, ut psallat tibi gloria mea, & non cōpungar. Facta est ergo illa post passionem dedicatio in resurrectione. Ergo & nostra modo fit edificatio per fidem, ut fiat & ipsa dedicatio per ultimam resurrectionem. Denique post istum psalmum dedicationis domus, ubi ostenditur resuscitatio capitis nostri, alius est psalmus post istum, non ante istum. Sic habet titulus, Quando domus edificabatur post captiuitatem. Recolite captiuitatem, ubi ante fuerim quādo totum mundum uelut massam infidelium diabolus possidebat. Propter hanc captiuitatem redemptor aduenit, precium nostrum sanguine suo fudit. Fusio suo sanguine, captiuitatis nostrae instrumenta deleuit. Lex, inquit

Psalm. 29.

Aedificatio nostra fit per fidem, Dedicatio per ultimam resurrectionem.

Psalm. 95.

Roma. 7.

Apostolus, spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenidatus sub peccato. Antea sub peccato uenudati, sed postea gratia liberati. Post illam captiuitatem domus modo edificatur, & ut edificetur euangelizatur. Sic enim incipit psalmus iste, Cantate domino canticum nouum. Et ne putes domum istam in vno angulo edificari, sicut edificant schismatici uel haeretici: attende quod sequitur, Cantate domino omnis terra. Cantate domino canticum nouum, contra canticum uetus: testamentum nouum, quia prius testamentum uetus. Nouus homo, ut deponatur uetus homo. Exiite uos, inquit, ueterem hominem cum actibus suis, & induite nouum qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Ergo cante domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate & edificate, cantate & bene canite. Annunciate diem ex die salutare eius, annunciate diem ex die Christum eius. Quid est enim salutare eius, nisi Christus eius? Pro isto salutare orabamus in psalmo, Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Desiderabant hoc antiqui iusti salutare, de quibus dominus dicebat discipulis, Multi uoluerunt uidere quae uos uidetis, & non potuerunt. Et salutare tuum da nobis. Dixerunt hoc antiqui iusti, Salutare tuum da nobis, Christum tuum cum in hac carne uiuimus uideamus, uideamus in carne qui nos liberet a carne, ueniat caro mundans carnem, patiaturo caro, & redimat animam & carnem, Et salutare tuum domine da nobis. In hoc desiderio erat ille sanctus senex Simeon, In hoc, inquam, desiderio erat senex ille sanctus & de deo bene meritus Simeon, sine dubio & ipse dicebat, Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. In hoc desiderio, in talibus precibus responsum accepit, quia non gustaret mortem, nisi uideret Christum deum. Natus est Christus, ueniebat ille, ille ibat, sed donec ueniret ille ire nolebat. Iam senectus matura excluderat, sed sincera pietas detinebat. At ubi uenit, at ubi natus est, at ubi eum portari matris manibus uidit, & diuinam infantiam pia senectus agnouit, accepit eum in manus suas & dixit, Nunc dimittis domine seruum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Ecce unde dicebat, Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Impletum est desiderium senis, mundi ipsius senectute uergente. Ipse ad senem hominem uenit, qui mundum ueterem inuenit. Ergo si mundum ueterem inuenit, audiat mundus, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Destruatur uetustas, nouitas surgat. Cantate domino canticum nouum, cante domino. Videte certamen edificantium. Cantate domino, benedicite nomen eius, bene nunciate, quod est Graece euangelizate. Quid? Diem ex die. Quem diem ex die? Lumen ex lumine, filium de patre, salutare eius. Annunciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Ecce quomodo domus edificatur post captiuitatem. Terribilis est super omnes deos. Super quos deos? Quoniam omnes dij gentium daemonia, dominus autem caelos fecit. Sanctos fecit, Apostolos fecit, Quoniam caeli enarrant gloriam dei. Non sunt loquelae neque sermones quorum non audiantur uoces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, quia omnis terra cantat canticum nouum. Audiamus ergo & Apostolum, architectum magistri, Ut sapiens, inquit, architectus fundamentum posuit. Audiamus ergo istum architectum quadam noua conuertentem, quadam uetera deiicientem. Spiritu, inquit, ambulate. Noua est ista constructio. Et concupiscentias

K

Psalm. 95.

Colo. 3.

Ephes. 4.

Psalm. 118. 24.

L

Lucas. 10.

Psalm. 84.

Lucas. 2.

Psalm. 84.

M

Psalm. 95.

Psalm. 18.

1. Cor. 3.

Galat. 5.

A. piscentias carnis ne perfeceritis. Veterum est ista destructio. Caro enim, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hac enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis. Adhuc enim edificamini, nondum dedicamini, ut non ea quae uultis faciatis. Quae enim uultis? ut omnino nulla sint concupiscentiae malarum & illicitarum delectationum. Qui sanctus haec non uelit? Sed non efficit, quamdiu hic uiuitur, hoc non impletur. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Haec enim inuicem aduersantur, ut non ea quae uultis faciatis, ut nulla sint in uobis prorsus rerum illicitarum concupiscentiae, non possitis. Quid ergo restat? Spiritu ambulate. Et quia non potestis efficere ut concupiscentias carnis consumatis, concupiscentias carnis ne perficiatis. Confutemere quidem illas atque finire & penitus extirpare omnino uelle debetis: sed quamdiu sunt in uobis, & est alia lex in membris uestris repugnans legi mentis uestrae, concupiscentias carnis ne perfeceritis. Quid enim uultis? Ut omnino non sint concupiscentiae carnis: non uos permittunt implere quod uultis, nolite eas permittere implere quod uolunt. Quid uultis? Ut omnino non sint, sed sunt: caro concupiscit aduersus spiritum, concupiscit spiritus aduersus carnem, ut non ea quae uultis faciatis: id est, ut non sint in uobis ipsae concupiscentiae carnis, nec ipse faciant quod uolunt, ut opus earum perficiatis. Si non tibi in totum ceditur, noli & tu cedere. Prius aequetur pugna, ut aliquando sit uictoria. Etenim proculdubio fratres mei erit, credamus, speremus, amemus, erit aliquando uictoria in dedicatione domus quae modo edificatur post captiuitatem. Nouissima enim inimica destruetur mors, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Praemeditamini uerba triumphantium. Ubi est mors contentio tua? Triumphantium ista uox est, non pugnantium. Pugnantium autem uox est, Miserere mei domine quoniam infirmus sum, sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualde, & tu domine usquequo? Vide laborantem in certamine. Et tu domine usquequo? Quid est usquequo? Quousque: ut probes, quia ego subuenio. Si enim cito subuenirem, luctamen non sentiret, tanquam de tuis uiribus superbiat, & per istam superbiam nunquam ad uictoriam peruenires. Dicitur quidem, Adhuc te loquente, dicam, ecce assum. Sed deus & cum differt adest, & differendo adest, ne praeproperam cum implet uoluntatem, perfectam non impleat sanitate. Non enim fratres mei apostolo Paulo non aderat, qui cum certaret, ne extolleretur, timebat, In magnitudine, inquit, reuelationum mearum ne extollar, Videte in conflictatione certantem, nodum in securitate triumphantem: In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, Quis dicit, ne extollar? O terror, o tremor, Quis dicit ne extollar? Cum tanta eius uerba sint retundentia elationem, compescencia tumorem, & dicit ne extollar? Parum est quia dicit, ne extollar: uidete medicamentum, quod sibi dicit appositum. Ne extollar, inquit, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae: O uenenum quod non curatur nisi ueneno. Datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae, qui me colaphizet. Caput cadebatur, ne caput extolleretur. O antidotum, quasi quod de serpente conficitur, & propterea theriacum nuncupatur. Serpens enim ille superbiam peruersit. Gustate & eritis sicut dii, superbiam peruersio est. Unde cecidit, inde deiecit. Merito ergo Tomus decimus.

1. Corin. 15.

Psalm. 5.

1. Esaias. 58.

2. Corin. 12.

Genes. 3.

uenenum serpentis sanatur. Quod ait Apostolus, Propter quod ter dominum rogauit, ut auferret eum a me. Vbi est, Adhuc te loquente dicam, ecce assum? Propter quod non semel, sed iterum & tertio dominum rogauit. Nonne tunc & ipse dicebat, Et tu domine usquequo? Sed nunquid quia differerebat, inde non aderat, & fallum erat, Adhuc te loquente, dicam ecce assum? Quid enim? Medicus quando dat quod desideras adest, quando secat, non adest? Nonne sub medici ferramento clamas ut parcat? Et quia magis adest, magis secat. Denique ut scias quia aderat, uidete quod ter roganti respondit. Dixit, inquit, mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Ego, inquit, noui medicus optimus, ego, inquit, noui in quem tumorem pergerat quod uolo sanare, quiesce, adhibeam quod scio. Sufficit tibi gratia mea, non tibi sufficit uoluntas tua. Haec erant utique uerba certantis, & in certamine periclitantis, & diuinum auxilium postulantis. Triumphantis autem uerba quae erunt? Uerba certantis dum domus edificatur: sequuntur uerba triumphantis cum domus in ultimo dedicatur, Ubi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum. Sic ista dicebat Apostolus, quasi ipse iam ibi esset. Denique post haec uerba quae constat esse de futura perceptione, non de praesenti conflictatione quando quidem dicit, tunc fiet, non modo fit, sed tunc fiet. Quid tunc fiet? Sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in uictoria. Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Tunc fiet ut nusquam sit aculeus mortis, nusquam posset inueniri peccatum. Quid festinas tunc fiet, tunc fiet. Mereatur in te humilitas ut tunc in te fiat, ne superbia non permittat, ut uel tunc in te fiat, tunc fiet, modo interim dum pugnas, dum laboras, dum periclitaris, dic dic, Dimitte nobis debita nostra. Die omnino dum pugnas, uerum dic, ex animo dic, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Tu tibi diabolus eris, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Non enim uerum dicimus, dicendo nos non habere peccatum, cum hic non simus sine peccato. Dicamus ergo ueritatem, ut aliquando intueniamus securitatem. Sit ueritas in pugna, ut acquiratur securitas in uictoria. Tunc fiet, Ubi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis est peccatum. Sed de lege praesumis, quia data est tibi lex, & datum est tibi preceptum, Bonum est tibi ut spiritus te uiuificet, ne litera occidat. Volo ut uelis, sed non sufficit ut uelis. Adiuuandus es ut plene uelis, & impleas quod uelis. Nam vis uidere quid valeat sitis spiritu adiuuante litera iubens? Ibi dixit, Cum dictum est, Ubi est mors aculeus tuus, aculeus autem mortis est peccatum: continuo subiunxit, Virtus autem peccati lex. Quid est uirtus peccati lex? Num mala iubendo, uel bona prohibendo? immo uero mala prohibendo, & bona iubendo. Virtus autem est peccati lex, quia subintrauit, inquit, lex ut abundaret delictum. Quid est ut abundaret delictum? Quia ubi gratia non erat, auxit prohibitio desiderium, & cum quasi de propria praesumitur uirtute, factum est grande uicium. Sed quid fecit gratia? Ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Venit dominus, totum quod de Adam traxisti, totum quod tuis prauis moribus addidisti, totum dimisit, totum deleuit, orationem docuit, gratiam promissit, certamen indixit, laboranti subuenit, uictorem coronauit. Itaque, inquit Apostolus, Lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, h ut appareat

D

1. Corin. 15.

Psalm. 6.

Esaias. 58.

1. Corin. 15.

1. Corin. 15.

E

Matth. 23.

1. Ioan. 1.

1. Cor. 5.

Roma. 7.

Ibidem.

Roma. 7.



G vt appareat peccatum. Nam quando non prohibebaris, erat, sed non apparebat. Nam concupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione igitur accepta, peccatum per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit. Si vis ergo euadere legem minantem, ad spiritum fugere adiuuantem. Quod enim lex imperat, fides sperat. Clama ad deum tuum, adiuuet te, non remaneas sub litera reus, sed spiritu suo te adiuuet deus, ne similis sis tibi superbus iudeus. Cum enim aculeus mortis esset peccatum, virtus autem peccati lex, quid ageret humana infirmitas, in qua fatigabatur voluntas? Velle, inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Quid ergo ageret? Ecce aculeus mortis peccatum, ecce virtus peccati lex, id est, lex subintravit vt abundaret delictum. Si enim lex posset vituificare, omnimodo ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato. Quomodo conclusit? Ne vagareris, ne precipitaberis, ne mergereris. Cancellos tibi fecit lex, vt non inueniendo qua exires, ad gratiam conuolares. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio. Qui promissit quod facit, non promissit quod tu facis. Si tu facturus esses, pronunciator esset deus, non promissor. Sed conclusit, inquit scriptura, omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Audi, daretur. Quid superbis? Audi, daretur. Quid enim habes quod non accepisti? Ergo quia aculeus mortis est peccatum, virtus autem peccati lex, & hoc de bona prouidentia dei, vt concluderentur homines sub peccato, & quaererent adiutorem, quaererent gratiam, quaererent deum, non de sua virtute presumerent: ideo & hic cum dixisset, Aculeus autem mortis peccatum, virtus autem peccati lex: quid times? quid laboras? quid fidas? Audi quod sequitur, Gratias autem deo qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Certe tu tibi das victoriam? Gratias deo qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Ergo cum ceperis laborare pugnans contra concupiscentias carnis, spiritu ambula, spiritu inuoca, donum dei quare, & si lex in membris repugnat legi mentis tuae ex parte inferiori, id est, a carne captiuum te tenet sub lege peccati, & hoc emendabitur, & hoc transeat in iura victoriae. Tu tantum clama, tu tantum inuoca: oportet semper orare & non deficere, Inuoca omnino, inuoca adiutorium. Adhuc te loquente dicit, Ecce assium. Intellige & audi dicentem anima tua, Salus tua ego sum. Cum ergo lex carnis repugnare ceperit legi mentis, & captiuum te ducere in lege peccati, quae est in membris tuis, orando dic, confitendo dic, Miser ego homo. Quid est enim aliud homo? Quid est homo, nisi quia memor es eius? Dic, miser ego homo, quia nisi venisset filius hominis, perisset homo. Exclama in angustiis, Quis me liberabit de corpore mortis huius, vbi lex in membris meis repugnat legi mentis meae? Condelector enim legi dei secundum interiorum hominem: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Si hoc fideliter, si humiliter dicis, verissime respondetur, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde ei quantum potest paruitas nostra, maximas atque vberes gratias agamus, precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem guber-

net, spirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducatur per dominum &c. Roma. 7.

De verbis Apostoli, Cum essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris ut fructum ferrent morti: Cum Manichaeorum consutatione: Sermo IIII.

**A** Vdiumus concorditerque respondimus, & deo nostro consona voce cantauimus, Beatus vir. Psal. 93. quem tu erudieris domine, & ex lege tua docueris eum. Silentium si praebetis, auditis. Non inuenit locum sapientia, vbi non est patientia. Nos loquimur, sed erudit deus: nos loquimur, sed deus docet. Non enim beatus dictus est quem docet homo, sed quem tu erudieris domine. Nos plantare possumus & rigare, sed dei est incrementum dare. Qui plantat & qui rigat forinssecus operatur, qui vero dat incrementum, intus operatur. Quae nobis lectio de sancti Apostoli epistola proposita fit ad loquendum, quam difficilis, quam latebrosa, quam si non intelligatur aut male intelligatur periculosa: puto fratres, immo scio, quia nobis cum recitaretur, audistis, & fluctuastis si aduertistis: aut si aliqui intellexistis, quam sit arduum sine dubitatione vidistis. L. Hanc itaque lectionem totumque ipsum molestum & obscurum, sed intelligentibus salubrem epistolam Apostoli locum suscepimus, adiuuante misericordia dei, exponere disserendo. Charitati vestrae debitores nos esse scio, exactores vos esse sentio. Quemadmodum nos, vt ista percipiatis oramus, sic & vos orate, vt ea vobis explicare valeamus. Si enim oratio nostra concordet, & vos facit deus idoneos auditores, & nos debiti huius fidelissimos redditores. Cum enim essemus in carne, ait Apostolus, passiones peccatorum quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti. Hic videtur, quod non intelligentibus primum & grande periculum est Apostolum reprehendere, & culpae legem dei. Dicit aliquis, Absit hoc ab animo qualiscunque Christiani. Quis hoc vel infans audeat de Apostolo suspicari? Et tamen, fratres mei, verba ista male intellecta, fomitem insaniae furori Manichaeorum ministrarunt. Manichaei enim legem dei per Moysen datam, dicunt non a deo datam, & eam Euangelio contrariam esse contendunt: & quando cum eis agitur, in his testimoniis Apostoli Pauli quae non intelligunt, conantur conuincere, quid dicam catholicos non intelligentes & non potius negligentes? Non enim multum est, si quis velit esse diligens, post calumnias ab haeretico auditas saltem considerare in codice circumstantiam lectionis: quod si fecerit, ibi mox inueniet vnde aduersarium loquacem redarguat, vnde hostes legis rebellesque prosternat. Et si enim tardus est ad intelligenda verba Apostoli, manifesta ibi laus est expressa legis dei. Videte enim prius & aduertite. Cum enim essemus in carne ait, passiones peccatorum quae per legem sunt, operabantur. Hic iam Manichaeus erigit ceruicem, exaltat cornua, impetit te & facit impetum. Ecce, inquit, passiones peccatorum quae per legem sunt, Quomodo bona est lex per quam in nobis sunt passiones peccatorum, & operantur in membris nostris, vt fructum ferant morti? Lege aliquantum, progredere, totum audi patienter & si non intelligenter. Hoc enim quod ait, Passiones peccatorum quae per legem sunt operabantur in membris nostris: multum est vt intelligas, sed prius esto mecum legis laudator, & tunc fieri mereberis intellectus. Clausum cor habes & clauem

**A** clauem accusas? Ecce interitum quod non intelligimus paululum seponamus, ad laudem legis quae aperta est veniamus. Passiones, inquit, peccatorum quae per legem sunt, operabantur in membris nostris vt fructum ferrent morti. Nunc ergo euacuati sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae. Adhuc videtur legem arguere, culpae, improbare, detestari, sed non intelligentibus. Cum enim dicit, Cum essemus in carne, passiones peccatorum quae per legem sunt operabantur in membris nostris vt fructum ferrent morti: Nunc ergo euacuati sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae: quasi vtiue videtur legem accusare atque culpae. Vidit hoc & ipse, vidit, sensit se non intelligi, & contra obscuritatem verborum suorum cogitationes hominum commoueri: sensit quid possit quis contradicere, & prior hoc voluit dicere, vt tu non inuenias quod diceres. Quid ergo dicimus, inquit? Hoc sequitur. Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit. Vno verbo legem absoluit, legis accusatorem damnauit. Auctoritate Apostoli contra me proferebas o Manichae, & dicebas mihi cum legem reprehenderes, ecce audi Apostolum, lege Apostolum, Passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fructum ferrent morti. Nunc ergo euacuati sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae. Iactabas te, clamabas, dicebas, audi legem. Vide ista dixeras, & iam verso tergore ire cupiebas. Expecta, audiui te, audi me, immo nec ego te, nec tu me, sed ambo audiamus Apostolum, qui soluit se & alligat te. Quid ergo dicimus, inquit? Lex peccatum est? Hoc dicebas, lex peccatum est, hoc mempe dicebas. Ecce audisti quod dicebas, audi quod dicas. Legem dei peccatum esse dicebas quando eam caecus & improvidus reprehendebas. Errasti. Vidit Paulus errorem tuum. Quod dicebas, ipse dixit. Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Quod dicebas, hoc dicimus. Lex peccatum est? Absit. Si Apostoli sequebaris auctoritatem, appende verbum, & cape inde consilium. Audi, Lex peccatum est? Audi. Absit. Si Apostolum sequeris, si eius auctoritatem plurimi pendis. Audi, Absit, & quod sentiebas a te absit. Quid ergo dicimus? Quid dicimus, quia dixi, Passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris vt fructum ferrent morti: quia dixi, Euacuati sumus a lege mortis in qua detinebamur: quia dixi, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae? Lex peccatum est? Absit. Quare ergo Apostole post tanta illa dixisti, Lex absit vt sit peccatum? Sed peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Iam modo interrogo te Manichae, modo te interrogo, responde mihi. Mala est lex quae dicit, non concupisces? Hoc ne luxuriosus mihi, & nequam aliquis respondet? Etenim ipsi homines flagitiosi quando reprehenduntur erubescunt, & quando sunt inter castos, lasciuire non audent. Si ergo malam dicis esse legem quae dicit, non concupisces, impune vis concupiscere? Hoc ne luxuriosus mihi, & nequam aliquis respondet? Etenim ipsi homines flagitiosi quando reprehenduntur erubescunt, & quando sunt inter castos, lasciuire non audent. Si ergo malam dicis esse legem quae dicit, non concupisces, impune vis concupiscere, accusas legem, quia percutit libidinem: Fratres mei si non audiremus Apostolum dicentem, lex peccatum est, absit: sed tantummodo verba legis commemoro illo non laudante, nos eam laudare deberemus, illam laudare, nos accusare. Ecce lex, ecce desuper tuba diuinitus Tomus decimus.

na clamat homini, Non concupisces. Non concupiscere, reprehende si potes: fac si reprehendere non potes. Audisti, non concupisces, reprehendere non audes. Quia bonum est quod dixit, non concupisces, malum est concupiscere. Malum culpae lex, a tuo malo te prohibet lex. Ergo concupiscere malum culpae lex, a tuo malo te prohibet lex. Ergo fac quod iubet lex, noli facere quod vetat lex, noli concupiscere. Sed quid ait Apostolus? Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Iam enim post concupiscentiam meam, & qua trahebam currebam, eiusque illecebras blandas, & ex carnali suauitate iocundas magnam felicitate arbitrabar. Laudatur enim peccator, ait lex, in desideriis animae suae, & qui iniqua gerit, benedicitur. Inuenis hominem concupiscentias suas carnales festinantem, totumque se illis seruum donantem, occupari vndique voluptate, fornicari, inebriari, non dico amplius fornicari, inquam, inebriari. Haec dixi qua licite committuntur, sed non dei legibus. Quis enim aliquando ad iudicem ductus est, quia meretricis lupanar intravit? Quis enim aliquando in publicis tribunalibus accusatus est, quia per suas listrias lasciuus immundusque defluxit? Quis aliquando habens vxorem quia ancillam suam vitiauit crimen inuenit? Sed in foro, non caelo, in lege mundi, non in lege creatoris mundi. Luxuriosus autem immundus atque lasciuus felix dicitur, abundare voluptatibus, frui delitiis. Iam vero si se etiam vino ingurgitet, si bibat mensuras sine mensura, parum est quia non inuenit crimen, etiam viri fortis accipit nomen, tanto nequior, quanto sub poculo iniuictior. Cum laudantur ista & dicitur, felix est, magnus est, bene est illi, & non solum hoc non putatur esse peccatum, sed etiam putatur vel dei donum, vel certe suauae, blandum & licitum bonum, procedit lex dei & dicit, Non concupisces. Ille homo qui putabat magnum bonum esse, magnamque felicitatem aestimabat, licita ea quae possit suae concupiscentiae non negare, sequi qua trahitur, audit, Non concupisces, & cognoscit esse peccatum. Deus dixit, homo audiuit, deo credidit, peccatum suum vidit, quod bonum putabat, malum esse cognouit, voluit frenare concupiscentiam, non ire post eam, strinxit se, conatus est, victus est, qui fuit antea nescius malorum suorum, factus est doctus, & peius est victus, coepit esse non solum peccator, sed etiam prauaricator. Peccator enim & antea erat, sed antequam legem audiret, peccatorem se esse nesciebat, Legem audiuit, peccatum vidit, conatus est vincere, superatus atque prostratus est, factus est & legis prauaricator, qui fuit antea nescius peccator. Hoc dicit Apostolus, Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Minor erat concupiscentia quando ante legem securus peccabas, nunc oppositis tibi obicibus legis, fluuius concupiscentiae quasi frenatus est, paululum siccatus, sed in crescente impetu qui te ducebat obicibus nullis, obruit te obicibus ruptis, Concupiscentia tua minor erat quando tuam mouebat libidinem, omnis est quando transcendit legem. Vis nosse quia magna sit? Vide quid ruperit, Non concupisces. Non homo dixit, deus dixit, creator dixit, iudex aternus dixit, non quicumque dixit. Fac ergo quod dixit. Non facis, obserua iudicantem qui dixit. Sed quid faciam o homo? Ideo non vicisti, quia de te presumpstisti.



Matth. 22. G titillanti, suggerenti, sollicitanti, æstuant, tentanti non consentiret. Dico charitati vestræ, Si crediderimus Apostolum nullam prorsus habuisse infirmitatem concupiscentiæ cui reluctaretur, multum credimus de illo, atque vti nam ita sit. Non enim inuidere nos oportet Apostolis, sed Apostolos imitari. Veruntamen charissimi audio ipsum Apostolum consistentem, nondum eum ad tantam perfectionem iustitiæ peruenisse, quantum in angelis esse credimus, quorum angelorum aequalitatem speramus, si ad hoc quod volumus perueniamus. Quid enim aliud nobis promittit in resurrectione vbi ait, In resurrectione mortuorum, neque nubent, neque uxores ducent, non enim incipient mori, sed erunt æquales angelis dei? Dicit ergo aliquis, Et tu vnde scis quia Paulus Apostolus angeli iustitiæ & perfectionem nondum habebat? Non facio iniuriam Apostolo, non credo nisi Apostolo, alium testem non quero, suspicantem non audio, nimium laudantem non curo. Dic mihi sancte Apostole de teipso, vbi nemo dubitat, quia de teipso loqueris. Nam vbi dixisti, Non quod volo ago, sed quod odi illud facio, existunt qui dicant, quod alium in te, nescio quem transfiguraueris laborantem, deficientem, vinctum, captiuum. Tu mihi dic de te, vbi nemo dubitat quia loqueris de te. Fratres, ait Apostolus, ego meipsum non arbitror apprehendisse. Et quid facis? Vnum autem, quæ retro oblitus in ea quæ antea sunt extensus, secundum intentionem ait, non secundum perfectionem, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Supra iam dixerat, Non quia iam acciperim, aut iam perfectus sum, Adhuc contradicatur & dicitur: Dicebat ista Apostolus, quia nondum peruenerat ad immortalitatem, non quia nondum peruenerat ad iustitiæ perfectionem: iam ergo tam iustus erat quam sunt angeli, sed nondum immortalis sicut angeli sunt. Ergo perfectionem iustitiæ iam tenebat, sed sequendo palmam supernam, immortalitatem quærebat. Dic nobis sancte Apostole alium aliquem manifestiorem locum, non vbi quæris immortalitatem, sed vbi confiteris mortalitatem. † Et hic iam susurratur, iam contradicatur. Videor mihi audire quorundam cogitationes, & hic dicitur mihi. Verum est, noui quid dicturus es, Confiteatur infirmitatem, sed carnis, non mentis: confiteatur infirmitatem, sed corporis, non animi. In animo autem est perfecta iustitia, non in corpore: Nam quis ignorat vti que Apostolum in corpore fuisse fragilem, corpore fuisse mortalem, sicut dicit, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus? Quid tibi ergo cum vase fictili? De thesauro aliquid loquere, si aliquid minus habuit, si erat quod ei ad aurum iustitiæ possit addi inueniamus, ipsum audiamus, ne iniuriosi existimemur. Et ne magnitudine reuelationum mearum. Apostolus dicit, In magnitudine reuelationum mearum ne extollar. Nempe hic agnoscitur Apostolum habentem magnitudinem reuelationum, & timentem elationis præcipitium. Vt ergo noueris quia & ipse Apostolus qui volebat alios saluos facere adhuc curabatur, vt noueris quia & ipse adhuc curabatur, si magnipendis ipsius honorem, audi non me, ipsum audi, audi consistentem vt sentias docentem: audi, Et ne magnitudine reuelationum mearum extollar. Ecce iam possum dicere Apostolo Paulo, Ne extollaris sancte Apostole, tu ne extollaris, adhuc cauendum est tu ne extollaris: Adhuc timendum est, tu ne extollaris: Adhuc huic infirmitati medicina quaerenda est? Quid mihi,

inquit, dicis tu? Et tu audi quid sum, & noli altum sapere, sed time, Audi quomodo breuis agnus ingrediatur, vbi aries sic periclitatur. Ne magnitudine, inquit, reuelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet. Qualem tumorem timuit, qui mordacissimum epithema accepit? Iam ergo modo dic quia tanta in illo erat iustitia, quanta est in angelis sanctis: an forte & angelus sanctus in cælo ne extollatur, accepit stimulum angelum Satanæ à quo colaphizetur? Absit, hoc de sanctis angelis suspicari. Homines sumus Apostolos sanctos homines agnoscamus, vasa electa, sed adhuc fragilia, adhuc in hac carne permanentes, nondum in cælesti patria triumphantes. Ergo quoniam dominum ter rogauit vt ab illo ille stimulus auferretur, nec auditus est ad voluntatem, quia exauditus est ad sanitatem, forte non indecenter ipse loquitur vbi dicit, Scimus autem quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum. Ergo carnalis Apostolus qui alius dicebat, Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: alios tanquam spirituales alloquitur, & ipse carnalis est? Sed quid dixit & ipsis spiritualibus? quia nondum erant securi, nondum erant in perfectione cælesti & angelica, nondum erant in illius patriæ securitate, sed in huius peregrinationis sollicitudine versabatur. Quid eis dixit? Certe spirituales eos vocauit. Vos, inquit, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris, Ecce quæ spiritalem iam appellauit, & timuit illi tentationis fragilitatem. Vnde possit tentari spiritualis? Et si non ex mente, vti que ex carne. Spiritualis enim quia secundum spiritum viuunt, adhuc autem ex parte mortalis carnis, idem spiritualis, idemque carnalis. Ecce spiritualis, Mente seruius legi dei: ecce carnalis, Carne autem legi peccati. Idem ergo ipse & spiritualis & carnalis? Idem planè quamdiu hic viuunt ita est. Noli mirari quisquis es, quicumque carnalibus concupiscentiis cedis atque consentis, qui eas vel bonas putas ad explendam libidinis saturitatem, vel certe sic iam vides malas, vt eis tamen cedendo consentias, & quod ducunt sequaris. & ea quæ male suggerunt peccata, totus carnalis es tu, tu tu quisquis talis es, totus carnalis es. Si autem concupiscis quidem, quod lex vetat cum dicit, Non concupiscas: seruas tamen aliud quod item lex iubet, Post concupiscentias tuas non eas: mente spiritualis es, carne carnalis. Aliud est enim non concupiscere, aliud post concupiscentias suas non ire. Non concupiscere omnino perfecti est, post concupiscentias suas non ire pugnantis est, luctantis est, laborantis est. Vbi feruet pugna, quare desperatur victoria? Quando erit victoria? Quando absorbetur mors in victoria, tunc enim vox erit triumphantis, non sudor pugnantis. Quando futura est vox illa triumphantis? Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vides victoriam, audi exultantem, expecta triumphantem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est? Ecce erat, & non est. Vbi est mors contentio tua? Ecce mors contentio, Non quod volo, ago. Ecce mortis contentio, Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum. Si ergo de seipso Apostolus dicit, si dico non confirmo. Si Apostolus dicit, Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum: mente enim spiritualis, corpore carnalis: quando totus spiritualis? Cum seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale.

Roma. 11.

Roma. 7.

Galat. 6.

L

Roma. 7.

M Eccl.

fistici. 18.

Aliud est non

concupiscere,

& aliud

post concupi-

scientias suas

non ire.

1. Corin. 15.

Roma. 7.

1. Corin. 15.

ritale.

Roma. 7.

A ritale. Modo ergo quando fertur mortis contentio, non quod volo ago, ex parte spiritualis, ex parte carnalis. Ex parte meliori spiritualis, ex parte inferiori carnalis. Adhuc configo, nondum vici, magnum mihi est non vinci. Non quod volo ago, sed quod odi illud facio. Quid facis? Concupisco. Et si concupiscentiæ non consentio, etsi post concupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco, & vti que etiam in ipsa parte ego sum. Non enim ego alius in mente, & alius in carne. Sed quid igitur ipse ego? Quia ego in mente, ego in carne. Non enim duæ naturæ contrariæ, sed ex vtroque vnus homo, quia vnus deus à quo factus est homo. Igitur ipse ego, ego ipse mente seruius legi dei, carne autem legi peccati: mente non consentio legi peccati, sed tamen nollem esset in membris meis lex vlla peccati. Quia ergo nollem, & tamen est, non quod volo ago, quia concupisco & nolo, non quod volo ago, sed quod odi illud facio. Quid odi? Concupiscere. Odi concupiscere, & tamen ago illud carne non mente. Quod odi illud facio. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Consentires legi, si quod velles faceres: si facis quod lex odit, quomodo consentis legi? Prorsus si quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Quomodo? Quid iubet lex, Non concupiscas. Quid volo ego? Non concupiscere. Volendo quod vult lex, consentio legi quoniam bona est. Si diceret lex, non concupiscas, & ego vellem concupiscere, non consentirem legi, & omnino ab illa voluntatis peruersitate diuersus existerem. Dicente enim lege, non concupiscas, & ego vellem concupiscere, non consentirem legi dei. Quid modo? Quid dicis de lege? Non concupiscas. Et ego nolo concupiscere, & ego nolo, quod non vis: nolo, ideo consentio, quia quod non vis nolo. Non implet legem infirmitas mea, sed legem laudat voluntas mea. Ergo si quod nolo hoc ago, & ideo consentio legi, quia nolo quod non vult, non quia ago quod nolo. Ipsum enim agere concupiscere est, non concupiscentiæ consentire: ne aliquis iam in Apostolo peccandi sibi quærat exemplum, & det malum exemplum, non quod volo ago. Quid enim lex dicit? Non concupiscas. Et ego nolo concupiscere, & tamen concupisco, quamuis concupiscentiæ meæ assensum non præbeam, quantum post eam non eam: resisto enim, auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamen fit in me quod nolo. Quod non vult & lex, nolo cum lege, quod non vult nolo, ergo consentio legi. Sed quia ego sum in carne, ego sum in mente, sed magis ego sum in mente quam in carne. Quia ego sum in carne, ego sum in mente, ego sum in regente. Mens enim regit, caro regitur, & magis sum ego in eo quod rego, quam in eo in quo regor. Quia ergo magis ego in mente, nunc autem iam non ego operor illud. Nunc autem quid est? Nunc autem iam redemptus, qui fui antea sub peccato venudatus, iam accepta gratia Saluatoris, vt mente condelecter legi dei, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, Scio enim quia non habitat in me. Iterum ergo in me, audi quod sequitur, hoc est in carne mea bonum. Velle enim mihi adiacet, Scio. Quid scis? Quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Iam dudum dixeras, quod operor ignoro. Si ignoras, quomodo scis? Modo dicis ignoro, modo dicis scio, ego quomodo intelligam nescio. An hoc est quod intelligo? Vbi enim ait, quod operor ignoro, dixit ignoro, non approbo, non accepto, non mihi placet, non consentio, non laudo. Non enim & Tomus decimus.

Roma. 7.

Christus eos ignorabit quibus dicitur est, Non noui vos. Prorsus etiam hoc intelligo, Quod enim operor ignoro, quia non quod facio ignoro. Non enim ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum, ideo ignoro, quia non ego facio, sicut dictum est de domino, Eum qui non nouerat peccatum. Quid est qui non nouerat? Ergo non nouerat quod arguebat? Non nouerat quod puniebat? Si ergo non nouerat quod puniebat, iniuste puniebat. Quia vero iuste puniebat, nouerat quod puniebat, & tamen peccatum non nouerat, quia peccatum non fecerat. Quod enim operor ignoro, non enim quod volo ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem accepta iam gratia, non ego operor illud, libera est mens, caro captiua. Non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Non adiacet perficere. Adiacet velle, perficere non adiacet. Non dixit facere, sed perficere. Num enim nihil facis? Rebellat concupiscentia, & non consentis, delectat vxor aliena, & non annuis, mentem auertis, in secretarium mentis intras. Vides foris strepentem concupiscentiam, profer aduersus eam sententiam, mundans conscientiam. Nolo, inquit, non facio. Puta quia delectat, non facio, habeo cui condelecter. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Quid tu de carne tua tumultuaris? Quid delectationes stultas, temporales, fluxas, vanas, noxias, tumultuose suggeris, & eas quasi garrula mihi narras? Narrauerunt mihi iniusti delectationes, vnde est & ista concupiscentia, Narrat mihi delectationes, sed non sicut lex tua domine. Condelector enim legi dei, non de me, sed de gratia dei. Tu concupiscentia in carne tumultuaris, mentem tibi non subdis. In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro, hoc est, mente non consentiente tumultuatur caro. In deo, inquit, sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Sicut nec aliena, ita nec mea. Qui ergo in se hæc agit, nihil facit? Multum facit, magnum est quod facit, sed tamen non perficit. Quid est enim perficere? Vbi est mors contentio tua? Ergo velle adiacet mihi, perficere autem bonum non. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Et repetit, Si autem quod nolo ego hoc facio, id est, concupisco, iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum. Bonam inuenio legem, bonum est lex, bonum aliquid est lex. Vnde proba? Quia implere volo. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Mihi, & hoc mihi. Num enim caro non mea, aut de alia substantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex deo, & caro de gente tenebrarum? Absit. Languor repugnat sanitati. Semiuuus iacebat in via, curatur adhuc, sanatur omnes languores eius. Non quod volo ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo ego illud facio, inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Quod malum? Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati quæ est in membris meis. Captiuum, sed ex carne. Captiuum, sed ex parte. Nam mens repugnat & condelectatur legi dei. Sic enim intelligere debemus, si de seipso Apostolus loquitur. Iam ergo si mens non consentit peccato titillanti,

Matth. 7.

D

1. Corin. 4.

Roma. 7.

E

Psal. 118.

Psal. 55.

1. Corin. 15.

Luce. 10.



**G** lanti, suggerenti, blandienti, si mens non consentit quoniam habet alias interius delectationes suas, delectationibus carnis nulla ex parte conferendas: si ergo non consentit, & est in me quiddam mortuum, mors adhuc contendit, sed mens viva non consentit. Nunquid ipsa mors non est in te? Nunquid illud quod mortuum est non pertinet ad te? Adhuc tibi est contentio. Quid etiam inde sperandum est? Miser ego homo, & si non in mente, tamen in carne non homo. Quis enim unquam carnem suam odio habuit? Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid est hoc fratres? Quasi carere vult corpore? Quid festinas, si tantum ibi est intentio tua ut corpore careas? Mors quandoque ventura est, & te ab isto corpore mortis dies adueniens ultimus proculdubio liberabit. Quid est quod pro magno gemis? Quid est quod dicis, Quis me liberabit? Mortalis loqueris, moriturus loqueris, separatio mentis a carne quandoque ventura est, propter breuitatem vite nunquam longe est, propter quotidianos casus quando sit nescis. Ergo siue festines, siue tardes, omnis vita humana brevis est. Quid pro magno gemis & dicis, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et adiungit, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Pagani enim qui non habent gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, non moriuntur non die ultimo a carne soluentur? non illo die a corpore mortis huius liberabuntur? Tu quid est quod pro magno gratia Christi, gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, vis tribuere, quia de corpore mortis huius liberaberis? Respondit tibi Apostolus, si sensum eius cepimus, immo quia domino adiuvante sine dubio cepimus, respondet tibi Apostolus & dicit, Scio quid loquar, Paganos dicis liberari a corpore mortis huius, quia veniet dies ultimus vite huius, & soluentur ad tempus a corpore mortis huius, Veniet & dies quando omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius, & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem vite, Ecce liberati a corpore mortis huius. Qui male fecerunt, in resurrectionem iudicii, Ecce redierunt ad corpora mortis huius. Corpus mortis huius redit ad vitium, nec inde aliquando soluetur. Tunc non erit vita aeterna, sed mors aeterna, quia poena aeterna. Tu autem o Christiane roga quantum potes, clama & dic, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondetur tibi, Securus efficeris non de te, sed de domino tuo, Securus efficeris de pignore tuo. Spera cum Christo regnum Christi, iam pignus tenes sanguinem Christi. Dic dic, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ut respondeatur tibi, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Non enim sic liberaberis de corpore mortis huius, ut hoc corpus non habeas, habebis, sed non mortis huius. Ipsum erit, sed non ipsum erit. Ipsum erit, quia ipsa caro erit. Non ipsum erit, quia mortale non erit. Sic sic liberaberis a corpore mortis huius, ut mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. A quo? Per quem? Gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum, quia per unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur, inde est quod gemis, inde est quod cum morte configis, inde est corpus mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Viuificatus accepto corpore immortali, vbi dicas, Vbi est mors contentio

tua? liberatus eris a corpore mortis huius, non tamen virtute tua, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Conuersi ad dominum.

*De verbis Apostoli, Igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati:*

*Sermo V I.*

**E**sterna lectio sancti Apostoli eousque terminata est, vbi dictum est, Igitur ipse ego mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. In qua conclusione demonstravit Apostolus ad hoc se dixisse quae supra dixerat, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum, quia non mente operabatur consentiendo, sed carne concupiscendo. Hoc enim peccati nomine appellat, vnde oriuntur cuncta peccata, id est, ex carnali concupiscentia. Quicquid enim est peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non exoriuntur nisi ex mala cupiditate, non exoriuntur nisi ex illicita delectatione. Huic ergo illicitae delectationi si resistamus, si non consentiamus, si membra velut arma non ministremus, non regnat peccatum in nostro mortali corpore. Peccatum enim ante regnum perdidit, & sic periit. In hac ergo vita quantum ad sanctos attinet regnum perdit, in alia perit. Hic enim regnum perdit, quando post concupiscentias nostras non imus, ibi autem perit quando dicitur, Vbi est mors contentio tua? Ergo cum dixisset Apostolus, Mente seruo legi dei, carne autem legi peccati: non dando membra committendis iniquitatibus, sed tantum concupiscendo, nec tamen illicitae concupiscentiae manus dando, Ergo cum dixisset, Mente seruo legi dei, carne autem legi peccati: subiecit & ait, Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. His qui sunt in carne condemnatio est, his qui sunt in Christo Iesu nulla condemnatio est. Ne putares hoc postea futurum, ideo addidit, Nunc. Postea illud expecta, ut nec concupiscentia sit in te contra quam contendas, cum qua configas, cui non consentias, quam frenes & domes, post expecta quia nec ipsa erit. Si enim quod nobiscum contendit ex mortali corpore etiam postea erit, vbi est mors contentio tua, falsum erit. Quid ergo postea futurum sit sciamus, Tunc enim fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum, virtus enim peccati lex, quia ex prohibitione auctum est desiderium, non extinctum. Lex peccato dedit virtutem tantummodo per litteram iubendo, non per spiritum subueniendo. Ergo tunc non erit hoc, sed quid nunc? Quid sit nunc quaeris, quod & paulo ante dixit. Nunc autem iam non ego operor illud, & ibi nunc. Quid est, non ego operor illud? Non consentio, non annuo, non decerno, semper mihi displicet, membra mea teneo, Et magnum est hoc. Cum sit ex carne concupiscentia, & ad carnem pertineat corporis membra, quando non regnat peccatum, id est, carnis concupiscentia, plus habet iuris mens ad tenenda membra carnis ne dentur in arma iniquitatis, quam ipsa concupiscentia carnis ad mouenda membra carnis. Itaque concupiscentia est carnis, & membra carnis: mens tamen quia dominatum habet, si tamen desuper adiuuetur, ne cum ei multum contra dei gratiam damus, non regem, sed ut tyrannum faciamus, Tantum ergo valet mens, sic regit cum regitur, ut de membris ipsius carnis contra concupiscentias carnis ipsius possit agere, quod ait Apostolus, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideris

Roma. 7.

Peccati nomine, quod Apostolus appeller.

Roma. 6.

L

1. Corin. 15.

Roma. 7.

1. Corin. 15.

M

Roma. 6.

Ephes. 5.

Roma. 7.

Ioan. 5.

Roma. 7.

1. Corin. 15.

Roma. 8.

Roma. 7.

Exod. 31.

Math. 12.

Luc. 11.

Digitus dei, spiritus sanctus.

Exod. 8.

Exod. 31.

Roma. 7.

Roma. 5.

Psal. 13.

Psal. 33.

1. Corin. 3.

Exod. 11.

**A** derisus eius, nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu, Non sunt solliciti, si concupiscentiis illicitis titillantur, non sunt solliciti, quod videtur adhuc esse lex in membris repugnans legi mentis. Nulla enim condemnatio est. Sed quibus etiam iustis? Quibus? Qui sunt in Christo Iesu. Et vbi est illa sententia de qua dicebat paulo ante, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis? Sed me dicebat ex carne, non ex mente. Vbi ergo illa lex, si nulla condemnatio est his qui sunt in Christo Iesu? Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu, Lex enim non illa in monte Syna per litteram, Lex enim non illa in vetustate litterae, sed lex spiritus vitae in Christo Iesu, liberabit te a lege peccati & mortis. Ut enim condelesteris legi dei secundum interiorem hominem, vnde haberes, nisi lex spiritus vitae in Christo Iesu liberaret te a lege peccati & mortis? Ideo mens humana ne tibi tribuas, ne multum superbas, immo ne omnino superbas o mens humana quod non consentis desiderijs carnis, quod lex peccati non te de arce deponit: lex spiritus vitae in Christo Iesu liberabit te a lege peccati & mortis: non te illa lex liberabit, de qua supra dictum est, Ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litterae. Quare illa non liberabit? Nonne & ipsa digito dei scripta est? Nonne digitus dei spiritus sanctus inteligit? Lege Euangelium & vide, quia vbi dicit vnus Euangelista, domino dicente, Si ego in spiritu dei eiicio daemonia: alius dicit, Si ego in digito dei eiicio daemonia. Si ergo & lex illa digito dei scripta est, hoc est, in spiritu dei, quo spiritu victi magi Pharaonis dixerunt, Digitus dei est hic: Si ergo & ipsa, imo cum & ipsa spiritu dei, hoc est, digito dei conscripta sit, quare non de illa dicitur, Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu: Lex enim mortis non ipsa dicitur, lex peccati & mortis, non illa lex dicitur quae data est in monte Syna. Lex peccati & mortis illa dicitur de qua gemens ait, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Sed illa lex ipsa est quae dicta est, itaque lex quidem sancta, & mandatum quidem sanctum, & iustum, & bonum: Et subiecit, Quod ergo bonum est, mihi mors factum est? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum. Quid est supra modum? Ut addatur praeruaricatio. Data est ergo lex illa, ut inueniretur infirmitas. Parum est hoc, non solum vt inueniretur, sed etiam vt augetur, & vel sic medicus quaereretur. Si enim leuis morbus esset, contemneretur: si morbus contemneretur, medicus non quaereretur: si medicus non quaereretur, morbus non finiretur. Ideo vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, quae deleuit cuncta peccata quae inuenit, & ad non peccandum voluntati nostrae conanti adiutorium subministravit, vt ipsa voluntas nostra non in seipsa, sed in domino laudaretur. In domino enim laudabimur tota die, Et in domino laudabitur anima mea, audiant mites, & latentur. Audiant mites, nam superbi & litigiosi non audiunt. Ergo quare non ipsa est lex digito dei scripta, quae dat adiutorium hoc gratiae de qua loquimur? Quare? Quia in tabulis lapideis scripta est, non in tabulis cordis carnalibus. Denique fratres mei in magno mysterio videte concordiam, videte distantiam. Concordiam legis, distantiam plebis. Celebrabatur Pascha in veteri po

pulo, sicut nostris occasione agni cum azymis: vbi occisio ouis Christum significat, azyma autem nouam vitam, hoc est, sine vetustate fermenti. Vide nobis Apostolus dicit, Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi, Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Celebratum est ergo Pascha in illo veteri populo, non dum in luce fulgete, sed in umbra significante celebratum est, & post quinquaginta dies a celebratione Paschae, sicut computatis inueniet qui voluerit, datur lex in monte Syna, scripta digito dei. Venit verum Pascha, immolatur Christus, transitum facit a morte ad vitam, Transitus enim interpretatur Hebraice Pascha. Quod expressit Euangelista dicens, Cum autem veniret hora, vt transfret Iesus de hoc mundo ad patrem, Celebratur ergo Pascha, resurgit dominus, facit transitum a morte ad vitam quod est Pascha. Et numeratur quinquaginta dies, & venit spiritus sanctus digitus dei. Sed videte ibi quomodo, & hic quomodo. Ibi plebs longe stabat, timor erat, amor non erat, nam, vt quae deo timuerunt, vt dicerent ad Moysen, Loqueretur ad nos, & non ad nos loquatur dominus, ne moriamur. Descendit ergo sicut scriptum est, deus in Syna in igne, sed plebem longe stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde. Hic autem quando venit spiritus sanctus, congregati erant fideles in vnum, nec in monte terruit, sed intrauit in domum, De caelo quidem factus est subito sonus, quasi ferretur flatus vehemens sonuit, sed nullus expauit. Audisti sonum, vide & ignem, quia & in monte vtrunque erat & ignis & sonitus, sed illic etiam fumus, hic & ignis serenus. Visae sunt enim illis, inquit scriptura, linguae diuinae velut ignis. Nunquid de Ionginquo territans? Absit. Nam in sedis super vnumquemque eorum, & coeperunt linguis loqui sicut spiritus dabat eis pronuciare. Audi linguam loquentem, & intellige spiritum non in lapide, sed in corde scribentem. Lex ergo spiritus vitae scripta in corde, non in lapide, in Christo Iesu, in quo celebratum est verissimum Pascha, liberabit te a lege peccati & mortis. Nam vt noueris ipsam esse distantiam euidentissimam veteris & noui testamenti, vnde & dicit Apostolus, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: dominus apud Prophetam dixit, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & consummabo super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum quod constitui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, & eduxi eos de terra Aegypti. Deinde ipsam distantiam euidenter ostendit, Dans, inquit, leges meas in cordibus eorum, in cordibus, inquit, eorum superferri bant eas. Si ergo scribatur lex dei in corde tuo, non foris terreat, sed intus mulceat, tunc lex spiritus vitae in Christo Iesu liberabit te a lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legi, hoc sequitur in lectione Apostoli. Quod enim impossibile erat legi, & ne ipsa culparetur, quid subiunxit? In quo infirmabatur per carnem. Lex enim iubeat, & non implebat, quia caro vbi non erat gratia, inuictissime resistebat: & lex infirmabatur per carnem, quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum. Quomodo ergo lex mihi opularetur iubens per litteram, & non dans gratiam? Infirmabatur per carnem. Quid fecit deus cum hoc impossibile esset legi, & infirmaretur per carnem? Deus filium suum misit. Per quid infirmabatur lex, & propter quid erat hoc impossibile legi? Infirmabatur per carnem. Quid ergo deus? Contra carnem misit carnem, immo etiam pro carne misit carnem.

D

1. Corin. 5.

Exod. 19.

Ioan. 15.

Exod. 20.

E

A 2. Cor. 13.

2. Corin. 13.

Hier. 31.

F

Roma. 7.

Roma. 8.

Peccatum

**G** Peccatum enim carnis occidit, carnis substantiam liberavit. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. In carne quidem vera, sed non in carne peccati. Quid autem in similitudine carnis peccati? Id est, ut esset caro, vera caro. Et unde similitudo carnis peccati? Quia de peccato mors, Mors est vitium in omni carne peccati, de qua dicit Apostolus, Ut euacuaretur corpus peccati. Quia ergo est in omni carne peccati, sed utrinque ibi est, & mors & peccatum in carne: ceterum in carne peccati & mors est, & peccatum est; in similitudine carnis peccati mors erat, & peccatum non erat. Si enim caro peccati esset, & merito peccati penam mortis lueret, non diceret ipsa dominus, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet. Quare ergo me occidit? Quia quae non rapui tunc exoluebam. Prorsus, quod fecit de tributo, hoc fecit de morte: Exigebatur tributum, didragma, Quare, inquit, tu & discipuli tui non redditis tributum? Vocauit ad se Petrum, & ait ei, Reges mundi a quibus exigunt tributum, a filiis suis, an ab alienis? Responsum est, Ab alienis. Ergo, inquit, liberi sunt filij, Tamen ne scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte haec, & qui primus surrexit, id est primogenitus a mortuis: aperit, inquit, os eius, & inuenies ibi staterem, id est duas didragmas, quatuor dragmas: quia didragma, id est duo dragmata in capite exigebatur. Inuenies ibi staterem, hoc est, quatuor dragmata, da eis pro me & te; Quid est? Ipse Christus, Petrus, ecclesia Christi, ecclesia quatuor euangelia. Mysterium latebat, Christus tamen tributum non debitum persoluebat. Sic persoluit & mortem, non debebat & persoluebat. Ille nisi indebitum solueret, nunquam nos a debito liberaret. Quod ergo impossibile erat legi quae faciebat praerogationem, quia nondum mens conuicta quaesierat. Saluatorem, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. Quomodo ergo non habebat peccatum, si de peccato damnauit peccatum? Iam aliquando exposuimus vobis hoc, sed qui meminerunt recognoscant, qui non audierunt audiant, qui obliui sunt recolant. Peccatum vocabatur in lege sacrificium pro peccato. Assidue lex hoc commemorat. Non semel, non iterum, sed sapissime peccata dicebantur sacrificia pro peccatis. Tale peccatum erat Christus. Quid enim dicamus? Peccatum habebat? Absit. Peccatum non habebat, & peccatum erat, Peccatum erat, dixi secundum illam intelligentiam, quia sacrificium pro peccato. Audi quia hoc modo peccatum erat, ipsum Apostolum audi, de illo loquens ait, Eum qui non nouerat peccatum. Ipsam sententiam vobis exponebam, quando ista dicebam, Eum, inquit, qui non nouerat peccatum, id est, dominum nostrum Iesum Christum, Deus pater eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, cum ipsum Christum qui non nouerat peccatum, deus pater pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Videte duo, Iustitia dei non nostra, in ipso non in nobis. Inde illi magni sancti, de quibus dicit Psalmus, Iustitia tua sicut montes dei. Et quasi diceretur in ipso Psalmo, vbi dictum est, Iustitia tua, non enim iustitia eorum, sed iustitia tua velut montes dei, Leuauit enim oculos meos in montes, vnde veniret auxilium mihi: sed non a montibus. Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram. Ergo cum dixisset, Iustitia tua sicut montes dei: quasi quaereretur, ut quid ergo aliqui nascuntur qui non pertinent ad iustitiam dei & subiecit, Iudicia tua sicut abyssus, multa. **K** Quid est sicut multa abyssus? Altum est, impenetrabile est, inaccessum est humanae intentioni. Diuitiae enim dei inscrutabiles, Inscrutabilia iudicia eius, inuestigabiles viae eius. Ergo & huc misit deus filium suum propter praefatos & praedestinos, vocandos, iustificandos, glorificandos, ut montes dei dicant, Si deus pro nobis, quis contra nos? Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustitia legis impleteretur in nobis. Non implebatur per se, impleta est per Christum. Non enim venit legem soluere, sed implere. Sed quomodo iustitia legis impleteretur in nobis, vel quomodo impleteretur nobis, vel quibus nobis? Vis audire in quibus nobis? Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Quid est secundum carnem ambulare? Carnalibus concupiscentiis consentire. Quid est secundum spiritum ambulare? Adiuuari spiritu in mente, & concupiscentiis carnis non obedire. Sic ergo impletur in nobis lex, impletur in nobis iustitia dei, modo interim impletur, Post concupiscentias tuas non eas. Post concupiscentias tuas cum audis, illicitas accipe. Post concupiscentias tuas non eas: debet impleri ex voluntate nostra. Adiuua gratia dei debet impleri, post concupiscentias tuas non eas. Quicquid enim illa concupiscentia carnis egit in nobis praeritorum peccatorum, siue in factis, siue in dictis, siue in cogitationibus, totum deletum est sacro baptisate, omnia debita deleuit vna indulgentia, Restat ergo cum carne conflictus, quia deleta est iniquitas, sed manet infirmitas, inest, titillat delectatio illicitae concupiscentiae: pugna, resiste, noli consentire, & impletur hic, Post concupiscentias tuas non eas: quia & si quando surrepant, & vsurpant sibi oculum, aurem, linguam, volaticam cogitationem, nec sic desperemus de salute nostra. Ideo quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Iustitia, inquit, legis impletur in nobis. Sed in quibus nobis? Qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim carnis sunt, quae carnis sunt sapiunt, qui autem secundum spiritum, quae sunt spiritus. Prudentia enim carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. Prudentia enim carnis inimica in deum, Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Quid est neque enim potest? Non homo non potest, non anima non potest, non denique ipsa caro, quia dei creatura, non potest: sed prudentia carnis non potest, vitium non potest, non natura, quomodo si diceres, claudicatio rectae ambulationi non est subiecta, neque enim potest. Pes potest, sed claudicatio non potest, Tolle claudicationem, & videbis rectam ambulationem. Sed quamdiu claudicatio est, non potest sic quamdiu prudentia carnis est, non potest. Non sit prudentia carnis, & homo potest. Prudentia spiritus vita & pax. Quod ergo ait, Prudentia carnis inimica in deum: noli sic accipere quasi inimica ista possit laedere deum. Resistendo inimica es, non occidendo. Illi autem nocet, in quo est prudentia carnis, quia vitium naturae nocet in qua natura inest. Medicina autem ideo inuenta est, ut pellatur vitium, & sanetur natura. Venit ergo Saluator ad genus humanum, nullum sanum inuenit, ideo magnus medicus venit. Hoc propterea dixi, quia Manichaei volentes aliam contra deum inducere naturam mali, quasi de hoc Apostoli testimonio errorem suum existimant adiuuari, & putant quasi naturaliter dictum, quia dictum est, non potest, inimica est in

**A** est in deum. Legi enim dei non est subiecta, neque enim potest: & non attenderunt non de carne dictum esse, non potest: non de homine dictum esse, non potest: non de anima dictum esse, non potest, sed de prudentia carnis. Prudentia ista vitium est. Vis nosse quid est? Sapere secundum carnem mors est. Sed ille ipse vnus homo, eademque natura a domino deo vero & bono condita, heri sapiebat secundum carnem, hodie sapit secundum spiritum, expulsus est vitium, sanata est natura. Nam quamdiu esset prudentia illa carnis, omnino legi dei subiecta esse non posset. Quamdiu enim inest per vitium claudicatio, nullo modo potest esse recta ambulatio. Sanato autem vitio, reparata est natura. Fuiſti aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Videte ergo quid sequitur. Qui autem in carne sunt, id est, qui in carne confident, qui concupiscentias suas sequuntur, qui in his habitant, qui earum voluptatibus oblectantur, qui in earum delectationibus beatam felicemque vitam constituunt, ipsi sunt in carne, deo placere non possunt. Non enim sic dictum est, Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt: quasi dictum esset, in hac vita cum sunt homines, deo placere non possunt. Ergo non placuerunt sancti patriarchae? Ergo non placuerunt sancti prophetae? Ergo non placuerunt sancti apostoli? Non placuerunt sancti martyres, qui antequam corpus patiendo deponerent Christum confitendo, non solum voluptatem contemnebant, sed dolores quoque patientissime perferebant. Placuerunt, sed in carne non fuerunt. Portabant carnem, non portabantur a carne. Iam enim paralytico dictum erat, Tolle grabatum tuum. Qui enim in carne sunt, quemadmodum dixi, quemadmodum iam exposui, non in hoc seculo viuendo, sed carnis concupiscentiis consentiendo, deo placere non possunt. Denique audite ipsum, quaestionem sine vlla dubitatione soluentem. Viuens vitique in hoc corpore loquebatur, & tamen adiunxit, Vos autem non estis in carne, Putas est hic aliquis in vobis cui dictum est? Ecce populo dei dixit, Ecclesiae dixit, Romanis quidem scribebat, sed vniuersae Christi Ecclesiae dixit, sed tritico dixit non paleae, massae dixit latenti, non stipulae apparet. Vniuersumque in corde suo cognoscat, Nos aurius loquimur, conscientias non videmus, tamen secundum ea quae superius locuti sumus, existimo in nomine Christi esse in plebe Christi quibus dictum est, Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Non estis in carne, quia non facitis opera carnis consentiendo concupiscentiis carnis, sed estis in spiritu, qui secundum interiorem hominem condelectamini legi dei, & hoc est si tamen spiritus dei habitat in vobis. Nam si de spiritu vestro praesumitis, adhuc in carne estis. Sic ergo non estis in carne, ut in spiritu dei sitis, tunc enim in carne non estis. Nam si recedat spiritus dei, pondere suo spiritus hominis reuoluitur in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiscentias seculares, Et erunt illius hominis peiora nouissima quam erant prima. Sic enim habete liberum arbitrium, ut imploretis auxilium. Non estis in carne, & hoc ex viribus vestris? Absit. Vnde ergo? Si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Non ergo se extendat, non se iactet, non sibi arroget virtutem propriam, egea & vitiata natura. O Adam quando sanus eras non stetit, & tuis viribus surrexisti? Si quis spiritum Christi non habet, ipse enim spiritus dei, qui spiri-

tus Christi, & patris est enim & filij: Si quis spiritum dei non habet, non se fallat, hic non est eius. Ecce adiuvante ipsius misericordia spiritum Christi habemus, ex ipsa dilectione iustitiae, integra fide, catholica fide spiritum dei nobis inesse cognoscimus. Sed quid de carne illa mortali? Quid de lege in membris nostris repugnante legi mentis? Quid de illo gemitu? Audi. Si autem Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Ergo de corpore mortuo propter peccatum iam desperandum est? Nulla spes est? Sic dormit, ut non adiciat vt surgat? Absit. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Remansit tristitia de nostro corpore. Nemo autem carnem suam odio habuit. Videmus quam sollicito curetur sepultura mortuorum. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Iam dicebas ad consolationem, Vellem quidem & corpus meum esse in hac vita, sed quia non potest, sit vel spiritus meus, sit vel anima mea. Expecta, noli esse sollicitus. Si enim spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra. Quid timetis? Quid etiam pro ista carne solliciti estis? Capillus capitis vestri non peribit. Adam peccando damnauit in mortem corpora vestra, sed Iesus si est spiritus eius in vobis, viuificabit & mortalia corpora vestra, quia suum sanguinem dedit pro salute vestra. Promissum reddi dubitas, qui tale pignus tenes? Sic ergo homo non erit mortis illa contentio, sic implebitur quod dictum est, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quia Christus Iesus si spiritus eius in vobis est, viuificabit & mortalia corpora vestra: sic liberaberis de corpore mortis huius, non corpus non habendo, vel alterum habendo, sed non ulterius moriendo. Si enim non adderet, Mortis huius, & diceret, Quis me liberabit de corpore? forte suggereretur error cogitationi humane, & diceretur, Vides quia non vult deus nos esse cum corpore? De corpore, inquit, mortis huius. Mortem tolle, & bonum est corpus. Detrahatur mors nouissima inimica, & erit mihi in aeternum caro mea amica. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit. Et si spiritus concupiscit contra carnem, & caro concupiscit aduersus spiritum, etsi modo rixa est in ista domo, maritus litigans non perniciem, sed concordiam quaerit vxoris. Absit fratres mei, absit, ut spiritus concupiscendo contra carnem oderit carnem. Vitia carnis odit, prudentiam carnis odit, contentionem mortis odit. Corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induatur immortalitate, seminetur corpus animale, resurgat corpus spiritale, & vide plenam perfectamque concordiam, videbis creaturam, lauda creatorem. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum qui habitat in vobis, non propter merita vestra, sed propter munera sua. Conuersi ad dominum.

De verbis Apostoli, Peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quae est gloria vestra, Et de libero arbitrio: Sermo VII. Postolum audiuiſimus, psalmum audiuiſimus, Euangelium audiuiſimus, consonant omnes diuinae lectiones, vt spem non in nobis, sed in domino collo-

Roma. 8.  
Ioa. 14.  
Psal. 68.  
Math. 17.  
Roma. 8.  
De verbis domini, sermo. 48.  
2. Corin. 5.  
Psal. 35.  
Psal. 102.

Roma. 11.  
Roma. 8.  
Math. 5.  
Ephes. 5.  
Roma. 8.  
Ecclesiasti. ci. 18.  
Math. 6.  
Roma. 8.  
Luc. 11.  
Roma. 8.

Roma. 8.  
D  
Spiritu Christi habere.  
Psal. 40.  
Ephes. 5.  
Roma. 8.  
E  
Luc. 11.  
Roma. 8.  
Ephes. 5.  
Galat. 5.  
F  
1. Corin. 15.  
Roma. 8.  
Ephes. 3.



Postolum audiuiſimus, psalmum audiuiſimus, Euangelium audiuiſimus, consonant omnes diuinae lectiones, vt spem non in nobis, sed in domino collo-

**G**no collochemus. Peto, inquit Apostolus, vos non infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Peto, inquit, vos non infirmari id est, vt non infirmemini, quando audistis me pati pro vobis tribulationes, quia hæc est gloria vestra. Petit ergo eos vt non infirmantur, quod non faceret, nisi eorum vellet excitare voluntatem. Si enim responderent, Quid nos petis quod in potestate non habemus: nunquid non viderentur sibi iustum reddidisse responsum? Et tamen Apostolus nisi sciret esse in eis voluntatis propriæ consensionem, vbi & ipsi aliquid agerent, non diceret, peto. Et si diceret, iubeo, nisi eos nosset adhibere posse iustioni suæ voluntatem, sine causa hoc verbum de eius ore procederet. Sed rursus sciens sine dei adiutorio infirmam esse hominis voluntatem, non solum ne diceret, voluntatis arbitrium non habemus, dixit peto, verum etiam ne diceret, voluntatis arbitrium sufficit nobis, videte quid addidit, Huius rei gratia. Cuius rei gratia, nisi quia supra dixerat, Peto nõ infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra? Quia ergo voluntatis habetis arbitrium, peto. Quia vero vobis voluntatis nõ sufficit arbitrium ad implendum quod peto, Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Vt det vobis. Quid det vobis? Quod peto a vobis, rogo det vobis. Peto enim a vobis propter arbitrii voluntatis, rogo det vobis propter auxilium maiestatis. Sed Apostoli verba preuenimus. Adhuc fortasse expectatis audire, qui textum eiusdem lectionis memoria non tenetis, vtrum reuera ideo Apostolus pro ipsis ad patrem genua flectat, vt det illis quod dixerat eis, peto. Mementote ergo quid petierit ab eis. Peto vos non infirmari in tribulationibus meis pro vobis. Hoc ab eis petit. Modo videte, quid illis petit. Flecto genua mea ad patrem domini mei Iesu Christi, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtute corroborari. Quid est aliud, nisi non infirmari? Virtute corroborari, inquit, per spiritum eius. Iste spiritus gratiæ videte quid petit. Hoc a deo petit, quod ab hominibus exigit, quia vt deus velit dare, debes & tu ad accipiendum accommodare voluntatem. Quomodo vis accipere gratiam diuinæ bonitatis, qui sinum non aperis voluntatis? Det, inquit, vobis. Non enim habetis, nisi det vobis. Det vobis virtute corroborari per spiritum eius. Si enim dederit vobis virtute corroborari, ibi dabit vobis non infirmari, in interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Totum hoc det vobis. In charitate radicati & fundati, vt præualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Quid comprehendere? Det vobis per spiritum suum virtute corroborari, & habitare in interiori homine vestro Christum per fidem, atque ita in charitate radicati & fundati possitis comprehendere. Quid? Quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Altitudo quidem in Latina lingua vtrunq; significat, & quod sursum versum est altitudinis nomen habet, & quod in profundum altum est, altitudinis nomē habet. Ideo bene respondet interpret ad id quod sursum est altum, altitudinem dicere, ad illud quod deorsum altum est, profundum dicere. Quid est ergo fratres mei? Exponam hoc vobis, quod facilius forte sit cuiquam quam sibi sit quis? Quid ergo? Quia latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, quatuor ista quæ dicit Apostolus, minus idoneus sum vel comprehendere vel proferre, transibo ab hoc, an forte pulsabo, & vt vobis salubre aliquid proferam, vestris orationibus adiu-

uabor. Quid corde pergis homo Christiane per latitudinem terræ, longitudinem temporum, altitudinem cœli, profunditatem abyssi? Quando ista cõprehendis vel mente vel corpore, hoc est, siue cogitando siue carnis oculis intuendo? Quando ista cõprehendis? Ipsum audi Apostolum dicentem sibi, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et nos in illa gloriamur, vel quia super illam incumbimus? In illa gloriamur omnes boni fratres, in illa gloriamur: ibi forte inueniemus & latitudinem, & longitudinem, & altitudinem, & profundum. His enim Apostoli verbis, crux quodammodo nobis ante oculos constituta est. Habet enim latitudinem in qua manus figuntur, habet longitudinem quod inde vsque ad terram ducitur lignum, habet & altitudinem quod ab ipso transuerso in quo figuntur manus excedit aliquantulum vbi caput crucifixi ponitur, habet & profundum, hoc est quod in terra figitur & non videtur. Videte magna sacramentum. Ab illo profundo quod nõ vides, surgit totum quod vides. Vbi ergo est latitudo? Confer te ad vitam moresq; sanctorum, qui dicunt, Absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Inuenimus in moribus eorum latitudinem charitatis: Vnde illos admonuit ipse Apostolus, dicens, Dilatamini, ne sitis iugum ducetes cum infidelibus. Et quia ipse latus erat qui eos ad latitudinē exhortabatur, audi quid dicat. Os nostrum patet ad vos ò Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Latitudo ergo charitas est, quæ sola bene operatur: Latitudo facit vt hilarē datorem diligat deus. Si enim angustiam passus fuerit, tristis dabit, si tristis dabit, perit quod dabit. Opus est enim latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni facitis. Sed quoniam ait dominus, Vbi abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: Da mihi & longitudinē. Quæ est longitudo? Qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hęc est longitudo crucis, vbi totum corpus porrigitur, vbi quodammodo statur, quo stando perseveratur. Si ergo queris qui in cruce gloriari habere crucis latitudinem, habeto bene operandi virtutem. Si vis habere crucis longitudinem, habeto perseverandi longanimitatem. Si autem vis habere crucis altitudinem, nosti quid audias & vbi audias: Sursum cor. Quid est, sursum cor? Ibi spera, ibi ama: Inde pete virtutē, ibi expecta mercedē. Nam si bene operaris & hilariter tribuis, videris habere latitudinē. Si in hisdem bonis operibus vsq; in finem perseveraueris, videris habere longitudinem. Sed si omnia hæc non propter supernam mercedem facis, altitudinem non habebis, & illa iam nec latitudo erit, nec longitudo. Quid est enim habere altitudinem, nisi cogitare deum, amare deum, & gratis amare ipsum deum adiutorem, ipsum expectatorem, ipsum coronatorem, ipsum præmij largitorem, postremo ipsum premiū deputare, non aliud ab ipso quam ipsum expectare? Si amas, gratis ama: si vere amas, ipse sit merces quem amas. An vero tibi cara sunt omnia, & vilis est qui cõdidit omnia? Hęc vt possimus flexit genua sua pro nobis Apostolus, vtique ideo vt det nobis. Terret enim & Euangelium, Vobis datum est scire mysteriū regni, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei. Quis autem habet cui dabitur, nisi cui datum est? Qui autem nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Quis autem non habet, nisi cui nõ est datum? Quare ergo illi datum est, & illi non est datum? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum dei quæ perferuntur contemplariq; non possumus, procedit omne quod possumus: de profunditate, inquam, nescio qua

K  
Galat. 6.  
Crucis mysterium.  
Galat. 6.  
L  
2. Corin. 6.  
Latitudo quid?  
2. Corin. 9.  
Matth. 2. 4.  
Matth. 10. & 24.  
Longitudo quid?  
Altitudo crucis.  
M  
Matth. 13.  
Profundum crucis.

**A** qua iudiciorum dei, quæ inscrutabilia contemplari nõ possumus, perferuntur non valeamus, procedit omne quod possumus. Quod possum video, vnde possum non video, nisi quia & hoc hæctenus video quod noui esse a deo. Quare autem illum & non illum? Multum est ad me: Abyssus est, profundum crucis est, admiratione exclamare possum, disputatione demonstrare nõ possum, Quid possum exclamare de ista profunditate? Quam magnificata sunt opera tua domine. Gentes illuminantur, Iudæi excæcantur. Quidam paruuli sacramento baptismatis abluuntur, quidam vero paruuli in morte primi hominis relinquuntur. Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profunda facte sunt cogitationes tuæ: & sequitur, Vir imprudens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc. Quid non intelligit stultus & imprudens? Quia vel profundum est. Nam si stultus non intelligit, & sapiens intelligit, non est nimis profundum. Sed si sapiens intelligit quia profundum est, stultus non intelligit quia vel profundum est. Ideo multi de isto profundo quærentes reddere rationem, in fabulis vanitatis abierunt. Aliqui dixerunt, quia animæ sursum in cælo peccant, & secundum sua peccata ad corpora pro meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt post cogitationes suas loqui volentes de dei profundo, meriti sunt in profundum. Occurrit enim eis, Apostolus, volens gratiam commedare, & elegit illos geminos in vtero Rebecca, & dicit, Nondum enim natis, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Vide quemadmodum tulit vanis hominibus phantasias conuersationis animarum ante corpus in cælo. Si enim ibi iam conuersatae sunt, iam aliquid boni egerint vel mali, & pro meritis suis ad corpora terrena detrusæ sunt. Si placet contradicamus Apostolo, qui dixit, Nondum natis, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Hoc autem quia propter Apostoli euidentem sententiam respuit catholica fides, quod animæ in cœlis prius viuunt & conuersentur, & illic recipiendorum corporum merita assumant, modo isti nouelli non audent dicere. Sed quid dicunt aliqui sicut au diuimus ipsorum? Ista disputant. Prorsus, inquit, pro meritis suis omnes homines moriuntur quia peccauerunt, non enim esset mors nisi veniens de peccato. Optime quidem & verum dictum est, non esset mors nisi veniens de peccato. Sed ego cum hæc audio ideo laudo, quia illam primam mortem intueor, & illius primi hominis peccatum: audio enim Apostolum, Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Omnes enim vnus fuerunt. Sic te audio dicentem mortem hominis de peccato esse. Non, inquit, Et quid dicis? Omnem hominem deus immortalem creat modo. Mirabilis nouitas, Quid dicis? Prorsus, inquit, omnem hominē deus immortalem creat. Quare ergo moriuntur paruuli infantes? Nam si dicam, Quare moriuntur grandes homines, dicturus es mihi, peccauerunt. Ergo de maiorum ætate non disputabo, paruulorum infantiam contra te testem citabo. Non loquuntur & conuincunt, tacent & quod dico probant. Ecce infantes in suis vtiq; operibus innocetes sunt, nihil secum nisi quod de primo homine traxerunt habentes, quibus propterea est Christi gratia necessaria, vt in Christo viuificentur, qui in Adam mortui sunt, vt quia inquinati sunt generatione, purgentur regeneratione: Ipsos ergo testes citabo. Respõde

Psal. 91.  
Roma. 9.  
1. sen. dist. 41. cap. Mali.  
1. Corin. 15.  
Roma. 5.

mihî, quare moriuntur si omnes homines immortales nascuntur, & quoniam peccant, ideo moriuntur? Quid putatis dici potuisse? Quæ aures ferant? Peccauerunt & ipsi. Vbi peccauerunt rogo, quando peccauerunt, quomodo peccauerunt? Bonum & malum quid sit nesciunt. Peccatum accipiunt, qui præceptum non capiunt: Proba mihi peccatores infantes, Quid dixisti? Vere quia oblitus es quod fuisti, proba mihi peccata infantum. An quia plorant peccant, quia motibus quasi mutorum animalium, molestias repellunt, voluptates accipiunt, ideo peccant? Si motus isti peccata sunt, ampliores peccatores in baptismo sunt, quia cum baptizantur vehementissime reluctantur. Quare illis in tanta relictatione non imputatur peccatum, nisi quia nullum est adhuc voluntatis arbitrium. Sed aliud dico, isti quia nati sunt, vt arbitraris, peccauerunt: Nam si non peccarent, inquis, non morerentur? Quid de illis dicis qui in vtero moriuntur? O angustia. Et ipsi, inquit, peccauerunt, ideo moriuntur. Mentiris, an falleris? Contradicit Apostolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali. Magis Apostolus credo quam tibi, nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si autem hoc testimonium refellis, vade potius ad illas uagationes & dic, Quia in cælo peccauerunt, & inde in corpora præcipitantur. Non dico, inquis. Quare non dicis? Quia dicit Apostolus, Nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si ergo non eos accusas in cælo, quare accusas in vtero? Ad vtrumque respondet Apostolus, & eis respondet qui dicunt in cælo, & qui dicunt in vtero peccauerunt, quia ad vtrumque valent illa verba quæ dicunt, antequam nascerentur nihil egisse vel boni vel mali. Quare ergo moriuntur? Et hic te audietur sum, & nõ potius magistrum gentium? Dic mihi Paule apostole, quare moriuntur? Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ecce primus homo totam massam damnabilem fecit. Veniat, veniat, dominus noster secundus homo: Veniat, veniat, ex alio tramite veniat, per virginem veniat, viuus veniat mortuos inueniat, moriatur vt morienti subueniat, mortuos ad vitam transferat, mortuos redimat morte, seruet vitam in mortem, occidat mortem de morte. Sola est ista gratia paruulorum, sola maiorum, sola liberat pusillos cum paruis. Quare illum & quare illum, quare non illum atque illum? Nolo a me queras. Homo sum, profundum crucis aduerto non petro, expauesco non serutor: Inscrutabilia sunt iudicia eius, inuestigabiles sunt viæ eius. Homo sum, homo es, homo erat qui dicebat, O homo tu quis es qui respondeas deo? Homo dicebat, homini dicebat, Audiati homo, ne pereat homo propter quæ deus factus est homo. In hac ergo crucis profunditate, in hac resu tanta obscuritate teneamus quod cantauimus, non de nostra virtute præsumamus, non ingenio nostri viribus in hac questione aliquid arrogemus, psalmum dicamus, cum psalmo dicamus, Miserere mei deus, miserere mei deus, miserere mei. Quare? Quia virtutem habeo qua te promerear? Non. Quare? Quia voluntatis arbitrium gero, vnde gratiam tuam meritum meum præcedat? Non. Sed quare? Quoniam in te confidit anima mea. Magna scientia ista continentia. Conuersi ad dominum. De verbis Apostoli, Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sermo VII I. Audiuimus

Roma. 9.  
Roma. 5.  
Roma. 11.  
Roma. 9.  
Psal. 56.  
1. Timo. 1.



1. Timo. 1.

**V**idimus beatum Apostolum Paulum dicentem, Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, Humanus ergo sermo & omni acceptione dignus. Quare humanus & non diuinus? Proculdubio nisi iste humanus sermo etiam diuinus esset, dignus omni acceptione non esset. Sed sic est sermo iste humanus & diuinus, quomodo & ipse Christus, homo & deus. Si ergo recte intelligimus sermonem istum, non solum humanum esse verum etiam diuinum, quare Apostolus humanum maluit dicere quam diuinum? Proculdubio enim qui non mentiretur si diceret diuinitatem, non sine causa maluit dicere humanum. Hoc ergo elegit, per quod Christus in mundum venit. Venit enim per quod homo erat, non per quod deus erat: semper hic erat. Vbi enim non est deus, qui dixit, Caelum & terram ego impleo? Christus est certe virtus & sapientia dei, de qua dicitur, Attingit a sine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Ergo in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Et hic erat & venit. Hic erat per diuinam maiestatem, venit per humanam infirmitatem. Quia ergo venit per infirmitatem humanam, ideo predicans aduentum eius, dixit, Humanus sermo est. Non liberaretur humanum genus, nisi sermo dei dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur humanus, qui se exhibet hominem, & maxime qui hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur qui in domo sua suscipit hominem, quam humanus est qui in seipso suscipit hominem? Ergo humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere: attende Euangelium, Venit enim filius hominis querere & saluare quod perierat. Si homo non perisset, filius hominis non venisset. Ergo perierat homo, venit deus homo, & inuentus est homo. Perierat homo per liberam voluntatem, venit deus homo per gratiam liberatricem. Quare quid valeat ad malum liberum arbitrium, recole hominem peccatorem. Quare quid valeat ad auxilium deus & homo, attende in eo gratiam liberantem. Nusquam potuit sic ostendi, quantum valeat voluntas hominis vsurpata per superbiam, ad vtendum sine adiutorio dei malum, non potuit plus & manifestius exprimi, quam in homine primo. Ecce perit primus homo, & vbi esset nisi venisset deus secundus homo? Quia & ille homo & iste homo, & ideo iste humanus sermo. Prorsus nunquam sic apparet benignitas gratie & liberalitas omnipotentie dei, quam in homine mediatore dei & hominum, homine Christo Iesu. Quid enim dicimus fratres mei? In fide catholica nutritis loquor, vel in pacem catholicam lucratis. Nouimus & tenemus, mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, in quantum homo erat eius esse nature cuius nos sumus. Non enim alterius nature caro nostra & caro illius, nec alterius nature anima nostra & anima illius. Hanc suscepit naturam quam saluandam esse iudicauit. Nihil minus habebat in natura, sed nihil habebat in culpa. Natura pura, sed non sola humana. Ibi erat deus, ibi erat verbum dei. Et sicut tu vnus homo anima es & caro, sic & ille vnus Christus deus & homo. Audebit ergo aliquis dicere, quia natura nostra in illo mediatore primum per liberum arbitrium promeruit deum, & sic suscipi meruit vt esset homo & deus vnus Christus Iesus? Ecce nos possumus dicere virtuti-

Hierc. 23. Sapient. 8.

Ioan. 1.

H

Luc. 19.

1. Timo. 2.

bus nostris, moribus nostris, conuersatione vite nostre meruisse vt efficiamur filij dei: possumus dicere, accepimus preceptum, si seruauerimus & bene vixerimus, recipiemur in numero filiorum dei? Nunquid & ille prius vixit filius hominis, & bene viuendo factus est filius dei? Inde coepit & inde incepit, & susceptione factus est. Verbum enim caro factum est, vt habitaret in nobis: verbum dei vnicus dei filius assumpsit animam & carnem hominis, non antea se promerentis, nec ad illam percipiendam sublimitatem virtute propria laborantis, sed omnino gratis. Nihil enim precessit illam susceptionem. Susceptus est dei filius, susceptione factus est. Virgo concepit, ante conceptum virginis homo mediator, non vtique prius iustus fuit. Quomodo enim iustus fuit, qui nec fuit? Virgo concepit, & susceptio hominis inde coepit. Merito dictum est, Vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti a patre, plenam gratia & veritate. Amas liberam voluntate tuam, dicitur es patri tuo, Da mihi substantiam meam quam me contingit. Quid te tibi committis? Melius te potest seruare, qui te potuit antequam esse creare. Agnosce ergo Christum, gratia plenus est. Hoc tibi vult fundere quo plenus est, hoc tibi dicit, Quare dona mea, obliuiscere merita tua: quia si ego quererem merita tua, non venires ad dona mea. Noli te extollere, pusillus esto, Zacharus esto. Sed dicitur es, Si Zacharus fuero, praeter turba non potero videre Iesum, Noli esse tristis, ascende lignum vbi pro te pependit Iesus, & videbis Iesum. Et quale genus ligni ascendit Zacharus? Sycomorum. In regionibus nostris aut omnino nusquam aut raro forte alicubi nascitur, in illis autem partibus multum est huius generis ligni. Et poma sycomora dicuntur, poma quidem fici similia, sed tamen distant aliquid quod possunt nosse qui viderunt vel gustauerunt. Quantum tamen indicant interpretatione nominis, sycomora ficus fatuae Latine interpretantur. Iam vide Zacharium meum, vide illum obsecro te volentem in turba videre Iesum, & non valentem. Humilis enim erat, turba superba erat, & ipsa turba ad videndum bene dominum, sicut solet turba seipsam impediabat, ascendit a turba, & vidit Iesum non impediente turba. Turba enim dicit humilibus, humilitatis viam gradientibus, iniurias suas deo dimittentibus, vindictam de inimicis non requirentibus, turba insultat & dicit, Indefense, qui te non potes vindicare. Turba impedit ne videatur Iesus, turba glorians & exultans, quando se potuerit vindicare, impedit ne videatur ille qui pendens, ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hunc ergo volens videre Zacharus, in quo figurabatur persona humilium, non attendit turbam impediendam, sed attendit sycomorum quasi fatui pomi lignum. Nos enim, inquit Apostolus, predicamus Christum crucifixum, ludæis quidem scandalum, attende sycomorum, gentibus autem stultitiam. Denique de cruce Christi nobis insultant sapientes huius mundi, & dicunt, Quale cor habetis, qui deum colitis crucifixum? Quale cor habemus? Non utique vestrum. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Non ergo vestrum cor habemus. Sed dicitis cor nostrum stultum, dicitis quod vultis, nos ascendamus sycomorum & videamus Iesum. Ideo enim vos Iesum videre non potestis, quia sycomorum ascendere erubescitis. Apprehendat Zacharus sycomorum, ascendat humilis cruce: Parum est ascendat, ne de cruce Christi erubescat. In fronte illum figat vbi sedes pudoris est, ibi omnino, ibi in quo membro erubescitur, ibi figurat

Ioan. 1.

Ibidem.

Luc. 15.

L

Luc. 19.

Luc. 23.

1. Corin. 1.

1. Corin. 2.

vnde

Roma. 8.

Ioan. 1.

Gene. 3.

Luc. 19.

Psal. 8.

Luc. 19.

Galat. 5.

Suscipere Iesum in cor.

Ephes. 5.

Luc. 19.

Luc. 23.

1. Timo. 1.

Luc. 19.

**A** vnde non erubescitur. Puta quia tu irrides sycomorum, & ipsa me fecit videre Iesum. Sed tu irrides sycomorum qui homo es, stultum autem dei sapientius est quam hominum. Et vidit dominus ipsum Zacharium. Visus est & vidit, sed nisi visus esset non videret. Quos enim predestinauit, illos & vocauit. Ipse est qui Nathanaeli dixit, iam quasi testimonio suo adiuncti Euangelium & dicenti, A Nazareth potest aliquid boni esse. Dominus ad illum, Priusquam te Philippus vocaret cum esses sub arbore fici vidi te. Nostis vnde sibi succinctoria fecerunt primi peccatores Adam & Eua? Quando peccauerunt de folijs fici succinctoria sibi fecerunt & prudenda texerunt, quia quod eos puderet peccando fecerunt. Ergo si succinctoria sibi primi peccatores fecerunt, vnde originem ducimus, in quibus perieramus, vt veniret ille querere & saluare quod perierat, de folijs fici ad pudenda tegenda fecerunt, quid aliud dictum est, Cum esses sub arbore fici vidi te: nisi non venires ad purgatores peccati, nisi prior te vidisset in vmbra peccati? Vt videremus, vixi sumus, vt diligereamus dilecti sumus, Deus meus misericordia eius proueniet me. Iam ergo dominus qui Zacharium in corde susceperat, in domum eius dignatus est suscipi, & dixit, Zacharie descende, quia in domo tua oportet me manere. Magnum beneficium ille arbitratur Christum videre: quia magnum & ineffabile beneficium putabat transeuntem videre, subito meruit in domo habere. Infunditur gratia, operatur fides per dilectionem, suscipitur Christus in domum qui iam habitabat in corde. Dicit Christo Zacharus, Domine dimidium rerum mearum do pauperibus, & si quid aliquem fraudauit, quadruplum reddo: quasi diceret, Ideo mihi dimidium teneo, non quod habeam, sed vnde reddam. Vere ecce quod est suscipere Iesum, in cor suscipere: ibi enim erat Christus, in Zachario erat, & de illo sibi dicebat quod ex ore eius audiebat. Sic enim Apostolus dicit, Habitate Christum per fidem in cordibus nostris. Iam ergo quia Zacharus erat, quia princeps publicanorum erat, quia valde peccator erat, quasi sana illa turba quae impediabat videre Iesum admirata est, & reprehendit quod in domum peccatoris intrasset Iesus. Hoc erat reprehendere quod in domum agroti intrauit medicus. Quia ergo velut peccator Zacharus irrisus est, irrisus est autem ab insanis sanatus, dominus respondit irridentibus, Hodie salus huic domui facta est. Ecce quare intraui, salus hodie facta est. Vtique si Saluator non intrasset, salus in illa domo facta non esset. Quid ergo miraris agrote? Voca & tu Iesum, noli tibi sanus videri. Cum spe agrotat qui medicum suscipit, desperat agrotat qui per insaniam medicum caedit. Qualis ergo eius insaniam qui medicum occidit. Quanta vero bonitas & potentia medici, qui de sanguine suo, insano interfectori suo medicamentum fecit? Neque enim ille qui venerat querere & saluare quod perierat, pendens sine causa dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Insani sunt, medicus sum, seruiant, patienter fero, cum occiderint tunc sanabo. Simus ergo inter illos quos sanat humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, magnos, pusillos peccatores saluos facere: Venit filius hominis querere & saluare quod perierat. Qui dicit infantilem aetatem non habere quod saluet Iesus, omnibus fidelibus infantibus Christum negat esse Iesum: Qui dicit, inquam, infantilem aetatem non habere quod saluet Iesus in ea, nihil

aliud dicit quam Christum dominum fidelibus infantibus, id est, in Christo baptizatis infantibus non esse Iesum. Iesus enim quid est? Interpretatur Iesus saluator, Saluator est Iesus. Quos non saluat, non habendo quod in eis saluet, non est illis Iesus. Iam si corda vestra tolerant, aliquibus baptizatis Christum non esse Iesum, nescio vtrum fides vestra in regula sana possit agnosci. Infantes sunt, sed membra eius sunt. Infantes sunt, sed sacramenta eius accipiunt. Infantes sunt, sed mensae eius participes fiunt, vt habeant in se vitam. Quid mihi dicis? Sanus est, non habet vitium. Quare cum illo curris ad medicum, si non habet vitium? Non time ne dicat tibi, aufer hinc eum quem putas sanum? Filius hominis non venit nisi querere & saluare quod perierat. Quare illum ad me afferis si non perierat? Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Alia causa non fuit quare veniret in mundum? Non enim de caelo ad terram merita nostra bona, sed peccata duxerunt. Hae est causa, cur veniret peccatores saluos facere. Et vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Quare vocabis nomen eius Iesum? Ipsum enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis nomen eius Iesum. Quare Iesum? Quare ratio est huius nominis? Audi quare. Ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde? A peccatis eorum. Populum suum a peccatis eorum. Nunquid ad istum populum non pertinent paruuli, quos saluos faciet Iesus a peccatis eorum? Pertinent plane, pertinent fratres mei. Sic habete in corde, sic credite, cum ista fide paruulos ad gratiam Christi portate, ne si hanc fidem in corde non habueritis, pro quibus responderis lingua vestra occidatis. Prorsus fratres qui cum ista fide cum paruulo non cucurrerit, fingit, sanus est, nihil mali habet, nihil vitij habet, sed tollam illum ad medicum. Quare? Quia sic solet fieri. Non times ne tibi dicat medicus, Tolle hinc tecum ipsum, non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Commenda uerim charitati vestrae causam eorum, qui pro se loqui non possunt. Omnes paruuli tanquam paruuli considerentur, etiam qui nondum parentes proprios extulerunt. Omnis predestinatorum numerus paruulorum, populus dei querit tutorem, qui expectat dominum saluatorem. Vniuersam massam generis humani in homine primo venenator ille percussit, nemo ad secundum transit a primo, nisi per baptismatis sacramentum. In paruulis natis & nondum baptizatis agnoscitur Adam, in paruulis baptizatis & ob hoc renatis agnoscitur Christus. Qui Adam non agnoscit in paruulis natis, nec Christum agnoscere poterit in renatis. Sed quare, inquit, iam baptizatus homo fidelis iam dimisso peccato, generat eum qui est cum primi hominis peccato? Quia carne illum generat non spiritu. Quod natus est de carne, caro est. Et si exterior homo noster, ait Apostolus, corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Ex eo quod in te renouatur, non generas paruulum, lex eo quod in te corrumpitur generas paruulum. Tu vt non in aeternum moriaris, natus es & renatus es, ille adhuc natus renatus non est. Si tu renascendo uiuis, sine vt & ille renascatur & uiuat, sine, inquam, renascatur, sine renascatur. Quare cotradicis, quare nouis disputationibus antiquae fidei regulam frangere conaris. Quid est enim quod dicis. Paruuli non habent omnino vel originale peccatum? Quid est quod dicis, nisi vt non accedant ad Iesum? Sed tibi clamant Iesus. Sine paruulos venire ad me. Conuersi ad dominum.

Luc. 19.

E

Math. 9.

De verbis domini, sermo. 36.

Ioan. 3.

2. Corin. 4.

Marci. 10.

De uerbis

1. Timo. 5. De uerbis Apostoli, Fidelis sermo & omni acceptione dignus: Sermo I X.

Quod lectum est modo de sancto Euangelio, hoc & Paulus apostolus dicit, Cuius uerba ista sunt, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicina. Si uenit de caelo magnus medicus, magnus per totum orbem terrae iacebat agrotus: Ipse agrotus genus humanum est. Sed non omnium est fides. Nouit dominus qui sunt eius. Superbiebant Iudei, extollebant se, alta sapiebant, iustos se putabant, & dominum colligentem peccatores insuper accusabant. Qui ergo superbiebant, & alta sapiebant, relictum sunt in montibus, ad nonagintanouem pertinent. Quid est relictum sunt in montibus? Relictum sunt in tumore terreno. Quid est ad nonagintanouem pertinent? In sinistra sunt, non in dextera. Nonaginta enim & nouem in sinistra numerantur, unum adde, ad dexteram transitur. Venit ergo, ut ipse alio loco dicit, Venit filius hominis quaerere & saluare quod perierat. Totum enim perierat, ex quo peccauit vnus. Vbi erat totum, perierat totum, sed uenit vnus sine peccato, qui saluos faceret a peccato. Isti autem superbiendo quod est peius, & agrotabant & sanos se esse credebant. Periculosius agrotant, qui mentem febrilibus perdididerunt. Illi ridet, & sani plorant. Ridet enim phreneticus, sed non est sanus. Porro autem qui mentis est sanus, plorat phreneticum ridentem. Primum, si duo ista proponas, quid est melius, ridere an plorare? quis non sibi eligat ridere? Denique propter dolorem salubrem poenitentiae, in fletu dominus posuit officium, in risu beneficium. Quomodo? Quando ait in Euangelio, Beati qui plorant, quia ridebunt. Ergo in ploratu officium est, in risu premium sapientiae. Risum enim pro gaudio posuit, non cachinnationem, sed exultationem. Ergo si duo ista proponas, & quaeras quid horum sit melius, ridere an plorare, & quaeras quid horum non uult, & ridere uult. Porro si addas personas ad istos affectus, & ita proponas cum personis, quid est melius ridere phreneticum, an plorare sanum? eligat sibi homo fletum cum sanitate, quam risum cum amentia. Tantum ualeat mentis sanitas, ut etiam cum planctu eligatur. Isti enim qui sanos se putabant, multo periculosius & desperatius agrotabant, & ipsa agitudine qua mentes perdididerant etiam medicum caedebant. Parum est caedebant, dicam totum, non solum caedebant, sed etiam occidebant. Ille autem etiam cum occideretur medicus erat, uapulabat & curabat: patiebatur phreneticum, nec deserebat agrotum: tenebatur, alligabatur, colaphis percutiebatur, harundine plagas accipiebat, irridebatur, insultabatur ei, postremo audiebatur, damnabatur, ligno suspendebatur, vndique circumferebatur, & medicus erat. Agnosce phreneticos, agnosce & medicum. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Illi perditam mente sauebant, & medici sanguinem saueundo fundebant, ille autem etiam de ipso sanguine suo agrotis medicamenta faciebat. Non enim uere frustra dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Orat Christianus, & exauditur, orat Christus & non exauditur? Nam qui exaudit cum patre quia deus est, quomodo non exauditur homo quod pro nobis factus est? Proxime exauditus est. Ibi erant, ibi sauebant, de his erant qui reprehendebant eum, & dicebant, Ecce cum

publicanis & peccatoribus conuiscitur. Erant in ipso K populo a quo ipse medicus occidebatur, & in eius sanguine etiam ipsis antidotum parabatur. Cum enim dominus non solum sanguinem funderet, uerum etiam ipsam suam mortem ad medicamenti confectionem impenderet, resurrexit ad demonstrandum resurrectionis exemplum. Patientia sua passus est, ut doceret patientiam nostram, & in resurrectione sua premium patientiae demonstrauit. Item, ut nostis, & omnes confitemur, Ascendit in caelum, deinde ab eo spiritus sanctus est missus, ante promissus. Dixerat enim discipulis suis, Sedete in ciuitate donec induamini uirtute ex alto. Venit ergo & promissio ipsius, uenit spiritus sanctus, impleuit discipulos, cepit loqui linguis omnium gentium, signum in illis procedebat ueritatis. Loquebatur enim tunc vnus homo omnibus linguis, quia locutura erat ueritas Ecclesiae in omnibus linguis. Expauerunt qui audiebant. Nouerant enim homines idiotas fuisse, vnus tantum linguae: & mirabantur ac stupebant, quod vnus linguae homines uel ut multum duarum, linguis omnium gentium loquerentur: suspensi sunt stupore, perdidit elationem, de monte facti sunt ualles. Iam si humiles sunt, ualles sunt, quod infideris capiunt, non dimitunt. Si uenerit aqua super altitudinem, decurrit & defluit: si uenerit aqua ad concauum & humilem locum, & capitur & stat. Tales iam illi erant, stupebant, mirabantur, perdidit ueritatem. Denique loquente sibi Petro, compuncti sunt, & factum est in illis quod Psalmus praedixerat, Conuersus sum in erumna, cum confingeretur spina. Quid est spina? Compunctio poenitentiae. Sic habes & uerba ipsa scripturae in Actibus Apostolorum, Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Apostolos, Quid faciemus? Quare dixerunt, quid faciemus? Nouimus quid fecimus. Quid faciemus? Quantum ad nostrum factum pertinet, desperatio est salutis: sit ergo in uestro consilio, si fieri potest, spes aliqua sanitatis. Nouimus quid fecerimus, dicite quid faciamus. Quid est quod fecimus? Non enim quemcumque hominem occidimus, & multum mali fecissemus si quemcumque hominem innocentem occidissemus. Laetronem elegimus, innocentem occidimus, mortuum elegimus, medicum occidimus, dicite quid faciemus? Et Petrus, Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque uestrum in nomine patris & filij & spiritus sancti: ut transeat de nonagintanouem ad centum, quia cum nonaginta & nouem essetis, poenitentiam uobis necessaria non putabatis, & domino colligente peccatores, & uolente eos facere poenitentes, insuper insultabatis: Modo ergo compuncti, quia cognouistis peccatum uestrum, agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi: baptizetur in eius nomine quem occidistis sine crimine, & remittitur uobis peccata uestra. Reducti sunt in spe, doluerunt, gemuerunt, conuersi sunt, sanati sunt. Ipsi erant illi, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vnusquisque ergo fratres charissimi, quando audit dominum Iesum Christum non uenisse propter iustos sed propter peccatores, non amet esse peccator: Ne forte dicat in corde suo, Si iustus fuero non me amat Christus: si peccator fuero amat me, quia propter peccatores descendit, non propter iustos. Respondit enim tibi, Si medicum agnouisti, febre quare non timuisti? Vtique medicus ad agrotum uenit, constat, sed ideo uenit medicus ad agrotum, ne ille sit semper agrotus. Quid ergo dicimus? Quid pronunciamus? Quid desinimus?

1. Thessa. 3.

Matth. 18.

Luc. 19.

Luc. 6.

Luc. 23.

Luc. 5.

Luc. 2. 4.

Act. 2.

Psal. 31.

Act. 2.

Ioan. 8.

Act. 2. 1. alias, nomine domini M. ni nostri Iesu Christi ut &c.

Luc. 23.

1. Timo. 1.

Matth. 4.

Matth. 26.

Act. 7.

Act. 9.

1. Reg. 18.

Act. 9.

A. nimis? Agrotum amat medicus, an sanum? Quod uult facere amat, non quod inuenit. Ad agrotum quidem uenit, ad sanum non uenit. Noli attendere quia ad illum uenit, ad illum non uenit. Plus enim amat sanum quam agrotum, Nam, ut noueritis, quia plus amat sanum quam agrotum, nunc quid faceret quod odisset? Ergo Paulum Apostolum attende; Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Dixit, quorum primus ego sum, quomodo erat primus? Ante illum non fuerunt peccatores, tot Iudaei? Ante illum non fuerunt peccatores in genere humano? Ante illum in omnibus hominibus non peccato tenebatur Adam? No ante illum fuit qui primus peccauit, & nos omnes in mortem praecipitauit? Quid est, quorum primus ego sum? Ad quos uenit, primus ego sum. Sed nec hoc uerum est. Primus electus est Petrus, primus Andreas, primi alij Apostoli, tu Apostolus es nouissimus, quomodo dicis, quorum primus ego sum? Ego Apostolus nouissimus, primus peccator. Et hoc quomodo primus peccator? Ante te peccauit Petrus, quando ipsum dominum ter negauit. Nolo dicere, quia & ipse nisi peccator inuentus esset, de sinistra ad dexteram non transisset. Quid est ergo, quorum primus ego sum? Quia omnibus peior sum. Ergo peior uoluit intelligi primum. Quomodo in artificibus, quicumque uult adificare quid dicit? Quis est hic primus structor? Quis est primus faber? Aut si curari uult, quis est hic primus medicus? Non utique interrogat quis prior sit arte, aut quis prior sit professione, sed quis prior sit arte: Quomodo illi in arte primi, sic iste in iniquitate primus. Quare Paulus in iniquitate primus? Recolite Saulum, & inuenietis: Attenditis Paulum, & obliuisti Saulum: Attenditis ad pastorem, obliuisti lupum. Nonne ille est cui ad lapidandum Stephanum manus vna non sufficiebat, & aliorum uerimenta seruabat? Nonne ipse est qui ecclesiam ubi iue praeebatur? Nonne ipse est qui literas acceperat a principibus sacerdotum, quia parum illi erat persequi Christianos qui erant in Hierusalem, sed uolebat ad alia loca uenire ubi eos inueniret, & ligaret, & puniendos adduceret? Nonne cum iter agens spirat & anhelat ad caedes, de caelo percussus est, & uocem domini audiuit ad salutem fulminatus? Dum ambulat prosternitur, ut uideat excrucatur. Ipse est ergo qui primus erat persecutor, illo peior non fuit. Audite unde plus intelligatis: Ananiae loquebatur ipse dominus Christus, iam illo prostrato, iam erecto, & dicebat ei, Vade ad vicum illum, ibi inuenies Saulum a Tarso Ciliciae, loquere ei, Quoniam uidet uirum Ananiam intrantem ad se, & baptizantem se. Ille audiuit nomen Sauli, & inter manus ipsius medici tremuit. Quid est autem dulcius? Saulus unde uocaretur, credo quia recolitis, & propter eos qui non recolunt, commemorem. Saul erat ille persecutor David. In David Christus erat, in David Christus praefigurabatur, in Saule Saulus praefigurabatur, tanquam a David Sauli dictum est de caelo, Saule Saule, quid me persequeris? Ananias ouis interpretatur. Loquebatur, uis pastor, & timebat ouis lupum. Tanta huius lupi fama praeserant, ut non se putaret tutam ouis, nec inter manus pastoris. Et dominus ad illum, quasi ad ouem tremantem. Ille enim cum audisset hoc, dixit, Domine audiui de isto homine quanta mala fecit sanctis tuis in Hierusalem, & quomodo dicitur epistolas accepisse a principibus sacerdotum, ut quoscumque tenuerit, alligatos ducat: Quod me mittis? Tomus decimus.

Ouem ad luptum? Sed ille non audiuit hanc excusationem. Iam enim dixerat paucis ouiculis suis, Ecce mitto uos sicut oues in medio luporum. Si missa sunt oues in medio luporum, quare trepidas ire Anania ad eum qui iam non est lupus? Lupum timebas, sed respondet tibi dominus deus tuus, De lupo ouem feci, facio de oue pastorem. Quomodo ergo ipse Saulus postea Paulus gratulatur se ad dei peruenisse misericordiam, quia primus, hoc est, excellens in peccatis inuentus est? Et tamen misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, propter eos qui credituri sunt illi in vitam aeternam: ut dicant sibi omnes, Si Paulus sanatus est, ego quare despero? Si a tanto tridico tam desperatus ager sanatus est, ego cur vulneribus meis illas manus non optabo, ad illas manus non festinabo? Ut hoc diceret homines, ideo Saulus factus est ex persecutore Apostolus: quia quod uenit medicus, quaerit aliquem ibi desperatum, & ipsum sanat, & si pauperimum inueniat, tamen desperatum inuenit, non ibi quaerit mercedem, sed commendat artem. Dicam ergo quod cooperi. Quomodo ergo Saulus tu gratulabatur se a Christo, quia peccator erat, assumptum atque sanatum, nec dixit, Manea in peccato, quia propter me uenit Christus, no propter iustum: ita & tu quia audieras, quia Christus propter peccatores uenit, noli tibi dormire in dulci stratu, sed audi ipsum Paulum dicentem, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Noli amare stratum peccati, totum stratum ei? uertisti in infirmitate eius. Dicitum est antea, Surge, sanus esto, sanitatem ama, & noli rursus per superbiam de dextera ire ad sinistram, de ualle ad montem, de humilitate ad tumorem. Cum factus fueris sanus, id est, cum iuste cooperis uiuere, deo tribue, non tibi. Non enim laudato te saluus factus es, sed contra te pronunciando. Na si te laudaueris per superbiam, grauius agrotabis. Omnis enim qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

De eisdem uerbis Apostoli, quibus in sermone praecedenti: Sermo X.

De diuinis lectionibus quod dominus admonere dignatur, intenti audite fratres, illo dante, me ministrante. Primam lectionem audiuius Apostoli, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem suam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Hoc de apostolica lectione percepimus. Deinde cantauimus Psalmum exhortantes nos inuicem vna uoce, vno corde dicentes, Venite adoremus & prosternamur ei, & fleamus coram domino qui fecit nos, & ibi praeniamus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei. Post haec euangelica lectio, decem leprosos mundatos nobis ostendit, & unum ex eis alienigenam gratias agentem mundatori suo, Has tres lectiones quantum pro tempore possumus pertractemus, dicentes pauca de singulis, & quantum conari possumus, adiuuante domino, non in aliqua eorum se immorantes ut aliis duabus impedimentum afferamus. Proponit nobis Apostolus, scientiam gratiarum actionis. Mementote quid uelima euangelica lectio resonet, quomodo Iesus dominus laudat gratias agentem, ingratos improbat mundatos in cute, leprosos in corde. Quid ergo Apostolus? Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione dignus. Quis est iste sermo? Quia Iesus

Matth. 18.

1. Timo. 1.

E

Eph. 5.

Luc. 1. 8.

1. Timo. 1.

F

1. Timo. 1.

Psal. 9. 4.

Luc. 17.

i Christus

**G** Christus Iesus venit in mundum. Vt quid? Peccatores saluos facere. Quid tu? Quorum primus ego sum. Qui dicit, vel non sum peccator, vel non fui, ingratus est saluatori. Nullus hominum in ista quæ ex Adam defluit massa mortalium, nullus omnino hominum nõ egrotus, nullus sine gratia Christi sanatus. Quid de paruulis pueris, si ex Adam agroti? Nam & ipsi portantur ad ecclesiam, & si pedibus illuc currere non possunt, alienis pedibus currunt vt sanentur: accommodat illis mater ecclesia aliorum pedes vt veniant, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur, vt quoniam quod ægri sunt alio peccante prægrauantur, sic cum hi sani sunt alio pro eis confitente saluentur. Nemo ergo vobis suscipiet doctrinas alienas. Hoc ecclesia semper habuit, semper tenuit, hoc à maiorum fide percepit, hoc vsque in finem perseueranter custodit. Quoniam non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Quid necessarium ergo habuit in fano Christum si non ægrotat? Si sanus est, quare per eos qui eum diligunt medicum querit? Si quando portantur infantes dicuntur omnino nullum propaginis habere peccatum, & veniunt ad Christum, cur non eis dicitur in ecclesia qui eos portant, auferre hinc innocentes istos: Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: Non venit Christus vocare iustos, sed peccatores: Nunquam dictum est, sed nec aliquando dicitur. Quisque ergo quod potest fratres loquatur pro eo qui loqui pro se non potest. Pro magno cõmendantur Episcopis patrimonia pupillorum, quanto magis gratia paruulorum? Pupillum tuetur Episcopus, ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur: Clamet plus pro paruulo, cui timet ne à parentibus occidatur, clamet cum Apostolo, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum, nullam aliam ob causam, nisi peccatores saluos facere. Qui venit ad Christum, habet quod in eo sanetur, qui non habet, non est causa quare medico offeratur. Eligant parentes vnum de duobus, aut confiteantur in paruulis suis sanari peccatum, aut eos medico offerre desinant. Hoc nihil est aliud quam velle medico sanum offerre. Quid offers baptizandum? Quem? Infantem. Cui offers? Christo: Ei certe qui venit in mundum. Ita, inquit. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Ergo quem offers, habet quod in illo saluum fiat? Si dixeris, habet, confitendo deles: si dixeris, non habet, negando tenes. Peccatores, inquit, saluos facere, quorũ primus ego sum. Ante Paulum non erant peccatores? Certe vel ipse Adam ante omnes, & plena peccatoribus terra deleta diluio, & deinceps quam multi: Vnde, verum est, ego primus sum? Primum se dixit, non peccatorum ordine, sed peccati magnitudine. Magnitudine peccati sui, vnde se primum dixit peccatorum: quomodo dicuntur inter aduocatos, verbi gratia, primi: primus est iste non quia plures annos habet ex quo causas agit, sed quia ex quo cõpõit ceteros superauit. Dicat ergo Apostolus alio loco, vnde primus sit peccatorum, Ego, inquit, sum nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari. Apostolus, quia persecutus sum ecclesiã dei. Nemo acrior inter persecutores, ergo nemo prior inter peccatores. Sed misericordiam, inquit, consecutus sum. Et quare sit misericordiã consecutus, exponit causam, Vt in me, inquit, ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Christus, inquit, daturus veniam conuersis ad se peccatoribus vsque ad inimicos suos, me primo elegit acriorem inimicum, quẽ

cum sanaret, nemo in ceteris desperaret. Faciunt hoc K medici quãdo ad ea loca veniunt vbi ignoti sunt, quos curent primitus eligunt desperatos, vt in eis & beneuolentiam exerceant, & commendent doctrinam, vt vnusquisque in illo loco dicat proximo suo, Vade ad illum medicum, securus esto sanate te. Et ille, Me sanate. Non vides quid patiar? Ego noui quid simile, Tu quod pateris, & ego quidem passus sum. Sic dicit Paulus vnicuique ægrotato, & de se volenti desperare, Qui curauit me misit me ad te, & dixit mihi: Illi desperanti, vade & dic quid habuisti, quid in te sanauit, quam cito sanauit. De cælo vocauit, vna voce percussit & deiecti, alia A&o. 9. erexi & elegi, tertia impleui & misi, quarta liberaui & coronauit. Vade dic ægrotis, clama desperatis, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. Quid timetis? Quid trepidatis? Quorum primus ego sum. Ego, inquit, vobis loquor, sanus ægrotantibus, stans iacentibus, securus desperantibus, Ideo enim misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem. Morbum meum diu perL tulit & sic abstulit, tanquam bonus medicus phreneticum patienter tolerauit, sustinuit me ferientem se, donauit mihi feriri pro se. Omne, inquit, longanimitatem ostendit in me, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam. Nolite ergo desperare. Aegroti estis, accedite ad eum & sanamini: Cæci estis, accedite ad eum & illuminamini: & qui sani estis ei gratias agite, & qui ægrotatis, ad eum sanandi currite: dicite omnes, Venite adoremus, & prosternamur ei, & ploremus coram domino qui fecit nos & homines & saluos. Nam si ille nos fecit homines, nos autem ipsi nos fecimus saluos, aliquid illo melius fecimus. Melior est enim saluus homo quam quilibet homo. Si ergo te deus fecit hominem, & tu te fecisti bonum hominem, quod tu fecisti melius est. Noli te extollere super deum, subde te, deum adora, prosternere, confitere illi qui fecit te, quia nemo recreat, nisi qui creat, nemo reficit, nisi qui fecit: hoc & in alio Psalmo, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Sanẽ quando te fecit, quod tu faceres non habebas. Quando autem iam es, habes & tu ipse quid facias, ad medicum curras, medicum implores, qui vbique est. Et vt implorares excitauit cor tuum, & posse implorare donauit tibi. Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona voluntate, quia vt haberes bonam voluntatem, illius vocatio præcessit. Clama, Deus meus, misericordia eius præueniet me. Vt esses, vt sentire, vt audires, vt consentire, præuenit te misericordia eius. Præuenit te in omnibus, præuenit & tu in aliquo iram eius. In quo, inquis: in quo? Confitere ista omnia à deo te habere quicquid boni habes, à te quicquid mali. Ne in bonis tuis illum contempnas, te laudes, ne in malis tuis illum accuses, te excuses, ipsa est vera confessio. Ille qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua & mala tua, quomodo bono eius vsus fueris inspiciet te. Ergo quia in omnibus istis donis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi: audi Psalium, Præueniamus faciem eius in confessione. Præueniamus faciem eius. Antequam veniat propitiatur, antequam aslit placetur. Habes enim sacerdotem per quem possis placare deum tuum & ipse cũ patre deus est ad te, qui homo est propter te. Ita iubilabis in Psalms, præuenies faciem eius in confessione. Iubila in Psalmo, præueniens faciem eius in confessione: Accusa te, iubilans in Psalmo. Lauda illum

**A** illum accusando te, & laudando eũ qui fecit te: Veniet qui mortuus est pro te, & viuificabit te. Hac tenete, in hoc persistite. Nemo variet, nemo inoprosus sit. Doctrina inconstans, non habens vnam colorem, mentis lepam significat, & istam Christum mundat. Forte in aliquo variasti & insepisti, & in melius sententiam cõmutasti, & quod varium erat vnus coloris effectũ est. Noli tibi tribuere, ne sis inter nouem qui gratias non egerunt. Vnus egit gratias: Ceteri iudæi erant. Ille alienigena erat, gentes alienigenas significabat, numerus ille Christo decimas dedit. Illi ergo debemus quod sumus, quod viuimus, quod intelligimus, quod homines sumus, quod bene viximus, quod recte intelligimus, illi debemus. Nostrum nihil nisi peccatum quod habemus. Quid enim habes quod non accepisti? Vos ergo, maxime qui scitis quid audiat, curati ab ægitudine, mundati à varietate sursum cor ponite, & deo gratias agite. De Psalmo nonagesimo quarto, cum confutatione Pelagianorum: Sermo XI.

**B** Salmus quem cantauimus domino, & nos finicem exhortati sumus vt adoremus eum, & prosternamur illi, & fleamus ante dominum qui fecit nos, admonet aliquanto diligentius, quid sibi velit, quod ait, Qui nos fecit. Quod enim homo à deo creatus est, nullus dubitat homo, nisi qui ingratus est. Nouimus enim, quia ita legimus, & ita credimus, quod fecit deus hominem, inter multa quæ fecit, ad imaginem suam. Hac hominis est prima conditio, hæc est humana prima creatura. Non tamen arbitror hoc nos pro magno voluisse commonere spiritũ sanctum in hoc Psalmo, quod ait, Fleamus ante dominum qui fecit nos: alio enim loco dicit, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Vnde quidem, vt dixi, Christianus dubitat nemo, quia non solum deus creauit primum hominẽ ex quo omnes homines, sed deus hodieq; creat singulos homines, ille qui ait cuidam sancto suo, Priusquã te formarem in vtero noui te. Prius ergo creauit hominem sine homine, l modo creat hominem ex homine, tamen siue hominem sine homine, siue hominẽ ex homine, ipse fecit nos & non ipsi nos. Ad istum itaque primum verborum istorum & facilem sensum, sed tamen verum, adoremus eum fratres, & prosternamur ei, & ploremus ante dominum qui fecit nos. Non enim fecit & deserit, non enim curauit facere, & non curat custodire. Ploremus ante dominum qui nos fecit, quia nõ plorauimus quando nos fecit, & tamen fecit. Qui ergo fecit antequam rogaretur, deserit cum rogatur? Tanquã ergo dubitaret homo vtrum exaudiretur orans, admonuit eum scriptura, cum dicit, Ploremus ante dominũ qui fecit nos. Vtique exaudit quos fecit, vti que non potest non curare quos fecit. Veruntamen iuxta altiorẽ intellectum & quantum existimo vtiliore, vidit quosdam spiritus sanctus dicentes vel dicturos, quod deus eos fecerit homines, iustos autem ipsi se faciunt, præuidit eos, admonuit eos, & ab hac extollentia reuocauit eos, dicens, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quare enim addidit, & non ipsi nos, cum sufficeret dicere, ipse fecit nos, nisi quia illam facturam voluit admonere, vbi dicunt homines, Ipse fecimus nos: id est, vt iusti essemus, iustos nos libera voluntate fecimus: Quando conditi sumus, liberum arbitrium accepimus, vt ergo iusti simus, libero id arbitrio agimus. Quid adhuc deum inuocamus, vt iustos nos faciat, quod habemus in potestate, vt iustos nos ipsi faciamus? Audite audite, & iustos & iniustos, ipse fecit nos & non ipsi nos. Creatus est prius Tomus decimus.

mus homo in natura sine culpa, in natura sine vitio, D creatus est rectus, non se fecit rectum: Quid se autem ipse fecerit notum est, cadens à manu figuli fractus est. Regebat enim eum ipse qui fecerat, voluit deserere à quo factus erat, permisit deus, tanquam dicens, Deserat me & inueniat se, & miseria sua probet quia nihil potest sine me. Hoc modo ergo ostendere voluit deus homini quid valeat liberum arbitrium sine deo. O malum liberum arbitrium sine deo. Experti sumus quid valeat sine deo. Ideo miseri facti sumus, quia sine deo quid valeat experti sumus. Experti ergo tandem aliquando non uerimus, & venite adoremus eum, & prosternamur ei. Venite adoremus & prosternamur illi, & fleamus coram domino qui fecit nos, vt perditos nos per nos, reficiat nos qui fecit nos. Ecce bonus factus est homo, & per liberum arbitrium factus est homo malus. Quando facturus est bonum hominem malus homo, per liberum arbitrium deserens deum? Seruare se non potuit bonus bonus, & facturus est se malus bonus? Cum esset bonus nõ se seruauit bonum, & cum sit malus dicit, Facio me bonum: Quid facis malus, qui peristi bonus, nisi reficiat te qui permanet bonus? Ipse ergo fecit nos & non ipsi nos. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Ecce fecit nos homines populum suum, qui nos fecit. Nõ enim creati homines iam populus eius eramus, Videte fratres mei, & de ipsius Psalms verbis attendite, vnde dixerit, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Hinc dicit, Fecit nos & non ipsi nos: vt simus populus eius & oues pascuæ eius. Ipse fecit nos. Nam & Pagani nascuntur, & omnes impij, omnes aduersarij ecclesiæ eius, vt nascerentur ipse fecit eos: Non enim alius deus creauit eos. Qui de Pagani nascuntur, ab ipso facti sunt, ab ipso creati sunt, & non sunt populus eius, nec oues pascuæ eius. Communis est omnibus natura, non gratia: Natura non putetur gratia, sed & si putetur gratia, ideo putetur gratia, quia & ipsa gratis concessa est. Non enim homo qui nõ erat promeruit vt esset: si promeruit, iam erat, sed nondum erat. Ergo qui promeretur nõ erat, & tamẽ factus est, nec vt pecora factus est, nec vt arbor factus est, nec vt saxum factus est, sed factus est ad imaginem creatoris. Hoc beneficium quis dedit? Deus qui erat, & ex aeterno erat. Cui dedit? Homini qui nondum erat. Dedit qui erat, accepit qui non erat. Quis autẽ hoc facere potuit, nisi qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt? De quo dicit Apostolus, Qui nos elegit ante mundi constitutionem. In mundo isto facti sumus, nec mundus erat quando electi sumus, Ineffabilia mirabilia fratres mei. Quis hoc explicare suffecerit? Quis saltem quod explicet cogitare? Eliguntur qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vane eligit, eligit tamẽ & habet electos quos creaturus est eligendos, habet autẽ apud semetipsum, non in natura sua, sed in præscientia sua. Ergo nolite extolli: Homines sumus, ipse nos fecit, & fideles sumus, si tamen sumus, quando ista contra gratiam disputamus. Sed ecce fideles sumus, & iam fideles, & iam iusti: Quia iustus ex fide viuunt: Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quare quid nos fecerit? Dicitur es, Homines. Nõ inde Psalms loquebatur, illud scimus, illud notum est, illud patet, nec magna, vt hoc nouerimus, doctrina indigemus, quia homines ipse nos fecit. Sed vnde loquebatur, vide, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quid nõ fecit, nisi quod sumus? Quid autem sumus? Nos autem ecce quid sumus: Quid? Populus eius & oues pascuæ eius. Ipse nos fecit populum suum, ipse nos fecit oues pascuæ suæ, qui misit iugulandam ouem innoxiam, i ij fecit

Matth. 9.

Gene. 3. Gene. 7.

1. Cor. 15.

1. Timo. 1.

A&o. 9.

1. Timo. 1.

L

Psal. 94.

Psal. 99.

Philip. 2.

Psal. 58.

Psal. 94.

Lucæ. 17.

1. Cor. 4.

Psal. 94.

Gene. 1.

Psal. 99.

Hiere. 1.

C

Psal. 99.

Ecclesiastes. 7.

Psal. 94.

E

Roma. 4.

Ephe. 1.

1. Gen. di. 36. ca. Ad quod



G fecit oves de lupis, Hæc est gratia. Excepta illa communi gratia natura, qua homines facti sumus, nec digni sumus, qui non sumus: Excepta illa gratia, est maior gratia qua facti sumus populus eius & oves pascuæ eius, per Iesum Christum dominum nostrum. Sed dicit aliquis: Per Iesum Christum facti sumus, ut etiam homines essemus. Ita vero per Iesum Christum facti sunt & Pagani, non ut essent Pagani, sed ut essent homines. Quis est enim Iesus Christus, nisi in principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum? Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Illi ergo debet & Pagani quod homines creati sunt, & tanto magis puniendi quia dimiserunt eum à quo facti sunt, & coluerunt quod ipsi fecerunt. Excepta ergo illa gratia qua condita est humana natura, hæc enim Christianis Paganiisque communis est, hæc est maior gratia, non quod per verbum homines creati sumus, sed quod per verbum carnem factum fideles facti sumus. Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, in principio erat verbum.

H Nondum erat homo Christus Iesus, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ipse mundus non erat, quando deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & mundus per ipsum factus est. Ergo tunc quando nos fecit ut homines essemus, nondum erat homo. Magnam istam gratiam commendat Apostolus Christianis, ubi dicit, Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum. Non ait, Christus Iesus, ne tu putares secundum verbum dictum, sed addidit, homo mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Quid est mediator? Per quem coniungeremur, per quem reconciliaremur, quia peccatis propriis separati iacebamus, in morte eramus, prorsus perieramus. Non erat Christus homo quando creatus est homo, sed postea factus est homo, ne periret homo ille qui factus est homo. Hæc vobis contra nouellam hæresim qua tentat assurgere, ut sæpe disputare cogimur, quia vos firmos volumus esse in bono, integros autem à malo. Hæc enim est disputatio eorum quando primo exoriri cœperunt, & contra gratiam disputare, multum tribuentes non libertati hominis, sed infirmitati, & iacentem miserum hominem deo extollentes, ne manu sibi desuper porrecta valeat surgere. Disputantes ergo contra gratiam pro libero arbitrio, fecerunt auribus piis & catholicis offensionem, cœperunt horreri, cœperunt ut certa pernicies denuntari, cœpit de illis dici, quod contra gratiam disputarent, & inueniunt ad reuelandam istam inuidiam tale commentum. Non, inquit, contra gratiam dei disputo, unde probas? Eo ipso, inquit, non contra gratiam dei disputo, quod liberum arbitrium defendo. Videte acumen, sed vitreum. Quasi lucet vanitate, sed frangitur veritate. Attendite quam sit quasi acutè excogitatum quod dicere voluerunt. Hoc ipso, inquit, quia liberum arbitrium hominis defendo, & dico quia libero arbitrio sufficiens est ut iustus sit, non sine gratia dei dico, Erecta sunt aures piorum, iam qui ista audit, incipit gratulari. Deo gratias. Non sine dei gratia defendit liberum arbitrium. Est enim liberum arbitrium, sed nihil valet sine dei gratia. Si ergo liberum arbitrium non sine dei gratia defendit, quid mali dicunt? Expone ergo nobis o doctor quam dicas gratiam. Cum dico, inquit, liberum hominis arbitrium, vide quia hominis dico. Quid deinde? Homo est, quis creauit? Deus. Quis ei liberum arbitrium dedit? Deus. Si ergo hominem deus creauit, & homini deus liberum donauit arbitrium,

quicquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratia debetur nisi eius qui eum edidit cum libero arbitrio? Et hoc quasi acutè ab ipsis dictum. Videte tamen fratres mei quomodo illam generalem gratiam predicet, qua creatus est homo, qua homines sumus, & vtique & cum impiis homines sumus, sed non cum impiis Christiani sumus. Hæc ergo gratiam qua Christiani sumus, ipsam volumus predicet, ipsam volumus agnoscant, ipsam volumus, de qua dicit Apostolus, Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Videte vnde dixit Apostolus. De lege dixit, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quia ergo ex lege non erat iustitia, ideo mortuus est Christus, ut per fidem iustificentur qui ex lege non iustificabantur. Si enim, inquit, data esset lex qua posset iustificare, omnimodo ex lege esset iustitia. Quod etiam hesterno die commemorauimus: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio, non prædictio. Qui promissit ipse facit. Ut promissio, inquit, ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Ecce quales nos inuenit gratia saluatoris, quos nec lex sanos facere potuit. Quare lex data, si sufficiebat natura? Et tamen nec lex sufficere potuit, ita infirma erat ipsa natura: data est lex, sed non qua posset viuificare. Quare ergo data est lex? Lex, inquit Apostolus, præuariationis gratia data est, præuariationis gratia posita est, ut te faceret præuicator. Quare, ut me faceret præuicator? Quia nouerat deus superbiam tuam, nouerat quia dicebas, O si sit qui doceat, o si sit qui mihi ostendat. Ecce lex tibi dicit, Non concupisces. Cognouisti legem dicentem, Non concupisces: Surrexit concupiscentia quam non noueras, inerat enim, sed nesciebatur, cœpisti conari vincere quod inerat, & apparuit quod latebat, Superbe per legem factus es præuicator: agnosce gratiam & esto laudator. Sed legem, inquit, quis dedit? Quia sunt homines vani, & peius impii, qui dicunt legem ab alio datam, gratiam vero per dominum nostrum Iesum Christum: quasi legem malam, quasi legem peruersam, gratiam vero rectam: & volunt ita discernere duo testamenta, ut vetus testamentum dicant esse, nescio à quo principe tenebrarum: nouum autem testamentum à domino deo patre domini nostri Iesu Christi. Ipsum Paulum audi, Si propterea putas legem datam ab alio non à deo, quia per illam factus est præuicator, audi ipsum Apostolum legis laudatorem. Itaque, inquit, lex quidem sancta, & mandatum sanctum, adde & iustum, adhuc adde & bonum. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum. Erat enim peccatum, sed latebat peccatum, Quando latebat peccatum: Quando te aduersariū nondum patiebatur. Cœpisti conari, & apparuit qui tenebat, Quando sequebaris, catenam non sentiebas, quæsisisti refugium & apparuit vinculum, voluisti fugere & cœpisti trahi. Quia ergo cœpisti trahi, subueniat tibi qui non est ligatus. Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Si inuenistis in me peccatum, dicite: Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet quare me occidat. Quare nihil inueniet? Quia mors peccato iusta debetur. Quare ergo moreris? Ut sciant, inquit, omnes, quia voluntatem patris mei facio. Ipse soluit qui ligatus non est, ipse à mortuis liberat, qui est in mortuis liber. Sed ipse misit & legem & gratiam. Per seruum suum legem, per seipsum gratiam. Attendam Helisæum in magno altoque mysterio, tanquam Prophetam, agendo prænuiciantem, non solum loquendo. Mortuus erat filius hospite ipsius, Quid significauit

A significauit mortuus puer nisi Adam? Nunciatum est sancto Propheta, gerenti in prophetia typum domini nostri Iesu Christi, misit per seruum baculum suum, & ait illi, Vade, vade, pone supra puerum mortuum. Perrexit ille tanquam seruus obediens. Sciebat Propheta quid fecerat. Posuit baculum supra mortuum, non surrexit. Si enim data esset lex qua posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Non ergo potuit lex viuificare. Venit ipse grandis ad parvulum, saluator ad saluandum, viuus ad mortuum, venit ipse. Et quid fecit? Iuuenilia membra contraxit tanquam seipsum exinaniens, ut formam serui susciperet. Iuuenilia ergo membra coarctauit, paruum se paruo coaptauit, ut efficeret corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriae suæ. Itaque in isto typo Christo propheticè expresso suscitatus est mortuus, tanquam iustificatus est impius. Ista gratia prædicetur, ista est gratia Christianorum per hominem mediatorem, per passum & resuscitatum, qui ascendit in caelum, & captiuauit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Ista, inquam, gratia prædicetur, contra istam gratiam ab ingratibus non disputetur. Baculus propheticus mortuo non sufficit, ipsa mortua natura sufficeret? Et istam qua conditi sumus, quantum hoc nomine appellatam minime legerimus, tamen quia gratis data est, gratiam fateamur. Sed ostendamus vobis maiorem esse istam qua Christiani sumus: attendite. Antequam conditi essemus nihil boni merebamur, & ideo gratia qua conditi sumus cum boni nihil mereremur. Si ergo magna est gratia quando nihil boni merebamur, quanta gratia est quando tantum mali merebamur? Qui nondum erat, bene non merebatur, peccator etiam male merebatur. Nondum erat qui factus est, nondum erat, sed nec offenderat, Nondum erat, & factus est, offendit & saluus est. Qui nondum erat, nihil sperabat, factus lapsus est, lapsus autem damnationem expectabat, & liberatus est. Hæc est gratia per Iesum Christum dominum nostrum. Ipse fecit nos, & antequam essemus omnino ipse fecit nos, & factos & lapsos ipse iustos fecit nos, & non ipsi nos. Si qua igitur in Christo noua creatura, lapsa est vetus, facta est noua. Vna erat massa perditionis ex Adam, qui non nisi supplicium debebatur, facta sunt vasa inde in honorem ex eadem massa. Habet enim potestatem figulus luti, ex eadem massa. Qua massa? Certe iam perierat, certe iam illi massæ iusta damnatio debebatur. Gratulare, quia euasisti, mortem quippe debitam euasisti, & vitam non debitam reperisti. Habet potestatem figulus, luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Sed dicis, Me quare fecit in honorem, & alium in contumeliam? Quid respondurus sum? Auditorus es Augustinum qui non audisti Apostolum dicentem, O homo tu quis es qui respondeas deo? Duo paruuli nati sunt, si debitum quaras, ambo tenent massam perditionis. Sed cur mater alium portat ad gratiam, alium mater dormiens suffocata? Dicitur es mihi, Quid ille meruit qui portabatur ad gratiam? Quid ille meruit quem mater dormiendo suffocata? Ambo nihil boni meruerunt. Sed habet figulus luti potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Disputare vis mecum? Immo mirare mecum & exclama mecum, O altitudo diuitiarum. Ambo in pauore concordemus, ne in errore pereamus. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Scrutare inscrutabilia, fac impos-

fibilia, corrumpere incorruptibilia, vide inuisibilia. Inscrutabilia sunt iudicia eius, audisti, sufficit tibi, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quis prior dedit cum totum gratis accepit? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Si dominus retribuere vellet, nihil nisi poenam debitam retribuisset. Nihil dederunt ut eis retribueretur, pro nihilo saluos faciet illos. Quis prior dedit illi, quasi suorum gratia meritorum, quis prior dedit illi, quis præuenit gratiam qua gratis datur? Si aliquid meritorum anteuenit gratiam, iam non gratis datur, sed ex debito redditur: si autem gratis non datur, gratia quare vocatur? Quis ergo prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quæ vtique nisi omnia bona quæ ab illo accepimus & accepimus ut boni sumus: Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum, apud quem non est immutatio. Nam tu in peius mutatus es. Apud quem non est immutatio. Ipse subuenit apud quem non est nec momenti obratio, nam tu in tenebris noctis tuæ iaces. Ab illo ergo omnia. Nemo illi prior aliquid dedit, nemo exigit debitum, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Sed mouet me, inquit, quod ille perit, ille baptizatur, mouet me, mouet tanquam hominem. Si verum vis audire, & me mouet quia homo sum. Sed si & tu homo & ego homo, ambo audiamus dicentem, O homo: vtique si ideo mouemur quia homines sumus, ipsam naturam humanam infirmam ac debilem Apostolus alloquitur dicens, O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, cur me sic fecisti? Si posset loqui pecus & dicere deo, quare istum hominem fecisti, & me pecudem? nonne iuste succenses & dices, O pecus tu quis es qui respondeas deo? Et tu homo es, sed ad deum pecus es, & vtinam sis pecus eius, & ouis pascuæ eius. Agnosce beneficia pastoris, & non sequeris lupum erroris. Lupi eramus. Fuimus & nos natura filij iræ sicut & cæteri, sed mortua est ouis, & fecit nos oues. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum, non huius aut illius, sed mundi. Nihil ergo fratres mei ex eo quod aliquid sumus, si tamen in eius fide aliquid sumus quantumcunque sumus, nihil nobis arrogemus, ne & quod accepimus perdamus: sed in eo quod accepimus, illi gloriam demus, ipsum honoremus, semina sua ipse compluat. Quid haberet terra nostra, nisi ipse seminasset? Sed dabit & pluuiam, non deserit quod seminauit. Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructus suos. Conuersi ad dominum.

De uerbis Psalmi ceteris decimo octauo, Gressus meos dirige secundum uerbum tuum. Et quod lex spiritualis & non carnalis sit. De pugna quoque inter carnem & spiritum: Sermo XII.

In dubio fratres grauem quædam sarcinam, & grande iugum iniquitatis vitare cupiebat, qui deo dicebat, Gressus meos dirige secundum uerbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Videamus ergo quando homini dominetur iniquitas, ut intelligamus quid orantem audierimus, & quid respondendo etiam ipsi nos orauerimus. Omnes enim ad sanctum Psalmum, quantum arbitror, deuoto & veraci corde respondimus, orantes & dicentes domino deo nostro, Gressus meos dirige secundum uerbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas.

Ioan. 1.

1. Timo. 2.

Ioan. 1.

1. Timo. 2.

Mediator quid?

Gala. 2.

Gala. 3.

Roma. 7.

Ioan. 8.

Roma. 7.

Ioan. 8.

Ioan. 14.

Psal. 87.

Ioan. 1.

4. Reg. 4.

Gala. 3.

Phillip. 2.

Phillip. 3.

Psal. 99.

2. Cor. 5.

Roma. 9.

Roma. 9.

Roma. 11.

Psal. 55.

Iaco. 1.

E

Ephc. 2.

Roma. 9.

Psal. 94.

Ephc. 2.

Ioan. 1.

Psal. 84.

Psal. 118.

Psal. 118.

**G** Ab huius pessimæ dominæ dominatu, precioso sanguine redempti sumus. Et quid proderat legem accepisse iubentem ac minantem & non adiuuantem, vt sub illa essemus rei ante gratiam dei: Frustra lex minatur, quādo iniquitas dominatur. Lex enim non est corporalis, non est carnalis, Sed quoniam deus spiritus est qui legem dedit, proculdubio lex spiritalis est. Sed quid ait Apostolus: Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autē carnalis sum venundatus sub peccato. Noli ergo mirari d' venundate sub peccato, si tibi dominatur cui es venundatus. Audi Apostolum Ioannem, Peccatum iniquitas est. Cōtra talem ergo dominam innocamus dominum cui dicimus, Gressus meos dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Venundatus clamat, redemptor exaudiat. Ipse homo se vendidit per liberum arbitrium, sed dominante iniquitate, & accepit precium exiguū, de arbore vitæ voluptatem. Ipse ergo clamat, Itinera mea dirige quæ ego distorsi, Gressus meos dirige quos ipse meo arbitrio deprauavi. Dirige secundum verbum tuum. Quid est dirige secundum verbum tuum? Vt recti sint gressus mei, quia rectum est verbum tuum. Ego inquit, distorsus sum sub pondere iniquitatis, sed verbum tuum est regula veritatis. Me ergo distortū à me, corrige tanquam ad regulam, hoc est, ad verbum tuum. Ergo gressus meos dirige secundum verbum tuum, & nō dominetur mihi omnis iniquitas. Vendidi me, redime me. Vendidi me arbitrio meo, redime me sanguine tuo. In venditore erubescat superbia, in redemptore gloriatur gratia. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Lex enim spiritalis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor ignoro, non enim quod volo ago. Non quod volo ago, cum carnalis dicit, non legem, sed se accusat, nam lex spiritalis non habet culpam. Carnalis venundatus incurrit in culpam, non agit quod vult, cum vult non potest, quia quando poterat noluit. Per malum velle, perdidit bonum posse, & captius iam loquitur & dicit captiuus, Non quod volo ago, non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago, non quod volo.

**I** Homo, vis prorsus. Non quod volo ago. Omnino quod vis agis. Non quod volo ago. Crede mihi frater, non quod volo ago. O si velles ageres, quia non vis non agis bonum. Non quod volo ago. Crede mihi, noui quid in me agatur, non quod volo ago. Contradictor gratiæ, non es arbiter conscientie. Ego me noti non quod volo agere, & tu dicit quod vis agis? Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et tu homo es, si non vis credere mihi, intende tibi. Itane tu ita viuus in hoc corruptibili corpore quod aggrauat animam, vt caro non concupiscat aduersus spiritum tuum, & spiritus aduersus carnem tuam? Ista rixa non est in te? Nulla est concupiscentia carnis, quæ resistet legi mentis? Si nihil in te alteri resistit, vide totum vbi sit. Si spiritus tuus à carne contra concupiscentem non dissentit, vide ne forte carni mens tua tota consentiat, vide ne forte ideo nō sit bellum, quia pax peruersa est. Forte in totum carni consentit, & nulla rixa est. Quam spem habes quod possis aliquando vincere, qui nōdum cœpisti pugnare? Si autem condelectaris legi dei secundum interiorem hominem, vides autem aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ, si hac condelectaris, hac ligaris, liber es in mēte, seruus in carne: nisi iam ita est, compatere potius homini dicenti, Nō quod volo ago. Tu enim non vis vt concupiscentia il-

la quæ resistit menti tuæ, omnino nō sit in te? Mali vti homo es, si tali aduersario non vis carere. Ego fateor tibi, quicquid in me rebellat aduersus mentem meam, & litigat mecum delectatione contraria, quicquid tale in me est omnino interficere volo. Et si forte, adiutante domino, non consentio, nolo habere cum quo litigem. Multo est mihi optabilius inimicum non habere quam vincere. Neque enim illud ipsum quod caro concupiscit aduersus spiritum, non est mecum: aut vero ex contraria natura compactus sum? Et illud meum est, & quod ei non consentio, meum est. Pars aliquantum libera resistit reliquis feruitutis, totum sanum sit volo, quia totus sum. Ergo nolo vt à me caro mea tanquam extranea in aeternum separetur, sed vt mecum tota sanetur. Si hoc totum non vis, nescio quid de carne sentias, arbitror te putare quod nescio vnde sit, quasi de gēte contraria. Falsum est, hæreticum est, blasphemum est, mentis & carnis vnus est artifex, ipse quando hominem creauit vtrunque fecit, vtrunque coniunxit, carnem animæ subdidit, animā sibi. Si semper illa staret sub domino suo, semper & ista obediret dominæ suæ. Noli ergo mirari, si ea quæ deseruit superiorem, penas patitur per inferiorem. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi, inquit, inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis. Inde & iste, Nō quod volo ago. Concupiscit enim caro aduersus spiritum, & nolo vt concupiscat, pro magno habeo si non consentiam, opto tamen vt caream. Ergo non quod volo ago. Volo enim vt non concupiscat caro aduersus spiritum, & non possum: hoc est quod dixi, Non quod volo ago. Quid mihi hic calumniaris? Ego dico, Non quod volo ago: & tu dicit, Quod vis agis. Quid mihi calumniaris? Ingrate medico, quid calumniaris infirmo? Sine vt medicum rogem, Redime me à calumniis hominum, & custodiam legem tuam. Custodiam per redemptionē tuam, non per potestatem meam. Ideo mihi sanitatem quia nondum habeo non arrogo, quia medicum rogo. Tu autem naturæ defensor, quod vitam non esses, nō quasi sanæ defensionem falsam adhiberes, sed pro nondum sana medicum rogares. Nunc vero tu naturæ defensor, vel potius oppugnator, dum quasi de natura sana laudas creatorem, excludis à languida saluatore. Qui creauit sanat, ruentem per seipiam, leuat per seipsum. Ipsa fides est, ipsa veritas, hoc est christianæ fidei fundamentum, vnus & vnus. Vnus homo per quē ruina, alius homo per quem structura. Per illum ruina, per hunc structura. Cecidit qui nō mansit, erigit qui nō cecidit. Ruit ille quia dimisit manentem, manēs ille de scēdit ad iacentē. Si ergo concupiscit caro aduersus spiritum, vt in hoc ipso non quod vis agas, quia vis vt non concupiscat, & nō potes, tene saltem in gratia domini voluntatem, & in eius adiutorio perseuera: dic ei quod cantasti, Gressus meos dirige secundū verbum tuū, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Quid est, ne dominetur mihi omnis iniquitas? Audi Apostolum, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quid est non regnet? Obediendo desideriis eius. Non dixit, noli habere desideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, non habeo desideria mala? Illud ergo fac, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius. Et si sunt desideria, nō eis obediatur, ne iniquitas dominetur. Nec exhibeatis mēbra vestra, arma iniquitatis peccato. Non fiant

**A** membra tua arma iniquitatis, & non dominatur tibi omnis iniquitas. Sed etiā hoc vt non fiant mēbra arma iniquitatis, nunquid tu tibi viribus tuis præstas? Hoc ipsum inquam, hoc ipsum quod non sint membra tua arma iniquitatis, ista tibi præstas viribus tuis? Cum enim non fiant membra arma iniquitatis, est quidem iniquitas in membris tuis in desideriis illicitis, sed non regnat. Quomodo regnet, qui arma non habet? Pars tua, caro tua, concupiscentia carnis tuæ languor rebellat aduersus te, languor iste tyrannus est. Si vis te tyranni esse victorem, Christum inuoca imperatorem. Nam scio quid mihi eras dicturus, vel quid apud te ipsum modo dicas, Quisquis talis hic es & audis me, scio quid tibi in te loquatur iniquitas. Adhuc enim sub iugo es iniquitatis, quando non agnoscis precium redemptoris. Scio quid tibi dicas, Ecce concupiscit caro mea aduersus spiritum meum, concupiscit adulterium, sed non consentio, non annuo, non decerno, non solum non ago, sed nec agere consentio. Non solum foris per carnem non peperero, fed nec ipsa mente sequor rebellantem, Consentio reptugnantem, cedo luctantem? Non facio. Ecce non dominatur mihi omnis iniquitas. Ita est, verum est, Gratias age, si ita est, et qui tibi donauit vt ita sit. Noli tibi hoc arrogare, ne perdas quod accepisti, & incipias frustra rogare. Non times, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ergo tu tibi præstas, vt non dominetur tibi omnis iniquitas? Si vera est ista tua præsumptio, vana est nostra oratio, vbi dicim' deo, Non dominetur mihi omnis iniquitas. Cantasti verba ista hodie, an non? Hic eras quando omnes dicebamus, Gressus meos dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas? Hic eras, cantasti verba ista, puto te non negaturum. Ergo cantasti in populo dei, & rogasti deum dicens, Gressus meos dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Si tibi hoc præstabas, quare mecum rogabas? Teneo precantem, continuo laborantem: simul ergo audiamus dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis. Audiamus & veniamus. Quid est veniamus? Credendo proficiamus, gratias agendo accipiamus, perseuerando perueniamus, veniamus ad eum qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Et tu laboras, & ego laboro, illum audiamus, ad illum veniamus, inter nos quare litigamus? Ambo audiamus, quia ambo laboramus: quare inter nos litigamus? an vt medicum vocantem non audiamus? O infelix infirmitas, ad se vocat medicus, & litibus occupatur agrotus. Vide quid dicat vocando, Venite ad me omnes qui laboratis. Vbi laboratis, nisi sub sarcinis peccatorum, nisi sub iugo malæ dominæ iniquitatis? Venite ergo ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Ego qui feci reficiam, ego, inquit, vos reficiam, quia sine me nihil potestis facere. Quomodo vos reficiam? Tollite iugum meum super vos, & discite à me. Quid dicimus à te? Nouimus te domine in principio verbum, verbū deum, verbum apud deum, omnia per te facta nouim' quæ vidimus & quæ non vidimus. Quid discimus à te? Non enim alium mundum discipuli tui tanquam discipuli artificis & fabricatoris cōstituti sumus: vnum mundum condidisti, cœlum & terram fecisti, vtrūque suis creaturis ornamentisque illustrasti. Quid à te discimus? Discite à me, inquit, cum essem in principio apud deum creauis vos? Hoc nolo discatis à me, sed factus sum quod feci, ne perirent quæ feci. Vnde sum factus quod feci? Semetipsum exinaniiuit, formam serui

accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitus inuentus vt homo, humiliavit semetipsum. Hoc discite à me. Humiliauit enim semetipsum, inquit. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Non enim inquit, hoc vos doceo, quasi in forma dei aliquando fuissetis, non rapinam arbitantes, esse vos æquales deo. Illi vni proprium erat, illi rapina non erat qui natura erat. In patris aequalitate, natus est de patre. Quid tamen fecit propter te? Semetipsum exinaniiuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitus inuentus vt homo. Ecce propter te deus factus est homo, & non te vis agnoscere, cum sis homo. Ecce propter te deus factus est homo sine peccato, & non vis te agnoscere cum peccato, vt venias ad illum qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos. Tulisti hoc iugum? Tulisti? Sentis te habere sefforem? Tulisti hoc iugum? Dicis, tui. Sentis te habere sefforem? Sentis te habere refforem? Sentio, inquis. Illi ergo dic, Gressus meos dirige secundum verbum tuum. Regit te sub iugo suo, & sub sarcina sua. Vt enim sarcina eius sit tibi leuis, & iugum eius suauē, ille tibi amorem inspirauit. Amanti suauē est, non amanti durum est. Amanti suauē est, dominus dedit suauitatem. An forte quia vel venisti, audiens, venite ad me: hoc ipsum tibi arrogare intendis, quia venisti? Ecce, inquis, veni ad illum arbitrio meo, voluntate mea. Quia veni, reficit me: quia veni, iugum suum imponit mihi suauē, quia dat amorem: sarcinam suam leuem imponit mihi amanti & diligenti. Hæc omnia fecit in me, sed quia veni ad eum? Ergo hoc sapiis quia venisti, tu tibi hoc præstitisti? Quid enim habes quod non accepisti? Quomodo venisti? Credendo venisti, sed nondum peruenisti. Adhuc in via sumus, venimus, sed nondum peruenimus. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, ne quādo irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Time, ne cum tibi arrogas quia inuenta est à te via iusta, ipsa arrogancia pereas de via iusta. Ego, inquis, veni, arbitrio meo veni, voluntate mea veni. Quid turgescis? quid tamescis? Vis nosse quia & hoc præstitum est tibi? Ipsum audi vocantem, Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit traxerit eum. Conuersi ad domum.

*De verbis Apostoli, Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia:*  
Sermo XIII.

**E**rbi dei altitudo exercet studium, non deneget intellectum. Si enim omnia clausa essent, nihil esset vnde reuelarentur obscura. Rursus si omnia tecta essent, non esset vnde alimētum anima perciperet, & haberet vires quibus possit ad clausa pulsare. In lectionibus apostolicis superioribus quas charitati vestræ, quantum dominus adiuuare dignatus est, exposuimus, multum laborem & sollicitudinem passi sumus. Compatiebamur vobis, & solliciti eramus, & pro nobis & pro vobis. Quantum autem existimo, adiuuit & nos & vos dominus, & ea quæ proflus difficillima videbantur, sic per nos enodare dignatus est, vt nulla quæstio remaneret quæ conturbet mentem piam. Impia enim mens odit etiam ipsum intellectum, & homo aliquando nimium mente peruersa timet intelligere, ne cogatur quod intellexerit facere. De talibus ait Psalmista, Noluerunt intelligere vt bene agerēt. Vos charissimi, quia bonum est bene sentire de vobis, exigitis intellectum, exigit deus fructum. Intellectus enim sicut scriptum est, bonus omnibus faciētibz eum.

Ioan. 4.  
Roma. 7.  
1. Ioan. 3.  
Psal. 118.  
Iacob. 4.  
Roma. 7.  
1. Cor. 2.  
Sapient. 9.  
Gala. 5.

K  
L  
Gala. 5.  
Roma. 7.  
Psal. 118.  
M  
Roma. 6.  
Gala. 5.  
Roma. 6.

Math. 11.  
Ioan. 15.  
Math. 11.  
Ioan. 5.  
Philipp. 2.  
Tonus decimus.

D  
Math. 11.  
Philipp. 2.  
Math. 11.  
Psal. 118.  
E  
1. Cor. 4.  
Psal. 2.  
Ioan. 6.  
F  
Gala. 3.  
Iustis clara.  
Psal. 35.  
Psal. 110.  
i iiii Hoc

**G** Hoc tamen quod restat & hodie recitatum est, quantum non habeat tantam difficultatem quam habuerunt superiora, quae iam, ut potuimus, adiuvante domino, transiisti sumus, desiderat tamen intentionem vestram: velut enim conclusio fit, propter illa quae dicta sunt. In superioribus lectionibus laboratur, ne forte reus constitueretur Apostolus omnium quodammodo peccatorum dicendo, Non enim quod volo ago. Deinde ne lex videretur aut sufficere posse homini habenti liberum arbitrium, etiam si nullum ultra auxilium divinum porrigeretur, aut certe frustra data fuisse crederetur, dicta est & causa quare sit lex data, quia & ipsa in adiutorium data est, sed non sicut gratia. Data est enim, sicut iam exposuimus, & tenere debetis, & vobis vehementius & diligentius nos commendare debemus. Data est ut inveniret se homo, ut non morbus sanaretur, sed ut praedicatione morbo crescente medicus quaereretur. Et quis esse iste medicus, nisi qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: Qui ergo non constituit creatorem, negat superbis autorem. Qui autem negat aegritudinem suam, superfluum iudicat salvatorem. Ergo & in natura nostra creatorem laudamus, & propter vitium quod nobis infiximus, salvatorem quaeramus. Et quomodo quaerimus salvatorem? Ut det legem? Parum est. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino esset ex lege iustitia. Si ergo non est data lex quae posset vivificare, quare data est? Sequitur & ostendit quare sit data, quia etiam sic in adiutorium data est, ne te sanum putares. Si ergo data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia. Et quasi quaereremus, quare ergo data est? Sed conclusit, inquit, scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Quando audis promissorem, expecta factorem. Idonea fuit humana natura per liberum arbitrium vulnerare se, sed iam vulnerata & sauciata non est idonea per liberum arbitrium sanare se. Si enim volueris intemperanter vivere ut aegrotas, ad hoc medicum non requiris, ad labem sufficis tibi. Cum autem intemperanter agens coeperis esse aegrotus, non sic potes ab aegritudine liberare te, quomodo potuisti per intemperantiam te in aegritudinem praecipitare: & tamen medicus etiam sano praecipit temperantiam. Bonus medicus hoc facit, non vult esse necessarius aegrotanti. Sic etiam dominus deus creato homini sine vitio temperantiam praecipere dignatus est, quam si ille servasset, medicum postea morbo suo non desideraret: sed quia non servavit, languidus factus est, cecidit infirmus, creavit infirmos, id est, infirmos genuit infirmos: & tamen in omnibus qui nascuntur infirmis deus quod bonum est operatur, formando corpus, vivificando corpus, alimenta praebendo, pluviam suam & solem suum super bonos & malos dando, non est unde accusent boni nec mali: etiam insuper genus humanum iusto suo iudicio condemnatum noluit in interitum sempiternum relinquere, sed misit & medicum, misit salvatorem, misit eum qui gratis sanaret. Parum est qui gratis sanaret, qui sanatis etiam mercedem daret. Nihil addi ad istam benevolentiam potest. Quis est qui dicat, sanete & do tibi mercedem? Optime fecit. Sciebat enim se diuitem venisse ad pauperem, & sanat egrotos, & sanatis donat, & non aliud quam seipsum donat. Salvator est adiutorium languidi, ipse salvator est praemium sanati. Ergo fratres quod hodie admoniti estis, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: ad hoc enim adiuti sumus, ad hoc spiritum dei accepimus, ad hoc etiam in laboribus nostris quotidianum adiuto-

rium postulamus. Lex cui minatur non implendo quod iubet, eum facit esse sub se, hi sunt sub lege, non sub gratia. Bona est lex, si quis ea legitime utatur. Quid est ergo legitime uti lege? Per legem agnoscere morbum suum & quaerere ad sanitatem divinum adiutorium: quia sicut dixi, & saepe dicendum est, si lex posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia, nec quaereretur salvator, nec veniret Christus, nec sanguine suo ovem perditam quaereret. Sic enim dicit alio loco idem Apostolus, Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quae igitur utilitas legis, & quod adiutorium? Quia conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Itaque lex, inquit, paedagogus noster erat in Christo Iesu. Ex ista similitudine rem de qua loquor attendite Paedagogus puerum non ducit ad seipsum, sed ad magistrum: sed cum puer bene institutus iam creverit, sub paedagogo non erit. Tractans de his Apostolus etiam alio loco, valde enim assidue hoc commendat, sed utinam non furdis. Commendat autem hoc assidue, commendans fidem gentibus, quia fide impetrant adiutorium ut impleant legem, non per legem, sed vires implendi impetrantes per fidem: ad hoc assidue ducit & commendat ista Apostolus, propter Iudaeos, qui de lege gloriabantur, & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur: ac per hoc quia libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur, Ignorantes dei iustitiam, id est, ex fide iustitiam datam a domino, & suam volentes statuere, quasi suis viribus impletam, non dante fide impetratam, iustitiae dei, sicut dicit, non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ait, ad iustitiam omni credenti. Ergo cum de his tractat, opposuit sibi, Quid ergo lex? Quasi quae utilitas legis? Respondit, Praeviationis gratia posita est. Hoc est quod dicit alibi, Lex subintravit, ut abundaret delictum. Et ibi quid addidit? Vbi autem abundavit delictum, super abundavit gratia, quia leuiore aegritudine contemnebatur adiutorium medicinae, crevit morbus, & quaesitus est medicus. Quid ergo lex? Praeviationis gratia posita est, unde humiliaretur cervix superbiorum multum sibi tribuentium, & voluntati suae tantum arrogantium, ut sibi liberum arbitrium posse putarent ad iustitiam sufficere: quae tunc quando erat integra libertate, id est, in paradiso ostendit vires suas, ostendit quantum posset, sed ad ruendum non ad surgendum. Lex ergo praeviationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unus non est, deus autem unus est. Quid est, mediator unus non est? Quia inter duos utique mediator est. Si unus est deus, & mediator non est unus, inter quid & deum quaerimus mediatorem, quia mediator unus non est, deus autem unus est? Inter quid & quid sit mediator, invenimus ipso Apostolo dicente, Unus enim deus, & unus mediat deus & hominum, homo Christus Iesus. Si non iaceres, mediatorem necessarium non haberes: quia vero iaces, & surgere non potes, mediatorem quodammodo deus tibi porrexit brachium suum. Et brachium domini cui revelatum est? Nemo ergo dicat, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia: ergo peccemus, ergo quod volumus faciamus. Qui hoc dicit, aegritudinem amat, non sanitatem. Gratia medicina est. Qui vult semper aegrotare, ingratus est medicinae. Ergo fratres accepto adiutorio, porrecto nobis desuper divino auxilio brachio domini, & ipso brachio domini porrecto nobis auxilio

**A**xilio spiritus sancto, debitores sumus non carni, ut secundum carnem ambulemus, quia fides bene operari non potest nisi per dilectionem. Ipsa est enim fidelium fides ne sit demonum fides, quia & demones credunt & contremiscunt. Illa est ergo laudabilis fides, ipsa est vera gratia fides, quae per dilectionem operatur. Ut autem habeamus dilectionem, & ex ea possimus habere bonam operationem, nunquid eam nobis dare nos possumus, cum scriptum sit, Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Caritas usque adeo est donum dei ut deus vocetur, Apostolo Ioanne dicente, Deus caritas est, & qui manet in caritate in deo manet & deus in eo manet. Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: non quia caro malum est, nam & ipsa dei natura est, & ab eo condita a quo & anima, nec illa, nec illa pars dei, sed & illa & illa creatura dei. Ergo caro non est malum, sed secundum carnem vivere malum est. Deus summe bonus est, quia summe est qui ait, Ego sum qui sum. Deus ergo summe bonus est, anima magnum bonum, sed non summum bonum. Cum autem audis, Deus summe bonus est, noli putare de deo tantum patre dictum, sed de patre & filio & spiritu sancto. Haec enim trinitas unus est, & vnus est deus & summe bonus est. Ita plane vnus est deus, ut quando de ipsa trinitate interrogaris, hoc respondeas, ne forte cum audieris, Vnus est deus, putes ipsum esse patrem, ipsum esse filium, ipsum esse spiritum sanctum. Non ita est, sed qui pater est in illa trinitate non est filius, qui filius est in illa trinitate non est pater, qui spiritus sanctus est in illa trinitate, nec filius est nec pater, sed spiritus patris, idemque spiritus filii: ipse est enim vnus spiritus sanctus & patris & filii coaeternus, patri & filio consubstantialis & aequalis. Haec tota trinitas, vnus deus summe bonus. Anima vero, ut dixi, creata a summo bono, non tamen summum bonum, sed magnum bonum. Ita caro nec summum bonum, nec magnum bonum, sed paruum tamen bonum. Anima ergo magnum bonum sed non summum bonum, vivens inter summum bonum & paruum bonum, id est, inter deum & carnem, inferior deo, carne superior. Quare non vivit secundum summum bonum, sed vivit secundum paruum bonum? Hoc planius dicitur, quare non vivit secundum deum, sed vivit secundum carnem? Debitrix enim est non carni, ut secundum carnem vivat. Caro debet secundum ipsam vivere, non ipsa secundum carnem. Ipsa vivat secundum ipsam quae vivit de ipsa. Certe vna quaeque secundum hoc vivat, unde vivit. Unde vivit car tuus? De anima tua. Unde vivit anima tua? De deo tuo. Vnaquaeque harum secundum vitam suam vivit. Caro enim non est vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita, sed deus est anima vita. Anima ergo quae debet secundum deum vivere, non debetrix est carni, ut secundum carnem vivat. Ergo quae secundum deum debet vivere, si secundum seipsam vivat, deficit, secundum carnem vivit & proficit? Tunc autem recte vivit caro secundum animam, si anima vivat secundum deum. Nam si anima, non dico secundum carnem, sed secundum seipsam, ut dixi, voluerit vivere, dicitur vobis sum quid sit secundum seipsam vivere: bonum est enim ut hoc noveritis & valde salubre. Fuerunt philosophi seculi huius, alij putaverunt non esse beatitudinem nisi secundum carnem vivere, & bonum hominis in voluptate corporis posuerunt. Isti philosophi Epicuri dicti sunt, ab Epicuro quodam authore magistro suo, & alij sumi-

les eorum. Extiterunt autem alij superbi quasi a carne se remouentes, & totam spem beatitudinis suae in anima sua constituentes posuerunt summum bonum in virtute sua. Vocem Psalmi in vobis affectus pietatis agnovit scitis, nostis, agnovistis quomodo irrisi sunt in sancto Psalmo, Qui confidunt in virtute sua. Tales fuerunt Philosophi qui Stoici nuncupati sunt. Illi secundum carnem viuentes, isti secundum animam viuentes, nec illi nec isti secundum deum viuentes. Ideo cum ad urbem Atheniensium, vbi istae philosophorum disciplinae studio & contentione fertiebant, venisset Apostolus Paulus, sicut in Actibus Apostolorum legitur, vbi vos gaudes deo nostrum agnoscendo & recolendo praevenerunt sermonem: sicut ibi scriptum est, Contulerunt cum illo quidam philosophorum Epicurorum & Stoicorum, contulerunt cum illo secundum carnem viuentes, contulerunt cum illo secundum animam viuentes, contulit cum illis secundum deum vivens. Dicebat Epicurus, Mihi frui carne bonum est. Dicebat Stoicus, Mihi frui mea mente bonum est. Dicebat Epicurus, Beatus cuius est in fructu voluptas carnis eius. Dicebat Stoicus, Immo beatus cuius est in fructu virtus animi eius. Dicebat Apostolus, Beatus cuius est nomen domini spes eius. Errat Epicurus, falsum est enim esse hominem beatum cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus, falsum est enim & omnino mendosissimum, beatum esse hominem cuius est in fructu virtus animi eius. Beatus ergo cuius est nomen domini spes eius. Et quia illi vani sunt & metuntur, Et non respexit, inquit, in vanitates & insanias mendaces: ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus, sicut Epicuri: sed etiam si secundum seipsam sibi voluerit vivere anima, carnalis erit, carnem sapit, de carne non surgit: non est enim quemadmodum inde surgat qui brachium porrectum iacenti non tenet. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Vbi enim dictum est, Quid mihi faciat homo: ibi dictum est, Quid faciat mihi caro. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: non ista morte cum de corpore exitur, ista enim moriemini & si secundum spiritum vixeritis, sed illa morte de qua dominus in Evangelio terribiliter dicit, Eum timete qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennam ignis. Si ergo secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu actiones carnis mortificaveritis, vivetis. Hoc est opus vestrum in hac vita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere, minuire, frenare, interimere, Quam multos enim proficientes non iam delectantur quae antea delectabant. Quando ergo delectabat & non ei consentiebatur, mortificabatur: quia iam non delectat, mortificatus est, Calca mortuum, transi ad vitum. Calca iacentem, conflige cum resistente. Mortua est enim vna delectatio, sed vivit altera, & illam dum non consentis mortificas, cum coeperit omnino non delectare, mortificasti. Haec est actio nostra, haec est militia nostra. In hoc agone cum confligimus, deum habemus spectatorem: in hoc agone cum laboramus, deum poscimus adiutorem. Si enim nos ipse non adiuvat, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Cum ergo dixisset Apostolus, Si autem spiritu actiones carnis mortificaveritis vivetis: id est, illas concupiscentias carnis morbidas, & de morte habentes contentionem: quibus non consentire magna laus est, quas non habere perfectio est: hic iam metuendum est, ne quisquam rursus ad mortificandas actiones carnis de spiritu

Roma. 7.

salus praeviationis. Math. 9.

Gala. 3.

Math. 5.

Roma. 8.

Lege vti legitime qd

Gala. 3.

Gala. 2.

Galat. 3.

Paedagogus.

L

Roma. 10.

Gala. 5.

Roma. 5.

1. Cor. 3.

M

Gala. 3.

1. Tim. 2.

Esa. 53. & Ioan. 12.

Caro quomodo recte secundum animam vivat?

Secundum carnem vivere quid? Epicuri.

Psal. 4. & Stoici.

Act. 17.

Epicurorum Stoicorum Christianorum discrimen. Psal. 72.

E

Psal. 39.

Psal. 39. & Roma. 8.

Roma. 8.

Psal. 55. & Roma. 8.

Math. 10.

F

Roma. 8.



**G** spiritu suo audeat presumere. Non solum enim deus spiritus est, sed & anima tua spiritus est, & mens tua spiritus est. Et cum dicis, Mente seruo legi dei, carne autem legi peccati, quia spiritus concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus spiritum, Ergo ne ad carnis actiones mortificandas de spiritu tuo presumas & superbia pereas, & tibi superbo resistatur, non humili gratia concedatur, Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Ne forte ergo suboriretur tibi ista superbia, vide quid sequatur. Cum enim dixisset, Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis: ne hic se extolleret humanus spiritus, & ad hoc opus se idoneum firmumque iactaret, subiicit & ait, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Qui te ergo iam uolebas extollere, ubi audisti, Si spiritu actiones carnis mortificaueritis uiuetis? Dicitur enim eras, hoc potest uoluntas mea, hoc potest liberum arbitrium meum. Quae uoluntas? Quod liberum arbitrium? Nisi ille regat cadis, nisi regat iaces. Quomodo ergo spiritu tuo, cum audias Apostolum dicentem, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei? Tu te vis agere, a teipso vis agere ad actiones carnis mortificandas? Quid tibi prodest quia non eris Epicurus & eris Stoicus? Sive Epicurus eris, sive Stoicus eris, inter filios dei non eris. Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, non qui secundum carnem uiuunt suam, non qui secundum spiritum suum uiuunt, non qui carnis uoluptate ducuntur, non qui spiritu suo aguntur, sed quotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Dicit mihi aliquis, Ergo agimur, non agimus. Respondeo. Immo & agis & ageris. Et tunc bene agis, si a bono agaris. Spiritus enim dei qui te agit, agentibus adiutor est ipsum nomen adiutoris praescribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis. Agnosce quid possas, agnosce quid conuincaris, quando dicis, Adiutor meus esto ne derelinquas me. Adiutorem utique inuocas deum. Nemo adiuuatur, si ab illo nihil agatur. Quotquot enim inquit, spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, non litera sed spiritu, non lege praecipiente, minante, promittente, sed spiritu exhortante, illuminante, adiuuante? Scimus, inquit idem Apostolus, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Si non esses operator, ille non esset cooperator. Sed hic fortiter uigilate, ne forte dicat spiritus uester, si subtraxerit se cooperatio dei, & adiutorium dei, spiritus meus facit hoc, & si cum labore, & si cum aliqua difficultate, potest tamen implere. Non potest. Quomodo si aliquis dicat, Remis quidem peruenimus, sed cum aliquo labore: si uentum habeamus facilius peruenimus. Non sic est adiutorium dei, non sic est adiutorium Christi, non sic est adiutorium spiritus sancti. Prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris, agis quidem illo non adiuuante libera uoluntate, sed male. Ad hoc idonea est uoluntas tua quae uocatur libera, & male agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi, sine adiutorio dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad male agendum habes sine adiutorio dei liberam uoluntatem, quamquam non est illa libera. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est: & omnis qui facit peccatum seruus est peccati, & si uos filios liberauerit, tunc uere liberi eritis. Prorsus hoc credite, sic uos agere bona uoluntate quia uiuatis utique agitis: non enim adiutor est ille si nihil agatis, non enim cooperato est ille si nihil operamini. Sic uos tamen scitote agere bona, ut sit rector spiritus adiutor: qui si uero defuerit, nihil boni omnino agere ualetis: non sicut quidam dicere ceperunt, qui coarctati sunt aliquando gratiam

confiteri, & benedicimus deum, quia uel hoc aliquando K dixerunt. Accedendo enim proficere potuerunt, & ad id quod uere rectum est peruenire, iam ergo dicit adiutricem esse gratiam dei, ad facilius faciendam. Ista sunt uerba eorum. Ad hoc dedit, inquit, deus gratiam suam hominibus, ut quod facere iubentur per liberum arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Velo facilius, remo difficilius, tamen & remo itur. Iumento facilius, pedibus difficilius, sed tamen & pedibus peruenitur. Non est sic. Magister enim uerus qui neminem palpat, neminem fallit, uerax doctor idemque saluator, ad quem nos duxit molestissimus pedagogus, cum de bonis operibus, id est, de farnetorum & palmitum fructibus loqueretur: non ait, sine me facere quidem potestis aliquid, sed facilius per me: non ait, fructum uestrum sine me potestis aliquid facere, sed ueriores per me: non hoc dixit, legite quid dixerit, Euangelium sanctum est, omnium superba colla subditur. Non haec dicit Augustinus, haec dicit dominus. Quid dicit dominus? Sine me nihil potestis facere. Iam nunc cum audis, Quotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, nolite uos demittere. Neque enim templum suum sic de uobis aedificat deus quasi de lapidibus, qui non habent motum suum, leuantur, ab structore ponuntur. Non sic sunt lapides uini, & uos tanquam lapides uini coaedificamini in templum dei. Ducimini, sed currite, & uos ducimini sed sequimini, quia cum secuti fueritis, uerum erit illud, quia sine illo nihil facere potestis. Non enim uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Forte dicitur eratis. Et lex sufficit nobis. Lex timorem dedit: & uide te quid hinc subianxit Apostolus cum diceret, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, quia quicum spiritu dei aguntur, charitate aguntur, Charitas enim dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: locutus adiunxit, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Quid est iterum? Quomodo terrente molestissimo pedagogo. Quid est iterum? Sicut in monte Sina accepistis spiritum seruitutis. Dicit aliquis, Alius est spiritus seruitutis, alius spiritus libertatis. Si alius esset, non diceret Apostolus iterum, Idem ergo spiritus, sed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis in dilectione. Iam nondum tertius qui affuisti audisti, quomodo longe posita plebem, uoces, ignis, fumus in monte terreat: quomodo autem ueniens spiritus sanctus, id est, ipse digitus dei quinquagesimo die post umbram pascha quomodo uenerit, & igneis linguis super unumquemque eorum infuderit. Iam ergo non in timore, sed in dilectione, ut non serui sed filij sumus. Qui enim adhuc ideo bene agit, quia & poenam timet, deum non amat, nondum est inter filios, utinam tamen uel poenam timeat. Timor seruus est, charitas libera est: & ut sic dicamus, timor est seruus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum, praecedat seruus in corde tuo, & seruet domina uerura locum. Fac fac, uel timore poenam, si nondum potes amore iustitia. Veniet domina, & seruus abscedit, quia consummata charitas foras mittit timorem. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Nouum testamentum est non uetus. Vetera transferunt, & ecce noua facta sunt omnia, omnia autem ex deo. Denique quid sequitur? Quid ergo accepimus, si diceret: Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Dominus timetur, pater amatur. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Clamor iste cordis est non faucium, non labiorum,

Ioan. 4.  
Roma. 7.  
Gala. 5.

Iacobi. 4.

Roma. 8.

Roma. 8.

Psal. 6.

Roma. 8.

Ibidem.

2. Petr. 2.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ibidem.

Roma. 8.

L

Eph. 2.

Roma. 9.

Roma. 5.

Roma. 8.

Exod. 19.

Spiritus seruitutis libertatis.

2. Corin. 3.

Supra ser. 6.

M

Exod. 20.

A 2o. 2.

A 2o. 2.

1. Ioan. 4.

Roma. 8.

2. Corin. 5.

Roma. 8.

Daniel. 13.  
Matth. 6.

Psal. 117.

† alias, angulum.

Eph. 2.

Roma. 8.

Roma. 8.

Psal. 15.

**A** labiorum, intus sonat, auribus dei sonat. Clauso ore, labi isq; immotis Susanna ista uoce clamabat. Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Cor clamat, Pater noster qui es in caelis. Ergo quare non tantum pater? Quid tibi uult abba pater? Si enim quaeris quid sit abba, responde tibi, pater. Abba enim Hebraice, pater dicitur. Quare uoluit utrumque Apostolus ponere? Quia uidebat lapidem angularem quem reprobaauerunt aedificantes, & factus est in caput anguli: non sine causa angularem dictum, nisi quia in osculum † recipit utrumque parietem de diuerso uenientem. Hinc circuncisio, inde praepitium, tanta a se & inter se longe, quantum ab angulo longe: quantum autem ad angulum prope, & inter se utique prope, in angulo autem inter se iuncti. Ipse est enim pater noster, qui fecit utraque unum, Ergo inde circuncisio, inde praepitium, parietum concordia, anguli gloria. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Qualis res est, si pignus tale est? Non pignus, sed arra dicenda est. Pignus enim quando ponitur, cum fuerit res ipsa reddita pignus aufertur. Arra autem de ipsa re datur, quae dando promittitur, ut res quando redditur, impleatur quod datum est, non mutetur. Vniquisque ergo attendat cor suum, utrum ex intus cordis medullis & sincera charitate dicat, Pater. Non modo quaeritur quanta sit ipsa charitas, utrum magna an parua, an mediocri, utrum uel sit, quare. Si nata est, latendo crescit, crescendo perficitur, perfecta permanebit. Non enim perfecta uergit in senium, & a senectute ueniet ad mortem: ad hoc perficitur ut aeterna permaneat. Vide enim quid loquitur, Clamamus abba pater, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Non spiritus noster reddit testimonium spiritui nostro quia sumus filij dei, sed spiritus dei arra reddit testimonium pro ea re quae nobis promissa est. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Si autem filij, & heredes. Non enim inuenter filij, haec est merces, & hereditas. Hoc est quod paulo ante dicebam, quia medicus noster & sanitatem nobis donat, & mercedem insuper largiri dignatur. Quae est illa merces? Hereditas, sed non quomodo est hominis patris hereditas. Relinquit enim filij suis, non possidet cum filiis suis, & tamen magnum se facit, & gratias sibi agi desiderat, quia uoluit dare quod non possit auferre. Moriens enim tolleret secum: puto quia si posset, nihil hic filiis suis dimisisset. Haeredes dei sic sunt, ut ipse deus sit hereditas nostra. Cui dicit Psalmus, Dominus pars hereditatis meae. Haeredes quidem dei: si parum uobis est audite, quod amplius gaudeatis. Haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi. Conuersi ad dominum.

De baptismo paruulorum, contra Pelagianos.  
Sermo. XIII.

**N**atale sancti Ioannis inter cetera quae dicenda uidebantur ad baptismum paruulorum noster sermo deductus est, & quia iam prolixus erat, & de illo terminando cogitabatur, non tanta dicta sunt de tanta quaestione, quanta in periculo tanto a sollicitis dici debuerunt. Sollicitus autem nos facit non ipsa sententia iam olim in ecclesia catholica summa autoritate fundata, sed disputationes quorundam quae modo crebescere, & multorum animos euertere moliantur. Hodie ergo adiuuante domino placuit nobis hinc loqui. Diem quidem solemnem martyris celebramus, sed maior causa est omnium fidelium quam

tantummodo martyrum. Non enim omnes fideles etiam martyres, sed ideo illi martyres, quia fideles. Videamus ergo quid ab eis proponatur, quid eos mouet, quoniam & de ipsis non tam resellendis quam sanandis cogitare debemus. Concedunt paruulos baptizari oportere. Non ergo quaestio est inter nos & ipsos utrum paruuli baptizandi sunt, sed de causa quaeritur quare baptizandi sint. Hoc ergo quod conceditur, sine ulla cum illis dubitatione teneamus. Baptizandos esse paruulos nemo dubitet, quando nec illi hinc dubitat, qui ex parte aliqua contradicunt. Sed nos dicimus eos aliter salutem & vitam aeternam non habituros, nisi baptizentur in Christo, illi autem dicunt non propter salutem, non propter vitam aeternam, sed propter regnum caelorum. Quid sit hoc dum exponimus ut possimus, parumper attendite. Paruulus, inquit, & si non baptizaretur, merito innocentiae, eo quod nullum habeat omnino nec proprium nec originale peccatum, nec ex se, nec de Adam tractum, necesse est, aiunt, ut habeat salutem, & vitam aeternam, etiam si non baptizetur: sed propterea baptizandus est, ut intret etiam in regnum dei, hoc est, in regnum caelorum. Si discutiendum est hoc, discutiendum est propter illos, non propter nos. Fratres enim nostri permoti sunt profunditate quaestionis, sed regi debuerunt gubernaculo auctoritatis. Cum enim dicunt non esse baptizandos, salutis & vitae aeternae percipiendae causa, sed tantummodo regni caelorum, & regni dei: baptizandos quidem fatentur, sed non propter vitam aeternam, sed propter regnum caelorum. Quid de uita aeterna? Habebunt, inquit. Quare habebunt? Quia nullum peccatum habent, & ad damnationem pertinere possunt. Ergo est aeterna uita extra regnum caelorum? Primus hic error auersandus ab auribus, extirpandus a mentibus. Hoc nouum in ecclesia prius inauditum est, esse vitam aeternam praeter regnum caelorum, esse salutem aeternam praeter regnum dei. Prius uide frater, ne forte hinc cofentire nobis debeas, quisquis ad regnum dei non pertinet, eum ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus est dominus, & iudicaturus de uiuis & mortuis, sicut Euangelium loquitur, duas partes facturus est, dexteram, & sinistram. Sinistris dicitur, Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Dextris dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnum nominat, hanc cum diabolo damnationem. Nullus relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes. De uiuis & mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexteram, alij ad sinistram, non noui aliud. Qui inducis medium, recede de medio, non te offendet qui dexteram quaerit, & teipsum admonet, recede de medio, sed noli in sinistram. Si ergo dextera erit & sinistra, & nullum medium locum in Euangelio nouimus, ecce in dextera regnum caelorum est, Percipite, inquit, regnum. Qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignem aeternum. In dextera ad regnum utique aeternum, in sinistra in ignem aeternum. Qui non in dextera, proculdubio in sinistra. Ergo qui non in regno, proculdubio in ignem aeternum. Certe habere non potest vitam aeternam qui non baptizatur, non erit in dextera, id est, in regno non erit. Vitam aeternam computas ignem aeternum? Et de ipsa uita aeterna audi expressius, quia nihil aliud est regnum quam uita aeterna. Prius regnum nominauit, sed in dextris, ignem aeternum in sinistris. Extrema autem sententia ut doceret quid sit regnum, & quid sit ignis aeternus.

Tunc,

D  
B  
F  
Matth. 23.

**G** Tunc, inquit, abibunt isti in combustionem aeternam, Matth. 25. iusti autem in vitam aeternam. Ecce exposuit tibi quid sit regnum, & quid ignis aeternus, ut quando confiteris paruulum non futurum in regno, fatearis futurum in ignem aeternum. Regnum enim caelorum est vita aeterna. Nec aliud etiam Paulus Apostolus, cum terreret homines, non paruulos non baptizatos, sed scelestos, facinorosos, contaminatos, perditos: non eos terruit quod erunt in igne sempiterno, quod sine dubio ibunt si non corriguntur: sed tantum terruit, quia in regno non erunt: ut cum viderint se perdere spem regni, non viderent esse consequens, nisi poenam ignis aeterni. Noli, inquit, errare, neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Non dixit, illi & illi, tales & tales igni aeterno torquentur: sed, regnum dei non possidebunt. Subtracta dextera, non remanebit nisi sinistra. Vnde autem euadunt ab igne sempiterno, non ob aliud nisi quia erunt in regno. Sequitur, Et hac quidem fuistis, Et vnde iam non sunt? Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. In nomine domini nostri Iesu Christi. Non enim est aliud nomen sub caelo, in quo oportet saluos fieri omnes, pusillos cum magnis. Si autem saluos fieri oportet nos in hoc nomine, sine hoc nomine proculdubio nec salus erit quae sine Christo promittitur paruulis. Pace eorum dicam, qui cuiquam salutem promittit sine Christo, nescio vtrum ipse salutem habere possit in Christo. Deinde quarimus ab eis. Quod si aliquis dicat, paruulos merito innocentiae suae, sicut dicitis, atque immunes ab omni delicto, non solum habituros salutem & vitam aeternam, sed & regnum dei: vnde apud vos definitum certumque est, sine baptismo regnum dei non habituros paruulos: ut diuideretis eis pro arbitrio vestro non adiutores paruulorum, sed oppressores miserorum, ut diuideretis eis pro arbitrio vestro, & daretis eis salutem & vitam aeternam praeter regnum caelorum? Alius beneuolentior vobis & misericordior, & ut putatis iustior, totum eis dabit, & vitam aeternam, & regnum caelorum. Istum quomodo superabitis? quoniam vos aliquando contra euidentissimam auctoritatem ratio humana delectat, proferte ipsam regulam rationis vestrae, & asserite quatis viribus valeatis, vnde deuiocatur iste qui paruulis propter merita innocentiae, propter nullam sicut dicitis culpam, hoc est, originale peccatum, dare voluerit etiam non baptizatis, non solum vitam aeternam, verum etiam regnum caelorum. Istum vincite. Ego sine prauiudicio partes huius parumper suscipio, & dicam quod ipse non sentio, sed adiuuone vos, ut acriorem aduersarium videatis. Ecce existit nescio quis & dicit, Paruulus non habens vllum omnino peccatum, nec quod sua vita contraxit, nec quod de vita primi parentis traxit, habebit & regnum caelorum, & vitam aeternam. Respondete, vincite hominem resistentem vobis, qui aliter diuiditis. Vos enim dicitis, Vitam quidem habebit iste non baptizatus aeterna, sed non habebit regnum caelorum. Ille contra, Immo & vitam & regnum caelorum. Quare enim patrimonium regni caelorum abripis innocenti? A quo regnum caelorum non acquiritur, profecto magno bono fraudatur. Quare est ista iustitia? Dic quare. Quid offendit paruulus non baptizatus, nullam habens culpam, nec suam, nec de parente tractam? Quid offendit dic mihi, ut non intret in regnum caelorum, ut separetur a sorte sancto-

rum, ut sit exul a societate angelorum? Videris enim tibi misericors, quia non auferis ei vitam, damnas tamen quem separas a regno caelorum. Damnas, non eum percutis, sed in exilium mittis. Nam & qui exulatur, viuunt, si sani sunt, in doloribus corporis non sunt, nec torquentur, non carceris tenebris affliguntur, hac illis sola poena est non esse in patria. Si amatur patria magna poena, si autem non amatur patria, peior est cordis poena. Paruum malum est in hominis corde, qui societatem non quarit sanctorum, qui non desiderat regnum caelorum? Si non desiderat, poena est de perueritate: si autem desiderat poena est de fraudata charitate. Sed si, quod vis, parua sit poena, & ipsa parua magna est, si nulla culpa est. Hic defende iustitiam dei. Quare vel parua poena infligitur innocenti in quo nullum inuenitur omnino peccatum? Dic contra istum aduersarium, qui paruulis non baptizatis, misericordia & iustitia maiore quam tu, dare vult non solum vitam aeternam, verum etiam regnum caelorum. Responde si potes, sed rationem affer, hac enim te gloriari delectat. Ego istam quaestionem profundam sentio, & ad eius fundum rimandum vires meas idoneas non agnosco. Libet me & hic exclamare quod Paulus, O altitudo diuinitarum. Paruulus non baptizatus pergit in damnationem, Apostoli enim verba sunt, Ex vno in condemnationem fiat. Non satis inuenio dignam causam, quia non inuenio, non quia non est. Vbi ergo non inuenio in profundo profundum, attendere debeo humanam infirmitatem, non damnare diuinam auctoritatem. Ego prorsus exclamo nec me pudet, O altitudo diuinitarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen: Ego infirmitatem meam his verbis munio, & hac cautela circumspectus, aduersus sagittas ratiocinationum tuarum muratus assisto. Sed tu bellator, hoc est, fortis ratiocinator, huic responde qui tibi dicit, Prorsus innocens paruulus & immunis ab omni peccato, & proprio & originali, non solum vitam aeternam habebit, sed etiam regnum caelorum. Hoc est istum. Qui nihil mali habet, quare aliquid boni non habet? Sed scio, inquit, vnde scis: Quia dominus dixit, Tandem venisti. Non ergo quia tu ratiocinaris, sed quia dominus dixit. Laudo hoc plane, quia sanum est: sicut homo non inuenisti rationem, fugis ad auctoritatem, Approbo, prorsus approbo. Bene facis, non inuenis quid respondeas, ad auctoritatem fuge, non ibi te persequor, non inde expello, imo fugientem recipio & amplector. Profer ergo auctoritatem, stemus in ea simul contra communem inimicum. Quia enim paruulus non baptizatur, non intrat in regnum caelorum, & tu dicis & ego, Illi igitur communi aduersario qui dicit non baptizatum paruulum intraturum in regnum caelorum, resistamus ambo, & aduersus eius insidiosissima iacula scutum fidei proferamus. Cedant paulisper coniecturae rationis humanae, assumantur arma diuina. Assumite, inquit, Apostolus, armaturam dei. Ecce simul dicamus huic homini, Christianus es? Christianus inquit. Audi Euangelium qui vis non baptizatos paruulos mittere in regnum caelorum, audi Euangelium, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum. Domini sententia est, huic non resistit nisi non Christianus. Repulsus est ille, remanet mihi tecum certamen, & forte vnde vicisti bono

K

L

M

Eph. 6.

Ioan. 3.

**A** bono illius, inde bono vinceres tuo. Nam quem vicisti, si durus non est docuisti. Noli ergo esse durus & tu, simul teneamus interim sententiam istam, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum. Ideo, inquit, paruulo non baptizato polliceri regnum dei non possum, contra domini sententiam apertam. Ecce quare dico, regnum dei non habebunt, Ecce quare dico, ideo baptizandi sunt ut habeant regnum dei. Ideo dicis? Ideo inquit, Vide tam propter illa quae supra diximus, ne forte non intenas vitam aeternam praeter regnum dei. Multum enim aperta sunt dicta de duabus illis partibus, dextera & sinistra, vbi nullum in medio dedit locum vite sine regno. Parum te hoc corrigit, parum admonet, ipsam mecum lectionem vnde hanc sententiam protulisti paruulum aduerte. Dixisti enim te ideo regnum caelorum non baptizatis pueris nolle promittere, quia sententia domini aperta est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non intrabit in regnum caelorum. Non ibi aduertisti cum quaereret Nicodemus quomodo ista fierent, id est, quomodo renasceret homo, quomodo denuo nasceretur, quoniam non potest utique iterum introire in vterum matris, & denuo nasci, quid audierit a domino, quid audierit a magistro bono, quid audierit error a veritate? Inter caetera enim ostendens quemadmodum fiat, etiam similitudinem posuit, sed prius ait, Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis qui est in caelo. In terra erat, & in caelo se esse dicebat, & quod est maius in caelo filium hominis: ut vnam demonstraret in vtraque natura personam: in eo quod dei filius erat aequalis patri, verbum dei in principio deus apud deum: & in eo quod filius hominis erat, assumens animam humanam, & carnem humanam, & indutus hominem exiens ad homines: quia in hoc utroque non duo Christi sunt, nec duo filii dei, sed vna persona, vnus Christus dei filius, idemque vnus Christus, non alius filius hominis, sed dei filius secundum diuinitatem, hominis filius secundum carnem. Quis autem nostrum qui parum aduertimus, aut parum sapimus, non potius ita vellet distinguere, filius dei in caelo, & filius hominis in terra? Sed ne sic diuideremus, & ita diuidendo duas personas induceremus, Non ascendit in caelum, inquit, nisi qui de caelo descendit, filius hominis. Filius ergo hominis descendit de caelo? Nonne filius hominis in terra factus est? Nonne filius hominis per Mariam factus est? Sed homo, noli, inquit, separare, quem volo copulare. Parum est quia filius hominis descendit, Christus enim descendit, idemque filius hominis qui filius est dei, sedet in caelo, qui ambulat in terra. In caelo erat, quia vbique Christus, idemque Christus & filius dei, & filius hominis, Propter vnitatem personae in terra filius dei, propter eandem vnitatem personae esse probauimus in caelo filium hominis, ex his verbis domini, Filius hominis, inquit, qui est in caelis. Propter vnitatem personae, nonne in terra constituto atque conspicuo Petrus dicit, Tu es Christus filius dei viui? Ergo dicat Nicodemus quomodo fiat illud quod ei minus intelligenti, incredibile, & quasi impossibile videbatur, Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit. Omnes autem qui renascuntur, utique ascendunt in caelum, caeterorum nemo prorsus. Et omnes qui renascuntur per gratiam dei ascendunt in caelum, & nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Vnde hoc? Quia omnes qui renascuntur, membra ipsius sunt, & solus Christus de Maria natus vnus

Ioan. 3.

Ioan. 3.

Ioan. 7.

Ioan. 3.

Matth. 16.

est Christus, & cum corpore suo capit vnus est Christus. Hoc ergo dicere voluit, Nemo ascendit nisi qui descendit, Non ergo ascendit nisi Christus. Si vis ascendere, esto in corpore Christi. Si vis ascendere, esto membrum Christi. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: sic & Christus, quia capit & corpus Christus. Et quomodo sit hoc, adhuc quaeramus. Latet questio, exaltatur illa profunditas: Christus peccatum non habet, nec originale traxit, nec suum addidit, extra voluptatem carnalis libidinis venit, non ibi fuit complexus maritalis, de virginis corpore non assumpsit vulnus, sed medicamentum, non assumpsit quod sanaret, sed vnde sanaret. Quantum ad peccatum pertinet dico, Solus ergo ille sine peccato, quomodo erunt membra eius, quorum nullus est sine peccato? Quomodo? Audi similitudinem quae sequitur, Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Vnde tibi non videbatur peccatores homines posse fieri membra Christi, id est, illius, qui nullum omnino haberet peccatum? Serpentis morsu mouebaris, ideo crucifigitur Christus, ideo fundit sanguinem Christus in remissionem peccatorum, quia propter peccatum, id est, serpentis venenum, Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, vnde sanarentur qui in illo deserto a serpentibus mordebantur, & illum exaltatum attendere iubebantur, & quisquis attenderet sanabatur: sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, id est, qui attendit exaltatum, qui non erubescit crucifixum, qui in cruce Christi gloriatur, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Non pereat. Vnde? Credendo in eum. Vnde non pereat? Attendendo exaltatum, alioquin perisset. Hoc est enim, Omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Profer paruulum mihi, & iubes attendat exaltatum, quem negas habere serpentis venenum. Immo si faues ei, si mouet te innocetia in vita propria, noli negare tractum aliquem reatum de vita prima, non sua, sed parentis sui primi. Noli negare, confitere venenum ut possas medicamentum, aliter non sanatur. Aut ut quid ei dicis vt credat? Hoc enim respondetur a portante paruulum. Ad verba aliena sanatur, quia ad factum alienum vulneratur. Credit in Iesum Christum, fit interrogatio, respondetur, credit. Pro non loquere, pro silente, flente, & flendo quodammodo ut subueniatur orante, respondetur & valet. An etiam hoc serpens ille persuadere conatur, quia non valet? Absit a corporibus qualiumcumque Christianorum. Ergo respondetur & valet. Conspiratione quadam communicat spiritus, credit in altero quia peccauit in altero. An vero intuenit vitam praesentis seculi quem parturiuit infirmitas, & non inuenit vitam futuri seculi, quem parturiuit charitas? Ergo Moyses exaltauit serpentem in eremo, ut omnis a serpente venenatus intueatur exaltatum & sanetur. Adam primus accepit morsum serpentis cum veneno, Ergo natus in carne peccati, fit saluus in Christo per similitudinem carnis peccati. Misit enim deus filium suum, non in carne peccati, sed sicut sequitur qui scripsit, In similitudine carnis peccati, quia non de complexu maritali, sed de vtero virginali. Misit in similitudinem carnis peccati. Vt quid hoc? Vt de peccato damnaret peccatum in carne, de peccato damnauit peccatum, de serpente serpentem,

Roma. 8.

Ioan. 3.

Num. 21.

Gene. 3.

Roma. 8.

**G** pentem, I. Quis enim dubitet nomine serpentis appellari peccatum? Ergo de peccato peccatum, de serpente serpentem. Sed de similitudine, quia in Christo nullum peccatum, sed sola similitudo carnis peccati. Ideo exaltatus est serpens, sed ærens. Exaltata est similitudo carnis peccati, ut sanaretur origo peccati, quia misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati, non in similitudinem carnis. Nam vera caro est, sed in similitudinem carnis peccati, quia mortalis caro sine vilo omnino peccato, ut de peccato propter similitudinem daretur peccatum in carne, propter veram iniquitatem. Vera iniquitas in Christo non fuit, sed mortalitas in illo fuit. Peccatum non suscepit, sed poenam peccati suscepit. Suscipiendo sine culpa poenam, & poenam sanauit & culpam. Ecce quomodo sunt ista. Quæ admiratus Nicodemus dixerat, Quomodo possunt ista fieri? Sic enim sanamur, non quia meremur. Ecce quomodo sunt ista. Modo vbi mihi paruos ponis? Iam dicitis, nullo veneno faciati sunt, Aufer eos à conspectu exaltati serpentis. Si autem non auferis, sanandos dicitis, venenatos confiteris. Deinde ipse dominus in eodem sermone ad Nicodemum non audistis quid dixerit, cum eadem lectio hodie legeretur? Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non crediderit, iam iudicatus est. Et hic quæris medium homo de medio, & disputas, & attendis, nec attendis. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non crediderit, iam iudicatus est. Quid est autem, iam iudicatus est? Damnatus est. Nam iudicium pro damnatione: plerumque poni nōstis, scripturæ testes sunt, maxime illo vno testimonio apertissimo, cui nemo est qui contradicat. De resurrectione cum ageret dominus, Qui bene fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui male egerunt, in resurrectionem iudicij: utique iudicium pro damnatione posuit, & tu aliter audes differere aut credere? Qui non credit, iam diiudicatus est. Alio loco, Qui credit in filium, habet vitam æternam, quam tu paruulis promittebas non baptizatis. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Sed habet, inquit, & qui non credit paruulus, quauis non habeat regnum dei. Sed vide quod sequitur, Qui autem incredulus est filio, non habet vitam, sed ira dei manet super eum. Vbi ponis paruulos baptizatos? Profecto in numero credentium. Nam ideo & consuetudine ecclesie antiqua canonica fundatissima, paruuli baptizati fideles vocantur, Et sic de his quærimus, Iste infans Christianus est? Respondetur, Christianus, Catechumenus, an fidelis? Fidelis utique à fide, fides à credendo: Inter credentes igitur baptizatos paruulos numerabis, nec iudicare vilo modo aliter audebis, si non vis esse apertus hæreticus. Ergo ideo habent vitam æternam, quia qui credit in filium, habet vitam æternam. Noli eis sine ista fide, & sine isto sacramento huius fidei promittere vitam æternam. Qui autem incredulus est filio, & qui non credit in filium, non habet vitam: sed, ira dei manet super eum. Non dixit, veniet super eum: sed, manet super eum. Respexit originem cum ait, Ira dei manet super eum. Quam respiciens & Apostolus dixit, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ. Non accusamus naturam, Naturæ author deus est. A deo bona est instituta natura, sed per malam voluntatem à serpente vitata est, ideo quod fuit in Adam culpæ non naturæ, nobis propagatis factum est iam naturæ. Ab hoc vitio naturæ cum quo nascitur homo: non liberat nisi qui natus est sine vitio. Ab hac carne peccati, non liberat nisi ille qui natus est sine peccato per similitudinem carnis peccati. Ab hoc veneno

serpentis, non liberat nisi exaltatio serpentis. Quid ad hæc dicitis? Satis ne hoc est? Est vnum aliquid acutissimum, quod ab eis profertur. Paululum attendite. Cum cœperint vrgeri verbis Apostoli dicentis, Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: quæ verba nescio quis non intelligat, in quibus verbis nescio vtrum quicumque expositorem requirat: conantur respondere & dicere, ideo dictum est hoc ab Apostolo, quia primus peccauit Adam, & qui postea peccauerunt, illum imitando peccauerunt. Hoc quid est aliud, quam conari tenebras apertis luminibus ostendere? Peccatum per vnum hominem intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Propter imitationem dicitis, quia primus peccauit Adam. Respondeo prorsus, non primus peccauit Adam. Si primum peccatorem requiris, diabolum vide. Sed humani generis masculis ostendere apostolus de origine venenatam, ideo eum posuit vnde nati sumus, non eum quem imitati sumus. Dicitur quidem & pater tuus, quem fueris imitatus. Filij mei, inquit, quos iterum parturio. Quid identidem dicit, Imitatores mei estote. Et propter ipsam imitationem dicitur impiis, Vos à patre diabolo estis, Nam constat in catholica fide, quod diabolus nec genuit nostram naturam nec condidit, sola in illa seductio est præcedentis, imitatio consequentis. Denique quomodo dictum est de Adam, in quo omnes peccauerunt, legatur mihi alicubi, omnes in diabolo peccauerunt. Aliud est illo præcedente & seducente peccare, aliud in illo peccare, Quia secundum propaginē carnis in illo eramus omnes antequam nati essemus tanquam in parente, tanquam in radice ibi eramus, sic venenata est ista arbor, ibi eramus. Nā quia ad diabolum, hoc est, principem peccati, & vere primum peccatorem non pertinet origo, sed imitatio, cū de illo scriptura loqueretur, Invidia, inquit, diaboli, mors intravit in orbem terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Imitando eum sunt ex parte ipsius. Nunquid dictum est, in illo peccauerunt? Cum vero de Adam diceretur, propter originem, propter posteritatem, propter propaginē viscerum, In quo omnes, inquit, peccauerunt. Nā si propterea primus constitutus est Adam, quia primus peccauit, tanquam in exemplo sit, nō in origine, ut quid tam in longinquo, post tam prolixa tēpora contra Adā quæritur Christus? Si omnes peccatores ad Adam propterea pertinent, quia primus peccator, omnes iusti debuerunt ad Abel pertinere, quia primus iustus. Quare Christus quæritur? Expergiscere frater, Quare Christus quæritur, nisi quia in Adam damnata est generatio, in Christo quæritur regeneratio. Proinde nemo nos fallat. Scriptura euidentis est, auctoritatem fundatissima est, fides catholicissima est. Omnis generatus damnatus, nemo liberatus, nisi regeneratus. Vnde & alteri versutię illorum iam vos instructi, respondete charissimi. Quando dicunt & paruulos turbant, si de peccatore peccatores nati sunt, quare non de baptizato iam fideli, cui remissa sunt omnia peccata iusti nascuntur? Cito responde, Ideo de baptizato non iustus nascitur, quia non eū generat vnde regeneratus est, sed vnde generatus est. De Christo dictum est, Mortificatus carne, viuificatus spiritu: sic de homine dici potest, Tabefactus carne, iustificatus spiritu. Quod nascitur de carne, caro est. Quæris vt de iusto iustus nascatur, cum videas iustum esse nisi regeneratum omnino non posse, Nec attendis domini

Roma. 5.

Roma. 5. 2. 1. Corin. 4. ca. hoc aut.

L. Gala. 4. 1. Corin. 4. Ioan. 3.

Sapient.

Roma. 5.

M

1. Petr. 5.

Ioan. 3.

mini

**A** mini sententiam, quæ tu ipse in ore habes, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu: Puto quia non hoc factum est in concubitu. Miraris quare peccator nascatur de semine iusti, non te delectat mirari quare oleaster nascatur de semine oliuæ: Accipe aliam similitudinem. Iustum baptizatum, pone granum purgatum. Non attendis quia de grano purgato frumentum cum palea nascitur, sine qua seminatur. Deinde cum sit in propagine natorum generatio carnalis, in propagine renatorum generatio spiritalis, vis vt de baptizato baptizatus nascatur, cum videas de circumciso non nasci circumcisum. Carnalis est certe ista generatio & carnalis est circumcisio, & tamen de circumciso non nascitur circumcisus: sic ergo de baptizato non potest nasci baptizatus, quia nemo renatus, antequam natus. Aliud eorum quasi acutissimum. Sed quid acutum non obtunditur scuto veritatis? Aliud dicunt, videte quale. Si Adam, inquit, non cet his qui non peccauerunt, ergo & Christus prodesse debet etiā his qui non crediderunt. Videtis certe quā hoc acutum sit contra veritatem, audite quantum adiuuet veritatem. Qui enim hoc dicit, nihil aliud dicit, nisi Christum nihil prodesse non credentibus. Hoc est verum. Quis non accipit? Quis nō consentiat, quia Christus non credentibus non prodest, credentibus prodest? Sed dic mihi obsecro te, Paruulis baptizatis Christus aliquid prodest, an nihil prodest? Necessè est vt dicat prodesse. Premitur mole matris ecclesie, forte quidem vellēt hoc dicere. Nam ratiocinationes eorum ad hoc videntur compellere, sed auctoritate reprimuntur ecclesie, ne non dicam, spūtis hominum obruantur, sed ipsorum infantium lachrymis tanquam fluuiū pertrahatur. Si enim dixerint nihil prodesse Christum baptizatis infantibus, nihil aliud dicunt quam superfluo baptizantur infantes. Vt autem non superfluo baptizentur, quia hoc dicere non audent, prodesse Christum baptizatis infantibus consentunt. Si prodest baptizatis, quæro quibus prodest, credentibus an non credentibus? Eligant quod volunt. Si dixerint non credentibus, vbi est ergo quod calumniabaris, quia Christus non credentibus prodesse non potest? Ecce tu cōfiteris prodesse infantibus, non tamen credentibus. Ad quodlibet prodest? Non putas ad vitam æternam? Non putas ad salutem æternam? Ad ipsum regnum cœlorum percipiendum? Vtique prodest Christus paruulis baptizatis. Prodest ergo non credentibus? Sed absit, vt ego dicam non credentes infantes. Iam superius disputavi, credit in altero, qui peccauit in altero, dicitur, credit & valet, & inter fideles baptizatos computatur. Hoc habet auctoritas matris ecclesie, hoc fundatus veritatis obtinet canon, contra hoc rubur, contra hunc inexpugnabilem murum quisquis arietat, ipse confringitur. Ergo prodest Christus aliquid infantibus baptizatis, & sicut ego doceo, & sicut mecum tota ecclesia dicit credentibus prodest, fidelibus prodest, tu quod vis elige. Volo quidē vt quod verius est, eligas, vt nobiscum dicas quia credentibus prodest. Sed si dixeris, non credentibus prodest, contra te dixisti. Si dixeris, credentibus prodest, mecum dixisti. Elige vtrum contra te dicas quod falsum est, an mecum dicas quod verum est. Tu enim paulo ante dicebas, Christum non credentibus nihil prodesse, volens efficere quia sic & Adam non peccantibus nihil nocuit, quomodo Christus non credentibus nihil prodest. Ecce iam fateris infantibus non credentibus baptizatis aliquid prodesse Christum. Sed si credentibus dicitis, bene dicitis, mecum dicitis, credunt

& infantes. Vnde credunt? Quomodo credunt? Fide parentum. Si fide parentum purgantur, peccato parentum polluti sunt. Corpus mortis in primis parentibus generauit eos peccatores, spiritus vitæ in posterioribus parentibus regenerauit eos fideles. Tu das fidem non respondenti, & ego peccatum nihil agentis. Sancti, inquit, de sanctis nasci debuerunt, quia sicut dicit Apostolus, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sūt. Et quomodo hoc accipis? Quomodo intelligis de fidelibus natum ita sanctum, vt baptizari nō debeat? Quomodo libet accipias istam sanctitatem. Multi enim modi sunt sanctitatis, & multi modi sunt sanctificationis. Non enim omne quod sanctificatur, ad regnum cœlorum mittitur. De esca nostra dixit Apostolus, Sanctificatur per verbum dei, & orationem. Nunquid quia esca nostra sanctificatur, non scimus quod mittatur? Disce ergo esse aliquem modum, & quasi vmbra culum quoddam sanctificationis, quod non sufficiat ad perceptionem salutis. Distat, & quid distat deo notum est. Tamen cum cum filio fidelium curratur ad baptismum, non sic errent parentes, vt putent eum iam fidelem natum. Nati enim possunt dicere, nō renatum. Nam vt noueris quomodo intelligas sanctificatos filios fidelium, vt modo non quæram, quia longum est, modum sanctificationis huius, ibi & maritum habes infidelem, ibi habes & vxorem fidelem. Sanctificatur, inquit, vir infidelis in vxore, sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nūquid quia est ibi forte modus aliquis sanctificationis, vt vir infidelis sanctificetur in vxore fidele, ideo iam securitatem debet accipere, quod in regnum cœlorum intraturus est, & non baptizandus, non regenerandus, non Christi sanguine redimendus? Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit, nisi baptizetur, sic filij fidelium, & si ad quendam modum sanctificati sunt, pereunt tamē si non fuerint baptizati. Rogo vos vt paululum acquiescatis. Lego tatum. Sanctus Cyprianus est, quem in manus sumpsit, antiquus Episcopus sedis huius, quid senserit de baptismo paruulorum, immo quid semper ecclesiam sensisse monstrauerit, paululum accipite. Parum est enim quia isti differunt & disputant, nescio quas impias nouitates, & nos conantur arguere, quod aliquid nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctum Cyprianum, vt videatis quomodo sit intellectus canonicus, & catholicus sensus in his verbis, quæ paulo ante tractaui. Interrogatus est sanctus Cyprianus, vtrum infans baptizari debeat ante octauum diem, quia in veteri lege non licebat circumcidi infantem, nisi octauo die. Quæstio inde erat nata de die baptizandi, nam de origine peccati nulla erat quæstio, & ideo ex ea re, vnde nulla erat quæstio, soluta est exorta quæstio. Sanctus Cyprianus dixit inter cetera quæ superius dixi: Propter quod neminem putamus ad gratiam consequendam impediendū esse à lege quæ iam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino admittendum esse ad gratiam Christi, quādo & Petrus in Actibus Apostolorum loquitur & dicit, Deus mihi dixit neminem hominem communem dicendum & immundum. Caterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ possunt, magis adultos & prouectos, & maiores natu possunt impedire grauiora peccata. Porro autem etiam grauissimis delictoribus & in domino multum antè peccantibus, cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, & à baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis non debet prohiberi infans, qui recens natus ni

1. Corin. 7.

1. Timo. 4.

1. Corin. 7.

Gene. 17.

Acto. 15.

hil



**G**hil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima natiuitate contraxit, qui ad remissionem peccatorum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi dimittuntur non propria sed aliena peccata. Videte quoadmodum de hac re nihil dubitans, soluit illum vnde dubitabatur, Hoc de fundamento ecclesiae sumpsit ad confirmandum lapidem nutantem. Impetremus ergo, si possumus a fratribus nostris, ne nos insuper appellent haereticos, quod eos talia disputantes nos appellare possim⁹ forsitan si vellemus, nec tamen appellamus. Sustineat eos mater piis visceribus sanandos, portet docendos, ne plagat mortuos. Nimirum est quod progreditur, multum est, vix ferendum est; magna patientiae adhuc ferri. Non abutantur hac patientia ecclesiae, corrigantur bonum est, vt amici exhortantur, non vt inimici litigamus. Detrahunt nobis, ferimus, canonici detrahunt, veritati non detrahant. Ecclesiae sanctae pro remissione peccati originalis paruulorum quotidie laboranti non contradicant. Fundata ista res est, ferendus est disputator errans in aliis questionibus non diligenter digestis, nondum plena ecclesiae auctoritate firmatis, ibi ferendus est error, non tantum progredi debet, vt etiam fundamentum ipsum ecclesiae quatere moliat. Non expedit, adhuc forte nostra non est reprehendenda patientia, sed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sufficiat charitati vestrae, habete ad illos qui nostis illos, habete cum illis amice, fratere, placide, amanter, dolenter, quicquid potest faciat pietas, quia postea diligenda non erit impietas, Conuertat ad dominum.

Philipp. 3. De verbis apostoli, Nos enim sumus circumcisio, qui spiritui dei seruiamus. Sermo. XV.

**A**D apostolicam lectionem aures & animum intendat sanctitas vestra, adiuuante nos affectu vestro apud dominum deum nostrum, vt ea quae illic nobis reuelare dignatur, ad vos apte atque salubriter proferre possimus. Ergo cum legeretur, audistis dicentem Apostolum Paulum; Nos enim sumus circumcisio, qui spiritui dei seruiamus. Scio plerisque codices habere, qui spiritu deo seruiamus. Quantum autem inspicere potuimus, plures Graeci hoc habent, qui spiritui dei seruiamus. Sed non ibi questio est: Manifestum est enim vtrunque, & congruum regulat veritatis, quia & spiritui dei seruiamus, & non carne, sed spiritu deo seruiamus. Carne enim seruit deo, qui de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cum vero & ipsa caro ad bona opera spiritui subditur, spiritu seruiamus deo, quia carnem domamus, vt spiritus obtemperet deo. Spiritus enim regit, caro regitur, nec spiritus bene regit, si non regatur. Cum ergo ait, Nos sumus circumcisio, videte quid voluerit intelligi in illa circumcisio, quae in umbra data est significante, quae remota est luce veniente. Cur autem non dixerit, Nos habemus circumcisionem, sed nos sumus circumcisio? Sic accipite hoc voluisse Apostolum dicere, Nos sumus iustitia. Circumcisio enim iustitia est. Magis enim commendat, cum dicit dicendo nos esse iustitiam, quam dicendo nos esse iustos, ita tamen vt cum iustitiam dicit, esse iustos intelligamus. Non sumus illa incommutabilis iustitia, cuius participes facti sumus, sed quemadmodum dicitur; magna ibi inuentus est, pro multis inuenibus, sic dicitur iustitia, vt intelligantur iusti. Audite hoc ipsum euidentius, eodem dicente Apostolo, Vt nos, inquit, sumus iustitia dei in ipso. Nos sumus iustitia non nostra, sed dei, ab illo accepta, non a nobis assumpta, impartita, non

Philipp. 3.

Circumcisio iustitia est.

vsurpata, donata non rapta. Cuidam enim rapina erat esse aequalis dei, & quoniam quaeuit rapinam, inuenit ruinam, Dominus autem noster Iesus Christus, cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Cui enim aequalitas dei natura erat, rapina non erat, sed tamen semetipsum exinanivit formam serui accipiens, vt nos essemus iustitia dei in ipso. Si enim ille paupertatem vitaret, nos paupertate non careremus. Pauper enim ille factus est, cum diues esset, vt illius paupertate, sicut scriptum est, nos ditaremur. Diuitias illius quid nobis facturae sunt, cuius paupertas nos diuites facit? Apostolus ergo non tibi negauit circumcisionem, sed exposuit, lucem praetendit, umbram remouit. Nos sumus, inquit, circumcisio, qui spiritu deo seruiamus, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fidentes. Respexit quosdam in carne fidentes, ipsi erant qui de carnis circumcisione gloriabantur. De quibus alio loco dicit, Quorum deus venter est, & gloria in pudendis eorum. Intellige tu circumcisionem, & esto circumcisio, intellige & esto. Intellectus enim bonus, sed omnibus qui faciunt eum. Non utique frustra octauo die iustus est infans circumciditur, nisi quia petra qua circumcidimur Christus erat. Cultellis enim petrinis circumcisus est populus. Petra autem erat Christus. Quare ergo octauo die? Quia in hebdomadis idem primus qui & octauus. Completis enim septem diebus reditur ad primum, finitus septimus, dominus sepultus, reditur ad primum, dominus resuscitatus. Domini enim resuscitatio promisit nobis aeternum diem, & consecrauit nobis dominicum diem. Qui vocatur dominicus, ipse videtur proprie ad dominum pertinere, quia eo die dominus resurrexit. Reddita est petra, circumcidantur qui volunt dicere, Nos enim sumus circumcisio. Traditus est enim propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Iustificatio tua, circumcisio tua, non est a te. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Non ex operibus, ne forte dicas, Promerui, & ideo accipi. Non putes te promerendo accepisse, qui non promereres nisi accepisses. Gratia praecessit meritum tuum, non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisi, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies eos. Quid est, Pro nihilo saluos facies? Nihil in eis inuenis vnde salues, & tamen saluas. Gratis das, gratis saluas. Omnia merita praecedis, vt dona tua consequantur merita tua. Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis vnde salues & multum inuenis vnde damnas. Nos ergo, inquit, sumus circumcisio qui spiritui dei seruiamus, & gloriamur in Christo Iesu. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et non in carne fidentes. Et quid est fidere in carne? Audite, inquit. Quanquam ego, inquit, habeam fiduciam & in carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego. Ne arbitremini, inquit, me hoc continere quod non habeo. Quid magnum est, si homo abiectus, plebeius, ignobilis, contemnat nobilitatem, & tunc exhibeat veram humilitatem? Quanquam ego, inquit, habeam fiduciam & in carne. Ideo vos, inquit, doceo contemnere, quoniam videtis me habere quod contemnā. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego. Et audi in carne fiduciam: circumcisio octauo diei, id est, non profelytus, non advena ad populum dei, non maior circumcisus, sed a parentibus natus Iudaeus. Habeo circumcisionem octauo diei ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus. Primarij quidem erant, & quasi ad nobilitatem Iudaicā

K

Philipp. 2.

2. Corin. 8.

Philipp. 3.

Psal. 110.

Gen. 17.

L

Ioan. 5.

1. Corin. 10.

Circumcisio quare octauo die fieret

Philipp. 3.

Roma. 4.

Eph. 2.

Psal. 55.

M

Philipp. 3.

2. Corin. 10.

Fidere in carne.

Philipp. 3.

1. Corin. 3.

**A** Iudaeicā segregati, non contemptibili plebi commixti, qui dicebantur Pharisaei, Nam dicitur hoc verbum, quasi segregationem interpretari, quomodo in Latina lingua egregius, quasi a grege separatus. Fuerunt autem Israelitae, id est ex genere Israel, etiam illi qui separati fuerunt a templo. Remansit autem ad templum tribus Iuda, & tribus Benjamin, Tribus Levi in sacerdotibus, tribus Iuda regia, & tribus Benjamin: hoc solum remansit in Hierusalem & ad templum dei, quando facta est separatio illa in seruo Salomonis. Non ergo leniter accipiat quod ait, Tribus Benjamin inharens Iudae, non recedes a templo. Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, secundum emulationem persequeris ecclesiam dei. Inter merita sua commemorat quod fuerit persecutor: secundum emulationem, inquit. Quae emulatione? Non eram, inquit, piger Iudaeus, quicquid erat quod legi meae aduersarium videbatur, impatienter ferebam, acriter insequabar. Haec apud Iudaeos nobilitas, sed apud Christum quaeritur humilitas. Ideo ibi iste Saulus, hic Paulus. Saulus a Saule nomen deriuatur. Qui fuerit Saul nostis, ipsius electa est statura procerca. Sic enim describit scriptura, quod supereminens esset de omnibus, quando electus est vt vngeretur in regem. Non fuit sic Saulus, sed factus Paulus, Paulus enim paruus, ideo Paulus modicus. Ergo secundum emulationem, inquit, persequens ecclesiam. Hinc intelligant homines qualis apud Iudaeos fuerim, qui Christi Ecclesiam persequabar emulatione traditionum paternarum. Addit, Secundum iustitiam quae est in lege, qua fuerim sine querela. Nouit charitas vestra dictos esse sine querela, ambulasse in omnibus iustificationibus domini, Zachariam & Elizabeth. In omnibus, inquit scriptura, iustificationibus domini ambulasse sine querela. Ecce hoc erat & Paulus noster. Quando Saulus erat, in lege sine querela ambulabat. Et quod in eo fuit sine querela, hoc de illo faciebat magnam querelam. Quid ergo putamus fratres esse sine querela? Secundum iustitiam quae in lege est esse malum est? Si malum est secundum iustitiam quae in lege est esse sine querela, ergo aliquid mali est lex? Sed habemus eundem Apostolum dicentem, Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Si lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, secundum iustitiam quae est ex lege sancta conuersaris sine querela, quomodo potest non esse bonum? Quomodo potest non esse sanctum? An forte sanctum non est? Audiamus ipsum Apostolum quid dicat, Quae mihi lucra fuerunt, haec propter Christum damna esse dixi. Damna sua dicit, & inter damna sua computat, quod in iustitia quae est in lege fuerit sine querela. Veruntamen, inquit, & arbitror omnia damna esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri. Attendo, inquit, laudes meas, comparo eminentiam domini nostri Iesu Christi. Illud sitio, hoc contemno. Parum est hoc. Propter quem arbitror, inquit, omnia non solum detrimenta esse, verum & stercora existimauit esse, vt Christum lucrificarem. Quae sitio maior exorta est a Paulo, Si secundum iustitiam quae in lege est versabaris sine querela, & hoc in detrimentis tuis, in damnis, in stercoribus computas, vt Christum lucrificas, ergo iustitia illa a Christo prohibebat? Obsecro te, expone hoc paululum. Deo potius dicamus, vt illuminet & nos, a quo & ipse illuminatus est, qui epistolam istam scripsit nobis, non atramento, sed spiritu dei viui. Videtis charissimi quam sit arduum, quam difficile intelligere hoc, cum confitet legem sanctam esse,

1. Corin. 3.

Tomus decimus.

& mandatum sanctum, & iustum, & bonum, confitetque omnino inter fideles catholicos, ita vt nemo dissentiat nisi qui non vult esse catholicus, hanc legem non datam nisi a domino deo nostro: secundum istam iustitiam quae in lege est, conuersari sine querela, impedimentum fuisse Apostoli, ne veniret ad Christum: nec enim venisse ad Christum, nisi hoc quod fuit secundum iustitiam, quae in lege est sine querela inter damna & detrimenta, & stercora computasset. Sequamur ergo, & accedamus aliquantulum, ne forte in ipsis verbis Apostoli elucescat nobis aliquid, vnde ista remoueatur & soluatur obscuritas. Detrimta, inquit, credidi haec omnia, & stercora existimauit, vt Christum lucrificarem. Intendite obsecro. Damna, detrimenta, stercora ista existimauit, in quibus etiam illud commemorat quod fuerim sine querela secundum iustitiam quae in lege est. Existimauit ergo haec omnia detrimenta & stercora, vt Christum lucrificarem, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam quae ex lege est. Qui praueuistis intellectu expositionem, arbitramini vos tanquam veloces in via cum tardioribus ambulare. Celeritas aliquantum reprimatur, ne comes tardior deferatur. Vt Christum, inquit, lucrificarem, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quae ex lege est. Si mea dixerat, quare addidit ex lege? Si enim ex lege esset, quomodo tua est? Nunquid tibi imposuisti legem? Deus legem dedit, deus legem imposuit, deus legi suae te obtemperare praecipit. Lex si non te doceret: quemadmodum viuere deberes, quomodo posses habere iustitiam sine querela secundum legem? Si secundum legem habes, quomodo dicis, non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed eam quae est per fidem Christi quae est a deo? Nam ergo dicam vt porero, reuellet melius qui vos possidet, donet & intellectum & effectum. Donabit enim effectum, si donabit affectum, hoc est enim quod volo dicere. Lege dei proposita: ipsa enim dixit, Non concupisces: Lege ergo dei proposita, exceptis illis carnalibus sacramentis quae fuerunt vmbra futurorum, Lege dei proposita quisquis tinnuerit, & suis viribus eam implere se posse putauerit, & fecerit quod lex iubet, non amando iustitiam, sed timendo poenam, fuit quidem secundum iustitiam quae ex lege est homo sine querela, non furatur, non adulterat, non dicit falsum testimonium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui. Potest hoc, potest, fortassis. Vnde: Timore poenae, quanquam qui timore poenae non concupiscit, puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorum atque telorum, & circumdantis forsitan multitudinis vel obuiam euntis, etiam leo reuocatur a praeda: & tamen leo venit, leo redit, praeda non rapuit, non malitia posuit. Si talis es, adhuc iustitia tua est, quae iustitia tibi consulis ne torquearis. Quid magnum est poenam timere? Quis eam non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nepharius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum, & ideo facit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges eius times, eius poenam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor tollit, sed timor premit. Ad ouile venit lupus, latratu canum, & clamore pastorum ab ouili reuersus est lupus. Ipse tamen lupus in oue vertatur. Facit enim & hoc dominus, sed ipsa est iustitia eius, non tua. Nam quam diu habes tuam, potes timere poenam, non amare iustitiam. Ergo fratres mei, habet delicias suas iniquitas, & iustitia non habet? Delectat malum, & non

Philipp. 3.

E

f alia, intel lectum. Exod. 20.

H

k delectat

**G** delectat bonum? Delectat omnino, sed dominus dabit suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Ille nisi prior det suavitatem, terra nostra non dabit nisi sterilitatem. Hanc ergo iustitiā concupivit Apostolus, delectatus est, memor fuit dei, & delectatus est: concupivit anima eius & aestuavit in atria domini: & viluerunt omnia quæ pro magno habebat, facta sunt damna, detrimenta, stercora. Hinc enim erat & illud quod Ecclesiā persequatur, secundū æmulationem paternarū traditionum. Inde erat quia suā iustitiā cōstituebat, nō iustitiā dei quærebat. Videre enim quia inde persequatur ecclesiam. Quid ergo dicimus? Ait alio loco ipse Apostolus, Quia gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Sed quam? Iustitiam autem quæ ex fide est. Gentes autem quæ non sectabantur iustitiam quæ ex lege est, quasi propriam suam quæ fit de timore pœnæ, non de amore iustitiæ, quia non sectabatur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autē quæ ex fide est. Israël autem, inquit, persequens legē iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide. Quid est quia non ex fide? Non speravit in deū, non illam petiit a deo, non credidit in eum qui iustificat impium, Non fuit similis publicano oculos in terram deicienti, pectus suum percutienti & dicenti, Domine propitius esto mihi peccatori. Ergo persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus offenderunt in lapidem offensionis. Ecce vnde Saulus persequatur ecclesiam: quando enim persequatur ecclesiam, in lapidem offensionis offendebat. Christus humilis in terra iacebat, in caelis quidem & ipse erat, levata illō & carne sua a mortuis resuscitata: sed nisi & in terra Christus iaceret, nō ipsi Saulo clamaret, quid me persequeris: ergo ille iacebat quia humilitatem piā perferabat: ille offēdebat, quia non videbat. Et totum hoc non videre, vnde erat? De timore superbia. Quid est de timore superbia? Quasi de iustitia sua. Ex lege quidem, sed sua. Quid est ex lege? Quia in mandatis legis. Quid est, sua? Tanquam de viribus suis. Amor deerat, amor iustitiæ, amor charitatis Christi. Et vnde illi amor? Solus possidebat timor, charitati venturæ locum in corde servabat. Cum fœuieret erectus, iactabundus, glorians apud ipsos Iudæos, quod secundum æmulationem paternarum traditionum persequatur ecclesiam, cum sibi videretur excelsus, audiit desuper vocē domini nostri Iesu Christi iam in cœlo sedentis, & adhuc humilitatem commēdantis, Saule inquit Saule quid me persequeris? Durum est tibi adversus stimulum calces mittere. Possim te dimittere, tu enim vexareris punctationibus meis, non ego frangerer calcibus tuis, sed non te dimitto. Sævis & miseror. Quid me persequeris? Nō enim timeo te, ne iterum crucifigas me, sed volo agnoscas me, ne occidas, nō me, sed te. Horruit ergo Apostolus, percussus & prostratus, erectus & instructus. Factum est enim in illo, Ego percutiam, & ego sanabo. Non enim ait, Sanabo & percutiam: sed percutiam & sanabo. Percutiam te, & dabo tibi me. Sic prostratus horruit iustitiam suam, in qua erat certe sine querela, laudabilis, magnus, quasi gloriosus apud Iudæos. Detrimenta existimavit, damna credidit, stercora deputavit vt inveniatur in illo non habens suam iustitiam quæ ex lege est, sed eam que per fidem est Christi, quæ est, inquit, ex deo, Illi autem qui offenderunt in lapidem offensionis, quid de illis dicit ipse Apostolus? Quia non, inquit, ex fide, sed tanquam ex operibus, quia ipsi quasi sua iustitia offende-

runt in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali, & qui crediderit in eum non confundetur. Qui enim crediderit in eum, non habebit suam iustitiam quæ ex lege est, quantum sit bona lex, sed implebit ipsam legem, non sua iustitia, sed data ex deo. Ita enim non confundetur, Charitas enim plenitudo est legis. Et vnde ista charitas diffusa est in cordibus nostris: Non utique a nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Offenderunt ergo illi in lapidem offensionis, & petram scandali. Et ait de illis, Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad dominum pro illis in salutē. Deprecatur Apostolus pro non creditibus vt credat, pro auersis vt convertantur. Videtis quia nec ipsa conuersio sine adiutorio dei. Deprecatio, inquit, ad deum pro illis ad salutem. Testimonium enim perhibeo, quia zelum dei habent. Sic habebat & ipse: zelum dei habebat. Sed quomodo? Quomodo habebat? Sed non secundum scientiam. Quid est hoc, non secundum scientiam? Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituit. Vnde iste correctus, inquit, non habens meam iustitiā. Illi volunt suam cōstituere, adhuc eos delectat in stercore iacere. Ego non habeo meam iustitiam, sed eam quæ est per fidem Christi, iustitiam ex deo, iustitiam, inquam, ex deo, qui iustificat impium. Tolle te, tolle inquam te a te, impedis te, si tu te ædificas, ruinam ædificas. Nisi dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Noli ergo velle habere iustitiam tuam. Certe ex lege est, nempe ex lege est. Certe deus dedit legem, & quia iustitia ex lege est, non sit tua. Apostolus Paulus loquitur, minantes iustitiam suam non calumniantur. Ecce vbi illum habes, Aperi, lege, audi, vide, tuam iustitiam noli habere, stercora illam deputat Apostolus, quantum sit ex lege, tamen quia suam. Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituit, iustitiæ dei non sunt subiecti. Noli putare quia Christianus vocaris, ideo te non posse offendere in lapidem offensionis. Cuius gratiæ derogas, in ipsum offendis. Minus est offendere Christum in cruce pendentem, quam in cœlo sedentem. Iustitia sit, sed ex gratia sit, a deo tibi sit, non tua sit. Sacerdotes tui, inquit, induantur iustitia. Vestis accipitur, non cum capillis nascitur, pecora de suo vestiuntur. Hanc prædicat Apostolus Paulus, a deo tibi sit, Geme vt impetres, plora vt impetres, crede vt impetres. Qui inuocauerit nomen domini saluus erit. An putatis sic dictum esse, Qui inuocauerit nomen domini saluus erit, quasi a febre, aut a peste, aut a podagra, aut aliquo dolore corporis? Non sic, sed saluus erit, iustus erit, Quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus, Exposuit cum dicit, Non veni vocare iustos, sed peccatores. Videte ergo quid sequitur. Et inueniar, inquit, in illo, non habes meam iustitiam quæ ex lege est: quantum ex lege, tamen meam: sed eam quæ per fidem Christi, quæ impetratur a deo, quæ est ex deo, iustitiam in fide ad cognoscendū eum, & virtutem resurrectionis eius. Ali quid magnum est, agnoscere virtutem resurrectionis Christi. Hoc putatis esse magnū, quia carnē suā resuscitavit? Ipsam dixit virtutē resurrectionis eius? Nonne erit etiam nostra in fine seculi resurrectio? Nonne & nostrum corruptibile hoc induet incorruptionē, & mortale hoc induet immortalitē? Nonne quomodo ipse resurrexit a mortuis, & iam nō moritur, & mors ei vltra nō dominabitur, sic & nos mirabili, vt ita dicā: Nā illius caro nō vidit corruptionē, nostra de cinerē reparat. Magnū est quidē quia præcessit

K  
Esaie. 28.  
Roma. 13.  
Roma. 5.  
Roma. 9.  
Roma. 10.  
Vbi supra.  
Roma. 10.  
L  
Roma. 4.  
Psal. 126.  
Roma. 10.  
Psal. 137.  
M  
Ioelis. 2.  
Matth. 9.  
Philip. 3.  
1. Corin. 15.  
Roma. 6.  
Acto. 2.

**A** præcessit in exemplo, & dedit nobis quid speraremus, sed non hoc est solum. Ille qui de iustitia loquebatur nō sua, sed illa quæ ex deo est, & ibi nominavit virtutē resurrectionis Christi: Agnosce ibi iustificationem tuam, Ex illius enim resurrectione iustificamur, tanquam a pe tra circumcidamur, propterea inde cœpit, Nos sumus circumciso. Vnde circūciso? A petra. Quia petra? Christo. Quomodo? Octavo die. Quomodo resurrexit dominus? Dominico die. Hanc ergo fratres mei iustificationem, & habeamus in quantum habemus, & augeamus in quantum minores sumus, & perficiamus cum illic venerimus, vbi dicitur, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed totum ex deo, non tamen quasi dormientes, non quasi vt non conemur, nō quasi vt nō velimus. Sine voluntate tua, non erit in te iustitia dei. Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi dei. Esse potest iustitia dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam. Demonstratum est quid agere debeas. Iussit lex, non facias illud, nō illud, fac hoc atque illud, Demonstratum est tibi, iustum est tibi, apertum est tibi, si tibi est cor intellexisti quid facias, roga vt facias, si cognoscis virtutem resurrectionis Christi. Traditus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Quid est propter iustificationem nostram? vt iustificet nos, & iustos faciat nos, Eris opus dei, non solum quia homo es, sed etiam quia iustus es, Melius est enim iustum esse, quam te hominem esse. Si hominem te fecit deus, & iustum tu te facis, melius aliquid facis quam fecit deus, sed sine te fecit te deus. Non enim adhibuisti aliquē consensum vt te faceret deus. Quomodo consentirebas qui nō eras? Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te? Ergo fecit nescientem, iustificat volentem. Tamen ipse iustificat ne sit iustitia tua, ne redeas ad damna, ad detrimēta & stercora, inuenire in illo non habens iustitiam tuā quæ ex lege est, sed iustitiam per fidem Christi quæ est ex deo: iustitiam ex fide ad cognoscendum eum & virtutem resurrectionis eius, & communicationem passionum eius: & ipsa virtus tua erit, communicatio passionum Christi virtus tua erit. Quid autem erit in cōmunicationibus passionum Christi, si charitas nō erit? Nonne inueniuntur torti latrones in tanta fortitudine corporum, vt quidam eorum non solum conscios proderere noluerint, sed nec omnia sua cōstiteri dignati sint?

**C** Inter cruciatus, inter tormenta effossis lateribus, & pene perditis membris, manserit animus in obstinatione nequissima. Vnde ergo quid amabant. Facere tamen ista sine magno amore non poterant, Sed non sic amator dei. Deus nō amatur nisi de deo. Amavit ille nescio quid aliud de carne, sicut homo: Quodlibet amavit, socios suos amauerit, conscientiam scelerum amauerit, gloriam in facinoribus amauerit, quodlibet amauerit. Multum amavit, qui torqueri non potuit, deficere non potuit. Si ergo ille non potuit tanta perferre sine amore, nec tu poteris cōmunicare Christi passionibus sine amore. Sed quæro quo amore, Non sit cupiditas, sed sit charitas. Si enim, inquit, tradidero corpus meum vt ardeam, & charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Vt prosit tibi communicatio passionum Christi, charitas affit. Vnde tibi charitas? O medicissima infirmitas, vnde tibi charitas dei? Vis ostendo tibi vnde sit tibi? Ipsum interroga horrearium dominicum. Si enim in te fuerit charitas dei, cōmunicabis Christi passionibus, & verus eris martyr in quo charitas coronatur. Ipse erit verus martyr. Vade ergo tibi? Habemus the-  
Tomus decimus.

1. Corin. 15.  
Roma. 4.  
Roma. 10.  
Psal. 126.  
Roma. 10.  
Psal. 137.  
Matth. 9.  
Philip. 3.  
1. Corin. 15.  
Charitas vnde nobis?

saorum istum in vasis fictilibus, ait ipse Apostolus, vt eminentia virtutis dei sit, & non ex vobis. Ergo vnde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis: Ecce ad quod geme, Contene spiritum tuū, accipe spiritū dei. Non te timeat spiritus tuus, ne cum cœperit in te habitare spiritus dei, angustias patiatur in corpore tuo. Cū habitare in corpore tuo cœperit spiritus dei, nō inde excludit spiritū tuū. Noli timere. Si diuitē aliquē hospitio suscipias, pateris angustias, vbi maneat tu nō inuenis, vbi illi lectus pareretur, vbi cōiunx, vbi filij, vbi familia: Quid ago, inquis? Quid eo? Quid migrabo? Suscipe diuitem spiritū dei, dilataberis, non angustaberis. Dilatasti gressus tuos subter me: dicis, Dicis hospiti tuo, Dilatasti gressus tuos subter me. Quando non hic eras, angustias patiebar, implesti cellam meam, & non me exclusisti, sed angustiam meam. Cū enim dicit, Charitas dei diffusa est, ipsa diffusio latitudinem significat. Non ergo timeas angustias, recipe hospitē istum, & non sit hospes quasi de transeuntibus. Non enim habet dare discedendo, veniens habitet in te, & debet. Ipsi es esto, non te deserat, non inde migret, tene illū omnino, & dic illi, Domine deus noster posside nos. Ergo ad hoc, inquit, habeamus iustitiā quæ ex deo est ad cognoscendum eum, & virtutem resurrectionis eius, & cōmunionē passionū eius, conformati morti ipsius. Consepulti enim, inquit, sumus cū Christo per baptismū in morte, vt quemadmodū Christus surrexit a mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Morere vt viuas, sepelire vt resurgas. Cū enim sepultus fueris & resurrexeris, tunc verū erit, sursum cor. Sappnit quod dixi: Nunquid iste sermo saperet, nisi esset in vobis interna dulcedo? Cōformatus inquit, morti ipsius, si quomodo occurrā in resurrectione mortuorū. De iustitia loquebatur, iustitia quæ est ex fide Christi, iustitia quæ a deo est, & sic cuncta executus est. Et cum iustitiam quereret, dicens, Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed iustitiā quæ est ex fide Christi, quæ est ex deo, dicit modo, Si quomodo occurrā in resurrectione mortuorum. Quare dixisti, si quomodo occurrā? Non quia iam acceperim aut iam perfectus sum, sequor autē si quomodo apprehendā, in quo & apprehensus sum a Christo Iesu. Præuenit me iustitia ipsius, sequatur illū mea. Tunc autem sequatur mea, si non sit mea. Si quomodo occurrā, non quia iam acceperim aut iā perfectus sum. Cœperunt mirari qui hoc audiebāt dicentē Apostolū, nō quia iam acceperim aut iam perfectus sum, Quid est quod nōdum acceperat? Fidem habebat, virtutem habebat, spem habebat, charitate flagebat, virtutes operabatur, inuictissime prædicabat, omnes persecutiones tolerabat, in omnibus patiens, amās Ecclesiam, sollicitudinem omnium Ecclesiarum, corde gestans. Quid nondum acceperat? Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum. Quid est quod dicitis? Dicis & miramur, dicis & stupemus. Nouimus enim quid audiamus. Quid dicis? Fratres ait. Quid est quod dicitis? Quid dicis? Ego me nō arbitror apprehendisse. Nolite, inquit, in me falli, plus me ipse noui quā vos. Si nescio, quid mihi desit: nescio, quid assit, Ego meipsum nō arbitror apprehendisse, Vnum autem, hoc non me arbitror apprehendisse, Multa habeo, & vnum nondum apprehendi. Vnam petij a domino, hanc requiram. Quid petisti, aut quid requiris? Vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meæ? Vt quid? Vt contempler delectationem domini. Ipsum est vnum quod dicebat nondum apprehendisse Apostolus, & quantum illi

D  
2. Corin. 4.  
Roma. 5.  
Psal. 17.  
Roma. 5.  
E  
Roma. 6.  
Philip. 3.  
Vbi supra.  
F  
2. Corin. 11.  
Philip. 3.  
Psal. 26.

G deerat, intantum nondum perfectus erat, Meministis fratres mei Euangelicæ illius lectionis, vbi duæ sorores dominum susceperunt, Martha & Maria. Certe recolitis, Martha in multo ministerio conuersabatur, & occupata erat circa curam domini, quippe dominum hospitio receperat & discipulos eius. Satagebat omni cura religiofissima, ne sancti apud eam vllâ paterentur iniuriam. Cum ergo esset occupata circa multum ministerium, Maria soror eius sedebat ad pedes domini, & verbum eius audiebat. Illa in labore stromachabunda, quod illam videret sedentem & de suis laboribus nihil curantem, in terpellauit dominum. Placet, inquit, tibi domine quod foror mea deseruit me, & ecce tantum in ministerio laboro: Et dominus, Martha Martha circa multum es occupata. Porro vnum est necessarium. Maria meliorem partem elegit quæ non auferetur ab ea. Tu bonam, sed ista meliorem. Tu bonam, bonum est enim conuersari in obsequio sanctorum, sed ista meliorem. Denique quod tu elegisti transit. Ministras esurientibus, ministras sitientibus, ministras lectulos dormituris, præbes domum habitare volentibus, omnia ista transeunt. Erit tempus vbi nemo esuriat, nemo sitiat, nemo dormiat.

H Ergo cura tua auferetur à te. Maria meliorem elegit partem, quæ non auferetur ab ea. Non auferetur: Cõtempnari elegit, verbo viuere elegit. Qualis erit vita de verbo sine verbo? Modo ista viuere de verbo, sed sonante verbo. Erit vita de verbo, nullo sonante verbo. Ipsum verbum vita est. Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ipsa erit vna, vt contempletur delectationem domini. Hoc in seculi huius nocte non possumus. Mane astabo tibi & contemplantor. Ergo ego, inquit, me non arbitror apprehendisse. Vnum autem, Quid ergo facio? Quæ retro oblitus in ea quæ antè sunt extètus, secundum intentionem sequor. Adhuc sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu: adhuc sequor, adhuc proficiscor, adhuc ambulo, adhuc in via sum adhuc me extendo, nondum perueni. Ergo si & tu ambulas, si te extendis, si ea quæ ventura sunt cogitas, oblitiscere præterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas vbi respexeris. Mementote vxoris Loth, Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus, Dixerat, non sum perfectus, & dicit, Quotquot perfecti hoc sapiamus. Ergo me non arbitror apprehendisse, non quia iam acceperim, aut iã perfectus sum & dicit, quotquot perfecti hoc sapiamus, Perfecti, & non perfecti. Perfecti viatores, nõdum perfecti possessores. Et vt noueritis, quod perfectos viatores dicat, qui iam in via ambulat perfecti viatores sunt: Vt scias viatores eum dixisse non habitatores, non possessores: audi quod sequitur, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & siquid aliter sapitis, ne forte surrepat vobis quia vos aliquid estis: Qui autem seipsum putat esse aliquid cum nihil sit, seipsum seducit: Et qui se putat aliquid scire nondum scit quemadmodum oporteat scire: ergo & siquid aliter sapitis, quasi paruulis id quoque vobis deus reuelabit. Verûtamen in quod peruenimus in eo ambulemus, vt reuelet nobis deus, & quod aliter sapimus, in quo peruenimus non in eo remaneamus, sed in eo ambulemus. Videtis quia viatores sumus. Dicitis, Quid est ambulare? Breuiter dico, proficere, ne forte nõ intelligatis & pigrius ambuletis. Proficite fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatone. Non enim aliquis est intus tecum, cui erubescas, & iactes te, Est ibi, sed cui placet humilitas, ipse te probet. Proba & te ipsum tuipse. Semper tibi displiceas quod es, si vis peruenire ad id quod nondum es. Nam

vbi tibi placuisti, ibi remanisti. Si autem dixeris, sufficit, & peristi: semper adde, semper ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retro redire, noli deuicare. Remanet qui non proficit, retro redit qui ad ea reuoluitur vnde iam abcesserat, deuicat qui apostatat. Melius it claudis in via, quàm cursor præter viam.

De verbis Apostoli, Si deus pro nobis quis contra nos. Roma. 8. Sermo. XVI.



Postolum beatum audiuimus exhortantem & confirmantem nos, cum diceret nobis, Si deus pro nobis, quis contra nos? Pro quibus autem sit deus, superius ostendit, vbi ait, Quos autem prædestinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicimus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Deus pro nobis vt prædestinaret nos, deus pro nobis vt vocaret nos, deus pro nobis vt iustificaret nos, deus pro nobis vt glorificaret nos. Si deus pro nobis, quis contra nos? Prædestinauit antequam essemus, vocauit cum auersi essemus, iustificauit cum peccatores essemus, glorificauit cum mortales essemus. Si deus pro nobis, quis contra nos? Prædestinatis à deo, vocatis, iustificatis, glorificatis, qui vult aduersari, paret se si potest bellare aduersus deum. Vbi enim audiuius, Si deus pro nobis, quis contra nos? Ibi audiuius, nisi qui deum vincit nõ lædit nos. Et quis est qui vincit omnipotentem? Quicumque reluctari voluerit sibi nocet. Hoc est quando & Paulo adhuc Saulo de cælo Christo clamauit, non tibi expedit contra stimulum calcitrare. Sciauit sciauit quantum potest, qui calces aduersus stimulum mittit, nõne in seipsum sciauit? In his autem quatuor rebus quas commendauit Apostolus insignes, quæ pertineant ad deum pro quibus est deus, id est, prædestinatione, vocatione, iustificatione, glorificatione: In his ergo quatuor rebus cõsiderare debemus quid iam habeamus, & quid iam expectemus. In his enim quæ iam habemus, laudemus deum largitorem, in his quæ nõdum habemus, tenemus debitorem. Debitor enim factus est, non aliquid à nobis accipiẽdo, sed quod ei placuit promittendo. Aliter enim dicimus homini, debes mihi quæ dedi tibi: & aliter dicimus, debes mihi quia promisisti mihi. Quando dicis, debes mihi, quia dedi tibi, à te processit beneficium, sed mutuatum non donatum: Quando autem dicis, debes mihi quia promisisti mihi, tu nihil dedisti & tamen exigis. Bonitas enim eius qui promissit dabit, ne in malitiam fides conuertatur. Qui autem fallit, malus est. Deo igitur quid dicimus? Redde mihi, quia dedi tibi: Quid dedimus deo, quando totum quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus, non est quemadmodum ista voce exigamus debitorem deum, maxime dicente nobis Apostolo, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Illo ergo modo possumus exigere dominum nostrum, vt dicamus, redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti, & hoc tu fecisti qui laborantes iuuisti. Nemo ergo dicat, ideo me vocauit deus quia colui deum. Quomodo coluisses si vocatus non fuisses? Si propterea te vocauit deus quia coluisti deum, ergo prior dedisti, & retribuetur tibi. Nõne ista tibi vocem Apostolus tollit, cū dicit, Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Sed ecce quando vocatus es vel iam eras, quando prædestinaretis non eras, quid deo dedisti quando qui aliquid dares non eras? Quid ergo fecit deus, quando prædestinauit qui nõ erant? Quod

K  
Roma. 4.  
vbi supra.  
L  
Acto. 9.  
M  
Roma. 11.

Lucæ. 10.  
1. Ioan. 3.  
Gal. 5.  
Philip. 3.  
Lucæ. 17.  
Philip. 3.  
Gala. 6.  
1. Corin. 8.  
Philip. 3.  
Ambulare quid?

A ait Apostolus, Qui vocat ea quæ nõ sunt tanquã ea quæ sunt. Si iam esses, non prædestinaretis, nisi auersus esses, non vocaretis, nisi impius esses, nõ iustificaretis, nisi terrenus & abiectus esses, nõ glorificaretis. Quis ergo prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quid ergo reddimus? Ipsa gloria quia non eramus quãdo sumus prædestinati, quia auersi eramus quãdo sumus vocati, quia peccatores eramus quãdo sumus iustificati. Agamus deo gratias, nec remaneamus ingrati. Proposueramus autem cõsiderare de his quatuor rebus quid iam consecuti fuerimus, quid adhuc adipiscendũ expectemus. Prædestinati enim iam sumus & antequam essemus, vocati sumus quando Christiani facti sumus. Iam ergo & hoc habemus, Iustificati quid? Quid est iustificati? Audemus dicere, iam hoc tertium habere nos? Et erit quisquam nostrum qui audeat dicere, iustus sum? Puto enim hoc esse iustus sum, quod est peccator non sum. Si aude hoc dicere, occurrit tibi Ioannes, Si dixerimus quia peccati nõ habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Quid ergo? Nihil habemus de iustitia, an habemus? Sed non totum habemus. Hoc ergo queramus, Si enim aliquid habemus & aliquid non habemus, crescat quod habemus, & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati sunt homines, omnia illis peccata dimissa sunt, iustificati sunt à peccatis, negare non possumus, restat tamen lucta cum carne, restat lucta cum mudo, restat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando vincit, aliquando perimitur, quomodo de stadio exeat attendatur. Nã si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Itẽ si dixerimus quia iustitiæ nihil habemus, aduersum dei dona mentimur. Si enim iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliquid, vis nosse quantum sit? Iustus ex fide viuunt: iustus, inquam, ex fide viuunt, quia credit quod non videt, Patres arietes sancti duces Apostoli, quando annunciauerunt non solum viderunt oculis, sed etiam manibus tractauerunt, & tamen dominus seruans nobis domum fidei, cuidam discipulorum suorum tractanti, palpanti, veritatem digitis inquirenti & inuenienti exclamanti, Dominus meo & deus meus, ait ipse dominus & deus, Quia vidisti credidisti, & nos futuros intuens, Beati, inquit, qui non viderunt & crediderunt. Non vidimus, audiuius & credidimus. Beati prædicit sumus, & de iustitia nihil habemus? Venit dominus carnaliter ad Iudæos, & occisus est, non venit ad nos, & acceptus est, Populus quem nõ cognouit seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi. Nos sumus, & de iustitia nihil habemus? Omnino habemus. Grati sumus ex eo quod habemus, l. vt addatur quod non habemus, l. & non perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertium iam agitur in nobis. Iustificati sumus, sed ipsa iustitia cum proficimus crescit. Et quomodo crescit dicam, & vobiscum quodammodo conferã, vt vnusquisque vestrum iam in ipsa iustificatione constitutus, accepta scilicet remissione peccatorum per lauacrum regenerationis, accepto spiritu sancto, proficiens de die in diem, videat vbi sit, accedat, proficiat & crescat donec consummetur, non vt finiatur, sed vt perficiatur. Incipit homo à fide. Quid pertinet ad fidem? Credere. Sed adhuc ista fides discernatur ab immundis spiritibus. Ad fidem quid pertinet? Credere. Sed ait Apostolus Iacobus, Et dæmones credunt, & contremiscunt. Si tantum credis & sine spe viuus, vel dilectionem non habes, & dæmones credunt & contremiscunt. Quid magnum est? Dicis Christum filium dei, hoc dixit Petrus, & audiuit, Beatus es Simon bar Iona: hoc dixerunt dæmones, & audierunt, obmutescite. Ille beatus, dicitur ei, Quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui in cælis est: Illi autem audiunt, obmutescite, & hoc ipsum dicunt & repelluntur. Vna vox est, sed dominus radice interrogat, non florem. Vnde dicitur ad Hebræos, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans molestet, & per illam contaminentur multi. Prius ergo discerne fidem tuam à fide dæmonis. Vnde eam discernis? Dæmones hoc dixerunt timendo, Petrus amando. Adde ergo fidei spem. Et quæ spes est nisi de aliqua conscientia bonitate? Spei; ipsi adde charitatem. Desuper eminentem viam habemus, dicente Apostolo, Supereminentem viam vobis demonstro, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aramentum sonans, aut cymbalum tintinnans: & cætera narrat bona, & sine charitate nihil prodesse confirmat. Maneant ergo hæc, fides, spes, charitas, Maior autem horum est charitas. Sectamini charitatẽ.

E Discernite ergo fidem vestram. Iam estis de prædestinati, vocatis, iustificatis: Paulus Apostolus dicit, Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides. Dic adhuc Apostole, adde, discerne, quia & dæmones credunt & contremiscunt: ergo adde, Dæmones enim credunt & contremiscunt quod oderunt. Distingue Apostole & circumcide fidem meam, & discerne causam meam de gente non sancta. Planè distinguit, discernit, circumcidit. Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnusquisque ergo fratres mei inspiciat se intus, appendat se, probet se in omnibus factis suis bonis operibus suis, quæ faciat cum charitate, non expectas retributionem temporalem, sed promissum dei, faciem dei. Non enim quicquid deus tibi promittit valet aliquid præter ipsum deum. Omnino non me fatiaret deus, nisi promitteret mihi seipsum deum. Quid est tota terra? Quid est totum mare? Quid est totum cælus? Quid sunt omnia sydera? Quid sol, quid luna, quid exercitus angelorum? Omnium istorum creatorem scio, ipsum sitio, ipsum esurio, ipsi dico, Quoniam apud te est fons vitæ. Quid mihi dicit? Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Esuriat & sitiat peregrinatio mea vt satiatur. Præsentia mea aridet mundus, multis rebus pulchris, fortibus, variis, pulchrior est ille qui fecit, fortior & clarior ille qui fecit, suauior ille est qui fecit. Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Fides ergo quæ per dilectionem operatur si est in vobis, iam pertinetis ad prædestinatos, vocatos, iustificatos, ergo crescat in vobis. Fides enim quæ per dilectionem operatur, sine spe esse nõ potest. Cum autem venerimus, iam erit ibi fides: Dicitur nobis, crede: Nõ vtique. Videbimus enim, contemplantur enim. Dilectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Quia nondum apparuit, ideo fides. Filij dei sumus prædestinati, vocati, iustificati. Filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Modo ergo fides, antequam appareat quod erimus, Scimus quod cum apparuerit similes ei erimus. Nunquid quia credidimus? Non. Quare ergo? Quoniam videbimus eum sicuti est, Quid spes erit tibi? Spes iam nõ erit, quãdo erit res. Etenim ipsa spes peregrinationi necessaria est, ipsa est quæ consolatur in via. Viam enim quando laborat ambulando, ideo laborem tolerat, quia peruenire sperat. Tolle illi spem perueniendi, contem

D  
Match. 13.  
Heb. 12.  
Spei.  
1. Corin. 13.  
Charitas.  
E  
Gala. 5.  
Iaco. 2.  
Psal. 42.  
Gala. 5.  
Psal. 34.  
Ioan. 6.  
Psal. 16.  
Gala. 5.  
1. Ioan. 3.



Roma. 8. Gtinuo franguntur vires ambulandi. Ergo & spes quæ nunc est, ad iustitiam pertinet peregrinationis nostræ. Ipsum Apostolum audi, Adoptionem, inquit, expectantes, in nobismetipsis ingenuiscimus adhuc. Vbi est gemitus, iam non potest dici illa felicitas, de qua scriptura dicit, Transit labor & gemitus. Ergo adhuc, inquit, in nobismetipsis ingenuiscimus, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Adhuc ingenuiscimus. Quare? Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur non est spes. Si enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. In hac ergo patientia martyres coronabantur, desiderabant quæ non videbant, contemnebant quæ ferebant. In hac spe dicebant, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Quia propter te. Et vbi est propter quæ? Quia propter te, inquit, mortificamur tota die. Propter te. Et vbi est? Beati qui non videntur & crediderunt? Ecce vbi est, In te est, quia & fides ipsa in teipso est. An fallit nos Apostolus, qui dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris? Modo per fidem, tunc per speciem, modo per fidem quamdiu in via, quamdiu in peregrinatione. Quadiu enim sumus in corpore, peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Si hoc est fides, quid erit species? Audi quid erit, Vt sit deus omnia in omnibus. Quid est omnia? Quicquid hic quærebatur, quicquid hic pro magno habebatur, ipse tibi erit: quicquid hic volebas, quicquid hic amabas, manducare & bibere, ipse tibi erit cibus, ipse tibi erit & potus: quicquid hic volebas, sanitatem corporis fragilem, transeuntem, ipse tibi immortalitas erit. Quid hic quærebatur, diuitias amabas? Auare, Quid enim tibi sufficit, si deus ipse non sufficit? Sed quid amabas? Gloriam? honores? deus tibi erit gloria, cui & modo dicitur, Gloria mea, & exaltans caput meum. Iam enim exaltant caput meum. Caput nostrum Christus est. Sed quia miraris, quia caput & cætera membra exaltantur, tunc erit deus omnia in omnibus: hoc modo credimus, hoc modo speramus, cum venerimus, tenebimus, & iam res visio erit, non fides: cum venerimus tenebimus, & iam res erit, non spes. Caritas quid? Nunquid & ipsa modo est, & tunc non erit? Si amamus credendo & non videndo, quomodo amabimus videndo & tenendo? Ergo caritas erit sed perfecta erit: sicut Apostolus ait, Fides, spes, caritas tria hæc, maior autem horum caritas. Hanc habentes, & in nobis nutrientes, securi illo adiuvante perseverantes in eo dicamus, Quis nos separabit à charitate Christi, donec ipse misereatur? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Quonia propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut oves occisionis. Et quis supportat? Quis oia tolerat? Sed in his oibus superamus. Vnde? Per eum qui dilexit nos. Ergo si deo pro nobis, quis contra nos?

Roma. 8. De verbis Apostoli, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sermo XVII.

**E**STERNO die de iustificatione nostra, quæ nobis est à domino deo nostro, sermo productus est, ministrantibus nobis donante illo, audientibus vobis, & cum simus in hac vita onerati sarcina corruptibilis carnis, non vti que sine peccato: Quia si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsum seducimus, & veritas in nobis non est. Iustificatos tamen nos esse secundum modum peregrinationis nostræ, viuentes ex fide quousque fruamur specie, claruit quantum arbitror charitati vestrae.

Incipitur ergo à fide, vt perueniatur ad speciem, via curritur, patria queritur: In peregrinatione dicit anima nostra, Quonia ante te est omne desiderium meum & gemitus meus à te non est absconditus: In patria vero nullus orandi locus erit, sed tantum laudandi. Quare orandi locus nullus erit? Quia nihil deest. Quod hic creditur, ibi videtur, quod hic speratur, ibi tenebitur, quod hic petitur, ibi accipitur. Perfectio tamen in hac vita nonnulla est, ad quam sancti martyres perueniunt: Ideoque habet ecclesiastica disciplina quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare dei, vbi non pro ipsis ore tur, pro cæteris autem commemoratis defunctis ore tur. Iniuria est enim pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari: Certauit enim contra peccatum vsque ad sanguinem. Quibusdam vero adhuc imperfectis & tamen ex parte iustificatis, ad Hebræos dicit Apostolus, Nondum enim vsque ad sanguinem pugnaftis, aduersus peccatum certantes. Si ergo illi nondum vsque ad sanguinem, proculdubio aliqui vsque ad sanguinem. Qui vsque ad sanguinem? Vti que sancti martyres: de quibus lectio sancti Apostoli Iacobi modo audita est, Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Perfectus iam dicitur qui etiam possunt dicere, Proba me domine & teta me. Scientes, inquit, quia tribulatio patientiam operat, patientia autem opus perfectum habet. Amada est enim iustitia, & in hac iustitia amada gradus sunt proficietium, Prius est vt amor iustitiæ non proponatur omnia quæ delectant, ipse est primus gradus. Quid est quod dixit vt inter omnia quæ delectant plus te delectet ipsa iustitia, non vt alia non delectent, sed prius ipsa delectet. Delectat enim quadam naturaliter infirmitatem nostram, vt cibus, vt potus, delectant esurientes atque sitientes: vt nos delectat hæc lux quæ de cælo funditur sole exoritur, vel quæ syderibus & luna fulget, vel quæ in terra accenditur luminibus consolantibus tenebras oculorum: delectat canora vox & suauissima cantilena, delectat odor bonus: delectant etiam tactum nostrum quæcunque pertinent ad carnis aliquam voluptatem: & hæc omnia quæ nos delectant in sensibus corporis, aliqua licita sunt. Delectant enim, vt dixi, oculos & spectacula ista magna naturæ, sed delectant oculos etiam spectacula theatrorum: Hæc licita, illa illicita. Psalmus facer suauiter cantatus delectat auditum, sed delectant auditum etiam cantica histrionum: Hoc licite, illud illicite. Delectant olfactum flores & aromata, & hæc dei creatura, delectant olfactum etiam thura in aris demoniorum: Hoc licite, illud illicite. Delectat gustum cibus non prohibitus, delectant gustum etiam epulæ sacrilegorum sacrificiorum: Hoc licite, illud illicite. Delectant coniugales amplexus, delectant etiam meretricum: Hoc licite, illud illicite. Videtis ergo charissimi etiam in istis corporis sensibus licitas esse & illicitas delectationes. Iustitia sic delectet, vt vincat etiam licitas delectationes, & ei delectationi qua licite delectaris prapone iustitiam. Constituamur ante oculos, propter hoc quod dixi, exemplum certaminis. Interrogo vtrum ames iustitiam, respondebis, amo. Quod non responderes veraciter, nisi te aliquatenus delectaret, Non enim amatur nisi quod delectat. Delectare in domino, scriptura dicit, Dominus autem iustitia est. Non enim tibi fingere debes deum quasi idolum. Inuisibilibus similis est deus, & ea in nobis sunt meliora quæ sunt inuisibilia. Melior est fides quam caro, melior est fides quam aurum, & melior est fides quam argen-

**A**rgentum, quam pecunia, quam prædia, quam familia, quam diuitia, & ista omnia videntur, fides non videtur. Cui ergo similiorem putabimus deum, visibilibus visibus, an preciosis inuisibilibus? De vilioribus loquar. Habes duos seruos, vnum deformem corpore, alium pulcherrimum, sed illum deformem fidelem, alterum infidelem. Dic mihi quæ plus diligas, & video te amare inuisibilia. Quid ergo? Quando plus amas seruum fidelem, licet corpore deformem, quam pulchrum infidelem, errasti, & fœda pulchris praposuisisti? Vti que non, sed pulchriora fœdis praposuisisti. Contempsisti enim oculos carnis, & erexisti oculos cordis. Interrogasti oculos carnis, & quid tibi renunciauerit? Ille pulcher est, ille fœdus. Repulisti eos, eorum testimonium reprobasti, erexisti oculos cordis in seruum fidelem, & non in seruum pulchrum. Illum inuenisti fœdum carne, illum pulchrum, sed pronunciaisti & dixisti, Quid fide pulchrius? Quid infidelitate deformius? Ergo præ omnibus voluptatibus, hoc est delectationibus etiam licitis, amanda est iustitia. Si enim habes sensus interiores, omnes illi interiores sensus delectantur delectatione non iustitiæ. Si habes oculos interiores vides iustitiæ lumen, Quonia melius te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen de illo lumine dicit Psalmus, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Item si habes aures interiores audis iustitiæ. Tales aures quærebatur, qui dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat. Si habes olfactum interius, audis Apostolum, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Si habes gustum interius audis, Gustate & videte quonia suauis est dominus. Si habes tactum interius, audi quid sponsa cantet de sponso, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius amplexetur me. Exemplum ergo, vt dicere cœperam, huius certaminis proponamus. Videamus fratres mei quis nam sit, interroget & respondeat, quod diciturus sum, vtrum sic delectetur iustitiæ vt eam cæteris ad hos sensus corporis pertinentibus delectationibus anteponat. Ecce delectat te aurum tuum, oculos tuos delectat, metallum est pulchrum, fulgentissimum, delectat, pulchrum est non nego, nam si pulchrum negauero, creatori iniuriam facio. Venit ergo tentator, & dicit tibi, Tollo tibi aurum nisi dixeris pro me falsum testimonium, si autem dixeris, addo tibi. Delectantur in te dua delectationes. Modo interrogo te quid proponas, quid te plus delectet, aurum an veritas, aurum an verum testimonium, an hoc lucet & illud non lucet? Fides queritur in vero testimonio. Aurum lucet, fides non lucet? Erubescere, habeto oculos, quod amabas in seruo tuo, redde domino tuo. Iam dudum enim cum interrogarem de duobus seruis tuis, vno deformi fideli, alio pulchro infideli, quem magis diligeres, respondebas mihi iuste, & praponebas quod praponendum fuit. Redi in te, quia modo agitur de teipso. Certè amasti seruum fidelem. Dominus tuus indignus est si te habeat seruum fidelem, & tu seruo tuo fideli pro magno quid promittebas, vt multum diligeres, summum præmium libertatis. Quid magnum promittebas fideli seruo tuo? Libertatem temporalem. Nonne videmus multos seruientes non egen-tes, & liberos mendicantes? Et exigebas ab eo fidem cui promittebas libertatem, nec e seruus fide qui tibi promittit æternitatem? Longum est per singulos corporis sensus excurrere, sed quod de oculis dixi, hoc de cæteris intelligite, & praponeite delectationi carnis delectationem mentis. Carnem quippe vestram delectant illicitæ voluptates, mentem vestram delectet inuisibilis, Tomus decimus.

pulchra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, vt non ad eam timore cogamini, Si enim ad eam timore cogamini, nondum delectat, peccare non debes, non timore peccare, sed amore iustitiæ. Hinc Apostolus dicit, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ & iniquitati, sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione. Quid dixi? Humanum dico, quod potestis portare dico: Quando exhibuistis membra vestra iniquitati ad flagitia perpetranda, timore adducti estis, an delectatione inuitati? Quid dicitis? Respondete nobis, quia & qui bene viuunt, male aliquando fortasse viuunt. Quando peccabatis, delectabamini in peccatis vestris, timor vos adducebat ad peccandum, an suauitas peccati? Respondebitis, suauitas. Ad peccatum suauitas adducit, & ad iustitiæ timor impingit? Probate vos, inspicite vos, tollat aurum qui minatur, suauior est iustitia, lucidior est iustitia. Non det aurum qui promittit, praponenda autem iustitiæ, delectando praponenda est, fulgentior est, lucidior est, suauior est, dulcior est. Iam ergo si quis se probat & in hoc certamine superauit, audiuit Apostolum dicentem, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sine dubio pepercit infirmitati, & nescio quid gratius minus idoneis dicere retauit. Ecce, inquit, hoc dico quod capere potestis, Exhibuistis membra vestra delictis illicitis, peccatorum suauitate ducti estis vt illa faceretis: ducat vos ad recta facta suauitas & dulcedo iustitiæ, amate iustitiam quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitiæ quæ à vobis impetret vt exhibeatis illi quod exhibuistis iniquitati: hoc est, humanum dico, hoc est quod infirmitas vestra tolerare adhuc potest. Quid ergo suspendit Apostolus? Quid distulit dicere? Quid distulit dicere? Dicam si potero. Appende iustitiam & iniquitatem. Tantumne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista iustitia, quomodo amata est illa? Absit vt sic, sed & vtinam vel sic. Ergo plus? Plus omnino. In iniquitate secutus es voluptatem, pro iustitiâ tolera dolorem. In iniustitiâ in quâ sectatus es delectatione, pro iustitiâ tolera dolorem, hoc est plus. Ecce nescio quis etatis lubricæ impudicus adolescens, suauitate illiciente iniecit oculos in coniugem alienam, amauit, cupit peruenire, querit tamen latere. Sic enim amat voluptatem, vt plus timeat dolorem. Quare querit latere? Timet apprehendi, ligari, adduci, icludi, produci, torqueri, occidi. Hæc enim omnia timendo, illa appetitione suauitatis suæ latebras querit, aucupatur absentiam mariti, ipsum adiutorem flagitij sui timet inuenire, quia conscio se formidat implicari. Et videmus eum suauitate duci, sed suauitas illa non est tanta vt vincat etiam timorem & dolorem timoremque peccatorum. Da mihi pulchram iustitiam, da mihi fidei pulchritudinem. Procedat in medium, ostendat se oculis cordis, inspiret feruorem amatoribus suis. Iam tibi dicitur, Frui me vis, contemne quicquid te aliud delectat, contemne pro me. Ecce contempsisti, parum est illi: Humanum est hoc propter infirmitatem carnis vestrae. Parum est vt contemnas quicquid te delectabat, contemne quicquid te terrebat, contemne carceres, contemne vincula, contemne eculeum, contemne tormenta, contemne mortem, Hæc vicisti, me inuenisti. In vtroque gradu amatores iustitiæ vos probate. Inueniuntur forsitan aliquos qui praponant iustitiæ delectationem, voluptatibus & delectationi corporis sui. Qui autem pro illa poenas, dolores mortemque contemnat, putat est aliquis in vobis? Saltem cogitemus quod profici-

Roma. 8. Psal. 42. Ioan. 20. Ephi. 3. 1. Cor. 15. 2. Cor. 15. Psal. 3. Ephi. 5. & Col. 1. Ephi. 1. 1. Corin. 13. Roma. 8. Psal. 43. Roma. 8. Roma. 6.

K Psal. 37. Iniuria est pro martyre orare. 4. scilicet. dist. 45. Est quidem. Hebr. 12. Iaco. 1. L Psal. 138. Roma. 5. Psal. 35. Psal. 12. Luc. 8. 2. Corin. 2. Psal. 33. Cant. 2. Psal. 3. In vterio deest dicitur, interrogat, & clausula, quod dicitur sum.

Roma. 6. Roma. 6. Roma. 6.

**G**teri non audemus. Quid cogitamus? Vbi cogitamus? Mi-  
 lia martyrum adiacent oculis nostris, ipsi veri amato-  
 res perfectiq; iustitia: de illis dictum est, Omne gaudium  
 exitimate fratres mei cum in tentationes varias inci-  
 deritis, scientes quod probatio fidei vestra patientiam  
 operatur, patientia autem opus perfectum habet. Quid  
 addi potest vt opus perfectum habeatur, amat, ardet, fer-  
 uet, calcet omnia que delectant & transit, venit ad as-  
 spera, horrenda, truculenta, minacia, calcet, frangit &  
 transit. O amare, d' ire, d' sibi perire, d' ad deum peruenire.  
**Matth. 10.** Qui animam suam amat perdet illam, & qui perdide-  
 rit animam suam propter me, in vitam aeternam inue-  
 niet illam. Sic armandus est amator iustitia, sic arma-  
 dus est amator inuisibilis pulchritudinis. Quae dico vo-  
 bis in tenebris, dicite in lumine, & quae in aure auditis,  
 super lecta praedicate. Quid est quae dico vobis in tene-  
 bris, dicite in lumine? Quae dico & auditis mente, dicit  
 praesentem. Et quod in aure auditis, super lecta praedicate.  
 Quid est, in aure auditis? In secreto auditis, quia  
 prosteri & confiteri adhuc timetis. Quid est ergo su-  
 per lecta praedicate? Domus vestrae corpora vestra, do-  
 mus vestrae carnes vestrae. Ascende in tectum, calca car-  
 nem & praedica verbum. Sed prius fratres mei plangi-  
 te quod eratis, vt quod nondum estis esse possitis, hoc  
 est quod loquor. Magnum est. Et vnde nobis magnum?  
 Summum est, perfectum est, optimum est. Vnde nobis?  
**Iacobi. 1.** Audite vnde nobis, Omne datum optimum, & omne do-  
 num perfectum defursum est, descendens a patre lumi-  
 num, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudi-  
 nis obumbratio. Inde est, quod nondum habemus bonum,  
 inde est quod nondum habemus. Non habetis, petite &  
 accipietis. Si vos, ait Saluator, si vos cum sitis mali no-  
 stis bona data dare filiis vestris, quantomagis pater ve-  
 ster coelestis dabit bona petentibus se: Examine te ergo  
 omnis homo, & quicquid in se boni inuenerit, qd per-  
 tineat ad iustificationem nostram, agat gratias illi qui  
 dedit, & agendo gratias illi qui dedit, ab illo petat & qd  
 nondum dedit. Non enim tu in accipiendo proficis, &  
 ille in dando defecit. Quantumlibet capaces fauces, ca-  
 paeem ventrem afferas, fons vincit sitiientem.

**I. Iacobi. 1.** De verbis Apostoli, Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt: Sermo XVIII.

**I.** Postolum audiui cum legeretur, corripientem & coercentem humanas libidines, & dicentem, Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Corpora ergo nostra membra Christi esse dixit, quoniam Christus caput nostrum est, eo quod homo factus est propter nos. Caput de quo dictum est ipse Saluator corporis nostri, corpus autem eius ecclesia est. Si ergo dominus noster Iesus Christus tantummodo animam humanam susciperet, membra eius non essent nisi animae nostrae: quia vero & corpus suscepit, per quod etiam caput est nobis qui ex anima & corpore constamus, profecto illius membra sunt & corpora nostra. Si ergo vnusquisque cupiens fornicari vilescat sibi, & in seipso contemnat seipsum, vt non in se contemnat Christum, non dicat, Faciam, nihil sum: Omnis caro foenum: sed corpus tuum membrum est Christi. Quod ipas? Redi. Quo te precipitare cupiebas? Parce in te Christo, agnosce in te Christum. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Meretrix est enim quae tibi in adulterium consentit, & cum forte ipsa Christiana tollit membra Christi, & facit membra adulteri, inuicem in vobis contemnit Christum, nec agnoscitis

dominum vestrum, nec cogitatis precium vestrum. Quali-  
 bus autem ille dominus, qui seruos suos fecit fratres suos: Sed parum erat fratres suos, nisi faceret membra sua? Itane tanta dignitas viluit? Quia tam benigne praesentia est, non honor ei retribuitur? Si non praestaretur, desideraretur: quia praesentia est, contemnitur. Haec autem corpora nostra, quae dicit Apostolus membra esse Christi propter corpus Christi quod ex genere corporis nostri suscepit: haec ergo corpora nostra dicit idem Apostolus, templum esse in nobis spiritus sancti quem habemus a deo. Propter corpus Christi corpora nostra membra sunt Christi, propter inhabitantem spiritum Christi corpora nostra sunt templum spiritus sancti. Quid horum in te contemnis? Christum cuius membrum es, an spiritum sanctum cuius templum es? Ipsam meretricem quae tibi consentit ad malum, non aude fortasse introducere in cubiculum tuum, vbi habes lectum tuum coniugalem, sed quareis aliquem abiectum in domo tua & turpem locum in quo turpiter volueris. Defers ergo honorem cubiculo uxoris tuae, & non defers templo dei tui? Non introducis impudicam vbi dormis cum coniuge tua, & tuipse is ad impudicam cum sis templum dei? Puto quia melius est templum dei, quam cubiculum uxoris tuae. Quocumque enim ieris Iesus videt te qui fecit te, & perditum redemit te, & pro mortuo mortuus est pro te. Tu te non cognoscis, sed ille a te oculos non auertit, non ad adiuuandum sed ad puniendum. Oculi enim domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Continuo subiecit, & teruit eos qui sibi malam securitatem dabant, qui sibi dicebant, Faciam, Non enim deus me tam turpia facientem dignatur attendere. Audi quid sequitur, cuius sis attende, quoniam quocumque ieris, Iesus videt. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Sed de qua terra? Vbi dicitur, Spes mea es, tu portio mea in terra viuentium. Forte enim malus, iniquus, adulter, impudicus, fornicarius gaudet quia facit, & senescit in quo libido non senescit, dicit apud se, Certe verum est, Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Ecce ego iam seniu, qui ab ineunte aetate vsque ad hodiernum diem tanta committo, multos castos ante me sepelivi, multorum castorum funera inueni ad sepulchrum ipse deduxi, & pudicis impudicus supernixi. Quid est quod dicitur, Vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum? Est alia terra, vbi non est impudicus, est alia terra in regno dei. Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici regnum dei possidebunt: hoc est, Perdit de terra memoriam eorum. Multi enim talia committentes, spem sibi ponunt: propter eos qui perditte viuentes, spem sibi ponunt in regno dei, quod non accessuri sunt: dictum est, Perdit de terra memoriam eorum. Erit enim caelum novum, & terra noua quam iusti inhabitabunt: Ibi impij, ibi mala, ibi nequissimi habitare non sinuntur. Eligat modo qui talis est vbi desideret habitare cum tempus est vt possit mutari. Duae quippe habitatioes sunt, vna in igne aeterno, alia in regno aeterno. Puto quia in igne aeterno aliter ille, aliter ille torquebuntur, vbi erunt, tamen ibi omnes cruciabantur, minus ille, plus ille, Quia tolerabilis erit Sodoma in die iudicij quam alteri ciuitati: & quidam circumueunt mare & terram facere vnū profelytum, quae cum fecerint, faciunt eum filium gehennae duplo quam sunt

**A** sunt ipsi. Puto quia alij duplo, alij simplo, puto quia alij plus, alij minus. Non est regio vbi eligas locum. Quae cunq; ibi mitiora tormenta sunt, peiora sunt quam quae formidas in isto saeculo. Cogita quo modo tremebas si tibi aliquis calumniatur, ne mittaris in carcerem: & tuipse contra te male viuis vt mittaris in ignem? Contremiscis, conturbaris, pallefcis, ad ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad pedes eius volitaris. Querit, quare? Libera me. Quid agitur? Ecce ille mihi callignatur. Et quid tibi facturum est? Domine concurrit, domine in carcerem mittor, miserere mei, libera me. Ecce quomodo timetur carcer, quomodo timetur coeloculio, & non timetur gehenna exustio. Postremo quando augetur calamitas, & pressura sauit atrocior, & vsq; ad mortem sauit, quando bonum videtur homini ne moriatur, ne occidatur, debere succurri omnes clamant, adiutoria cuncta imploratur, subuenite, currite, propter animam. Tota exaggeratio calamitatis est, quia dicitur, propter animam. Succurrendum est quidem, nec huic timori adiutorium denegandum, faciendum quod fieri potest a quo potest. Veruntamen ego interrogare volo periclitantem, & isto nomine mea viscera commouentem, quoniam dico, currite propter animam. Facile huic ego respondo, Ego quidem curro propter carnem tuam, vt inam tu curreres propter animam tuam. Et vt noueris, quia propter corpus tuum curro, non propter animam tuam, melius audio Christum vera dicentem, quam te timore falso murmurante. Ipse enim dominus dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Certe propter animam tuam me vis currere. Ecce quem times & sub cuius comminationibus expallefcis, non potest occidere animam tuam, vsque ad corpus sauit, tu noli sauire in animam tuam. Ab illo occidi non potest, a te potest, non lancea, sed lingua. Inimicus qui te percutit finit hanc vitam: Os autem quod mentitur, occidit animam. Ex his ergo quae in hoc tempore homines timet, coniciant quae timere debeant. Timet enim carcerem, & non timet gehennam, timet quactionarios tortores, & non timet infernales angelos, timet cruciatum temporalem, & non timet poenas ignis aeterni, postremo timet ad modicum mori, & non timet in aeternum mori. Ille qui te occidit quem times, quem exhorrefcis, quem fugis, a cuius timore non sineris dormire, & ipsum in somnis si vides cum dormieris, expallefcis, quid est facturus tibi? Exclusurus est de carne tua animam tuam. Anima tua exclusa quod eat vide. Nec enim potest ille aliter carnem tuam occidere, nisi inde excludat animam tuam, per quam viuit caro tua. Praesentia quippe animae tuae caro viuit, & quadiu in carne tua praesens est anima tua, necesse est vt viuat caro tua. Ille autem qui tuam mortem querit, eiicere vult de carne tua vitam tuam qua viuit caro tua. Putas, non est aliqua vita qua viuit ipsa anima tua? Est enim anima tua vita quaedam, qua viuit caro tua. Putas nulla alia vita est: qua viuit ipsa anima tua? Aut quomodo habet caro tua vitam, animam qua viuit caro tua? Fit & ipsa anima tua vt habeat aliquam vitam suam: & quomodo caro cum moritur expirat animam vitam suam, sic & anima quando moritur expirat aliquam vitam suam. Si inuenerimus quae sit haec vita, non corporis tui quod est anima tua, sed vita vitae corporis tui, hoc est vita anima tuae, Si inuenerimus eam ex hac morte qua times ne de carne eiiciatur anima tua, puto quia plus debes timere illam mortem, ne vita animae tuae proiciatur de anima tua. Breuiter

ego dicam, Et quid multis teneor? Vita corporis anima est, vita animae deus est. Spiritus dei habitat in anima, & per animam in corpore, vt & corpora nostra templum sint spiritus sancti quem habemus a deo. Venit enim spiritus ad animam nostram, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, & totum possidet qui principale tenet. In te quippe illud principatur quod melius est. Tenes deus quod melius, id est, cor tuum, mentem tuam, animam tuam, profecto per meliorem possidet & inferiorem quod est corpus tuum. Sauiat igitur inimicus, minuetur mortem, faciat si permittitur, excludat de carne animam tuam, anima tua non excludat a se vitam suam. Si recte plangis, & putas te miserabiliter dicere potesti inimico tuo: Noli ferire, parce sanguini meo, no tibi dicit deus, Miserere animae tuae placens deo? Anima tua forte dicit, Roga illum ne feriat, nam dimitto te. Si enim percussit, manere tecum non possum: Roga ne feriat, si vis vt non te dimittam. Quae tibi dicit, si vis vt non te dimittam? Tu ipse. Tu enim qui loqueris, anima es. Si enim percussit carnem, tu fugis, tu exis, tu migras, iacet terra in terra. Vbi erit quod animauit terram, quod flatu dei tibi datum est, vbi erit? Si non efflauit vitam suam, id est, deum suum, in illo erit quem non perdidit, in illo erit quem non a se excludit. Si autem obtemperas infirmitati animae tuae, dicens tibi, Ferit & dimitto te, non times deum dicentem tibi, Peccas, & dimitto te. De timore vano timorem vtilem capiamus, Timor vanus est omnium hominum titimentum amittere temporalia, quandoque migratorum & migrare trepidatum, volentium semper differre quod non possunt auferre. Vanus est iste timor hominum, & tamen est & vehemens est, & resisti ei non potest. Hinc increpandi, hinc obiurgandi, hinc plangendi, hinc lugendi homines timentes mori, & nihil aliud agentes, nisi serius mori. Quare non agunt non mori? Quonia qui id agunt, non efficiunt vt non moriantur, Possunt autem aliquid agere, quod efficiant vt nunquam moriantur? Nullo modo, Proxius quicquid egeris, quantumcumque inuigilaueris, quocumque fugeris, qualibet munimenta quaesieris, quibuslibet diuitis te redemeris, quibuslibet calliditatibus hostem sefelleris, non fallis febrem. Nihil enim aliud agis vt non cito ab hoste moriaris, nisi vt serius aliquando a febre moriaris. Habes quod agas vt nunquam moriaris. Si times mortem, ama vitam. Vita tua deus est, vita tua Christus est, vita tua spiritus sanctus est. Non illi places male agendo, templum ruinofum non inhabitat, templum sordidum non ingreditur, sed geme ad illum vt mundet sibi locum, geme ad illum vt adificet templum sibi, quod tu destruxisti ipse costruat, quod tu exterminasti ipse reformet, quod tu deiecisti ipse erigat. Clama ad deum, clama interior, clama vbi audit, quia & ibi peccas vbi videt, clama vbi audit: & cum timore te correxeris, & vtiliter timere coeperis, non temporalis cruciat, sed aeterni ignis supplicia, & ideo adulter non fueris: Hinc enim loquebamur propter Apostolum, qui dixit, Corpora vestra membra Christi sunt: Cu ergo ideo adulter esse non coeperis, quia times ardere in igne sempiterno, nondum laudandus es, non quidem ita dolendus vt ante, sed tamen nondum laudandus. Quid enim magnum est timere poenam? Magnum est, sed amare iustitiam. Interrogo te, & inuenio te. Tu inspice interrogationem meam sonantem, & fac de te ipso interrogationem silentem. Dico ergo tibi, Libidine victus habes consentientem, quare non committis adulterium?

**G**terium? Et respondebis, quia timeo gehennam, timeo supplicium ignis aeterni, timeo iudicium Christi, timeo societatem diaboli, ne puniar ab illo, cum illo ardeam: Quid disturis sum? Male times? Quomodo tibi dicebā de aduersario, quia quærebat corpus tuum occidere? Ibi enim recte dicebam, male times, securum te fecit dominus tuus, dicens, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Modo cum dicis mihi, gehennam timeo, ardere timeo, in æternum puniri timeo, Quid disturis sum? Male times? vane times? Non audeo, quandoquidem ipse dominus ablato timore subiecit timorem, & ait, vbi dixit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant: sed eum time, qui habet potestatem & corpus & animam mittere in gehennam ignis: ita dico vobis, hunc time. Cum ergo dominus timorem inculserit, & vehementer inculserit, & repetendo verbum, comminationem ingeminauerit, dicturus ego sum, male times ista: Non dicam, Planè time, nihil melius times, nihil est quod magis timere debeas. Sed interrogo te, Si non te videret deus, quando facis, nec quisquam te conuinceret in iudicio illius, faceres? Tu te vide. Non enim potes ad verba omnia mea respondere, inspice teipsum. Faceres? Si faceres, ergo penam times, charitatem nõdum habes, seruuliter times, formido est mali, nõdum delectatio boni, sed time etiam vt ista formido custodiat te, vt perducatur ad dilectionem. Timor enim iste quo gehennam times, & ideo mala non facis, continet te, & sic volentes peccare animo interiore non sinit: est quidam custos timor, quasi pædagogus legis, litera est minans, nõdum gratia iuuans. Custodiat tamen timor iste dum nõ facis timendo, & veniet charitas, intrat in cor tuum, & quantum illa intrat, tantum timor exit. Timor enim id agebat ne faceres, charitas hoc agit vt nolis facere etiā si impune possis admittere. Dixi quid timeatis, dixi quid appetatis. Sectamini charitatē, intret charitas, admittite illam, timèdo peccare admittite amorem non peccantem, admittite amorem bene viuentem. Illa vt dicere cœperam intrante, incipit timor exire. Quantoplus illa intrauerit, tanto timor minor erit. Cum illa tota intrauerit, nullus timor erit, quia perfecta charitas foras mittit timorē. Intrat ergo charitas, pellit timorem, non autem intrat & ipsa incomitata. Habet secum suum timorem quē introducit ipsa, sed illum castum permanentem in seculo seculi. Seruulis timor est quo times cum diabolo ardere, timor castus est quo times deo displicere. Considerate charissimi, & ipsos humanos interrogate affectus. Timet seruus offendere dominum suum, ne iubeat eum verberari, iubeat in compedes mitti, iubeat carcere includi, iubeat eum pistrino conteri. Hæc timens seruus non peccat, sed quando senserit absentes oculos domini sui, nec habuerit testem a quo possit conuinci facit. Quare facit? Quia penam timebat, non iustitiam diligebat. Vir autem bonus, vir iustus, homo liber (nā solus iustus liber. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati) delectatur ipsa iustitia, & si possit sine teste peccare, & testem reformidat & deum: & si possit audire deum dicentem sibi, video te cum peccas, non te damnabo, sed displices mihi, ille nolens displicere oculis patris, non formidolosi iudicis, timet nõ ne damnetur, non ne puniatur, non ne crucietur: sed ne offendat gaudium patrum, ne displiceat oculis amantis. Si enim amat ipse, & amantem sui dominum sentit, non facit quod displicet amanti se. Lubricos & inhonestos amores at-

te. Si quis amore femine lasciuus & nequam vestit se aliter quā illi placet, vestit se aliter quā amata sua placet, aut ornat se aliter quā illi placet, & illa dixerit, nolo te habere tale byrrhū, non habet: si per hyemē illi dicat, in lacerna te amo, eligit tremere quā displicere. Nunquid illa cui displicet damnatura est? Nūquid in carcerem missura? Nūquid tortores adhibitura? Hoc solum ibi timetur, nõ te videbo, hoc solum ibi contremiscitur, faciem meam non videbis. Si hoc impudica dicit & terret, deus dicit & non terret: Sanè plurimum, sed & si amamus. Si autem non amamus, non inde tremur, sed tremur vt serui de igne, de gehenna, de atrocissimis tartareis minis, de exaggeratissimis diaboli angelis, eiusq; suppliciiis, vel inde terreamur. Si illud minus amamus, vel illa timeamus: non ergo fiant fornicationes. Templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis. Si quis templum dei corruperit, corrūpet illum deus. Licita sunt matrimonia, nihil amplius requiratis. Non enim grande onus impositum est virginibus, maior amor impositus maius onus. Virgines quod licebat noluerunt, vt plus placerent ei cui se deuouerunt. Ambierunt illam maiorem pulchritudinē cordis sui. Quid iubet? Tanquam dicerent, Quid iubet? Ne adultera simus hoc præcipis? Amado te, plus facimus quā iubet. De virginibus, ait Apostolus, præceptum domini non habeo. Ergo quare hoc faciunt? Consilium autem do. Illæ autem amantes, quibus terrena nuptiæ viluerunt, quæ terrenos amplexus non desiderauerunt, vsque adeo acceptauerunt præceptum, vt non recūsarent consilium, vt plus placeret, plus se ornauerunt. Corporis enim huius, id est, exterioris hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris maiora detrimenta. Quanto autem minus appetuntur ornamenta exterioris hominis, tãto magis moribus pulchris homo interior adornatur. Vnde dicit & Petrus, Ornantes se nõ intortis criminibus. Cum enim dixisset, Ornantes se, quid aliud a carnalibus quā visibilia ista ornamenta putarentur? Continuo tulit cogitationi quod cupiditas inquirebat. Non, inquit, intortis criminibus, neque auro, vel margaritis, vel veste preciosa, sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deum diues. Neque enim deus diuitias daret exteriori homini, & inopē relinqueret interiori: dedit inuisibili diuitias inuisibiles, & inuisibilem ornauit inuisibiliter. His ornamentis studentes dei puellæ, sanctæ virgines, nec quod licebat appetierunt, nec quod cogebantur consenserunt. Multæ etiam paratum suorum contrarios conatus, igne superni amoris superauerunt. Iratus est pater, plorauit mater, non curauit illa, cui ante oculos versabatur speciosus forma præ filiis hominum. Ei quippe se ornare desiderauit, vt tota eius curam gereret. Et quia quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo viro placeat: quæ autem innupta est, cogitat quæ sunt dei, quomodo placeat deo. Videte quid sit amare. Non dixit, cogitat ne damnetur a deo. Adhuc enim iste timor ille seruilis est, custos quidem malorum vt abstineant a malis, & abstinèdo digni sint ad se admittere charitatem. Sed illæ non cogitant quæ admodum non puniantur a deo, sed quomodo placeat deo pulchritudine interiore, decore occulti hominis, decore cordis, vbi illius oculis nudæ sunt, nudæ intus non foris, integræ & intus & foris. Vel virgines doceant coniugatos & coniugatas, non ire in adulterium. Illæ faciunt plus quā licet, illæ non faciāt quod non licet.

De

**A** De uerbis Apostoli, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque prout gessit siue bona siue mala: Sermo XIX.

**B** Minium Christianorum spes fratres charissimi in futurum tempus extenditur, vt quod hic seruimus deo, alibi nos seruisse lateatur. Hic enim nobis posita sunt certamina, sed in futuro seculo certaminum præmia referuata. Iuste siquidem & prouide diuina sapientia separauit tempus laboris & premij. Hic ergo laboramus, hic seruimus deo & mandata eius seruamus, vt in futuro seculo, id est, in celorum regno aeterna præmia capiamus. Scire enim debemus fratres dilectissimi quid nobis scriptura diuina commēdet, id est, futurum esse iudicium dei, quod post resurrectionē complebitur mortuorum. Hoc est quod præcipue Christianos a gentili errore secernit, quia illi hanc tantummodo vitam esse credunt, & ideo sine deo esse & diuersis peccatis atque criminibus non metuunt inquinari. Nos vero ita in hac vita conuersemur, vt nos ad aliam præparemus, in qua & bonis bona & malis mala retribuentur, sicut dixit Apostolus, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat unusquisque prout gessit, siue bona siue mala. Sicut hic modo astamus in ecclesia & nos inuicem præsentem aspiciamus, ita etiam post resurrectionem mortuorum alituri sumus ante tribunal Christi. Hanc enim etiam ipsam animam tunc habebimus quā modo habemus, & in hoc ipso quo nunc induimur sumus corpore resuscitandi. Non enim sicut muta animalia facti sumus, non sicut equi & boues vt aeterna morte pereamus, quia postquā hic vixerimus, alibi iudicabimur, vt aut p peccatis penas, aut pro bonis operibus præmia consequamur aeterna. Nemo ergo fratres mei charissimi de resurrectione desperet, in qua Christianorum spes tota consistit. Credite fratres Apostolo prædicati, & nihil de resurrectione dubitantes, ad diem iudicij vos præparate. An forte sicut impij & increduli non putatis fieri posse vt a mortuis resurgamus? Planè dicat hoc qui omnipotentē non credit esse deum, qui hoc promittit futurum: nos autē qui scimus dei omnipotentis esse virtutem, quia promississe deum legimus quod resurrectionem mortuorum faciat, non possumus de resurrectione mortuorum dubitare, quam se facturum esse promittit, qui & omnipotens est, & mentiri nescit. Sed te appello quicumque infidelis animo de resurrectione dubitas, & putas nos posse mortuos resuscitari. Quid est amplius, ex nihilo homines facere qui uiuant, an eos qui facti sunt atque vixerunt reparare post mortē? Vtique plus est facere quod nunquam fuit, quā reparare quod fuerit. Quomodo ergo impossibile esse dicis, vt deus qui hominem formauit ex nihilo reformet? Quomodo nos suscitare nõ potest conuersos in puluerem, qui si etiam in nihilum rediremus, facere poterat vt essemus, sicut & fecit nos esse, cum antea nunquam fuisset? Ita enim beatus Apostolus Paulus dixit. Sed dicunt aliqui, Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore veniunt? Inspiciēs tu quod feminas non viuificat nisi prius moriantur, & quod feminas non corpus quod futurum est, feminas, sed nudum granum, vt pote tritici aut alicuius ceterorū. Deus autem dat illi corpus sicut voluit, & vnicique feminum proprium corpus. Noli ergo incredule homo de resurrectione dubitare. Qui grana seminum mortua & putrefacta viuificat, per quæ in hoc seculo viuas, multo magis teipsum resuscitabit vt viuas in æternum. Qui illa reparat quæ tibi sunt necessaria: quomodo teipsum

non reparat, propter quē & alia reparare dignatus est? Itaque si velimus cōsiderare quæ in illo seculo videm, diuinæ administrationis opera signa sunt futurorum. Tota ergo huius mundi administratio testimonium est resurrectionis futuræ. Videmus certe hyemis tempore vel aduentu arbores spoliari pomis, nudari folijs: sed eas rursus verno tempore speciem resurrectionis exprimere: quæ primo quidem incipiunt turgere in gemmis, dehinc ornari in floribus, vestiri & folijs, & postmodū pomis grauari. Interrogo te infidelis homo qui de resurrectione dubitas, vbi sint ista quæ tempore quo deus disposuit producantur? Dic mihi vbi latitant antequam producantur, quæ nusquam quidem videntur, sed tamen deus qui omnipotens est & ea ex nihilo cōdidit, secreta sua virtute producit? Hinc iam ad cāpos & prata respicite, quæ astate transacta herbis suis spoliantur ac floribus, & nuda remanent ipsa spatia terrarum, sed iterum verno tempore reuestuntur, & nouo vbiq; germine incipiente latatur agricola. Certe herba quæ ante vixit & moritur, rursus reuiuiscit ex femine: sic etiam & nostrum corpus reuiuiscet ex puluere. Sed dicis ð homo incredule, Ideo credimus futurum vt arbores & herba & omnia reuiuiscat, quia illa iam facta cognoscimus. Vnde autē cognoscere possumus quia mortui resurgunt, cum adhuc a mortuis nemo surrexerit? Quisque hoc dicis vel cogitas, audi patienter, & intellige sapienter. Ideo enim dominus noster Iesus Christus mori voluit & resurgere, ne tu de resurrectione dubitares. Tamen quomodo potes dubitare quia non sumus resurrecturi a mortuis, cum hoc promittat deus qui nescit aliquando mentiri, qui potest facere quicquid vult, quia omnipotens est, & implet omnia quæ promittit, quia verax est, & mendacium in eo non est? Et dedit nobis pius & misericors dominus virtutis suæ pignus, & grandi testimonio spem nobis resurrectionis ostendit, quia vnigenitum filium suum pro nobis hominem factum & mortuum a mortuis suscitauit. Ideo enim dominus noster Iesus Christus nasci ex homine, id est, ex Maria virgine est dignatus, & a Iudæis crucifigi, & die tertia resurgere, vt nos tali exemplo animati, resurrectionem ex mortuis certissime crederemus: quam qui non credit futuram, nec hoc quidem credit quod Christus resurrexit a mortuis. Qui autem dominum Iesum resurrexisse a mortuis confitetur, nec de sua poterit dubitare. Abstinete ergo vos ab omni opere malo, ab inimicitijs, ab ebrietate, a fornicatione, a furto, a periurio, a falso testimonio, a detractioe, quia hæc omnia odit deus, & eos qui ista faciunt puniet in futuro. Estote autem benigni, misericordes, inuicem honorem habentes, & ea semper operantes, quæ in sanctis suis diligit deus, vt possitis cū sanctis eius ad aeternam & immortalem gloriam peruenire, & viuere in secula seculorum, Amen.

De eisdem uerbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti: sermo XX.

**B** Ratres charissimi, dum diuina lectio legetur, audiuius beatum Apostolum terribiliter nos & salubiter admonentem. Sic enim ait, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis sui prout gessit, siue bonum siue malum. Quam rem etiam dominus in Euangelio denunciat dicens, Filius hominis venturus est in gloria sua cum angelis suis, & tunc reddet vnicique secundum opera sua. Diligenter quæso attēdite fratres, & mecum pariter pauescite, quia nõ dixit

Math. 10.

Gal. castitate nõdum amant.

1. Ioan. 4.

Psal. 18.

Ioan. 8.

Sermo XXXVIII.

2. Cor. 5.

1. Cor. 5.

1. Cor. 7.

1. Pet. 3.

Psal. 44.

1. Cor. 7.

1. Cor. 15.

Sermo XXXV.

2. Cor. 5.

Math. 16.



G dixit quod reddat vnicuique secundum misericordiam suam, sed secundum opera sua. Hic enim est misericors, ibi iustus. Nam quod non statim in peccatores vindicet, patientia est, non negligentia. Non ille potentiam perdidit, sed nos ad poenitentiam referuauit. Vnde valde timendum est, ne quanto diutius expectat vt corrigamur, tanto grauius vindicet si emendari noluerimus, Scire & intelligere debemus fratres charissimi nihil nobis esse salubrius, quam vt damnatis omnium presentium rerum voluptatibus, id potius cogitemus quando erimus de hoc seculo transitori, vel quando tabernaculum corporis vltimo die superueniente deposituri, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodem recipiamus prout gessimus, siue bonum siue malum. Et ideo rogo fratres, vt quotidie cogitemus qualis erimus in die iudicii, purissimis angelorum conspectibus offerendi, & aeterno iudici rationem de libris conscientiae reddituri, remotis omnibus probationibus. Certum est in die illa ipsum ante se hominem constituentem, & ipsam sui vitam in cordis speculo demonstrandam, & testes contra eam non desoris aliquando, sed intus de ipsa anima proferendos. Adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia, id est, opera sua. Ordinabuntur ante infelicem animam peccata vel crimina sua, vt eam & conuincat probatio & confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est. Arguam te & constituam te ante faciem tuam. Quicumque se modo dum licet emendare neglexerit, ante illum caelestem populum primum excepturus erit de confusione supplicium: & anima quae modo per poenitentiam compendiosam transactas peccatorum suorum putredines curare dissimulat, ante illud tribunal metuendum sine vilo remedio, in perpetuo tartaro manebit. Quae cum ita sint, bene nobiscum ageretur, si iam nunc sic poeniteremus super malis nostris, quomodo tunc sine vilo remedio poenitebimus: si scditates & confusiones nostras quemadmodum tunc visuri sumus, sic iam eas nunc videre & horrere possemus. O si iam nunc faciem peccatricis animae liceret oculis corporis intueri, & conscientiae nostrae vultum in oculorum praesentiam permitteremur adducere. Quod si liceret, nec dici potest, quanto studio quantoque metu vrgeremur scadata componere, maculata tergere, vulnerata curare. Ideoque quia non possumus oculis corporis, inspicimus nos, in quantum possumus oculis cordis, & vnusquisque conscientiam suam ante conspectum interioris hominis constituat. Ipsi nosmetipsos castigemus, ipsi nobiscum rationem de quotidiana conuersatione faciamus, ipsi nos accusemus quotidie iudici nostro & dum in hac carne sumus contra ipsam carnem auxiliante domino, quotidie dimicemus, vincamus voluptates & delectationes nostras: vt nobis tempus illud spectatissimum ac beatissimum aeternae vitae pro felici maclatione succedat, quando implebitur illud quod dominus dixit, Et erunt similes angelis. Et iterum, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Putas qualis tunc erit splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Tunc enim cum ad istam beatitudinem venerimus, nulla erit tristitia, nullus timor, nulla infirmitas, nulla mors. Habebimus plenam beatitudinem fratres inter illa immensa beneficia domini nostri, vt nunquam cessemus referendo ei gratiarum actionem de beatitudine quam sumus fruituri, coheredes effecti eius qui dixit, Venite benedicti, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, donante ipso cui est honor & gloria in

secula seculorum, Amen.  
 De verbis Apostoli, Nō sic pugno quasi aërem cadens. Et de constituendis Episcopis:  
 Sermo XXI.  
**B**Eati Apostoli epistola cum legeretur de constituendis Episcopis commemorauit nos sine dubio respicere in nos & vos, commemorauit iudicare nos, maxime quia omnes audiuimus capitula Euangelicę recentis lectionis nouissima sententia, Nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. Personam itaque iudicatio nemo accipit alienam, si non accipit suam. Beatus Apostolus ait quodam loco, Non sic pugno quasi aërem cadens, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte aliis predicans ipse reprobus inueniar. Suo timore nos terruit. Quid enim faciet agnus, vbi aries tremore? Inter multa ergo quibus scripsit Apostolus, qualis esse Episcopus debeat, etiā illud audiuimus, vnde modo forsitan loqui & disputare non sufficiat. Si enim singula discutere, & de singulis, vt dignum est, disputare conemur, nec nostrae vires sufficiunt ad loquendum, nec vestrae ad audiendum. Quid ergo est quod volo dicere, si adiuet me quod terruit me? Inter cetera ait Episcopum potentem esse debere in doctrina sana, vt contradicentes redarguere possit. Magnum opus est grauis sarcina, proclium, arduum. Sed sperabo, inquit, in deum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium & a verbo aspero. Nulla enim causa est quae magis facit hominem dispensatorem dei pigriorem ad redarguendos contradicentes, quam timor verbi asperi. Prius ergo quid sit contradicentes redarguere, vt dominus donauerit, exponam vobis. Contradicentes non vno modo intelligendi sunt, Paucissimi enim nobis contradicunt loquendo, sed multi male viuendo. Quando mihi audet dicere Christianus, bonum esse rapere res alienas, quandoquidem non audet dicere bonum esse tenaciter seruare res suas? Nunquid enim diues ille cui successerat regio, & non inueniebat vbi poneret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat destruendi veteres apothecas, & costruendi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret animae suae, Anima habes multa bona in multum tempus, latere, iocundare, satiare. Nunquid ergo iste diues aliena quaerebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret consistebat, non de cuiusque vicini agris, non limite perturbato, non expoliato paupere, non circumuento simplice, sed tantummodo de suis colligendis cogitabat. Audite quid audierit qui tenaciter seruabat sua, & hic intelligite quid expectent qui rapiunt aliena. Cum ergo se prudentissimum consilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus angustis deiiciendis, & amplioribus nouis edificandis, & omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis: ait illi deo, Stulte, vbi tibi sapiens videris ibi stulte. Stulte, inquit, hac nocte repetunt a te animam tuam, haec quae preparasti cuius erunt? Si seruaueris tua non erunt, si erogaueris tua erunt. Quid, inquit, reponis, quod relicturus es? Ecce increpatus est stultus male recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite nomen eius qui tollit aliena. Si sordidus est reconditor suorum, vlcerosus est raptor alienorum. Sed non qualis ille vlcerosus qui iacebat ante ianuam diuitis, & cuius canes lingeabant vlcera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, raptor in corde. Fortassis aliquis respondeat & dicat, Non valde magna poena erat illi homini, cui dixit deus, Stulte. Nō sic dicit deus, stulte, quomodo homo dicit. Tale in quenquam dei verbum iudicium

K  
1. Cor. 9.

Sermo  
XIX.

Ioan. 7.

1. Cor. 9.

L

ad Titum, 1.

Psal. 90.

Luc. 12.

M

Luc. 16.

A iudicium est. Nunquid enim deus stultus daturus est regnum caelorum? Quibus autem non est daturus regnum caelorum, quid eis restat nisi poena gehennarum? Conticere hoc videmus, aperte hoc manifesteque videamus. Nam & ille diues ante cuius ianuam iacebat pauperrimus vlcerosus, non est dicitur raptor rerum alienarum. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Diues, inquit, erat: non dixit, calumniator: non dixit, pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarum raptor, aut delator, aut receptor: non dixit, pupillorum spoliator: non dixit, viduarum persecutor: Nihil horum, sed erat quidam diues. Quid magnum est? Diues erat, de suo diues erat. Cui aliquid tulerat? An forte ille auferret, & dominus de illo reticeret, & personam eius acciperet, si crimina eius abscederet, qui nobis dicit, Nolite personaliter iudicare? Si vis ergo audire crimen diuitis illius, noli amplius quaerere quod audis a veritate. Diues erat induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Quod ergo eius crimen? lacens ante ianuam vlcerosus & non adiutus. Hoc enim aperte de illo dictum est, quod immisericors erat. Nunquid enim charissimi, si pauper ille ante ianuam iacens sufficientem panem a diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, Propter hanc solam inhumanitatem qua contemnebat pauperem ante ianuam suam iacentem, nec congrue dignaque pascebat, mortuus & in inferno sepultus est. Et cum apud inferos in tormentis esset, leuauit oculos suos, & vidit pauperem in sinu Abrahae. Et quid multis immorer? Desiderauit gutta, qui non dedit micam. Nonne accepit iustam sententiam, qui non dedit crudeli avaritia? Si haec ergo poena est auarorum, quae poena raptorum? Sed ait mihi raptor rerum alienarum. Ego similis illius diuitis non sum, Agapes facio, vincis in carcere victum mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere noli, & dedisti. Cui dederis gaudet, cui abstuleris plorat: quae duorum istorum exauditurus est dominus? Dicis ei cui dederis, Gratias age quia accepisti. Sed alter tibi ex alia parte dicit, Ego gemo cui abstulisti: & penē totum tenuisti, & exiguum illi dedisti. Si ergo quod alteri abstulisses egenibus dedisses, nec talia opera diligit deus. Dicit tibi deus, stulte, iussi vt dares, sed nō de alieno. Si habes, da de tuo: si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quam alteros spoliabis. Dicitur est dominus Christus cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, & ad sinistram alios separauerit, bene operantibus, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Sterilibus autem qui nihil boni in pauperes operati sunt, Ite in ignem aeternum. Et quid dicitur est bonis? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & cetera. Et respondebunt illi, Domine quando te vidimus esurientes? Et ille ad eos, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Intellige ergo stulte, qui vis eleemosynas facere de rapinis, quoniam si quando pascis christianum, pascis Christum: quando spoliastis christianum, spoliastis Christum. Attendite quid sinistris dicitur est, Ite in ignem aeternum. Quare? Esuriui, & nō dedistis mihi manducare: nudus fui, & non vestistis me. Ite. Quare? In ignem aeternum. Prorusus ite. Quare? Nudus fui, & non vestistis me. Si ergo in ignem aeternum ibit cui dicitur est Christus, Nudus fui, & non vestistis me: quem locum in igne aeterno habebit, cui dicitur est, Vestitus fui, & spoliastis me? Hic fortasse vt euadas hanc vocem, ne dicat tibi Christus, vestitus fui, & spoliastis me: mutata consuetudine, cogitas

Ioan. 7.

Math. 25.

spoliare Paganum, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, immo respondet tibi nunc per ferunt qualemcunque ministrum suum, respondebit tibi Christus & dicit, Etiam hic parce damnis meis. Cum enim qui christianus es spoliastis Paganum, impedis fieri christianum. Etiam & hic fortasse respondebis, Adhuc ergo non odio poenam ingero, sed dilectione potius disciplinae. Ideo spolio Paganum, vt per hanc asperam & salubrem disciplinam faciam christianum. Audire & crederem, si quod abstulisti Pagano, redderes christiano. Diximus contra vnum vitium rapinarum, quo res humanae vsquequaque vastantur, diximus, & nemo nobis contradicit, Quis enim audet apertissima loquendo contradicere veritati? Non ergo facinus quod Apostolus monuit, non contradicentes redarguimus, obediētes alloquimur, laudantes instruimus, non contradicentes redarguimus. Ita vero non contradicunt lingua, sed vita. Moneo, rapit: doceo, rapit: praecipio, rapit: arguo, rapit. Quomodo non contradicit? Dicam ergo quod de hac re sufficere existimo. Abstinetē vos fratres, abstinetē vos filii, abstinetē vos a consuetudine rapiendi, & vos qui sub manibus raptorum gemitis, abstinetē vos a cupiditate rapiendi. Alius potens est & rapit, tu in manu raptoris gemis, quia rapere non potes, ideo non facis. Habeto facultatem, & ibi laudabo domitam cupiditatem. Beatum sancta scriptura dicit, qui post aurum non abiit, qui potuit transgredi, & non est transgressus, qui facere mala potuit & non fecit. Tu autē dicitis, Nunquam negaui rem alienam. Quia forte nemo tibi commendauit, aut forte commendauit, sed sub testibus commendauit. Dic mihi, Reddidisti quādo a solo solus accepisti, vbi deus inter vos fuerat? Si tunc reddidisti si mortuo qui commendauerat, nescienti filio reddidisti, tunc te laudabo, quia post aurum non isti, quia potuisti transgredi & non es transgressus, quia potuisti mala facere & non fecisti. Si forte alienum sacculum solidorum, vbi nemo te vidit in via inuenisti, & sine vlla mora cuius fuerat reddidisti. Eia fratres, redite ad vos, inspicite vos, interrogate vos, vera respondete vobis, & iudicate vos non secundum personam, sed iustum iudicium iudicate. Ecce christianus es, ecclesiam frequentas, verbum dei audis, de lectione verbi dei latissime commoueris, Tu laudas tractantem, ego quero facientem inquam laudas dicentem, ego quero facientem. Christianus es, frequentas ecclesiam, amas verbum dei, libenter audis. Ecce hoc quod propono in eo te examina, in eo te appende, in eo ascende mentis tuae tribunal, & constitue te ante te, iudica te, & si prauum inteneris, corrige te. Propono ergo. Deus dicit in lege sua, inuentionem esse reddendam: deus in lege sua dicit, quam primo populo dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus inuentionem tanquam alienum esse reddendam. Si quisquam, verbi gratia, in via inueniat alienum sacculum solidorum, deberet reddere, sed nescit cui. Nō se excusat ignorantia, si non dominetur avaritia. Dicat vestrae charitati, quoniam dona dei sunt, & sunt in populo dei qui non frustra audiūt verbum dei. Dicam quid fecerit pauperrimus homo, nobis apud Mediolanum constitutus, tam pauper vt prosculus esset Gramaticus, sed plane Christianus, quantus ille esset Paganus Grammaticus, melior ad velum quam ad cathedram. Inuenit sacculum, nisi forte me numerus fallit, cum solidis ferme ducentis, memor legis proposuit pitacium publice. Reddendum enim sciebat, sed cui redderet ignorabat, proposuit pitacium publice, Qui solidos perdidit, veniat ad locum illum,

ad Titum, 1.

E

Ecclesiasticus  
32.

F

G illum, & querat hominem illum. Ille qui plangens circumquaque vagabatur, intento & lecto pitacio, venit ad hominem: & ne forte quereret alienum, quasit signa, interrogavit sacculi qualitatem, sigillum solidorum, etiam & numerum. Et cum omnia illi fideliter respondisset, reddidit quod inuenerat. Ille autem repletus gaudio & querens vicem rependere, tamquam decimas obtulit illi viginti, qui noluit accipere. Obtulit vel decem, noluit accipere. Saltem rogauit vel quinque acciperet, noluit ille. Stomachabundus homo proiecit sacculum, Nihil perdidit ait. Si non vis aliquid a me accipere, nec ego aliquid perdidit. Quale certamen fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus: theatrum mundus, spectator deus. Vicit tandem ille quod offerbatur accepit, & continuo totum pauperibus erogauit, vnum solidum in domo sua non dimisit. Quid est? Si aliquid egi in cordibus vestris, si verbum dei insedit in vobis, si requiem inuenit apud vos, facite hoc fratres mei, nolite putare damnatum vos pati si feceritis, magnum lucrum est si feceritis quod dico. Perdidit viginti solidos, perdidit ducentos, quingentos. Quid perdidisti? De domo tua perierant, alter perdidit, no tu. Terra communis est, in vna domo estis, in hoc mundo ambo viatores, huius vite vnum stabulum intrastis. Posuit ille, oblitus est ille: cecidit ab illo, tu inuenisti. Quis inuenisti? Christianus. Quis inuenisti? Qui legem audisti, christianus qui legem audisti. Quis inuenisti? Qui cum audires multa laudasti, tu inuenisti. Si ergo veraciter laudasti, redde quod inuenisti. Si ergo non reddidisti quod inuenisti quando laudasti, testimonium contra te dixisti. Estote fideles inuentores, & tunc iniquos vituperate raptores. Nam quod inuenisti & non reddidisti, rapuisti. Quantum potuisti fecisti, quia plus non potuisti, ideo non plus fecisti. Qui alienum negat, si posset & tolleret. Quod non tollis, timor prohibet, non bonum facis, sed malum metuis. Quid est magnum timere malum? Magnum est non facere malum, magnum est amare bonum. Nam & latro timet malum, & vbi non potest non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat, non manum. Lupus venit, ad ouile ouium, querit inuadere, querit iugulare, querit deuorare. Vigilant pastores, latrant canes, nihil poterit, non aufert, non occidit, sed tamen lupus venit, lupus redit. Nunquid quia ouem non tulit, ideo lupus venit, & ouis redit? Lupus venit fremens, lupus redit tremens, lupus est tamen & fremens & tremens. Interroga ergo te quisquis vis iudicare, & vide si tunc non facis male quando potes facere, & ab homine non puniris: tunc time deum, nemo est ibi nisi tu & ille cui facis malum, & deus qui ambos videt. Vide, ibi time. Parum est quod dico, vide, ibi time malum, ibi ama bonum. Nam etiam si timore gehennae non facis malum, nondum es perfectus: audeo dicere, si timore gehennae non facis malum, est quidem in te fides, quia credis futurum dei esse iudicium, gaudeo fidei tuae, sed adhuc timeo malitiam tuam. Quid est quod dixi? Quia si timore gehennae non facis malum, non amore iustitiae facis bonum. Aliud est timere poenam, aliud est amare iustitiam. Amor castus in te esse debet, quo amore desideres videre, non caelum & terram, non capos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgores nitoresque gemarum: sed desidera videre deum tuum, amare deum tuum, quia dictum est, Dilectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus autem, quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videmus eum sicuti est. Ecce propter quam visionem fac-

14. quae est. 5. 2. si quid.

1. Ioan. 3.

bonum, ecce propter quam visionem noli facere malum. Si enim amas videre deum tuum, si in hac peregrinatione illo amore suspiras, ecce probat te dominus deus tuus, quasi dicat tibi, Ecce fac quae vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit licitum puta, non hinc te punio, non te in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expauiisti, amasti, si hoc quod dictum est, faciem suam tibi negabit deus tuus, contremuit cor tuum in non videndo deum tuum, magnam poenam putasti, gratis amasti. Si ergo sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris dei, ipsam nutrite. Ad hanc augendam vos aduocate prece, humilitate, dolore poenitentiae, dilectione iustitiae, operibus bonis, gemitibus synceris, conuersatione laudabili, amicitia fidelis. Hanc scintillam boni amoris flate in vobis, nutrite in vobis, ipsa cum creuerit & flammam dignissimam & amplissimam fecerit, omnium cupiditatum carnalium scena consumit.

De Psalmo nonagesimo quinto: *et qua ratione dicitur fit. Miserebor cui miseratus fuero etc. Quod ratio illius non sit scrutanda: Ser. XXXII.*



Vomodo ianua introducit in domum, sic titulus Psalmi introducit in intellectum. Praenotatur enim sic, Quando domus edificabatur post captiuitatem. Quae domus, indicat tibi iam psalmus, Cantate domino canticum nouum, cante domino omnis terra. Ecce quae domus. Quando omnis terra cantat canticum nouum, domus dei est. Cantando edificatur, credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur, Modo ergo edificatur, sed in fine seculi dedicatur. Concurrant ergo lapides viui ad canticum nouum, concurrant & coaptentur in structuram templi dei, agnoscant saluatorem, recipiant habitatores. Dicitur est quae domus, dicendum est post quam captiuitatem. Et hoc tibi indicat psalmus. Sequere paululum, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate domino, benedicite nomini eius, bene nunciate de die in diem salutem eius, Annunciate inter gentes mirabilia eius, in omnibus populis gloriam eius. Quoniam omnes dii gentium daemonia. Ecce sub quorum captiuitate latebat domus. Ex prima enim transgressione primi hominis, vniuersum genus humanum natum cum obligatione peccati victor diabolus possidebat. Si enim sub captiuitate non teneremur, redemptore non indigeremus. Venit ad captiuos non captus, venit ad captiuos redimendos nihil in se captiuitatis, hoc est iniquitatis habens, sed carne mortali precium nostrum portans. Si enim carnem mortalem non haberet, vnde in verbo sanguis quem pro captiuis funderet? Ille autem qui ad captiuitatem nostram venit cum similitudine carnis peccati, non cum carne peccati venit: similitudo enim erat illa carnis peccati: vera caro, sed similis carni peccati: vera caro, sed non peccati caro. Ille ergo qui ita venit, quis erat? Bene nunciate de die in diem. Ecce quis erat, De die in diem erat. Deus de deo erat, lumen de lumine erat, sed verbum caro factum est, ut habitaret in nobis, latens maiestas, apparens infirmitas, ut moriatur infirmitas, & teneatur maiestas. Si ergo vniuersum mundum sub captiuitate tenebatur, bene dictum est, Miserebor cui miseratus fuero, & misericordiam prestabo cui misericors fuero. Si enim totus mundus sub captiuitate, totus mundus in peccato, totus mundus iustissime supplicio destinatus, sed ex parte per misericordiam liberatus. Quis dicat deo: quare damnas mundum? Quomodo accusatur iudex deus, quando damnatur mundus?

L

Sermo. XX. Sup. Ser. 3.

Psal. 95.

M

Roma. 8.

Ioan. 1.

Exod. 33.

Roma. 9.

A dus reus: Reus es. Si quid debeas consideres, poena vocatur, nec cum a te debitum exigitur, exactor iuste reprehenditur. Reprehenditur exactor si indebitum exigit: cum vero debitum exigit, quis reprehendat exactorem, quamuis expectat donatorem? Cui vult miseretur, & que vult obdurat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc conuerteris? Na voluntati eius quis resistit? O homo tu quis es qui respondeas deo? Quis sit ille attende, quis sis tu attende. Ille deus est, tu homo. Sed iustitiam tibi loqui videris tu, & fons ille iustitiae sicatus est? Si iustum loqueris, vnde tibi? Aut si iniustum loqueris, debes tacere. Aut si iustum loqueris, & non habes nisi de fonte iustitiae. Fons autem iustitiae quis est nisi deus? Primum ergo fundamentum fidei pone. Nunquid iniquitas apud deum latere te aequitas potest, esse tibi iniquitas non potest. Expectas a me fortasse ut dicam tibi, quare tui vult miseretur, & quem vult obdurat. Expectas a me homo. Si & tu homo & ego homo, ambo audiamus, O homo tu quis es qui respondeas deo? Melior est ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Deus mihi dicit, per Apostolum Christus loquitur, O homo tu quis es qui respondeas deo? Et ego indignor, quia non noui iustitiam dei. Si homo sum, non indignor, excedam hominem si possum, & forte attingam. Sed & si attingero homini non dicam, excedat & ipse & attingat mecum. Et quis est, iniquus, qui homo hominem excedat? Ergo non quibusdam exprobrat Apostolus & dicit, Cum enim dicitis, Ego Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid eos facere volebat, quibus exprobrat quod homines erant? Homo es, ad Adam pertines. Pertine ad filium hominis, & forte dicit tibi, Nam non dico vos seruos, sed amicos, quoniam quae audiui a patre meo, nota feci vobis, Sed discipulis hoc dixit, Apostolis illis hoc dixit: non debemus contristari quia nondum tales sumus. Et tamen etiam ipsis quomodo hoc dixit, Omnia quae audiui a patre meo nota feci vobis: Puto quia in spe dixit hoc, nondum in re: puto quod facturus erat, non quod erat, non quod iam fecerat. Et vnde probatur cum ille dicat, nota vobis feci, non dicat, nota facia? Quia dicuntur quaedam in scripturis de praeterito, cum intelligantur de futuro. Quomodo dicuntur de praeterito, cum intelligatur de futuro? Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Nodum factum erat & tamquam factum annuntiabatur quod futurum erat. Salvos nos fecit per lauacrum regenerationis. Alio autem loco ipse dicit, Spe salui facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Spe salui facti sumus, non nisi de praeterito dicimus: & quoniam spe salui facti sumus nodum re, adhuc futurum est quod speramus. Na iam videmus & tenemus, sed nodum res, sed spes. Quod enim videt quis, inquit, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Et tamen salui facti sumus, & tamen adhuc salutem speramus, & expectamus, nondum tenemus. Sic & dominus discipulis ait, Omnia quae audiui a patre meo, nota vobis feci. Si hoc iam factum erat, quare alio loco dicit illis. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo? Certe omnia quae audiui a patre meo nota feci vobis. Sed cum dicit, Non potestis illa portare modo: & dicit, habeo vobis dicere, differt non aufert. Propter certam ergo spem, quia sine dubio sciebat id se fuisse facturum, apud illum tanquam factum computabatur, & ideo dicebat, Nota vobis feci. Quadiu ergo sumus in corpore peregrinamur a domino, Per fidem enim ambulamus non per speciem. Quatum nobis datur & fide teneamus, & de iustitia dei

Roma. 9.

1. Corin. 3.

Ioan. 15.

Ioan. 15.

Psal. 11.

Titum. 3.

Roma. 8.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

1. Corin. 5.

non dubitemus: iniquitate apud illum esse omnino non credamus, ne in magna voragine impietatis veniamus: & cum perfecta fide tenuerimus, nulla apud eum esse iniquitatem, & si illam modo non videmus, id est, aequitate quae est apud ipsum, finiatur via & veniemus ad patriam. Non potest videri tempore fidei, videbitur tempore speciei. Nunc enim per fidem ambulamus, tunc per speciem. Quid est per speciem? Speciosus forma praefiliis hominum: quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Qui diligit me, inquit, mandata mea custodit, & qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum. Et quid illi dabis? Et ostendam meipsum illi. Haec erit species quando faciet quod dixit, & ostendam meipsum illi. Ibi aequitate dei videbis, ibi sine codice in verbo leges. Ergo cum viderimus eum sicuti est, iam transiet peregrinatio nostra, postea vero gaudebimus gaudio angelorum. Haec enim in via. Quid est via? Fides est. Propter fidem tuam factus est deformis Christus, manet autem speciosus Christus, Speciosus forma praefiliis hominum videbitur post peregrinationem. Modo autem fide qualis videtur? Et viderimus eum & non habebat speciem neque decorum, sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius, hoc est, vultus eius. Despectus & deformis positio eius, homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitates. Deformitas Christi te format. Ille enim si deformis esse nolisset, tu formam quam perdidisti non recepisses, pendebat ergo in cruce deformis, sed deformitas illi pulchritudo nostra erat. In hac ergo vita deformem Christum teneamus. Quid est deformem Christum? Absit mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Haec est deformitas Christi. Nunquid dixi me aliquid scire in vobis nisi via? Haec est via, credere in Christum crucifixum: huius deformitatis signum in fronte portamus: de ista deformitate Christi non erubescamus. Hanc viam teneamus, & ad speciem perueniemus. Cum peruenierimus ad speciem, aequitate dei videbimus: & iam non erit ibi dicere, quare huic subuenit, & huic non: quare iste adductus est a gubernatione dei ut baptizaretur: ille autem cum bene catechumenus vixerit, subito ruina mortuus est, & ad baptisimum non peruenit: ille cum scelerate vixerit, cum luxuriosus, cum moechus, cum scenicus, cum venator agrotavit, baptizatus est, discessit, peccatum in eo conuictum est, peccatum in eo deletum est. Quere merita, non inuenies nisi poenam, quare gratiam, O altitudo diuitiarum. Petrus negat, latro credit. O altitudo diuitiarum. Hoc nos putas perscrutari posse, quod Apostolus beatus expauit? Et cum tantam profunditatem & altitudinem inspiciens contremisceret, exclamauit, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Quid enim dixerat ante, ut ad hanc exclamationem veniret? Rem dixerat, vbi si non credatur deo, quia non est iniquitas apud deum, iniquitas iudicabitur. Gentibus dicebat, fidelibus dicebat de Iudaeis, Sicut vos, inquit, non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate, sic & hi non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim omnes deus in incredulitate, ut omnium miseretur. Hinc postea Paulus dixit, Et quae ista ratio est aequitatis & iustitiae dei, concludere omnes in incredulitate ut omnium miseretur? Quare tu rationem, ego expauesca altitudinem. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, Tu ratiocinare, ego mirari: tu disputa, ego creda: altitudinem video, ad profundum non peruenio. O altitudo

Psal. 4. 4.

Ioan. 1.

Ioan. 13.

1. Ioan. 13.

1. Corin. 13.

E

Gala. 6.

F

Roma. 11.

Roma. 9.

Roma. 11.

Gnatio diuitiarum sapientia & scientia dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius: forte expositur? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Requieuit, quia inuenit admirationem, nemo quarat a me occultorum rationem. Ille dicit, Inscrutabilia sunt iudicia eius, & tu scrutari venisti? Ille dicit, Inuestigabiles sunt via eius, & tu inuestigare venisti? Si inscrutabilia scrutari venisti, & inuestigabilia inuestigare venisti, crede, iam peristi. Tale est velle scrutari inscrutabilia & inuestigabilia inuestigare, quale est velle inuisibilia videre, & ineffabilia fari. Ergo edificetur domus, cum peruenerit ad dedicationem, tunc fortasse inueniet istorum occultorum apertissimam rationem.

Roma.ii.

Gala.6.

Ser. XXI.

Gala.6.

Joan.19.

Proter.5.

De uerbis Apostoli, Inuicē onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.  
Sermo XXIII.

**V**ia lex veteris testamēti scilicet custodita timorem habebat, non potuit apertius significari noui testamēti donum esse charitatem, quam hoc loco ubi Apostolus ait, Inuicē onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim legem Christus dicere intelligitur, quia ipse dominus precepit ut nos inuicem diligamus, tantum in ea sententia precepti pondus constituens ut diceret, In hoc cognoscent quoniam discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officium est, Inuicē onera uestra portate: sed hoc officium non est sempiternum. Perducat sanē ad beatitudinem sempiternam in qua nulla erūt onera uestra que inuicem portare iubeamur: nunc uero cum in hac uita, id est, cum in hac uia sumus, onera uestra inuicem portemus, ut ad eā uitam que caret omni onere peruenire possimus. Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulam transeunt pascuarū gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorum que gestant in cornibus super inuicem portent, ita ut posterior super anteriore ceruice proiecta caput collocet. Et quia necesse est unum esse qui ceteros precedens non ante se habeat cui caput inclinet, vicibus dicuntur id agere, ut lassatus sui capitis onere, ille qui praeceperit post omnes redeat, & ei succedat cuius ferebat caput cum ipse praeiret: ita inuicem onera sua portantes fretum transeunt, donec ueniāt ad terrā stabilitatem. Istam certiorum naturam fortasse intenderit Salomon cum ait, Certius amicitia & pullus gratiarum colloquatur tecū. Nihil enim sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamen inuicem portarem onera uestra, si unum tempus esset infirmitatis amborum qui onera sua sustinent: aut enim unum infirmitatis genus, sed diuersa tempora: aut eadem tempora & diuersa genera infirmitatis faciunt ut onera uestra inuicem portare ualeamus. Verbi gratia. Iram fratris tunc portabis cum tu aduersus eum non irasceris, ut rursus eo tempore quo te ira preoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate supportet. Hoc exemplum ad id pertinet cum diuersa sunt tempora portantium onera uestra, quantum ipsa diuersa non sit infirmitas, in ambobus enim ab inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum uidentur esse, ueluti, Si quis in se loquacitatem uicerit, & pertinaciam nondum uicerit: alius uero sit adhuc loquax, sed etiam pertinax non sit: debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciam,

donec illud in illo, & istud in isto sanetur charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus si uno accidat tempore, tolerare se inuicem non ualent, cum aduersus se intenditur. Nam aduersus aliquem tertium & duo irati sibi conueniunt & se tolerant: quanquam nec tolerare se inuicem dicendi sunt, sed potius se inuicem consolari: sicut & tristes de una re magis se portant, & quasi incumbunt sibi, quam si unus tristis esset, & alius gauderet: si autem aduersus se tristes sunt, prorsus se tolerare non possunt. Et ideo in huiusmodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa aegritudo de qua uis parte alium liberari, & sic suscipienda, ut ad auxiliū, non ad aequalitatem miseriam ualeat: quemadmodum se inclināt qui manū iacenti porrigit. Non enim se proicit ut ambo iaceant, sed incuruat tantum ut iacentem erigat. Neque uilla res officiosum istum laborē, ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, sicut cum cogitamus quanta pro nobis pertulerit dominus. Hinc enim admonēs ait Apostolus, Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanīuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliāuit semetipsum factus obediens usque ad mortē, mortem autem crucis. Superius enim dixerat, Non que sua sunt unusquisque intendentes, sed ea que aliorum. Huic sententiā contexit quod dictum est. Nam ita sequitur. Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu: ad hoc duntaxat, ut quemadmodum ille in eo quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata uestra suscepit, non attendit sua, sed uestra, ita & nos libenter ad eius imitationem inuicem onera uestra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, qua ille suscepit hominem, nos autem homines sumus, & considerare debemus quod aegritudine siue animae siue corporis, quam in homine alio uiderimus, etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei cui infirmitate portare uolumus, quod ab illo nobis uelimus exhiberi: si forte nos in ea esse, & ipse non esset. Ad hoc pertinet quod ipse Apostolus ait, Omnia omnibus factus sum, ut omnes lucrifacerem: cogitatio scilicet in eo uitio etiam se esse potuisse uideat, ut libere alium liberare: cōpatiēdo enim potius id agebat, non mentiendo sicut quidā suspicantur, & hi maxime qui mendacijs suis defendendis que negare non possunt, alicuius magni exempli patrociniū requirunt. Deinde etiam illud cogitandum, nullū esse hominē qui non possit habere aliquid boni quod tu nondū habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quae cogitatio ad cōtundendam, & edomandam superbiam ualeat. Ne arbitreris, quoniam tua quaedam bona eminent & apparent, ideo alterū nulla habere que lateant, & fortasse maioris poderis bona quibus te superat nescientē. Non enim falli nos, aut adulatione potius uti Apostolus iubet cum dicit, Nihil per contentione neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterū existimātes superiores sibi. Nō hoc ita debemus existimare, ut nō existimemus, sed nos existimare fingamus: sed uere existimemus, posse esse aliquid occultū in alio quo nobis superior sit, etiam si bonū nostrū quo illo uidemur superiores esse non sit occultū. Istae cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem, non solum aequo animo, sed etiam libentissime sustineri. Nullo modo autem de quoquam homine incognito ferēda sententia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur, & ideo

Philippia.

M. i. Corin. 9.

Philipp. 2.

In amicitia receptus.

Math. 9.

Joan. 1.

Math. 7.

i. Corin. 8.

Gala. 6.

Sermo XXI.

**A** ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bonorum nos delectant & tenent. Nullius itaque repudianda est amicitia se se ingerentis ad amicitiam copulandam, non ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur, atque ita tractetur ut recipi possit. Illum enim receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia consilia uestra refundere audeamus. Et si sit quisquam, qui se non audeat ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocatur, descendendum est ad eum, & offerendum illi quadam comitate & submissione animae, quod petere per semetipsum nō audeat. Sanē, quanuis raro, tamen aliquotiens accidit, ut eius quem uolumus in amicitiam recipere, prius nobis innotescat mala quam bona, quibus offensus & quodammodo percussus relinquitur eum, & ad bonorum eius que forte occultiora sunt indagatiōnem non peruenerimus. Admonet itaque dominus noster Iesus Christus, qui nos uult effici imitatores suos, ut eius infirma toleremus, ut ad quaedam sana, in quorum delectatione acquiescamus, per charitatis tolerantiam perducamur. Ait enim, Non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus. Ideoque si propter Christi charitatem etiam eum qui ex omni parte fortassis aegrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per uerbum dei: quāto minus eum qui propter nos uideri potest totus aegrotus, quia quaedam eius faucia in primo ingressu amicitiae non potuimus sustinere, & quod est grauius cum offensione animi de toto homine ausi sumus temerariam praedicij ferre sententiam, non timentes quod dictum est, Nolite iudicare ne iudicemini, & in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur uobis. Sape autē illa que bona sunt prius apparent, in quibus etiam temerariam beneuolentiae iudicium cauendum est: ne cum totum bonum putaueris, ea quae postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant, & grauius offendant, & eum que temere dilexeras, acerbius oderis: quod nefas est, quia etiam si nulla eius bona praecederent, & haec quae postea apparuerunt mala prius eminent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres quibus talia sanari solent: quantum magis cum ea bona praecesserunt, quae tanquam pignora nos debent ad posteriora toleranda constringere. Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera uestra portemus. Christum autem diligendo facile sustineamus infirmitatem alterius, etiam que nondum propter sua bona diligimus, Cogitamus enim quia ille quem diligimus dominus propter eum mortuus est. Ipse enim domini charitatem nobis Apostolus ingessit, cum diceret, Et peribit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est: ut si illum infirmum propter uitium quo infirmus est minus diligimus, illum in eo consideremus qui mortuus est propter ipsum. Christum autem non diligere, non infirmitas sed mors est. Quapropter ingenti cura & implorata dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

De istem uerbis Apostoli, quibus in sermone praecedenti:  
Sermo XXIII.

**M**nes nos per Apostolum admonuit ueritas, ut inuicem onera uestra portemus, & in eo ipso quo nos admonet ut inuicem onera uestra portemus, quo fructu id faciamus ostendit, adiungens dicit, & sic adimplebitis legem Christi. Quae non implebitur, nisi inuicem onera uestra portemus. Quae

sunt onera ista, & quemadmodum portanda sint, quoniam quidem omnes pro uestris uiribus conari debemus implere legem Christi, adiuuante domino conabor ostendere. Quiddam me demonstraturū esse proposui, memento te ut exigatis, ut cum reddidero non petatis. Hoc me demonstraturū esse proposui, adiuuante domino intentionem meam, & pro me oratione uestra, quae sint onera quae inuicem nos iubet, ut portemus, Apostolus, & quemadmodum portanda sint. Hoc si fecerimus, illud ubi fructum posuit sua sponte consequitur, ut impleamus legem Christi. Dicit aliquis, Obscure enim Apostolus locutus est, ut tu coneris exponere, quae sint ista onera, uel quemadmodum inuicem sustinenda. Est illic quaestio quae nos cogit onera distinguere, & in ipso quippe capitulo lectionis habes ibi positum, Unusquisque autem proprium onus portabit. Iam ergo occurrit sensibus uestris. Si unusquisque onus proprium portabit, quomodo dicit, inuicem onera uestra portate, nisi quia onera uestra distinguenda sunt, ne sibi contraria loqui putetur Apostolus, Non enim longe, non enim in alia epistola, nō enim in hac ipsa longe superius aut inferius, sed in eo ipso loco, ubi tibi sint eadem uerba contigua utruque posuit. Et quia unusquisque proprium onus portabit, & quod admonuit & hortatus est, ut inuicem onera uestra portemus. Alia ergo sunt onera in quibus unusquisque proprium portat, nec portat cum alio alter, nec proicit in alterum: & alia sunt onera in quibus recte dicis fratri, porto tecum, aut porto pro te. Si ergo distinctione opus est, nō est facilis intellectus. Contra eos ergo qui putabant posse hominem contaminari peccatis alienis, respōdit Apostolus, Unusquisque onus proprium portabit. Item contra eos quibus per hoc posuit negligentia subintrare, ut quasi securi facti quod non contaminarentur peccatis alienis neminem curarent corrigere, inuicem onera uestra portare breuiter dictum, breuiterque distinctum est, & quantum existimo manifestationem ueritatis non impediunt. Nam & breuiter audistis, & cito intellexistis. Corda uestra non uidi, sed testes cordis uoces audiui. Iam ergo tanquam de intellectis securi, aliquanto latius differamus, non ut intelligendum infinetur, sed ut quod intellectum est commendetur. Onera que unusquisque sua portat peccata sunt. Has detestabilium onerum sarcinas portantibus hominibus, & sub eis frustra sudantibus, dominus dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Quomodo reficit peccatis oneratos, nisi indulgentia peccatorum? Concionator mundi, de quadam specula excelsae auctoritatis exclamat, Audi genus humanum, audite filij Adam, audi genus laboriosum & infertuosum: uideo laborem uestrum, uideite donum meum, scio laboratis & onerati estis, & quod est miserius perniciosas sarcinas uestris humeris alligatis, adhuc quod peius est onera addi uobis petitis, non depōni. Quis nostrum breui tempore potest multiplicitate & uarietate harum differere sarcinarum? Tamen inde pauca commemoremus, & de his cetera coniectemus. Videte hominem oneratum sarcina auaritia, uideate illum sub hac sarcina sudantem, anhelantem, siccantem, & laborando sarcinam addentem. Quid expectas o auare, amplectens onus tuum & lācenas cupitatis alligans malam sarcinam sub humeros tuos? Quid expectas? Quid laboras? Quid inhias? Quid concupiscis? Nempe fatiare auaritiam. O uota inania & facta nequissima. Expectas ergo fatiare auaritiam. Illa te

Gala. 6.

Onera diuersa.

Gala. 6.

Math. 11.

Math. 23.



**G** potest premere, tu illam non potes satiare. An forte non est gravis? Usque adeo sub hac sarcina sensum etiam perdidisti? Non est gravis avaritia? Quare ergo te de somno excitat, quæ te aliquando etiam dormire non sinis? Et fortasse habes cum illa alterum onus pigritiæ, & ista duo nequissima onera secumque pugnancia premunt te, & dilaniant te. Non enim paria imperant, non enim similia iubent. Pigritia dicit, dormi: avaritia dicit, surge: pigritia dicit, noli pati frigidus dies: avaritia dicit, tolera in mari etiam tempestates. Illa dicit quiesce: illa non sinit quiescere, iubet non solum procede, sed & nauiga trans mare, quære terras quas ignoras, merces in India deportandæ sunt, non nosti linguam Indorum, sed intelligibilis videtur sermo avaritiæ. Venies ignotus ad ignotum, das, accipis, emis, portas, periclitatus venisti, cum periculo redis, exclamas in mari exagitatus tempestate, deus libera me. Non audis respondentem, Quare? Misi te? Avaritia tibi iussit ut acquireret quod non habebas, ego tibi iussit ut sine labore ante ostium tuum pauperi dares quod habebas. Illa te ad Indos misit ad deportandum aurum, ego tibi ante ostium Christum posui, à quo emeret regnum celorum.

**H** Laboras in iussione avaritiæ, in iussione mea non laboras. Ambo iussimus, non audisti me, cui obaudisti liberet te. Quam multi has sarcinas portant, quanti mihi modo contra ipsas sarcinas loquenti sub ipsis positi exclamant. Cum sarcinis intrarunt, cum sarcinis exeunt, avari ingressi sunt, avari discedunt. Ego loquendo contra istas sarcinas laboravi, si clamatis, ponite quod portatis. Postremo me nolite audire, imperatorem vestrum audite clamantem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Non enim venitis, nisi laborare desinat. Vultis ad me currere, sed cum grauius sarcinis non potestis. Venite, inquit, ad me qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Do veniam præteritorum peccatorum, tollam quod premebat oculos vestros, sanabo quod nocuit humeris vestris. Tollam quidem sarcinas, sed inanes à sarcinis non dimittam. Tollam sarcinas malas, & imponam bonas. Cum enim dixisset, Et ego vos reficiam, adiunxit, Tollite iugum meum super vos. Male te subingauerat cupiditas, salubriter te subiuguet charitas. Tollite iugum meum super vos, & discite à me. Si vobis viluit humanum qualescunque magisterium, discite à me. Christus clamant magister, vnicus filius dei, solus verax, verus, veritas clamant, discite à me. Quid? Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt? Nunquid hoc ab eo discere poterimus, mundum fabricare, coelum luminibus implere, diei noctisque vicissitudines ordinare, tempora & secula iubere percurrere, seminibus vim tribuere, animalibus terram implere? Nihil horum nos iubet discere magister celestis, illa facit ut deus. Sed quia iste deus & homo esse dignatus est, in eo quod deus est audi ut recreeris, in eo quod homo est audi ut imiteris. Discite, inquit, à me, non mundum fabricare & creare naturas, nec illa quidem alia quæ hic latens deus, homo manifestus effecit: nec ipsa dicit, discite à me febres ab ægrotantibus pellere, fugare demonia, mortuos suscitare, ventis & fluctibus imperare, super aquas ambulare, nec hoc dicit, discite à me. Hæc enim dedit quibusdam discipulis suis, quibusdam non dedit. Hoc autem discite à me, omnibus dicit, ab hoc præcepto nemo se excuset, discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quare dubitas hanc sarcinam ferre? Hæc

Math. 11.

Ioan. 1.

Math. 11.

sarcina gravis est, humilitas & pietas? Hæc sarcina gravis est, fides, spes, charitas? Ista enim humilem, ista mitem reddunt. Et vide quia oneratus non eris, si ipsum audieris. Iugum enim meum leue est, & sarcina mea leuis. Quid est, leuis est? Quid si habet pondus, sed minus? Plus habet avaritia, minus iustitia. Nolo sic intelligas. Hæc sarcina non est pondus onerati, sed ala volaturi. Habent enim & aues pennarum suarum sarcinas. Et quid dicimus? Portant illas, & portantur. Portant illas in terra, portantur ab illis in celo. Tu si misericordiam velis præbere aui, præsertim ætate & dicas, miseram istam auiculam onerant pennæ & detrahas onus hoc, in terra remanebit, cui subuenire voluisti. Porta ergo pennas pacis, alas accipe charitatis. Hæc est sarcina, sic implebitur lex Christi. Distincta sunt onera. Videte nunc nescio quis avarus intrat, nosti illum aurum, stat tecum, & tu non es avarus, sed etiam misericors, das pauperi quod habes, non inhias in ea quæ non habes, audis dicentem Apostolum, Præcipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruentium: diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam. Audisti, agnouisti, didicisti, tenuisti, fecisti. Fac quod facis, noli pigrescere, noli cessare, Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Bene fecisti homini, ingratus est homo, non te peniteat bene fecisse, ne fundas poenitendo quod impleuisti miserando: dic in corde tuo, Non videt iste in quæ feci, videt ille propter quem feci, quia iste si videret, si ingratus non esset, sibi potius quam mihi prodesset. Ad deum me teneam quem non latet quod facio, non solum quod facio, sed etiam quo corde facio, illum sperem retributorem, qui facti mei non quæret testem. Talis es, & forte in populo dei stat iuxta te avarus raptor inhians rebus alienis. Quem nosti talem, & fidelis est, vel potius fidelis vocatur, non cum potes de Ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigando & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare, noli timere, vnusquisque proprium onus portabit, memento Apostoli ut securus accedas, vnusquisque proprium onus portabit: tantummodo tibi non dicat, porta mecum. Nam si cum illo communicare volueris avaritiam, onus non minuitur, sed duo grauiabuntur. Portet ergo sarcinam suam, & tu tuam, quoniam quædo ex humeris dominus tuus talem sarcinam excussit, alteram imposuit. Excussit cupiditatis, imposuit charitatis. Ergo secundum cupiditates malas vnusquisque sarcinam suam portat, malus malam bonus bonam. Conuerte te iam & ad illud præceptum, Inuicem onera vestra portate. Habes enim sarcinam Christi, unde portes cum altero onus proprium. Pauper est, diues es, onus illius paupertas est, tu tale onus non habes. Vide ne forte cum te interpellauerit paupertas, dicas, vnusquisque onus proprium portabit. Hic alterum præceptum audi, Inuicem onera vestra portate. Paupertas non est onus meum, sed est onus fratris mei. Vide ne diuitiæ sint maius onus tuum. Nam non habes onus paupertatem, sed habes onus diuitias: si bene intendas, onus est, ille alterum onus habet, tu alterum. Porta cum illo, & portat tecum, ut inuicem onera vestra portetis. Quid est onus paupertatis? Non habere. Quid est diuitiarum onus? Plus quam opus est habere. Et ille oneratus est, & tu oneratus es. Porta cum illo non habere, portet tecum plus habere, ut fiant æquales sarcinæ

1. Timo. 6.

L

Math. 10.

Galat. 6.

Vbi supra.

Onus paupertatis diuitiarum.

**A** cinæ vestra. Si enim dederis indigenti, minus illi non habenti onus ipsius quod erat non habere, si ei dederis, incipit habere: minus est illi onus quod vocatur non habere, minus & ipse onus tuum quod vocatur plus habere. Duo ambulatis viam dei in peregrinatione huius seculi, tu portabas sumptus magnos superfluos, ille autem sumptus non habebat, adhæsit tibi comes tuus esse desideras, noli negligere, noli spernere, noli relinquere. Non vides quantum portes? Nihil portanti & non habenti da aliquid, & comitem adiuuabis, & te reuelabis. Apostolica sententia satis, quantum opinor exposita est. Non vobis fumos vendant qui dicunt, Sancti sumus, non portamus sarcinas vestras, ideo vobis non communicabimus. Maiores isti portant sarcinas diuisionis, maiores isti portant sarcinas præcisionis, sarcinas schismatis, sarcinas hæresis, sarcinas dissensionis, sarcinas animositatis, sarcinas falsorum testimoniorum, sarcinas calumniolarum criminationum. Has sarcinas conati sumus, & conamur deponere de humeris fratrum nostrorum. Illi amant tenentes illas ad se, minores esse nolunt, quia ipsis sarcinis tumerunt. Nam & qui ponit sarcinam quam gestabat collo quasi minor sit, sed pondus posuit non staturam. Sed ego, inquis, non communico peccatis alienis, quasi hoc dicam, veni communica peccatis alienis. Non hoc dico, noui quid dicat Apostolus, sed illud dico propter peccata aliena. Si vera essent, & non tua magis essent, gregem dei mixtum ouibus & hædis non desereres, aream dominicam quamdiu palea trituratur non relinqueres, retia dominica quamdiu bonos & malos pices ad litus trahit non dirumperes. Et quomodo, inquis, ferrem quem noui malum? Nonne melius ipsum ferres, quam te foras efferres? Ecce quomodo ferres si attenderes Apostolum dicentem, vnusquisque proprium onus portabit. Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares avaritiam, sed comunicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit, Qui enim manet ducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sibi non tibi. Sanè si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula si apud te accusatur, si innumeris documentis testibusque conuincitur, coërce, corripe, excommunica, degrada. Sic vigilet tolerantia, ut non dormiat disciplina. Sed damnatus est, inquit, Cæcilianus. Damnatus. A quibus? Primo absens, deinde à traditoribus innocens. Allegata sunt ista, gestis inserta, probata sunt. Eneuare quidam vires veritatis conati sunt, & inanum nebulis persecutionum, eius serenitatem nebulare quantum potuerunt enisi sunt; affuit dominus, vicit serenitas eius nebulas eorum. Et videte quomodo nescientes absoluerunt Ecclesiam orbis terrarum, cuius cõmunionem gaudemus, qualescunq; in ea simus, non ipsos nos, sed ipsam tuemur, defendimus, obtinemus aream dominicam defendendo. Pro area dominica clamo, tu quis in ea sim nolo cures. Ventilabrum expecto, nolo, inquam, ut cures, aut si curare vis, noli cum lite curare, vi possis fratrem sanare. Cura paleam, si potes, sed triticum noli relinquere, si paleam curare non potes. Excitantur aliquando de area dominica & paleæ, interdum & grana, sed non longe. Sunt autem operarij boni, circumueant aream, & ea quæ foris excussa sunt quibusdam mundatoriis, trahunt & reuocant in aream, & si trahendo, & si cogendo. Mundatoria instrumenta sunt leges ista mundanæ. Reuoca, etiam cum terra trahit triticum, ne propter terram pereat Tomus decimus.

Math. 13.

Galat. 6.

1. Corin. 11.

Math. 3.

triticum. Damnatus est, inquit, Cæcilianus, damnatus est semel absens, ter absolutus est præsens. Respondimus eis, & homines indociles, quantum potuimus breuiter de suis factis admonuimus & diximus, Quid recitatis contra Cæcilianum concilium septuaginta Episcoporum sententias in absentem proferentium? Plures prolatae sunt à Maximinianistarum concilio contra absentem Primianum. Diximus, absens ab illis damnatus est Cæcilianus, absens ab istis damnatus Primianus. Quomodo isti non præiudicant absenti Primiano, sic & illi præiudicare non potuerunt absenti Cæciliano. Quid eos putatis in hac angustia respondisse? Quid enim diceret? Quod euaderent inclusi retibus veritatis? Ut hæc retia violenter rumperent, quid dixerunt breuiter & absolute pro nobis? Equidem multa, & penè omnia pro nobis, sicut gesta indicabunt, quæ iam vestra charitas proponenda lectura est. Sed hoc loco rogo vos, obsecro per Christum, ut teneatis, dicatis, in ore semper habeatis. Nō potuit enim pro nobis breuior, & certior, & liquidior ferri sententia. Quid ergo dixit, cum hoc obiceremus, sic non præiudicant isti Cæciliano, quomodo nec illi Primiano. Et ille defensor illorum, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. O responsum breue, liquidum, verum. Non enim sciuit quid dixit, sed Caiaphæ similis cum esset pontifex prophetauit. Nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ. Si nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat, ergo vnusquisque sarcinam suam portat. Eat nunc & obiciat tibi Cæcilianum, non tibi cuiuscunq; homini, sed ipsi orbi terrarum obiciat Cæcilianum. Quod cum facit, innocentem obicit innocentibus. Profrus gesta iudicabunt. Liquidissime purgatus est Cæcilianus. Sed fac eum non purgatum, fac criminiosum inuentum. Audi vocem tuam ab orbe terrarum. Nec causa causæ, nec persona personæ præiudicat. Anima hæretica, insanabilis, animosa, cum tu in te sententiam dicas, iudicem quid accusas? Si illum ego corrumptum, ut iudicaret pro me, te quis corrumptum ut damnaret te? Utinam hæc aliquando cogitent, vel fero cogitent, vel detumescente animositate cogitent, ad se redeant, se interrogent, se discutiant, sibi respondeant pro veritate, non timeat eos quibus falsitate diuissime vendiderunt. Ipsos enim timent offendere, erubescunt humanam infirmitati, & non erubescunt inuictissimè veritati. Utique hoc timent ne dicatur eis, Quare ergo nos deceptis? Quare nos seduxistis? Quare tanta mala & falsa dixistis? Respondere deberent, si deum timerent. Humanum fuit errare, diabolicum est per animositate in errore manere. Melius quidem erat, si nunquam errarem, sed vel quod secundum est faciamus, ut errorem aliquando emendemus. Decepimus, quia decepti eramus, falsa præiudicauimus, quia præiudicantibus falsa credidimus. Dicant suis, simul errauimus, simul ab errore recedamus. Duces vobis fuimus ad foueam, & secuti estis cum duceremus ad foueam, & non sequimini cum ducimus ad Ecclesiam? Possent ista dicere, indignantibus dicerent, iratis dicerent, aliquando & illi ponent indignationem, amarè vel fero vnitatem. Nos tamè fratres patientes circa illos simus. In seruire sunt & timore oculi quos curamus, non dico ut curare cessemus, sed ut non insultantibus ad maiores amaritudines prouocemus, rationem leuiter reddamus, non de victoria superbe exultemus. Seruum enim domini litigare non oportet, & si trahendo, & si cogendo. Mundatoria diuersa sentientes, ne forte det illis deus poenitentiam,

Ioan. 1.

1. Timo. 5.



Ephes. 5.

G verba, Apostolus dixit. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Facio ergo calumniam Christiano illi, velit nolit, dat mihi aliquid vt tepus redimat, quia Apostolum audiuit. Dic mihi, Si illi dicturus sum, perde aliquid, vt sis ociosus: tibi no sum dicturus calumnie, perdit, fili diaboli, quare res alienas auferre moliris? Causam non habes, & calumnia plenus es. Si ergo illi dixeris, illi da aliquid, vt recedat a calumnia, tu vbi eris qui habebas de calumnia pecuniam? Ille qui propter vi tandam calumniam tempus a te redimit, hic tolerat dies malos: tu autem qui de calumniis pascaris, hic habebis dies malos, & post istos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hoc forte rides, quia pecuniam rapis. Ride ride, & contemne, ego erogem, veniet qui exigat.

Acto. 4.

De uerbis sancti Lucae in Actibus Apostolorum, Nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum proprium esse dicebat.

Sermo XXV. Hic sermo habetur inter Ambrosianos, numero 9. & 29.

Egimus in libro, qui Apostolorum actibus adscribitur, tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse, ita populi Christiani floruisse primitias, vt post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet, & nemo suum aliquid vendicaret, sed iure fraternitatis essent illis cuncta communia, scilicet vt qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem consortio fruerebantur & vitae: hoc est, vt quibus erat vna fides, esset vna substantia, & quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. Nefas enim putabant religiosi viri cum sibi participem non asciscere in substantia, qui particeps erat in gratia; atque ideo charitate fraternitatis omnibus comuniter utebantur, quia maior est fraternitas Christi quam sanguinis. Sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert, Christi autem fraternitas vnanimitatem cordis animaeque demonstrat, sicut scriptum est, Erat autem credentium cor atque anima vna. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore quam vnanimitate germanus est: verius, inquam, frater est, cuius idem spiritus & voluntas in fratre est. Melior ergo est, sicut dixi, fraternitas sanguinis, Christi fraternitas, quoniam interdum illa sibi inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se communia cum emulatione diuidit, haec etiam cum gratulatione communicat. Illa in consortio saepe despiciat germanos, haec assumit frequenter alienum.

Acto. 4.

Frater verus quis?

H Tanta ergo, sicut dixi, illo in tempore Christianae plebis deuotio fuit, vt nemo domum suam diceret, nemo proprium aliquid vendicaret, sicut ait sanctus Lucas, dicens, Nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum proprium esse dicebat. Non enim, inquam, erat quisquam egens inter ipsos. Beata igitur plebs, quae dum plures in Christo habet diuites, nullum in seculo habet indigentem, & quae dum aeternas cogitat diuitias, a fratribus temporalem repulit paupertatem. Vendebant enim, sicut ait scriptura, praedia, & domos suas, & pecunia venditorum ante pedes Apostolorum ponebant, vt erogaretur pro vni cuique opus erat. Videte sanctorum virorum fidem, quem admodum propter Christum toto se expoliabant patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebant: non enim verebantur ne esurirent ipsi, dum timebant ne alius esuriret. Haec igitur sub Apostolis fuit plebis deuotio. Modo quid simile reperimus? Et certe Christus in nobis, idem quidem Christus in nobis, sed non idem animus in nobis. Eadem plebs fides, sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat, vt illud sit quod dicit Apostolus, Alius quidem esurit, alius ebrius est: sed

Acto. 4.

1. Corin. 11.

etiam diripiunt aliena: non solum, inquam, colligentes pecunias suas ad pedes Apostolorum non deferunt, sed etiam confugientes fratres suos pertrahunt a pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus, quod describit beatus Apostolus dicens, In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum, & refrigescet charitas. Modo abundat auaritia & iniquitas, quae ante largitatis bonitate cessabant: & refrigescit charitas fraternitatis, quae prius Christi amore feruebat. Tanta enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, vt tunc in conuentu suo non inueniretur indigentia. Tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, vt in coetu nostro vix inuenias locupletem: locupletem autem non tam facultatibus dico vix inueniri, sed operibus. Ait enim Apostolus, Diuites sint in bonis operibus. Locupletem enim in ecclesia intelligi voluit, qui diues in Christo est. Nam & ibi quod ait, sub Apostolis neminem indigentem fuisse, ostendit vtique tanta eos gratia fuisse fidei praeditos, vt omnes caelestium diuitiarum abundauerint largitate. Raro igitur hoc tempore inuenimus in Christiano populo locupletem, & si plerique in domibus auro sint diuites, tamen in Ecclesia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod praualent operantur, nec hoc est gratum, quod offerunt, nec illud est fatiabile quod reseruant. Dicit dominus ad Cain cum offerret munera, Si autem recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. Sic & tu Christiane non recte diuidis, qui de tanto auro tuo maiorem partem mammonae seruas quam deo largiris. Sic namque Ananias in actibus Apostolorum, dum putat se recte offerre, & non recte diuidit, pecuniam quam obtulit perdidit, & quam domi seruauit amisit: pecuniam, inquam, pariter perdidit & salutem. Dum enim ex eo quod promiserat partem subtraxit, sacrilegij simul condemnatur & fraudis. Sacrilegij, quod deum in pollicitatione fefellerit. Fraudis, quod integris muneribus portionem quandam putauerit subtrahendam. Ait enim apostolus Petrus, Non es mentitus hominibus, sed deo. Si ergo fratres Ananias condemnatur, quod non totum dedit quod de suo ipse promiserat, quid censemus de eo qui non vult reddere quod alius repromisit? Videte ergo & vos fratres quid promiseritis deo, cum primum fidei gratiam percepistis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites, facite quod polliciti estis, ne dicatur & vobis quod Ananiae dictum est, Non mentiti estis hominibus, sed deo.

De uerbis sancti Lucae in Actibus Apostolorum, Petrus et Ioannes ascendebant in templum: Sermo XXVII.

Post resurrectionem Christi, quorum operum patrocinio praedicatio Apostolorum muniauerunt, lectio quam audistis exposuit. Ascendentes, inquit, Petrus & Ioannes in templum. Materiam sermoni, id est praedicationi ingressum, per signa prepararunt. Praecedere quippe stupor debuit, vt miranda rei expositio sequeretur. Fulgor ergo signorum, populorum corda percussit. Nam erat quidam a natiuitate sua claudus, qui portabatur manibus. Et mendicabat, inquit, ad speciosam portam templi. Qui cum ingredienti videret Apostolos, eleemosynam ex more poscebat. Sed cum in eum conuertissent intuitum, nihil ille claudus ultra notum solamen operiens credidit affuturam vilem de Apostolorum manibus largitatem. Sed Petrus Apostolus ait ad eum, Intede in nos. Quos cum respexisset, Argentum, inquit, & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge

K 2. Timo. 5. Math. 24.

1. Timo. 6.

Gene. 4.

Acto. 5.

Vbi supra.

M Acto. 3.

Sermo XXVI. Acto. 3.

A surge & ambula. Verborum ipsorum ordinem debemus diligenter exponere. Neque enim pertinebat ad rem, cum virtutum diuitiae sequerentur, vt sensus pauperies narretur, nisi ipsam virtute voluisset Apostolus cum sui attestacione proferre. Ne enim mirareris possessorem virtutum, antea professus est abrenunciatorem diuitiarum. Iuste namque sequebatur vt largiretur signa, qui opes contempserat. Quid hac paupertate ditius? Quid hae virtute pauperius? Testimonium ergo virtutis secutura est professio paupertatis. Vnde Apostolus loquebatur, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Quid igitur hac paupertate ditius, argentum & aurum non habeo? Sed quid habet qui argentum non habet? Eloquium vehemens, eloquium igne purgatum. Qui aurum non habet, fidem habet. Videamus quid amplius coruscet, virtus an aurum quod ita est in abscondito, vt illud videatur prouidens hominibus natura damnasse, nec exposuisse rem successuram oculis cupidorum: atque vt adiunaretur paupertas difficultate parandarum diuitiarum, cum labore fecit quaeri, quod noluerat inueniri. Ergo videamus qui aurum non habet, quid habet. Fidem habet, virtutem habet. Expendamus quod diximus, quid amplius coruscet. Aurum quod erumna perquirat, quod auaritia cupit, quod sollicitudo custodit, aurum materia laborum, periculosa res possidetium, aurum eneruatio virtutum, aurum malus dominus, proditor seruus. Ergo qui aurum non habet, quid habet? Fidem habet. Videamus vt diximus, quid amplius coruscet. Aurum quod nemo tutum habet, nisi qui semper abscondit. Aurum quod in perniciem domini fulget? Aurum quod per tenebras quaeritur, per tenebras custoditur? Aurum cuius inquisitio damnatos habet, cuius amor Iudam facit, & ne alicui sit nomen ignotum, de Apostolo traditore: aurum quod apud auarum animum praefertur Christo? In cuius appetitu congrua magister gentium autoritate detonuit, dicens, Auaritia quae est idolorum seruitus. Quid ergo amplius resfulget, aurum quod sordidus dominus habet, aurum quod amplius cruciat, apud quem largius fuerit, aurum quod amanti se nihil de sua possessione permittit, refundens ei reatum suum, cui vsum suum negat, gratis acquisitio, arummosa possessio? Nec tamen cum haec dicimus, dei creatura damnatur: sed quonia obcaccata prudentia hominum id in magnum precium receptum est, iam in infamiam rei redudat, quicquid de mala cupiditate suscipitur. Ideo ergo res illa vituperatur, vt auaritia condemnatur. Caeterum dominus ait per Prophetam, Aurum & argentum meum est. At si per se mala res esset, dei esse non posset. Verum praebet materiam misericordiae apud bonos animos, & nouo genere, tunc magis prodest quando contemnitur: vt ipsa sua conditione testetur, quia mala est rei huius possessio, cuius abdicatio fructuosa est. Praebet ergo materiam subueniendi. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. Vis ergo nosse quoniam iusti iudicis res sunt aurum & argentum? Auarus inde torquetur, inde misericors adiunatur. Exerceatur ergo rei contemptus, per contemptum vilis. Ad possessionem eius non omnes idonei, ad contemptum eius omnes idonei. Nemo ergo non potest inter eos reputari qui disperserunt tribueruntque pauperibus, iustitia eorum manet in aeternum. Nemo non inter eos reputari potest, qui bene voluerit per fugacium rerum despectum placere deo. Magnae felicitatis est conditio Christianorum, quibus claritudo regni in paupertate posita est. Possidere quod cum labore requiritur paucorum est, contemnere quod cum fructu contemnas omnium decimus.

2. Corin. 6.

Psalm.

Coloss. 3.

Aggaei. 2.

Psalm.

nium est. Felicitas ergo magna Christianorum, quibus datum est, vt paupertate faciant precium regni caelorum. Non tibi displiceat paupertas tua, nihil ea potest ditius inueniri. Vis nosse quam locuples sit? Caeli emit. Quibus thesauris conferri possit, quod videmus paupertati indultum? Vt ad regnum caelorum veniret diues, possessione sua obtinere possit: nunc obtinet, vt contemptu perueniat. Multo ergo plus fulget fides quam aurum: aurum latebris tenebre fecit animum, fides ingenito splendore conspicuat. Aurum tunc prodi non prodest, fides bono publico semper fulget dignitate fidei fiducia ipsa testatur. Aurum nec inter conuenientes tutum est, fides etiam inter pugnantem secuta est. Quid ergo donauit Apostolus pauperi censu, diues fide, lectionis ordo proloquitur. Aurum & argentum non est mihi. Sed pro his quid habet? Quod habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. De effectibus, precia rerum aestimetur. Qui aurum donabant, implebant pauperis ventrem, maius onus pedibus debilibus futurum, solabantur infirmitatem, sanitatem reddere non valebant. Ille autem qui aurum non possedit, sanitatem dedit. Deo diues est, inops auri. Aurum & argentum non habeo. Ideo igitur tantas virtutum opes praetulit. Quod habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi surge & ambula. Hoc plane non in marsupio, sed in animo tenebatur. Quid ei dedit? In nomine Iesu Christi surge & ambula. Pauperem hominem expauit infirmitas, aequa lege, & aequa potentia reges captiuosque constringens. Non potuit sustinere iustionem pauperis regibus dominans. Parum est quod infirmitatem nominamus, Pauperis imperium, etiam natura non pertulit. Ille enim claudus erat, ex vtero matris suae. Debilitas itaque quam ei inuenerat natiuitas, vi pauperis iubentis exclusa est. Quod profecto non fieret, nisi pauper Apostolus plenus esset illo deo qui est author naturae. Nihil ergo hac ditius paupertate, quid donat qui a se non habet? Virtutes largitur, & gratis confert. Quid enim potest? In nomine Iesu Christi surge & ambula. Obedientiae subditur, quod ex necessitate veniebat. Dicitur homini, Surge, quod semper optabat, sed quoniam naturalibus vinculis impeditus erat, non poterat quod volebat. Nunc autem tanta facilitate insensibilia seruiunt, vt ad nutum iubentis illa pedum infirmitas atiolaret. Surge & ambula. Et surrexit, inquit, continuo & stetit. Animo imperatur, & pedes seruiunt. Exilient, inquit Propheta, tanquam vituli de vinculis laxati. Et consolidatae sunt bases pedum eius. Quanta velocitate res agatur attendite. Vix aures debilis sermo intrauerat iubentis, & continuo vis sanitatis irrupit, & exclusa infirmitate vsui membra redduntur testimonium velocis resurrectionis est, velocitas ex debilitate surgentis. In momento, in istu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent, & nos immutabimur. Futura metire de factis. In quanto momento mortui excitentur, debilibus a natura crede vestigijs. Surrexit. Consolidatae sunt, inquit, bases pedum eius. Parum erat quod dicebatur, in vsu claudus redisse, virtus ei cum sanitate restituitur. Non enim dixit, Restituta sunt, sed consolidatae sunt bases. Tam abundantem recipiunt sanitatem, vt ferant laborem. Exilient, inquit, ambulabat. Saltus frequenter etiam sanis grauis est. Non senserunt illi pedes pigra remedia, nec velut vngenti modo lita vestigia reuocantur, ad momentum vis medicinae irrupentis ostenditur, signaturque fuga infirmitatis exclusa. Sic exilit qui sanatur a paupere. Sanatur ergo ab Apostolis caro, hoc

Acto. 3.

E

Malachi. 4. Acto. 3.

1. Corin. 15.



G ipso indicans, quid a deo suo conditore mereatur. Conuincantur itaque signis omnibus Manichæi, cuncta salutis genera quæ carni deferuntur, testimonium bonæ naturæ sunt. Digna enim diuino opere comprobantur, quæ non creduntur indigna beneficiis. Nomen autoris sui membra cognoscunt, cum eis dicitur, In nomine Iesu surge & ambula. Si esset caro a diabolo, nomen Christi formidare potuisset. Obsequium sanatorum, testimonium conditoris est. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Intulerat natura debilitatem, ad ipsam quodammodo inuocati nominis autoritas destinatur. Cognoscit qui iusserit, obsequiturque suo domino, refragatur contrario. Si caro a diabolo est, expugnanda est a Christi discipulis, non curanda. Si rationem interrogas, obligandum est quicquid inimicum est. Nolo hoc solum cogitationi credas, diuina ad hunc sensum succurrat autoritas. Dominus ait in Euangelio, Nemo ingreditur in domum fortis, ut vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. In suis ergo erat operibus diabolus alligandus, nunc autem non colligatur diabolus, sed honoratur, si res eius per signa curatur. Magni beneficii debitor Christus carni est, si quod posuit in eius salute monstrat. Non esset materia loquendi, nisi testimonium misericordie caro curata fecisset. Suffragatur prædicationi Christi caro, in ipsa est administratio signorum. Claudus surgit, ut Apostoli loquantur. Diximus quoniam si huius dei opus caro non esset, ille claudus non erat in pedibus sanandus, sed in brachiis colligandus. Nunc autem surgit claudus, ut Apostoli loquantur, prætorque sit prædicationis. Ut Christi euangelium sonet, claudus exiit. Impudenter Apostoli fecerunt, si dei eorum opus caro non esset: nunc autem quoniam id dicere sacrilegium est, non faciunt Apostoli impudenter. Caro igitur opus dei est, cum formatur opus dei est: cum conditur, opus dei est: cum producit, opus dei est: cum regeneratur, opus dei est: cum signatur, opus dei est: cum curatur, opus dei est. Quid debet diabolo, totiens opus dei: irrideantur ergo Manichæi, & propter honoré dei, carnis natura laudetur, atque omne vitium in voluntate ponatur. Spes emédationis hominibus suggeratur, ut se intelligant non carnis necessitate, sed tantum voluntatis prauitate delinquere. Nos autem carnem diuino ascribimus operi, quam videmus in Christi resurrectione diuini confortij gloria consecuta, quam a Christo conditore suo suscepit, qui viuit & regnat in secula seculorum.

De uerbis beati Petri, Audiuimus uocem delatam de caelo, hic est filius meus dilectus: Et, Habemus certiore prophetum sermonem.

Sermo XXXIX.

**F**iditium bonæ uitæ, cui vita etiam aterna debetur, recta fides est. Est autem fides credere quod nodum vides, cuius fidei merces est videre quod credis. Tempore igitur fidei tanquam tempore seminis, non deficiamus, & usque in finem non deficiamus, sed perseveremus donec quod seminauimus metamus. Cum enim auersum esset genus humanum a deo, & iaceret in delitiis suis, sicut creatore opus habebamus vt esseamus, sic saluatore vt reuisceremus. Iustus deus damnanuit hominē, misericors deus liberat hominem. Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus deus. Sed accipiunt credentes, non accipiunt contemntes. Nec de ipsa fide tamen ita gloriantur, quasi aliquid nos possimus. Non enim fides nihil est, sed magnum aliquid, quam si habes profecto accepisti. Quid enim habes quod non acce-

pisti: Videte charissimi, unde domino deo gratias agatis, ne in aliquo dono eius ingrati maneatis, & propter hoc quod ingrati estis, quod accepistis perdati. Laus fidei explicari a me nullatenus potest, sed a fidelibus cogitari potest. Porro si ex aliqua parte, ut dignum est cogitetur, quis digne cogitet, quam multis donis dei ipsius præferatur: Et si minora dei dona in nobis debemus agnoscere, quanto magis illud quod ea superat debemus agnoscere? A deo debemus esse quod sumus. Quia non nihil sumus, a quo nisi a deo habemus? Sed sunt & ligna, sunt & lapides, a quo nisi a deo? Nos ergo quid plus? Non uiuunt ligna & lapides, nos autem uiuimus. Sed adhuc nobis id ipsum uiuere, cum arboribus fructetisque commune est. Dicuntur enim & uites uiuere. Nam si non uiuerent, non scriptum esset, Occidit in grandine vineas eorum. Viuit cum viuet, arefcit cum moritur. Sed vita ista non habet sensum. Quid nos amplius sentimus. Quinquepertitus corporis notus est sensus, Videmus, audimus, olfacimus, gustamus, tactu etiam per totum corpus nostrum mollia diiudicamus & dura, aspera & lenia, calida & frigida. Est enim in nobis sensus quinquepertitus, sed hunc habent & bestie. Habemus ergo aliquid amplius nos. Et ista tamen quæ enumerauimus fratres mei, si consideremus in nobis, quantam de his gratiarum actionem, quantam creatori laudem debemus: Sed tamē amplius quid habemus? Mentem, rationem, consilium, quod non habent bestie, non habent volucres, non habent pisces, in eo facti sumus ad imaginem dei. Denique ubi scriptura narrat, quod facti sumus, ibi subiungit, ut nos pecoribus non solum anteponat, sed & præponat, id est, ut ea nobis subiecta sint. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & omnium pecorum, & serpentium quæ repunt super terram. Unde habet potestatem? Propter imaginem dei. Unde quibusdam dicitur increpando, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sed aliud est intellectus, aliud ratio. Nam rationem habemus, & antequam intelligamus, sed intelligere non ualemus, nisi rationem habeamus. Est ergo animal rationis capax. Verum ut melius & citius dicam, animal rationale, cui natura inest ratio, & antequam intelligat iam rationem habet. Nam ideo uult intelligere, quia ratione præcedit. Hoc ergo unde bestias antecedit, maxime in nobis excolere debemus & resculpere quodammodo & reformare. Sed quis poterit, nisi sit artifex qui formauit? Imaginem in nobis dei deformare potuimus, reformare non possumus. Habemus ergo, ut cuncta breuiter retextamus, ipsum esse cum lignis & lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum bestiis, intelligere cum angelis. Diiudicamus ergo oculis colores, auribus sonores, naribus odores, gustu sapores, tactu calores, intellectu mores. Intelligere, Omnis homo uult intelligere, nemo est qui nolit. Credere non omnes uolunt. Dicit mihi homo, Intelligam ut credam, Respondeo, crede ut intelligas. Cum ergo nata inter nos sit controuersia talis quodammodo, ut ille mihi dicat, intelligam ut credam, Ego ei respondeam, immo crede ut intelligas: cum hac controuersia ueniamus ad iudicem, neuter nostrum præsumat pro sua parte sententiam. Quem iudicem inuenturi sumus: Discussis omnibus, nescio utrum meliorem iudicem inuenire possimus, quam hominem per quem loquitur deus. Non eamus ergo in hac re, & in hac controuersia ad literas seculares, non inter nos iudicet

Poeta,

A Poeta, sed Propheta. Beatus Apostolus Petrus cum duobus aliis Christi domini discipulis Iacobo & Ioanne in monte cum ipso domino constitutus, audiuit uocem delatam de caelo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quod commendans memoratus Apostolus in Epistola sua dixit, Hanc uocem audiuius de caelo delatam, cum essemus cum illo in monte sancto. Et cum dixisset, Hanc uocem nos audiuius de caelo delatam, subiunxit atque ait, Et habemus certiore prophetum sermonem. Sonuit illa vox de caelo, certior est propheticus sermo. Attendite charissimi adiuuet dominus, & uoluntatem meam, & expectationem uestram, ut dicam quod uolo, quomodo uolo. Quis enim nostrum non miretur, delata uoce de caelo certiore prophetum sermonem ab Apostolo dictum esse? Certiore sanè dixit: certiore, non meliorem, non uerorem. Tam enim uerus ille sermo de caelo, quam sermo propheticus tam bonus, tam uilis, Quid est ergo, Certiore, nisi in quo magis confirmetur auditor? Quare hoc? Quoniam sunt homines infideles, qui sic detrahunt Christo, ut dicant eum magicis artibus fecisse quæ fecit. Possent ergo infideles etiam istam uocem delatam de caelo, per coniecturas humanas & illicitas curiositates ad magicas artes referre. Sed Propheta ante fuerunt, non dico ante istam uocem, sed ante Christi carnem. Nondum erat homo Christus, quando misit Prophetas. Quisquis eum dicit magum fuisse, si ergo magicis artibus fecit, ut coheretur & mortuus, nunquid magus erat antequam natus? Ecce quare ait Apostolus Petrus, Habemus certiore prophetum sermonem. Vox de caelo qua fideles admoneantur, propheticus sermo, quo infideles conuincantur. Intelleximus quantum mihi uidetur charissimi, quare dixerit Apostolus Petrus, Habemus certiore prophetum sermonem, post uocem de caelo delatam. Et ipsa Christi quanta dignatio. Petrus iste, qui sic loquitur, piscator fuit, & modo magnam laudem habet orator, si potuerit ab illo intelligi piscator. Propterea primis Christianis loquens Apostolus Paulus, ait, Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, & stulta mundi elegit deus, & confundat sapientes, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, tanquam sunt, ut ea quæ sunt euacuarentur. Si enim eligeret Christus primitus oratorem, diceret orator, Eloquentia mea merito electus sum. Si eligeret fenatorem: diceret fenator, Dignitatis meæ merito electus sum. Postremo, si prius eligeret imperatorem, diceret imperator, Potestatis meæ merito electus sum. Quiescant & differantur isti, paululum quiescant, non dimittantur, non contemnantur, sed aliquantulum differantur, ne possint gloriari de semetipsis in semetipsis. Da mihi, inquit, illum piscatorem, da mihi idiotam, da mihi imperitum, da mihi eum, cum quo non dignatur loqui fenator, nec quando emit piscem: ipsum, inquit, da. Hunc si impleuero, manifestum erit quod ego facio, quantum & fenatorem, & oratorem, & imperatorem ego sum facturus, quando uocem, facturus ego & fenatorem, sed certius ego piscatorem. Potest fenator gloriari de semetipso, potest orator, potest imperator, non potest nisi de Christo piscator. Veniat propter docendam humilitatem salubrem, prius ueniat piscator, per ipsum melius adducitur imperator. Mementote ergo piscatorem sanctum, iustum, bonum, Christo plenum, ad

cuius missa per mundum retia capiendus cum ceteris etiam Apostolis iste pertinuit. Ergo mementote eum dixisse, Habemus certiore prophetum sermonem. Da mihi ergo ad illam controuersiam iudicem Prophetam. Quid inter nos agebatur? Tu dicebas intelligam ut credam, ego dicebam, ut intelligas crede. Nata controuersia, ueniamus ad iudicem, iudicet Propheta, immo uero deus iudicet per Prophetam. Ambo taceamus. Quid ambo dixerimus auditum est. Intelligam, inquit, ut credam: crede, inquam, ut intelligas. Respondeat Propheta, Nisi credideritis, non intelligetis. Putatis autem charissimi nihil dicere etiam illum qui dicit, Intelligam ut credam? Quid enim nunc agimus, nisi ut credant, non quia non credunt, sed quia adhuc parum credunt. Nam si nullo modo credidissent, hic non essent. Fides eos adduxit ut audiant, fides eos fecit præsentem uerbo dei, sed ipsa fides quæ germinauit irriganda est, nutrienda est, roboranda est. Hoc est quod agimus. Ego, inquit, plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat esse aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Loquendo, hortando, docendo, suadendo plantare possumus & rigare, non autem incrementum dare. Nouerat autem ille cum quo loquebatur, qui fidei suæ germinanti & adhuc infirmæ, & ex magna parte titubanti, non tamen nullæ fidei, sed alicui fidei adiutorē orabat, cui dicebat, Credo domine. Modo cum Euangelium legeretur audistis, Si potes credere, ait dominus Iesus patri pueri, si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et ille intuens semetipsum, & positus ante semetipsum, non habens temerariam confidentiam, sed prius discutens conscientiam, uidit in se esse aliquam fidem, uidit & titubationem, utrunque uidit. Unum habere se confessus est, & alteri adiutorium postulauit. Credo, inquit, domine. Quid sequebatur, nisi adiuua fidem meam? Non hoc dixit, Credo domine, uideo hic aliquid unde non mentior. Credo uerum dico, sed uideo hic etiam, nescio quid, quod mihi displiceat. Stare uolo, sed adhuc nuto. Stans loquor, non cecidi, quia credo, sed tamen adhuc nuto, adiuua incredulitatem meam. Ergo charissimi & ille quem contra me constituisti, & propter cuius controuersiam inter nos natam Prophetam iudicē postulauit, non nihil dicit, etiam ipse cum dicit, intelligam ut credam. Nam utique modo quod loquor, ad hoc loquor, ut credant qui nondum credunt, & tamen nisi quod loquor intelligant, credere non possunt. Ergo ex aliqua parte uerum est quod ille dicit, intelligam ut credam: & ego qui dico, sicut dicit Propheta, immo crede ut intelligas: uerum dicimus, concordemus. Ergo intellige ut credas, crede ut intelligas. Breuiter dico, quomodo utrunque sine controuersia accipiamus, Intellige ut credas uerbum meum, crede ut intelligas uerbum dei.

De uerbis beati Iacobi, Ante omnia nolite iurare: Sermo XXX.

**R**ima lectio quæ nobis hodie recitata est, Apostoli Iacobi oblata nobis est ad differendum, & quodammodo indicta. Intentos enim nos fecit, admonens ante omnia ne iuretis. Difficilis questio est. Hoc peccatum quem non reum teneat, si iurare peccatum est? Nam periurium peccatum esse, & grande peccatum nemo dubitat: sed non ait Apostolus, de cuius lectione tractamus, Ante omnia fratres mei nolite periurare: sed, nolite iurare. Præcessit etiam ipsius domini Iesu Christi in Euangelio similis admonitio. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non periurabis: ego

Math. 12.

1. Petri 1.

Sermo XXVII. Fides quid?

Fidei merces.

Psal. 67.

1. Corin. 4.

Math. 17.

1. Petri 1.

Psal. 77.

Genes. 1.

Psal. 11.

Aliud est intellectus & aliud ratio.

1. Corin. 11.

Iacobi. 5.

Sermo XXXVIII.

Vbi supra.

Math. 5.

bis: ego

G bis: ego autem dico vobis, Nolite iurare, neque per cœlum, quia sedes dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per caput tuum iurabis, quia non tibi est potestas facere vnum capillum album aut nigrum. Sit autem sermo vester, est est, non non: si quid amplius, à malo est. Hinc dominicæ admonitioni memorata Apostoli lectio omnino sic congruit, vt nihil aliud iussisse videatur: quia nullus alius hoc dixit, quàm ille qui per Apostolum dixit, Ante omnia, inquit, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum, Sit autem sermo vester est est, non non: nisi quod iste addidit, Ante omnia, ex quo multum fecit intentos, auxitq; difficultatem questionis. Inuenimus enim iurasse sanctos, iurasse primitus ipsum dominum, in quo non est omnino peccatum. Iuravit dominus, & nō penitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Aeternitatem sacerdotij filio cum iuratione promisit. Habes etiam, Per memetipsum iuro, dicit dominus. Et illud iuratio est; Vtuo ego, dicit dominus. Quomodo homo per deum, sic deus per seipsum. Non est ergo peccatum iurare, sed durum est hoc dicere. Et quoniam diximus deum iurasse, quàm blasphemum est hoc dicere? Iurat deus qui peccatum non habet. Non ergo est peccatum iurare, sed magis peccatum est peierare. Fortasse quis dicat non esse proponendum de domino deo iurationis exemplum. Deus enim est, & forte illi soli competit iurare, qui non potest peierare. Homines enim falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut enim putat homo verum esse quod falsum est, & temere iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelerè iurat. Distant tamen ista periuria quæ duo commemoravi, Facilius iurat qui verum putat esse, pro quo iurat, verum putat esse, & tamen falsum est. Non ex animo iste periurat, fallitur, hoc pro vero habet, quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationē interponit. Da alium, quod scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tanquam verum sit, quod scit falsum esse. Videntis quana ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium, putat falsum esse, & iurat tanquam verum sit, & forte verum est, Verbi gratia, vt intelligatis, Pluit in illo loco, interrogas hominem, & putat non pluuisse, & ad negocium eius competit, vt dicat pluit, sed putat non pluuisse, dicitur ei, Vere pluit: Vere & iurat, & tamen pluit ibi sed ille nescit, & putat non pluuisse, periurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mens rea. Quis est autem qui non fallitur, & si noluit fallere? Quis homo cui non surrepat fallacia, Et tamen iuratio ab ore non discedit, frequentatur, plura sunt plerunque iuramenta quàm verba. Si discediat homo quoties iuret per totum diem, quoties se vulneret, quoties gladio linguæ feriat & transfigat, quis in illo locus inuenietur sanus? Quia ergo graue peccatum est peierare, compendium tibi dedit scriptura, Noli iurare. Quid tibi dicitur sum homo, verum iurat: Ecce verum iura, non peccas, si verum iuras, non peccas. Sed homo inter tentationes positus, carne inuolutus, calcans terram sub terra, dum corpus quod corrumpitur aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, inter ista multa tua cogitata incerta, volatica, coniecturas humanas, fallacias humanas, quando nō subrepat tibi quod falsum est,

posito in regione falsitatis? Vis ergo longe esse à perituro? Iurare noli. Qui enim iurat, aliquando verum iurare potest, qui autē non iurat, mendacium iurare nunquam potest. Iuret ergo deus qui iurat securus, quem nihil fallit, quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cum enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras, deum adhibes testem, sic ipse cū iurat, se testem adhibet. Tu quando illum adhibes testem, forte supra mendacium tuum, accipis inuocatum nomen domini dei tui. Ne mendacium iures, ergo noli iurare. Ipsa est angustia. Periurium præcipitium est. Qui iurat iuxta est, qui non iurat longe est. Peccat, & grauitur, qui falsum iurat: non peccat qui verum iurat, sed nec ille peccat qui omnino non iurat. Sed qui non iurat, & non peccat, longe est à peccato: qui autem verum iurat, non peccat, sed prope est ad peccatum. Fac te ambulare in aliquo loco, vbi à parte dextera spatiosa sit terra, nec vsquam angustias patiaris: à sinistra præceps locus est, vbi eligis ambulare: Super finem terræ in labio præcipitij, an inde longe? Puto quia inde longe. Sic qui & iurat, in fine ambulat, & ambulat pedibus infirmis, quia humanis. Si offenderis, deorsum is, si lapsus fueris, deorsum is. Et quid te excipit? Periurij poena. Ergo volebas verum iurare, audi consilium dei, Noli iurare. Si peccatum esset iuratio, nec in vetere lege diceretur. Non periurabis, reddes autem domino iuramentum tuum. Non enim peccatū præcipere nobis. Sed ait tibi deus tuus, Si iuraueris non damnabo, si verum iuraueris non damnabo. Sed nunquid si non iuraueris damnabo? Duo sunt, inquit, quæ nō damnabo vnamquam veram iurationem, & nullam iurationem, damno autem falsam iurationem. Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio segura est. Scio esse difficilem questionem, & charitati vestræ fateor, semper illam vitavi, Nunc autem cum die dominico debito reddendi sermonis recitaretur eadem lectio, diuinitus mihi inspiratum esse credidi, vt inde tractarem. Hinc me dicere deus voluit, hinc vos audire. Obsecro ne contemnatis, obsecro vt cor stabilietis, linguæ mobilitates mutetis. Non frustra est omnino, nō vacat quod cum eam, vt dixi, questionem semper deuitare voluerim, imposita est necessitati meæ, vt imponatur & charitati vestræ. Vt noueritis verum iurare nō esse peccatum, inuenimus & Apostolum Paulum iurasse, Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Per vestram gloriam iuratio est: non enim sic ait, Per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me fecit mori, quomodo si diceret, per venenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicum mortuus est, id faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno & similia, non sic dixit per vestram gloriam. Ambiguitatem Græcus sermo dissoluit. Inspicitur in epistola Græca, & inuenitur ibi iuratio quæ non est ambigua, vbi τὸν θεόν καὶ χριστόν. Nō τὸν θεόν, vbi dixerit Græcus iurat. Quotidie auditis Græcos & qui Græce non nostis, vbi τὸν θεόν, Quando dicit, vbi τὸν θεόν, iuratio est per deum vbi τὸν θεόν. Ergo nemo dubitet iurasse Apostolum Paulum, cum dixit, Per vestram gloriam fratres. Et ne putemus eum per humanam gloriam iurasse, quā habeo in Christo Iesu domino nostro. Et alio loco iuratio prorsus certa & expressa, Testem deum inuoco super animam meam, quia parcens vobis nōdum veni Corinthum. Et alio loco ad Galatas, Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quia non mentior. Intendite

Exod. 20.

L

† alius, im- peratum.

M

Concor. 22. q. 1. Non est.

De iure iur. & si Christi.

2. Corin. 1.

Galat. 1.

Iacobi. 5.

Psal. 109.

Genec. 22.

22. quæst. 2. homines. 3. sen. dist. 33. cap. 2.

Vita corporis est anima, & anima vitæ, de.

Sapient. 6.

Iacobi. 5.

A dite quæso & aduertite, & si non tam plausibilis sermo vobis sit propter angustias questionis, vtilis tamen est si ad viscera vestra perueniat. Ecce iuravit Apostolus. Non vos fallant qui nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere vel potius non intelligere, dicunt non esse iurationem, quando dicit homo, Scit deus, testis est deus, inuoco deum super deum animam meam verum me dicere. Inuocauit, inquit, deum, testem fecit deum. Nunquid iuravit? Qui hæc dicit, nihil aliud voluit, nisi inuocato deo teste mentiri. Itā ne vero quisquis es prauus cordis & peruersi cordis, si dicas, per deum, iuras, si dicas, testis est deus, non iuras? Quid est enim, per deum, nisi testis est deus? Aut quid est, testis est deus, nisi per deum? Quid est autem iurare, nisi ius reddere deo quando per deum iuras, ius salutis tuæ reddere quando per salutem tuam iuras, ius filiis tuis reddere quando per filios tuos iuras? Quod autem ius debemus salutis nostræ, filiis nostris, deo nostro, nisi charitatis, veritatis, & non falsitatis? Maxime autem per deum cum sit, ipsa est vera iuratio, quia & cum dicit quisque, per meam salutem, salutem suam deo obligat: quando dicit, per filios meos, oppignerat deo filios suos, vt hoc veniat in caput eorum quod exit de ore ipsius, si verum verum, si falsum falsum. Cum ergo filios suos, vel caput suum, vel salutem suam quisque in iuratione nominans, quicquid nominat obligat deo, quomodo magis quando peierat per ipsum deum? Timet enim falsum iurare per filium suum, & non timet falsum iurare per deum suum: Fortassis hoc dicens in animo suo, Timeo per filium meum falsum iurare ne moriatur, deo autem qui non moritur, & si falsum per eum iuretur quid mali contingit? Bene quidem dicit, nihil mali contingit deo quando falsum iuras per deum: sed contingit mali multum tibi, qui fallis proximum, cui testem adhibes deum. Si aliquid teste filio tuo faceres, & amico vel proximo tuo vel cuiuslibet homini diceres, non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste fecisti, & diceres, per huius salutem, quia non feci: exclamaret forte filius tuus sub paterna manu tremens, nec tamen paternam manum, sed diuinam tremens: noli pater, non tibi vilis sit salus mea, deum super me inuocasti, ego te vidi, fecisti, noli peierare, te quidem habeo genitorem, sed plus & tuum & meum timeo creatorem: Sed quia deus quando per eum iuras, non tibi dicit, Ego te vidi noli iurare, fecisti, sed times ne te iste occidat, tu te ante occidis. Quia ergo non dicit, ego te vidi, putas quia non vidit? Et vbi est quod dicit, Tacui tacui, nunquid semper tacebo? Et tamen plerunque dicit, Ego te vidi, sed aliter quādo vindicat in periurium: sed non in omnes vindicat, ideo homines educantur ad exemplum. Ego scio, ille mihi falsum iuravit & viuit, ille tibi falsum iuravit & viuit, falsum iuravit & viuit, ille falsum iuravit tu falleris. Si & tu oculos haberes, vnde mortem huius videres, si & tu in eo quod est mori & non mori non falleris, videres huius mortem. Et modo intende scripturam, & ibi inuenies iacentem quem putas viuentem. Quia pedibus ambulat, quia manibus contrectat, quia oculis videt, & audit auribus, officiis cæteris membrorum satis vitur, viuentem putas: Viuit sed corpus eius, mortua est autem anima eius, mortuum est quod melius est eius. Viuit habitaculum, mortuum est habitator. Quomodo, inquit, cum viuat corpus mortua est anima, cum corpus non viueret nisi viuificatum ab anima? Quomodo ergo mortua est anima de qua viuit corpus? Audi ergo &

3. sen. dist. 33. ca. Hic queritur. Iurare quid?

22. quæst. 1. Si peccati. Leuiti. 19.

22. quæst. 1. Vt nouerit. 1. Corin. 15.

Concor. 22. q. 1. Non est.

De iure iur. & si Christi.

2. Corin. 1.

Galat. 1.

disce, Corpus hominis creatura dei est, & anima hominis creatura dei est. De anima deus viuificat carnem, ipsam item animam viuificat de seipso non de seipso. Vita ergo corporis anima est, vita anima deus est. Moritur corpus cum recedit anima, moritur ergo anima si recedit deus. Recedit anima cum corpus percussit gladio, & putas quia non recedit deus cum ipsa anima feritur perituro? Vis videre quia mortuus est de quo loqueris? Lege scripturam, Os quod mentitur occidit animam. Sed tu presentem deum vitorem putas, si ille qui te iuratione falsa deceperit continuo expiret. Si expiret ante oculos tuos, expirauit caro ipsius. Quid est expirauit? Caro ipsius spiritum quo viuificabatur eiecit. Hoc est expirauit excluso spiritu quo vivebat caro. Peierauit, exclusit spiritum quo vivebat anima. Expirauit sed nescis, expirauit sed non vides. Carnem enim iacentem sine anima vides, animam miseram sine deo videre non potes. Crede ergo, adhibe oculos fidei. Nemo periurus impunitus, prorsus nemo, cum illo est poena sua. Si haberet in cubiculo suo tortorem carnis punitus esset, habet in secreto cordis sui tortorem conscientie suæ & impunitus vocatur? Et tamen quid dicit? Viuit, gaudet, luxuriatur qui mihi mentiendo iurauit. Quid est quod me mittit ad inuisibilia? Quia & ipse deus per quem iuravit inuisibilis est. Iuravit per inuisibilem, feritur poena inuisibili. Sed viuit, inquit, & quodammodo scetet & bullit luxuriis. Si hoc ita est quod scetet luxuriis, quod bullit luxuriis, vermes sunt animæ mortuæ. Denique omnis homo prudens qui talis luxuriantes periurus attendit, sano cordis olfactu auertit se, non vult intueri, non vult videre, non vult audire. Vnde se ista sanitas auertit nisi quia pater anima mortua? Breuiter ergo audite fratres mei, concludam sermonem, figens in cordibus vestris curam salubrem. Ante omnia nolite iurare. Quare ante omnia? Si magnum est facinus peierare, nulla culpa est verū iurare. Quare ante omnia nolite iurare? Debit enim dicere, ante omnia nolite peierare. Ante omnia, inquit, nolite iurare. Iurare enim peius est quàm furari? Iurare peius est quàm adulterare? Non dico falsum iurare, iurare dico, iurare peius est quàm hominem occidere: Absit. Hominem occidere, adulterari, furari, peccatum est. Iurare non est peccatum, sed falsum iurare peccatum est. Quare ergo ante omnia? Isto verbo quod ait, Ante omnia, ait, vt attendatis, præ cæteris, vt vigiletis ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanquam in specula ita te posuit contra te, ante omnia leuauit te super cætera vnde te attendas. Considera enim te iurare per deum, per Christum occido illum, & hæc quotiens per diem, quotiens per horam? Non aperis os, nisi à tali iuratione. Nolles vt diceret tibi ante omnia, vt te aduersus consuetudinem intentissimum redderet, vt omnia tua inspiceres, omnes motus linguæ tuæ diligentissime custodires, esses custos malæ consuetudinis tuæ? Ad eam constringendam, audi ante omnia. Dormiebas pungo, ante omnia spinas admoueo. Quid est ante omnia? Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto. Iurauimus & nos, passim habuimus istam teterrimam consuetudinem & mortiferam. Dico charitati vestræ, ex quo deo seruire cœpimus, & quātum malum sit in periurio vidimus, timuimus vehementer, & veteruossimam consuetudinem timore frenauimus. Frenata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & male consuetudini bona succedit. Denique non vobis dicimus,

**G** dicimus, nos non iurare. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet iuro, sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsi. Cum videro non mihi credi nisi faciam, & ei qui mihi non credit non expedire quod non credit, hac perpensa ratione & consideratione librata cum magno timore dico, Coram deo, aut testis est deus, aut scit Christus sic esse in animo meo: & video quia plus est, id est, quia amplius est quam est, non non, sed quod amplius est à malo est, & si non à malo iurantis, à malo est non credentis. Denique non ait, si amplius facit malus est: & sit in ore vestro, est est, non non, si quis amplius facit malus est: sed, sit in ore vestro, est est, non non, quod autem amplius est, à malo est: sed quare cuius. Sed tamen aliud habet humana pessima consuetudo. Et cum tibi creditur iuras, & cum nemo exigit iuras, & horrentibus hominibus iuras, non taces iurando, vix es sanus non periurando. Nisi forte putatis fratres, quia si sciret Apostolus Paulus credere sibi Galatas, adderet iurationem & diceret, Quare autem scribo vobis ecce coram deo quia non mentior. Videbat ibi eos qui credebant: Videbat & alios qui non credebant, Ergo noli dicere non iuro, si forte exigitur. A malo est enim quod facis, sed illius qui exigit. Nam tu quomodo te purges non habes, quomodo satisfacias negotio quod iniuste non inuenis. Sed aliud est cum exigitur iuratio, aliud cum offertur: & hoc ipsum quod offertur, aliud cum offertur non credenti, aliud cum ventilatur & credenti. Tene ergo linguam & consuetudinem quantum potes, non quomodo quidam quando illis dicitur, verum dicis non credo, non fecisti, non credo, deus iudicet, iura mihi. Et ipse qui exigit iurationem multum interest si nescit illum falsum iuraturum an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi ut fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, & nouit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Ille enim suo periurio se perimit, sed iste manum interficientis & expressit & pressit. Cum vero aliquis sceleratus fur audit, iura si non tulisti, iura si non fecisti ab eo qui nescit an fecit: ille tunc, Christiano non licet iurare: quando ab illo exigitur iurandum, non licet iurare, Christianus sum, non mihi licet. Capta talem, auerte te ab illo, dissimula à negotio de quo loquebaris, misce alias fabulas & inuenies cum millies iurantem, qui semel iurare noluit. Istam ergo consuetudinem quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, iurandi, auertite à vobis, amputate à linguis vestris, circuncidite ab ore vestro. Sed consuetudo est, solet dici. Solet dici quando non dico: Hoc est ante omnia. Quid est ante omnia? Præ cæteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto quam ad alia. Maior consuetudo maiorem intentionem flagitat, non rei leuis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manu tue imperares ne faceret: si pedibus aliquod eundem esset, pigritia retardante excitares te ut surgeres & ires: lingua facilitatem habet motus, in vdo posita est, facile in lubrico labitur. Quando illa citius & facilius mouetur, tanto tu aduersus illam fixus esto, Domabis si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si Christianum te esse cogitaueris. Nam tantum mali habet iuratio, ut qui lapides colunt timeant falsum iurare per lapides: tu non times deum præsentem, deum viuentem, deum scientem, deum nudentem, deum in contemptores vindicantem? Claudit ille templum super lapidem, & it ad domum suam,

22. quest. 1. Si peccati.

Matth. 5. De cle. signifi.

De iuratur. & si Christi.

Galat. 1.

22. quest. 5. qui exigit. 3. sen. dist. 39. cap. vlii.

Iurandi consuetudo vitanda.

ipse super deum suum clausit, & tamen quando illi dicitur, iura per Iouem, præsentis oculos timet. Et ecce dico charitati vestre, & qui per lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico: Quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum putas, falsum iuras. Sed ego illum sanctum non puto. Sanctum puta cui iuras. Non enim quando iuras tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed nunquid non ante deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit te deus fallentem, Ante omnia ergo fratres mei obsecro vos, ne sine causa me deus hæc loqui compulerit. Dico enim ante ipsum quod dixi, sæpe me istam questionem deuississe: timui ne monendo & præcipiendo plus reos facerem non audituros, hodie autem plus timui ne loqui recusarem quod loqui iuberer. Quasi vero paruus sit fructus sudoris huius mei, si omnes qui me acclamauerunt, clamant & contra se, ne falsum iurent aduersum se: si tot homines qui me attentissime audierunt, attentissimi sint aduersum consuetudinem suam, & admoneant se hodie cum ad domos suas venerint, cum consuetudinem suam, id est, lapsam linguam repetuerint, admoneat proximus proximum. Hoc est quod hodie audiimus, hoc est quod obstricti sumus. Non fiat hodie, certe cum recens sermo est, expertus loquar, non fiat hodie, pigrius sit cras. Si & cras factum non fuerit, minus laboraturus est qui custodit, adiuuatur enim consuetudine superioris diei, triduo moritur pestis de qua laboramus, & gaudebitur de fructu vestro, quia magno bono abundabitur, si tam magno malo carebitis. Conuersi ad dominum.

K 22. quest. 5. ecco dico, 3. sen. dist. 39. ca. Hic quaeritur.

Genes. 8.

Ephes. 5.

De verbis beati Iohannis. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: sermo XXXI.

1. Iohan. 1.

**B**eatissimus Iohannes Apostolus salubriter & veraciter scribens inter cætera, ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: Si autem confelli sumus peccata nostra, fidelis est & iustus qui dimittit nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. His verbis docuit beatus Iohannes, immo ipse dominus Iesus non se tacens per Iohannem, neminem in ista carne, in isto corruptibili corpore, in ista terra, in isto maligno seculo, in ista vita tentationibus plena, neminem hic viuere sine peccato. Absoluta sententia est, nec expositorum indiget: Si dixerimus quia peccatum non habemus, quis enim est qui non habet peccatum? Sicut scriptura dicit, Nec infans cuius est vita diei vnus super terram. Talis paruulus peccatum non fecit, sed de parentibus traxit. Ergo nullo modo quisquam potest dicere non se habuisse peccatum, sed accessit per fidem ad lauacrum regenerationis homo fidelis, & omnia dimissa sunt ei. Iam sub gratia viuunt, in fide viuunt, membrum Christi factus est, templum dei factus est: & tamen sic quomodo membrum Christi & templum dei factus est, si dixerit se non habere peccatum, seipsum seducit, & veritas in eo non est: prorsus mentitur si dicat, iustus sum. Sunt autem quidam inflati ut res, spiritu elationis pleni non magnitudine ingentes, sed superbiæ morbo tumentes, ut dicere audeant inueniri homines absque peccato. Dicunt ergo iustos prorsus in hac vita nullum habere peccatum. Hæretici autem sunt Pelagiani, idemque Cælestiani, qui hoc dicunt. Et cum responsum illis fuerit, quid est quod dicitis, Ergo viuunt hic homo sine peccato, & non habet

Sermo XXXI. 1. Iohan. 1.

Iob. 15.

**A** habet omnino vllum peccatum nec factum nec verbo nec cogitatione? Respondent de illo superbiæ vento quo pleni sunt, quem ventum vtinam finiret, resarentur & tacerent, id est, humiles fierent non elati. Respondent, inquam, prorsus isti, Homines sancti fideles dei, nec factum, nec verbo, nec cogitatione possunt vllum habere peccatum. Et cum eis dicitur, Qui sunt isti iusti qui sine peccato sunt, respondent & dicunt, Tota ecclesia. Mirari potuissem, si inuenirem vnum, duos, tres, decem, quot quærebat Abraham. Abraham enim à quinquaginta vsque ad decem descendit, tu hæretice respondes & dicitis mihi totam ecclesiam. Vnde hoc probas? Probo, inquis. Proba rogo te. Magnum enim mihi gaudium affers, si docere potueris, totam prorsus ecclesiam in singulis quibusque fidelibus suis nullum habere peccatum. Probo, inquis. Dic vnde? Apostolus loquitur. Quid loquitur Apostolus? Christus, inquit, dilexit ecclesiam. Audio, & Apostoli verba esse cognosco; Mundans eam lauacro aquæ in verbo, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Audiuimus de nube magna tonitrua. Nubes enim dei Apostolus. Verba ista sonuerunt, & tremere nos fecerunt. Sed dicite nobis antequam quæramus quomodo ista verba Apostolus dixerit, dicite, inquam, nobis, vtrum vos iusti estis an non? Respondent, Iusti sumus. Ergo non habetis peccatum? Per omnes dies, per omnes noctes nihil mali facitis, nihil mali dicitis, nihil mali cogitatis? Non audent dicere, nihil. Sed quid respondent? Nos quidem peccatores sumus, sed de sanctis loquimur non de nobis. Hoc vos interrogo, Christiani estis? Non dico iusti estis, Christiani estis? Non audent negare. Christiani, inquit, sumus. Fideles estis? Baptizati estis? Baptizati, inquit, sumus. Dimissa vobis cuncta peccata? Dimissa, inquit. Quomodo ergo estis peccatores? Sufficit mihi vnde te repellam. Vos Christiani estis, baptizati estis, fideles estis, membra ecclesie estis, & habetis maculas & rugas. Quomodo ergo est ecclesia isto tempore sine macula & ruga, cum vos sitis ruga eius & macula? Aut si non vultis esse ecclesiam nisi eam quæ sine macula & ruga est, cum rugis vestris & maculis præcidite vos à membris eius, præcidite vos à corpore eius. Sed quid adhuc dicam ut se ab ecclesia separent, cum hoc iam fecerint? Hæretici enim sunt, iam foris sunt, cum tota menditia sua foris remanserunt. Redite & audite, audite & credite. Forte dicturi estis in corde vestro tumido & inflato, Nunquid potuimus dicere quia iusti sumus? Neesse utique erat propter humilitatem, ut diceremus nos peccatores esse. Propter humilitatem ergo mentiris? Iustus es, sine peccato es, sed propter humilitatem dicit te peccatorem. Quomodo te accipiam tanquam Christianum in alterum testem, quem contra te ipsum testem falsum teneo? Iustus es, sine peccato es, & dicit te habere peccatum. Testis ergo falsus es contra te. Non accipiet ergo deus mendacem humilitatem tuam. Inspice vitam tuam, vide conscientiam tuam. Ergo iustus es, sed non potes nisi dicere te peccatorem. Audi Iohannem, ipse tibi repetit quod etiam superius veraciter dixit, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Tu non habes peccatum, & dicit te habere peccatum, veritas in te non est. Quia non dixit Iohannes, Si dixerimus quia peccatum non habemus, humilitas in nobis non est: sed dixit, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est: Ergo mentimur si

1. Iohan. 1.

dixerimus nos non habere peccatum. Si mendacium timuit Iohannes, tu mendacium non times, ut cum es iustus, dicas te esse peccatorem? Quomodo ergo te accipiam ad alienam causam testem, qui in causa tua mentiris? Sanctos reos constituis, dum contra te falsum testimonium dicitis, Quid facturus es alteri, qui te infamas? Quomodo alter tuam calumniam deuabit, quando te tuæ linguæ mendacio reum facis? Iterum te interrogo alio modo, Iustus es aut peccator? Respondes, Peccator. Mentiris, quia non quod te esse corde credis hoc ore dicitis. Ergo & si non eras peccator, esse incipis dum mentiris. Dicitis enim, Humilitatis causa nos dicimus peccatores esse, nam deus videt quia iusti sumus. Cum ergo humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficieris quod enitaueras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem ut etiam esse cognoscas, veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas? Postremo omittamus Iohannis verba: Ecce in corpore ecclesie quam dicit non habere maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi & esse sine peccato, ecce venit hora orationis, oraturus est tota ecclesia, & tu quidem foris es, veni ad orationem dominicam, veni ad trutinam, veni dic, Pater noster qui es in cælis. Sequere, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Sequere & dic, Dimitte nobis debita nostra. Responde hæretice, quæ sunt debita nostra. An forte pecuniam mutuum à deo accepisti? Non, inquit. Non te ergo amplius interrogabo de hoc. Ipse enim dominus expositorum est, quæ sunt debita quæ nobis petimus relaxari. Dicamus ergo sequentia, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Exponat hoc dominus, Si enim dimiseritis hominibus peccata: Ergo debita vestra peccata sunt, Dimittet vobis & pater vester peccata vestra. Redi ergo hæretice ad orationem, si obscuridisti contra veram fidei rationem, Dimitte nobis debita nostra dicis, an non dicis? Si non dicis, & si præsens fueris corpore, foris tamen es ab ecclesia. Ecclesia enim oratio est, vox est de magisterio domini veniens. Ipse dixit, sic orate, discipulis dixit, Apostolis dixit, & nobis qualescunque agniculi sumus dixit, arietibus gregis dixit, sic orate. Videte quis dixerit, & quibus dixerit, Veritas discipulis, pastor pastorum arietibus dixit, sic orate, Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Rex militibus, dominus seruis, Christus Apostolis, veritas hominibus loquebatur, sublimitas humilibus loquebatur. Scio quid in vobis agatur. Ego vos appendo, ego de trutina mea renuncio, prorsus dico quid in vobis agatur. Hoc enim ego plus quam vos scio, dicite, Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Interrogo te homo iuste, sancte, homo sine macula & ruga, interrogo te, inquam, Oratio ista ex deo est, fidelium est, an catechumenorum? Certe utique regenerationum est, id est, baptizatorum: Postremo quod totum superat, filiorum est. Nam si non est filiorum, qua fronte dicitur, Pater noster qui es in cælis? Vbi ergo estis & iusti & sancti? In membris ecclesie huius estis, an non estis? Ibi eratis, sed iam non estis ibi. Et vtinam iam præcis accepta ratione audiant & credant. Ergo si tota ecclesia dicit, Dimittite nobis debita nostra, reprobis est qui hoc non dicit. Et nos quidem cum dicimus, debita nostra quousque id quod petimus accipiamus reprobi sumus

22. quest. 7. cum humil. 4. sen. dist. 39. ca. Sicut autem.

Ephes. 5.

E

Matth. 6.

Ibidem.

quia



quia peccatores sumus. Sed quod vos non facitis, nos faciendo, id est, peccata nostra confitendo mundamur, si tamen faciamus quod dicimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vbi es ergo haretice Pelagiane, vel Caelestiane? Ecce tota Ecclesia dicit, Dimitte nobis debita nostra. Habet ergo maculas & rugas, sed confessione ruga extenditur, confessione macula abluitur. Stat Ecclesia in oratione ut mundetur confessione: & quamdiu hic vivitur sic stat, & cum de corpore exierit unusquisque, dimittetur ei quae talia habebat ut dimitterentur debita, quia & quotidianis precibus dimittuntur: & tunc exit mundatus, & thesaurizatur Ecclesia in thesauros domini aurum purum, ac per hoc in thesauros domini Ecclesia est sine macula & ruga. Et si tibi sine macula & ruga est, hic quid orandum est? Ut venia percipiatur. Quid agit venia? Maculam extergit. Qui ignoscit, rugam extendit, Et ubi extenditur ruga nostra tanquam in tendicula magni fulionis: In cruce Christi. In ipsa enim cruce, id est, in ipsa tendicula pro nobis sanguinem fudit, & nostris fideles quale testimonium perhibeatis sanguini quem accepistis. Certe enim dicitis, Amen: Nostris quid sit sanguis, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum.

**H** Ecce quomodo fit Ecclesia sine macula & ruga, tanquam bene mundata in tendicula crucis extenditur, sed hic omnino potest id agi. Exhibet sibi Ecclesiam gloriosam dominus, non habentem maculam aut rugam. Agit hoc & hic, exhibet tibi. Hoc enim agit, ut non habeamus maculam aut rugam. Magnus est qui hoc agit, bene curat, doctissimus artifex est. Extendit in ligno & facit nos sine ruga, quos abluendo fecerat sine macula. Ipse qui venit sine macula & sine ruga extensus est in tendicula, sed propter nos, non propter se, ut nos faceret sine macula & ruga. Rogemus eum ut faciat, & postquam fecerit ad horrea nos ducat, ibique nos reponat ubi pressorium non erit. Tu ergo qui loquebaris sine macula & ruga es? Quid hic facis in Ecclesia, quae dicit, Dimitte nobis debita nostra? Debita se habere confitetur quae relaxentur. Qui non confitentur non ideo non habent, sed ideo eis non relaxantur. Confessio nos sanat & vita cauta, vita humilis, oratio cum fide, contritio cordis, lachrymae non fictae de vena cordis profluentes, ut dimittantur nobis peccata sine quibus esse non possumus: Confessio, inquam, nos sanat, dicente Apostolo Ioanne, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus ut dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Non autem quia dico quod non possumus hic esse sine peccato, homicidia facere debemus, aut adulteria, vel cetera mortifera peccata quae vno ictu perimunt. Talia non facit bona fidei & bona spei Christianus, sed illa sola quae quotidiano orationis penicillo tergantur. Humiles & devoti, dicamus quotidie, Dimitte nobis debita nostra: sed si faciamus quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sponsio haec cum deo, vera sponsio & fixa conditio est. Tu homo es, & habes debitorem, & debitor etiam tu es. Accedis ad deum qui habet debitores, & debitor non est, ut postules tibi debita relaxari. Sed hoc tibi dicit, Ego debita non habeo, tu habes debita, debes enim mihi sed etiam frater tuus debet tibi. Debitor meus es, habes & tu debitorem. Debitor meus es, quia peccasti in me, habes debitorem fratrem quia peccavit in te. Quod feceris cum debitore tuo, facio & ego cum meo, id est, si dimittis dimitto, si tenes teneo. Tu contra te tenes,

Matth. 6.

Matth. 26.

Ephes. 5.

1. Ioan. 1.

Matth. 6.

qui alteri non dimittis. Nemo ergo dicat se esse sine peccato, sed non tamen ideo debemus amare peccatum. Oderimus ea fratres & si non sumus sine peccatis, oderimus tamen ea, & maxime a criminibus nos abstineamus, abstineamus quantum possumus a leuibus peccatis. Ego, ait, nescio quis, non habeo peccata, seipsum decipit, & veritas in eo non est. Priorius oremus ut deus dimittat, sed faciamus quod dicitur, Dimittamus & nos debitoribus nostris, cum dicitur, & dimittetur nobis. Quotidie dicimus hoc, & quotidie facimus, & quotidie sit in nobis. Non hic sumus sine peccato, sed exhibimus hinc sine peccato.

De verbis beati Ioannis, Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt: Et consutatione Manicheorum:

Sermo XXXII.

**Q**uando Ioannes Apostolus legebatur, audimus loquentem per eum spiritum sanctum, & dicentem, Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Repeto, quia necessarium est ut repetam, & hoc mentibus vestris, quantum dominus adiuvat, vehementer incutiam. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Quonia multi pseudoprophetae prodierunt in hunc mundum, praecipit spiritus sanctus ne omni spiritui credamus, & causam cur hoc praeeperit, dixit, Quae illa causa est? Quoniam multi, inquit, pseudoprophetae prodierunt in hunc mundum. Quisquis ergo ista praepcepta contempserit, & omni spiritui credendum putaverit, necesse est incurrat in pseudoprophetae, & quod peius est, blasphemet veros prophetas. Hic iam ex isto praepcepto homo cautus effectus dicitur est mihi. Audiui, teneo, obtemperare desidero, quia & ego in pseudoprophetae nolo incurere. Quis enim hoc velit, a mendacibus decipi? Siquidem pseudopropheta, est mendax propheta. Da mihi hominem religiosum, non vult fallere: da mihi hominem impium, sacrilegum, fallere vult, falli non vult. Cum ergo nolint fallere boni, falli autem nec boni velint nec mali, quis est qui in pseudoprophetae velit incurere? Verba dico consulenti me, sed utique in pseudoprophetae nemo nisi inuitus incurrit. Audiui praepceptum Ioannis, immo domini per Ioannem, Nolite omni spiritui credere. Ecce accipio, ita volo. Addidit & dicit, Sed probate spiritus si ex deo sunt. Vnde probare vellem, si errare non possum. Certe nisi probauero spiritus qui ex deo sunt, incurram necesse est in spiritus qui ex deo non sunt, & ex hoc seducar a pseudoprophetae. Quid agam? Quomodo obseruem? O si sanctus Ioannes quomodo nobis dixit, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, dicere dignaretur, quomodo probentur spiritus qui ex deo sunt. Noli esse sollicitus, & hoc audi. Hinc cognoscitur spiritus dei: Hoc certe expectabas audire, ut probares spiritus qui ex deo sunt. Hinc cognoscitur spiritus dei. Ioannes dixit, non ego. Hoc sequitur in lectione quam tracto. Cum enim nos propterea faceret sollicitos & cautos, ne omni spiritui credamus sed probemus spiritus qui ex deo sunt, quia multi pseudoprophetae prodierunt in hunc mundum: continuo vidit quid desiderarem, occurrit expectationi, iniecit oculum tacite cogitationi. Gratias deo, quia & hoc per illum loqui dignatus est. Hinc cognoscitur spiritus dei. Eia audite, audite, intelligite, discernite, inharete veritati, resistite fallitati. Hinc cognoscitur spiritus dei. Vnde rogo te? Hoc est quod

1. Ioan. 4.

Sermo XXX.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

Pseudopropheta.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

1. Ioan. 4.

quod audire cupiebam. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex deo est: Et omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo non est. Interim ergo charissimi repellite ab auribus vestris omnem disputatorem, praedicatorum, scripturam, susurratorem, qui negat Iesum Christum in carne venisse. Ergo repellite Manichaeos a domibus, ab auribus, a cordibus vestris. Manichaei enim Christum in carne venisse apertissime negant. Spiritus ergo illorum non est ex deo. Hic video unde velit lupus obrepere agno, & quantum valeo deuitandum esse demonstro: Hinc in eo quod dixi, vel potius ab Apostolo dictum commemoravi, quia omnis spiritus qui negat Iesum Christum in carne venisse ex deo non est, infidiatur Manichaeus in hoc verbo, & dicit mihi, Ecce spiritus qui negat Iesum Christum in carne venisse, ex deo non est. Vnde est ergo? Si ex deo non est, inquit, unde est? Nunquid enim potest esse nisi aliunde? Si ergo, inquit, ex deo non est, & aliunde est, vides esse duas naturas. Inuenimus lupum, retia salubria tendamus, venemur, capiamus, captum trucidemus: Trucidemus planè: Moriatur error, viuat homo. Ecce in eo quod dixi capiamus, trucidemus, moriatur error, viuat homo, ibi soluitur quaestio. Sed recolite quod proposui, ne obliuiscam quaestionem non intelligatis solutionem. Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse, ex deo non est. Et Manichaeus continuo, Et unde est? Si ex deo non est, aliunde est. Si aliunde est, docui esse duas naturas. Hanc quaestionem, tenete, & mentes ad illa mea verba reuocate ubi dixi, capiamus, trucidemus, moriatur error, viuat homo. Error non est ex deo, homo ex deo est. Redite ad quaestionem. Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse ex deo non est. Dico & ego, Omnia per ipsum facta sunt, Omnis spiritus laudet dominum. Sed si non omnis spiritus ex deo est, quomodo spiritus qui ex deo non est laudat dominum? Proius omnis spiritus laudet dominum. Vtrunque video, languidum intelligo, vitium sanetur, natura liberetur. Vitium natura non est, sed naturae inimicum est. Sana vnde langues, remanet unde laudes. Medicina vitium persequitur non naturam. Omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo non est. In quantum non confitetur Christum in carne venisse, in quantum non confitetur Christum in carne venisse ex deo non est. Fratres quid est quod renascimur? Si benenati sumus, quid est quod renascimur? Natura quae corrupta fuerat reparatur, natura quae lapsa fuerat erigitur, natura quae deformis iacebat gratia reformatur. Solus enim creator, solus creator pater, filius, spiritus sanctus, sed trina vnitas, vna trinitas, sola illa natura immutabilis, incommutabilis, nec defectui, ne profectui obnoxia, nec cadit ut minus sit, nec transcendit ut plus sit, perfecta, sempiterna, omnimodo immutabilis, sola illa natura. Creatura vero bona, sed creatori impar valde. Vis adhaerere diabolo desertori, si aequare contendis condita creatori. Agnosce anima conditionem suam, non est deus. Cum se anima putat deum, offendit deum, non inuenit saluatorem, inuenit damnatorem: quoniam autem quando animas malas damnat, non se damnat, si autem anima hoc est quod deus, se damnat. Demus honorem deo nostro frater, cui clamamus, Libera nos a malo: & succurret tibi hodie ut in oratione inuenias tentationem, & dicat tibi, Quid est quod clamasti, libera nos a malo: Certe non est malum. Respon-

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

Matth. 6.

de illi, Ego sum malus. Et si liberauerit me a malo, ero de malo bonus, liberet me a me, ne incurram in te: Hoc dic Manichaeo, Si deus liberauerit me a me, non incurram in te, quia si deus liberauerit me a me malo, ero bonus. Si bonus ero, sapiens ero, Si sapiens ero, non errabo. Si non errabo, a te decipi non potero. Liberet ergo deus me a me, & non incurram in te. Metum est enim vitium ut errem & credam tibi, quoniam anima mea impleta est illusionibus. Non sum mihi ipse lumen, nam si essem, nunquam errassem. Ideo pars dei non sum, quia substantia dei, natura dei errare non potest. Ego autem erro, nam & tu ipse confiteris. Sapientem te dicis, ab errore me liberare conaris. Vnde ego erro, si natura dei sum? Erubescet, da honorem deo. Ego dico quia multum adhuc erras, sed sicut tu ipse confiteris erraueras. Errauerat ergo natura dei: Ierat in immunditiam natura dei? Adulteria committebat natura dei? Stupra illicita faciebat natura dei? Carca nesciebat qua iret natura dei? Facinoribus & flagitiis obruebat natura dei? Erubescet, da honorem deo, lumen tibi esse non potes. Erat lumen verum. In comparatione Ioannis dictum est, Erat lumen verum. Nunquid non & Ioannes lucerna? Ille erat lucerna ardens & lucens, dominus dixit, Nunquid lucerna lumen non est? Sed erat lumen verum. Lucerna & accendi potest, & extingui potest, lumen verum accendere potest, extingui non potest. Erat ergo lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Illuminandi sumus: non lumen sumus. Expergiscere, clama mecum, Dominus illuminatio mea. Quid est quod dicis? Ergo non sunt mala? Sunt mala, sed mutantur, & ipsa erunt bona, quia ipsa mala, vitio sunt mala non natura? Quid est, libera nos a malo? Nonne possemus & possumus haec verba dicere, libera nos a tenebris? A quibus tenebris? A nobis ipsis, si quae in nobis sunt reliquiae tenebrarum, donec in totum lux efficiamur, nihil habentes a nobis quod resistat charitati, quod repugnet veritati, quod subiaceat infirmitati, quod conditione mortalitatis deficiat. Tunc totum videte quid erit, quando corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum, Vbi malum modo? Mala hominum quae? Error & infirmitas. Aut nescis quid agas, & errando laboris: aut scis quid agi debeat & infirmitate superaris. Ergo omne malum hominis error & infirmitas. Contra errorem clama, Dominus illuminatio mea: Contra infirmitatem adde, Et salus mea. Crede, bonus esto, tu es malus, tu eris bonus. Noli diuidere. Natura in te sananda est, non separanda. Vis nosse quid es? Tenebrae. Quare tenebrae? Homo qui dicis, corrumpitur deus, aliquid his tenebris potest esse profundius? Crede, agnosce Christum in carne venisse, accepisse quod non erat, non amisisse quod erat, hominem in se mutasse, non in hominem fuisse mutatū. Agnosce, & tu ipse ex malo eris bonus, ex tenebris eris lux. An mentior, & non est vnde conuincam? Apostolum accipis, si te non fingis accipere Apostolum, legis & deciperis, & decipis. Vnde deciperis? Errando malo tuo teipso. Si autem credideris, erroremque discusseris, audies ab Apostolo, Fuisit enim aliquando tenebrae, nunc autem lux. Sed addit lux. Sed ubi? In domino. Ergo tenebrae in te, lux in domino: quia non tibi potes lucere, accededo illuminaris, recedendo tenebraris: quia non tibi lumen tu ipse es, aliunde illuminaris,

Pal. 37.

1. Ioan. 1.

E

Pal. 26.

Matth. 6.

1. Corin. 15.

Pal. 26.

Ephes. 5.

Phal. 33. **G** naris, Accedite ad eum & illuminamini. Scio charissimum de ista lectione sancti Ioannis in re vna multum me fuisse immoratum, nec vos esse fatigandos vltra video, vel vltra capacitatem replendos, & nostra infirmitas cogitanda est. Nam hac verba sancti Ioannis habent adhuc magnas latebras suas. Interim eos qui negant Christum in carne venisse repellite. Constat enim eos non esse ex deo in quantum errant, in quantum peccant, in quantum blasphemant non sunt ex deo, sanentur & ex deo erunt, quia & natura ex deo erant. Hinc quantumcunque disputari, attendite scripturas. Nolite credere eis qui negant Christum in carne venisse. Sed certe dicitur se mihi, Ergo qui dicit Christum in carne venisse, ex deo est. Audiamus Donatistas qui confitentur Christum in carne venisse: Audiamus Eunomianos qui confitentur Christum in carne venisse: Audiamus Photinianos qui confitentur Christum in carne venisse. Si enim omnes spiritus qui confitentur Christum in carne venisse ex deo sunt, quam multae sunt haereses mendaces, deceptrices, insanae, confitentur tamen Christum in carne venisse. Quid ergo dicitur sumus? Quomodo istam quaestionem soluturi? Quomodo istam soluenda sit, hodie solui non potest: Tenete me debitorem, sed deum pro me & pro vobis orate adiutorem.

Vbi supra. De verbis beati Ioannis, Omnis spiritus qui confitentur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est: Sermo XXXIII.

Sermo XXXI. **M** Estrae charitatis expectatio, mei debiti exactio est. Non dubito meminisse vos, quid in adiutorio domini de sancti Ioannis lectione promiserim. Cum ergo audistis lectorem, credo vos cogitasse me debere esse debiti redditorem. Magnam quippe quaestione sermone in longum procedente distulimus, quomodo recte possit intelligi quod ait in epistola sua beatus Ioannes, non Baptista sed Euangelista, Omnis spiritus qui confitentur Iesum Christum in carne venisse ex deo est. Videmus enim multas haereses confiteri Christum in carne venisse, & tamen non eas possumus dicere ex deo esse. Negat Christum in carne venisse Manichaeus. Non est laborandum neque vobis diutius suadendum, quod iste error non sit ex deo.

**I** Sed Arrianus confitentur Christum in carne venisse, Eunomianus, Sabellianus, Photinianus. Quid istis conuincendis quarimus testes? Quis tot numerat pestes? Sed interim quae sunt notiora tractemus. Multis quippe haereses illas quas nominavi ignotae sunt, & est ista ignorantia tutior. Certe quod nouimus, Donatista confitentur Christum in carne venisse, tamen absit vt sit hic error ex deo. Vt de recentioribus haeticis loquar, Pelagianista confitentur Christum in carne venisse, tamen omnino non est hic error ex deo. Proinde charissimi diligenter confidereimus, quoniam non dubitamus veram esse sententiam, Omnis spiritus qui confitentur Christum in carne venisse, ex deo est: conuincendi sunt isti quod non confitentur Christum in carne venisse. Nam si eis istam concesserimus confessionem, ex deo illos esse fatebimur. Quomodo vos ab eorum erroribus vel prohibemus, vel deterremus, vel aduersus eos scuto veritatis defendimus? Adiuuet nos dominus, quia & vestra expectatio pro nobis oratio est, vt conuincantur isti qui non confitentur Christum in carne venisse. Arrianus audit, & praedicat partum virginis Mariae. Confitentur ergo Christum in carne venisse: Non. Quomodo

1. Ioan. 4.

probamus? Si adiuuet dominus intelligentias vestras, K facillime. Quid est quod exigimus? Vt confiteatur Iesum Christum in carne venisse. Quomodo confiteri potest in carne venisse Iesum Christum, qui negat ipsum Christum? Quis enim Christus? Beatum Petrum interrogemus. Modo cum Euangelium legeretur audistis, cum quaesisset dominus ipse Iesus Christus quem illum dicerent homines filium hominis, Responderunt discipuli opiniones alienas, & dixerunt; Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Qui hac confitebantur vel confitentur, Iesum Christum plus quam hominem non nouerunt. Si autem Iesum Christum plus quam hominem non nouerunt, Iesum Christum utiq; non norunt. Si enim tantummodo homo est, nihil amplius, non est ipse Iesus Christus. Vos ergo, inquit, quem me esse dicitis? Respondit Petrus vnus pro omnibus, quia vnitas in omnibus, Tu es Christus filius dei viui. Ecce habes confessionem veram, confessionem plenam. Iungere enim debes vtrumque quod de se Christus, & quod de Christo Petrus. Quid de se Christus? Quem me dicunt homines esse filium hominis? Quid de Christo Petrus? Tu es Christus filius dei viui. Vtrumque coniunge, & venit Christus in carne. Hoc de se Christus quod minus est, hoc de Christo Petrus quod maius est. Respondit de veritate humilitas, & de humilitate veritas: hoc est de veritate dei humilitas, & de humilitate hominis veritas. Quem me dicunt homines esse, inquit, filium hominis? Dico ergo quod factus sum propter vos, dic tu Petre quis est qui fecit vos. Qui ergo confitentur Iesum Christum in carne venisse, profecto confitentur filium dei in carne venisse. Dicat nunc Arrianus, vtrum confiteatur Christum in carne venisse. Si filium dei confitentur in carne venisse, Christum confitentur in carne venisse. Si filium dei negat Christum, nescit Christum, alium pro alio dicit, non ipsum dicit. Quid est enim filius dei? Quomodo quarebamus, quid est Christus, & audiebamus quod sit filius dei, quaremus quid est filius dei? Ecce filius dei, in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. In principio erat verbum. Quid dicit Arriane? In principio, sicut dicit Genesis, fecit deus caelum & terram: tu autem dicit, In principio fecit deus verbum. Factum enim dicit verbum, creaturam dicit verbum. Tu ergo dicit, In principio fecit deus verbum, sed Euangelista dicit, In principio erat verbum: Et ideo in principio fecit deus caelum & terram, quia erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, factum dicit. Si factum dicit, filium negas. Filium enim quarimus natura non gratia, filium vnicum, vnigenitum, non adoptatum: Talem filium quarimus, tam verum filium quarimus, qui cum in forma dei esset, Apostoli verba sunt, propter rudes commemorare ne mea putentur: Illum filium quarimus, qui cum in forma dei esset, sicut dicit Apostolus, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non rapina, quia natura: Natura erat, rapina non erat. Non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non erat ei rapina, natura erat: sic erat ex aeternitate, sic erat coaeternus gignenti, sic erat aequalis patri, sic erat, semetipsum exinaniuit, vt confiteamur Iesum Christum in carne venisse. Semetipsum exinaniuit: Quomodo? Amittendo quod erat, an assumendo quod non erat? Sequatur Apostolus, Audiamus, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Sic se exinaniuit, formam serui accipiens, non formam dei amittens. Forma serui accessit,

Math. 16.

Ioan. 1.

Gene. 1.

Philip. 2.

Vbi supra.

**A** accessit, non forma dei discessit. Hoc est confiteri Christum in carne venisse. Arrianus autem qui non confitentur aequalem, non confitentur filium. Si non confitentur filium, non confitentur Christum. Qui non confitentur Christum filium, quomodo confitentur Christum in carne venisse? Sic & Eunomius par ei, socius ei, non multum diuersus. Etenim dicuntur Arriani confessi fuisse, quia vel similis est patri filius, & si non aequalis dixerunt, sed similis. Ille nec similis. Et iste ergo negat Christum. Si enim Christus verus patri aequalis est & similis, profecto qui negat aequalem negat Christum, qui negat similem negat Christum. Qui ergo negat aequalem & similem, negat in carne venisse Christum. Quare enim, Venit in carne Christus? Respondet, Venit. Et putamus quia confitentur? Interrogo, Quis Christus venit in carne, aequalis patri an inaequalis? Respondit, Inaequalis. Inaequalis ergo patri dicit venisse in carne, negas Christum in carne venisse, quia Christus aequalis est patri. Sabellianum audi. Ipse est filius qui est & pater. Hoc dicit, hinc pungit, hinc venena diffundit. Ipse est, inquit, Pater quando vult filius est, quando vult pater est: Non est ipse Christus, Et tu erras si huc Christum dicit in carne venisse, quia iste Christus non est, negas Christum in carne venisse. Quid dicit Photinus? Ait Photinus, Christus solus homo est, deus non est. Formam serui confiteris, formam dei negas. Et Christus in forma dei aequalis est patri, in forma serui confors est nobis. Et tu negas Christum in carne venisse. Donatista quid? Donatista plurimi hoc confitentur de filio quod nos, quod aequalis sit patri filius eiusdemque substantiae: alij vero eorum, eiusdem quidem substantiae confitentur, sed aequalem negant. Quid opus est disputare de his qui negant aequalem? Si enim negat aequalem, negat filium. Si negant filium, negant Christum. Si negant Christum, quomodo confitentur in carne venisse Christum? De illis subtilior disputatio est, qui hoc confitentur quod nos, vnigenitum filium aequalem patri, eiusdem substantiae, aeterno coaeternum, & tamen Donatista sunt. Dicamus eis, Verbis confitemini, factis negatis. Aliquis enim negat factis. Non omnis qui negat, verbo negat. Planè sunt homines qui factis negat. Interrogemus Apostolum, Omnia, inquit, mundi, immundis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur enim deum se nosse, factis autem negant. Quid est negare factis? Superbire & schismata facere, non in deo, sed in homine gloriari. Ita factis negatur Christus, vnitatem quippe amat Christus. Postremo ecce quomodo & ipsi Christum negant, vt apertius loquamur. Nos eum dicimus Christum, de quo ait Ioannes Baptista, Qui habet sponsam sponsus est. Bonum coniugium, sancta nuptia. Sponsus Christus, sponsa ecclesia. Ab sponso cognoscimus sponsam. Dicat nobis ipse sponsus, quia habet sponsam, dicat ne fortassis erremus, & inuitati ad nuptias sancta vota turbemus: dicat, oscedat primo se ipsum sponsum. Post resurrectionem ait discipulis suis, Non sciebatis, quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me? Tunc Euangelista sequitur & dicit, Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quia sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. Ecce sponsus quem confessus est Petrus, hoc est filium dei viui, oportebat vt pateretur, & tertia die resurgeret, & factum erat. Impletum videbant, caput tenebat, corpus quarebant. Quod est caput? Ipse Christus passus est, tertia die resurrexit, caput est ecclesiae. Corpus quod est? Tomus decimus.

Timum. 1.

Ibidem.

Ioan. 3.

Luce. 24.

Eph. 5. & Col. 1.

**D** ipsa ecclesia. Videbant ergo discipuli caput, corpus non videbant. Ergo eos corpus non videntes, doceat caput. Dic domine Iesu, dic sancte sponsa, instrue nos de corpore tuo, de sponsa tua, de dilecta tua, de columba tua, quam dotasti sanguine tuo, dic, Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. Ecce sponsus. Dic de sponsa, imple tabulas matrimoniales. Audite sponsus, Et praedicari, inquit. Hoc enim sequitur, Oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes. Vbi te abscondis? Per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Sic est factum. Legimus promissum, videmus impletum, Ecce lux mea, vbi est obscuritas tua? Ergo Christus sponsus est huius ecclesiae quae praedicatur in omnes gentes, & pullulat & crescit vsque ad fines terrae, incipientibus ab Hierusalem: Huius sponsus Christus. Tu quid dicit, cuius sponsus est Christus? Partis Donati? Non est ipse, non est ipse. Homo bone non est ipse, immo homo male non est ipse. Ad nuptias veniamus, tabulas legamus, & non litigemus. Ergo si tu dicit, Christus est sponsus partis Donati, ego tabulas lego & inuenio esse Christum sponsum ecclesiae diffusa toto orbe terrarum. Si dicit ipse est, & non est ipse, negas Christum in carne venisse. Pelagianista restat, non ex haeresibus omnibus, sed eis quas pro paruo tempore commemoravi. Jam enim dixi, quis numerat tot pestes? Quid dicit Pelagianista? Audite quid dicit, Videtur confiteri Christum in carne venisse, sed dicitus inuenitur negare. Christus enim in carne venit, quae similitudo esset carnis peccati, non esset caro peccati. Apostoli verba sunt, Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati: non in similitudine carnis, quasi caro non esset caro, sed in similitudine carnis peccati, quia caro erat, sed peccati caro non erat. Iste autem Pelagius carnem omnis infantis carni Christi conatur aquare. Non est charissimi. Non pro magno commendaretur in Christo similitudo carnis peccati, nisi omnis cetera caro esset caro peccati. Quid ergo prodest, quia dicit Christum in carne venisse, & omnium infantium carni eum conaris aquare? Et tibi hoc dico quod Donatista, non est ipse. Ecce video ecclesiam matrem testimonium reddentem ipsis vberibus suis, Accurrunt matres cum parulis filiis, ingerunt Saluatori saluandos, non Pelagio damnandos. Mater quaelibet mulier pietate currens cum paruulo suo, dicit, Baptizetur vt saluetur. Pelagus contra, Quid saluatur? Non est quod in eo saluetur, nihil habet vitij, nihil ex traduce damnationis traxit. Si aequalis est Christo, quare querit Christum? Ecce dico tibi, Sponsus filius dei qui venit in carne saluator est & maiorum & minorum, saluator est & grandium & infantium, & ipse est Christus: tu autem dicit saluatorem Christum maiorum non minorum. Non est ipse. Si non est ipse, negas & tu Christum in carne venisse. Et si discutiamus omnes haereses, inuenimus eas negare Christum in carne venisse. Omnes haeretici negant Christum in carne venisse. Quid miramini si pagani negat Christum in carne venisse? Quid miramini si Iudaei negat Christum in carne venisse? Quid miramini si Manichaei apertissime negant Christum in carne venisse? Sed dico charitati vestrae, etiam omnes mali catholici verbis confitentur Christum in carne venisse, factis autem negant. Nolite ergo esse tanquam de fide securi, adiungite fidei recte vitam rectam, vt Christum confiteamini in carne venisse, & verbis vera dicendo, & factis bene

Luce. 24.

Roma. 8.

Timum. 1.

**G** bene viuendo. Nam si cōfiteamini verbis, & factis negetis, fides talium malorum prope est fides demoniorum. Audite me charissimi, audite me, ne sit vobis testis sudor hic meus, audite me: Iacobus Apostolus cū de fide & operibus loqueretur aduersus eos qui sibi putabāt fidem sufficere & opera bona habere nolebāt, ait, Tu credis quia vnus est deus, bene facis, & demones credunt & cōtremiscunt. Nūquid ideo demones ab aeterno igne liberabuntur, quia credunt & contremiscunt? Ecce modo quod audistis in Euangelio, quod ait Petrus: Tu es Christus filius dei viui: legite & inuenietis dixisse demones, Scimus quia sis filius dei. Petrus tamē laudatur, dāmon compefcitur. Vna vox, facta diuersa. Vnde separantur istaē duae confessiones: Laudatur amor, damnatur timor. Non enim amore dicebant hoc demones. Tu es filius dei, timore hoc dicebant non amore. Denique illi in confessione dixerunt. Quid nobis & tibi? Petrus autem, tecum sum vsque ad mortem. Sed & ipse Petrus vnde fratres mei, vnde illi diceret ex amore, Tu es Christus filius dei viui: Vnde illi: Itāne de suo? Absit.

**H** Bene, quod ipsum Euāgelij capitulum vtrūque demonstrat, quid Petrus de dei, quid de suo: vtrūque ibi habes, lege, non est quod a me expectes audire. Commemoro Euangelium, Tu es Christus filius dei viui. Et dominus ad eum, Beatus es Simon bar Iona. Quare? De tuo beatus? Non, quia caro & sanguis non reuelauit tibi: hoc enim es tu: non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater me<sup>9</sup> qui in caelis est. Et sequitur, & dicit cetera quae commemorare longum est. Paulo post dominus ibi, post haec verba sua quibus approbauit fidem Petri, eamque esse peccatam monstrauit, coepit ostendere discipulis suis, quia oportebat eum venire Hierosolymam & multa pati, & exprobrari a senioribus & scribis & sacerdotibus & occidi, & tertia die resurgere. Ibi Petrus de suo expauit, & horruit mortem Christi, expauit aeger medicinam suā, Absit a te domine, inquit, propiti<sup>9</sup> tibi esto, nō fiat hoc. Et vbi est, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam? Oblitus es Petre: Oblitus es, Maiorem charitatē nemo habet quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis? Oblit<sup>9</sup> es? Oblitio illa de ipsius, trepidatio, horror & timor mortis, totum de Petri, imo de Simonis non de Petri. Et dominus, Vade retro satanas. Beatus es Simon bar Iona, sed de dei. Vade retro satanas. Vnde: Recolite vnde beatus. Jam dixi, quia nō tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in caelis est. Vnde satanas dicat dominus, Neque enim sapis quae dei sunt, sed quae sunt hominū. Sperate in domino, & verae fidei bona facta cōiungite. Cōfitemini Christum in carne venisse, & credendo & bene viuendo, & vtrunque ab illo acceptum tenete, ab illo augendum & perficiendum sperate. Maledictus enim omnis homo qui spem suam ponit in homine. Et bonum est homini, vt qui gloriatur, in domino gloriatur.

*De verbis Apostoli, vt de dormientibus non contristemur sicut & ceteri &c. Et de operibus misericordiae quibus mortui adiuuantur:*

*Sermo XXXIII.*

**A**dmoneat nos beatus Apostolus vt de dormientibus, hoc est, mortuis charissimis nostris non contristemur, sicut & ceteri qui spem non habent, spem scilicet resurrectionis & incorruptionis aeternae. Nam ideo & dormientes eos appellat scripturę veracissima consuetudo, vt cum dormientes audimus, cui gilatos minime desperemus. Vnde etiam cantatur in

psalmo, Nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat? Est ergo de mortuis eis qui diliguntur, quaedam tristitia quodammodo naturalis. Mortem quippe horret, non opinio sed natura. Nec mors homini accideret, nisi ex poena quam praecesserat culpa. Quapropter si animalia quae ita creata sunt, vt suo quoque tempore moriantur, mortem fugiunt, diligunt vitam, quantomagis homo qui sic fuerat creatus, vt si viuere sine peccato voluisset, sine termino viueret? Hinc itaque necesse est vt tristes simus, quando nos moriendo deserunt quos amamus, quia & si nouimus eos, non in aeternum relinquere nos mansuros, sed aliquantum praecedere fecuturos: tamen mors ipsa quam natura refugit cum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Ideo admonuit Apostolus non vt non contristemur, sed non sicut ceteri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc cōsolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina promissio. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturae, monumentorum opulenta constructio, viuarum sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sanctae ecclesiae & sacrificio salutari, & eleemosynis quae pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur a domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum vniuersa obseruat ecclesia, vt p eis qui in corporis & sanguinis Christi communiōne defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum vero eorum commendandorum causa opera misericordiae celebratur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigendum est ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerint ante mortē, vt possint eis haec vtilia esse post mortem. Nam qui sine fide quae per dilectionem operatur, cuiusque sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent pignore caruerunt, vel non suscipientes vel inuacuum suscipientes dei gratiam, & sibi non misericordiam thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cū pro eis boni aliquid impenduntur, sed eorum praecedentibus consequentia ista redduntur. Non enim dictum est nisi cum hic viuerent, vt eos haec aliquid adiuuarent, cū hic viuere destitissent. Et ideo ista finies quisque vitā, nisi quod meruit in ipsa non poterit habere post ipsam. Permittantur itaque pia corda charorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lachrymas fundant conditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, quae credunt fideles quādo moriuntur paululum a nobis abire & ad meliora transire. Consolentur eos etiam fraterna obsequia, siue quae funeribus exhibentur, siue quae dolentibus adhibentur, ne sit iusta querela dicentium, Sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & consolantes, & non inueni. Sit pro viribus cura sepeliendi & sepulchra construendi, quia & haec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solū in corporis patriarcharum aliorumque sanctorū, & humanis cadaueribus quorumque iacentium, verum etiam in ipsius domini corpore praedicati atque collaudati sunt qui ista fecerunt. Impleant haec homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mororis.

Verum

**A** Verum illa quae adiuuent spiritus defunctorum oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendantur, qui suos carne non spiritu mortuos, non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

*De celebratione dierum fratrum defunctorum, & resurrectione mortuorum: Sermo XXXV.*

**V**ando celebramus dies fratrum defunctorum, in mente habere debemus, & quid sperandū, & quid timendum sit. Secundū hoc enim sperandū est, quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius: secundum hoc autem timendum est, quia mors peccatorum pessima. Ideoque propter spem in memoria aeterna erit iustus, propter timorē ab auditu malo non timebit. Erat enim auditus quo nullus sit peior, quando dicitur sinistris, Ite in ignem aeternum. Ab hoc auditu malo iustus nō timebit. Erat enim ad dexteram inter illos quibus dicitur. Venite benedicti patris mei percipite regnum. In hac autem vita quae media ante summa bona & ante summa mala ducitur, in medio bonorum malorumque, mediū, id est, in neutra parte summorum: quia & bona quaecunque hic fuerint homini, in comparatione bonorum aeternorum nulla sunt: & mala quaecunque in hac vita experitur homo, in comparatione ignis aeterni nec comparanda sunt. In hac ergo medietate vitae illud quod audiuimus nunc ex Euangelio tenere debemus. Qui credit, iquit, in me, licet moriatur, viuunt: & vitā pronunciat, & mortē non negat. Qui credit in me, licet moriatur, viuunt. Quid est moriatur, viuunt? Licet moriatur corpore, viuunt spiritu. Deinde adiungit, Et qui viuunt & credit in me, non morietur in aeternum. Certe licet moriatur, quomodo si non morietur? Sed licet moriatur ad tempus, non morietur in aeternū. Sic ista soluitur quaestio, vt non sint inter se contraria verba veritatis, & possint instruere affectū pietatis. Ergo licet corpore morituri simus, viuimus si credimus. Est autem fides nostra maxime discreta ab omni fide gentiliū in resurrectione mortuorum. Hanc enim illi omnino non recipiunt, quia vbi recipient non habent. A domino enim preparatur voluntas hominis, vt sit fidei receptaculum. Dicit iudaeis dominus, Sermo meus nō capit in vobis. Ergo in his capit in quibus inuenit quod capiat. In his enim inuenit quod capiat sermo qui capiat, quos deus pollicendo non decipit, ille enim qui quaerit ouem perditam, & qua quaerit nouit, & vbi quaerit, & quomodo eius membra dispersa colligat, & in vnam salutem reducat, & ita constituat vt eam ulterius non perdat. Cōsolemur ergo nos inuicem, & in his sermonibus nostris. Potest non dolere cor humanū defuncto charissimo, melius tamen dolet & sanatur cor humanum, quā non dolendo sit inhumanū. Maria domino cohaerebat, & mortuū fratrem dolebat. Sed quid miraris quia Maria dolebat, tunc cum ipse dominus flebat? Mouere autē quēis potest, quomodo flebat mortuū, si continuo iubet viturum? Nō mortuum flebat quem suscitauit, sed mortem quam sibi homo peccando comparauit. Si enim peccatum non praecessisset, sine dubio mors secuta non fuisset. Secuta est ergo mors etiam corporis, quam praecessit mors animae. Mors animae praecessit deserente deo, & mors corporis secuta est deserente anima. Deseruit volens, & coacta est deserere nolens. Tanquam illi diceretur, Recessisti ab eo quem diligere debuisti, recede ab eo quem dilexisti. Quis enim vult mori? Porius nemo, & ita nemo, vt beato Petro diceretur, Alter te cinget & ducet quod tu non vis. Si ergo nulla est

Tomus decimus.

set mortis amaritudo, nō esset magna martyri fortitudo. Ideo & Apostolus de dormientibus inquit, Nolo vos ignorare fratres, vt non contristemini sicut & gentes quae spem nō habent. Nō tantum ait, Vt non cōtristemini, sed vt nō sic cōtristemini quae admodum gentes quae spem nō habent. Necesse est enim vt contristemini. Sed vbi cōtristaris? Vbi corpus quod viuunt ex anima sit exanime. Discedente anima qui ambulabat iacet, loquebatur tacet, oculi lucē non capiunt, aures nulla voce patefcunt, omnia membrorum officia conquieuerūt, nō est qui moueat gressus ad ambulandum, manus ad operandum, sensus ad percipiendum. Nōne ista est domus, quā nescio quis inuisibilis habitator ornat? Discessit qui nō videtur, remansit quod cum dolore videatur. Ista est causa tristitia. Si haec est causa tristitia, est & huius tristitiaē consolatio. Quae consolatio? Quia ipse dñs in iussu & in voce archangeli in nouissima tuba descēdit de caelo, & mortui in Christo resurgēt primi, deinde nos viuentes, qui reliqui sumus, simul cū illis rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & ita semper cū domino erimus. Pereat contristatio, vbi tanta est consolatio, detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorē. In tanta spe non decet esse triste templū dei. Ibi habitat bonus consolator, ibi qui non fallit promissor. Scio vt mortuū diu plangamus, quoniam mors amara est, per illā transiuit & dñs. Sufficiat haec pauca charitati vestra, cōsoletur vos abundantius qui nō migrat de corde vestro, sed ita dignetur habitare, vt nos dignetur etiam in fine mutare.

*Sermo XXIII. & XXV. habetur supra numero XIX. & XX.*

*Sermonum de verbis Apostoli finis.*

## DIVI AVRE

LII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER QUINQUAGINTA HOMILIARUM.

*De eo quod propheta dicit in psalmo, Quis est homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos:*  
Homilia I.



**V**ocans genus humanū spiritus dei, iubendo quid facere & promittendo quid sperare debeamus, prius metem nostram inflamat ad praemium, vt quod praecipitur magis bonum amando, quā malum timendo faciamus. Quis est homo, inquit, qui vult vitam, & diligit videre dies bonos? Sic interrogans quis iste sit, quasi possit inueniri qui nō sit. Quis enim non vult vitam? Quis sibi non diligit videre dies bonos? Audi ergo quod sequitur, quicumque hoc vis & diligit homo, audi quod sequitur, Omnis homo, cohibe, inquit, linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo & fac bonum, quare pacem & sequere eam. Horum omnium cetera superiora sunt in praeco, vltimum in praemio. Nam vt cohibeamus linguam nostram a malo, & labia nostra ne loquantur dolum, declinemus a malo & faciamus bonum, vt quaramus pacem praecipitur nobis: vt autē

in ij sequamur



**G** sequamur eam, promittitur nobis. Quæ ista pax est, nisi quam non habet mundus? Quæ ista pax est, nisi quæ non habet ista vita, quæ in huius vitæ comparatione nec vita est? Neque enim de hac vita diceret, Quis est homo qui vult vitam, & ad istam vel retinendam vel producendam præceptis consequentibus hortaretur, quanquã & istam quis non velit. Nam & hæc saltē optatur prolixa, quia esse non potest sempiterna, & per hanc potest homo pervenire ad illam, si quemadmodum vult eam longam, sic velit & bonam. Quantum est autem in hac vita longum, quod erit aliquando finitum? Et quod erat longum erit nullum, quia & quando erat nō stabat, & quando producebatur non augebatur, nec addendo crescebat, quia veniendo recedebat. Quisquis igitur es amator longæ vitæ, esto potius bonæ vitæ. Nam si male vivere volueris, longa vita non erit verum bonum, sed erit longum malum. Vide autem quam sis absurdus atque peruersus, cum te villam fatearis plus amare quam vitam. Villam vis potius bonam habere quam vitam? Nam vt inhiando & male concupiscendo adipiscaris villam bonam, fraudando efficis vitam malam. Tamē si tibi diceretur, si à te quæreretur, vtrū malles villa bona carere perdendo, an vita mala moriendo, responderes, te si vtrunque retinere non posses, paratiore esse vt villa tibi auferretur. Cur igitur non sic amatur vita vt sit etiam bona, quæ abs te omnibus tuis bonis præferatur etiam mala? Cupis certe vt longa sit, licet mala sit: immo fac vt bona sit, & noli timere ne brevis sit. Nam si te sollicito bene agitur, te securo cito finietur. Succedet ei nanque vita æterna, sine metu beata, sine fine longa. De illa quippe vita interrogat qui dicit, Quis est homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos? In hac autem vita iubet nos Apostolus redimere tempus, quoniam dies mali sunt. Et quid est redimere tempus, nisi cum opus est etiam detrimento temporalium commodorum ad æterna quærenda & capeffenda spatia temporis comparare? Unde & dominus præcepit dicens, Si quis voluerit tecum iudicio contendere & tunicam tuā tollere, diimite illi & pallium, vt scilicet amissa re temporali, impendas ad quietem, quod eras impensurus ad litem. Quod itaque non de vita & diebus huius temporis loquatur spiritus dei dicens, Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, sequentia docet. **T**alia enim præcepta subiungit quibus obaudiendo vitam & dies bonos habere possumus, vt hæc vita quam nunc agimus, & hi dies, pro eiusdem præceptis implendis plerunque amittendi sint. Proinde si hanc vitam, in qua nunc sumus, intellexerimus in eo quod dictū est, Quis est homo qui vult vitam, & propter hanc habendam quæ connectuntur præcepta faciamus, quid acturi sumus cū aliquis in malitia potēs mortem nobis fuerit comminatus, nisi falsum testimonium dixerimus? Profecto enim si fecerimus quod hic iubetur. Cohibe linguam tuā à malo, vt propter hoc præceptum testimonij fallaciā recusamus, quasi decepti videbimur, quia propter habendam vitæ cupiditatem præceptum seruare suscepimus, & eam magis præceptum seruando perdidimus. Porro si vitam intellexerimus in æternum beatam, quam post istā deus dabit obedientibus sibi: de qua dominus dixit ad quendam, Si vis venire ad vitā, serua mandata. Tunc vero interrogati, Quis est homo qui vult vitā, & respondemus nos velle vitā, & iam sub ipso percussoris ictu veritate seruabimus in testimonio, mortē contēnimus in mundo, vitā cōsequimur in cælo. Hæc de diebus bonis intelligamus: nā si propter dies præsentis seculi qui

boni dicuntur & nō sunt, in sepultura cordis per epularum aggeres, in luxu ac vinoletæ gurgitibus, in turpissimis ingluuiū voluptatibus. Si ergo propter istos dies quasi propter dies bonos susceperimus præceptū vt labia nostra non loquantur dolum, plerunq; tales dies cogunt amatores suos loqui dolum, & tales dies negātur eis qui nō loquuntur dolum. Quid est enim aliud loqui dolum, nisi aliud labiis promere cū aliud claudatur in pectore? Ad hoc maxime adulatorū exarsit negocium, qui penē semper ne prohibeantur ab opimis mensis apparatusq; cōiuiiis, blandiendo nō tacent falsum, ne ab his prohibeantur si amādo deū dixerint verū. Ergo propter istos dies quos putāt bonos, vt eis exhibeantur, loquūtur dolum, & eis negantur si non loquūtur dolum. Alij sunt igitur dies boni de quibus admonemur, vt si eos videre diligimus, cohibeamus à malo linguā, nec dolum loquamur. Non sunt de isto seculo dies illi, nō eos habet cælu quod transiet, sed quod permanebit. Nō eos nouit terra morientiu, sed terra viuentium. Hos quisq; intellexerit & dilexerit, linguā cohibet à malo. Et si iā terror mortis cogat ad malum, labia eius nō loquūtur dolum: & si diebus fallaciter bonis inuitetur ad dolum, declinat à malo, etiā inter bona facit bonum, etiā inter mala quaerit pacē quæ non est super terrā, & sequitur eam in illo qui fecit cælum & terram. Proinde fratres cōcupiscite vitā, & diligite videre dies bonos, vbi nulla nox erit, vitā in qua dies malus non timeatur, dies bonos in quibus nunquam finiatur. Sed si hanc mercedem diligitis, caueute ne opus cuius ea merces est, recusatis. Illam enim pacem quærendo sequimini, quaeritis autem manibus vestris nocte corā deo, & nō decipiemi. Quid est autem manibus vestris nocte, nisi etiam in tribulatione? Quid est coram deo, nisi in cōscientiæ puritate? Sic viuendo & hoc amando habebitis deum in contemplatione, & in illo vitam sine defectione, dies bonos sine contenebratione, pacem sine dissensione.

De eo quod propheta dicit in Psalmo, Sedēs aduersus fratrem tuum detrahebas, usque ad hoc, Cōstituit te ante faciem tuam: Homilia II.

**R**equenter fratres charissimi cum Psalmista cantamus versiculū illum, per quem detractores spiritali gladio feriuntur. Sic enim ait, Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Quod autem dixit, Sedens, ostendere voluit quod non transitoriē detraxerit, nec ei surreptum sit vt malum de proximo loqueretur. Sedens, id est, ex ocio, quasi ad hoc vacans vt derogaret proximo suo. Hæc fecisti & tacui &c. Nemo, fratres charissimi, falsa securitate se decipiat, & putet se ante tribunal Christi non esse venturum, nec rediturum de factis propriis rationem. Veniet enim dominus deus noster & non silebit. Modo enim silere dicitur, quia adhuc vindictam suspendere videtur. Hæc fecisti & tacui. Quid est tacui, nisi non vindicaui? Seruitatem meam distuli, patientiam tibi prolongaui, poenitentiam tuam diu expectaui. Hæc fecisti & tacui. Ego autem cum adhuc expectarem vt te poeniteret, tu autem & me contempsisti, & Apostolum audire noluit. Et secundum duritiam cordis tui & cor impoentens, thesaurizasti tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Susplicatus es inique quod ero tibi similis. Parum est quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deum quia non statim pateris vltorem, vis tenere participem, & tanquam corruptum iudicem prædæ socium vis habere. De multis quæ rapuisti

**A** rapuisti paruas elemosynas faciens, & adhuc peccata nōi deferens, quasi corruptum iudicem putas te posse redimere: cum si etiā totum dares & peccata ipsa nōi defereres, te ipsum deciperes pecuniā perdendo & peccata non redimendo. Susplicatus es inique quod ero tibi similis. Arguam te, Quādo? Veniet enim dominus deus noster & non silebit. Arguam te. Et quid faciam arguendo te? Quid tibi faciam? Modo te nō vides, facio vt videas te, quia si videres te & displiceret tibi, placeres mihi. Quia vero te non vident placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi. Mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit? Constituam te ante faciem tuam. Quod enim vis latere te ipsum, in dorso tuo tibi est. Non te vides, facio vt videas te. Quod tu post dorsum tuum posuisti, ego ante faciem tuam ponam. Videbis fœditatem tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Modo enim fratres charissimi, omnes amatores luxuriæ, & qui cum delectatione faciunt iniquitatē, peccata sua post dorsum proiciunt. Si vero aliquid boni casu aliquo vel per quālibet occasione fecerint, ante se ponunt, & inde assidue gloriantur & dicunt, Ego illum liberaui, ego illi benefeci, ego illi tantum dedi. Et dum bona quæ per illos deus fecit, sibi assignant: per vanitatem perdunt quod per elemosynam acquirere videntur. Ac sic ante tribunal Christi perditis bonis quæ ante se habebant, peccata quæ post dorsum proiecerāt ante faciem eorum reuocātur: & sine vllo termino sustinebunt supplicium qui sibi dum viuerent noluerūt prouidere remedium. Et hæc quidem faciunt illi qui plus diligit præsentia quam futura. Qui vero de animæ suæ salute attentius cogitant, econtrariō faciunt. Bona quæcunque fecerint post dorsum proiciunt, mala autē quæcunque surreperint ante oculos ponunt: & dum de ipsis in præsentī seculo erubescunt, & vulnera curare & mortua resuscitare, & sordida abluerē tota fidei deuotione contendunt: cū in die iudicij ante tribunal Christi venerint, mala quæ ante faciem suam posuerant & bonis operibus redēpta sunt, auferentur: bona quæ propter vanitatem post dorsum proiecerant, ante oculos collocabuntur, & merebuntur audire, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Et licet hæc ita sint, non tamen de illis desperandum est qui adhuc mala sua nō solum corrigere nolunt, sed etiam defensare non erubescunt: sicut nec illa ciuitas desperata fuit, de qua dictū est, Adhuc triduo, & Niniue subuertetur. In ipso tamen triduo idonea fuit conuerti, orare, plangere, & de pœna imminente misericordiā promereri. Audiant ergo qui tales sunt dum licet audire tacentem, id est, in præsentī non vindicantem. Veniet enim dominus deus noster & non silebit. Et tunc arguet, quando correctionis locus nō erit. Statuam te, inquit, ante faciem tuam. Modo ergo, sicut iam supra dictum est, quisquis talis es, fac quod tibi minatur dominus facere: tolle te de dorso tuo vbi te videre non vis dissimulans à factis tuis, & constitue te ante te. Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex: torqueat te timor, erumpat cōfessio, dic deo tuo, Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum ante me est semper: Quod erat post te, fiat ante te. Et cum factum fuerit ante te, puniatur à te, ne tunc postea à deo iudice fias ante te, & non sit quod fugias à te. Intelligite autem hæc qui obliuiscimini deū. Non cogitabas de vita tua mala: intellige qui oblitus es dominum. Ne quando rapiat sicut leo, & non sit qui e-ruat. Quid est sicut leo? Sicut potens, sicut fortis, sicut ille cui resistere nemo potest. Illi enim quos supra dixi-

mus, id est, amatores mundi, in ore suo deum laudare videntur, sed longe aliud operibus exercere probantur. Secundum illud quod ait propheta, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sed clamat illis spiritus sanctus, Peccatori autem dixit dominus, Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tanquam si diceret ei, nihil tibi prodest quod laudas deum. Illis enim qui bene viuunt prodest quod laudant, tu autem si laudas & peccata non deseris, nihil tibi prodest: Vt quid me laudas? Audi scripturam dicentem, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si enim male vitis & bona dicis, nondum laudas. Sed rursus si cū ceperis bene viuere, meritis tuis tribuis, nondum laudas. Nolo te esse latronē insultantem cruci domini: sed nec te illum volo esse iactantē merita sua, & occultantem vulnera sua. Si fueris iniquus & perseverans in illa iniquitate, non dico tibi non proderit laus, sed non me laudas, istam laudem non deputo. Rursus si fueris quasi iustus, id est, humilis & pius, & de inuitia inflatus incesseris, & alios in tua comparatione contempseris, aut superextuleris te, tanquam glorians de meritis tuis, non me laudas. Nec ille me laudat qui male viuunt: nec ille me laudat qui quasi de suo, bene viuunt. Sed nunquid ille Pharisæus quasi de suo talis erat cum diceret, Gratias tibi ago quia nō sum sicut ceteri homines? Gratias deo agebat ex eo quod bonum in se habebat, Quamuis ergo boni aliquid in te sit, non ex te esse quod bonū est, sed à deo te accepisse profiteri. Tamen in eo ipso si te extuleris supra alium non habentem, elatus teneberis, nondum laudator meus eris. Primum ergo corrige te à via pessima, incipe bene viuere, intellige quia nō corrigeris nisi dono dei. A domino enim gressus hominis diriguntur. Hoc cum intellexeris, faue & alijs vt sint quod & tu es, quia hoc eras & tu quod & illi sunt. Faue quantum potes, & noli desperare. Non enim vsque ad te diues est deus. Quod enim tibi dedit, crede quod etiā & alijs & velit & possit dare. Non ergo laudat, qui cum iam ceperit bene viuere, de suo putat esse quod bene viuunt, non acceptū à deo. Nec ille laudat, qui cum sciat se quod viuunt accepisse à deo, tantum vsque ad se vult esse diuitem deum, & non vult vt alijs sit misericors deus. Ille itaque qui dicebat, Gratias tibi ago deus quia non sum sicut ceteri homines iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste: nōne & ibi potuerat dicere, Domine dona & publicano huic quod mihi donasti, supple & mihi quæ nondū dedisti? Sed etiam quasi saturatus eructabat. Pauper vero ille, id est, publicanus, quid dicebat? Domine propitius esto mihi peccatori. Ideo descendit iustificatus publicanus magis quam ille Pharisæus. Ergo audite qui bene viuitis, audite qui male viuitis. Sacrificium laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc sacrificium & malus est. Non dico, non mihi hoc offert malus, sed nemo mihi hoc offert malus. Qui enim laudat bonus est, quia si laudat etiam bene viuunt. Qui si laudat, non solum lingua laudat, sed & vita cum lingua consentit. Et ideo rogo vos fratres charissimi, quantum possumus cum dei adiutorio studeamus, vt quomodo deum laudamus vocibus, sic etiam bonis moribus collaudemus. Melius est enim tacere & benefacere, quam deum laudare & peccata committere. Qui enim laudat deum vita simul & lingua, vocibus pariter & bonis operibus, dupliciter in se prouocat gratiam dei. Si vero non præualeat deum laudare vocibus, laudet bonis operibus, assiduis orationibus, cogitationibus sanctis. Si enim hæc di-

Eph. 5. Redimere tempus quid?

Matth. 5.

I

Matth. 19.

Dies præsentis seculi.

Loqui dolum quid?

Dies boni.

De Continentia animæ. cap. 13.

L

Psal. 76. Querere manibus nocte & corā deo.

Psal. 49.

M Psal. 49.

Roma. 2.

Matth. 25.

Ion. 3. 18. de Ciuitate dei, cap. 44. Et li. 2. cap. 18.

Psal. 49.

Psal. 50.

Psal. 49.

Esa. 29.

Psal. 49.

Ecclesiasticus 15.

Luce. 23.

Luce. 18.

E

Psal. 76.

F

Luce. 18.

Psal. 49.

G lighenter attendimus, & in hoc seculo cum secura conscientia laudare deum possumus, & in futuro ad aeternum gaudium feliciter veniemus.

Eph. 3.

De eo quod Apostolus dicit, Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae subtilitudo, longitudo & profundum: Homilia III.



Vi enim cognouit, inquit, latitudinem & longitudinem, altitudinem & profundum, & supereminentem scientiam charitatem Christi, vidit & Christum, vidit & patrem. Ego haec verba Apostoli Pauli sic intelligere soleo. In latitudine bona opera charitatis. In longitudine perseverantiam usque in finem. In altitudine spem caelestium praemiorum. In profundo inscrutabilia iudicia dei, unde ista gratia in homines venit. Et hunc intellectum possumus coaptare etiam sacramento crucis, ut in latitudine intelligatur transfusum lignum quo extenduntur manus propter operum significationem. In longitudine ab ipso usque in terram, ubi totum corpus crucifixum stare videtur, quod significat perseverare, hoc est, longanimiter permanere. In altitudine ab ipso transfuso ligno sursum versus, quo caput eminet, propter expectationem supernorum, ne illa opera bona atque in eis perseverantia propter beneficia dei terrena ac temporalia facienda credantur: sed potius propter illud quod desuper sempiternum sperat fides quae per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni quae in terra abditio defixa latet, sed inde confurgit illud omne quod eminet, sicut ex occulta dei voluntate vocatur homo ad participationem tantae gratiae, alius sic, alius autem sic. Supereminente vero scientiae charitatem Christi, eam profecto ubi pax illa est quae praecellit omnem intellectum.

Gala. 5.

Eph. 4.

Philip. 4.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me:

Homilia IIII.



Nter caetera quibus beatus David infirmitatibus nostrarum medetur animarum, sub quadam trinitatis regula orandi nos formam tenere itaque peritissimus magister erudit dicens, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Sollicitius itaque fratres intendite quas sibi potissimum virtutes tribui rex propheticus deprecatur, Bonitatem & disciplinam, inquit, & scientiam me doce domine, Vere novit recte vivere qui recte novit orare. Non enim petit mundanarum divitiarum thesauros, non regna finitima, non tempora prolixiora vivendi, sed bonitatem se doceri. simul & disciplinam poscit. Bonitas enim facit amabilem disciplinam, & disciplina efficit inculpabilem bonitatem. Nec quemquam latere puto, quia bonitas sine disciplina delictorum mater est, & disciplina sine bonitate tristis quaedam amaritudo vivendi. Scientiam praestari sibi pariter implorat, ut noverit scienter sapienterque distinguere qui sint termini bonitatis, & quam debeat habere disciplina mensuram: ne forte aut nimiam remissionis vitio bonitas inconsulta foedetur, aut disciplina durior ipsa sui austeritate crudelescat. Vis frater bonus esse peccanti? Benigne quidem fac, & ut vere sis bonus, vigorem ei adhibe disciplinam, ut tua illi bonitas proficiat in salutem. Quem utique si nulla coercentis censura increpatione terrueris, perniciofa erit ei haec bonitas tua qua permittis perire peccatam, quem poteras saluare correctum. Rursum si nimio disciplinae rigore nullam scientiam bonitatis praetenderis medicinam, dum rigorem tuum refugit peccans, peccati aegritudine non curabis. Et quae tandem vivendi ratio erit, quaeve iu-

Psal. 118.

Orare recte

stitia erit, ut solutior lenitas cohibentiam praebeat peccatori, aut immoderata severitas a lapsu non reuocet delinquentem? Ut autem bonitatis huius disciplinaeque magisterium in nostris fuisse maioribus plenius perfectiusque discamus, pauca de pluribus venerabilium patrum recenseamus exempla. Implevit sine dubio bonitatis ac disciplinae istius formam beatus Petrus, cum sicut vere bonus oblatos sibi dicitur, curasse infirmos, & ut disciplinae caelestis amator, iusta ultioe punisse medaces perhibetur. Nimirum bonitatis eius gratiam testatur Aeneas ille debilis qui claudus ab infantia sedes in porta templi domini, atque mendicans in nomine Christi Iesu, Apostoli curantis imperio antiquam recepit sanitatem. Probauerunt & disciplinae eius severitatem Ananias & Saphira, qui distrahentes agrum quem vendere nemo coegbat, dum de precij quantitate mentiuntur Apostolo, morte sibi falsitate mercati sunt. Quo facto edocuit gloriosissimus Petrus inesse sibi bonitatem ac disciplinam, dum remedium praestat infirmo, & competentem sumit de mendacibus ultionem, quod eum recte sanctaeque fecisse caelestis iudicij consensus ostendit. De perfectione vero scientiae eius quis ambigat, qui Christum dominum viui dei filium esse de caelo sibi patre revelante cognouit? Et quia bonitas ac disciplina scientiaeque non deerat, pascebat illi dominus suas commendavit oculos. Tequit bonitatem ac disciplinam etiam gloriosissimus Paulus, qui ut eius scripta testantur, discipulis suis & virgini correctionis & spiritum mansuetudinis praetendebat, propter quod faciebat eum omnibus amabilem bonitas, & disciplina terribilem. Nam etiam inter ipsa mundi primordia ut bonitatem ac disciplinam Christi doceret ecclesias, & remoueri iussit peccantem a communione sanctorum, & eundem recipi correctum. De scientia autem eius quid nos dicemus, cum omnes eum noverint in caelestibus didicisse quae doceret in terris? Ibi talia se memoravit edoctum, qualia loqui mortalibus non liceret. Habuit nihilominus bonitatem & disciplinam testis dominicus & Baptista Ioannes, qui respicientes a peccatis suis propheticam pietatis affatu poenitentiae baptismo diluebat, atque ut vere legalium praceptorum custos immobilis & Herodem regem de illicita accusabat uxore, & cunctis ad se concurrentibus purgationis vitae praepcepta mandabat. Scientiam autem illius plenitudinem quis potest agnoscere, qui quod pro salute mundi venit de caelo, primus omnibus revelavit. Videtis itaque fratres quo orandi compendio & qua paucitate verborum perfectionem vivendi venerabilis Propheta quaerebat. Brevissimo namque sermone conclusit, quotquot spiritualium habet multitudinem virtutum. Si ergo ille prophetarum praecipuus doceri se a deo sanctiores vias tantopere precabatur, quid facere nos oportet qui & tardi sensus infirmitate torpemus, & noxia remissionis vitae consuetudine deprauamur? Nos, inquam, magis orare debemus dicentes, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce nos domine, quatenus in nobis bonitas malitiam vincat, vitia ac voluptates disciplina castiget, & ignorantiae cecitate scientia veritatis illuminet. Si enim scieris omnipotentem deum filiumque eius vnigenitum vnium esse substantiam, spiritumque sanctum pari creditis aeternitate regnantem, nulla vnquam te vel Paganorum vana persuasio, vel Arrianorum perfida turbabit impietas. Si futuri iudicij scientia cor tuum mentemque repluerit, habebis in tuis moribus disciplinam. Rursum si disciplinae ipsius mensuram regulasque seruaueris, congruam tenebis in omnibus

Acto. 9.

Acto. 5.

L.

Matth. 16.

Ioan. 21.

1. Thef. 3.

Matth. 5.

Matth. 14.

M.

A omnibus bonitatem, quia bonitas est temperamentum disciplinae, & disciplina condimentum est bonitatis. Caue ergo frater ne ita velis bonus videri, ut abicias disciplinam, aut ita arduam seceris disciplinam, ut remoueas bonitatem. Quibus beatus David idcirco scientiam precatur adiungi, ut directo mentis nostrae iudicio scire possim, qualiter in nobis esse possit & districtior bonitas, & blandior disciplina.

2. Timo. 4.

De eo quod Apostolus dicit, Praedica uerbum, in ista opportune importune, argue, increpa, obsecra cum omni patientia & doctrina: Homilia V.



Requenter in scripturis sanctis audiuit charitas vestra fratres charissimi, in quo sint sacerdotes periculo constituti, si noluerint implere illud quod contestatur Apostolus, Praedica uerbum, in ista opportune importune, argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina. Et quia tam graue pondus imminet ceruicibus nostris, quibus dicitur, Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram: necesse nobis est quoscumque negligentes aut secreta aut publice castigare. Sed quando corripimus, ille quem corripimus si malus est, attendit ad quo corripitur, & facilius in correptore suo, quam in se libenter agnoscit quod corrigat. Et si vera inuenit quae & ipse dicat in eum ad quo corripitur, gaudet: quanto melius gauderet de sua sanitate correctus, quam de alieno languore correptus? Ecce puta uerum esse quod dicitis. Inuenisti aliquid in homine a quo reprehensus es, tamen per illum tibi ueritas loquebatur, per malum, per iniquum ueritas tibi loquebatur. Quae, quid reprehendas in homine, inueni potius quid reprehendas in ueritate. Velis, nolis illa est aduersaria tua, in qua non inuenis quod accuses. Illam fac amica si potes. Aduersarius tuus sermo dei est. Proferat eum peccator, proferat eum iustus, sermo dei est, inculpabilis est. Ipse est aduersarius tuus, concordia cum eo cum es in uia cum illo. Via uita ista est. Aduersarius omnium iniquorum sermo dei est. Parum tibi est quod cum esset manes in sua beatissima & sacratissima sede uenit ad te, ut esset tecum in uia, & tecum uoluit comitari, ut cum ambulat & in potestate habes, coponas causam tuam & dicas, Quando finiturus sum uiam? Et cum finieris uiam, non erit cum quo causam tuam componere possis, & aduersarius tradet te iudici, iudex autem ministro, minister autem in carcerem. Non exibis inde non reddideris nouissimum quadratem. Est enim uerbum dei, quasi aduersarius in uia, habes in potestate, componere. Quid a te quaerit aduersarius iste ut concordet cum illo? Quid? Nisi salutem tuam. Ambulat cum aduersariis suis & dicit eis ut concordent cum illo. Fiat. Nondum finita est uia. Quod heri non est factum fiat hodie, nondum finita est uia. Quid expectatis quousque finiat? Cum finita fuerit non erit alia ubi cum aduersario concordetis. Iudex restat, minister & carcer. Multis haec uia cum sibi plures promitterent in ea annos, subito finita est. Sed ecce fac quia longa erit uia tua, ut semper tecum aduersarius tuus ambulet. Non erubescis tanto tempore cum tali aduersario habere discordiam? Sermo dei, quantum est in ipso, amicus tuus est, aduersarius tu tibi eum facis. Ipse enim tibi bene uult, tu tibi eum contrario male. Ille iubet, non fureris, tu furaris: ille iubet non adulteras, tu adulteras: ille iubet fraudem non facias, tu facis: uetate tu iurare, tu falsum iuras, facis omnia contra quae dicit. Tu tibi facis sermonem dei inimicum, Nec mirum quando tu tibi ipse inimicus es. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Si enim diligendo iniquitatem odisti animam tuam, quid miraris quia audisti sermonem dei qui uult bene animam tuam? Ergo tacebimus & neminem omnino corripiemus? Corripiamus plane, sed prius nos. Proximam uis corripiere, nihil est tibi teipso propinquum. Quid is loget? Te habes ante te. Quid enim per scripturam? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Si ergo teipsum non diligis, proximum quomodo diligis? Regulam dilectionis in proximum ex te accepisti. Dilige eum inquit. Ideo dico, prius te dilige, & die tibi. Si autem uere ex dilectione dicis, manifestum est quod intus egit aliquid, uerbum quod procedit. Sed timendum est ne te non diligas, & uelis alium corripiere & facias hoc cum odio. Si autem odisti fratrem, leuora obiciis quam facis. Qui odit fratrem suum, homicida est. Audistis hodie lecta est epistola Ioannis. Ait scriptura, Ne contemnerent homines quae intus habent in corde, & illa accusarent quae sunt per corpus, iam qui odit fratrem suum dixit, homicida est. Nondum manus armata est, nondum faucem obsedit, nondum insidias praeparauit, nondum uenena quaesuit, & reus in oculis dei concepto odio iam tenetur. Adhuc uiuit quem quaerit occidere, & occidisse iam iudicatur. Si ergo cum odio corripis, aures aliquem homicidam corripiere? An quia non tenent homines & ducunt te ad iudicem, ideo in oculis summi dei & iudicis non agnoscis crimen tuum? Si non uis agnoscere crimen tuum, agnoscis poenam tuam. Non enim ille parcat homicidis. Sed corrigo me, inquit, cum sum in uia. Corrige ergo te & tunc poteris fratrem corripiere. Leuora obiciis, grauiora committis. Festuca uides in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non uides. Hoc enim dixit dominus propter homines qui cum odio corripiunt. Irascentem corripis, & tu odio contabescis? Appende in statera considerationis iram & odium. Quid est ira? Feruor quidam animi. Ad praesens displicet tibi. Iam in te ira ista inueterata est, ideo fecit odiu. Ira festuca est, trabes futura crescendo. Sicut enim festuca crescit in trabem, sic ira inueterata fit odium. Iam tu odisti & corripis irascentem, iam in illo festuca displicet, in te adhuc placet trabes. Vultis uideri quantum interit? Sape inuenimus irascentem patrem filio, patrem odisse filium difficile inuenies. Filio quem diligit irascentem potest pater, irascentem & amat potest dici, odit & amat non potest dici. Haec dixi propter homines qui minora in aliis puniunt, in se maiora non puniunt. Haec ergo fratres charissimi salubriter cogitantes, faciamus amicitias cum aduersario nostro dum sumus in uia cum illo: hoc est, consentiamus uerbo dei dum adhuc sumus in hac uita, quia postea cum de hoc seculo transferimus, nulla copunctio vel aliqua satisfactio remanebit. Iudex restat, minister & carcer. Ut ergo haec omnia, domino auxiliante, possimus implere, diligamus toto corde non solum amicos, sed etiam inimicos, ut in nobis impleatur illud quod scriptum est, Omnis lex in vno sermone impleatur in uobis, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et illud, Caritas operit multitudinem peccatorum. Quam rem ipse qui est uera caritas nobis praestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

2. Timo. 4.

Ezechi. 3.

B.

Matth. 5.

Matth. 5.

1. Thef. 3.

Matth. 5.

Matth. 14.

M.

Verbum dei aduersarius in uia.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

Matth. 5.

nitnam tuam, quid miraris quia audisti sermonem dei qui uult bene animam tuam? Ergo tacebimus & neminem omnino corripiemus? Corripiamus plane, sed prius nos. Proximam uis corripiere, nihil est tibi teipso propinquum. Quid is loget? Te habes ante te. Quid enim per scripturam? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Si ergo teipsum non diligis, proximum quomodo diligis? Regulam dilectionis in proximum ex te accepisti. Dilige eum inquit. Ideo dico, prius te dilige, & die tibi. Si autem uere ex dilectione dicis, manifestum est quod intus egit aliquid, uerbum quod procedit. Sed timendum est ne te non diligas, & uelis alium corripiere & facias hoc cum odio. Si autem odisti fratrem, leuora obiciis quam facis. Qui odit fratrem suum, homicida est. Audistis hodie lecta est epistola Ioannis. Ait scriptura, Ne contemnerent homines quae intus habent in corde, & illa accusarent quae sunt per corpus, iam qui odit fratrem suum dixit, homicida est. Nondum manus armata est, nondum faucem obsedit, nondum insidias praeparauit, nondum uenena quaesuit, & reus in oculis dei concepto odio iam tenetur. Adhuc uiuit quem quaerit occidere, & occidisse iam iudicatur. Si ergo cum odio corripis, aures aliquem homicidam corripiere? An quia non tenent homines & ducunt te ad iudicem, ideo in oculis summi dei & iudicis non agnoscis crimen tuum? Si non uis agnoscere crimen tuum, agnoscis poenam tuam. Non enim ille parcat homicidis. Sed corrigo me, inquit, cum sum in uia. Corrige ergo te & tunc poteris fratrem corripiere. Leuora obiciis, grauiora committis. Festuca uides in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non uides. Hoc enim dixit dominus propter homines qui cum odio corripiunt. Irascentem corripis, & tu odio contabescis? Appende in statera considerationis iram & odium. Quid est ira? Feruor quidam animi. Ad praesens displicet tibi. Iam in te ira ista inueterata est, ideo fecit odiu. Ira festuca est, trabes futura crescendo. Sicut enim festuca crescit in trabem, sic ira inueterata fit odium. Iam tu odisti & corripis irascentem, iam in illo festuca displicet, in te adhuc placet trabes. Vultis uideri quantum interit? Sape inuenimus irascentem patrem filio, patrem odisse filium difficile inuenies. Filio quem diligit irascentem potest pater, irascentem & amat potest dici, odit & amat non potest dici. Haec dixi propter homines qui minora in aliis puniunt, in se maiora non puniunt. Haec ergo fratres charissimi salubriter cogitantes, faciamus amicitias cum aduersario nostro dum sumus in uia cum illo: hoc est, consentiamus uerbo dei dum adhuc sumus in hac uita, quia postea cum de hoc seculo transferimus, nulla copunctio vel aliqua satisfactio remanebit. Iudex restat, minister & carcer. Ut ergo haec omnia, domino auxiliante, possimus implere, diligamus toto corde non solum amicos, sed etiam inimicos, ut in nobis impleatur illud quod scriptum est, Omnis lex in vno sermone impleatur in uobis, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et illud, Caritas operit multitudinem peccatorum. Quam rem ipse qui est uera caritas nobis praestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

De eo quod dominus dicit in Euangelio, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt: Homilia VI.



Requenter in Euangelio, fratres charissimi, audiimus dominum dicentem, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt. Quare autem dominus dixit, Diligite inimicos uestros, nisi quia passuri eramus inimicos? Sed dicit aliquis, m iiii Quis

Matth. 23.

1. Ioan. 3.

E.

Matth. 7.

F.

Luc. 16.

Gala. 5.

1. Petr. 4.

Matth. 5.

Vbi supra.

Matth. 10.

**G** Quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impium deus tuus qui nunquam fuit impius. Tu autem etiam si non es impius, fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus nisi ex peccatore. Sicut frequenter cantauimus, Beati quorum remissa sunt iniquitates: non dixit, Beati qui non fecerunt peccata, sed beati quorum remissa sunt iniquitates. Si enim quis qui non fecerit, non inuenies: Unde ergo quisquam erit beatus nisi remittatur quod fecit, nisi tegatur quod commisit? Si ergo iam tibi peccatum dimissum est, ille te insequitur qui nondum est iustus. Et tu antequam iustificareris alios persequeris, perieras & inuentus es, Et ille qui tibi aduersatur intuenitur & non persequitur. Noli cogitare quod tuis meritis talis factus sis, quia gratia dei te talem fecit. Et bene considerans videbis, potentem esse deum qui talem faciat, eum, quem iuste videris odisse. Dicis enim tu tibi quasi iustus, Magna est patientia dei quae illum talem viuere sinat. Atque utinam hoc solum dicas, sed timeo quod insuper reprehendas dicens, Quid placuit deo tibi libus parere? Quare tanta mala faciunt homines & viuunt? Sic dicat alius, O deus, quare vitit iste qui tanta dicit, & tuam iustitiam reprehendit? Non enim attendit quid ipse dicat, sed attendit quid alius faciat. Qui tibi displicet fortassis non reprehedit, nec effundit istas contumelias in deum, quomodo tu facis. Ecce putas quia deus quomodo tu vis, nulli malo velit parere, quid de te facturus est qui sine peccato esse non potes? Non attendis ubi te inueniat. Rogo ergo ut non solum aliis, sed etiam & tibi parcat. Hoc itaque fratres habent quasi proprium omnes iniqui, nolunt ut parcat deus iniquis, & non videt quid ipsi sint, etiam ex hoc ipso quod ita volunt. Sed ego iustus sum inquis. Si tibi non parceret deus cum esses iniquus, quomodo ad iustitiam peruenisses? An forte volebas ut deus usque ad te patiens esset, quousque tu peruenires ad iustitiam? Quia deus extendit potentiam misericordiae suae ut tu transire posses, hoc vis ut iam subducatur ne alius trahatur. Diligamus ergo inimicos nostros fratres charissimi, Forte qui hodie est amicus tuus, talia peccata facturus est, ut in vita aeterna tecum esse non possit. Non enim scis quid pariat crastinus dies. Et econtra qui inimicus erat, forte sic ad poenitentiam conuertetur, ut in illa coelesti Hierusalem concius tuus esse mereatur, & forte etiam maior efficiatur. Non vobis hoc difficile videatur. Interrogemus scripturas, & in ipsis hoc euidentius agnoscere poterimus. Paulus Apostolus prius sceleratus erat inimicus Christianorum, rapiebat, vastabat, sauebat. Vbi? Quando lapidatus est martyr Stephanus, parum illi erat manus suae, manibus omnium lapidabat: quia ut illi non impedirentur vestimentis suis, sed liberis manibus saxa proicerent, omnium vestimenta seruauit, ac sic in omnium manibus illud scelus operabatur. Videte istum virum vna voce domini ex persecutore factum praedicatorem. Praecessit eos quos oderat: Illi enim omnes Christiani quos insequeretur tales non erant, qualis ipse factus est. Non enim omnes illi Apostoli erant, quod ipse factus est. Videtis fieri posse, ut inimicus qui erat hodie, sit non solum amicus & frater in gratia, sed etiam praecedat, & melior fiat. Ergo fratres mei, Christiani illi omnes quos persequeretur Saulus, putatis quia non rogabant? Vtique si nouerat Christum, si Christiani erant, si non erant ipsum dominum Iesum pro impiis mortuum. Non enim mortuus est pro fidelibus, sed mortuus est ut faceret fideles. Rogo vos fratres diligenter attendite, dominus & saluator noster, qui mortem

suam praestitit infidelibus, quale sit illud quod seruat fidelibus: Et hoc considerate, quia quos persequeretur Paulus: Apostolus, bene nouerat misericordiam domini, & sciebant quod Saulus ille persecutor poterat fieri praedicator, & ideo orauerunt pro illo, & exauditi sunt. Ille persequeretur, sed illi vicerunt. Illi enim magis occiderunt, & interfecerunt rogando pro eo. Quomodo? Ecce vna voce prostratus est persecutor. Resurrexit enim iam non persecutor, sed praedicator. Qui enim persequeretur mortuus est. Quare persecutor, & non inuenies iam, quia surrexit. Ergo illi potius occiderunt eum orando, quam ille persequendo. Et vos ergo fratres sic orate pro inimicis vestris, ut occidat eos deus, id est, ut eorum malitiam quae vobis inimicatur occidat. Sic enim non occidit quod creauit, sed quod ipsi sibi fecerunt. Homo enim & peccator duo nomina sunt. In ipsis duobus nominibus quare quid fecit deus, quare quid suaserit diabolo ab homine factum est. Quis horum duorum te persequitur? Si enim tu bene viuus, non te persequitur, nisi qui malus est. Non ergo homo, sed peccator te insequitur. Rogo pro homine, ut extingatur deus peccatorem. Cum enim mortuus fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur, immo consolabitur viuens, qui te in peccatis mortuus persequeretur. Non vobis ergo graue sit, per ipsius domini misericordiam vos obtestor, quia spes nobis alia non est, nisi dimiserimus quicquid nos laeserint homines. Nemo vos fallat. Aliud maius sacrificium non est quod debeamus deo, nisi quicquid boni est, etiam malis hominibus, si tamen hominibus fecerimus. Dicit tibi deus, Ego, non ex te cresco, sed tu ex me. Sacrificium volo quod proficit homini, sic ad me peruenit quod tibi proficit. Potes mihi dicere, non habeo quod tribuam indigentibus, non possum ieiunare frequenter, & a vino & carnibus abstinere non possum. Nunquid potes mihi dicere, charitatem te habere non posse? Ipsa est cuius possessio tanto plus augetur, quanto amplius erogatur. Dimitte ergo quod tenebas, ne aduersus te ille teneat aliquid, cui non habes quod dimittas. Dimitte, & dimitte vobis: date, & dabitur vobis. Scitote fratres charissimi, quia duae sunt elemosynae. Vna cordis, alia pecuniae. Elemosyna cordis est, dimittere ei a quo laesus es. Nam dare aliquid indigenti, aliquando quaeris & non habes. Indulgere peccanti quantum volueris, redundabit tibi. Aurum & argentum, vestem, frumentum, vinum & oleum potest fieri, ut aliquoties non habeas vnde pauperibus tribuas: ut autem omnes homines diligas, & hoc aliis, quod tibi ipse velis, & inimicis tuis indulgeas, nunquam te poteris excusare. Quia si in cellario vel in horreo non habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre quod tribuas. Et quod omnibus hominibus, etiam si sola sit bona voluntas sufficit, & elemosyna cordis multo maior sit, quam elemosyna corporis, quis est qui vel vmbra excusationis possit praetendere? Et illud attendite fratres, quia charitatis elemosyna sine terrena substantia sufficit sibi. Illa vero quae corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Et quia sicut ipsi videtis fratres charissimi, ad remissionem omnium peccatorum, si substantia terrae non fuerit, charitas & dilectio inimicorum satis abundeque sufficiunt, nulla nobis excusatio de hac re in die iudicii remanebit. Nec dicere aliquid poterit, non se habuisse vnde sua peccata redimeret. Et ideo omnes homines studeamus toto corde diligere, orantes ut qui boni sunt meliores fiant, & in opere bono permaneant, qui mali sunt cito se corrigant: timentes

Psal. 31.

H

Prover. 27.

I

Co. cor. 13. quae st. 4. Dio.

L

Luc. 6. 45. dist. duae

Elemosynae duae M

**A** timentes illud quod dominus comminatus est dicens, Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, Sed magis cum ipsius adiutorio laboremus, ut illud in nobis possit impleri. Date, & dabitur vobis: dimittite & dimittetur vobis. Cum ergo secundum praefatam domini sententiam qua dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester coelestis peccata vestra in potestate nostra positum sit, qualiter in die iudicii iudicemur: dimittamus omnibus inimicis nostris, ut libera conscientia possimus in oratione dominica dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quod ipse praestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

De eo quod Esaias dicit: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo peccata eorum: Homilia VII.



**S** diligenter attenditis fratres charissimi, omnes sacerdotes domini, non solum Episcopos sed etiam presbyteros & ministros ecclesiarum, in grandi periculo esse cognoscitis. Ipsis enim contestatur spiritus sanctus, dicens, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et iterum, Si non annunciaueris iniquam iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. De ipsis etiam Apostolus dicit, Obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant tanquam rationem reddituri de animabus vestris. Si pro se fratres charissimi vnusquisque vix poterit in die iudicii rationem reddere, quid de sacerdotibus futurum est, a quibus sunt omnium animarum requirenda? Et ideo considerantes periculum nostrum, orate pro nobis, ut commissis nobis gregibus, ita spiritalia pascula studeamus iugiter prouidere, ut pro eis rationem bonam mereamur. Considerate ergo fratres charissimi, quid sit quod volo vestra dilectioni suggerere, si tamen orantibus vobis merear, ut adiuuet me qui terret me. Inter cetera praepcepta sua beatus Apostolus hoc etiam ait, Episcopum potentem esse debere in doctrina sana, contradicentes redarguere. Magnum opus, sed grauis sarcina, sperabo tamen in deum, quoniam adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, liberabit nos de laqueo venantium, & a verbo asperio. Nulla enim causa est, quae magis faciat dispensatorem dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quam timor verbi asperi. Dum enim tememus detractiones, irrisiones & opprobria hominum superbiorum, dumque ab eis in terrena substantia metumus praegrari, timentes perdere temporalia, minus quam oportet praedicamus aeterna. Et ideo dum per illorum nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum eorum vulnera medicamentis spiritalibus curare negligimus. Unde timendum est, ne & pro nobis & pro illis quibus pro amore terrenarum rerum non loquimur dura, rationem in die iudicii reddere compellamur. Videamus ergo quid sit contradicentes redarguere. Contradicentes non vno modo intelligendi sunt, paucissimi enim nobis contradicunt lingua, plurimi male viuendo. Quis modo mihi audeat dicere Christianus, bonum esse rapere res alienas, quando quidem non audeat dicere, bonum esse tenaciter seruare res suas? Nunquid enim diues ille cui successerat regio, & non inueniebat quod reponeret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat, destruendi veteres apothecas, & construendi no-

Contradicentes qui dicunt

Luc. 12.

uas ampliores, ut impleret eas, & diceret anima sua. Habes multa bona in multum tempus, iocundare, latere, satiare. Nunquid ergo iste diues aliena quarebat? Fructus suos colligere disponebat, ubi poneret cogitabat, Nulli violentiam facere, non de cuiusquam vicini agris, non limite perturbando, non spoliando pauperem, non circumueniendo simplici, sed tantummodo ubi proprios fructus recondere cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter seruabat sua, & hinc intelligite quid expectent qui rapiunt aliena. Cum ergo prudentissimum se consilium inuenisse arbitraretur de apothecis veteribus angustioribus deiiciendis, & amplioribus nouis aedificandis, & omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis, ait illi deus, Stulte ubi tibi sapiens videris, ibi stultus es. Stulte, inquit, hac nocte repetitur a te anima tua, hac quae parasti cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt, si erogaueris, tua erunt. Quid, inquit, reponis quod relicturus es? Praecedat ergo magis quod sequitur es. Ecce increpatus est stultus male recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite ei nomen qui rapit aliena. Si sordidus est reconditor suarum, vlcerosus est raptor alienarum, Sed non qualis ille vlcerosus qui iacebat ante ianuam diuitis, & canes lingeant eius vulnera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, non raptor in corde. Fortassis aliquis respondeat & dicat, non valde magna poena erat illi homini cui dixit deus, Stulte. Non sic dicit deus, stulte, quomodo dicit homo. Tale in quinquam dei verbum, iudicium est. Nunquid enim stultus deus daturus est regnum caelorum? Proband hoc illa: quinquae virgines stultae, quae extra ianuam leguntur exclusae. Quibus autem non est daturus regnum caelorum, quid eis restat nisi poena gehennarum? Considerate autem attentius debemus, ut hoc apertius videre possimus. Nam & ille diues, ante cuius ianuam iacebat pauper ille vlcerosus, non est dictus raptor rerum alienarum: Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & bysso. Diues, inquit, erat: non dixit, calumniator, non dixit: pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarum aut delator aut receptor: non dixit, pupillorum expoliator: non dixit, viduarum persequutor. Nihil horum, sed erat quidam diues. Quid magnum est, Diues erat, sed de suo diues erat. Cui aliquid abstulerat? An forte ille auferret, & deus de illo reticeret, & personam eius acciperet, si crimina eius absconderet, qui nobis dicit, Nolite personam iter iudicare: Si vis ergo audire consilium? Si diuitis illius, noli amplius quaerere quam audis a veritate. Diues erat, induebatur purpura & cetera. Quod ergo eius crimen, nisi iacens ante ianuam vlcerosus & non adiutus? Hoc enim aperte de illo dictum est, quod immiseri-cors erat, non quia aliena rapuit, sed quia de propriis erogare noluit. Nunquid enim charissimi, si pauper ille ante ianuam iacens, sufficientem panem a diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis? Propter solam inhumanitatem, quia contemnebat pauperem ante ianuam suam iacentem, nec congrue dignaque pascebat, mortuus est & sepultus in inferno. Et cum esset apud inferos in tormentis, leuauit oculos, vidit pauperem in sinu Abraham. Quid pluribus immorer. Desiderauit guttam qui non dedit micam. Accipit iustam sententiam, qui non dedit crudeli auaritia. Si haec est poena auarorum, quae erit poena raptorum? Sed ait mihi raptor rerum alienarum, Ego similis illius diuitis non sum, Agapem facio, inclusis in carcere victum mitto, nudos vestio, peregrinos

E

Luc. 16.

Matth. 25.

Luc. 16.

P

aliam, commissum.



**G** nos suscipio. Dare te putas: tollere noli, & dedisti. Cui dederis gaudet, cui abstuleris, plorat. Quem duorum istorum exanditurus est deus? Dicit ei cui dederis, gratias age quia accepisti: sed alius tibi ex alia parte dicit, ego gemo cui abstulisti. Et penè totum tulisti, & exiguum illi dedisti. Si totum quod alteri abstulisses, egentibus dedisses, nec talia opera diligit deus. Dicit tibi deus, Stulte, iussi vt dares, sed non de alieno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quam alterum expoliabis. Dicitur est dominus Iesus, cum in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, alios ad sinistram separauerit bene operantibus, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Sterilibus autem qui nihil boni in pauperes operati sunt, Ite in ignem æternum. Et quæ dicitur est bonis: Esuriui & dedistis mihi manducare. Et respondebunt illi, Domine quando te vidimus esurientes? Et ille ad eos, Cum vini ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Intellige ergo stultice, qui vis de rapinis elemosynam facere, quia si quando pascis Christianum, pascis Christum. Attende quid sinistris dicitur est, Ite in ignem æternum. Quare? Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, nudus fui, & non vestistis me. Ite. Quid? In ignem æternum. Prorsus ite. Quare? Quia nudus fui & non vestistis me. Si ergo in ignem æternum ibit cui dicitur est Christus, Nudus fui, & non vestisti me, quem locum habebit in igne æterno, cui dicitur est. Vestitus fui, & spoliasti me? Hic fortasse vt euadas hanc vocem, ne dicat tibi Christus, Vestitus fui, & spoliasti me, mutata consuetudine, cogitas spoliare hæreticum vel Iudæum, & nõ vestitum Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, immo nõ respondet tibi per seruum suum qualemcunque ministrum suum, respondebit tibi etiam hic, Parce damnis meis. Cum enim tu qui Christianus es spoliasti Iudæum, impedis fieri Christianum. Et tamen hic adhuc forte respondebis, Ego non ex aliquo odio pœnam ingero, sed ex dilectione potius disciplinam. Ideo spolio Iudæum, vt per hanc asperam ac salubrem disciplinam faciam Christianum. Audirem & crederem, si quod abstulisti Iudæo, redderes Christiano. Forte & hoc secum cogitat aliquis, & dicit, Multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum si illis abstuleo, & pauperibus dederò. Vnde enim illi nihil bona faciunt, mercedem habere poterò, si ego elemosynas dederò. Etiam in hac re parcat vnusquisq; animæ suæ, quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat, quod abstulerit, addit potius peccata, quam minuat. Diximus contra vnum vitium rapinarii, per quod res humanæ vsquequaque vastantur. Diximus, & nemo nobis contradicit. Quis enim audet contradicere veritati? Non ergo facimus quod Apostolus admonuit, non contradicentes arguimus, obediētes alloquimur, laudantes instruimus, non contradicentes redarguimus? Ita vero non contradicunt lingua, sed vita. Moneo rapit, doceo rapit, præcipio rapit, arguo rapit. Quomodo non contradicit? Dicam ergo quod de hac re sufficere existimo. Et ideo abstinete vos fratres, abstinete vos filij, abstinete vos à consuetudine rapiendi, & vos qui sub manu raptorum gemitis, abstinete vos à cupiditate rapiendi. Alius potens est & rapit, tu in manu raptorum gemis, quia rapere non potes, ideo non facis. Habete facultatem, & ibi laudabo domitam cupiditatem. Hæc ergo fratres si secundum vestram consuetudinem fideliter & diligenter attenditis, & impietatem auaritiæ, vel cupiditatis, poteritis euadere, & pro-

operibus misericordiæ ad æterna præmia feliciter peruenire, Amen.

*De eo quod Apostolus dicit, Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.*

**H**omilia VIII.

**B**eatus Apostolus Paulus fratres charissimi, vt nobis verè ac perfectè charitatis dulcedinem commendarat, amaritudinem cupiditatis nobis exposuit, & velut peritissimus ac spiritalis medicus quid fugere, & quid expetere debeamus ostendit. Et quia radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas, & simul amba esse non possunt, nisi vna radicitus euulsa fuerit, alia plantari non poterit sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit euellere. Sic enim idem ait Apostolus, Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem homo dei hæc fuge. Audiamus ergo consilium illius, in quo Christus dominus loquebatur, & quantum possumus studeamus amaritudinem auaritiæ fugere, si volumus ad charitatis dulcedinem peruenire. Sed quando de contemptu diuitiarum loquimur, respondet mihi aliquis diues, Didici non sperare in incerto diuitiarum, nolo diues esse, ne incidam in tentatione, sed quia iam sum, quid facturus sum de his quæ mihi iam contigit habere? Et sequitur Apostolus, Facile tribuatur pauperum factus es, Tu aliquantulum curam geris, vt ad securum pauperum victus perueniat, & in hoc misericordiam prærogas, & propterea defert tibi deus honorem, & quasi dicit tibi, Prior de communi tolle quod sufficit necessitatibus domus tuæ, quod reliquum est da Christo. Para te audire, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Forte contemnebas nescio quem pauperem aut egenum, noli contemnere Christum in cælo sedentem, in terra egentem, veniet cum retributione, & vita æterna, & ignis æternus. Hoc ergo cogitans potes cum aliqua spe etiam diues esse. Si autem adhuc vis fieri diues, & non solum ea quæ superflua tibi iacent non vis erogare indigentibus, sed etiam augere vis patrimonium tuum, vnde vis augere? Emendo. Innocens tibi videris, quia emendo vis augere. Forte & de rapinis aliquam spem habes? Nisi forte hoc dicas, Scit deus quia non de rapinis volo augere patrimonium meum? Et de rapina non es malus, sed voto malus es. Si quis tibi dicat, Vende res tuas, exhorrescis, expauescis, maledictum putas. Cum ergo emere cupis, nõne hoc optas vt res suas alij vendant? Nam quomodo poteris emere, si alius non compulsus fuerit vendundare? Et hoc videte fratres, quantum laboret qui expoliare vult vestitum, Et quomodo sine labore sit ille qui vestire vult nudum. Si enim habet, profert & dat: si non habet, sufficit ei coram deo voluntas bona. Ecce non laborat si habet: si vero non habet, quia quod valde necessarium est habet, pauper est in arca, sed diues in conscientia. Pauper est in domo, sed diues est in animo. An forte nihil habes, quia bonam voluntatem habes? Audi nato domi-

**K** **L** **M**

**A**mino clamantes angelos, Gloriam in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quam paruo cõstat regnum cælorum, quam vili precio tanta possessio proponitur. Proponitur enim in terra, quod possideas in cælo: proponitur in tempore, quod possideas in æternum. Non potes dicere, Non habeo vnde emere possim, quia tanta est illa possessio, quod ad precium congruum inuenire non possim. Nõne tantum valet, quantum habere poteris? Et hoc superfluum. Quantum valet Zachæus? Dimidium patrimonium. Erat enim diues. Dimidium rerum mearum dixit de pauperibus. Sed quia prior emit, forte tu non inuenis quod emas? Emit enim regnum cælorum. Et ille emit, & tibi integrum seruat quod emas, Noli timere ne angustet te possessio, omnibus latè est quod charitas possidet. Duobus enim minutis emit quædam vidua regnum cælorum, quæ misit in gazophylacium duos nummos. Amè dico vobis, nullus amplius misit in domum dei quam ista vidua: Illi enim de abundantia sua miserunt, hæc autè totum quod habuit misit. Quia enim præbebat ei dominus victum, iam ei duo nummi superflui restiterant ad victum eius diei, ideo misit illos in domum dei, & emit sibi regnum cælorum. Ecce quod timebas ne charum esset, & non esses idoneus. En duobus nummis valet. Si terrebat te precium quod dedit Zachæus, consoletur te hoc precium quod dedit hæc vidua. Plus ad deo charissimi, valet & vilius. Vilior est calix aquæ frigida, vilior est sola bona voluntas. Audi clamantes angelos, In terra pax hominibus bonæ voluntatis. An forte non bene diximus viliorem bonam voluntatem? Imò ipsa est omnibus charior, & totum habet qui bonam voluntatem habet, quia in dimidio rerum suarum Zachæus si bonam voluntatem non haberet, nihil dedisset. Bonam enim voluntas, ipsa dicitur charitas. Et quid ait Apostolus? Si distribuero omnia meæ pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Totum ergo habet, qui bonam voluntatem habet. Ipsa est quæ potest sufficere, si cetera non sint. Si autem sola desit, nihil prodest quicquid habitum fuerit. Sola sufficit si alit. Cetera omnia nihil profunt, si sola charitas desit. Si haberes in domo tua thesauros vnde securus esses, gauderes & exultares in corde tuo habes bonam voluntatem, & tristis es! In arca posses timere furem, in corde tuo quem times? Te noli pati hostem in corde tuo, bonam voluntatem habens nihil times. Forte aliquis cogitat & dicit, Si res meas pauperibus dare cõperò, & de aduersariis meis pro dei amore me vindicare noluerò, & humilis ac mansuetus esse contenderò, statim mihi necesse erit persecutiones hominum malorum sustinere. Qui hæc times non legisti, Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei? Non audisti scripturam dicentem, Fili accedens ad seruitutem dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem? Verum est, quia vbi deum in veritate cõperis quærere, necesse tibi erit superborum vel malorum hominum nequitia sustinere, quia non sic ab illis colitur Christus, quomodo eis quotidie prædicatur, Quoniam & quicquid volunt, quicquid petunt à deo, in luxuriis suis & conuiuuiis volunt consumere, in spectaculis, in nugis, in fornicationibus, in ebrietatibus. In his volunt consumere, quo desiderant abundare, & tunc putant quod bonus sit deus, quando illis præstat vnde corrumpantur. Sed dicit aliquis, Ecce tempora aspera sunt, & asperiora erunt. Per ista asperiora proficit magis ecclesia, proficiunt illi qui sursum cor habent: & illi

qui sursum cor non habent, tumultuantur eis cor in terra, & discunt cordi suo locum mutare, vt etiam ipsi sursum cor habeant, cantantes nobiscum. Ad te domine leuani animam meam. Tale est dicere, Sauiora sunt tempora, quale si quis dicat, Sauiora esse tempora oliuæ cum fructus inde colligitur, quam cum in torcular mittitur. Quando enim pendebat in arbore, læta tempora videbantur, & non attendunt quia amurca plena erat. Venit enim quasi asperius tēpus, venit tempus torcularis, veniunt maiores pressuræ. Per peccata enim & crimina sit perborum, per auaritiā, luxuriāque malorum, maiores pressuræ sunt generi humano. Omnes enim mali & amatores mundi quasi torcularia sunt. Sic enim in torcularibus & vna premitur & oliua, vt vinum & oleum reponatur in cauea: ita per nequitiam malorum hominum, qui boni & iusti sunt, multis tribulationibus corporaliter fatigantur, vt animæ eorum tanquam oleum ac vinum recondi in æterna tabernacula mereantur. Noli ergo de dei misericordia vel iustitia desperare, quoties te videris ab iniquis hominibus fatigari, sed cõsidera quod illi qui te persequuntur, apud deum velut molæ ac torcularia deputantur. Tu vero quasi oliua, & quasi vna legitima, paruo tempore pressuram malorum hominum sustinere cogaris. Sed postea illis sine fine remanebit opprobrium, tu felici commutatione transibis ad regnum. Et tunc liberatus ab omnibus malis cum Propheta poteris dicere, Transiuius per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Sed vt ad istam merearis beatitudinem peruenire, ora pro illis qui te persequuntur, quia potens est deus vt illos conuertat ad bonum. Et qui nunc paleæ esse videntur, de zizaniis in triticum, de amurca in oleum transeant. Et qui modo alios per nequitiam persequuntur, ipsi postea persecutionem propter iustitiam patiantur. Et qui nunc res alienas crudeliter volunt rapere, res suas incipiant pauperibus misericorditer erogare. Quam rem, si orantibus vobis secundum suam consuetudinem pietas diuina præstiterit, non solum de vestra, sed & de aliorum salute duplicem mercedem in æterna beatitudine remunerante deo capietis. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

*De eo quod scriptum est, Beatus uir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris.*

**H**omilia IX.

**S**cripturis diuinis legimus charissimi, quod beatus sit qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. Qui potuit transgredi & non est transgressus: facere malum & nõ fecit. Fratres interrogemus conscientias nostras & videamus si ita cupiditatem contemnimus, vt istius beatitudinis participes esse possimus. Forte aliquis intra se cogitat & dicit, Nec furtum, nec uolentiam facio, nec rapinas exerceo, nec res alienas aliquando negaui. Forte ideo non negasti, quia tibi nemo commendare voluit, aut si commendauit, sub testibus commendaui. Dic mihi si reddidisti, quando à solo solus, vbi deus inter vos fuerat accepisti? Si tunc reddidisti, si mortuo eo qui commendauit, nescienti filio reddidisti, tunc te laudabo, quia post aurum non iustitia potuisti transgredi, & non es transgressus: quia potuisti facere malum, & non fecisti. Aut si forte sacculum alienum solidorum, vbi te nemo vidit in via inuenisti, & sine vlla mora cuius fuerat reddidisti. Ita fratres redite ad vos, interrogate vos, respicite vos, vera respondete vobis, & iudicate vos

Math. 25.

H

† alius, & vestire Christianum.

14. 9. 5. forte

Titum. 1.

De per. dist. 2. quia radix

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

Comunica: re quid?

Math. 25.

Lucæ. 22.

Regum cælorum quia valet?

Lucæ. 19.

Marci. 12.

Lucæ. 22.

1. Corin. 13.

Ag. 14. Ecclesiastici 2.

Psal. 24.

E

Psal. 65.

Ecclesiastici 31. F

Ecclesiastici 31.

vos

**G** vos non secundum personam, sed iustum iudicium iudicate. Ecce Christianus es, frequentas ecclesiam, verbum dei libenter audis, de lectione verbi latissime commoueris. Tu laudas tractantem, ego quero facientem: Christianus es, frequentas ecclesiam: verbum dei amas, & libenter audis. Ecce hoc quod propono, in eo te examina, in eo te appende, in eo ascende ad mentis tuae tribunal, & constiue te ante te & iudica te. Et si te prauum inuenieris, corrige te. Considera quod propono. Deus dicit in lege sua inuentionem esse reddendam. Deus in lege sua dicit, quam priori populo dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus, **Vt** quicumque rem cuiuscunque inuenierit, tanquam alienam cito restituat. Quia sine dubio & si ipse perdidisset, hoc sibi ab alio fieri voluisset. Secundum illud quod scriptum est, Omnia quae vultis vt faciant vobis homines, & vos faciatis illis similiter. Si quisquam, verbi gratia, inueniat in via alienum sacculum solidorum, debet reddere. Sed pescit cui. Si excusat ignorantia, si non dominetur avaritia. Dicam vestrae charitati, quomodo dei dona sunt, & sicut in populo dei, qui non frustra audiunt verbum dei. **D**icam quid fecerit homo quidam pauperrimus, eo tempore quo sanctus Ambrosius Mediolani erat Episcopus, vbi tunc praesens erat etiam Augustinus nondum Episcopus. Tunc pauper erat ille de quo loquimur, vt scolasticus esset grammatici sed plane verus & perfectus Christianus. Sed melior fuit ille qui ad velum stabat, quam ille qui in cathedra sedebat. Pauper ergo iste inuenit sacculum ducentorum solidorum, memor tamen diuinae legis, proposuit petacium publice, Qui solidos perdidit veniat ad illum locum vt quarat illum hominem. Ille qui plangens circumquaque vagabatur, inuenio & lecto petacio venit ad hominem. Et ne forte alienum quareret, sed suum, quae sunt signa, interrogauit sacculi qualitatem, solidorum etiam & numerum. Cum omnia fideliter etiam ille respondisset, reddidit quod inuenerat. Ille repletus gaudio, & querens vicem reddere, tanquam decimas obtulit illi solidos viginti. Noluit accipere. Obtulit decem: Noluit accipere. Saltem rogauit vt vel quinque acciperet. Noluit. Ille stomachans proiecit sacculum, Nihil perdidit ait. Si non vis a me aliquid accipere, nec ego aliquid perdidit. Quale certamen fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus. Theatrum mundus, spectator deus. Victus ille, quod offerebatur accepit, & continuo totum pauperibus erogauit. Vnum solidum in domum suam non misit. Considerate fratres tam gloriosum exemplum, & tam admirabile factum. Egit aliquid in cordibus vestris, si verbum dei requieuit in animis vestris. Facite hoc fratres mei. Nolite putare vos damnari pati, si quod a vobis inuentum fuerit reddideritis. Credite quia magnum lucrum est, si feceritis quod suggero. Forte aliquis veniens in domo tua perdidit solidos. Terra communis est, in vna domo estis in hoc mundo, ambo viatores estis huius vitae. Vnum stabulum intrastis. Posuit ille, oblitus est, vel cecidit ab illo. Inuenisti qui in lege au disti, inuentionem esse reddendam. Quis inuenisti, qui cum audires verbum dei laudasti, tu inuenisti, si ergo veraciter laudasti, redde quod inuenisti. Si autem non reddas quod inuenisti, quando laudasti, testimonium contra te dixisti. Estote fideles inuentores, & tunc iniquos vituperate raptores. Nam si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Quantum potuisti fecisti, quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti. Qui alienum negat, si posset & tolleretur, quod non tollis timor te cohi-

bet. Non bonum facis, sed malum metuis. Et latro timet malum, & vbi non potest non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat, non manum. Lupus venit ad ouile ouium, querit inuadere, querit lacerare, querit deuorare. Vigilant pastores, latrant canes, nihil potest, nihil aufert, non occidit, sed tamen lupus venit, & lupus redit. Nunquid quia ouem non tulit, ideo lupus non venit, & otis redit? Lupus venit fremens & timens. Interroga ergo quisquis vis de altero iudicare, si tunc non facis male, quando potes facere, & ab homine non puniris, tunc times deum. Nemo est ibi nisi tu & ille cui facis malum, & deus qui ambos videt, hoc time. Parum est quod dico, ibi time malum, ibi ama bonum. Nam etiam si timore gehennae non facis malum, nondum perfectus es. Audeo dicere, si timore gehennae non facis malum, est quidem in te fides quia credis futurum dei esse iudicium, gaudeo fidei tuae, sed adhuc timeo malitia tuae. Quid est quod dixi? Quia si timore gehennae non facis malum, non amore iustitiae facis bonum. Aliud est timere poenam, aliud est amare iustitiam, Amor castus in te esse debet, quo amore desideres videre non caelum & terram, non campos liquidos maris, non spectacula nugatoria, non fulgorem nitoresq; gemmarum, sed desideres videre deum tuum, amare deum tuum. Quia dictum est, dilectissimi filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ecce propter quam visionem fac bonum, ecce propter quam visionem noli facere malum. Si enim amas videre deum tuum in hac peregrinatione, ad illum toto amore suspira, illum desideras, Ecce fac quo te probare vult deus tuus, vt appareat pro quibus rebus diligas deum, vtrum pro seipso, an pro rebus terrenis quas tibi praestitit, & dicat tibi, Fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit licitum puta. Non te hic punio, non te in gehennam mitto, faciem meam tamen nunquam videbis. Si ad istam sententiam expauescisti, amasti. Si ad hoc quod dictum est, Faciem suam tibi negabit deus tuus, contremit cor tuum, & in non videndo dei tuum magnam poenam putasti, gratis amasti. Hoc ideo diximus fratres, quia sunt homines: ita negligentes & tepidi, & quod peius est, etiam infideles qui dicunt, Vitium hic mihi deus in hoc seculo omnia bona tribuat, non ad me pertinet quid in futuro seculo de me fieri velit. O infelix anima, etiam si te deus non mittat in poenam, & tantummodo faciem suam te videre non permittat, nunquid non melius fuerat te non fuisse natum? Cum vero fieri non possit, vt qui faciem eius non meruerit videre, ignem aeternum euadere possit, quare sic amas praesentis seculi voluptatem, vt non expauescas aeterni ignis ardorem? Si ergo meus sermo inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris dei, ipsam nutrite. Ad hanc augendam vos aduocate prece humilitatis, dolore poenitentiae, delectatione iustitiae, operibus bonis, gemitibus synceris, conuersatione laudabili, amicitia fidei. Hanc scintillam boni amoris, de qua dominus dicit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat flate in vobis, nutrite in vobis, Ipsa cum creuerit, & flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatum carnalium ligna consumet. Quod ipse praestare dignetur, qui viuunt & regnat deus, & cetera.

De eo quod Apostolus ait, Videte quomodo caute ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: **Homilia X.** Apollon

**A** Postolum cum legeretur audistis, imò omnes audiuius dicentem nobis, Videte quomodo caute ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Dies malos fratres duae res faciunt, malitia & miseria. Per malitiam hominum ducuntur dies mali. Ceterum dies isti quantum pertinent ad spatia horarum, ordinati sunt. Dicunt vices suas, agunt tempora. Oritur sol & occidit, Sol iterum oritur & occidit, Veniunt tempora transeunt tempora. Cui molesta sunt tempora, si homines sibi molesti non sunt? Ergo dies malos, sicut dixi, duae res faciunt, miseria hominum & malitia. Sed miseria hominum communis est, non debet malitia esse communis. Ex quo enim de peccato Adam omnes miseri nati sumus, communis est miseria. Sed contra generationem quae nos miseros fecit, prouidit deus regenerationem, vnde nos a miseria liberat. Generatio mittit in miseria, regeneratio designat ad beatitudinem. Non enim quia dixi, regeneratio liberat a miseria, iam nos continuo vt regenerati sumus, beati sumus. Si mox regenerati, iam beati essemus, & dies bonos ageremus, non nobis Apostolus diceret, qui iam regenerati, & fidelibus loquitur. Redimentes tempus, quia dies mali sunt. Et regenerati, dies malos ducimus, quousque finiatur poena mortalitatis, & succedat gratia summae felicitatis. Si nihil nobis ad futurum seculum prodest, quod colimus deum, vt quid colimus eum? Vt hic habeamus felicitatem. Quanti illam habent qui non colunt deum? Vt hic senescamus, & decrepiti efficiamur. Quanti fenescunt blasphematores dei? Ideo colendus est deus, vt cultores illius habeant filios, & non sint steriles? Filios deus & leonibus, & onagris, & serpentibus dat. Non ergo pro magno & vero bono petendum est, quod & Iudeis, & Paganis, & haereticis, etiam & ipsis bestiis datur, Aurum enim & argentum, honores, filios & patrimonium multa habent etiam & mali. Qui enim vere Christianus est, non ista omnia transitoria debet petere, sed totum pondus intentionis vel orationis suae ad expectandam aeternam beatitudinem debet impendere. Ista enim temporalia bona, & quando dat deus, gratiae agantur, & quando tollit, similiter gratiae agantur. Ista quando voluerit tribuet, quando voluerit tollet, tantum est, vt seipsum nobis non auferat. Nemo ergo dicat in corde suo fratres, quando auditis lectionem istam beati Apostoli, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: nemo dicat in corde suo, parentes nostri dies bonos habuerunt, nos malos dies habemus. Quare? parentes nostri, nunquid non Christiani fuerunt? Ista lectio non est recitata ab ipsis temporibus Apostolorum, ante tot annos quando recitabatur non ad eam gemebatur, & quod dicebat non agnoscebatur: ex eo quod lapsus est Adam & de paradiso proiectus est, nunquam fuerunt dies nisi mali. Istos pueros qui nascuntur interrogemus, quare a ploratu incipiunt qui & ridere possunt. Nascitur & statim plorat, post nescio quot dies ridet. Quando plorabat nascens, Propheta suae calamitatis erat, Lachryma enim testes sunt miseriae. Nondum loquitur, & iam prophetat in labore se futurum in timore: & si bene vixerit, & iustus fuerit, certe in mediis tetationibus positus semper timebit. Quid enim quia iustus est? Ecce iustus est. Quid ait Apostolus: Omnes enim qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur. Ecce quia dies mali sunt, sine persecutione hic viuere iusti non possunt. Sed dicitis mihi. Quid? Quando pax est, quando prouinciarum iudices honorant ecclesiam, quando inimi-

cos reges ecclesia non patitur, quando omnes leges propriae sunt, quomodo qui pie viuunt persecutionem patientur? Qui inter malos viuunt persecutionem patientur? Quare? Quia omnes mali persequuntur bonos, non ferro & lapidibus, sed vita & moribus. Nunquid aliquis sanctus Loth persequabatur in Sodomis? Nemo illi molestus erat, & tamen inter impios vivebat, inter impuros, immundos, superbos, blasphemos persecutionem patiebatur, non vapulando, sed inter malos viuendo. Omnis enim qui iustus & pius est, quando videt aliquos male viuere, luxuria seruire, iustitiam non tenere, superbiam sectari, charitatem contemnere, quando istos tales vident illi qui boni sunt dolent, affliguntur & contristantur. Lugent enim cum Apostolo eos qui peccauerunt, & non egerunt penitentiam. Quisquis me audis, & nondum viuus in Christo pie, incipe in Christo pie viuere. Et pro quo dico, Nunquid Apostolus Paulus qui eo tempore fuit, quando adhuc in mundo fides non seminabatur, & necesse erat vt multos aduersarios pateretur, quia hoc dictum est de Christo, In signum cui contradicetur: Nunquid eas tantum persecutiones commemorat, quas patiebatur vel a Iudeis vel a gentibus? Non ipsas tantum, nam illas sic commemorat, A Iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi, Lapidatus sum, & cetera quae nouimus quando legimus. Sed ille erant etiam persecutiones, sine quibus in hoc seculo nullus iustus viuere potest. Foris pugnae, intus timores. Denique cum commemoraret pericula sua, Periculis, inquit, in mari, periculis in fluminibus, periculis in deserto, periculis in latronibus, periculis in falsis fratribus. Cetera pericula possunt quiescere, pericula a falsis fratribus quiescere vsque in finem seculi non nouerunt. Redimamus ergo tempus, quoniam dies mali sunt. Expectatis a me forte scire, quid est tempus redimere. Quomodo habemus redimere tempus, dicitur sum, quod pauci audiunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur, pauci agunt, tamen dicam quoniam ipsi pauci qui me audierunt sunt inter malos viuunt, quoniam dies mali sunt. Redimere tempus, hoc est, quando aliquis tibi ingerit litem perde aliquid, vt deo vaces, non litibus perde. Ex eo quod perdis precium est temporis. Certe quando pro tuis necessitatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem, aut vitum aut oleum aut lignum, aut vestem, aut aliquam suppellectilem, aut quodcunque tibi opus est, das & accipis, aliquid amittis, aliquid accipis, hoc est emere. Nam si nihil amittas, & habeas quod non habebas, aut inuenisti aut donatum accepisti, aut hereditate acquisisti. Quando autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis. Quod habeas emptum est, quod amittis precium est. Quomodo ergo perdis nummos vt emas tibi panes, sic perde nummos vt emas tibi quietem. Et hoc est tempus redimere. Prouerbum notum est Punicum, quod quidem Latine vobis dicam, quia Punicum non omnes nostis. Punicum est prouerbum antiquum, Vt enim habeas tempus quietum, perde aliquid. Audi prouerbum antiquum, vile & necessarium. Pestilentia ante ostium venit & nummum querit, Duos illi da, & ducat se. Pestilentia est homo malus, qui te vult per calumniam expoliare, Pestilentia est homo malus, calumniator, proditor. Iste talis sic est, quomodo pustula mala in corpore. Sicut enim quando pustulam incurrit homo, desiderat vt cito spondylum faciat, & optat vt sine aliqua mora ipsa mala pustula cum aliqua particula tollatur de corpore, & cum ipsa discedat, ne venenum ipsius totum corpus occupet, & animam petat. Ita etiam quando

Ioan. 7.

Leui. 6.

Matth. 7.

Supra de verbis Apostoli ser. 19.

Leuiti. 6.

14. q. 5. Si quid.

K

Aliud est timere poenam, aliud amare iustitiam.

L.

1. Ioan. 5.

M

Luc. 16.

Eph. 5.

Dies malos efficiunt malitia & miseria.

Ecclesiastes.

Eph. 5.

B

Eph. 5.

1. Timo. 3.

D

Gene. 19.

Luc. 2.

E

2. Corin. 11.

2. Corin. 7.

2. Corin. 11.

Periculum in falsis fratribus.

Redimere tempus supra eodem hominibus.

F

**G** quando iniquus & malus homo qui non vult nisi litibus vacare, aliquam tibi calumniam facit, puta illum esse pustulam malam, & acquiesce vt qualemcunque particulam de substantia tua perdas, ne dum te nimium litigando occupas, quietum cor habere, & deo vacare non possis. Nunquid non supradictum proverbium de Euangelio videtur natū? Nunquid aliud dixit dominus, quam redime tempus, quando ait, Si quis vult iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium? Auocare te habet litibus à deo tuo, non habebis quietum cor, non habebis tranquillum animum. Euerteris cogitationibus tuis, iritaris aduersus ipsum aduersarium tuum, Ecce tempus perdidisti. Quanto melius nummum amitteres, & tempus redimeres. Certe omnibus placuit quod dictum est, Venitur ad negocia vestra, & ibi vos inuenio. Et tamen fratres mei in causis vestris, in negociis vestris, quando ad nos diiudicanda veniunt, si homini Christiano dico vt pro tempore redimendo perdat aliquid suum, quanto maiore cura & fiducia debeo illi dicere vt reddat alienum. Ambos enī Christianos audio. Ille calumniosus qui vult facere alteri causam, & tollere ab illo velat pro compositione, gaudet ad ista verba. Apostolus dixit, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Facio calumniam Christiano, ille velut nolit dat mihi aliquid vt tempus redimat, quia Apostolum audiuit. Vide ne forte cum tu putas astutum, inuenias litigiosum, & malit erogare vt vincat te, quam perdere, vt careat te. Tamen si illi dicturus sum, perde aliquid ociosus, redime tempus, Apostolum audis quoniam dies mali sunt: si illi qui bonus & iustus est dico, perde aliquid vt sis tibi quietus, non sum calumniosus dicturus, perdit filii diaboli, nullam causam habes, & res alienas auferre moliris. Causam non habes, & calumnia plenus es, Christianus es tu, nunquid volo illum acquirere, & te perdere? Si illi dixerō, da illi aliquid vt recedat à calumnia, tu vbi eris, qui habebis pecuniam de calumnia? Ille qui propter vitandam calumniam tempus à te redemit, hic tolerat dies malos: tu qui calumniis pasceris, & hic habes dies malos, & post dies ipsos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hoc forte rides, quia nummum attendis, Ride, ride, & contemne, ego erogem, veniet qui exigat. Sed credimus de dei misericordia, quod sic omnibus non solum sanctis & deū timentibus Christianis, sed etiam illis qui multis litibus & se & alios inquietant, ipse pius dominus inspirare dignabitur, vt omni contentione & amulatione semota, ita paci & charitati studeant, vt non propter discordiā dei iracundiam incurrere, sed magis propter dilectionem & pacem ad æterna mereantur præmia peruenire, Præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium, cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Math. 5.

H Eph. 5.

Psal. 26.

De eo quod propheta dicit in Psalmo, *Sustine dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum.*  
Homilia XI.

**R**equæter fratres cum Psalmista cantauimus, Sustine dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Quid est, Sustine dominum? Vt tunc accipias quando dabit, non tunc exigas quando vis. Tempus dandi nondum est, sustinuit te, sustine illum. Quid est quod dixi, sustinuit te, sustine illum? Si iam iuste viuis, si iam ad illum conuersus es, si tibi displicent facta tua præterita, si iam placuit tibi eligere vitam bonam nouam, noli festinare exigere. Sustinuit te vt mutares vitam tuā ma-

Sustinerere do mini quide

lam, sustine illum vt coronet vitam tuam bonam. Nam & si ille non sustineret, non esset cui daret. Sustine ergo quia sustentatus es. Tu vero qui non vis corrigi, O quisquis hic es qui adhuc non vis corrigi, quasi vnus sit, magis dicere debui quicūque hi estis. Tu tamen qui hic es, qui non statuisti corrigi, sic loquar quasi ad vnū. Quisquis non vis corrigi quid tibi promittis? Desperando peris, an sperando? Quisquis desperando peris, hoc dicis in anima tua, Iniquitas mea super me est, in peccatis meis contabesco, Quæ mihi spes est viuendi? Audi Prophetam dicentem, Nolo mortem impij, tantum reuertatur impius à via sua pessima, & viuat. Sperando peris. Quid est, sperando peris? Hoc dicis in animo tuo, Bonus est deus, misericors est deus, ignoscit omnia, nõ reddet mala pro malis. Audi Apostolum dicentem, Ignoras quoniam patientia dei ad penitentiam te adducit. Quid ergo restat? Quia si obtinimus apud te aliquid, si intrauit in cor quod dixi, Video quid mihi respondeas. Verum est, nec despero vt desperando pereā, nec spero male vt sperando peream. Non mihi illud dico. Iniquitas mea super me est, iam nullam spem habeo. Nec mihi illud dico, Bonus est deus, nemini reddet mala. Nec illud dico, nec hoc dico, premit me Propheta, premit me Apostolus. Et quid dicis? Adhuc modicum tempus viam quomodo volo. Isti sunt qui nos fatigāt, plurimi sunt, molesti sunt. Adhuc modicum tempus viam quomodo volo, postea me correxero. Vtique verū est quod propheta dixit, Nolo mortem impij, tantum reuertatur impius à via sua pessima & viuat. Quando conuersus fuero, delebit omnia mala mea, Quare nõ addo aliquid voluptatibus meis, & viuo quantum volo, quomodo volo, postea me conuersurus ad deum? Quare hoc dicis frater? Quare? Quia promittit deus indulgentiam si me mutauero. Video, scio, promittit deus indulgentiam, per sanctum Prophetam hęc promittit, & per me minimum seruum suum promittit, verum est quod promittit, hanc promittit per vnicum filium suum. Sed quid vis addere dies malos diebus malis? Sufficiat diei malitia sua. Malus dies hesternus, malus & hodiernus, malus & crastinus. An putas esse bonos dies, quando satisfacis voluptatibus tuis, quando in luxuriis enutris cor tuum, quando insidiaris alienæ pudicitie, quando fraude contristas proximum tuum, quando commendata negas, quando falsum pro nummo iuras, quando exhibes tibi bonum prandium, ideo putas, quia bonum diē ducis? Vide fieri potest, vt dies bonus sit, cum malus sit homo? Malos dies vis addere malis diebus? rogo. Aliquātum, inquit, dimittetur mihi. Quare? Quia promittit mihi deus indulgentiam. Sed crastino die te viturum nemo tibi promittit. Aut lege mihi, quomodo legis Prophetam, Euangelium, Apostolum: quia cum te conuerteris, deus delet omnes iniquitates tuas: lege mihi, vbi tibi promissus est crastinus dies, & viue crastino die male. Quanquam frater meus non tibi hoc debui dicere, Longa erit forte vita tua. Si longa erit, bona sit. Quare vis habere longam vitam & malam? Aut longa non erit, & illa longa debet te delectare, quæ non habet finem. Aut longa erit, & quid mali erit, quia diu bene vixisti? Tu male vis diu viuere, bene non viuis, & tamen crastinum diem nemo tibi promittit. Corrige te, audi scripturam, Ne tardes conuerti ad deum. Verba ista mea non sunt, sed & mea sunt. Si anno, mea sunt. Amate, & vestra sunt. Sermo iste quem modo dico, sanctæ scripturæ est. Si contemnis illum, aduersarius tuus est. Sed audi dominum dicentem, Concorda

Ezech. 33.

Roma. 2.

L

Ezech. 33.

Math. 6.

1. Retracta. cap. 18.

M

Ecclesiasticus 5.

Math. 5.

Ecclesiasticus 5.

De verbis domini ser. 39. B

C

**A** cum aduersario tuo cito. Audiant omnes, verba recito scripturæ diuinæ. O male dilator, o crastini male appetitor, audi dominum dicentem, audi scripturam sanctam prædicentem. De isto loco speculator sum. Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Vide si non vidit illos, vide si non inspexit illos qui dicunt, Crastino bene viuo, hodie male vitam: & cū cras venerit, hoc dicturus es: ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Nunquid ego scripsi hoc? Nunquid ego delere illud possum? Si deleuerō, timeo deleri. Illud possum tacere, timeo tacere. Prædicare cogor, territus terreo. Timete mecum, vt gaudeatis mecum. Ne tardes conuerti ad deum, Domine vide quæ dico, Domine scias, quia terruisti me, cum tuus propheta legeretur, Domine nostri in illa cathedra timorem meum, cum tuus propheta legeretur. Ecce dico, Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Sed nolo perdat te. Nolo mihi dicas, perire volo, quia ego nolo. Melius est ergo nolo meum quam volo tuum. Si lethargicus pater tuus agrotaret inter manus tuas, & tu adesses iuuenis agrotanti seni, & diceret medicus, periclitatur pater tuus. Sonus iste grauedo est quedam letalis, obserua eum, noli eum permittere dormire, si videris eum dormire excita eum, si parum est excitare, vellica: si & hoc parū, stimula eum ne moriatur pater tuus, adesses iuuenis seni onerosus. Ille in dulcem morbum resolutus iret, oculos grauedine illa premente clauderet, tu contra clamares patri, noli dormire. At ille, dimitte me, dormire volo. Et tu, sed medicus dixit, si voluerit dormire, non dormiat. Et ille, Rogo dimitte me, mori volo. Sed ego nolo, dicit filius patri, qui vtique optat se mori, Et tamen vis differere mortem patris tui, & aliquanto diutius viuere cū morturo sene patre tuo. Dominus tibi clamat, Noli dormire, ne in æternum dormias. Enigila, vt mecum viuas, & patrem habeas quem nunquam efferes, Audis & surdus es: Quid ergo speculator? Liber sum, non vos grauo. Scio dicturos esse quosdam, Quid nobis voluit dicere? Terruit grauitur nos, reos nos fecit. Immo à reatu voluit liberare. Fœdum est, turpe est, Nolo dicere malum, nolo dicere periculosum, nolo dicere exitiosum. Turpe est vt vos fallam, si deus me non fallit. Dominus mortem minatur impijs, nequissimis, fraudatoribus, sceleratis, adulteris, voluptatum inquisitoribus, suis contemptoribus, detractoribus, murmurantibus, & mores suos non mutantibus. Dominus illis mortem minatur, gehēnas minatur, interitum sempiternum minatur. Quid volunt? Vt ergo promittā quod ille non promittit? Ecce dat tibi securitatem procurator. Quid tibi prodest si pater familiās non acceptet? Procurator sum, seruus sum, vis dicam tibi, viue quomodo vis, dominus te non perdet. Securitatem tibi procurator dedit, Nihil valet securitas procuratoris. Vtinam dominus tibi securitatem daret, & ego te sollicitum facerem. Domini enim securitas valet etiā si nolim. Mea vero nihil valet, si ille noluerit. Quæ est autem securitas fratres vel mea vel vestra, nisi vt domini iussa intente diligentēque audiamus, & promissā fideliter expectemus? In his fatigamur quia homines sumus, ipsius adiutorium imploremus. Ad illum ingemiscamus, preces nostræ nõ sunt pro rebus secularibus prætereuntibus, transitorijs, & vice vaporis euanescentibus, Sed sint preces nostræ pro ipsa implenda iustitia, & sanctificatione pro nomine dei. Non

pro vincendo vicino, sed pro vincenda libidine, non pro sananda carne, sed pro domāda auaritia. Hinc sint preces nostræ, intus nos adiuuent luctantes, vt coronent vincentes.

De eo quod beatus Iacobus dicit, *Confitemini alteratrium peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.*  
Homilia XII.

**N** omnibus scripturis diuinis fratres dilectissimi, vt iliter ac salubriter admonemur, vt peccata nostra debeamus iugiter & humiliter nõ solum deo, sed etiam sanctis, & deum timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum Apostolum nos admonet spiritus sanctus dicens, Confitemini alterutri peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Et Psalmista, Confitemini domino quoniam bonus. Et iterum, Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Quomodo enim nobis peccatorum vulnera nunquam deesse possunt, sic & confessionis medicamenta deesse nõ debent. Non enim ideo vult deus vt confiteamur peccata nostra, quod ea ipse scire non possit, sed quia diabolus hoc desiderat, vt inueniat quod nobis ante tribunal iudicis æterni obiciat, ideo vult vt magis defendere quam accusare peccata nostra velimus. Econtrariõ autem deus noster, quia pius est & misericors, vult vt ea confiteamur in hoc seculo, ne pro illis confundamur postmodum in futuro. Si enim nos confitemur, ille parcat. Si nos agnoscamus, ille ignoscit. Primo homini non dictum est, Confitere peccatum, quia non fecerat quod fateretur, sed dictum est ei vt non peccaret. Non obtemperauit, peccauit. Nati sumus mortales ex vinculo peccati, propagata est miseria nostra per successionē fragilitatis humanæ, & dicitur nobis, Fateamini peccata vestra. Serpens autem ille quomodo tunc instituit, vt non seruaret homo quod illi dictum est, ne peccaret, si nunc instat vt non seruet homo quod ei dictum est, Confitere peccatum. Quomodo enim tunc fecit vt caderet qui stabat, sic nunc agit ne surgat qui cecidit. Itaque aduersus incantationes eius & insidias, quibus nunc impedire vult reditum nostrum, suscipiamus præcepta saluberrima aduersus eum qui nunc impedire vult nobis confessionē peccati. Quia scit non nos posse redire nisi per humilitatem, qui per superbiam lapsi sumus, Dux nobis ipse fuit ad superbiam, modo ad humilitatem ducem Christum sequamur. Dicit homini serpens ille per Mathematicos & Manichæos, ne confiteatur homo peccatum. Per Mathematicos sic loquitur, Nunquid homo peccat? Stella sic positæ sunt, necesse est vt faciat homo peccatum. Dicit ergo per Mathematicos, quia stella facit vt homo peccet. Nam ipse nõ peccat. Sic blasphemias conuertit in deum. Creator enī stellarum deus est, & dum non vult homo se accusare in eo quod fecit, deum accusat à quo factus est homo. Item per quosdam Manichæos ita suggerit, Non tu peccas, gens tenebrarum peccat, tu non habes peccatum. Dicit hæc anima, & erigit eam in superbiam, vt putet quia nõ peccat. Non est hoc tollere sed geminare peccatum. Itē multi sic confessionem peccati fugiunt, vt ipsum Satanam accusent, se autem nihil mali fecisse dicant. Et cum castigantur aliqui & dicitur eis, quare hoc fecistis? Respondent, Quia diabolus hoc fecit. Nõ est enim vnde plus gaudeat diabolus, nisi quando homo dicit quod ipse faceret vt peccaret. Quando enī dicit diabolus hoc fecit, non se accusat, & dum peccata sua dissimulat confiteri, indulgentiam non meretur accipere. Respondet ergo

Iaco. 5.

Iaco. 5.

Psal. 131.

Psal. 31.

E

Gene. 2.

Gene. 3.

F

2. De Gene. ad litera. 27. Et. 83. q. 45.



**G** ergo & dicit, Diabolus hoc fecit, quasi reuera traxerit eum diabolus, aut violentiam fecerit. Suadere enim & sollicitare potest, cogere omnino non potest. Et ideo cum per dei adiutorium in potestate tua sit utrum consentias diabolo, quare non magis deo quam ipsi obtemperare deliberas? Si enim solus diabolus daret consilium & deus taceret, haberes quo excusari posses. Cum vero Christus tibi & conscientia tua contradicat, & per scripturas diuinas audias in ecclesia quod non debeas facere malum, quare eligis mortem & deseris vitam, & magis vis sequi diabolum ad luxuriam, quam obtemperare Christo qui te inuitat ad vitam eternam? Rogo ergo vos fratres charissimi quare Satanas seducit ad peccandum, cum deus posuerit homini in potestate non consentire Satanae? Est enim a dextris quodammodo precipiens deus, a sinistris seducens Satanas, homo in medio constitutus. Cor quod inclinatur ad diabolum, quare non potius erigitur ad deum? Non enim diabolus cogedo sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. Nos diabolum non adiuuamus, & vincimus. Dat quidem ille consilium, sed deo auxiliante nostrum est vel eligere vel repudiare quod suggerit. Attendite & aliud, quando dicit homo quod seductus est a Satana, quando dicit se seductum, confitetur ex parte, sed tamen negat se fecisse, & dicit. Ego nihil feci, diabolus fecit. Conatus est dicere illud Adam: Ipse se enim excusare voluit de muliere, mulier se excusare voluit de serpente. Dominus autem deus qui liberum arbitrium dedit homini, & eum precepto suo aduersus serpentis venena firmauerat, non audiuit istas excusationes: Quia mulier propterea data erat ut doceretur a viro, non ut doceret virum. Et sic erat constituta voluntas amborum, sic erat fabricatum liberum arbitrium, ut si nollet consentire serpenti, discederet serpens in sua fallitate confusus, & remaneret homo in domino creatore firmatus. Ista sunt mala verba quae diximus, quia modo serpens vult suadere excusationes peccatorum. Tunc fecit quod non accusas, modo autem vult facere quod excuses. Deus confitenti tanquam in apertum sinum indulgentiam paratus erat dare, excusas, claudis sinum, includis peccatum, excludis indulgentiam peccati. Ecce quid fecisti? Non ut tolleretur peccatum, ut dixi iam dudum, sed intercluderetur medicina peccati. Sanare te habebat deus per indulgentiam si fatereris, quare per quem excuses, sed non querit ille quem pro te puniat. Dic ergo deuoto corde quod dixi paulo ante, Ego dixi, domine miserere mei. Quare addidit, Ego dixi? Propter Manichaeos qui dixerunt non tu peccas. Clama, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi. Sanat te deus, confitere tantum vulnus tuum. Iaces sub manibus medicum, patienter implora auxilium. Fouet, vrit, secat, equanimiter tolera, tantum noli attendere nisi ut saneris. Sanaberis autem si ostendas te medico: non quia ille non videt si tu te abscondas, sed ipsa confessio initium sanitatis est. Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid est hoc? Melius est mihi ut quando videt iustus peccatum meum emendet me, non mihi parcat, dicat quia peccaui, sciat in peccatum meum, ut me liberet a peccato. Videtur acerbè clamare, sed intus lenis est in misericordia. Ideo dixit, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me. Quando ergo arguit, & quando clamat, & quando iustus lauit, misereatur: & totum illud de misericordia paterna est, non de sanctia inimici. Magis autem quando non vult te tene-

ri sub peccato, magis amat, quia fecit. Non vult enim putredine peccati cetera membra tua contabescere, ferrum profert, sed noli timere, noli pauescere, medicum est ferrum. Non contra te ferrum fertur, sed contra vulnus tuum. Ergo sic ait, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid est autem oleum peccatoris, nisi blandimentum adulatoris? Si quis aliquem vehementer obuiurget, videtur scire in peccatum ira eius: & libere ei dicat mala quae commisit, & ille imitabitur fortasse obuiurgatorem suum, simul cum illo irascitur peccato suo: Quare dictum est, Irascimini & nolite peccare, quae dicitur in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ergo dicat ille vera, forte corrigitur: alius vero veniat ad eum & assentetur & dicat, imò laudabiliter fecisti, Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, & qui iniqua gerit benedicatur. Diffluit, latus vocatur. Auarus est & dicitur de eo, quia seruat rem suam. Vindicat se de inimico, cum dictum sit. Dimitte ut dimitatur tibi, comis vocatur. Sic considera cetera, quemadmodum assentatores, id est, adultores habeant verba fallacia, habeant nomina laudis, ipsa est virtus peccatoris. Nos autem audiamus Prophetam dicentem, Populus meus qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & conturbant semitas pedum vestrorum. Ergo si dicatur ab aliquo libere peccatum alicuius, & ab alio palpetur, si videat aliquis tertius & interrogatur quid sit factum, nonne ita solet respondere, Ille dixit ei vera & non est blanditus? Quid ille alter? Quid fecit? Vixit ei caput & abscessit. Nos vero fratres si vere spirituales medici sumus, & de animarum vestrarum remedio attentius cogitamus, non debemus palpare quemquam, nec vos, nec nos. Confiteamur peccata nostra, non excusemus, tu fecisti, tu reus es, tu peccata tua confitere, tibi ignoscitur. Si autem dicis, Non ego feci: Vbiunque verba excusare volueris, peccatum tuum manet in te. Peccati reus es, & non illius peccati tantummodo quod fecisti, sed huius etiam superbiae quod confiteri nolueris. De quo peccato nos dominus liberare dignetur: Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est, Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem: Homilia XIII.

**A** dicentem deum. Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictae disperdet te. Promisit enim tibi, quoniam quo die conuersus fueris, obliuiscitur mala tua praeterita, sed nunquam vitam craftini diei promisit tibi. An forte non tibi illam promisit deus, & promisit illam tibi Mathematicus ut daret & te & illum? Deus diem mortis incertum salubriter constituit: Diem vltimum suum quisque salubriter cogitet. Misericordia dei est, quia nescit homo quando moriatur. Latet vltimus dies, ut obseruentur omnes dies. Sed tenet te mundus, illecebra circumquaque blandiuntur, delectat pecunia magnitudo, delectat honoris fulgor, delectat potentia terror. Delectant ista, sed audiatur Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus. Honor te querere debet, non ipsum tu. Debes enim in loco humiliori discubere, ut qui te inuitauit faciat te honoratiorem locum ascendere. Si autem noluerit, vbi recumbis manduca: Quia nihil huc intulisti in hunc mundum. Parum est tibi, quia de alieno manducas: Discumbe vbiunque & manduca.

**A** manduca. Dicitur es, de meo. Audi Apostolum. Nihil intulimus in hunc mundum. Ad mundum venisti, plenam mensam inuenisti: Sed domini est terra & plenitudo eius. Nam qui volunt, inquit, diuites fieri: Non dixit, qui diuites sunt: sed, qui volunt diuites fieri: Cupiditates accusauit, non facultates. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Pecunia delectat, istam non times? Bona res est pecunia, bona res est magna pecunia. Incidunt homines in tentationes, non times? In desideria multa incedunt stulta & noxia, non times? Desideria quod ducunt timere. Quid est, quod ducunt? Quae mergunt, inquit, homines in interitum & perditionem. Et adhuc surdus es? Interitum & perditionem non times? Sic deus tonat, & stertis. Ceterum his qui iam diuites sunt adhuc consilium dedit Apostolus. Praecepit, inquit, diuitibus huius mundi non superbe sapere. Vermis diuitiarum superbia est. Difficile est ut non sit superbus qui diues est. Tolle superbiam, diuitiae non nocebunt. Sed attende quid inde facere debeas, ne vacet apud te quod largitus est deus: Non superbe sapere. Ista vitia tolle, neque spera in incerto diuitiarum. Tolle & hoc vitium, cum abstuleris ista, exerce opera bona. Qui diuites sunt, inquit, in operibus bonis non sperent in incerto diuitiarum. Sed vbi sperent? In deum viuum qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Mundum praestat deus pauperi, praestat & diuiti. Nunquid quia diues est, duos ventres impleturus est? Attendite & videte quoniam de datis dei pauperes saturati dormiunt. Qui pascit vos, pascit illos per vos. Ergo non ametur pecunia, sed si iam habetur, hoc inde fiat. Diuites qui illam habetis estote. Sed vbi diuites? In operibus bonis. Facile, inquit, tribuant, communicent. Hic iam avaritia contrahit se quando audit, Facile tribuant, communicent, veluti aqua frigida perfunditur, rigescit, stringit sinum & dicit, Non perdo labores meos. Infelix perdere vis labores tuos? Ecce morieris, & qui nihil huc attulisti, nihil hinc potes auferre. Cum nihil abstuleris, nonne perdidisti omnes labores tuos? Audi ergo consilium dei. Nolo terrearis, quia dixit, Facile tribuant, communicent. Audi & quod sequitur, expecta, noli contra me claudere ostium, nec aditum cordis tui: Expecta. Vis nosse: Facile tribuant, communicent, quia non perdes, & hoc solum non perdes. Thesaurizent, inquit, sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehendant veram vitam. Ista ergo quae te delectat falsa vita est, quasi in somnis hic viuis. Si quasi in somnis hic viuis, euigilaturus es quando morieris, & nihil habes in manibus tuis inuenire. Quomodo si mendicus dormiat & in somnis illi veniat haereditas, nihil illo foelicius antequam surgat. Videt se in somnis tractare manibus vestes egregias, preciosa vasa aurea & argentea, intrare in amoenissima & amplissima praedia, obsequi sibi magnas familias. Euigilat & plorat. Et quomodo vigilans accusat hominem qui illum expoliavit, sic illum accusat qui illum excitauit. Apertissime hinc locutus est Psalmus, Dormierunt, inquit, somnum suum & nihil inuenierunt omnes viri diuitiarum in manibus suis, posteaquam finierunt somnum suum. Quia ergo nihil attulisti, nihil hinc ablaturus es. Mitte sursum quod inuenisti & non perditurus es. Da Christo, Christus enim hic vult accipere. Da Christo & perdis? Non perdis. Si commendas seruo tuo quod acquisisti & non perdis, commendas domino tuo & perdis? Si commendas seruo tuo quod acquisi-

sti & non perdis, perdes si commendas domino tuo quod accepisti ab ipso domino tuo: Egere voluit Christus sed propter nos. Omnes pauperes quos videtis, potuit illos Christus pascere quomodo per coruum Heliam pascit, tamen & ipsi Heliam subtraxit coruum: ut vidua pascetur, non Heliam praestitit, sed vidua. Quando ergo deus pauperes facit, quia ipse non vult ut ipsi habeant quae facit pauperes probat diuites. Sic enim scriptum est, Pauper & diues occurrerunt sibi. Vbi sibi occurrerunt? In hac vita. Natus est ille, natus est & ille, inuenierunt se, occurrerunt sibi. Et quis fecit illos ambos? Dominus. Diuitem vnde pauperem adiuuaret, pauperem vnde diuitem probaret. Pro viribus suis vnusquisque faciat. Non sic faciat, ut ipse patiat angustias. Non hoc dicimus, Superflua tua necessaria sunt aliis. Audistis modo cum Euangelium legeretur, Quicumque dederit calicem aquae frigidae vni ex minimis meis propter me, non perdet mercedem suam. Regnum caelorum venale proposuit, & precium eius calicem aquae frigidae esse voluit. Sed quando est pauper qui facit eleemosynas, tunc debent eleemosynae eius esse calix aquae frigidae. Qui plus habet, plus faciat. Vidua illa de duobus minutis fecit: Zachaeus dimidium rerum suarum dedit, & ad reddendas fraudes suas, aliud dimidium reseruit. Eleemosynae illis profunt, qui vitam mutauerunt. Das enim Christo egentem, ut peccata tua redimas praeterita. Nam si ideo illi das ut liceat tibi semper impune peccare, non Christus pascis, sed iudicem corrumpere conaris. Ergo ad hoc facite eleemosynas, ut vestrae orationes exaudiantur, & adiuuet vos deus ad vitam in melius commutandam, Et qui commutatis eandem vitam in melius commutandam, ut per eleemosynas & orationes deleantur mala vestra praeterita, & futura bona veniant sempiterna.

De eo quod dominus ait in Euangelio, Capillus de capite vestro non peribit: Homilia XIII.

**D**ominus noster Iesus Christus, testibus, id est martyribus suis pro humana fragilitate sollicitis, ne forte eum confitendo atque moriendo perirent, magnam securitatem dedit, dicens, Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo ne pereas, cuius capillus non peribit? Si sic custoditur superflua tua, in quanta securitate est anima tua? Non perit capillus qui cum tondetur non sentis, & perit anima per quam sentis? Sanè multa dura eos passuros esse praedixit, ut praedicendo faceret paratiores, dicerentque illi, Paratum cor meum. Quid est, paratum cor meum, nisi parata voluntas mea? Paratam ergo habent martyres voluntatem in martyrio, sed praeparatur voluntas a domino. Illis autem in malis duris atque asperis futuris commemorans adiecit, In vestra patientia possidebitis animas vestras. In vestra patientia, inquit, Non enim esset patientia tua, si non ibi esset & voluntas tua. In vestra patientia, sed vnde vestra? Nostrum est quod a nobis habetur, nostrum est & quod nobis donatur. Quomodo enim aliquid donas, nisi ut eius sit cui donas? Aperta est enim illa confessio. Nonne deo subiicietur anima mea, ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse, in vestra patientia, Dicamus illi & nos, Patientia mea ab ipso est. Tuum fecit donando, noli ingratus esse tibi assignando. Nonne in oratione dominica dicimus & nostrum est quod a deo est? Quotidie dicimus, Panem nostrum quotidianum. Iam dixisti, nostrum, & dicis, da nobis. Ecce nostrum, ecce da nobis. Illo dante fit nostrum: si illo dante fit nostrum, nobis superbientibus fit alienum. Dicis nostrum, & dicis, da nobis. Quid ergo tibi assignas, quod non

Psal. 40.

De natura & gratia, 19. in hunc.

Psal. 140.

K

Oleum peccatoris.

Psal. 4.

Psal. 9.

Luc. 6.

L. Eia. 7.

Ecclesiasticus 5.

M. Ecclesiasticus 5.

1. Tim. 6.

Luc. 24.

3. Reg. 17.

Prouer. 22.

Math. 10.

Marci. 12.

E. Luc. 19.

Luc. 12.

Luc. 12.

F. Psal. 56.

Luc. 11.

Psal. 61.

Mat. 6.

**G** non tibi ipse dedisti: Quid enim habes quod non accepisti? Dicitis nostrum, & da nobis. Agnosce largitorem, confitere te accipere, vt libeter ille dignetur dare. Quid si non egeres qui mendicas & superbus es? An non mendicas qui panem petis? Panis noster eternus Christus in patris aequalitate, Panis noster quotidianus, Christus in carne, eternus sine tempore, quotidianus in tempore. Tamen ipse est panis qui de celo descendit. Fortes sunt martyres, firmi sunt martyres, sed panis confirmat cor hominis. Nunc ergo audiamus Paulum Apostolum dicentem, cum passioni suae appropinquaret, de corona sibi parata praesumentem, Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, De caetero superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi sed & omnibus qui diligunt manifestatione eius. Reddet, inquit, mihi dominus coronam iustus iudex. Debet ergo, Quid reddet? Reddet ergo iustus iudex. Non enim opere inspecto potest negare mercedem qui opus inspicit. Bonum certamen certavi, opus est. Cursum consummavi, opus est. Fidem servavi, opus est. Superest mihi corona iustitiae, merces est, sed in mercede tu nihil agis, in opere non solus agis. Corona tibi est ab ipso, opus autem abs te, sed non nisi ipso adiuvante. Cum autem Paulus Apostolus, prius Saulus, crudelissimus esset & immanissimus persecutor, nihil omnino boni merebatur, immo merebatur plurimum malum. Merebatur enim darnari, non eligi. Et ecce subito cum mala faceret, & mala mereretur, vna caelesti voce prosternitur. Persecutor deicitur, praeceptor erigitur. Audi eum hoc ipsum confidentem, Qui prius sui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum. Nunquid ibi dixit, Reddet mihi iustus iudex? Misericordiam, inquit, consecutus sum, mala merebar, bona accepi. Non secundum peccata nostra fecit nobis, Misericordiam consecutus sum. Debita mihi non sunt reddita. Si enim debita redderentur, supplicium redderetur. Non inquit, accepi quod debebatur. Misericordiam consecutus sum. Non secundum peccata nostra fecit nobis. Quantum distat Oriens ab occasu, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quantum distat Oriens ab Occidente, auertere ab Occidente, convertere ad Orientem. Occidunt ibi peccata, oritur inde iustitia. In Occidente vetus, in Oriente novus. In Occidente Saulus, in Oriente Paulus. Vnde hoc Saulo, vnde hoc crudeli, vnde hoc persecutori, vnde hoc non pastor? Ipse enim est lupus rapax, de tribu Benjamin. Ipse dicit, Dicitur autem erat in prophetia, Benjamin lupus rapax, mane rapit praedam, & ad vesperam diuidit escas. Prius consumpsit, posterius pascit. Rapiebat prorsus, rapiebat. Legite rapiebat, legite librum actuum Apostolorum. Literas a pontificibus accipiebat, vt quoscunque inueniret sectantes viam Christi, victos adduceret puniendos. Ibat, sauebat, carnes & sanguinem anhelebat. Ecce rapit, sed adhuc mane est: Vanitas sub sole est. Fit ei vespera quando cecitate percutitur. Ecce vnus homo Saulus & Paulus, persecutor in Occidente, praedicator in Oriente. Oculi eius ad huius mundi vanitatem clauduntur, alij interiores illuminantur. Vas pauloante perditionis, diuisiones escarum eius quotidie recitantur. Vide quemadmodum diuidat escas. Nouit quid cui congruat. Diuidit, non passim, non confuse erogat. Diuidit, hoc est distribuit, distinguit, non passim confuse; dispensat, loquitur sapientiam inter perfectos. Quibus scilicet vero non valentibus capere solidum cibum, diuisiones dicit, Lac vobis potum dedi. Ecce hoc facit qui paulo ante

faciebat: Quid? Nolo recordari: Immo recorder hominis nequitiam, vt approbem dei misericordiam. A quo patiebatur Christus, patitur pro Christo. Fit vero Paulus ex Saulo. Qui spargebat colligebat, qui oppugnabat defendit. Vnde hoc Saulo? Quid dicamus? Ipsum audiamus. Queritis, inquit, vnde hoc mihi? Misericordiam consecutus sum. Non est, inquit, mihi hoc a me, misericordiam consecutus sum. Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Retribuit enim, sed non mala pro malis. Retribuit plane, sed non mala pro malis. Retribuit bona pro malis. Quid ergo ego retribuam? Calicem salutaris accipiam. Certe retribuerebas. Aliter adhuc accipis, Ad hoc accepi. Sed modo plane propinquante passione, retribuam bona pro bonis, non bona pro malis. Prius ergo dominus debebat mala pro malis, noluit autem retribuere mala pro malis, & retribuit bona pro malis. Retribuendo bona pro malis, inuenit quomodo retribuere bona pro bonis. Ecce enim in Paulo prius Saulo nihil boni inuenit. Cum in illo nihil boni inuenisset, mala dimisit, bona retribuit. Cum ergo, inquit, bona retribuit, praenit se dando bona quibus retribueret bona. Ecce retribuit mercedem his bonis, operibus bonis. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem seruavi, retribuam bona. Sed quibus bonis? Quae ipse dedit, An non ipse dedit, vt bonum certamen certares? Si non ipse dedit, quid est quod alio loco dicit Plus illis omnibus laboraui? Non autem ego, sed gratia dei mecum. Ecce iterum dicit, Cursum consummavi. Non & ipse dedit, vt cursum consummaret? Si non ipse dedit vt cursum consummaret: quid est quod alio loco dicit, Non volentis neque currentis, sed miserentis est deus? Fidem seruavi. Seruasti? Agnosco & proba. Fator seruasti. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat qui custodit eam. Ab illo ergo ipso adiuuante, ipseque donante, & bonum agonem certasti, & cursum consummasti, & fidem seruasti. Da veniam Apostole, propria tua non noui nisi mala. Da veniam Apostole, Dicimus, quia tu docuisti, Audio confidentem non inuenio ingratum. Prorsus tua a te tibi parata non nouimus nisi mala. Cum ergo deus coronat merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Hanc fidem & veram pietatem, ne quis extollatur de libero arbitrio in bonis operibus, quisquis sic accipiat vt nouerit dantem, aut quisquis datori non sit ingratus, medico non superbiat, vel insanus adhuc vel non a se sanus. Hanc, inquam, fidem suam atque pietatem nullae argumentationes euellant de cordibus vestris. Seruate quod accepistis. Quid enim habetis quod non accepistis? Hoc est deo confiteri, dicere quod ait Apostolus, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus. Spiritus huius mundi facit superbos, spiritus huius mundi facit inflatos, spiritus huius mundi facit vt putet se quisque aliquid esse, cum nihil sit. Sed quid ait Apostolus contra spiritum huius mundi inflatum, superbum, tumidum, elatum, non solidum? Quid ait? Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Vnde probas: vt sciamus quae a deo donata sunt nobis. Audiamus ergo dominum dicentem, Sine me nihil potestis facere. Et illud, Nemo habet quicquam nisi ei datum fuerit desuper. Et nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et illud, Ego sum vitis, vos palmites. Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Et illud quod Iacobus Apostolus protestatur, dicens, Omne datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre

**A** a patre luminu. Et quod Apostolus Paulus ad reprimendam praesumptionem illorum qui de libero arbitrio gloriantur, clamant & dicit, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Et illud, Gratia salui facti sumus per fidem, & hoc non ex nobis. Dei enim donum est vt ne quis extollatur. Et illud, Vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eu credatis, sed etiam vt pro ipso patiamini. Et illud, Deus qui cepit in vobis opus bonum perficiet. Hac ergo & his similia diligenter ac fideliter cogitantes, non acquiescamus eis qui liberum arbitrium in superbiam extollentes, praecipitare magis quam eleuare conantur. Sed humiliter consideremus illud quod Apostolus dicit, Deus qui operatur in vobis & velle & perficere. Gratias agamus domino ac saluatori nostro, qui nos nullis praecedentibus meritis vulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad vitam reuocauit: & humiliter confidentes fragilitatem nostram illius misericordiam deprecemur, vt quia nos secundum Psalmistam, misericordia sua praenit, dignetur in nobis non solum custodire, sed etiam augere munera vel beneficia sua quae ipse dignatus est dare: Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant deus in secula seculorum, Amen.

**B** De modo quo nos inuicem diligere debeamus: *Homilia XV.*

**Q** Valiter nos inuicem diligere debeamus fratres charissimi mei, etiam de sanitate vel firmitate membrorum corporaliu possumus euidenter agnoscere. Si enim sic nos amare voluerimus, quomodo se inuicem amat membra corporis nostri, perfecta in nobis charitas poterit custodiri. Considerate & videte quid fiat in nobis carnaliter, quando sanum est caput, quomodo congaudent omnia membra, & placent sibi de singulis caetera membra. Econtrario autem quando aliquid mali patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Ecce spinam calcas pes: Quid tam longe ab oculis quam pes? Longe est loco, proximum charitatis affectu. Modicum pungit spina, & perparuum locum tenet in pede, vide quomodo illuc conuertuntur omnia membra. Primo ipsa spina dorsi incuruat se, & deponunt se omnia membra. Nunquid oculi cessant querere? Nunquid aures cessant audire? Forte alij qui vident

**C** vbi sit, dicunt, ecce ibi est, statim hoc audiunt aures, & sequuntur consilium: ibi & oculi quaerunt, & manus operantur: & vt dixi, totum corpus illuc incuruat, & nihil vacat in homine ad subueniendum. Et solum in pede factum est vulnus, & totum quod est in homine operatur. Nunquid omnia puncta sunt? Attendite. Nunquid omnia dolent? Sana est manus, sani sunt oculi, sanum est caput, sana alia membra, ipse pes sanus est, ibi tantum dolet vbi punctus est. Non est ergo communis calamitas omnibus, sed per compassionem charitatis omnia veniunt ad subueniendum, & omnia volunt succurrere: vt impleatur quod ait Apostolus, Si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra, & si glorificatur vnum membrum congaudent omnia membra. Quid ergo? Nescio quis habet donum dei in virtutibus, non habes tu, noli inuidere ne praedaris de corpore. Videte fratres, qui inuidet, sic est quomodo tabes, quomodo vulnus, quomodo apostema. Non vis congaudere glorificato: Videt in te inuidia morbum caelestis ille medicus, & praecidet te de corpore. Noli ergo inuidere. Sed quid facis, gaude. Noli dicere in animo tuo, Ego si Christianus essem, vtique & Thomas decimus.

**D** ad deum pertinerem, possem facere quod alius facit. Tale est enim, ac si diceret auris, Ego si ad corpus pertinerem, possem videre lunam & solem, & non illud habet tamen nec auris nec manus, sed facit singula quod possunt, & cum concordia seruiunt sibi inuicem omnia membra. Sic ergo & tu congaude illi cui deus aliquam gratiam dedit, & potes in illo quod in te non potes. Ille habet forte virginitatem, ama illum & tua est. Iterum tu habes maiorem patientiam, dilige te & sua est. Ille potest satis vigilare, si non inuides, tuum est studium eius. Tu forte potes amplius ieiunare, si amat te, suum est ieiunium tuum. Hoc ideo quia in illo tu es. Per proprietatem enim non es tu, per charitatem tu es. Considerate fratres & videte exemplum domini nostri qui nos peregrinos fecit, & iussit vt per charitatis viam currere veniamus ad caelestem ciuitatem. Nunquid aliquis potest dicere, quia egrotauit hic dominus? Quid est ergo quod ait, Infirmus fui & non visitastis me? Quid nisi quod ipsi consentunt, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut in firmu, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Et ille quauis sedeat in caelo, tamen copatiens membris laborantibus, quia caput est membrorum & vniuersi corporis, Quando vni, inquit, ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Iam certe erat in caelo quando Paulum ex persecutore fecit praedicator. Nam misertus eius, & incorporas eum vniuerso corpori suo dixit de caelo, Saule Saule, quid me persequeris? Nunquid ergo ipsum persequeris in caelo? Quid est ergo, quid me persequeris? Persequeris Saulus Christianos, nunquid Christum qui sedebat in caelo? Sed quia ipse erat in Christianis, compatiens membris omnibus, vt verum esset in ipso, quod ait, Si patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra: quid ait? Saule Saule, quid me persequeris? Certe iam in caelo sum, tamen quando minimos meos persequeris, me persequeris: In ipsis membris meis adhuc ego persecutionem patior. Et illud attendite fratres, quod etiam nos aliquoties facimus. Attendite in populo quando statur, & est aliqua coarctatio, si alter alterum calcet, lingua dicit, calcas me: Nisi ipsa calcata esse Quid est ergo quod sonat, calcas me? Si ille respondeat, libera es o lingua, in ore tuo vocem habes: Ego si calcavi, pedem calcavi. Sed calcas me charitas dicit, calcas me compassio unitatis & vinculum societatis dicit. Si aut ergo dicere coeperat cognoscant omnes inuidi qui de aliorum etiam si inimici eorum sint, tribulationibus gaudent, quia membra sunt putrefacta abscessa & mortua, & ideo non habent sensum, & cum discedunt ab alijs membris non sentient, quia sine sensu erunt. Sensus noster fratres vna fides est, vna charitas, vna sanitas est. Teneamus fide tanquam sensum, teneamus charitatem tanquam sanitatem. Et quauis diuersa membra diuersa munera habeant, tamen charitatis unitate tenentur, & omnia merentur ire post caput. Caput enim in caelo est, nos hic laboremus & inuicem onera nostra portemus. Quo enim iuit caput, caetera membra itura sunt. Certe audistis quod pauloante dictum est, dominum clamasse de caelo, Saule Saule, quid me persequeris? Rogo vos fratres, si dominus & saluator noster qui nullum peccatum habuit, tanto affectu nos peccatores amare dignatur vt quod nos patimur se pati testetur, quare nos qui sine peccato non sumus, & qui peccata nostra per charitatem redimere possumus, non tam perfecto amore diligimus, vt si quid mali alius pertulerit charitatis affectu compatiatur, & si quid boni alius acceperit, quasi nos ipsi accipiamus ita gaudeamus, & pro illo qui accepit deo gratias referamus? Ecce iam vt dictum est, patitur aliquis aut

1. Corin. 4.  
Eph. 2.  
Philip. 1.  
Ybi supra:  
Philip. 2.  
Psal. 8.  
1. Timo. 4.  
Acto. 9.  
1. Timo. 11.  
2. Timo. 4.  
Psal. 102.  
Geno. 4.9.  
1. Corin. 2.  
1. Corin. 3.

K  
1. Thef. 1.  
Psal. 115.  
L  
2. Timo. 4.  
1. Corin. 15.  
Roma. 9.  
Psal. 126.  
M  
1. Corin. 4.  
Spiritus huius mundi.  
1. Corin. 2.  
Ioan. 15.  
Ioan. 19.  
Ioan. 6.  
Ioan. 15.  
Iacob. 1.

D  
Matth. 25.  
Acto. 9.  
1. Cor. 12.  
Acto. 9.

**T**ribulationem aut damnum. Si doles pro illo, in corpore ecclesie constitutus es, si non doles precibus es. Caritas enim que colligit & vivificat omnia ecclesie membra, si te viderit de alteri ruina gaudere, statim te precipitet a corpore. Et forte iam ideo non doles, quia precibus es. Si enim ibi esses, sine dubio doleres. Considerate fratres & diligenter attendite quia tandiu dolet membrum quandiu in corpore continetur. Si autem abscisum fuerit, nec dolere poterit nec sentire. Cum enim manus aut aliud membrum fuerit abscisum a corpore, si totum corpus postea multis partibus dividatur, manus illa non sentit, quia iam a reliquorum membrorum societate divisa est atque disjuncta. Talis est Christianus qui de alterius aut damnis aut afflictionibus aut etiam morte, non solum non dolet, sed quod peius est forte etiam gaudet. Et quia iam est alienus a corpore, ideo affectum charitatis non tenet in corde. Nos vero si veram & perfectam charitatem volumus custodire, omnes sicut nosmetipsos studeamus diligere, ut quia caput nostrum Christus est, & membra illius nos esse meruimus, cum Christus apparuerit gloria nostra, etiam & nos per concordiam charitatis quasi vera & perfecta membra illius absque illo dolo malitiae vel invidiae oes homines sicut nosmetipsos amemus, cum ipso apparere mereamur in gloria.

De resurrectione domini & cantatione Halleluia:  
Homilia XVI.

**R**esurrectio & glorificatio domini nostri Iesu Christi fratres charissimi ostendit nobis vitam quam accepturi sumus cum venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et modo quidem mali homines cantare nobiscum possunt halleluia. Si autem in malitia sua perseveraverint, canticum vite nostrae futurae labiis dicere possunt, ipsam vero vitam quae tunc erit in ea veritate quae nunc significatur obtinere non possunt, quia noluerunt meditari antequam veniret, & tenere quod futurum erat. Nunc ergo fratres charissimi exhortamur vos ut laudatis deum, & hoc est quod nos oes dicimus, quando dicimus halleluia, laudate deum. Dicis tu alteri, dicit ipse tibi. Cum se omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur. Sed laudate de totis votis, id est, ut non sola lingua vestra & vox laudet deum, sed & conscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Etenim laudamus modo in ecclesia: quando congregamur. Cum quisque discedit ad propria, quasi cessat laudare deum: Non cesset bene vivere, & semper laudat deum. Tunc desinit laudare deum, quando a iustitia & ab eo quod illi placet declinat. Nam si a vita bona nunquam declinat, lingua tua tacet, vita tua clamat, & aures dei ad cor tuum. Quomodo enim aures nostrae ad voces nostras, sic aures dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri ut habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione procedunt. Nec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum membra movere, nisi primo processerit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit Imperator, per imperium Romanum emanat, quicquid videtis agi per provincias, quantus motus fit ad unam iussionem imperatoris intus sedentis, movet ille solum labia cum loquitur, & movetur omnis provincia cum fit quod loquitur: Sic & in vno quoque nostrum intus est Imperator, in corde sedet: si bonus bona iubet & bona fiunt: si malus mala iubet, & mala fiunt. Cum ibi sedet Christus, quid potest iubere nisi bona? Cum possidet diabolus, quid potest iubere nisi mala? In tuo autem arbitrio deus posuit, cui pares locum, deo autem diabolo. Cum

paraveris, qui possidebit ipse imperabit. Ergo fratres non tantum ad sonum attendite cum laudatis, deum totum laudate. Cantet vox, cantet vita, cantent facta. Et si est adhuc gemitus, tentatio, tribulatio, spera transitoria omnia, & illum venturum diem in quo sine defectu laudabimus: Interim donec veniat ille dies, in quo coniuncti angelis deum sine ulla fatigatioe & sine ullo sine laudare mereamur, ut ad illum ineffabile gaudium venire possimus quantum possumus bonis operibus studeamus insistere: & quotidie conscientias nostras intus aspicientes, si aliquid in stola animae nostrae aut per negligentiam disolutum, aut per luxuriam sordidatum, aut per iracundiam combustum, aut per invidiam concisum, aut per avaritiam tenebrosum esse cognoscimus, dum adhuc in potestate nostra est, cum dei adiutorio festinemus vulnerata curare, reparare perdita, & ad candorem iustitiae ea quae obscurata fuerant reuocare. Ne forte si bonis operibus nudi, & vitiorum pannis sordentibus involuti, ante tribunal aeterni iudicis venerimus, illa ad nos terribilis sententia dirigatur: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ideo quantum possumus fructus iustitiae studeamus afferre, timentes illud quod dominus dixit, Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Haec sententia evidenter ostendit, quia non solum malum fecisse, sed etiam bonum non egisse, danabile erit. Et ideo ista quae diximus attentis cordibus iugiter cogitemus, ne nos tarde poeniteat sub conspectu ignis aeterni, qui interrogabit medullas, ossa & cogitationes nostras. Quoniam tunc unusquisque puniendus optabit ne unquam mulierem alienam concupisset, ne unquam corporis sui vestem, ne unquam baptismi holosericam maculasset, ne unquam praeferisset consilia & monita sacerdotum. Nam si sacerdotibus grande periculum est aliena peccata non arguere, quanto periculosius erit propria noluisse corrigere. Atque ea non solum non emendasse, verum etiam defendisse, & defendendo cumulasse. Et ideo expiatura erit illic inextinguibilis concrematio, quicquid hic medicabilis satisfactio, quicquid hic salutifera dissimulaverat sanare conuersio. Ardens enim inferni puteus aperietur, descensus erit, reditus non erit. Illic fidei veste nudati, & capitaliter mortui, in perpetuum demergentur, eiciendi in tenebras exteriores ubi non visitabit aeternus: In tenebras ex tenebris infeliciter exclusi, infeliciter includendi. De hoc puteo propheta orat atque commoratur. Neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Ideo autem dixit, Neque urgeat super me puteus os suum, quia cum sine poenitentiae remedio infelices peccatores exceperit claudetur sursum, aperietur deorsum, ac dilatabitur in profundum. Nullum spiramen, nullus liber anhelus, claustris desuper argentibus relinquetur. Detrudentur illuc valedicentes rerum natura, ultra nescientur a deo qui deum scire noluerunt, morituri vitam, & morti sine fine victuri. Foelices qui nunc bene viventes, facultatibus vel corpori suo necessariis contenti & de suo largi, in se casti, in alios non cruenti, ab huius putei profundi flammae nocte se redimunt. Haec poena illos manebit qui amisso & non reparato per poenitentiam baptismo, in aeternum peribunt. Ad quos dicitur, Paleas autem comburent igni inextinguibili. Hi vero qui temporalibus poenis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, Si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: per fluvium igneum, de quo propheticus sermo commemorat, Et fluvius igneus currebat

**A** rebat ante eum: per fluvium igneum & vada feruētibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & pertransendi mora. Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quaedam flamma rationabilis disciplina. Et quantum stulta iniquitas suggesterit, tantum sapiens poena deserviet. Et quia sermo divinus quodam loco anae ollae animam peccatricem comparat, dicens, Pone illam super prunas vacuam, donec concalescat as eius & omne stagnum eius defluat: illic sermones ociosi & cogitationes iniquae vel sordidae, illic multitudo leuium peccatorum, quae puritate nobilis natura infecerant exundabunt: illic stagnum vel plumbum diversorum subrepentium delictorum, quae diuinam imaginem obscurauerant consummentur: quae omnia hic ab anima separari per elemosinas & lachrymas compediola transacione potuissent. Ecce sic exigere habet ab homine rationem, qui seipsum pro homine dedit, & coesus clavis, legis mortis se iunxit. Quae cum ita sint dilectissimi, intelligamus quia effugere intoleranda supplicia, & incendia aeterna non poterunt, nisi qui prius in se ignem carnalis concupiscentiae ac multimoda cupiditatis extinxerint. Et ideo fratres charissimi conuertamur nos ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Curramus dum lucem habemus, ne praeterita salutis tempora negligamus. Hic extinguamus mortem moriendo peccata, hic vitam meritis comparemus.

De eo quod Apostolus dicit, Pax fratibus & charitas cum fide magna: Homilia XVII.

**S**ecundum vasis electionis confessionem atque doctrinam, quoniam fides misericordiae dei donum est, lectionibus, canticis, sermonibus divinis, & quod est praecipuum gratia sua adificet dominus cor vestrum, ut quod verum auditis, non audiat ad iudicium sed ad praemium. Faciet hoc, quoniam qui promissit potens est & facere. Ita credidit Abraham dans gloriae deo: unde & plenissime credens, quoniam quae promissit potens est & facere, magnum nostrum gaudium nobis promissit. Abraham nos promissionis filij sumus. Quando enim dictum est Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes, nos promissit sumus. Ergo ipse nos fecit fidei filios Abraham, qui potens est facere quod promissit. Nemo dicat, Ego feci. Non enim promittit deus, & facis tu. Potest autem recte dici, quia quae promittis tu, facis deus. Tu enim infirmus es, tu omnipotens non es. Quando enim promittis nisi faciat deus, inanis est promissio tua. Dei autem promissio non perdet ex te sed ex illo. Sed ego, inquis, credidi. Concedo. Verum dicis, Tu credidisti, sed non tibi tu fidem dedisti. Unde autem credidisti, nisi ex fide? Fides in te donum dei est. Audi Apostolum ipsum fidei disputatorem, & gratia magnum defensorum: audi eum dicentem, Pax fratibus & charitas cum fide magna. Tria dixit, Pax, charitas, fides, a fine coepit, ad initium terminavit. Initium est enim in fide, finis in pace, quia enim credimus ipsa est fides: sed fides debet esse Christianorum, non demoniorum. Nam sicut dicit Iacobus Apostolus, Et demones credunt & contremiscunt. Et demones dixerunt Christo, Tu es filius dei. Constatbantur demones, quod non credebant homines. Illi tremuerunt, illi occiderunt. Quid enim? Quia dixerunt demones, Tu es filius dei, scimus qui sis, ideo regnaturi sunt cum filio dei? Absit. Discernenda est ergo fides demonum a fide sanctorum. Plane discernenda vigilanter & diligenter. Nam & Petrus hoc dixit, domino dicenti, Quae me esse dicitis? Tu es Christus filius dei viui, Et dominus respondit, Tu es Christus filius dei viui, Et dominus

**D**ixerunt & demones: Quare ipsi non sunt beati? Quare? Quia demones hoc dixerunt timore; Petrus amore, ideo initium est a fide. Sed quali fide? Quam definiuit Apostolus, Neque circumcisio aliquid valet neque praecipuum, sed fides. Dic quae fides? Quae per dilectionem operatur. Hanc demones non habent fidem quae per dilectionem operatur, sed soli serui dei, soli sancti dei, soli fide filij Abraham, soli filij dilectionis, filij promissionis. Ideo est & charitas dicta. Tria illa dicta sunt ab Apostolo, Pax fratibus & charitas cum fide. Unde pax & charitas? Unde charitas cum fide? Si enim non credas, non amas. Dixit ergo Apostolus, sic incipiens a fine, & veniens ad initium, Pax, charitas, cum fide. Nos dicamus, Fides, charitas, pax, Crede, ama, regna. Si enim credis & non amas adhuc non discere iusti fidem tuam ab eis qui tremebant & dicebant, Scimus quia sis filius dei viui. Ergo tu ama, quia charitas cum fide ipsa te perducit ad pacem. Quam pacem? Veram pacem, plenam pacem, solidam pacem, securam pacem. Vbi nulla pestis, nullus hostis. Ipsa pax est finis omnium desideriorum bonorum. Charitas cum fide, & si sic dicas, bene dicis, fides cum charitate. Magna ergo bona commoravit Apostolus, Pax fratibus & charitas cum fide. Magna bona. Sed dicat, unde bona ista, unde sunt, a nobis an a deo? Si dicis a nobis, in te gloriaris non in deo. Si autem didicisti, quod ait ipse Apostolus, Ut qui glorietur, in domino glorietur: confitere pacem, charitatem cum fide, non tibi esse nisi a deo. Sed respondes mihi, Tu hoc dicis, proba quod dicis. Probo ipsum Apostolum testem vocabo. Ecce habetis. Apostolus dixit, Pax fratibus & charitas cum fide. Ipse dixit, Quid ipse dixit? Unde? Sequitur, Pax fratibus & charitas cum fide, a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Quid ergo habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Non sic glorietur est Abraham? Ex fide glorietur est. Quae est fides plena & perfecta? Quae credit ex deo esse omnia bona nostra, & ipsam fidem. Iterum dicit Apostolus, Misericordiam consecutus sum. O confessio, Non ait, misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram; sed, ut fidelis essem misericordiam consecutus sum. Veniamus, ad eius primordia, videamus Saulum saeuientem, spectemus furentem, spectemus odia anhelantem, sanguinemque sitientem. Spectemus fratres eum, magnum spectaculum. Ecce post Stephani necem, post effusum testis dei lapidibus sanguinem, ubi vestimenta feruabat lapidantium ut in eorum etiam manibus lapidaret, tunc dispersi sunt fratres qui erant Hierosolymis congregati, & ille saeuens cui paruum erat vidisse & fuisse sanguinem Stephani, accepit literas a principibus sacerdotum ut iret Damascum, & quoscumque ibi inueniret Christianos victos adduceret. Et ibat. Haec Pauli via erat, cuius via nondum erat Christus, adhuc Sauli, nondum Pauli. Ibat. Quid habebat in corde? Quid nisi malum? Date mihi merita eius. Si merita quaeris, damnationis sunt non liberationis. Ibat ergo sauire in membra Christi, ibat sanguinem fundere, ibat lupus pastor futurus. Sitiebat. Non enim poterat aliter ire ad illa propter quae ibat. Et cum sic ambulabat, cogitabat, anhelabat caedes, conducit pedes eius ira, mouet membra odium, dum pergit & ambulat, obtemperat mancipium crudelitati: & ecce vox de caelo, Saule Saule, quid me persequeris? Ecce quare dixit, Misericordiam consecutus sum. Ut fidelis essem.

Colo. 3.

H

Laudate deum.

I

Math. 15.

L

Math. 3.

Ezech. 4.

Eph. 6.

Eph. 2.

Roma. 4.

Gal. 4.

Gen. 12.

Roma. 4.

Eph. 6.

De gratia & libe. ar. ca. 30. & 41.

Iacobi. 2.

Marci. 3.

Fides alia est boni & alia demonum.

Math. 16.

Math. 3.

1. Corin. 3. Daniel. 7.

bat

Gal. 5.

1. Petri. 2. 2.

E

Eph. 6.

1. Corin. 1.

1. Corin. 4.

1. Timo. 1.

F

Act. 7.

Act. 8.

Act. 9.

De verbis apostoli ser. 9.

Act. 9.

1. Timo. 1.

n. iij. Erat



**G** Erat infidelis, parum est, erat in ipsa infidelitate crudelis, sed misericordiam consecutus est ut fidelis esset. Quis dicitur deo dicenti, hoc volo: Ergo domine ille qui tanta fecit, tanta mala in sanctos tuos facere cupiebat, tali enim misericordia dignum existimas? Hoc volo. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Habete fidem, sed ut habeatis fidem, orate fide. Sed orare fide non potestis, nisi fidem habeatis. Non enim orat nisi fides. Quomodo enim invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Aut quomodo predicabunt si non mittantur? Ideo loquimur, quia missi sumus. Audite nos, audite illum per nos. Ergo ait aliquis, Inuocamus deum, ut det nobis perseverare in his bonis quae habemus, & addere bona quae non habemus. Praecessit ergo fides quae rogat. Certe totum dat deus. Ut enim daret mihi rogavi, ut rogarem prius credidi. Ergo mihi dedi quod credidi, & deus dedit quod credens oravi. Solutur quaestio. Non enim parva est. Hoc te video loqui, quia tu prior dedisti aliquid deo, ut cetera daret tibi. Dedisti quippe illi fidem tuam & orationem tuam, & ubi est quod ait Apostolus, Quis enim cognovit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Ecce qualis vis esse: Ergo prior dedisti deo, & hoc dedisti quod tibi non dedit deus? Inuenisti unde dares? Homo mendice unde habuisti? Ergo unde dares aliquid habuisti? Quid enim habes quod non accepisti? Ergo de dei das deo? Ex eo quod tibi dedit, a te accepit? Nam mendicitas tua nisi prior dedisset, inanis remaneret. Audite unde hoc euidentius probetis, Ecce vos quia credidistis & accepistis: Quid dicimus de his qui nondum crediderunt quales erant? Saulus qui nondum crediderat, aut accepit ut crederet, postea quae credidit Christo, tunc cepit inuocare Christum. Ab illo accepit ut crederet, & credendo innocaret, inuocando cetera acciperet. Quid putamus fratres? Saulus antequam crederet, orabant pro illo qui crediderant an non orabant? Dicatur mihi, si non pro illo orabant, quare dixit Stephanus, Domine ne statuas illis hoc delictum? Orabatur & pro illo, & pro aliis infidelibus ut crederent. Ecce nondum habebant fidem, & orationibus fidelium accipiebant fidem. Nondum habebant quod deo offerrent, quia nondum erant misericordiam consecuti ut fideles essent. Denique postea quam Saulus iste conuersus est, vna voce elisus & leuatus est. Elisus persecutor, leuatus praedicator: Postea quam cepit euangelizare fidem quam aliquando vastabat, quid de se dixit? Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudaeae quae sunt in Christo, tantum autem audiebant quia is qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliquando vastabat, & in me magnificabant deum. Nunquid dixit, Et in me magnificabant me? & in me qui euangelizabam fidem quam aliquando vastabam, non me magnificauerunt sed deum. Ergo ipse fecit ut Saulus deposita tunica veteris peccati pannosa, cadibus sanguinea, ut deposita ista tunica, acciperet tunicam humilitatis, & fieret de Saulo Paulus. Quid est Paulus? Minimus. Ego enim sum minimus Apostolorum. Ecce quid est Paulus. Paulum enim Latine modicum est. Sic loquimur, quando dicimus, Post paulum video te: Paulum post facio illud. Quid est paulum? Modicum post. Post paulum, post modicum. Quid est Paulus? Quia modicus, modicus, quia nouissimus. Ego enim sum, inquit, nouissimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum

ecclesiam dei. Bene dicis, unde debuisti damnari, ab eo accepisti unde debeas coronari. A quo accepit, vultis audire? Nolite me, ipsum audite. Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Sed gratia dei sum id quod sum. Ergo quod eras, iniquitate tua eras: quod es, gratia dei es. Et gratia eius, inquit, in me vacua non fuit. Ecce euangelizat fidem quam aliquando vastabat, nec gratia ipsa vacat in illo qui ait. In me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui. Obserua, erigere te cepisti. Vbi es Paulus? Certe modicus eras. Plus omnibus illis laboraui. Dic unde? Quid enim habes quod non accepisti? Statim respexit. Et cum dixisset, Plus omnibus illis laboraui: quasi exauit ad verba sua, & mox subiecit se humilem Paulum. Non autem ego sed gratia dei mecum. Ergo fratres mei, ut noueritis etiam fidem a domino deo esse nobis, orate pro illis qui nondum crediderunt. Si quis habet forte amicum infidelem, moneo illum ut oret pro illo. Vere opus est ut ego illum moneam. Maritus Christianus est, vxor infidelis est, non orat pro vxore sua ut credat? Vxor est Christiana, maritus infidelis est, non orat mulier religiosa pro marito suo ut credat? Quando hoc orat qui orat, quid orat, nisi ut deus det illi fidem? Ergo donum dei est fides. Nemo se extollat, nemo sibi arroget, quasi sibi aliquid dederit, Qui gloriatur, in domino gloriatur.

De eo quod in Esaiâ scriptum est, Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosque induc in domum tuam: Homilia XVIII.

**D**ominus deus noster nolens nostrum aliquem derire, excolens ecclesiam suam velut agrum suum, quarens fructum de arboribus suis antequam tempus securis adueniat, cum necesse erit infructuosas arbores amputare, non cessat admonere nos, ut cum tempus nobis est, cum dei adiutorio in nostra potestate consistit, bona opera faciamus. Cum enim transierit tempus bene operandi, non restat nisi recipiendi. Nemo tibi dicitur post resurrectionem mortuorum in regno dei, Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosque induc in domum tuam, quia non inuenies esurientem nec egentem. Nemo dicitur est, Vesti nudum, ubi omnium tunica immortalitas erit. Nemo dicitur est, Suscipe peregrinum, ubi omnes in patria sua uiuent: Nam modo sumus inde peregrini. Nemo dicit, Visita agrum, ubi est sanitas sempiterna. Nemo dicit, Sepeli mortuum, ubi mors morietur. Ista omnia pietatis officia in vita aeterna necessaria non erunt, ubi sola pax erit, & laetitia sempiterna. In isto autem tempore, ut nouerimus, quantum nobis commendat deus opera misericordiae, etiam ipsos suos sanctos egere fecit: ut cum sint hic amici de mamona iniquitatis, recipient & ipsi amicos suos in aeterna tabernacula: id est, ut cum serui dei pij, dum iugiter deo vacant, aliquoties indigent, illi qui habent mundi diuitias, eleemosynas largiantur. Quomodo eos participes faciant in terrena substantia, sic cum illis partem habere merebuntur in vita aeterna. Hoc dixi propter lectionem Regnorum quam primo audiui. Nunquid deus defecerat pascere seruum suum Heliam? Nonne illi quia deerant homines, alites ministrabant? Nonne illi panem offerebat coruus mane, & ad vesperam carnes? Ostendit ergo deus, quia unde uoluerit, quomodo uoluerit pascere suos seruos potest: Et tamen ut posset eum religiosa uida pascere fecit eum egere. Egestas animae sanctae in abundantiam uersa est animae religiosa. Non poterat Helias de misericordia dei dare sibi, quod languentem

**A** culam dedit? Videtis nempe & manifestum est, quod aliquando serui dei ideo non habent, ut probetur qui habent. Et tamen illa uida nihil habebat, quod illi reliquum erat finito, fuerat & cum suis filiis moritura. Processit ergo ut faceret sibi panem: Collegerat duo ligna, & tunc eam uidit Helias. Tunc eam homo dei uidebat quando illa duo ligna quarebat. Mulier illa typum gerebat ecclesiae, & quia duo ligna crucem faciunt, quarebat moritura, unde semper esset uictura. Adumbrato ergo mysterio Helias loquitur ad eam quod audiuit narrat illa dispositionem suam, morituram se dicit cum consummaverit quod remansit. Ibi est ergo quod dominus dixerat Heliae, Vade in Sarepta Sidoniae, ibi enim mandauit uida ut pascat te. Videtis quemadmodum mandet deus non in aure, sed in corde. Nunquid legimus, quia missus est aliquis propheta ad illam mulierem, & dictum est ei, Haec dicit dominus, venturus est ad te esuriens seruus meus, ex eo quod habes ministra illi, in opus noli metueri, ego supplebo quod dederis? Hoc ei dictum non legimus. Nec hoc legimus quod in somnis ad eam missus fuerit angelus, & praenunciauerit Heliam esurientem esse venturum, aut de illo pascendo aliquis mulierem illam admonuerit. Sed mandat deus miris modis, qui in cogitationibus loquitur. Dicimus mandasse deum loquendo in corde, suggerendo quod opus erat, persuadendo quod uile erat rationali animae uidae mulieris. Sic etiam in prophetis legimus quod dominus mandauerit uermi ut roderet radicem cucurbitae. Quid est mandatum, nisi cor praeparauit? Inspiratione itaque domini, uida illa mulier cor praeparatum habebat ad obediendum. Talis uenerat, talis cum Helia loquebatur. Qui erat in Helia ut praeciperet, ipse erat in uida ut obediret. Vade, inquit, mihi prius fac de egestate tua, non deficient diuitiae tuae. Patrimonium enim uidae, modicum erat farinae, & modicum olei. Hoc modicum non defecit. Quis habet talem uidam? Libenter uida seruum dei esurientem pascebat, quia patrimonium eius in conuclauis pedeabat. Quid felicitas hac paupertate? Si hic talia recepit, qualia in fine sperabit? Ideo hoc dixi ut seminationis nostrae mercedem, non isto tempore quo seminamus speremus. Hic enim bonorum operum mensem cum labore serimus, sed in futuro fructus illius cum gaudio colligemus, secundum illud quod scriptum est, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Illud enim pro signo factum est, non pro dono. Nam si uida illa quod pauit hominem dei hic recepit, non est magnum quod seminauit, quia non magnum segetem meliuit. Temporale est enim quod accepit, non deficiente farina, nec diminutum oleum, quousque daret deus pluuiam super terram, ac sic tunc magis cepit egere, quando dignatus est deus plueri. Tunc enim laboratura erat, expectatura agri fructus & collectura. Quando autem non pluebat, uictus eius facile ueniebat. Signum hoc ipsum quod de illa ad paucos dies praestiterat, signum erat futurae uitae, ubi merces nostra deficere nesciet, ubi farina nostra deus erit. Quomodo illa per illos non deficit dies, sic ille dies non deficiet in aeternum. Tale mercedem speremus quando bona facimus, ne forte aliquis uestrum tentetur tali cogitatione ut dicat, Pascam aliquem seruum dei esurientem, ut lagena mea non deficiat, & in cupa mea semper uinum inueniam. Noli hoc hic quare, semina securus, messis tua serius ueniet, tardius ueniet, sed cum uenerit finem non habebit. De exhortatione ad eleemosynas faciendas: Homilia XIX. Tomus decimus.



**E**stis ista fratres quam modo audiui de sancto Euangelio, ad eleemosynas faciendas nos hortatur, & sic hortatur, ut in iudicio suo dominus has solas factas imputet dextris, has solas non factas imputet sinistris: non quod cetera facta hominum uel bona uel mala non ueniant in iudicium, scriptum est enim omnia uentura ad iudicium: & tamen non elegit dominus noster Iesus Christus pronuncians nobis iudicium suum futurum, non elegit unde nos admoneret nisi solas eleemosynas. Nunquid dextris non erit dicendum, quia caste uixistis, quia res alienas non rapuistis, quia fidem meam usque ad sanguinem confessi estis? Omnia enim facta ista bona necesse est honorari in iudicio Iesu Christi. Rursus putatis non esse dicendum sinistris, quia fuistis impudici, quia fornicati estis, quia res alienas rapuistis, quia superbia uestra & malis moribus nomen meum blasphemari fecistis, & cetera quae enumerat: tamen dominus noster pronuncians nobis iudicium suum, omnia cetera recta facta iustorum & solas eleemosynas commemorare dignatus est. Tacuit omnia mala facta iniquorum, & solam sterilitatem eleemosynae increpandam esse iudicauit, non nisi ad nos commendandos. Quare hoc? Quia omnia crimina eleemosynis redduntur. Ideo illam laudauit fecunditatem, istam culpauit & damnauit ariditatem. Sed audistis, omnia malefacta eleemosynis redimi, nolite sic intelligere, ut intelligit quidam peruersi. Eleemosyna enim postulat tibi prodesse ad delenda peccata praeterita, si mores mutaueris. Si autem in eisdem malis perseveraueris, eleemosynis tuis non corrumpes iudicium dei. Ego dico propter illa scelera & crimina quae omnes modo uitare debent qui accipiunt corpus Christi & sanguinem, ceterum non me latet uitam istam mortalem & in carne corruptibili constitutam sine peccatis esse non posse: sed illa quotidiana & leuia habent etiam sua lauacra quotidiana, hoc est, quod peccata tundimus & dicimus in oratione domino deo nostro, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non enim sine causa dicimus hoc. Haud uero ipse caelestis magister doceret istam orationem nisi nos peccatores esse prauideret. Vidit enim quae cauere debemus, & uidit quae cauere difficile sit. Omnia autem cauere impossibile iudicauit esse qui istam orationem quotidianam non quolibet Christianos, sed ipsos arietes Apostolos docuit. Vbi autem Apostoli peccata tundunt & dicunt, Dimitte nobis debita nostra, hoc est, peccata nostra, audet aliqua ouicula superbire de sua iustitia? Videte qualis fuerit Ioannes Apostolus, supra peccata domini discubebat, de alto illo fonte sapientiae secreta bibebat. Inde enim bibit quod in Euangelio eructauit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et assidue testatur Euangelium, quod dominus praecipue ipsum diligebat. Et tamen ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Nec tamen quia ista dicuntur, debet quisquam securus esse homicida, si propter quotidianas fornicationes & latrocinia sua uenerit dicere, Dimitte nobis debita nostra. Quod enim deus statuit quotidie dici propter leuia peccata, ille putat ad illa grauiora sibi posse optulari a quibus non uult discedere, sed in his cupit perpetuo permanere. Tundat & de his peccatis, faciat & pro his eleemosynas, sed uita mutata, & inde recedat & huc accedat. Si autem dixerit in animo suo, si quotidiana faciam latrocinia, & si quotidianis corruptionibus adulerin in me cotaminet, & si fortilegos quarat, idolis sacri-

Gala. 1. De uerbis domini. 18.  
1. Corin. 15. Paulus, minimus, modicus.

K De gratia & libe. ar. ca. 15. & 15.  
1. Corin. 15.  
Gala. 1.  
1. Corin. 15.  
1. Corin. 4.  
1. Corin. 15.  
L 2. Corin. 1.  
Esai. 58.  
Iona. 4.  
3. Reg. 17.  
Psal. 115.  
Luce. 16.  
3. Reg. 17.

Ecclesiastes. 12.  
Tobias. 4.  
Eleemosynae quomodo proficiat.  
Math. 6.  
Ioan. 1.  
Ioan. 1.  
Math. 6.

G ficem, mathematicos consulam, & à tali vita omnino non recedam, faciens tamen quotidianas elemosinas extinguo omnia peccata: tamen extinguis, sed cum his extingueris. Sic enim tibi erit ista commutatio tua mala, vt non desit qui de te dicat, Et adhuc pusillum & non erit peccator, & quares locum eius & non inuenies. Vnde diuini sicut cedros Libani exaltari, transiit, & ecce non erat, quæsiuimus eum, & non est inuentus locus eius. Perseunt ergo peccata tua sed tecum. Non enim in gehenna peccare permittis, aut cum te ceperit torquere ignis æternus, de faciendis libidinibus cogitabis. Perseunt ergo peccata, sed tecum. Si autem vitam mutaue- ris, illa perseunt, tu inuenieris, & dicitur de te, Mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Lucæ. 15.  
1. Petri. 2.

De eo quod beatus Petrus dicit, Deposita ergo omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquam modo nati infantes rationabile & innocens lac concupiscite & cetera. Homilia XX.



Mnium quidem aures & mentes quos cura nostra complectitur, solliciti pastoris sermo cõpellat. Veruntamen ad vos proprie nunc dirigitur, quorum recens infantia spiritalis generationis sacramentorum cunabulis insignitur. Vobis enim maxime per Apostolum Petrum sic diuinum blanditur eloquium. Deposita ergo, inquit, omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquam modo nati infantes rationabile & innocens lac concupiscite, vt in illo crescatis in salutem, si gustatis quia dulcis est dominus. Proinde quia gustatis, nos testes sumus. Nos vobis hanc suauitatem nutricis officio ministramus. Agite itaque ad sancta instar admoniti infantia, deponite malitiam, dolum, adulationem & inuidiam & detractionem, hanc innocentiam sic tenere debetis, vt eam crescendo non amittatis. Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est dolo, nisi aliud agere & aliud simulare? Quid est adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid est inuidia nisi odium felicitatis alienæ? Quid est detraçtio, nisi mordacior quã veracior reprehensio? Malitia malo delectatur alieno. Inuidia bono cruciatur alieno. Dolo duplicat cor. Adulatio duplicat linguam, Detraçtio vulnerat famam. Huius autem vestra innocentia sanctitatis, quoniam filia est charitatis, non gaudet super iniquitate, cõgaudet autem bonitati. Simplex vt coluba, & sic astuta vt serpens, non studio nocendi, sed nocentem cauendi. Ad hanc vos exhortor. Talium est enim regnum cœlorum, humilium scilicet, hoc est spiritaliter paruulorum. Non cõtemnatis, non abhorreatis. Magnorum est enim ista pusillitas, superbia vero fallax infirmorum est magnitudo, quæ vbi mentem possederit, erigendo deiicit, inflando euacuat, distendendo dissipat. Humilis esse nõ potest nocens, superbus esse non potest innocens. Humilitatem illam loquor, quæ non vult perituris rebus excellere, sed æternum aliquid veraciter cogitat, quod non suis viribus, sed alienis ad vitam perueniat. Hac malum cuiusquam velle non potest, quo nequaquam bonum eius augetur. Porro autem superbia continuo parit inuidiam. Quis vero sit inuidus, qui non ei malum velit cuius bono cruciatur? Ergo & inuidia parit cõsequenter malitiã, vnde procedit & dolo & adulatio & detraçtio, & omne opus malum quod pati nolis ab alio. Pia itaque humilitate seruata, quæ in scripturis sanctis, sancta probatur infantia, securi eritis de immortalitate beatorum. Taliu est enim regnum cœlorum. Porro qui superbus in homines non est, multo maxime aduersus deum cõtumax esse non debet, quoniam si nõ

Quid Malitia, Dolo, Adulatio, Inuidia, Detraçtio.

1. Corin. 13.  
Matth. 10.  
Matth. 19.

Matt. 19.

est alicui faciendum quod quisque ab alio pati non vult, & nullus hominum vult inobedientem pati eum qui suo iuri subditus fuerit, quanto magis cauendum est ne in deum quisquã talis existat, qualis in se existere hominem nõ vult. Fallunt proinde animas suas qui sufficere existimant si quod sibi fieri nolunt, nulli hominum faciãt, seseque vita luxuriosa ita corrumpunt, vt deo facere conentur quod sibi fieri ab homine nolunt. Neque enim volunt a quoquam peruertere domum suã, qui in seipsis domum dei miserabili cecitate peruertunt, surdi aduersus Apostolum clamantem, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei corrumpit, corrumpet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos, Nemo se fallat. Quid ergo se putat seruare circa alios homines innocentiam suã, cum sibi ita nocent vt deo careant habitatore & puniantur vltore? Hinc etiam fit vt per noxias voluptates lapsi & effusi, non solum templa dei esse desinant, verum etiam ruinae fiant, in quibus habitant mala dæmonia, quibus supplicare & quæ colere incipiunt. Fiantque illis, vt dictum est, posteriora deteriora prioribus. Vnde vos semine immortaliter regeneratos, sicut superius propter maliciosas nocendi cupiditates, quibus fit hominibus quod oderunt: ita postea propter turpes & illicitas carnis delectationes & nefaria sacrilegia quibus homines nocere hominibus nõ videntur, non eis faciendo quod nolunt, sed deo non obediendo cui cuncta sunt subdita, ipsi dominorum domino faciunt, quod sibi a seruis suis fieri nolunt: idem ipse Apostolus Petrus loquitur dicens, Christo ergo passo per carnem & vos eadem cogitatione armamini. Qui iam mortuus est carne, desinat peccare, vt iam non hominum desideris, sed voluntate dei reliquum in carne viuat. Sufficit enim præteritum tempus voluntates gentium cõsummasse in libidinibus & voluptatibus & comessationibus, potatione & nefandis idolorum seruitutibus. Sufficit enim præteritum tempus luteis operibus peccatorum, tanquam Aegyptiorum dominationi seruiuisse. Iam mare rubrum baptisma scilicet Christi sanguine cõsecratum vos traiecit, Aegyptios interemit, nihil de peccatis præteritis tanquam de insequentibus a tergo hostibus formidetis. De cetero cogitate vitam huius eremum permeare, & ad terram promissionis supernam Hierusalem, terram viuientium peruenire, ne verbi dei contemptu tanquam manna fastidio, corda vestra velut ora interiora desipiãt, ne cibos concupiscetes Aegyptios de alimentis cœlestibus murmuretis: ne fornicemini sicut quidam illorum fornicati sunt: & ne tentetis Christum sicut quidam illorum tetauerunt. Si vobis fidem gentiliu sententibus amaritudo aliqua resistentiu velut aquarum illarum quas Israel nõ potuit bibere occurrerit, imitata domini patientia velut iniecto crucis ligno dulcescant. Si tetatio serpentina momorderit, conspecta illius exaltatione serpētis, tanquam mortis in carne domini victæ atque triumphatæ, eodẽ crucis medicamento sanetur. Si aduersarius Amalechita iter inconcludere atque impedire conabitur, pro reuerentissima extensione brachiorum eiusdem crucis indicio superetur. Veri & germani estote Christiani: nolite imitari nomine Christianos, opere vanos. Iterum dico & sæpe dicendum est, Sufficit præteritum tempus voluptates gentium consummasse. Detestamini, auersamini canes conuersos ad vomitum suum, detestamini & auersamini mundatã & vacantem domum, quod nequiores alij septem spiritus adduntur, vt sint nouissima hominis peiora quam erant prima: vos vestrum mundatorẽ tenete habitatorem. Præcipientes enim rogamus,

1. Corin. 3.

Lucæ. 11.

1. Petri. 4.

Exod. 14.

1. Cor. 10.

Exod. 15.

Nume. 21.

Exod. 17.

1. Petri. 4.

1. Petri. 2.

Lucæ. 11.

2. Corin. 6.

1. Petri. 4.  
Roma. 6.  
A gamus, ne iniacuum gratiam dei recipiatis. Sufficit præteritum tempus voluptates gentium consummasse. Audite & Apostolum Paulum, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra. Sicut enim exhibuistis membra vestra deseruire immunditiæ & iniquitati ad iniustitiam, sic nunc exhibete membra deseruire iustitiæ in sanctificationem.

De castigatione filiorum quos cognoscimus ire in uanitatem & infantas mendaces: Homilia XXI.



Votienscumque fratres charissimi aliquos ex filiis vestris ad spectacula vel furiosa vel cruenta vel turpia, quasi ad aliquod bonum opus currere vana persuasione & pestifero amore cognoscitis, vos qui iam deo proposito ista non solum luxuriosa, sed etiam crudelia oblectamenta despiciatis, castigare eos & abundatius pro eis domino supplicare debetis, quia illos cognoscitis ire in uanitatem & infantas mendaces, & negligere quo vocati sunt. Qui si forte in ipso circo aliqua ex causa expatescant continuo se signant, & stant illic portantes in fronte, vnde abscederent si hoc in corde portarent. Omnis enim qui ad aliquod malum opus currit, si forte pedem impigerit, signat os suum, & nescit quod includit potius dæmonem quam excludit. Tunc enim bene se signaret & diabolum de corde suo repelleret, si se ab illo opere nefario reuocaret. Vnde iterum atque iterum rogo vos fratres charissimi, vt pro eis totis viribus supplicetis, quatenus ad ista damanda intellectum accipere mereantur, & affectum ad fugienda & misericordiam ad agnoscendam. Opportunum erit propter assiduum compunctionem penitentia, psalmum quinquagesimum vobis omni die cantare. Loquamur tamen & ad illos quos frequenter ab ecclesiæ conuentu spectacula voluptuosa subducunt. Rogo vos tamen fratres charissimi, vt quotiescumque eos tale aliquid facere videritis, ad vicem nostram feruissime castigetis. Sit ad eos vox nostra, memoria vestra: corrigite arguendo, cõsolamini alloquendo, exemplum præbete viuendo. Aderit eis qui affuit nobis. Nõ enim vobis ista pericula prætergressis, fons misericordiae dei præcisus est. Quæ venistis, venient: quæ transistis, transibunt. Molestum est quidem & nimium periculosum, & per certo exitiabile, quod a nobis frequenter admoniti, nõ ignorantes, sed scientes peccat. Aliiter enim ille ad has vanitates currit qui voces Christi contemnit, aliter ille qui nõ nouit quod fugiat. Sed nec de talibus desperari debere, euidenter ostendit diuinæ misericordiae magnitudo, quæ non vult mortem morientis, sed vt conuertatur & viuat. Denique etiam in beato Dauid hoc manifestissime impletum esse cognoscimus: cuius peccatum cum dolore quidem dicimus & tremore, sed tamen deus noluit taceri quod voluit scribi. Dicam ergo non quod volo, sed quod cogor. Dicam non exhortans ad imitationem, sed instruens ad timorem. Beatus enim Dauid vxoris alienæ pulchritudine captus, rex & propheta Dauid, ex cuius femine secundum carnem dominus venturus erat, adulterauit eam, cuius etiam maritum in bello occidendum mandauit. Homicidium auxit adulterio, & post factum hoc missus est ad eum Natham propheta a domino qui eum argueret de tanto commissio. Quid caueat homines diximus: quod vero si lapsi fuerint imitentur audiamus. Multi enim cadere volunt cum Dauid, & nolunt surgere cum Dauid. Non ergo cadendi exemplum propositum est, sed si cecideris resurgendi. Attende ne cadas. Non sit delectatio minorum, lapsus maiorum: sed sit casus maiorum, tremor minorum.

Psal. 39.

B

Ezech. 18.

C

Ad hoc propositum est, ad hoc scriptum est, ad hoc in ecclesia sæpe caturum. Audiant qui non ceciderunt ne cadant: audiant qui ceciderunt vt surgant. Tali viri peccatum non tacetur, prædicatur in ecclesia. Audiant male audientes, & quarunt sibi patrocinia peccandi. Attendant vnde defendant quod committere parauerunt, non vnde caueant quod non commiserunt, & dicunt sibi, Si autem Dauid adulterium commisit, cur non & ego? Inde anima iniquior, quæ cum propterea fecerit quia Dauid fecit, ideo peius quam Dauid fecit. Dicam hoc ipsum planius si potero. Dauid nullum sibi ita ad exemplum proposuerat vt tu, ceciderat lapsu cupiditatis, non patrocinio sanctitatis. Tu tibi tanquam sanctum proponis vt pecces, non imitaris eius sanctitatem, sed ruina. Hoc amas in Dauid, quod in se odit Dauid. Præparas te ad peccandum, disponis peccare. Librum dei vt pecces scripturas dei ad hoc audis vt facias quod displicet deo. Hoc non fecit Dauid, correptus est per prophetam, non lapsus est in propheta. Sed boni viri ecclesiæ filij, & in Christi amore perfecti, videntes tam sancti viri ruina, metuum infirmitatem suam: & quæ

E

Roma. 6.

F

1. Tim. 6.

Psal. 2.

Dauidis casus, & ratio tribulationis

**G** tribulationis suae tanto in domini misericordia inten-  
 tior, quanto inferior videbatur. At ubi factus est secu-  
 rus, deuctis hostibus, pressuris caruit, timor excreuit.  
 Valeat ergo hoc exemplum ad id, ut timeamus felicita-  
 tatem. Tribulationem, inquit, & dolorem inueni, & no-  
 men domini inuocaui. Audiant haec qui hoc malum non  
 commiserunt, ut uigilet custodire integritatem suam.  
 Et cum attendunt magnum cecidisse, parui timeant. Si  
 uero aliquis iam lapsus haec audit, & nimio sceleris po-  
 dere pressus desperare iam coepit, attedat quidem vul-  
 neris magnitudinem, sed non desperet medici potesta-  
 tem. Peccatum cum desperatione certa mors. Nemo ergo  
 dicat, Ego si iam aliquid mali feci, iam danandus sum,  
 deus malis talibus non ignoscit, cur non addo peccata  
 peccatis? Fruar seculo in uoluptate lasciuia, in cupiditate  
 nepharia iam perditam spe reparationis, uel hoc habeam  
 quod uideo, si non possum habere quod credo. Deus enim  
 noster sicut cautos fecit qui non ceciderunt, sic des-  
 peratos esse non uult qui ceciderunt. Quisquis peccasti,  
 & dubitas agere poenitentiam pro peccato tuo des-  
 perando salutem tuam, audi Dauid agentem. Ad te Na-  
 than propheta non est missus, ipse Dauid ad te missus  
 est. Audi eum clamantem, & simul clama. Audi gemen-  
 tem & congemisce. Audi flentem, & collachrymare. Au-  
 di correctum, & collatere. Si tibi non potuit interclu-  
 di peccatum, spes ueniae non intercludatur. Missus est  
 enim ad Dauid regem Nathan propheta. Ille autem non  
 considerauit regni sui sublimitatem, sed humilis & mi-  
 tis non respuit uerba praecipientis. Non dixit ad prophe-  
 tam, Tu cum sis pauper & humilis, quomodo ausus es  
 mihi loqui regi? Rex sublimis prophetam audiuit, ple-  
 beus humilis Christum audiat. Audi ergo haec quicun-  
 que aliquid crimine capitale fecisti, & dic cum illo, Mi-  
 serere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.  
 Qui magnam misericordiam deprecatur, magnam mi-  
 seriam confitetur. Querant paruam misericordiam tuam,  
 qui nesciendo peccauerunt. Miserere, inquit, mei deus  
 secundum magnam misericordiam tuam, Subueni gra-  
 ui uulneri secundum magnam misericordiam tuam.  
 Graue est quod habeo, sed ad omnipotentem confugio.  
**I** De meo tam letali uulnere desperarem, nisi tantum me-  
 dicum reperirem. Miserere mei deus secundum magnam  
 misericordiam tuam. Et secundum multitudinem mi-  
 serationum tuarum, dele iniquitatem meam. Quod ait,  
 dele iniquitatem meam, hoc est, Miserere mei, Et quod  
 ait, secundum multitudinem miserationum tuarum, hoc  
 est, secundum magnam misericordiam tuam. Et de ma-  
 gna misericordia tua, multa sunt miserationes tuae. At-  
 tendis contemptores ut corrigas, attendis nescientes ut  
 doceas, attendis contentes ut ignoscas, Fecit quidam  
 hoc nesciens. Et quid ait? Fecerat aliqua, & multa mala  
 fecerat. Misericordiam, inquit, consecutus sum, quia igno-  
 rans feci in incredulitate. Hoc Dauid non posset dice-  
 re, Ignorans feci: Non enim ignorabat quantum mali  
 esset contractatio coniugis alienae, aut quantum mali ef-  
 fet interfectio mariti nescientis, & nec saltem irascen-  
 tis. Consequentur ergo dei misericordiam qui ignorantes  
 fecerunt, & quicquid consequuntur non quamlibet  
 misericordiam, sed magnam misericordiam. Dic ergo,  
 Miserere mei deus secundum magnam misericordiam  
 tuam. Sed uide quem inuocet: iustum inuocet, o-  
 dit peccata. Si iustus est, uindictam in peccata. Non pote-  
 ris auferre a domino deo iustitiam eius. Implora mi-  
 sericordiam, sed attende iustitiam. Misericordia est, ut  
 ignoscat peccanti: iustitia est, ut puniat peccatum. Quid

ergo? Queris misericordiam? Peccatum impunitum re-  
 manebit: Respondeat Dauid, respondeant lapsi. Respo-  
 deat cum Dauid, ut misericordiam mereantur: sicut Da-  
 uid & dicant, Non domine, non erit impunitum pec-  
 catum meum. Noui iustitiam, cuius quero misericor-  
 diam. Non impunitum erit, sed ideo nolo ut tu me pu-  
 nias, quia ego peccatum meum punio. Ideo peto ut tu  
 ignoscas, quia ego agnosco, & delictum meum coram  
 me est semper. Non posui post dorsum quod feci, non  
 intueor alios oblitus mei, non affecto stipulam eiicere  
 de oculo fratris mei, cum sit trabes in oculo meo. Pec-  
 catum meum ante me est, non post me. Fuit enim post  
 me quando ad me missus est propheta qui de oue pau-  
 peris similitudinem proposuit. Ait enim Nathan pro-  
 pheta ad Dauid, Erat quidam diues habens plurimas ou-  
 es, pauper autem vicinus eius habebat unam ouiculam,  
 quam in sinu suo de cibo suo nutrebat. Venit hospes di-  
 niti, nihil de suo grege abstulit, ouiculam vicini paupe-  
 ris concupiuit, ipsam suo hospiti occidit. Quo dignus  
 est? Profert ille iratus sententiam, plane. Tunc rex nes-  
 ciens ubi captus, morte dignum diuitem dixit, & ouem  
 reddendam in quadruplum. Seuerissime atque iustissi-  
 me iudicauit, sed peccatum eius nondum erat coram eo:  
 post dorsum erat quod fecerat, suam iniquitatem non-  
 dum agnoscebat, & ideo aliena non ignoscebat. Sed pro-  
 pheta ad hoc missus abstulit a dorso peccatum, & ante  
 oculos posuit, ut uideret illam sententiam tam seueram  
 in se esse prolatam. Ad secundum & sanandum uulnus  
 cordis eius, ferramentum fecit deus de lingua eius. Et  
 nos ergo fratres charissimi agnoscentes iniquitates no-  
 stras, quantum possumus contra malas concupiscentias  
 repugnemus in ieiuniis, in uigiliis, in orationibus, & lar-  
 gioribus eleemosynis mala quae fecimus redimamus, &  
 cum dei adiutorio ita bonis operibus studeamus insi-  
 stere, ut nos ad peccata pristina non possint concupis-  
 cenciae nostrae retrahere, sed perseverantes in omni opere  
 bono, cum propheta domino gratias referentes dica-  
 mus, Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam  
 laudis.

De eo quod dominus ait in Euangelio, Sicut pater  
 suscitauit mortuos & uiuificauit, sic & filius quos uult  
 uiuificat.

**A** uditis fratres charissimi in lectione Euange-  
 lica dominum dicentem, Sicut enim pater su-  
 scitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos  
 uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed  
 iudicium omne dedit filio. Et maiora his demonstra-  
 bit ei opera, id est, non solum infirmos curare, sed & mor-  
 tuos resuscitare. Quod dicit, Neque pater iudicat quen-  
 quam: uel secundum diuinitatem, quia nemo potest eum  
 intueri nec audire, ut illud, Deum nemo uidit unquam.  
 Sed iudicium omne dedit filio, id est, ut ille qui fuit iu-  
 dicatus secundum carnem, ab illo omnes iudicentur.  
 Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit  
 & credit ei qui misit me, habet uitam aeternam & in iu-  
 dicio non uenit, sed transit a morte in uitam. Quod  
 dicit, In iudicium non uenit qui uerbum meum audit  
 & credit ei qui misit me, discretionem factam esse in-  
 ter iustos & peccatores a domino cernitur: ac si dicat,  
 In numero peccatorum qui ista fecerit non uenit, sed  
 transit de morte in uitam: hoc est, de superbia ad humi-  
 litatem, de odio ad charitatem, de temporalibus ad a-  
 eterna migrabit. Amen amen dico uobis, quia uenit ho-  
 ra & nunc est, quando mortui audient uocem filii dei,  
 & qui audierint uiuent, Mortui, id est, peccatores intel-  
 liguntur,

**A** ligantur, qui audierunt Christum & non crediderunt.  
 Et quod subditur, Uiuent qui audient, ideo recapitulatur,  
 eo quod paulo superius de resurrectione peccatorum dix-  
 erat, hic autem de resurrectione mortuorum loquitur.  
 Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit &  
 filio uitam habere in semetipso, & potestatem dedit ei  
 iudicium facere, quia filius hominis est. Sic dedit ergo  
 pater filio uitam gignendo sicut ipse habet. Quod dicit,  
 Dedit ei iudicium facere: pro parte carnis quam as-  
 sumpsit dedisse patrem filio iudicium dici cognoscimus.  
 Et futurum iudicium hic significat. In quo iudicio as-  
 tabit dominus Iesus Christus, & reddet unicuique secun-  
 dum opera eius, quia iudicium hoc loco, damnationem  
 & poenam peccatorum intelligimus. Nam ubi dicit Psal-  
 mista, Iudica me deus, & discerne causam meam: iudi-  
 cium discretionis cognoscimus. Nolite mirari hoc, quia  
 ueniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt au-  
 dient uocem eius, & procedent qui bona egerunt in re-  
 surrectione uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectione  
 iudicij. Non possum ergo ego a memetipso facere  
 quicquam, sicut audio iudico, & iudicium meum iustum  
 est, quia non quero gloriam meam, sed uoluntatem eius  
 qui misit me. Hoc loco apertissime resurrectionem fu-  
 turam pronunciat, Et quod dixit, Non possum ego a me-  
 metipso facere quicquam: ac si diceret, ideo a meipso  
 quicquam facere non possum, quia a memetipso non ueni,  
 sed a patre. Quod dicit, Sicut audio iudico &c. Auditio  
 ista in aeternitate facta esse significatur. Omne quod dat  
 mihi pater ad me ueniet, & eum qui uenit ad me non  
 eiciam foras. Magnum penetrabile & dulce secretum, sine  
 tadio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine in-  
 terpellatione tentationum & dolorum. Nonne illud se-  
 cretum est quod intrabit ille cui dicturus est dominus,  
 Serue bone, merito intra in gaudium domini tui? Ego  
 & eum qui uenit ad me, inquit, non eiciam foras. Et qui  
 ad me uenit humilis fit, qui mihi adharet humilis erit:  
 quia non facit uoluntatem suam, sed dei, & ideo non  
 eicietur foras. Haec autem uoluntas eius qui misit me  
 patris, ut omne quod dedit mihi pater non perdam ex  
 eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Ipse illi datus  
 est qui seruat humilitatem, & hoc accipit: qui non ser-  
 uat humilitatem, longe est a magistro humilitatis. Ut  
 omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Haec non est  
 uoluntas in conspectu patris mei ut pereat unus de pu-  
 sillis istis. De timentibus possunt perire, de pusillis ni-  
 hil periet, quia nisi fueritis de pusillis istis non intrabi-  
 tis in regnum caelorum. Omne quod dat mihi pater non  
 perdam ex eo, sed resuscitabo illud in nouissimo die. Vi-  
 dete quemadmodum & hic geminam illam resurre-  
 ctionem definiat. Qui uenit ad me modo resurget hu-  
 milis factus in membris meis, sed resuscitabo eum in  
 nouissimo die, id est, secundum carnem. Haec est enim uo-  
 luntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filium  
 & credit in eum, habeat uitam aeternam, & ego resuscitabo  
 eum in nouissimo die. Superius dixit, Qui audit uer-  
 bum meum & credit ei qui misit me: modo autem, qui  
 uidet filium & credit in patrem. Hoc est enim cre-  
 dere in filium quod & in patrem: quia sicut pater ha-  
 bet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere ui-  
 tam in semetipso: ut omnis qui uidet & credit in ip-  
 sum habeat uitam aeternam: credendo & transeundo in  
 uitam tanquam prima illa resurrectione. Et quia non est  
 sola, & resuscitabo eum in nouissimo die.

De remissione peccatorum:  
 Homilia XXIII.

**V**od admonemur domini eloquiis de diuinis  
 lectionibus, hinc credentes deum uelle nos lo-  
 qui, proferimus charitati uestrae, illo adiuan-  
 te, sermonem de remissione peccatorum. Et angelum  
 enim cum legeretur attentissime audistis, & res gesta nar-  
 rata atque uersata est ante oculos cordis uestri. Vidistis  
 enim non carne, sed mente dominum Iesum Christum  
 in domo Pharisaei recubentem, & ab illo inuitatum non  
 fastidientem. Vidistis etiam in ciuitate mulierem famo-  
 sam, male utique famam, quae erat peccatrix, non in-  
 uitatam irruisse conuicio, ubi suus medicus recubebat,  
 & quaesisse pia impudentia sanitatem. Irruens quasi im-  
 portuna conuicio, opportuna beneficio. Nouerat enim  
 quanto morbo laboraret, & illi ad sanandum esse ido-  
 neum ad quem uenerat, sciebat. Accessit ergo non ad  
 caput domini, sed ad pedes. Et quae diu male ambulauerat,  
 uestigia recta quaerebat. Prius fudit lachrymas cor-  
 dis, & lauit domini pedes obsequio confessionis. Capil-  
 lis suis terfit, osculabatur, unxit, tacita loquebatur, non  
 sermonem promebat, sed deuotionem ostendebat. Quia  
 ergo tetigit dominum rigando, osculando, tergendo,  
 unguendo pedes eius: Pharisaeus qui inuitauerat dominum  
 Iesum Christum, quia ex illo genere erat hominum super-  
 perborum, de quibus Esaias propheta dicit, Qui dicunt,  
 recede longe a me, noli me tangere, quoniam mundus  
 sum: putauit dominum nescisse mulierem. Hoc apud se  
 cogitans, dicebat in corde suo, Hic si esset propheta, sciret  
 quae mulier illi accessit ad pedes. Ideo nescire credi-  
 dit, quia ille non repulit, quia accedentem non prohibuit,  
 quia tangi se a peccatrice permisit. Nam illum nescisse  
 unde sciebat? Quid enim sciebas o pharisae inui-  
 tator & irrisor domini, dominum pascis, & a quo pas-  
 cendus sis non intelligis? Unde scis dominum nescisse  
 quae fuerit illa mulier, nisi quia permissa est accedere,  
 nisi quia illo patiente osculata est pedes eius, nisi quia  
 terfit, nisi quia unxit? Haec enim non debuit permitti fa-  
 cere in pedibus mundis, mulier immunda? Ad illius er-  
 go Pharisaei pedes si talis mulier accessisset, dicitur uo-  
 luerat quod Esaias de talibus dicit, Recede a me, noli me  
 tangere, quoniam mundus sum. Accessit ad dominum  
 immunda ut rediret munda. Accessit agra, ut rediret  
 sana. Accessit confessa, ut rediret professa. Audiuit enim  
 dominus Pharisaeum cogitantem. Iam hinc intelligat  
 Pharisaeus, si non poterat uidere peccantem, qui potuit  
 audire cogitantem. Proposuit ergo homini similitudi-  
 nem de duobus, qui debebant uni sceneratori. Etiam ip-  
 sum enim sanare cupiebat, ne gratis apud eum panem  
 comederet: ipsum pascentem esuriebat, ipsum emenda-  
 re, ipsum mactare, ipsum manducare, ipsum in suum cor-  
 pus trahere uolebat: sicut & illi mulieri Samaritanae dixit,  
 Sitio. Quid est sitio? Desidero fidem tuam. Dicun-  
 tur ergo uerba domini in hac similitudine, & agitur u-  
 trunque, ut & inuitator ille sanetur cum suis condiscu-  
 pulis, pariter ignoratibus, & ut illa mulier habeat  
 fiduciam confessionis suae, nec pungatur ulterius acu-  
 leis conscientiae suae. Debebat unus, inquit, quinquagin-  
 ta denarios, alius quingentos. Donauit ambobus. Quis  
 eum plus dilexit? Respondit cui similitudo proposita e-  
 rat, quod respondere utique ratio compellebat. Credo  
 domine cui plus donauit. Et attendens mulierem dixit  
 ad Simonem, Vides hanc mulierem? Intraui in domum  
 tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hac lachrymis  
 suis lauit mihi pedes, & capillis suis terfit. Osculum mi-  
 hi non dedisti, illa ex quo ingressa est non cessauit oscu-  
 lari

Psal. 114.

Dauid quomodo  
a petro surrexit.  
Psal. 50.

1. Timo. 11.

Matth. 7.

Psal. 42.

Ioan. 5.

Ioan. 6.

Psal. 115.

Ioan. 5.

M

Ioan. 11.

Ioan. 5.

Matth. 8.

Ioan. 6.

Ioan. 5.

Credere in  
filium.

Ibidem.

Luca. 7.

Peccatrix  
mulieris hi-  
storia expo-  
nitur.

Esai. 54.

Luca. 7.

Esai. 54.

Ioan. 4.

Luca. 7.



**G** larii pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, illa pedes meos unxit unguento. Ideo dico, dimittitur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit. Oritur quaestio profecto solvenda, quae attentionem vestrae charitatis desiderat, ne forte sufficere non possimus verbis ad totam eius obscuritatem remouendam, & dilucidandam pro angustia temporis, maxime cum caro ista aetibus fatigata iam recreari desideret, & debitum suum poscens, & animae auiditatem impediens, ostendat quod dictum est, Spiritus promptus est, caro autem infirma. Metuedum est & valde metuendum, ne in his verbis domini non bene intelligentibus his qui concupiscentias suas carnales faciunt, & ab eis in libertatem educi pigrescunt, subrepat illa sententia, quae praedicantibus etiam Apostolis nata est in linguis maledicorum: unde dicit Apostolus, & sicut quidam dicunt nos dicere, Faciamus mala ut veniant bona. Dicit enim aliquis, Si cui modicum dimittitur, modicum diligit: cui autem plus dimittitur, plus diligit, expedit plus diligere quam minus diligere, oportet ut multum peccemus, & multum debeamus quod nobis dimitti cupiamus, ut dimissorem magnorum debitorum amplius diligamus. Peccatrix enim illa mulier, quanto plus debebat, tanto dimissorem debitorum suorum amplius diligebat, domino ipso dicente, Dimittitur ei peccata multa, quia dilexit multum. Quare autem dilexit multum, nisi quia debebat multa? Denique addidit & adiunxit, Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit. Nonne expedit, inquit, ut multum mihi dimittatur quam minus: unde amplius diligam dominum meum? Videtis certe profunditatem quaestionis: scio. Videtis angustias temporis, & hoc videtis & sentitis. Accipite ergo pauca, si magnitudini quaestionis non fastidescero, interim praesentem recondite sermonem, in futuro tenete debitorem. Da nunc duos homines, ut sub exemplis euidentioribus quod proposui cogitetis. Vnus eorum plenus est peccatis, diu pessime vixit: alter autem eorum peccauit pauca. Accedunt ergo ambo ad gratiam, baptizantur ambo: intrant debitores, exeunt liberi: plus donatum est vni, minus alteri. Interrogo quantum quaeque diligat. Si inuenero plus diligere eum cui peccata plura dimissa sunt, ut illius qui multa peccauit, utilior erat multa iniquitas, ne esset tepida charitas. Interrogo alium quantum diligat, inuenio minus: nam si inuenio tantum & illum diligere quantum & ille diligit cui multa sunt dimissa, quomodo respondebo verbis domini, quomodo non verum erit quod veritas dixit, Cui modicum dimittitur, modicum diligit? Sed ecce ait aliquis mihi, Modicum dimissum est non multa peccavi, & tantum diligo quantum iste cui multa dimissa sunt. Tu verum dicis an Christus? Ad hoc tibi dimissum est mendacium tuum ut mendacii dimissori crimen imponas? Si modicum tibi dimissum est, modicum diligit. Si enim modicum est tibi dimissum & plurimum diligit, contradicis ei qui dixit, Cui modicum dimittitur, modicum diligit. Illi vero plus credo, qui te plus nouit. Parum tibi dimissum putas, prorsus parum diligit. Quid ergo, inquit, facere debui? Multa mala committere, & multa esse quae posset ille mihi dimittere, ut amplius possem diligere? Angustat nos: sed quia haec vera dominus proposuit, ab angustiis liberet me. Dictum est hoc propter Pharisaicum illum, qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata. Non enim dominum inuitaret nisi aliquantum diligeret. Sed quam parum erat? Non osculum dedit, non saltem aquam ad pedes, & si non lacrymas,

non illo obsequio profecutus est quo illa mulier quae non uerat quod sanaretur, & a quo sanaretur. O Pharisee iudeo parum diligis, quia parum tibi dimitti suspicaris. Non quia parum dimittitur, sed quia parum putas esse quod dimittitur. Quid ergo inquit ille? Ego quia homicidium non feci, homicida deputandus sum? Qui adulterium non admisi, pro adulterio puniendus sum? Aut ista mihi dimittenda sunt quae non commisi? Ecce iterum constitue duos, & loquamur ad eos. Venit vnus super plex peccator, cooperatus spinis tanquam hericius, & nimis timidus tanquam lepus. Sed petra est refugium hericiis & leporibus. Venit ergo ad petram, inuenit refugium, accepit auxilium. Alius non multa commisit, quid ei faciemus ut multum diligit? Quid persuadebimus? Contra verba domini veniemus, Cui modicum dimittitur, modicum diligit? Ita plane cui modicum dimittitur. Sed o tu qui dicis te non multa commisisse. Quare? Quo regere? Deo gratias, quod motu & voce vestra intellexisse vos significastis. Ita ut video soluta est quaestio. Hic multa commisit, & multorum debitor factus est. Ille gubernante deo pauca commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic & iste deputat quod non commisit. Adulter non fuisse in illa tua vita praeterita plena ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum malumque discernens, nondum credens in illum qui te nesciente regebat. Hoc tibi dicit deus tuus. Regebam te mihi, seruabam te mihi, ut adulterium non committeres: suafor defuit, & ut suafor deesset ego feci. Locustae defuit, & ut haec deessent ego feci. Affuit suafor, non defuit locus, non defuit tempus, ut non consentiret ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui debes, & quod non admisisse. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum vidisti, mihi debes, & tu quod non admisisse. Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector a quo factus est homo. Iam nunc quantum potuimus quaestionem profundam in tantilla temporis breuitate soluius: aut si non soluius, debitores, ut dixi, tenemur. Illud potius breuiter videamus de remissione peccatorum. Homo putabatur Christus, & ab illo qui inuitauit, & ab eis qui pariter discumbebant. Nescio quid illa peccatrix plus in domino viderat, Nam quare fecit illa omnia, nisi ut sibi dimitterentur peccata? Nouerat ergo illum posse dimittere peccata, illi autem nouerat hominem non posse peccata dimittere. Et credendum est quod omnes, id est & illi discumbentes, & illa mulier accedens ad pedes domini, omnes hi nouerant hominem non posse peccata dimittere. Cum ergo omnes hoc nossent illa quae credidit eum posse peccata dimittere, plus quam hominem esse intellexit. Denique cum dixisset mulieri, Dimittuntur tibi peccata tua: continuo ille, Quis est iste qui peccata dimittit? Quis est iste quem iam mulier peccatrix cognouit? Tu recumbens quasi sanus, medicum ignoras, quia maiori forsitan febre mentem etiam perdidisti. Na & phreneticus ridens ploratur a sanis, Tamen illud bene nostis, bene tenetis. Tenete, quia homo non potest peccata dimittere. Illa quae sibi a Christo peccata dimitti credidit, Christum non hominem tantum, sed & deum credidit. Quis est iste, inquit, qui etiam peccata dimittit? Et dominus (quis est iste dicentibus) non dixit, filius dei, verbum dei, non hoc dixit, sed in eo quod putabant aliquantum eos manere permittens, soluit quaestionem, & motus illorum, Qui enim videbat discumbentes, audiebat cogitantes: conuersus ad mulierem, Fides tua, inquit, te saluam fecit. Isti qui dicunt, Quis est iste

**A** iste qui etiam peccata dimittit: qui me putant hominem, hominem putet, Fides tua te saluam fecit, Medicus bonus agros non solum praesentes sanabat, sed & futuros etiam prauidere. Futuri erant homines qui dicerent, Ego peccata dimitto, ego iustifico, ego sanctifico, ego sano quemcumque baptizo. Ex ipso & isti numero sunt qui dicunt, Noli me tangere. Usque adeo ex ipso numero sunt, ut nuper in collatione nostra quod etiam in gestis ipsis loqui poterimus, cum eis a cognitore esset consensus oblatus ut sederent nobiscum, respondendum putaret: scriptum est nobis, cum talibus non sedere, scilicet ne per contactum subfelliorum ad eos velut nostra contagio perueniret. Vide si non est, Noli me tangere, quia mundus sum. Alio autem die ubi opportunius erat, commemorauimus eos huius miserimae vanitatis, cum ageretur de ecclesia, quia mali in ea non contaminant bonos: respondimus eis, quia ideo sedere nobiscum noluerunt: & dixerunt, se scriptura dei fuisse commonitos, quia videlicet scriptum est, Non sedi in concilio vanitatis. Diximus si ideo nobiscum sedere noluerunt, quia scriptum est, Non sedi in concilio vanitatis: quare nobiscum ingressi estis, cum consequenter scriptum sit, Et cum iniqua gerentibus non introibo. Ergo in hoc quod dicunt, Noli me tangere, quia mundus sum: similes sunt illi phariseo qui dominum inuitauerat, & propterea eum putabat nescisse mulierem, quia non eam prohibuerat a contactu pedum suorum. Sed in eo Phariseus melior, quia cum putaret hominem Christum, non credebat ab homine posse dimitti peccata. Melior ergo Iudaeis quam haereticis apparuit intellectus. Iudaei dixerunt, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Audet sibi homo hoc usurpare? Quid contra haereticus? Ego dimitto, ego mundo, ego sanctifico. Respondeat illi, non ego, sed Christus. O homo, quando ego a Iudaeis putatus sum homo, dimissionem peccatorum fidei dedi. Non ego, sed respondet tibi Christus, O haereticus, tu cum sis homo, dicis, veni mulier, ego te saluam facio. Ego cum putarer homo dixi, Vade mulier, fides tua te saluam fecit. Respondent nescientes sicut ait Apostolus, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant, Respondent & dicunt, Si non dimittunt homines peccata, falsum est quod ait Christus, Quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo. Nescis quare hoc dictum sit, quomodo dictum sit. Daturus erat dominus hominibus spiritum sanctum, & ab ipso spiritu sancto fidelibus suis dimitti peccata, non meritis hominum volebat intelligi dimitti peccata. Nam quid es homo, nisi ager sanandus? Vis mihi esse medicus, mecum quare medicum. Nam ut hoc euidenter ostenderet dominus, a spiritu sancto quem donauit fidelibus suis dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait resurgens a mortuis, Accipite spiritum sanctum: & continuo subiecit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: hoc est, spiritus dimittit, non vos. Spiritus autem deus est. Deus ergo dimittit non vos. Sed audi spiritum. Quid estis vos? Nescitis, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis: Et iterum, Nescitis, quia corpora vestra templum est spiritus sancti, quem habetis a deo: Deus ergo habitat in templo suo, hoc est in sanctis suis fidelibus, in ecclesia sua per eos dimittit peccata, quia viua templa sunt. Sed qui dimittit per hominem, potest dimittere & praeter hominem. Neque enim minus est idoneus per se dare, qui potest per alium dare. Per Ioannem quibusdam dedit, ipsi Ioanni per quem dedit? Merito volens deus hoc ostendere & huic veritati attestari, cum quidam in Samaria euangelizati ef-

sent & baptizati essent, & baptizati a Philippo euangelista vno de septem diaconis primitus electis, non acceperunt spiritum sanctum & baptizati erant. Nunciatum est discipulis qui erant Hierosolymis, & venerunt ad Samariam, ut illi qui baptizati erant, per impositionem manus eorum acciperent spiritum sanctum. Et ita factum est. Venerunt & imposuerunt eis manus, acceperunt spiritum sanctum. Quia tunc sic dabatur spiritus sanctus, ut etiam appareret datus. Qui enim eum accipiebant linguis omnium gentium loquebantur, ut significarent ecclesiam in gentibus linguis omnium locuturam. Acceperunt ergo spiritum sanctum, & in eis euidenter apparuit. Quod cum vidisset Simon putans hoc esse hominum, voluit esse & summum. Quod hominum putauit, ab hominibus emere voluit. Quamquam, inquit, a me vultis pecuniam sumere, ut per impositionem manuum mearum detur spiritus sanctus? Tunc cum detestatus Petrus ait, Non est tibi pars neque sortis in hac fide. Donum dei putas pecunia comparandum? Pecunia tua tecum sit in perditionem, & cetera quae ibi congruenter locutus est. Quare autem hoc ego commemorare volui, intendat charitas vestra. Oportebat ut deus prius ostenderet se per homines operari: sed deinde ne putarent homines quod putauit Simon, hominis illud esse non dei, quamquam & ipsi discipuli hoc nouerant. Nam centum viginti homines collecti erant, quando in eos per nullius manus impositionem venit spiritus sanctus. Quis enim tunc eis manus imposuerat? Et tamen venit & prius impleuit: post illud scandalum Simonis, quid egit deus? Videte doctorem, sermonibus sed non rebus. Idem ipse Philippus qui baptizauerat homines, & non in eos venerat spiritus sanctus nisi conuenirent Apostoli, & eis manus imposuissent, baptizauit eunuchum, id est, spadonem quendam Candacis reginae qui adorauerat in Hierusalem, & rediens inde legebatur in curru suo Esaiam prophetam, & non intelligebat. Admonitus Philippus accessit ad currum, exposuit lectionem, instruxit fidem, euangelizauit Christum. Credidit eunuchus in Christum, & ait cum venissent ad quandam aquam, Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? Ait illi Philippus, Si credis in Iesum Christum? Respondit ille, Credo filium dei esse Iesum. Continuo descendit cum illo in aquam. Impleto baptismatis mysterio eo sacramento ne hominum putaretur donum spiritus sancti, non expectatum est sicut tunc ut venirent Apostoli, sed continuo venit spiritus sanctus. Soluta est Simonis cogitatio, ne in tali cogitatione haberet imitatores. Deinde aliud mirabilis exemplum. Petrus venit ad centurionem Cornelium, ad hominem incircuncisum gentilem, cepit ei praedicare Christum Iesum, & illi & eis qui cum illo erant. Adhuc loquente Petro, non dico, nondum imponente manum, sed nondum etiam baptizante, cum dubitarent qui erant cum Petro, utrum incircuncisus baptizandi essent, (Natum quippe erat inter eos qui crediderant, & eos qui fideles ex gentibus facti erant scandalum) Iudaei Christiani, id est, ex Iudaeis Christiani, quia baptizabantur incircuncisi: ut hanc deus tolleretur quaestionem, cum loquitur Petrus, venit spiritus sanctus, impletuit Cornelium, impleuit eos qui cum illo erant. Et ipsa attestazione rei magnae, quasi acclamatum est ad Petrum, Quid de aqua dubitas? Iam ego hic sum. Secura ergo qualibet anima a multa nequitia per domini gratiam se liberandam, tanquam immunda prostitutione mundanda in ecclesiam credat, accedat ad pedes domini, queraat vestigia domini, confiteatur lacrymas

Math. 26.

Roma. 3.

Luc. 7.

Psal. 105.

Luc. 7.

Esai. 51.

Psal. 25.

Esai. 51.

Luc. 7.

Fidei dimissionem peccatorum dedit Christus. Luc. 7.

1. Tim. 1.

Matth. 18.

1. quae est. 1. Ut euidenter.

Ioan. 20.

Ioan. 4.

1. Cor. 11.

1. Cor. 6.

Acto. 8.

Acto. 11.

Acto. 8.

Acto. 10.

G chrymas fundens, tergat capillis suis. Pedes domini, prædicatores Euangelij. Capilli mulieris superflua possessiones. Tergat capillis, tergat profus, operetur misericordiam, & cum terferit osculetur, accipiat pacem ut habeat charitatem. Accessit ad talem, baptizata est à tali qualis erat Apostolus Paulus, audiat ab illo. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Baptizata est autem ab aliquo sua quærente, nõ quæ Iesu Christi, audiat à domino, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Secura sit & in illo, siue in bonum Euangelistâ incurrat, siue in eum qui quod dicit non facit. A domino enim secura audiet, Vade mulier, fides tua te saluam fecit.

De anniuersario episcopalis ordinationis, quid in eo attendendum ac recolendum sit.

Homilia XXXIII.

**D**ile quidè omni & omni hora & cura omnino continua dilectissimi cogitare debet Episcopus quantè dispensationis sarcinam gerat, quantum de illa rationem domino reddat suo. Veruntamè cum dies anniuersarius nostræ ordinationis exoritur, tunc maxime honor huius officij tanquam primo imponatur, attenditur. Interest autem quòd eo die quo id prius suscepimus, tantum quemadmodum gerendum esset cogitauimus: at vero consequentibus diebus, præcipueq; illo, quo eius solennitas agitur, non solum futura eius, quemadmodum deinceps geri debeant; cauta præuisione consulimus, verum etiam præterita quemadmodum gesta sint sollicita recordatione recolimus: ut nosmetipsos in benefactis imitemur, & si qua culpa da transferunt, ne repetantur curemus, ut ignoscantur oremus: & accusationem diaboli ubi possumus recte agendi fedulitate fugiamus: ubi autem nõ possumus, cõfiteãdi pietate vincamus. Sicut enim futura peccata negligendo iustitiam committuntur, ita præteritam iniustitiam defendendo firmantur. Sicut ergo ne fiant prospicit charitas, ita facta delet humilitas, ut quæ iam nõ possunt rectè agendo non admitti, possint saltem non superbiẽdo dimitti. Didicimus quippe dicere patri nostro qui est in cælis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod ut veraciter dicere possumus, etiam inimicos nostros oportet ut diligamus, quos tamen ac habere nisi cogente iustitia non debemus. Nam si homines nobis pro nostris malis meritis inimici sunt, non curandum est ut eis debita dimittamus, sed timendũ potius ne reddamus. Quoniam si nos merito nostræ iniquitatis oderunt, nos eorum non ipsi nostri sunt debitores. Die ergo isto solenni Episcopatus mei priõ paucis alloquar debitoribus meos, qui mihi nescientes apud deum suffragantur dum faciunt debita quæ dimittam, ut & mea mihi debita dimitti promerear. Vobis itaque dico siue presentibus siue absentibus, quibus inimicus efficitur verum prædicans, quibus consulendo video onerosus, quorum requirens vtilitatem, cogor offendere voluntatem, Nolite fieri sicut equus & mulus, non habentes intellectum. Nam & hæc iumenta eos calce morsuq; appetunt à quibus curantur: ut curentur eorum vulnera cõrectantur. Non parcis, non parco: aduersaris, aduersor: resistis, resisto. Lucta nos comparat, sed causa separat. Tu inimicus es medico, ego morbo. Tu diligentia meæ, ego pestilentia tuæ. Retribuebãt, inquit, mihi mala pro bonis, ego autem orabam. Quid orabat, nisi, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Cum vobis, inquit, detraherint, & dixerint omne malum aduersum vos propter

iustitiam, gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cælis. Vos tamen corrigite peruersitatem vestrã, agnoscite charitatem nostram, reddite dilectionem dilectioni, nolimus maiore cum vestra perditione mercedem. Hæc debitoribus meis quibus dimitto ut dimitatur mihi, nunc pauca sufficerent. Deinde alloquendi sunt paululum etiam illi quibus debitor sum, non sicut ait Apostolus, Gracis & Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Nam talis debitor etiã ego pro mearum viriũ exiguitate, dispensationisq; portiuncula, non quibusdam sed omnibus sum. Verum nunc de his debitoribus loquor, quæ mihi dimitti non à me exigicupio. Neq; enim sic tumore vanæ mentis extollor, ut audeam dicere ex quo huius muneris sarcinam porto, nullũ à me hominè perperã læsum: hoc cui libet homini tam multis & molestis actibus occupato atq; distento, ne dicam impossibile, certe difficile est: quantum magis mihi qui non ui infirmitatem meã, quam cũ meis & pro me vestris orationibus diebus ac noctibus offero satandam domino deo meo. Diuersarum ergo curarũ actibus ac difficultatibus conturbatus, si quem forte non ut poscebat audiui, si quem tristius quàm opus erat asperi; si in què verbũ durius quàm oportebat emisi, si quem corde cõtribulatũ & opis indigum responsione incongrua conturbauit, si què pauperem mihi in aliud intento importunius insistentem vel prætermisi vel distuli vel etiam nutu aspero contristauit, si cui de me falsi aliquid tanquã homini de homine suspicanti, iusto acerbius indignatus sum, si quis in sua conscientia non agnouit quod de illo humanitas suspicatus sum, vos quibus pro his atq; huiusmodi offensis esse me fateor debitorum, simul me vestrum credite debitorum. Nam pullos quos fouet sæpe in angustiis, sed nõ toto pedis pondere calcat & mater, nec ideo desinit esse mater. Dimittite, ut dimittatur vobis. Dimittite amanti vos debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Ad summam omnes obsecro, cõmendare domino curam pro vobis meam. Hanc enim iuste exopto pro me vestram, ut quicquid mearum est in præterito offensio-num propitius ignoscat, non seuerus agnoscat, Quod mihi deinceps temporis sub hac sarcina erit, iter agentem regat, & suis oculis placentem vobisq; vtilem faciat, ut non horrorem ac penam meam, sed gaudium & coronam meam, vos eius conspectus inueniat.

De eadem re, quã statim supra. Ho. XXV.

**O**diernus dies iste fratres charissimi, admonet me attentius cogitare sarcinam meã. De cuius pondere etiam si mihi die noctuq; cogitandum sit, nescio, quo tamen modo anniuersarius iste dies impingat eam sensibus meis, ut ab ea cogitanda omnino dissimulare non possim. Et quãto anni accedũt, imò decedũt, nõsq; propinquiores faciũt diei vltimo utique quandoque sine dubitatione venturo, tanto mihi est acrior cogitatio, & stimulus plenior, qualem domino deo nostro rationem possim reddere pro vobis. Hoc enim interest inter vnumquemque vestrũ, & nos, quòd vos penè de vobis solis reddituri estis rationem, nos autè & de nobis & de omnibus vobis. Ideo maior est sarcina, sed bene portata maiore gloriam cõparat, Infideliter autè gesta ad immanissimam præcipitat penam. Quid ergo mihi hodie maxime faciendum, nisi ut commedem vobis periculum meum, ut sitis gaudium meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulem quomodo viuatis. Ille enim nouit sub cuius oculis loquor, imò sub cuius oculis cogito,

**A** cogito, nõ me tã delectari laudibus popularibus, quàm stimulari & angere quomodo viuam qui me laudant. Laudari autem à male viuentibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi est nõ voluptati. Laudari autem à bene viuentibus si dicam nolo, mentior. Si dicam volo, timeo ne sim inanitatis appetitor, quàm soliditatis. Ergo quid dicam? Nec plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana periclitet. Non plene nolo, ne ingrati sint quibus prædico. Sarcina autem mea quam modo audistis, cum Ezechiel propheta legeretur, Parũ est enim quia dies ipse admonet nos eandem sarcinã cogitare, Insuper etiam talis lectio recitatur, quæ non incutiat magnum timorem, ut quid portemus cogitemus, quia nisi nobiscum qui imposuit portet, deficiamus. Ecce audistis. Terra, inquit, super quam induxero gladium, & posuerit sibi exploratorem, qui videat gladium superuenientem, & dicat & denunciaret: veniente autem gladio taceat ille explorator, & superueniens gladius su per peccatorem occidat: peccator quidem pro sua iniquitate morietur, sanguinem autem eius de manu exploratoris inquiram. Si autem viderit gladium superuenientem, & tuba cecinerit & nunciauerit, & ille cui annunciat non obseruauerit, ille quidem in sua iniquitate morietur, explorator autem animam suam liberauit. Et tu fili hominis exploratorẽ posui te filiis Israël. Exposuit quid dixerit gladiũ. Exposuit quid dixerit exploratorem. Exposuit quam dixerit mortem. Non nos permisit in obscuritate lectionis excusare negligetiam nostram. Posui te ergo, inquit, exploratorem. Si dixeris peccatori, morte morieris, & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit, ille quidem in peccato suo morietur digne & iuste, sanguinẽ autem eius de manu tua requiram. Si autem tu dixeris peccatori, morte morieris, & ille se non obseruauerit, ille in iniquitate sua morietur, tu vero animam tuã liberaasti. Releuate ergo fratres, releuate sarcinam meam, & portate mecum. Bene viuite, Natalis domini imminet, pascendos compauperes nostros habemus, & cum eis communicanda est humanitas. Vobis autem fercula mea verba ista sunt, pascere omnes pane tractabili & visibili non sufficio. Inde pascor, vnde pascor. Minister sum, paterfamilias nõ sum. Inde vobis appono, vnde & ego vno. De thesauro dominico, de epulis illius patrisfamilias, qui propter nos pauper factus est, cum dices esset, ut eius paupertate nos ditaremur. Si panem vobis ponerem, fracto pane, singula frustra ablaturi essetis, etsi ego multum ponerẽ, perparum ad singulos perueniret. Modo autem quod dico, & omnes totum habent, & singuli quicq; totum habent. Nunquid enim verbi mei inter vos syllabas diuisistis? Nunquid ipsius producti sermonis singula verba abstulistis? Vnusquisq; vestrum totũ audiuit, sed videat quomodo audiuit, quia erogator suus, nõ exactor. Si nõ erogem, & pecuniam seruem, terret me Euangelium. Possim enim dicere, Quid mihi est tadio esse, hominibus dicere iniquis, inique agere nolite, sic agite, sic agere desistite: quid mihi est oneri esse hominibus? Accepi quomodo viuam, quomodo inuis sum, quomodo præceptus sum. Assignem quomodo accepi, de aliis me red dere rationem quòd mihi? Euangelium me terret. Nam ad istam securitatem ociosissimam nemo me vinceret. Nihil est melius, nihil dulcius, quàm diuinum scrutari nullo strepente thesauro. Dulce est, bonum esse: prædicare, arguere, corripere, adficare, pro vnoquoque satagere magnum onus, magnum pondus, magnum labor. Quis non refugiat istũ laborem? Sed terret Euangeliũ.

Processit quidam seruus, & ait domino suo, Sciebam te hominem molestum, metere ubi non seminasti, seruati pecuniam tuam, nolui eam erogare, tolle quod tuum est, Si aliquid minus est iudica, si integrũ est, noli mihi molestus esse. Ait autem ille, Serue nequam, ex ore tuo te condemnabo. Quare hoc? Quia auarum dixisti me, lucra mea quare neglexisti? Sed timui dare ne perderẽ, hoc dicis. Plerumque enim dicitur, quid corrupis? Perit ad illum quod dicis, non te audit. Et ego, inquit ille, nolui dare, ne perderem pecuniam tuam. Ego veniens cũ vsuris exigerem, erogatore, inquit, posueram te, non exactorem. Tu exerceres erogationem, mihi relinqueres exactorem. Hoc timens ergo vnusquisq; præuideat quomodo accipiat. Si ergo ego erogans timeo, qui accipit securus esse debet? Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Hæc est ergo erogatio mea. Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Malus fuit heri, & non est mortuus. Si mortuus esset & malus esset, inde non redisset. Malus fuit heri, viuuit hodie, proficit illi quod viuuit, non male viuat. Quare ergo diei hesterni hodiernum vult addere malum? Longam vitam vis habere, bonam nõ vis. Quis longum ferat malum vel prandium? Vsque adeo cecitas mentis occuluit, vsque adeo surdus est homo interior, ut omnia bona velit habere præter seipsum? Vis habere villam? Nego te habere velle malam villam. Vxorẽ vis habere? Non vis nisi bonam, domum non nisi bonam. Quid curram per singula? Caligam non vis habere malam, & vis habere vitam malam. Quid si plus tibi noceat mala caliga, quàm vita mala? Cum tibi caliga mala & constricta nocuerit, sedes discalcias te, abiecis, aut corrigis, aut mutas, ne digitum lædas, & calcias te mala vita, qua animam perdas? Sed planè hoc video vnde fallaris. Caliga nocens dolorem facit, vita nocens voluptatem. Illud nocet, illud liber. Sed quod ad tẽpus libet, postea peius dolet. Quod autè ad tempus salubriter dolet, postea infinita voluptate, & abundantanti gaudio lætificat. Secundum illud quod scriptum est, Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metet. Et illud, Beati qui luget, quoniam ipsi consolabuntur. Hæc ergo diligentius attendentes, cogitemus illud quod de luxuria ac voluptate scriptum est, Ad tempus, inquit, indulcat fauces, postea felle amarior inuenitur, Et quia vita nostra in hoc seculo quasi via esse cognoscitur, oportet nos de labore ad requiem peruenire, quàm de requie ad laborem. Et melius nobis est in via breui tẽpore laborare, ut postea in patria possimus ad æternum gaudium sceleriter peruenire. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De permissione ac prohibitione sedendi in ecclesia, quando uel lectiones leguntur, uel uerbum dei prædicatur: Homilia XXXVI.

**A**nte aliquot dies propter eos qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inequalitate laborant, paterna pietate sollicitus consilium dedi, & quodammodo supplicauit, ut quãdo aut passionibus proluxa, aut certe aliqua lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt humiliter & cum silentio sedentes: attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc vero aliqua de filiabus nostris putant, quod hoc aut omnes, aut certe plures quæ sana sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam ubi uerbum dei cõperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt, atq; vtiã vel iacerent tantummodo, & tacentes uerbum dei sitienti corde suscipere, nõ etiã se ita ociosis fabulis occuparent, ut quod prædicatur

1. Cor. 4.

Philip. 2. Matth. 23.

Lucæ. 7.

Marth. 6.

Marth. 5.

Psal. 36.

Psal. 34.

Lucæ. 23. Marth. 5.

Roma. 1.

Ezechiel. 33.

Lucæ. 6.

M

1. Cor. 8.

Matth. 23.

E

Psal. 123. Mat. 5.

Prouer. 5.

F

**G** pradicatur nec ipse audiatur, nec alios audire permittat. Vnde rogo vos venerabiles filia & sollicitudine paterna comoneo, ut quando aut lectiones legunt, aut verbum dei pradicatur, nulla se in terram proiciat, nisi forte qua nimium grauis infirmitas cogit. Sic tamen non iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribus qua pradicatur audio corde suscipiat. Interrogo vos fratres vel sorores dicite mihi, Quid vobis plus esse videtur, verbum dei, an corpus Christi? Si verum vultis respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum dei quam corpus Christi. Et ideo quanta sollicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministrat, ut nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat: tanta sollicitudine obseruamus, ne verbum dei quod nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur de corde nostro pereat. Quia non minus reus erit, qui verbum dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permisit. Vellem tamen scire si ab illa hora qua verbum dei pradicari coeperit semper preciosissimas gemas & inanes, vel annulos aureos erogare vellemus, vtrum stare aut accipere vellet filia nostra. Sine vlla dubitatione, cum grandi ambitione que illis offerrentur acciperent. Nos vero quia ornamenta corporalia offerre nec possumus nec debemus, ideo non libenter audimur. Sed non est iustum ut spiritualia ministrantes, superflui iudicemur. Qui enim verbum dei libenter audit, inanes animae de patria paradisi transmissas se suscepisse non dubitet. Qui admonetur ut pauperi tribuat aliquid, dum manus ad eleemosynas expandit, dextraria a Christo transmissa percipiet. Quomodo enim terrenis ornamentis caro luxuriosa paruo tempore ornatur, ut carnalibus oculis aut ad sua aut aliorum male concupiscentium ruinam placere possit: sic anima sancta diuinis sermonibus tanquam spiritualibus & aeternis bonorum operum margaritis componitur, ut ad illius celestis sponsi consortium, & nuptiale conuiuium feliciter ornata perueniat, ut non ei dicatur illud quod scriptum est in Euangelio, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Ne bonorum ornamentis expoliatur, ac nudus audire mereatur, Ligate illi manus & pedes, & proicite in tenebras exteriores, ubi est sicut & stridor dentium. Sed magis pro ornamentis bonorum operum, illa vox ad eum desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Rogo vos filia, diligenter ea qua a nobis dicuntur, audite. Si aliqua mater propriis manibus ornare velit filiam suam & illa despiciens ornamenta qua accipit, frequentius se inclinet ad terram, & huc atque illuc ita per inquietudinem moueatur, ut illa mater sua secundum suam voluntatem ornare non possit, nunquid non iuste aut obtingatur aut caditur? Me ergo putate matrem vestrarum animarum esse, & ita vos velle componere, ut in vobis nec macula, nec ruga possit ante tribunal aeterni iudicis apparere. Animabus enim vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desiderans providere, studeo distata conseruare, conseruata curare, abluere sordida, reparare perditam, & ea qua sunt integra, spiritualibus margaritis ornare. Si me non piget, quare aliquis fastidiosus velit accipere? Cum enim terrena & temporalia ornamenta corporis si non inuenitur qui donare velit carissimo precio comparatur: quanto magis aeterna animarum ornamenta, qua absque villo precio a nobis non cum paruo labore quaesita, vestris spiritualibus offeruntur, iustum est ut a vobis cum perfecta charitate suscipiantur. Nos enim margaritas vobis de paradisi pa-

1. quest. 1. Interrogo.

Math. 22.

Math. 25.

Eph. 5.

tria providentes, nullam aliam in hoc seculo mercedem optamus accipere, nisi ut vos patienter & libenter qua vobis insinuantur videamus audire, & cum dei adiutorio secundum vires vestras operibus adimplere. Fratres charissimi, & venerabiles filia, non ideo dicimus quod vos agnouerimus verbum dei non libenter accipere. Propterea enim deo plus quam cogitari vel dici potest, de vestra obedientia gaudet & exultat anima nostra. Sed dum vos volumus ad meliora semper ascendere, etiam ea qua vos perfecte cognoscimus agere, paterna sollicitudine praesumimus admonere. Et quia non toti viri vel mulieres voluerunt hodie ad vigilias conuenire, rogo vos filij vel filia, ut ea qua vobis dicta sunt, illis qui absentes fuerit fidelissime referatis, ut non solum de vestra, sed & de aliorum correctione mercedem habere possitis.

De eo quod propheta dicit in psalmo, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & facinora mea dele. Ac de utilitate penitentiae: Homilia XXVII.

**M**ox igitur in his verbis penitentiae agnoscitur, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & facinora mea dele. Proinde aliquid de penitentia dicere diuinitus iubemur. Dicamus aliquid de utilitate penitentiae, praesertim quia & dies ieiuniorum iam imminet, quo propinquante humiliari animas, & domari corpora studiosius decet. Triplex autem consideratio agenda penitentiae in sancta scriptura inuenitur. Nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia peccata delentur quisquam bene accedit, nisi agendo penitentiam de vita prius. Nemo enim eligit vitam nouam, nisi quem veteris penitet. Hoc autem etiam auctoritate diuinorum librorum probare debemus, vtrum baptizandi egerint penitentiam. Quando spiritus sanctus missus est, ante promissus, & impleuit dominus fide pollicitationis suae, accepto discipuli spiritu sancto, ut nostris, coeperunt loqui omnibus linguis, ut in illis qui aderant lingua sua quisque cognosceret. Hoc autem miraculo territi, consilium vitam ab Apostolis quaesierunt. Tunc Petrus annunciauit eis, eum colendum quem crucifixum, ut eius sanguinem biberet credentes, quem effuderant saluantes. Ait illis Petrus, Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & remittentur vobis peccata vestra. Quicquid de vita praeterita remordebat, quicquid angebat conscientiam, quicquid omnino vel magnum vel paruum, vel dicendum vel non dicendum, non dubitet posse dimitti, ne forte quod vult dei miseratio dimittere, contra se teneat humana tetatio. Ait Apostolus, Omnia haec figurae nostrae fuerunt, cum de rebus talibus loqueretur dicens, Nolo enim ignorare fratres vos, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moysen baptizati sunt. Et item, Petra autem est Christus. Has figuras nostras fuisse ille dixit, cui nemo fidelis unquam contradicit. Et cum multa enumeraret, vnam solum soluit dicens, Petra autem erat Christus. Quid sibi velit mare, nubes, manna, hoc non exposuit, sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus, est baptismus, sed quia baptismus, id est, salutis aqua, non est salutis, nisi in Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signetur. Hoc ut significaret ille baptismus, mare rubrum fuit. Manna de caelo aperte de ipso domino exponitur, Patres vestri manducauerunt manna in eremo & mortui sunt, id est, manna quod manducauerunt, non potuit eos a morte liberare. Non quia ipsum manna mors ei fuit, sed quia a morte eos non liberauit. De caelo veniebat manna, significans eum qui dixit,

Psal. 50.

L

Penitentiae agenda triplex consideratio. Prima consideratio.

De esse dei cap. Tit. 6.

Act. 2.

M

1. Cor. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 8.

1. Corin. 10.

Hebr. 2.

Num. 20.

Exod. 17.

Exod. 17.

1. Cor. 10.

Deut. 31.

**A** Ego sum panis viuus qui de caelo descendi. Patres vestri, dicit dominus, manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt. Quid est, patres vestri, nisi quos infidelitate imitamina, quorum vias non credendo, & deo resistendo sectamini? Et secundum hoc dicitur, Vos ex patre diabolo estis. Neque enim diabolus aliquem hominem, aut potentia creauit, vel generando procreauit, & tamen dicitur pater impiorum, non propter generationem, sed propter imitationem. De bonis quoque dicitur, Ergo Abraham semen estis. Patres nostri, inquit, eundem cibum spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt. Erant enim ibi qui quod manducabant intelligebant, Erant ibi quibus plus Christus in corde, quam manna sapiebat in ore. Quid de aliis loquamur? Inde erat primitus Moyses famulus domini fidelis in tota domo eius. De dubitatione Moysi famuli dei volo dicere. Figura enim erat veterum etiam ista sanctorum. Dubitat ad aquam Moyses, quando petram virga percussit, ut aqua flueret dubitauit. Dubitationem autem eius legens quisque nec intelligens, forte nec intelligeret, quia nec querere auderet. Domino deo displicuit illa dubitatio, & eam notauit, non solum arguendo, sed etiam vindicando. Nam propter hanc dubitationem dicitur Moysi, Non introduces tu populum in terram promissionis. Ascende in montem & morere, Deus hic utique apparet iratus. Quid ergo de Moysen fratres charissimi? Omnis labor eius, omnis pro populo actus eius, & illa charitas dicens, Si dimittis illis peccatum istud, dimitte: sin autem, dele me de hoc libro tuo: hac dubitata, & repentina dubitatione damnata est, quoniam dicitur, dictum est Moysi, Hoc enim placuit deo certa dispensationis mysterij gratia, quod ipse in terram promissionis non introduceret populum. Eligitur alius Iesus Naue. Et iste homo non hoc nomine vocabatur. Vocabatur Aufes, & cum ei introducendum populum Moyses commendaret, vocauit eum, & mutauit ei nomen Iesum, sed non per Moysen, sed per Iesum: id est, non per legem, sed per gratiam populus dei in terram promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille non verus sed figuratus, ita etiam terra promissionis illa non vera, sed figurata. Illa enim populo primo temporalis fuit, nobis qua promissa est aeterna erit, sed figuris temporalibus promittebantur, & praenunciabantur aeterna. Sicut ergo ille non verus Iesus, nec illa terra promissionis vera, sed figurata, ita manna non cibus vere celestis, sed figuratus. Post illam dubitationem, & post iram dei, & post minas mortis, & post alia multa dixisse deum ad Moysen, quasi ad amicum, quo & antea loquebatur vsque adeo, ut & ipsi Iesu Naue obedientiae exemplum de Moysen proponatur, & hoc moneat eum deus, ut sic ei seruiat, quomodo seruiuit Moyses, & sic se pollicetur esse futurum cum eo, quomodo fuit cum Moysen. Dubitauit Moyses quando lignum accessit ad petram: dubitauerunt discipuli quando viderunt dominum crucifixum. Horum figuram gerebat Moyses. Ecce quia lignum accessit ad petram, facta est dubitatio, & impleta est dubitatio Moysi. Et dominus ad eum, Ascende in montem, & morere. Per corporalem mortem Moysi figurata est mors ipsius dubitationis. Sed in morte. O mira mysteria. Ad petram nata est dubitatio, & in monte mortua est. Quamdiu humilis fuit Christus in passione, quasi petra iacebat ante oculos, merito in illo dubitabatur. Mare rubrum baptismus est, populus transiens baptizabatur. Transitus iste baptismus erat, sed in nube adhuc nubilabatur quod praenunciabatur. Iam Tomus decimus.

modo praecessit nubes, manifesta veritatis serenitas facta est, quia praecessit & velum per quod loquebatur Moyses. Hoc velum in templo pendeat, ne templi secreta panderentur. Sed in cruce domini velum confissum est, ut pateant. Veni ergo ad baptismum, ingredere intrepidus viam per mare rubrum. Noli esse de peccato praeterito tanquam de Aegypto sollicitus. Premebant te peccata tua duro onere seruitutis, sed hoc in Aegypto, scilicet in amore huius seculi, in peregrinatione longinqua. Cogebant se sectari opera terrena, tanquam lateres facere, Opera lutea operaberis. Premitunt te peccata, veni securus ad baptismum, vsque ad aquam hostis sequi poterit, ibique morietur. Time aliquid de vita praeterita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si aliquis remansit Aegyptiorum. Audi vocem pignorum, Ego, inquit, deus, praeteritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per Ecclesiam etiam charitatem dimitti non dubito, Sed timeo futura peccata. Placeat ergo remanere in Aegypto. Interim hostem presentem euade, qui iam te premit, & iam subiungit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iam fecisti etiam si nolueris erit. Idem facturum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa vita est. Neque enim cum mare rubrum transiero, iam ero in terra repromissionis: Dubitatus est ille populus per desertum, per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo putas tibi futurum auxiliatorem in via eum qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos inimicos? Non quiescit qui te a vetustis hostibus liberauit. Transi tantum intrepidus, intrepidus ambula, obediens esto. Noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat in hac obedientia. Fateor non defuit hostes. Sicut enim non deerant qui sequerentur fugientes, ita non deerant qui impedirent ambulantes. Profrus charissimi figurae nostrae fuerunt. Interim in te non sit quod contristet Moysen, Noli esse aqua amara, quam post mare rubrum non potuit ille populus bibere. Erat enim & ibi tentatio. Et tamen quando ista eueniunt, quando amaricat populus, ostendimus eis Christum, qua pro illis pertulerit, & quando pro eis sanguinem fuderit, & mitefecit, tanquam nobis lignum in aquam mittentibus. Plane hostem itineri tuo habebis Amalech. Populus ille habuit hostem Amalech. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus, & deficiebat Amalech. Et tunc manus extense sunt, ut deficiat Amalech tentator, & huius itineris impeditor. Esto vigil, & sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamen praeter Christum, quia extenso illa manuum Christi crux fuit. In illa extenditur Apostolus cum dicit, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ergo deficiat Amalech, vincatur, non impediatur transseuntem populum dei. Sed si dimittit manus a bono opere a cruce Christi, prauelebit Amalech. Tum noli omnimodo aut continuo te fortem futurum putare, aut penitus desperado deficere. Alternatio enim illa defectus est fortitudinis. In manus Moysi serui dei forte alternatio tua fuit. Aliquando enim in tentationibus defecis, sed non succumbis. Deponebat ille paululum manus, non omnino ruebat, sed dicebat, Motus est pes meus, ecce misericordia tua domine adiuuabat me. Noli ergo timere, adest in itinere auxiliator, qui in Aegypto fuit liberator. Noli timere, aggredere viam, praesume securus. Aliquando ille deponebat manus, aliquando erigebat, tamen victus est Amalech. Debellare potuit, superare non potuit. Itaque admonemur iam de altera loqui penitentia. Triplicem quippe eius considerationem in sancta scriptura

Exod. 17.

Math. 27.

E

Exod. 17.

Exod. 17.

Galat. 6.

Psal. 57.

Penitentiae secunda consideratio.

o scriptura



**G** scriptura esse proposui. Illa prima competentium est & ad baptismum venire scientium, hanc de scripturis sanctis ostendi: & alia prope quotidiana. Et ubi illam ostendimus poenitentiam quotidianam? Non habeo ubi melius ostendam, quam in oratione dominica, ubi orare nos docuit, & quid ad patrem dicamus ostendit, & in his verbis posuit, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quare debita fratres? Quandoquidem debita hic intelligi non possunt nisi peccata, quare debita dimisit & in baptismo iterum ut dimittat oramus? Certe mortuus est omnis Aegyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuum factum est, quid oramus ut dimittatur, nisi propter manus deficientes contra Amalech? Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. Constituit medicinam, firmavit pactum. Hic preces constituit, ubi precanti respondit. Nouit quo iure res agatur in caelo, quomodo impetrari possint desiderata, Dimitti vis, dimitte ait. Quid enim habes quod deo praestes, a quo tibi vis cuncta praestari? Nunquid iam Christus ipse saluator in terra ambulat? Nunquid suscipit illum modo in domum Zachaeus gaudens? Nunquid ei hospitium & epulas praeparat Maria? Nihil horum indiget, ad patris sedet dexteram. Sed quando vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Haec est extensio manuum sub qua defecit Amalech. Et erogas quidem pauperi, Quando aliquid das pauperi esuriienti, forte id quod dederis minus habebis, sed in domo, non in caelo. Sed hic quoque in terra, quo iubente praestitisti, ipse supplet quod dedisti. De hac re cum loqueretur Apostolus ait, *Qui ministrat semen seminanti, & panem in escam subministrabit. Operarius enim dei es, quando das egeti, seminas hyeme quod metas aestate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias non pascat operarium suum? Erit & ibi quod sufficiat tibi, Dabit deus totum necessitati, non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus ut deficiat Amalech. Dic mihi cum ignoscis ei qui peccat in te, quid minus habebis in corde tuo, unde dominum dimittis, sed nihil amittis. Immo vero vnda charitatis ibat in corde tuo, inde tanquam vena interiore manabat, Tenes odium contra fratrem, obturasti fontem. Non solum ergo nihil perdis, cum ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Sed ecce quid acturus es? Oraturus es? Quid dicam? Quando oraturus es? Hodie. An non es oraturus ira & odio plenus? Vindictam ministrans, non dimittis ex corde. Ecce oras, venit hora orandi, incipis verba illa vel audire vel dicere, dicis & auditis superioribus venturus es ad hunc versum, at si non venturus, quod iturus? Ne ignoscas inimico, deuia-bis a Christo. Planè si in oratione deuia-bis ut nolis dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ne tibi cito respondeatur. Sic dimitto, quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc non potes dicere, & non vis dimittere, deuia-bis ab hoc versu, & praetermites & dicis quod sequitur, ne nos patiaris induci in tentationem. Ibi te capiet creator tuus, cuius faciem quasi deuia-bas. Quomodo quisque in vico cum occurrit ei cui aliquid debet, si ad manum est diuerticulum, dimittit quod ibat, & ut per aliam partem, ne faciem videat creditoris. Hoc tu in isto versu te fecisse arbitratus es, deuia-bas dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, quia non dimittis, & noluit dicere, deuia-bas faciem creditoris. Quem deuia-bas? Quis deuia-bas? Quo ibis? Vbi tu esse possis, & ille non esse? Dicitur**

es, *Quo ibo a spiritu tuo, & quod a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Quantum potest a Christo debitor fugere, quam ut eat in infernum? Adest iste creditor. Et quid ibi facturus es, nisi quod sequitur? Si sumpsero penas meas in directum, & volaero in extremis maris, id est, spe mea finem seculi meditabor, in praecipitis tuis viam, duabus alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis, Diligas proximum sicut teipsum, & non timeas odium unde fugias creditorem, Restat ergo poenitentiae tertium genus, unde aliquid breuiter dicam, ut adiuuante domino, proposita & promissa persoluam. Est poenitentia grauior atque luctuosior, in qua proprie vocantur in Ecclesia poenitentes, remoti etiam a sacramentis altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducant & bibant. Illa vero poenitentia luctuosa est. Graue vulnus adulterium forte commissum est, forte homicidium, forte aliquid sacrilegum. Grauis res, graue vulnus, letale, mortiferum, Sed omnipotens medicus, iam post suggestionem facti & delectatione, & confessionem, & perpenetrationem, quasi quadrivianus mortuus putet. Sed nec ipsum dominus deseruit, sed clamauit, Lazare veni foras. Cessit voci misericordiae, moles sepulturae. Cessit mors vitae, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit tumulo, & ligatus erat, Sicut sunt homines in confessione peccati agentes poenitentiam. Iam processerunt a morte. Nam non confiterentur, nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & tenebroso procedere est. Sed quid dominus ecclesiae suae inquit? Quae solueritis in terra, soluta erunt in caelo. Proinde Lazaro procedente, quia impleuit dominus misericordiae suae bonum, perducere ad confessionem mortuorum latentem, purentem, iam caetera implet ecclesiae mysteria, Soluite illum, & finite abire. Sed charissimi hoc genus poenitentiae nemo sibi proponat, ad hoc genus poenitentiae nemo se praeparat. Tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditor, non tam scelus quod commisit, quam indulgentiae desperatio fecit poenitus interire. Non erat dignus misericordia, ideo non fulsit ei lumen in corde, ut ad eius indulgentiam concurreret quae tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerunt, sed desperando occidit, & laqueo se suspendit. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima eius. Ipsius enim spiritus dicitur, etiam iste ventus aeris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aeris huius: sic illi qui desperant de indulgentia dei, ipsa desperatione intus se suffocant, ut eos spiritus sanctus visitare non possit. Solebant inde Christianis insultare Pagani, de poenitentia quae instituta est in ecclesia. Et contra nonnullas haereses tenuit ecclesia catholica istam veritatem, de poenitentia agenda. Fuerunt qui dicerent quibusdam peccatis non esse dandam poenitentiam, & exclusi sunt de ecclesia, & haeretici sunt facti. In quibuscunq; peccatis non perdit viscera pia mater ecclesia. Ergo solent inde pagani insultare nobis nescientes quid loquantur, quia ad verbum dei quod linguas infantium facit disertas, nondum perueniunt. Vos, inquit, facitis ut peccent homines, cum illis promittitis veniam, si egerint poenitentiam. Desolatio est hoc, non admonitio. In hanc sententiam exaggerant verba. Quanta quisque potest lingua vel sonanti vel titubanti, non tacent. Non tamen quando eis loquimur & si vincantur, non consentiunt. Tamen quomodo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra, quia totum domini misericordia optime constituit in ecclesia sua. Dicunt*

**A** Dicunt nos dare peccatis licentiam, quia portum poenitentiae pollicemur. Si clauderetur aditus poenitentiae, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignoscere? Diceret enim sibi, Ecce peccavi, ecce scelus admisi, iam mihi venia nullus est locus, poenitentia infructuosa est, damnatus sum, quare iam non vivo ut volo? Quia ibi non inuenio charitatem, hic saltem pascam cupiditatem meam. Quare enim abstineam? Ibi enim mihi locus clausus est, hic quod non fecero perdo: quia quae post hanc futura est vita mihi non dabitur, quare ergo non seruiio libidinibus meis, ut eas impleam & saturem, & faciam, quicquid non licet sed libet? Diceretur ei fortassis, Sed miser capieris, accusaberis, torqueberis, punieris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici, & inter homines seruari: attendunt multos male & scelerate viuentes impunita peccata habere, occultare possunt, quae occultare non possunt redimere. Usque in senectutem vitam, lasciuias, blasphemias, sacrilegia perditae enumerant sibi, cur ille qui tanta fecit senex mortuus est? Nunquid attendis ideo sceleratum & peccatorem senem mortuum, ut ostenderet in illo patientiam deus, expectans poenitentiam. Vnde Apostolus, Ignoras quia patientia dei ad poenitentiam te adducit? Ille ergo secundum duritiam cordis sui, & cor impoenitens, thesaurizat sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opus suum. Opus est ergo, ut hic timor mentes obfideat, opus est ut ille qui peccare non vult, praesentem sibi cogitet, non in publico solum, sed etiam in domo, non in domo solum, sed & in cubiculo, in nocte, in lectulo, in corde suo. Ergo si tuleris portum poenitentiae, augebuntur peccata. Ecce nihil dicunt illi qui putant auertere peccata, quia portus poenitentiae in Christiana proponitur fide. Quid ergo? Deus ne per illam spem indulgentiae augeantur peccata, rursus non debuit prodire? Quomodo enim prodeunt ne desperando augeantur. Quomodo enim reuera augeat peccata, qui veniam sperauerit, ut dicat sibi faciam, deus bonus est, quando me conuertero, ignoscet mihi. Ita plane dicis, sed crastina dies incerta est tibi. Nonne ad hoc te admonet scriptura, dicens, Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem? Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictae disperdet te. Ecce ad vtrumque vigilauit pro nobis prouidentia dei, ne desperando augeamus peccata, propositus est poenitentiae portus. Rursus, Ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus.

*De eo quod propheta dicit in Psalmo, Deus manifestus ueniet, deus noster, & non silebit.*

**H**omilia XXVIII.

**A**ntauimus, Deus manifestus ueniet, deus noster, & non silebit. Dominum Christum scriptura praedixit venturum ad iudicium uiuorum & mortuorum. Quando enim prius uenit iudicari, occultus fuit, quando ueniet iudicare manifestus erit. Quam fuerit tunc occultus hinc intelligit quod ait Apostolus, Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Tunc autem siluit interrogatus, sicut Euangelium loquitur, & impletur in eo Esaiæ propheta dicens, Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se fuit sine uoce, sic non aperuit os suum, Veniet ergo manifestus, & non silebit. Ad hoc dictum est, non silebit iudicaturus, quia siluit iudicatus. Nam quantum attinet ad uoces ipsius nobis necessarias quando siluit? Non siluit per Patriarchas, non siluit per

os carnis suae. Et modo si sileret, scriptura non loqueretur. Lector ascendit, sed ipse non silet. Tractor loquitur, si uera loquitur, Christus loquitur. Si sileret Christus, ego uobis ista non dicerem. Nec per os uestrum siluit. Nam quando cantabatis, ipse loquebatur. Non silet, opus est ut audiamus, sed aures cordis. Nam responderi facile est aures carnis, Illis auribus audire debemus, quas quarebat magister ipse cum diceret, *Qui habet aures audiendi audiat. Quis enim ante illum quando ista dicebat, sine auribus carnis stabat? Omnes aures habebant, & pauci habebant. Non omnes habebant aures audiendi, hoc est, obediendi. Quam terribiliter locutus est per Prophetam Ezechielem, credo adhibuistis aures, credo audistis quemadmodum dixerit, Ad domum Israël mittam te, non ad populum altioris linguae te mittam. Populus autem ille non uult audire te, quia non uult audire me. Quid ostendit nisi quia ipse deus per Prophetam loquebatur? Quia uero in ipsis uerbis prophetis nos maxime terribi sumus, id est, praepositi quos posuit loqui ad populum suum, prius in illis uerbis uideamus faciem nostram. Demonstratum est enim nobis, sonante lectore, quasi speculum ubi nos inspiceremus, & inspeximus nos, inspicite uos. Ecce ego facio quod ibi audiui. Si non discreueris, inquit, iustum, si non dixeris peccatori, morte morieris, & ostenderis illi, ut recedat ab iniquitatibus suis, ipse quidem in peccatis suis morietur, sanguinem autem eius de manu tua exquiram. Si autem dixeris, & ille contempserit, & non obdierit, ille in sceleribus suis morietur, tu autem animam tuam liberabis. Dico uobis, libero animam meam. In magno enim sum, non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero. Sed cum ego dixerò, & impleuero officium meum, uos iam attendite periculum uestrum. Quid autem uolo, quid desidero, quid cupio, quare loquor, quare hic sedeo, quare uiuo, nisi hac intentione, ut cum Christo simul uiuamus? Cupiditas mea ista est, honor meus iste est, gloria mea ista est, gaudium meum hoc est, possessio mea ista est. Sed si me non audieritis, & tamen ego non tacuero, animam meam liberabo. Sed nolo esse saluus sine uobis. Nolite ergo contemnere fratres mei peccata, in quibus forte consuetudinem iam fecistis. Omne enim peccatum consuetudine uilescit, & sic homini quasi nullus sit: obduruit iam, dolorem perdidit, quod ualde putre est nec dolet. Quod non dolet, non pro sano habendum, sed pro mortuo computandum est. Attendite quae dicat scriptura, & ibi uidete quemadmodum uigilare debeatis. Quis non contemnat ebriositatis peccatum? Abundat tale peccatum & contemnitur. Iam cor ebriosorum perdidit sensum, non habet dolorem, quia nec salutem. Quando aliquid pungitur, & dolet, aut sanum est, aut est in illo spes aliqua sanitatis, Quando autem tangitur, pungitur, uellicatur, nec dolet, pro mortuo habendum est, aut de corpore praecidendum. Sed aliquando nos parcimus, & non mouimus nisi loqui. Excommunicare, de ecclesia proficere pigri sumus. Aliquando enim timemus, ne ipso flagello peior fiat qui caditur. Quauis qui tales sunt iam in anima mortui sunt, tamen quia medicus noster omnipotens est, non est desperandum de his, sed totis uiribus supplicandum, ut aures cordis quas clausas habere probantur, dominus aperire dignetur. Sed nunquid ille parcat, nunquid silebit quem timere debemus? Audistis in Psalmo fratres mei, cum enumeraret peccata peccatoris, ait, Haec fecisti & tacui. Contra hoc dictum est, Veniet & non silebit. Praesentia sua non silebit. Excepto*

Matth. 6.

Luc. 19. & 10. Matth. 25.

2. Corin. 9.

Matth. 6.

Psal. 138. K

Matth. 22. Poenitentiae tertii generis.

1. Corin. 11.

L. Ioan. 11.

Matth. 18.

Ioan. 11.

M

Psal. 49.

1. Corin. 2.

Esai. 53.

Sapient. 10.

D

Matth. 11.

Ezech. 13.

E

Vbi supra.

F

Psal. 49.

**G** enim quod Christus significat, quia sicut in iudicio, ut impleatur in illo etiam ea prophetia quam paulo ante commemoravi, Hoc excepto, modo deus ipse per se ipsum dominus Christus tacet. Ascendit enim in caelum, & sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Quamdiu ibi est donec veniat tacet. Voces eius in libris audiuimus, de ore ipsius non audiuimus. Audistis vocem ipsius de sanctis scripturis isto loco. Audistis cum vos ipsi commemoratis, & forte de his rebus inter vos sermocinamini. Qui vult audiri a deo fratres charissimi, prius audiat deum. Nunquid audis illum quando facis adulterium, & latere te putas, quia homo te non videt? Ille te videt, sed tacet. Quando furtum facis, captas oculos eius cui furaris, & si eum latet facis, si propterea non facis, quia times ne videaris, intus fecisti, in corde fecisti, fur teneris, & nihil tulisti, sed & tu si oportunitas detur ad impleendum malum factum tuum, furaris, & lataris quia tacet. Audi ergo psalmum, te admonuit, te quicumque es, qui forte hic hodie stas, & nocte aliquid fecisti, te admonuit, tibi dixit, Hec fecisti & tacui, Suspensus es inique quod ero tibi similis, O homines qui hac verba quae dicturus sum nec habetis in ore, nec in corde, felices estis. Nonne quotidie homines mala facientes, aut quos bene fecisse poenitet, & poenitentiam fecisse, peruersae fundunt quod mulserunt? Nonne quotidie dicunt, & ipsa murmurata inter se rotundunt, Vere si deo displicerent ista, non permetteret illa fieri, ut illi qui ea faciunt felices essent in terra? Videmus raptos, videmus infirmorum oppressores, videmus vicinorum expulsores, videmus violentos limitum iniuriosos, videmus calumniatores, & tamen potentes, diuites, felices in hac vita, Si verum deus ista videret, si ista curaret parceret eis? Addunt & hoc, quod peius est, non placent nisi mala. Contingat autem ut faciat bene aliquis, & sequatur forte aliqua tentatio, continuo ad manum habet, non expedit facere bene. Parum est quod male vis facere, & benefacietibus maledicis? Hec fecisti, inquit, & tacui, suspensus es inique, quod ero tibi similis. Quid est quod ero tibi similis? Quia sic mihi placet malum, quomodo tibi. Hoc es suspensus, hoc dixisti in corde tuo. Quod peius est in hac verba progrediuntur, ut nec audiri timeant. Ergo suspensus es inique quod ero tibi similis. Arguam te quomodo non putas, & quando non putas arguam te. Sileo cum facis, sed non sileo cum iudico. Arguam te. Quid tibi faciam querendo argua te? Statuam te ante faciem tuam. Modo enim quando male facis putas quia bonus es, quia non vis te videre. Alios reprehendis, te non respicis: alios accusas, de te non cogitas: alios ponis ante oculos tuos, te ponis post dorsum tuum. Ego quando te arguam, contra facio. Tollo te a dorso tuo, & pono te ante oculos tuos. Videbis te, & planges te, & non erit iam tunc quomodo corrigas. Contemnis ergo tempus misericordiae, veniet tempus iudicii, quia tu in ecclesia mihi cantasti, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Ex ore nostro exiet, ubique Ecclesia concrepant Christo, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tempus est misericordiae, ut corrigamur, nondum venit tempus iudicii. Locus est, spatium est. Peccauimus, corrigamur. Nondum finita est via, nondum clausus est dies, nondum expiratum est, non desperetur, quod peius est, Quonia propter ipsa peccata humana, & tolerabilia, & tanto crebriora, quanto minor, constituit deus in ecclesia tempore misericordiae praerogande quotidianam medicinam ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus de-

bitoribus nostris, ut his verbis lota facie ad altare accedamus, & his verbis lota facie corpore Christi & sanguine comunicemus. Sed quod est grauius, ipsam medicinam sic homines contemnunt, ut non solum non dent veniam quando in illos peccatur, sed nec velint petere quando ipsi peccant. Intrauit tentatio, subrepsit ira, tantum dominata est iracundia quantum potuit, ut non solum tumultuaretur cor, sed & conuicia & crimina vomeret lingua. Non vides quod te impulit? Non vides quod te precipitauit? Tandem corrige, dic, male feci, peccavi. Non enim morieris si dixeris, Crede non mihi, sed deo. Quid sum ego? Homo sum, par vestrum sum, carnem porto infirmus. Omnes credamus deo. Attendite vobis. Si peccauerit frater tuus, corripere eum inter te & ipsum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe tecum duos aut tres. In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Si nec ipsos audierit, refer ad ecclesiam, Si nec ipsam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Ethnicus gentilis est. Gentilis ille est, qui in Christo non credit. Si nec ecclesiam audierit, mortuum puta. Sed ecce viuunt, ecce intrat, ecce signat, ecce genua figit, ecce orat, ecce ad altare accedit, Sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Noli in illo attendere falsa signa. Viuentis mortuus est, unde viuunt? Quomodo viuunt? Si dicam alicui in conspectu vestro, tu hoc fecisti, respondebit postea, Quantum errat. Intus me moneret, intus mihi diceret, quia male feci, intus videret peccatum meum. Quare in populo arguit? Quid si feci, & non correxisti? Quid si feci, & adhuc perseueras? Quid si feci, & adhuc tibi bene fecisse videris in corde tuo? Quia tacet ille, inquit? Quia modo ille non vindicat, nihil male fecisti? Non times. Arguam te, non times? Constituam te ante faciem tuam, non times. Sed longum est, inquit, iudicium. Primo quis tibi dixit, quia longum est dies iudicii? Nunquid si longum est dies iudicii, longum est dies tuus? Unde scis quando est? Nonne multi sani dormierunt & obdormuerunt? Nonne casus nostros nobiscum in hac carne portamus? Nonne fragiliores sumus, quam si vitrei essemus? Vitrum enim & si fragile est, tamen seruatum diu durat, & inuenis calices ab auis & proavis, in quibus bibunt nepotes & pronepotes. Tanta fragilitas custodita est per annos. Nos autem homines & sub tantis casibus quotidianis fragiles ambulamus, & si casus ipsi repentini non accederent, diu tamen viuere non valeremus. Vita humana tota breuis est, ab infantia usque ad decrepitem senectutem tota breuis est. Adam si adhuc viuere, & hodie moreretur, quid illi vitae longitudo profuisset? Huc accedit, quia ipse dies qui quasi naturaliter seruit morbo illeto incertus est, Quotidie moriuntur homines, & qui viuunt deducunt illos, exequias celebrant, & vitam sibi promittunt. Nemo dicit, corrigam me, ne eras hoc sum quod iste quem deduxi. Placent vobis verba, ego quero facta. Nolite me contristari prauis moribus vestris, quia delectatio mea non est in hac vita, nisi vestra bona vita.

De eo quod ait dominus in Evangelio, Remittite, & remittetur vobis: date, & dabitur vobis: Homilia XXXI.

**G**o fratres vires paruas habeo, sed verbum dei magnas habet valere in cordibus vestris. Ego & quod lente dicimus, valde auditis si obedieritis. Inquam per nubem suam, per Esaiam prophetam dominus tonuit, si sensum habetis expansistis. Manifeste enim dixit, nec expositorem habent ista necessarium, sed

**A** sed factorem. Quod mihi, inquit, multitudinem sacrificiorum vestrorum? Quis enim exquisiuit ista de manibus vestris? Deus nos querit, non nostra. Sed sacrificium Christiani est eleemosyna in pauperem. Hinc enim fit deus peccatis propitius. Nisi autem peccatis & delictis, sine quibus vita ista non ducitur, mundantur homines per eleemosynas, Quae sunt duorum generum, erogando & remittendo. Erogando quod habes bonum, remittendo quod pateris malum. Haec duo genera eleemosynarum dominus magister bonus, qui verbum breuiavit super terram, ut esset fructuosum, & non onerosum, quam breuiter fuerit complexus audite, Remittite, inquit, & remittetur vobis: pertinet ad ignoscendum. Date, & dabitur vobis: pertinet ad erogandum. Ex illa eleemosyna qua ignoscis homini nihil perdis. Ecce statim veniam petit, ignouisti, nihil amissisti. Charitate amplior domum redisti. Illud aliud genus eleemosynarum, ubi iubemur erogare indigentibus, graue videtur, quia quod quisque dederit, hoc ipsum quod dabit non habebit. Equidem & hinc securus nos facit Apostolus qui dixit, Prout quisque habet, non ut aliis sit refectio vobis angustia. Metiatur ergo unusquisque vires suas, non thesaurizare attendat in terra, det, non perit quod dat. Non dico, hoc non perit, sed dico hoc solum non perit. Alia vero quae non dederis, & abundant tibi, aut cum viuis amittis, aut cum morieris dimittis. Deinde fratres mei tanta promissio quem non hortatur? Dimittite, inquit, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Quando dicit, date & dabitur vobis, attendite cui dicat. Homini dicit deus, mortali dicit immortali, mendico dicit tantus paterfamilias. Neque enim hoc reuocaturus est quod dedimus, inuenimus quem feceremus. Demus in usuram, sed deo, non homini. Ei damus qui abundat, ei damus qui dedit quod demus, & pro modicis rebus profert nobis, pro mortalibus, pro putribilibus, pro terrenis quae aeterna sunt & incorruptibilia, & sine fine manentia. Quid multa dicturus sum? Se promittit qui promittit. Si amas illum, eme illum ab illo, Et ut noueris te ipsi dare, audi illum dicentem, Esuriui, & dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi potum. Hospes fui, & suscepisti me. Nudus fui, & vestisti me. Aeger, visitasti me. Inclusus, venisti ad me. Et dicent illi, Quando te vidimus in his necessitatibus constitutum, & ministratum tibi? Et ille, Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Dat de caelo, accipit in terra. Ipse dat, ipse accipit, quasi foenus traiectionem facis. Hic das, ibi recipis. Hic das res perituras, ibi recipis res sine fine mansuras. Et quando cumque dicis deo, Libera me domine ab homine malo, hoc enim modo cantauimus. Scio enim quo gemitu dicas, Libera me domine ab homine malo. Quis enim in isto seculo non patitur aliquem hominem malum? Quando ergo dicis deo hoc, Libera me domine ab homine malo, sicut totis precordiis dicis, sic intentis oculis te prius attende. Libera me domine ab homine malo. Fac tibi respondisse deum. A quo? Diciturus es a Gaio, a Lucio, a nescio quo quem pateris. Et respondet tibi, De te mihi nihil dicis. Si ab homine malo libero te, prius es liberandus a teipso. Pateris malum, noli te ipsum pati malum. Videamus si inuenit te, quid tibi faciat alter malus. Tu noli esse malus. Non tibi dominetur auaritia, non te calcet concupiscentia tua, non te trituret ira tua. Isti hostes interiores tui qui sunt, Tu ipse non tibi aliquid facias. Tomus decimus.

Videamus quid tibi faciat vicinus malus, patronus malus, potens malus, videamus quid tibi faciat? Iustum te inueniat, fidelem te inueniat, Christianum te inueniat. Quid tibi facturus est? Quod Stephano Iudaei fecerunt. Faciendo malum, miserunt ad bonum. Ergo quando oras ut liberet te deus ab homine malo, attende te, noli tibi parere a te, te liberat. Quomodo te a te liberat? Dimittendo peccata, dando merita, dando tibi vires pugnandi aduersus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, dando menti tuae caelestem delectationem, qua omnis terrena delectatio superetur. Haec tibi cum praestat deus, liberat te a te, & securus expectas in huius seculi malis transitoris cum eis bonis venturum dominum, quae transire non possunt. Satis sunt vobis. Videtis certe, quia nescio quomodo ego inualidus accedo, & loquendo fortis fio. Tantus est animus mihi, tanta intentio in profectu vestro. Operarius enim in agro fructum sperans, minus sentit laborem. Scitis fructus mei qui sunt, & vobiscum sum, & omnes sumus fructus dei.

De eo quod in Agge scriptum est, Meum est aurum, & meum est argentum: Homilia XXXI.

**I**n scripturis diuinis fratres charissimi legimus deum dicentem, Meum est aurum, & meum est argentum. Hoc ideo dictum est, ut ille qui non vult cum indigentibus communicare quod habet, cum audit praecpta faciendae misericordiae, intelligat deum non de re illius cui iubet, sed de re sua inbere donare: & ille qui aliquid porrigit pauperi, non se arbitretur de suo facere: ne forte non tam confirmetur misericordiae nomine quam inflatur superbiae vanitate. Meum est, inquit, aurum, & meum est argentum, non est vestrum o diuites terra. Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo? Aut quid extollimini cum datis de meo? Et vis videre quam iusti iudicis res est aurum & argentum, auarus unde torquetur, inde misericors adiunatur: rem suam diuina distribuite iustitia, & recte facta inde manifestantur, & peccata inde puniuntur. Nunquid non aurum & argentum, atque omnis terrena possessio, & exercitatio humanitatis est, & supplicium cupiditatis? Cum talia deus nobis hominibus tribuit, ostendit in eis quanta contemnat animus cuius diuitiae sunt ipse deus qui tribuit. Non enim potest quisque apparere contemptor, nisi eius rei, cuius possessor effectus est. Nam & qui non habent possunt ista contemnere, sed vtrum fingant an vere contemnant, deus videt, qui cordis inspector est. Ab hominibus autem ut imitari possint cogitationem contemnentis, non nisi in manibus erogantis inspicitur. Cum autem malis hominibus deus ista concedit, ostendit in eis quomodo & in ipsis bonis quae deus largitur crucietur animus cui voluit qui tanta largitur, Bonis autem subministrat occasiones beneficiorum, malos autem torquet timore damnorum. Et ideo si amittant vtrique aurum & argentum, isti caelestes diuitias lato corde retinebunt: illis autem & bonis temporalibus inanis domus, & bonis aeternis inanius conscientia remanebit. Illius est ergo aurum & argentum, qui nouit vti auro & argento. Nam etiam inter ipsos homines tunc quisque habere aliquid dicendus est, quando bene vitur. Nam quod iuste non tractat, iure non tenet. Si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas. Quapropter si homo non importune dicit aliquid suum, non quod iniqua, & stulta cupiditate occupauerit, sed quod prudentissima po-

Psal. 49.

Psal. 100.

Math. 6.

1. Reg. 17.

Math. 8.

Psal. 49.

M

Luc. 6.

Acto. 7.

Agg. 1. 1.

F

**G**estate, & iustissima moderatione tractauerit: quanto magis deus vere ac proprie suum esse dicit aurum & argentum, quod & largissima bonitate condidit, & iustissimo administrat imperio: ut sine ipsius nutu atque dominatu nec mali nisi ad auaritia supplicium, nec boni, nisi ad vsum misericordiae possint habere aurum & argentum. Quod tamen & instituit ut sit, & ut alteri adsit, alteri desit, distribuere atque ordinare non possunt. Si autem solis bonis in potestate daretur aurum & argentum, recte putaretur magnum aliquid bonum. Rursus si solis malis deesset, videretur magna poena paupertas. Si autem solis bonis deesset, videretur summa beatitudo, paupertas. Nunc vero si scire vis aurum posse bene haberi, habent & boni: non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Item si scire vis quam non sit miseria paupertas, sunt quidam pauperes beati: sunt quidam pauperes miseri, si scire vis quam non sit beatitudo paupertas. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum & administrator deus, ut ipsum per se natura & genere suo bonum sit, quantum non summum & magnum bonum, & pro gradu sui ordinis laudabilem conditorem vniuersitatis ostendat.

**H** Copia vero eius non extollat bonos, nec laedat inopia. Malos autem & cum offertur excaecat, & cum auferitur ex cruciat. Res ergo condita & ad conditoris laudem, & bonorum probationem, malorumque supplicium, recte vituperari nullo modo potest: & eam verissime deus dicit suam, quam non solum condit affluentissima bonitate, sed etiam providentissima moderatione dispensat. Cum autem hoc genus rerum dominus in Evangelio mammona iniquitatis appellat, significat esse alterum mammona, id est, alias diuitias, quas nisi iusti & boni possidere non possunt, ut ideo mammona iniquitatis vocetur, quia iniquitas eas vocat diuitias. In iustitia vero nouit esse alias diuitias quibus homo adornatur interior, sicut beatus Petrus dicit, Qui est ante deum diues. Illa iustae dicuntur diuitiae, quia bonis meritis iustisque tribuantur. Illa vero dicuntur diuitiae, quia quisque eas habuerit non egebit. Ista vero iniustae diuitiae, non quia iniustum est aurum & argentum, sed quia iniustum est eas putare diuitias, quae non auferant egestatem. Tanto enim magis ardebit quisque egestate auaritia, quanto magis eas diligens maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiae quibus crescentibus crescit inopia? Quae amatoribus suis, quanto fuerint ampliores, non afferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem. Diuitem tu putas qui minus egeret, si minus haberet. Nam videmus quosdam cum haberent pecuniam parua, paruis lucris fuisse laetatos: sed postea cum coepit abundare verum quidem quidem copiam auri & argenti, sed tamen falsa diuitiae cum parua obtuleris iam recusant, credas eos iam esse satiatos, sed falsum est. Nam maior pecunia fauces auaritia non claudit sed extendit, non irrigat sed accendit. Poculum respiciunt, quia fluium sitiunt. Vtrum ergo ditior, aut egentior dicendus est, qui cum ideo voluit habere aliquid ne indigeret, ideo plus habet ne minus indigeat? Sed non est hanc auri culpa & argenti. Fac enim misericordem aliquem inuenisse thesaurum, nonne operante misericordia praebetur hospitalitas peregrinis, aluntur famelici, nudi vestiuntur, inopes adiuuantur, captiui redimuntur, constringuntur ecclesiae, reficiuntur laesi, pacantur litigiosi, reparantur naufragi, curantur aegroti, corporales opes dispersiuntur in terra, spirituales reconduntur in caelo? Quis haec facit? Misericors & bonus. Vnde facit? De auro & argento.

Cui seruiens haec facit? Ei qui dixit, Meum est aurum, & meum est argentum. Videtis, iam ut arbitror, fratres, quam magno errore, magnaque dementia in res ipsas quibus male homines vtuntur, crimen male vtentium transferatur. Nam si propterea vituperatur aurum & argentum, quia homines auaritia deprauati, neglectis praecipis omnipotentissimi creatoris in ea quae condidit detestabili cupiditate rapiuntur, vituperetur etiam omnis dei creatura. Quia sicut Apostolus dixit, Peruersi quidem homines coluerunt & seruiuerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Vituperetur etiam iste sol quem certe idem Manichaei qui non intelligunt esse creaturam, tanquam ipsum creatorem, vel tanquam eius aliquam partem colere atque adorare non desunt. Cur ergo ipsum non vituperant, cum plerumque homines de vso solis & luminis in aedificiis suis lites iniustissimas cocitant, & ut fenestris suis radij liberiores aliquanto largius infundantur, domos alienas deicere saepe moluntur, & eos qui contradixerint, etiam si iure certissimo contradicant, inimicitia acerbissimis insectantur? Si quem igitur infirmorum potentior aliquis iniuste ac nefarie propter vsum solis oppresserit, diripuerit, in exilium etiam mortemve compulerit, solis est crimine quo ille abundantius uti desiderat, an potius male vtentis iniquitas: qui dum cupit corporeis oculis temporale lumen largius acquirere, cubiculum cordis luci non aperit aequitatis. Ex quo isti si possunt intelligant, aut aurum & argentum se accusare non debere, quantum de auro & argento saepe homines cupidissimi dimicent, aut accusationes suas de terra in caelum, & de metallis fulgentibus in sidera, atque ipsum solem se debere transferre, quando iniqui homines in expiabili saepe discordia de possidenda solis luce confingunt. Similiter etiam dicant quid intersit inter hanc lucem visibilem, lucemque iustitiae. Siquidem fieri potest ut quanto maiore auiditate frui quisque hac luce voluerit, tanto maiori caecitate a iustitia luce deficiat.

De Monomachia Goliae & Dauid.

Homilia XXXI.

**G**olias vnus fuit ex Allophylis, id est, ex alienigenis, qui bellum gerebant illo tempore aduersus filios Israel. Eo tempore Dauid sanctus, cuius est hoc psalterium, imo per quem ministravit hoc psalterium spiritus sanctus, puer erat patris oves suae tenera aetate, vix dum adolescentulus: fratres eius iam iuuenes militabant, & in exercitu regis erant, attulit eis missus a parentibus aliquid de domo visibus ipsorum. Itaque illo tempore quo pugnabatur in exercitu, inuentus est nondum miles, sed militum minister & frater. Extitit tunc Goliath iste de quo mentio facta est, ingens statura corporis, armis instructus, viribus etiam exercitatus, elatus iactantia, qui superbe prouocaret ad monomachiam populum aduersarium, hoc est, ut vnus inde electus ab ipsis procederet aduersus eum, ut duobus pugnantibus examen totius belli in medio versaretur, pacto & placito addito, ut quis illorum duorum vicisset, vniuersa parti vnde iste steterat retribueretur victoria. Rex ergo ille populi Iudaeorum filiorum Israel, Saul erat. Angebatur, astuabat, quarebat in vniuerso exercitu parem illi viro, non inueniebat, nec forma corporis, nec audacia prouocationis. Cum astuaret, ausus est puer iste Dauid, non presumens de viribus suis, sed in nomine dei sui procedere aduersus eum. Nunciatum est regi, non audacia pueritiae, sed fiducia pietatis. Nec rex abnuuit, non recusauit. Intellexit cum videret

**A** videret audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis esse, nec illum tenera aetate sine diuino instinctu talia posse presumere. Libenter accepit, processit aduersus Goliath. In omnibus ergo qui erant in ea parte, vnde procedebat Dauid, non erat praesumptio nisi de deo: in illis autem tota spes in vnus hominis viribus. Sed quid est homo, nisi quod in isto psalmo cecinit, Homo vanitati assimilatus est, dies eius velut umbra praeteriunt. Ergo spes illorum inanis, quae collocata est in umbra transeunte. Armatus est Dauid, ut quoniam aetate & viribus impar erat, quasi armis par esset: sed arma vetera non adiuuabant potius, quam onerabant nouam aetate. Et ad hoc pertinet quod etiam apostolica lectio ante psalmi canticum praefigurat dicens, Exiite vos veterem hominem, & induite nouum. Noluit Dauid vetustate armorum, abiectis, onera dixit esse, quia implicabant eum expeditissimus ille ad praesidium procedere cupiebat, fortis non in se sed in domino, armatus non tam ferro quam fide. Tamen abiectis armis, elegit aliquid vnde pugnaret, & hoc non sine sacramento. Nam videtis quasi duas quasdam vitas: nam in alienigenis veterem, aliam in Israelitis nouam, aduersus inuicem dimicare. In illa parte corpus diaboli, in ista praefiguratio domini nostri Iesu Christi. Tulit quinque lapides de torrente de fluuio, & posuit in vase pastoris quo lac mulgeri solet. Ita processit armatus. Quinq; lapides lex erat. Contineatur enim lex quinque libris Moysi, & in ipsa lege decem praecipia sunt salutaria, quibus decem praecipis caetera seruiant. Praefiguratur ergo lex & quinario & denario numero. Et ideo Dauid pugnavit quinario, qui ait, In psalterio decem cordarum psallam tibi. Neque omnes quinque lapides, sed vnum tulit. Namque in numero lapidum, numerum librorum ostendit, in vno lapide vnitatem implentium legem. Vnitas enim ipsa implet legem, id est, charitas. Ideo sublatis sunt illi lapides quinque de fluuio. Fluuius quid significat? Illo tempore semper in scripturis eadem significantur rebus certis. Quinario numero propter quinque libros Moysi. Quid significat quod de fluuio sunt ablatis & positi in vase pastoris? lam diximus aduentu domini nostri Iesu Christi ut vere vinceretur diabolus, lex transiit ad gratiam. Quid tam significat gratiam quam lactis copia? Sublati sunt illi lapides de fluuio. Fluuius significat populum fluxum, deditum temporalibus rebus, amantem transeuntia, & cupiditatis impetu in mare huius seculi decurrentem, qualis erat populus Iudaeorum. Vetus operat legem, sed calcabat legem, & transibat super legem, & ferebatur in mare, quomodo fluuius super illos lapides. Non enim lapides illi limitem fecerant fluuio ut statuerent fluuium. Quod si ita essent, significaret coertionem legis, & eos qui confluere coeperunt voluptatibus & cupiditatibus suis, venientes ad praecipia legis consistenter, & refrenarent impetus libidinum suarum. Non autem ita erant illi lapides, sed in fluuio super quos transibat aqua, sicut supra legem transgressor populus transibat. Inde ergo dominus tulit legem ad gratiam, id est, de fluuio tulit & in vase pastoris posuit. Qui vult ergo implere legem, gratiam cogitet: hoc est, homo totum quod innotescit ei deus, quod dat illi gratiam suam, vnde praesumebat Dauid. Goliath autem de se, de viribus suis superbus, elatus, inflatus, primo totam victoriam vniuersae partis suae in se vno constituit. Et quia omnis superbia habet impudentiam frontis, in ipsa fronte lapide veniente deiectus est. Euacuata est frons quae habebat impudentiam superbiae suae, & vicit frons quae ha-

Tomus decimus.

bebat humilitatem crucis Christi: Propterea & nos fingimus ipsum crucis in fronte portamus, quia illud intelligimus. Hoc dixi, fratres mei, quia multi hoc faciunt, & intelligere nolunt. Factorem quaerit deus signorum suorum, non pictorem.

De eo quod dominus ait in Evangelio, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem: Homilia XXXII.



**A**rcana & secreta regni dei prius quaerunt credentes quo faciant intelligentes. Fides enim gradus est intelligendi: intellectus autem meritum fidei. Aperte hoc Propheta dicit omnibus praepropere & praepostere intelligentiam requirentibus & fidem negligentibus. Ait enim, Nisi credideritis non intelligetis. Habet ergo & fides ipsa quoddam lumen suum in scripturis, in prophetia, in Evangelio, in Apostolicis lectionibus. Omnia enim ista quae nobis ad tempus recitantur, lucerna sunt in obscuro loco ut nutriamur ad diem. Dicit Apostolus Petrus, Habemus certiore prophetico sermone cui benefacitis intendentes tanquam lucernae in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Videtis ergo fratres, quamdiu sint peruersi & properando vitiosi qui tanquam immaturi conceptus ante ortum quaerunt abortum qui nobis dicunt, quid me iubet credere quod non video, videam aliquid ut credam? Iubes credere dum non videam: ego videre volo & videndo credere, non audiendo. Dicit Propheta, Nisi credideritis non intelligetis. Ascendere vis & gradus obliuisceris. Vtique peruersus homo si iam tibi possem ostendere quid videres, non hortarer ut crederes. Ergo fides est, sicut alibi definitum est, sperantium substantia, confictio rerum quae non videntur. Si non videntur, quomodo confinguntur quia sunt? Vnde enim sunt ista quae vides nisi ex illo quod non vides? Vtiq; vides aliquid ut credas aliquid, & ex eo quod vides credas quod non vides. Ne sis ingratus ei qui te fecit videre vnde possis credere quod nondum potes videre. Dedit tibi deus oculos in corpore, rationem in corde, excita rationem cordis, erige interiorum habitorem interiorum oculorum tuorum, assumat fenestras suas, inspiciat creaturam dei. Est enim aliquis intus qui per oculos videat. Nam quando aliquando ist me cogitas auerso interius habitore, quae sunt ante oculos tuos non vides. Fenestrae enim frustra patent, quando qui per eas attendit absens est. Non ergo oculi vident, sed quidam per oculos videt, erige illum, excita illum. Non enim denegat legem, & transibat super legem, te deus fecit, praeposuit te pecoribus, ad imaginem suam te formauit. Siccine uti oculis debes ut pecus tantum, ut videas quid addas ventri, non menti? Erige ergo rationalem aspectum, utere oculis ut homo, intende caelum & terram, ornamenta caeli, fecunditatem terrae, volatus auium, natatus piscium, vim feminum, ordinem temporum. Intende facta & quare factorem: aspice quae vides, & quare quem non vides. Crede in eum quem non vides propter ista quae vides. Et ne sermone meo te exhortatum putes, Apostolum audi dicentem, Inuilibilia enim dei a creatura mundi per ea quae facta sunt, conspiciuntur. Postponebas ista nec attendebas ut homo, sed ut animal irrationale. Clamauit ad te Propheta & frustra clamauit, Nolite esse sicut equus & mulus qui bus non est intellectus: videbas ergo ista & postponebas. Quotidiana miracula dei non facilitate sed assiduitate viluerant. Quid enim difficilius cognitione quam ut nascatur homo, moriendo discedat in secreta qui erat, o iiii nascendo

Luc. 6.

Diuitiae duplices.

1. Petri. 3.

\* Legendum arbitror, cum coeperint abundare veris quidem copiam auri & argenti, sed tamen falsis diuitiis.

Aggei. 2.

Roma. 1.

Psalm. 43.

Coloss. 3.

1. Reg. 17.

Psalm. 3.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

Ioan. 5.

Esai. 7.

1. Petri. 1.

E.

Esai. 7.

Hebrae. 11.

Fidelis diffinitio.

Gen. 1.

Roma. 1.

Psalm. 3.



**G** nascendo procedat in publica qui non erat? Quid tam mirabile, quid tam difficile cognitum? Deo autem facile factum. Mirare ista, expergescere, insolita nosti mirari, maiora sunt quae videre consuevisti. Mirati sunt homines dominum deum nostrum Iesum Christum de quinque panibus saginasse tot milia, & non mirantur per pauca grana impleri segetibus terras. Quae aqua erat vinum factum, viderunt homines & obstupuerunt, quid aliud sit de pluvia per radicem vitis? Ipse illa fecit ipse ista. Illa ut pascaris, ista ut mireris. Sed utraque miranda sunt, quia opera dei sunt. Videt homo insolita & miratur: unde est ipse homo qui miratur ubi erat, unde processit, unde forma corporis unde membrorum distinctio, unde habitus iste speciosus, de quibus primordiis, de quam contemptibilibus, & miratur alia cum sit ipse mirator magnum miraculum. Unde ergo ista quae vides nisi ex illo quidem non vides? Sed ut dicere coeperam, quia tibi ista viluerat, venit ipse ad faciendam insolita, ut & in ipsis solitis agnosceres artificem tuum. Venit ille cui dictum est, Innoua signa. Cui dictum est, Mirifica misericordias tuas. Largiebatur enim eas, largiebatur & nemo mirabatur. Venit ergo paruos ad paruos, venit medicus ad aegrotos, qui poterat venire cum vellet, redire cum vellet, facere quidquid vellet, iudicare ut vellet. Et hoc quod vellet ipsa iustitia est, & quod ille vult, inquam, ipsa iustitia est. Non enim iniquum est quod ille vult, aut aequum potest esse quod non vult. Venit suscitare mortuum mirantibus, reddere luci hominem qui erat in luce, qui quotidie qui non erant producit ad lucem. Fecit ista & contemptus est a multis, plus attendentibus non quam magna faceret, sed quam paruos, tanquam dicentibus apud se ista diuina sunt, sed iste homo est. Duo ergo vides, diuina & hominem. Si diuina non possunt fieri nisi a deo, vide ne in homine lateat deus. Attende, inquam, quae vides, crede quae non vides. Non te deseruit qui vocauit te credas, quanuis iuberet te illud credere quod non potes videre, non tamen te dimisit nihil videntem unde possis credere quod non vides. Parua ne signa, parua ne indicia sunt creatoris ipsa creatura? Venit etiam, fecit miracula, non poteras videre deum, poteras hominem: deus factus est homo ut in vno tibi esset & quod videres & quod crederes. In principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum. Audis & nondum vides. Ecce venit, ecce nascitur, ecce de femina procedit qui fecit masculum & feminam. Qui fecit masculum & feminam non factus est per masculum & feminam. Contempturus enim eras forte qui nasceretur, non contemptus quomodo nasceretur, quia semper erat antequam nasceretur. Ecce, inquam, assumpsit corpus, indutus est carne, processit ex vtero. Iam ne vides, iam, inquam, vides carnem, interrogo, sed carnem ostendo, vides aliquid, & non vides aliquid. Ecce in ipso partu, ecce etiam duo sunt, & quod videas & quod non videas, sed ut per ipsum quod vides credas quod non vides. Contemnere coepas, quia vides qui natus est: crede quod non vides, quia de virgine natus. Quantulus est, inquit, qui natus est, sed quantus est qui de virgine natus est? Et ille qui de virgine natus est miraculum temporale tibi attulit, non est natus de patre, scilicet de patre homine, & natus est de carne. Sed non tibi videatur impossibile, quia natus est per solam matrem qui fecit hominem ante patrem & matrem. Attulit ergo tibi temporale miraculum, ut tu eum queras & mireris aeternum. Etenim ipse qui tanquam sponsus processit de thalamo suo, de vtero scilicet virginali ubi sanctae nuptiae factae sunt verbum & caro,

attulit, inquam, miraculum temporale: sed ipse est aeternus, ipse est patri coaeternus, ipse est qui in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Fecit tibi unde sanareris ut videre posses quod non videbas. Quod contemnis in Christo, nondum est contemplatio sanati, sed medicamentum aegroti. Noli festinare ad visionem sanorum. Angeli vident, angeli gaudent, angeli pascuntur & viuunt, nec deficit unde pascuntur, nec minuitur esca ipsorum. In sublimibus thronis, in partibus caelorum, in his quae supra caelos sunt, videtur verbum ab angelis & gaudetur, & manducatur & permanet. Sed ut panem angelorum manducaret homo, dominus angelorum factus est homo. Hec est salus nostra, medicina infirmorum, cibum sanorum. Et loquebatur hominibus & dicebat quod audistis, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Iam ne putamus, est aliquis qui intelligat? Iam ne putamus, est aliquis in quo proficit collyrium carnis ad intuentium utcumque splendorem diuinitatis? Locutus est, loquamur & nos, ille quia verbum, nos quia de verbo. Quare autem nos utcumque de verbo? Quia ad similitudinem verbi per verbum. Quantum ergo capimus, quantum illius ineffabilitatis participes esse possumus? loquamur & nos, ne contradicatur nobis. Praecessit enim fides nostra ut dicamus, Credidi propter quod locutus sum. Loquor ergo quod credo, utrum etiam utcumque video ille magis videt, hoc videre vos non potestis. Sed cum dixeris, qui videt quod dico siue credat & me videre quod dixi, siue non credat, quid ad me illud, synceriter videat & de me quod vult credat. Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Hic Arrianorum error exurgit, sed exurgit ut cadat, quia non humiliatur ut surgat. Quid est quod te mouit? Filium minorem vis dicere. Audisti enim, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Minorem vis ex hoc filium dici, Noui hoc, noui hoc te mouit, crede minorem non esse, videre nondum potes, crede, hoc est, quod paulo ante dicebam. Sed quomodo, inquit, contra verba ipsius crediturus sum? Ipse dicit, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Attende & quod sequitur, Quaecumque enim facit pater eadem & filius facit: non dixit, talia. Paululum attendat charitas vestra ne vobismet ipsis strepitum faciatis. Tranquillo corde opus est pia & deuota fide, intentione religiosa: non in me vasculum, sed in illum attendite qui panem ponit in vasculo. Attendite ergo paululum. In his enim quae supra diximus hortates ad fidem ut animus indutus fide sit intellectu capax, ea quae dicta sunt festiua lata facilia sonuerunt, exhilarauerunt mentes vestras, secuti estis: intellexistis quae dixi. Quae vero dicturus sum spero aliquos intellecturos, vereor tamen non omnes intellecturos. Et quia deus nobis proposuit per lectionem Euangelij unde dicamus, nec vitare possumus quod proposuit magister, forte vereor ne qui non intellexerint qui fortassis plures erunt ut putent me frustra sibi locutum, sed tamen propter eos qui intellexerint non frustra loquor. Latetur qui intelligit patienter ferat qui non intelligit, quod non intelligit ferat & ut intelligat differat. Non ergo ait, Quaecumque pater facit talia filius facit, tanquam alia faciat pater, & alia filius. Videbatur enim tanquam hoc dixisse cum superius diceret. Non facit a se quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Intende, neque ibi ait, nisi quod audierit patrem iubentem: sed viderit, inquit, patrem facientem. Si ergo carnalem intellectum, vel potius

**A** vel potius sensum interrogemus, quasi duos sibi proposuit artifices patrem & filium, patrem facientem nullo viso, filium facientem a patre viso, carnalis adhuc aspectus est: veruntamen ut ea quae superiora sunt intelligamus, ista humiliora & abiecta non declinemus. Primo sic nobis ante oculos constituamus aliquid, putemus esse duos fabros patrem & filium. Fecit pater arcam quam filius facere non poterat nisi patrem videret facientem: attedit arcam quam fecit pater, & fecit arcam aliam talem, non eandem. Differo paululum verba quae sequuntur & iam interrogo. Arrianum. Siccine intelligis quomodo proposui? Fecit pater aliquid quod cum videret filius patrem facientem, fecit & ipse tale aliquid? Hoc enim videntur sonare verba quibus permotus es. Neque enim ait, Non potest a se facere filius quicquam nisi quod audierit patrem iubentem. Sed ait, Non potest a se facere filius quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Ecce si sic intelligis, fecit pater & attendit filius, ut videret & ipse quod faceret. Faceret autem aliud aliquid tale quale fecerat pater. Hoc quod fecit pater per quem fecit? Si non per filium, si non per verbum incurristi in blasphemiam Euangelij. Omnia enim per ipsum facta sunt. Ergo iam quod fecerat pater, per verbum fecerat: si per verbum fecerat, per filium fecerat. Quis est alius qui attendit ut faciat aliud aliquid quod viderit patrem facientem? Non soletis dicere duos filios habere patrem: vnus est vnicus de illo genitus. Per misericordiam vero suam solus ad diuinitatem & non solus ad hereditatem. Cohæredes vnico suo fecit pater: non quos de sua substantia sicut ipsum genuit, sed quos de familia sua per ipsum adoptauit. In adoptionem quippe filiorum vocati sumus, sicut sancta scriptura testatur. Quid ergo dicis? Ipse vnicus loquitur: ipse filius vnigenitus in Euangelio loquitur: ipsum verbum nobis verba fecit, ipsum audiuimus dicentem, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Iam fecit pater ut videat quod faciat filius, & tamen nil facit pater nisi per filium. Certe turbaris haereticè, certe turbaris, sed tanquam helleboro accepto turbaris ut saneris. Iam te non inuenis, sententiam tuam & carnalem intuitum tuum, quantum arbitror etiam ipse condemnas. Repone oculos carnis post te, erige si aliquid habes in corde, diuina intueri. Audis quidem humana verba per hominem, per Euangelistam, per Euangelium audis humana verba sicut homo. Sed de verbo dei audis ut humana audias, diuina cognoscas. Exagitant magister ut erudiret, seminavit quaestionem ut moueret intentionem. Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Consequens erat quod diceret, Quaecumque enim pater facit, talia facit filius, Non hoc ait, Sed quaecumque pater facit, hæc eadem & filius facit. Non alia pater facit, alia filius facit, quia omnia quae pater facit per filium facit. Suscitauit Lazarum filium, nunquid pater eum non suscitauit? Illuminavit filium caecum, nunquid pater non illuminauit? Illuminavit pater per filium in spiritu sancto. Trinitas est, sed vna operatio, vna maiestas, vna aeternitas, vna coaeternitas, & opera eadem trinitatis. Non alios homines creat pater, alios filius, alios spiritus sanctus. Vnum eundemque hominem & pater & filius & spiritus sanctus creat, & pater & filius & spiritus sanctus vnus deus creat. Attendis pluralitatem personarum, sed vnitatem diuinitatis agnosce. Propter pluralitatem enim personarum dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non ait, faciam hominem, & atten-

de cum facio ut possis & tu alterum facere. Faciamus, inquit, pluralitatem audio, ad imaginem nostram, item pluralitatem audio. Vbi ergo singularitas diuinitatis, lege sequentia, Et fecit deus hominem. Dicitur, Faciamus hominem, & non dicitur fecerunt dii hominem. Intelligitur vnitatis in eo quod dictum est, Fecit deus hominem. Vbi est ergo intentio illa carnalis? Confundatur, abscondatur, perimatur: loquatur nobis verbum dei. Iam pij, iam credentes, iam imbuti fide & comparato aliquo merito intelligentia, conuertamus nos ad ipsum verbum, ad fontem luminis & dicamus simul, Domine eadem fecit pater quae tu, quia quicquid facit pater per te facit. Te verbum audiuimus in principio, non vidimus sed credimus. Ibi consequenter audiuimus, quia omnia per te facta sunt. Omnia ergo quae facit pater per te facit. Eademque ergo facis quae pater. Quid est quare dicere voluisti, non potest filius a se facere quicquam? Video enim aequalitatem quamdam tibi cum patre, in eo quod audio, Quaecumque pater facit, hæc eadem filius facit: agnosco aequalitatem, hic intelligo, hic capio ut possum: ego & pater vnum sumus, quid est quod non potes facere quicquam, nisi quod videris patrem facientem? Quid est hoc? Forte dicat mihi, immo dicat nobis omnibus. Hoc enim quod dixi, Non potest filius facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem, videre meum quomodo intelligis, videre meum quid est? Sequetur paululum formam serui quam propter te suscepit. Etenim in illa forma serui dominus noster oculos & aures habebat in carne, & in illa forma humana qualem & nos portamus eadem figura corporis erat, eadem lineamenta membrorum. Caro illa venerat ex Adâ, sed non erat ille Adâ. Ergo dominus ambulans siue in terra siue in mari, sicut ei placuit sicut voluit: quia quicquam voluit potuit, inspexit quod voluit, iecit oculos, vidit, auertit oculos & non vidit, a tergo erat qui sequebatur, ante erat qui videretur oculis corporis quod ante erat videbat. Diuinitatem vero nihil latebat: seponere seponere, inquam, paululum formam serui, formam dei vide in qua erat antequam mundus fieret, in qua erat aequalis patri, per eum hoc accipe & intellige quid tibi ait, Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Ibi etiam vide si potes, ut possis videre quid sit videre ipsum. In principio erat verbum, quomodo videt verbum? Habet ne oculos verbum, an in illo se inueniunt oculi nostri & oculi non carnales, sed oculi piorum cordium? Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Aspiciet Christum hominem & deum, ostendit tibi hominem, seruat tibi deum. Et vide quia deum tibi seruat qui se tibi hominem ostendit. Qui diligit me, inquit, mandata mea custodit: qui diligit me diligitur a patre meo, & ego diligam eum: & tanquam diceretur, quid ei dabis quem diligit? Et ostendat, inquit, me ipsum illi. Quid est hoc fratres? Quem iam videbant ipse se illis demonstraturum promittebat. Quibus? A quibus videbatur: an a quibus & non videbatur? Sic loquens Apostolo cuidam ait, quærenti videre patrem, ut sufficeret ei & dicenti, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et ille stans ante oculos serui, in forma serui, seruans oculi deificati formam dei, ait illi, Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Qui me videt, videt & patrem: patrem quaeris videre, me vide: vides me & non vides me. Vides quod pro te assumpsi, non vides quod pro te seruaui. Audi mandata, purga oculos, quia qui diligit me mandata mea custodit, & ego diligam eum. Tanquam custodientem mandata mea & tanquam sanato per mandata mea ostendam

De verbis domini, sermo. 18. Ioan. 14.

**G** ostendam meipsum illi. Si ergo fratres videre non possumus quid sit videre verbi, quod inus, quam visionem forte praepraepeire exigimus, quid nobis ostendi volumus quod videre possumus? Ideo ista dicta sunt quae desideramus videre, non quod iam possumus capere. Videre enim verbi si videas forte in eo quod vides videre verbi, ipsum verbum videbis & non aliud sit verbum, aliud videre verbi, ne ibi sit aliquid coaugmentatum & copulatum & duplex & compaginatum. Simplex enim aliquid est ineffabili simplicitate. Non quemadmodum homo aliud est homo, aliud videre hominis. Non aliquando extinguitur quod est videre hominis & manet homo; hoc est quod dicebam dicturum me aliquid quod non possent omnes intelligere, etiam dominus faciat ut aliqui intellexerint. Fratres mei ad hoc exhortatur ut videamus, videre verbi ultra vires nostras esse, quia paratae sunt nutriantur, perficiantur. Vnde? Mandatis. **Ioan. 14.** Quibus mandatis? Qui diligit me mandata mea custodit. Quae mandata? Iam enim crescere volumus, iam roborari, iam perfici, ut videamus videre verbi. **Ioan. 15.** Dic iam, domine quae mandata? Mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis. Hanc ergo fratres charitatem de veritate fontis hauriamus, ista capiamus, in ea nutriamur. Cape per quod sis capax. Charitas te gignat, charitas nutriat, charitas perficiat, charitas roborat ut videas videre verbi non aliud esse verbum & aliud videre ipsum, sed ipsum quod est, videre verbi, hoc esse verbum, & cito forte intelliges, quia illud quod dictum est, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem: tale est ac si diceret, non esset filius nisi de patre nasceretur. Sufficiat fratres novi, id me dixisse, quod cogitatum forte aperitur multis. Sepe verbis dictum forte obfuscetur.

**Psal. 83.** De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Cor meum & caro mea exultaverunt in deum vivum.

**Homilia XXXIIII.**  
**S**ecundum Apostolum fratres charissimi, qui satis diligit seculum non habet plenum divini amoris affectum. Sic enim audistis legi, **1. Ioan. 12.** Qui diligit seculum non est perfecta charitas dei in illo. Ac per hoc tunc perfecte incipit Christianus futuram & aeternam vitam diligere, cum vitam praesentem ceperit non amare. Et ideo statim sequitur in Psalmo, Cor meum & caro mea exultaverunt in deum vivum.

**Psal. 83.** **I** Confirmat quod supra dixerat deum se amare non seculum. Exultavit, sed in deum vivum, hoc est, non exultavit in hoc mundo, nec exultavit in aliqua oblectamenta quae mundi sunt, id est, non in divitiis, non in honore, non in luxuria, non in ebrietate, non in vanitatibus mortuis & cito cum omni suo amore moriturus, sed in deum vivum. Quare non dixit, In deum tantum, sed addidit in deum vivum: Ut ostenderet scilicet quia totum quod non pertineret ad dei cultum debemus habere quasi mortuum. Simulque considerate huius dicti subtilitatem sermonis sacri: cor meum, inquit, & caro mea exultaverunt in deum vivum. Nunquid non suffecerat dicere, Cor meum exultavit in deum vivum: nisi addidisset, & caro mea? Videamus ergo quomodo in deum & cor simul & caro hominis exultat. Quomodo, nisi ut homo & carne & corde deo serviatur. Cor enim exultat in deum quando honesta & sancta cogitat, quando religiosa opera & deo placita concupiscit. Caro autem exultat quando pudica est, quando sobria, quando nulla impuritate polluitur, quando nullis immundis actibus sordidatur. Videte enim est diverso & agnoscite, quae vera sint quae dico:

si viderit aliquis vestrum hominem iniusta dicentem, **K** nunquid dicere potest quod cor illius exultet in deum vivum? Aut si quis alium viderit ebriosum impudicum, fornicatorem, nunquid dicere potest quod caro eius exultet in deum vivum? Nulla enim caro exultat in deum, quae vivit in vitio. Ideo ergo Propheta dicebat, Cor meum & caro mea exultaverunt in deum vivum. Quia & corde retinebat plenam religionis fidem, & carne servabat devotam corporis sanctitatem. Nec sine causa in consequentibus statim Psalmista subdidit dicens, Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos suos. In turture & passere; salvator noster significatur. Fratres charissimi, passer enim, ut scitis, perparva avis est. Turtur enim ut legimus pudicissima. Et ideo salvator noster passer dicitur, quia docuit primus humilitatem. Turtur dictus est, quia docuit primus castitatem. Vnde etiam in canticis canticorum Propheta dicit, Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis doctrina intelligitur salvatoris. Audire cepit, puritatem castitatis adamavit. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi ut reponat pullos suos. Quae est enim domus Christi, nisi ecclesia dei? Quae est domus Christi, nisi conventus populi Christiani? Hanc ergo domum salvator cum ingenti pietate quaesivit & inuenit. Hanc peculiariter diligit. Merito peculiariter diligit, quam peculiariter suo sanguine comparavit. In hac ergo domo salvator congregat pullos suos. Quos ergo credimus? Christi pullos? Quos nisi populos Christianos? Denique qui sunt domini nostri pulli, ipse hodie conventus vester ostendit. Dum enim aspicio vestram congregationem congregasse in Ecclesia, pullos vos video salvatoris. Legamus, quavis in aliis libris scriptum, ut supra dixi, Et turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos, sed utrumque in persona ecclesiae bene convenit, id est, quod nos salvator & congreget & reponat. Congregat enim nos ut doctrinam illius audiamus, & reponit, ut ab insidiis diaboli tuti esse possimus. Quod ut faciat & quotidie faciat, precemur deum salvatorem nostrum, cui est cum patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum, Amen.

**De eo quod dominus ait in Evangelio, Ego sum via, veritas & vita.** **Homilia XXXIIII.**

**R**igunt nos divinae lectiones ne desperatione frangamur, & rursus terrent ne superbia ventilemur. Tenere autem viam mediam, veram, rectam, tanquam inter sinistram desperationis & dexteram praesumptionis difficillimum esset nobis nisi Christus diceret, Ego sum via: ego sum, inquit, via & veritas & vita. Tanquam diceret, Quae vis ire? Ego sum via. Quod vis ire? Ego sum veritas. Vbi vis permanere? Ego sum vita. Secure ergo ambulemus in via, sed insidias timeamus iuxta viam. Inimicus insidiari non audet in via, quia Christus est via. Sed iuxta viam planè non desinet. Vnde & in Psalmo dicitur, Iuxta semitas scandala posuerunt mihi. Dicit & alia scriptura, Memento quia in medio laqueorum ingrederis. Isti laquei inter quos ingredimur non sunt in via, sed tamen sunt iuxta viam. Quid formidas in via? Tunc time si deseras viam. Nam ideo etià permittitur ponere iuxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur, & in insidiis incidatur. Via Christus humilis, Christus veritas & vita, Christus excelsus & deus. Si ambules in humili, peruenies ad excelsum. Si infirmus humilem non asperneris, in excelsis fortissimus permanebis. Quae enim causa humilitatis Christi, nisi infirmitas tua? Veniret ad te tantus medicus, si vel sic aegrotares ut tu possis venire ad me-

**Psal. 139.** **Ecclesiast. 10.**

**A** ad medicum? Venit docens humilitatem qua redeamus, quia superbia nos redire non sinebat. Quia & superbia fecerat recedere exaltatum humanum cor aduersus deum, & negligens in ipsa sanitate praecipua salutaria, decidit anima in infirmitatem, discat audire infirma quem cõtempserit fortis. Audiat ut surgat, quem spreuit ut caderet. Audiat tandem experimento edocta, quod praecipuo noluit obtinere. Docuit enim eam miseria sua quid mali sit a domino fornicari. Recedere enim ab illo simplici & singulari bono, in istas multitudinè voluptates, in amorem seculi corruptionemque terrenarum, fornicari est a deo. Et quodammodo fornicantem allocutus est ut rediret, sapissime per Prophetas increpat tanquam fornicariam, non tamen desperatam, quia in manu habet etiam mundationem fornicariae, qui increpat fornicariam. Non enim sic increpat ut insultet, sed ad confusionem vult perducere ut sanet. Exclamavit scriptura vehementer nec palpauit adulando, quos voluit reparare sanando. Adulteri, neficis, quia amicus huius mundi inimicus dei constituetur. Amor mundi adulterat animam, amor fabricatoris mundi castificat animam, sed nisi de corruptione eruberit, ad amplexus illos castos redire non concupiscet. Confundatur ut redeat quae se iactabat ne rediret. Superbia ergo impediens animam reditum. Qui autem increpat non facit peccatum, sed ostendit peccatum. Quod nolebat anima videre, ponitur ei ante oculos, quod post dorsum habere cupiebat, ad faciem illi admouetur. Vidi te in te. Quid vides stipulam in oculo fratris tui; trabem autem in oculo tuo non vides? Reuocatur ad se quae ibat a se. Sicut a se ierat, sic a domino suo ibat. Se enim respexerat, sibi que placuerat, suaeque potestatis amatrix facta fuerat, recessit ab illo, & non remansit in se, & a se repellitur, & a se excluditur, in exteriora prolabitur. Amat mundum, amat temporalia, amat terrena, quae si seipsam amaret, neglecto a quo facta est iam minus esset, iam deficeret amando quod minus est. Minus est enim ipsa quam deus, & longe minus, tantoque minus quantum minus est res facta quam factor. Ergo amandus erat deus, & amandus est deus, ita ut si fieri potest nos ipsos obliuiscamur. Quis ergo est iste transitus: oblita est anima seipsam, sed amando mundum oblita est se: sed non amando artificem mundi, pulsa est & a se. Pulsa ergo & a se quodammodo perdidit se, nec facta sua nonit videre, iustificat iniquitates suas & fertur & superbit in petulantia in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in diuitiis, in potentia vanitatis: arguitur, corripitur, ostenditur sibi, displicet sibi, confitetur foeditatem, desiderat pulchritudinem, & quae ibat effusa, redit confusa. Contra illam videtur orare, an pro illa qui dicit, Imple facies eorum ignominia. Aduersarius apparet, inimicus apparet. Audi quod sequitur, & vide utrum orare possit amicus. Imple, inquit, facies eorum ignominia & quarent nomen tuum domine. Oderat eos quorum facies ignominia imple-re cupiebat. Vide quemadmodum amat eos quos vult quærere nomen domini. Amat tantum, an odit tantum? An & odit & amat? Imò & odit & amat. Odit tua, amat te. Quid est, odit tua amat te? Odit quod fecisti, amat quod fecit deus. Quae sunt enim tua nisi peccata? Et quid es tu nisi quod fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam? Negligis quod factus es, & diligis quod fecisti. Amas extra te opera tua, negligis in te opus dei. Merito is, merito laboris, merito & a teipso pergis, merito audis: spiritus ambulans & non re-

**Psal. 77.**

uertens. Audi potius vocantem & dicentem, **D** conuertimini ad me & conuertar ad vos. Non enim deus auertitur & conuertitur, manens corripit, incommutabilis corripit. Auersus est, quia tu te auertisti. Tu ab illo fecisti casum, non ipse ante fecit occasum. Ergo audi dicentem tibi, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos: hoc est enim, conuertar ad vos, quia conuertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, faciem redeuntis illuminat. Quod enim fugies a deo fugiens? Quod fugies fugiens ab illo qui nullo loco continetur & nusquam absens est? Qui conuersum liberat, punit auersum. Habes iudicem fugiens, patrem habeto rediens. Tumuerat autem superbia, & ipso tumore per angustiam redire non poterat. Clamat ille qui factus est via: intrate per angustam portam. Conatur ingredi, impedit tumor, & tanto magis perniciose conatur, quanto magis impedit tumor. Tumidum autem vexat angustia, vexatus autem amplius tumebit. Amplius tumens quando intrabit? Ergo detumescat. Vnde detumescat: Accipiat humilitatis medicamentum, bibat contra tumorem, poculum amarum sed salubre, bibat poculum humilitatis. Quid se arcet? Non sinet moles, non magna sed tumida. Magnitudo enim soliditatem habet, tumor inflationem. Non sibi magnus tumidus videatur, detumescat ut magis sit, ut certus sit, ut solidus. Non ista desideret, non de ista pompa rerum labentium corruptibiliumque gloriatur, audiat eum ipsum qui dixit, Intrate per angustam portam, dicentem, Ego sum via. Quasi enim quaereret tumidus quae intrabo? Ego sum via, inquit, per me intra, non nisi per me ambulans ut intres per ianuam. Nam sicut dixit, Ego sum via: ita etiam, Ego sum ianua. Quid quaeris quae redeas, quod redeas, quae intres? Ne alibi erres, ipse tibi omnia factus est. Breuiter ergo dicit, Humilis esto, mitis esto. Audiamus hoc apertissime dicentem, ut videas quae sit via, quae sit via, quod sit via, quod vis venire. Certe forte auaritia omnia vis possidere. Omnia mihi, inquit, tradita sunt a patre meo. Fortasse dicturus es, Christo sunt tradita, non mihi. Audi Apostolum dicentem, Audi, ut dixi iam dudum, ne desperatione frangaris. Audi quomodo amatus es, turpis, foedus, antequam esset in te, quod amari dignum esset. Amatus es prius ut dignus fieres qui amareris. Etenim Christus, sicut ait Apostolus, pro impiis mortuus est. An forte impius amari merebat? Quare? Quid merebatur impius? Damnari, respondes. Christus tamen pro impiis mortuus est. Ecce quid tibi praestitum est impio, iam pio quid seruatur? Quid praestitum est impio? Christus pro impiis mortuus est. Desiderabas autem omnia possidere, noli per auaritiam, per pietatem hoc quare, per humilitatem hoc quare. Si enim ita quaesieris, possidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt omnia, & cum ipso omnia possidebis. Non haec quasi ratiocinando dicimus, Audi Apostolum ipsum dicentem, Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Auare, ecce habes omnia. Omnia quae amas ut non impediaris a Christo contemne, & ipsum tene in quo possis omnia possidere. Ipse ergo medicus nihil tali indigens medicamento, tamen ut exhortaretur aegrotum bibit, quod opus non erat tanquam recusantem alloquens, & trepidum erigens bibit prior. Calicem, inquit, quem ego bibiturus sum, qui in me non habeo quod ab illo calice sanetur: bibiturus sum tamen ne tu dedigneris bibere cui opus est ut bibas. Iam videte fratres, si amplius aegrotare debet genus huma-

**Roma. 8.**

Matth. 11. Gnum accepta tanta medicina: Iam humilis deus, & ad-  
huc superbus homo. Audiatur, discat. Omnia mihi, inquit,  
tradita sunt a patre meo. Si desideras omnia, mecum  
habebis, si desideras patrem, per me habebis & in me  
habebis. Nemo cognoscit patrem nisi filius, Noli despe-  
rare. Veni ad filium. Audi quod sequitur, Et cui volue-  
rit filius revelare. Dicebas non possum. Per angustiam  
me vocas. Non possum intrare per angustiam. Veni-  
te, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis;  
Sarcina vobis tumor vester est. Venite ad me omnes  
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tol-  
lite iugum meum super vos, & discite a me. Clamat  
magister angelorum; clamat verbum dei, quo ratio-  
nales omnes mentes sine defectu pascuntur. Cibis re-  
ficiens & integer permanens clamat & dicit, Discite  
a me. Exaudiat populus dicentem, Discite a me: Re-  
spondeat, quid discimus a te? A magno enim artifice  
nescio quid audituri sumus, cum dicit, Discite a me.  
Quis est qui dicit, discite a me? Qui formavit terram,  
qui distinxit mare & aridam, qui creavit volatilia, qui  
creavit animalia terrena; qui creavit omnia natantia,  
qui posuit in caelo sidera, qui distinxit diem & no-  
ctem, qui firmavit ipsam firmamentum; qui lucem a te-  
nebris separavit, ipse dicit, Discite a me. Nunquid forte  
hoc nobis dicturus est ut ista cum illo faciamus? Qui  
hoc potest: solus deus facit. Noli, inquit, timere, non  
te onerabo: Hoc a me discite quod propter te factus sum.  
Discite a me, inquit, non formare creaturam quae per  
me facta est, nec illa quidem dico discatis, quia quibus-  
dam donavi quibus volui non omnibus suscitare mor-  
tuos, illuminare caecos, aperire aures surdorum, nec ista  
pro magno velitis discere a me. Gaudis discipuli & ex-  
ultantes redierunt dicentes, Ecce in nomine tuo & da-  
monia nobis subiecta sunt. Ait illis Iesus, Nolite in hoc  
gaudere, quia demonia vobis subiecta sunt, gaudete po-  
tius, quia nomina vestra scripta sunt in caelo. Quibus  
voluit donavit expellere demonia, donavit quibus vo-  
luit mortuos suscitare. Facta sunt & haec miracula ante  
incarnationem domini. Suscitati sunt mortui, munda-  
ti sunt leprosi. Legimus haec. Et quis fecit tunc nisi  
ille qui postea homo Christus post David, sed deus  
Christus ante Abraham, ipse donavit haec omnia, ipse  
per homines fecit, nec tam omnibus haec dedit. Nun-  
quid quibus haec non dedit desperare debent, dicere  
I se non pervenire ad eum, quia haec dona accipere non  
meruerunt? In corpore membra sunt, aliud potest illud  
membrum, aliud illud. Compegit corpus deus, non tri-  
buit auri ut videat, nec oculo ut audiat, nec fronti ut  
olfaciat, nec manui ut gustet: non dedit haec, sed om-  
nibus membris sanitatem dedit, compagem dedit, vni-  
tatem dedit, spiritu omnia pariter vivificavit & vniuit.  
Sic ergo dedit etiam mortuos suscitare, alij dedit  
disputare: omnibus tamen quid dedit? Discite a me quia  
mitis sum, & humilis corde. Quoniam audivimus di-  
centem, Mitis sum & humilis corde. Fratres mei, tota  
medicina nostra ista est, Discite a me quia mitis sum  
& humilis corde. Quid prodest si miracula facit & sit  
superbus, non sit mitis & non humilis corde? Nonne  
in illo numero deputabitur eorum qui venturi sunt in  
finem & dicturi, Nonne in nomine tuo prophetavi-  
mus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Sed  
quid audient, non novit vos. Recedite a me omnes qui  
operamini iniquitatem. Quid ergo prodest ut dica-  
mus quoniam mitis sum & humilis corde? Charitatem  
inferit & germanissimam charitatem, si ac confusio-

ne, sine inflatione, sine elatione, sine fallacia: hoc infe-  
rit qui dicit, Discite a me, quia mitis sum & humilis  
corde. Quando potest sincerissimam habere charita-  
tem superbus & inflatus? Necessesse est ut inuideat. An for-  
te qui inuidet amat, & nos erramus? Absit ut quisque sic  
erret ut inuidum dicat habere charitatem. Ergo quid  
dicit Apostolus, Charitas non amulatur. Quare non  
amulatur? Non inflatur: causam statim subiecit, unde  
abstulerit amulationem charitati. Quia non inflatur,  
non amulatur. Primo quidem illud dixit, Charitas non  
amulatur, sed tu quasi quares, quare non amulatur;  
addidit, non inflatur. Si ergo ideo amulatur, quia in-  
flatur: si non inflatur non amulatur. Si charitas non in-  
flatur & ideo non amulatur, charitatem inferit qui ait,  
Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Iam  
quilibet habeat quod vult, iacet se unde vult. Si linguis  
hominum loquar & angelorum, charitatem autem non  
habeam, factus sum ut aramentum sonans aut cymba-  
lum tinniens. Quid sublimius munere linguarum di-  
versarum? Aramentum est, cymbalum tinniens, si au-  
feras charitatem. Audi alia munera. Si sciam omnia fa-  
cienda, quid excellentius? quid magnificentius? Audi  
adhuc aliud, Si habeam omnem prophetiam & omnem  
fidem, ita ut montes transfferam: charitatem autem non  
habeam, nihil sum. Accessit ad ampliora fratres, Quid  
aliud dixit, Si distribuam omnia mea pauperibus: quid  
potest fieri perfectius? Quandoquidem diviti propter  
perfectiorem hoc dominus imperavit dicens, Si vis  
perfectus esse, vade vende omnia quae habes, & da pau-  
peribus. Iam ergo perfectus est, quia vendidit omnia sua  
& dedit pauperibus. Nam ideo addidit, Et veni sequere  
me. Vende omnia, inquit, da pauperibus, & veni seque-  
re me. Quare te sequor? Iam venditis omnibus distri-  
butis pauperibus, nonne perfectus sum? quid opus est ut  
te sequar? Sequere me ut discas, quoniam mitis sum &  
humilis corde. Potest enim quisque vendere omnia sua  
& dare pauperibus nondum mitis, non humilis corde.  
Certe potest. Si enim omnia mea distribuero pauperi-  
bus. Et adhuc audi. Nam quidam relictis omnibus quae  
habuerunt, iam secuti sunt dominum, sed nondum ad  
perfectum secuti. Ad perfectum enim sequi, est imitari.  
Non potuerunt ferre tentamentum passionis. Iam Pe-  
trus, fratres, erat ex his qui dimiserant omnia, & secuti  
erant dominum. Nam divite illo cum tristitia receden-  
te, ubi conturbati discipuli interrogaverunt, quod quis  
tandem posset esse perfectus, & eos consolatus est do-  
minus, dixerant domino, Ecce nos dimisimus omnia,  
& secuti sumus te, quid ergo nobis erit? Et dixit domi-  
nus quid eis hic daret, quid in futurum reseraret: ta-  
men iste iam ex eorum numero qui haec fecerant. At  
ubi ventum est ad articulum passionis, ad vocem vnius  
ancilla ter negavit eum, cum quo se moriturum esse  
promiserat. Intendat ergo charitas vestra, Vade, inquit,  
omnia tua vende, & da pauperibus, & habebis thesau-  
rum in caelo, & veni sequere me. Perfectus est Petrus  
iam domino in caelo sedente ad dexteram patris, tunc  
perfectus est & maturus factus. Ad passionem ergo cum  
sequeretur dominum non perfectus erat. At ubi non esse  
cepit in terra quem sequeretur, tunc perfectus est, immo  
vero semper ante te habes quem sequaris, dominus ex-  
emplum in terram posuit, cum Euangelium ibi reliquit,  
in Euangelio tecum est. Non enim mentitus est dicens,  
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad  
consummationem seculi. Ergo sequere dominum. Quid  
est, sequere dominum? Imitare dominum. Quid est imi-  
tare

Matth. 11. A tare dominum? Discite a me quia mitis sum & humilis  
corde, Quia si distribuero omnia mea pauperibus, &  
tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem  
non habeam, nihil mihi prodest. Exhortor ergo chari-  
tatem vestram ad ipsam charitatem: non autem exhor-  
tarer ad charitatem, nisi aliqua charitatem. Quod ergo  
inchoatum est exhortor ut impleatur, & quod ceptum  
est rogo ut perficiatur. Et pro me a vobis rogari quaeso,  
ut & in me perficiatur quod vos moneo. Omnes enim  
imperfecti sumus, & ibi perficiemur ubi perfecta sunt  
omnia. Paulus Apostolus dicit, Fratres, ego me non ar-  
bitror apprehendisse. Ipse dicit, Non quia iam accepe-  
rim, aut iam perfectus sum. Et quisque hominum se au-  
det de perfectione iactare? Immo confiteamur imper-  
fectionem, ut mereamur perfectionem.

De praedicatione temporum Christianorum in divinis scripturis:  
Homilia XXXV.

Philipp. 3. **I**N omnibus scripturis divinis, fratres charissi-  
mi, Christianorum tempora praedicta sunt. Hoc  
ideo, quia futurum erat ut reges terre, qui pro-  
pter idola persequebantur Christianos, propter Christi  
idola deleterent, & subiugaretur omnis potestas iugo  
Christi, ut impleteretur quod dictum est, Vltus sum eas.  
Quid est enim, vltus sum eas? Vindicavi me de ipsis.  
Corpore Christi loquitur, vindicavi me de inimicis meis.  
Quomodo me vindicavi? Occidendo in eis errorem,  
fufcitando fidem. Quicquid enim erat quod in omni-  
bus malis & peruersis persequebatur Christianos, dele-  
tum est. Homo enim quando te persequitur, noli atten-  
dere illam figuram quam fecit deus, aut animam illam  
quam ispiravit deus: non te persequitur quod fecit deus,  
sed mala quae fecit homo. Omnia quae fecit deus lau-  
dant deum. Audistis in benedictionibus, & auditis omni  
solennitate quando leguntur, quomodo omnia laudant  
deum, caelestia & terrestria, angeli, homines, luminaria  
caeli, arbores terrae, flumina, maria, quicquid deus crea-  
vit, siue in caelo, siue in terra, siue in mari, laudant deum.  
Nunquid aliquando ibi audistis, quia laudat deum aua-  
ritia? Nunquid aliquando ibi audistis, quia laudat deum  
ebriositas? Nunquid audistis ibi, quia laudat deum luxu-  
ria? Nunquid aliquando ibi audistis, quia laudat deum  
haeresis? Omnia ista quare non laudant deum? Quia non  
sunt creata a deo. Et arbor servavit quod creata est, ho-  
mo deleuit quod erectus est. Si enim servaret in se bo-  
num quod in illo creavit deus, id est, imaginem suam,  
semper laudaret deum, non solum lingua, sed & vita.  
Ergo praedicta sunt tempora nostra. Sed in temporibus  
nostris praedicta sunt futura schismata. Quomodo  
ergo pugnavit illa ecclesia contra diabolum, sic & ista  
pugnat. Nunquid cessatur\* pugnaire adversus diabo-  
lum? Sed dictum est de diabolo, quia leo & draco est,  
Leo propter impetum, draco propter insidias: leo aperte  
irascitur, draco occulte insidiatur. Pugnavit ecclesia  
prioribus temporibus adversus leonem, pugnat modo  
adversus draconem. Sed quomodo victus est leo, vin-  
citur & draco. Quae fortitudo leonis contra illum leo-  
nem de quo scriptum est, Vicit leo de tribu Iuda? Et  
quae fortitudo draconis contra mortem domini qui  
serpentem suspendit in ligno? Triumphavit enim de  
morte, quam diabolus propinauerat per astutias suas  
hominibus. Et cum exaltaret Moyses serpentem in eremo  
in ligno, populus qui mordebatur a serpente, attendebat  
serpentem & sanabatur: sic & modo quicumque mor-  
derit astutia satanae, intueatur Christum in ligno pen-  
dentem. Ibi enim mors occisa est, dominus semper vi-

uit. Sed ut occideret mortem vestitus est morte. Non  
enim potuit mors mori nisi in vita. Non moritur ama-  
ritudo nisi in dulcedine, non moritur frigus nisi in ca-  
lore, non est mortua mors nisi in vita. Quis est vita?  
Christus noster. Sed vita induta erat mortem. Crucifi-  
xus est, occisus est, mortuus est, & resurrexit tota vita.  
Interfecta morte & deglutita morte, iam vita surrexit,  
ut diceret de illo Apostolus, Scimus quia Christus non  
moriatur, & mors ei ultra non dominabitur. Quia autem  
dominata est primo homini mors, volenti dominata  
est, inflavit se adversus eum satelles leonis. Tunc iudex  
a quo iudicabatur erexit cervicem & ait, Non mihi re-  
spondes? Rugitus factus leonis, tument colla serpentis,  
sedantur ad responsum agni, qui novit occidere leo-  
nem. Audi quia volenti dominata est mors. Cum enim  
haec ab illo audivit, respondit, Non haberes in me po-  
testatem, nisi data tibi esset de caelo. Quis dedit hanc  
desuper potestatem? Deus. Quis est deus? Pater & filius  
& spiritus sanctus. Ut ergo esset homini potestas in deo,  
ab ipso deo accepit potestatem homo ut iudicaret deum,  
deum occultum, hominem manifestum. Ut ergo leo-  
nem & draconem, de quo supra dictum est, possimus  
cum dei adiutorio vincere, cum grandi timore ac tre-  
more ante oculos habeamus illud quod ait Apostolus  
Petrus, Adversarius vester diabolus tanquam leo rugi-  
ens aliquid devorare querens circuit. Et illud quod  
de dracone Apostolus nos admonet, ut eum omni so-  
licitudine caueamus. Aptavi vos, inquit, vni viro virgi-  
nem castam exhibere Christo: sed timeo ne sicut ser-  
pens seduxit Etiam astutia sua, ita & sensus vestri cor-  
rumpantur a simplicitate quae est in Christo Iesu. Qua-  
do ergo tibi aliqua publica tribulatio nata fuerit, ra-  
biem ac saevitiam leonis intellige. Quando te male  
concupiscentiae ad avaritiam vel luxuriam callida se-  
ductione sollicitant, draconis blandimenta cognosce. Si  
ergo fidem rectam cupis fideliter custodire, in adver-  
sis fortis esto contra leonis saevitiam. Si vero virgini-  
tatem animae integram servare desideras, quantum po-  
tes observa blandimenta draconis: Ne forte si incautus  
fueris quinque sensus qui in te sunt quasi quinque  
virgines permittas a serpente corrumpi. Quicquid enim  
pulchrescit visu, quicquid dulcescit gustu, quicquid bla-  
nditur auditu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid  
mollescit tactu, in his omnibus si incauti fuerimus,  
surrepentibus concupiscentiis malis, animae virginitatem  
corrumpi permittimus, & impletur in nobis illud  
quod per Prophetam dictum est, Intrauit mors per fe-  
nestras vestras. Per hos enim quinque sensus quasi per  
quasdam ianuas, aut mors, aut vita animam nostram in-  
greditur. Simus ergo auxiliante domino de illis quinque  
virginibus sapientibus, quae sicut in Euangelio legimus,  
portauerunt oleum in lampadibus suis: Et quantum pos-  
sumus observemus ne inter illas stultas inueniamur,  
quae sibi de sola corporis integritate plaudentes, virgi-  
nitatem animae per corruptionem quinque sensuum  
perdiderunt, quae non portauerunt oleum secum. Qui-  
bus dictum est, Ite emittite vobis a vendentibus oleum.  
Oleum enim hoc loco adulatio & laus humana, Ven-  
dunt oleum omnes adulatores. Ergo stultae illae dictae  
sunt, quae fornicibus quarebant laudem, non intus in co-  
scientia habebant, ideo non portabant oleum secum:  
id est, qui laudem in aliena lingua, non in conscientia  
sua volebant habere. Tamen quid responderunt illis  
stultis: Ne forte non sufficiat nobis & vobis: quomo-  
do Apostolus dixit, Sed neque ego meipsum diudico.  
Si ergo

Luc. 10.

4. Reg. 2.  
4. & 5.

Matth. 11.

Matth. 7.

1. Corin. 13.

Matth. 11.

1. Corin. 13.

Matth. 19.

Ibidem.

Matth. 26.

Matth. 23.

Philipp. 3.

Philipp. 3.

Apoca. 5.

Nume. 21.  
Ioan. 3.

Roma. 6.

Ioan. 19.

1. Petri. 5.

2. Corin. 11.

Hiere. 9.

Matth. 23.

1. Corin. 4.



**G** Si ergo conscientia nostra sub examine iudicij dei trepidat, & quamvis sibi recta putet, tamen timet ne exeat iustitiae regula de thesauro illius, & inveniatur tortum quod videbatur rectum, quanto minus curare debemus aliena iudicia de nobis charissimi siue mala siue bona, nec valde gaudere debemus quando laudamur, nec contristari quando vituperamur: nec coronare nos potest laus falsa, nec damnare vituperatio falsa. Quamdiu autem vivimus hic, de nobis ipsis nos ipsi iudicare non possumus, non dico quid cras erimus, sed quid hodie sumus: quanto minus debemus moveri iudicij alienis, quam de conscientia nostra quae nobis perhibet testimonium. Nam gloria nostra debet esse conscientia nostra. Itaque fratres paululum aduertat charitas vestra ut dicam quod volo, & si non sicut volo, sicut dominus dederit & voluerit, Quod maxime necessarium est quotidianis tentationibus & ecclesiae catholicae quia inter tentationes vivit, & inter tentationes crescit, & inter tentationes perdurat, & in tentationes pervenit. Sed cum pervenerit succedet quies labori, recedit tentatio, manet benedictio. Sed rogo vos fratres ne sine causa audiat, ista tenete, ruminare, parcimini inde, non recedat de ore vestro quod modo memoriae commendatur.

**H** Memoria hominis sic est, quomodo venter pecoris: Non istis quia in lege immunda dicta sunt animalia quae non ruminant, quae autem ruminant munda sunt, & quaecumque habent vngulam fissam, pertinent ad discernendum verum & falsum. Fissa vngula pertinet ad discernendum quid dextrum quid sinistrum. Ruminatio enim pertinet ad eos qui cogitant postea quod audierunt & tenuerint. Nam modo manducamus, & in memoriam tanquam in ventrem mittitur. Sed quid facit pecus quando ruminat? Illud quod in presepe iactatum fuerat & in ventre repositum, reuocat ad os, & in ipsa dulcedine conquiescit. Hoc dixi ut commendarem vobis ne fitis immundi tanquam pecora. Accepit illud in ventre, postea non ruminat, & transit tota dulcedo: Et nihil vobis prodest quod reconditum est, quia non redit ad os dulcedo. Audite illud expresse, & aperte dictum alia sententia, quod obscure & mystice de ruminantibus animalibus dictum alio loco aperte expositum est, ut intelligamus quid sit, Theaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud.

De eo quod in Esaiâ scriptum est, Ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitiienti:

Homilia XXXVII.

**D**E domino & Salvatore nostro fratres dilectissimi ante multa tempora prophetatum est, Ascendet sicut virgultum & sicut radix de terra sitiienti. Quare ut radix? Ideo quia non est illi species neque honor. Passus est, humiliatus est, consputus est, non habebat speciem, homo apparebat cum deus esset. Sed quomodo radix non est pulchra, sed intus habet vim pulchritudinis suae. Attendite fratres mei, videte misericordiam dei. Attendis arborem pulchram, amoenam, foliis virentem, fructibus opulentam, laudas. Delestat aliquid de fructu carpere, sub umbra eius sedere & requiescere ab aestu: Laudas totam illam pulchritudinem. Si radix ostendatur tibi, nulla pulchritudo in ea est. Noli contemnere quod abiectum est, inde processit quod miraris, ut radix sit in terra sitienti. Attendite modo charitatem arboris, crevit ecclesia, crediderunt gentes, visi sunt terrae principes sub nomine Christi, ut essent victores in orbe terrarum. Positum est collum eorum sub iugo Christi. Persequebantur ante Christia-

nos pro idolis, persequebantur idola propter Christum. Omnes confugiunt ad auxilium ecclesiae, in omni pressura, in omni tribulatione sua. Crevit illud granum sinapis, factum est maius super omnia olera. Veniunt volatilia caeli, superbi seculi, & requiescunt sub ramis eius. Unde haec tanta pulchritudo? Nescio de qua radice surrexit, & ista pulchritudo in magna gloria est. Quaramus radicem. Consputus est, humiliatus est, flagellatus est, crucifixus est, vulneratus est, contemptus est. Ecce hic species non est, sed in ecclesia gloria radices pollet. Ergo ipsum describit sponsum, illum contemptum, in honorem abiectum. Sed modo videre habetis arborem quae surrexit de ista radice, & implevit orbem terrarum. Radix de terra sitienti, non est species illi neque honor: Et vidimus illum & non habuit speciem neque decorem. Nonne hic est fabri filius qui non habuit decorem, ut diceretur, Nonne verum dicimus quia daemonium habes? In nomine autem ipsius daemonia fugiebant, & illi obicitur, quia daemonium habes. Sed quare hoc? Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Quae species illius intus erat ubi non videbatur? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quae est species illius? Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Et ubi visus est non habere speciem neque decorem? Et non habuit speciem, sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius ab omnibus hominibus, homo in plaga, in plaga homo, ante plagam deus, post plagam deus homo, homo in plaga & qui sciat ferre infirmitates. Infirmitates quorum ipsorum a quibus pariebatur. Medicus ferebat infirmitates phreneticorum, & cum ipse crucifigeretur, orabat & dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Attendite quomodo amemus, sponsus quanto magis deformis nobis commendatur, tanto charior, tanto dulcior factus ipsi: propter quod & auertit se. Auertit se ne illum intelligerent illi qui eum crucifigebant. Facies eius iniuriata est, nec magni aestimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est & nos existimamus illum in doloribus esse & in plaga, & in poena, ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostrae in eum, liuore eius sanati sumus. Omnes ut oves erravimus, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris. Evangelium est an prophetia? Quid dicunt contra ista Iudaei? Nonne mirum esse audire eos ista, habere illos ista, legere illos ista? Non inueniri de quo dici potuerunt, nisi de illo vno qui in Evangelio praedicatur per orbem terrarum, & adhuc non esse Christianos, sed sic esse illos caecos aduersus euidentissima eloquia Prophetarum. Noli mirari caecitatem Iudaeorum de Christo. Ecce transit quod dicitur de sponso, incipit dici & de sponsa. Et quomodo in sponso miraberis caecitatem Iudaeorum, sic in sponsa miraberis caecitatem hereticorum. Iam modo miremur caecitatem Iudaeorum. Dominus tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse quoniam traditus est non aperuit os. Ut omnis ad immolandum ductus est, ut agnus ante eum qui se tonderet sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est: & ne contempnas, Generationem eius quis enarrabit? Quam generationem? Ante Luciferum genui te. Ecce vna generatio, Ante Luciferum, ante omnia quae facta sunt, ante omnes angelos, ante omnem creaturam. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt. Sed forte secunda eius generatio narratur. Quis illam narrat? Fide

**A** Fide concipitur, masculus non accedit, verus virginis timet, procedit tanquam sponsus de thalamo suo: mirabilis ista generatio, mirabilis ista humana quia sine patre, mirabilis illa quia sine matre. Ut otis ad immolandum ductus est, & ut agnus ante eum qui se tonderet, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est, Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Resurrectionem eius predicat. Videtis quia verus dominus quasi potens non possit, nisi vere charitas haec dicebat, Quae scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis de me, quia oportebat Christum pati & resurgere. Audistis & resurgere. Modo audistis, quoniam tolletur de terra vita eius: & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipiens ab Hierusalem. Audietis & illud ab isto Propheta, non quia debemus Prophetam praepone deo, praeco praecessit, iudex secutus est. Non sua sed iudicis verba praeco dicebat, & iudex consequens verba sua in praeco firmavit. Quoniam tolletur de terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem: Audiebatis modo dicentem illis, Quid vobis feci? Si inuenistis in me peccatum, arguite me: Et illi, Crucifige crucifige, ut putabatur hominem, tamen innocentem. Ergo ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem: Dabo ergo malos pro sepultura eius. Quid est hoc, Dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius? Malos propter sepulturam eius, & diuites propter mortem eius. Diues ille ab Arimathia Ioseph, cum dominus penderet in cruce intrauit ad Pilatum & petiit corpus eius, obsecutus est ut sepeliret, dati sunt diuites pro morte eius. Sepeliuit pauperem in quo diuitias requirebat. Ergo diuites propter mortem eius. Quod postea dixit primo factum est, quod primo dixit postea factum est, malos pro sepultura eius. Vbi ostendimus? Intrauerunt Iudaei ad Pilatum & dixerunt ei, Domine audiui quia ille planus, id est, ille impostor dixit discipulis suis, quia resurrexerit erit occisus, iube custodiatur sepulchrum, ne forte veniant discipuli eius nocte & auferant eum, & fiat error maior priore. Ait illis Pilatus, Habetis milites, ite custodite sicut vultis. Acceperunt milites, posuerunt ibi. Mali sunt isti, ipsi sunt dati propter sepulturam eius ad custodiendum. Sed unde probauimus, quia mali sunt? Milites innocentes erant missi, iudex eis praepcepit, venerunt ad sepulchrum, custodiendum. Audi quia mali sunt. Lege Evangelium, Postea quam resurrexit dominus & viderunt angelum, conterriti & consternati sunt. Quando dictum est aliis, Nolite timere vos, isti timore percussi, quia fide subleuati non sunt: Et tamen cum ista scirent, venerunt ad Iudaeos, dixerunt illis ista omnia. Dixerunt Iudaei, Damus vobis pecuniam. Ergo mali erant, veritatem absconderunt, mendacium vendiderunt. Et quomodo mendacium vendiderunt? Non mirum, mendacium vendiderunt, mendacium caeci caecis. Dicite, dictum est illis, quia dormientibus nobis venerunt discipuli eius & subtraxerunt illum. O vanitas vendens vanitatem, vanitatem audituris vanis & credituris. Hodieque hoc est apud Iudaeos, sic habetur ipsa fama quam vana, quam falsa, quam inanis. Testimonium martyrum nolunt audire ut viuant, & testimonium dormientium audiunt ut pereant. Si dormiebant custodes, unde scire poterunt quis illum tulerit de sepulchro? Aut quid vigilabas male? O male de quo non sine causa dixit Propheta, Dabo malos pro sepultura eius. O mali, o pessimi, aut vigilabatis & cu-

stodire debuitis, aut dormiebatis & quid sit factum nescitis. Impletum est enim quod spiritus sanctus per Psalmistam multum ante praedixerat, Cogitauerunt consilium quod non poterunt stabilire. Nos ergo fratres charissimi pro quorum salute ista omnia & praedicta sunt & impleta gratias agamus diuinae misericordiae, & quantum possumus totis viribus laboremus, ut beneficia dei non nobis iudicium pariant sed profectum, ut cum tremendus iudicij dies & tempus reddenda rationis aduenerit, quicquid nobis dominus & saluator noster contulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. Equidem ille cum venerit reddidit quod promissit, sed requisitus est quod redemit, & quod in primo aduentu contulit, exacturus est in secundo. Quamuis multum praesumere debeamus de misericordia dei, non tamen negligenter debemus timere iustitiam eius. Cum iustitia enim te iudicabit, qui cum misericordia te redemit. Nam quod tam longo tempore peccamus & parcat, non est negligentia sed patientia: Non ille potentiam perdidit, sed nos ad poenitentiam reseruauit. Teneamus ergo iustitiam cuius misericordiam desideramus. Parcat enim modo sed non tacet, sed si tacet non semper tacebit: Audiamus ergo eum dum non tacet in praeco, Et si volumus ut nobis parcat cum non tacuerit in iudicio. Modo enim praerogatur nobis misericordia, tunc a nobis exigetur iustitia, & reddet unicuique secundum opera sua; ac fiet illud quod Apostolus dixit, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.

De eo quod dominus dicit in Evangelio, Qui amat animam suam perdet illam:

Homilia XXXVII.

**M**odo fratres charissimi cum diuina lectio legeretur, audiui dominum dicentem, Qui amat animam suam perdet illam: Huius sententiae quasi contrarium videtur esse quod ait Apostolus, Nemo unquam carnem suam odio habuit. Si ergo nemo est qui carnem suam oderit, quantum magis nemo est qui animam suam? Multum quippe anima carni praeponeatur, quia ipsa est habitatrix, caro habitaculum. Et anima dominatur, caro autem seruit. Anima superior est, caro subiecta est. Si ergo nemo unquam carnem suam odio habuit, quis est qui animam suam oderit? Propter hoc non paruam questionem nobis intulit praesens Evangelica lectio, ubi audiui, Qui amat animam suam perdet illam. Periculosum est homini animam amare ne perdat. Sed si propterea periculosum est ut amet animam tuam ne pereat anima tua, ideo non debet illam amare, quia non vis illam perire. Si autem non vis illam perire, amas illam. Quid est hoc si amo perdo? Ergo non amem ne perdam. Sed quia timeo perdere ideo non amo, utique eo quod timeo. Dicit & alibi dominus, Quid prodest homini, si totum mundum lucratur, animam vero suam detrimetum patiat? Ecce quia sic est amanda anima, ut lucro totius mundi praeratur, & tamen obseruet qui animam amat, quia si amat, perdet illam. Non vis perdere eam, noli illam amare. Sed si non vis eam perdere, non potes eam non amare. Sunt ergo qui peruerse animam suam amant, & hoc vult dei sermo corrigere, non ut oderint animam suam, sed ut recte diligant. Male enim diligendo perdunt eam, & fit quiddam magni quasi preposterum & contrarium. Sed ita tamen fit ut si diligas eam peruerse, perdas illam. Si oderis illam recte conferues illam. Est ergo quidam peruersus amor eius, & quoddam rectum odium eius. Sed amor peruersus ab odio, odium rectum ab amore est. Quis

**G** Quis est peruersus animæ amor? Quando diligis animam tuam in iniquitatibus, audi quia ab odio venit amor iste peruersus. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Odium autem rectum vide, quia ab amore venit. Ibi dominus secutus ait, Qui autem odit animam suam in hoc seculo, in vitam æternam inueniet eam. Neque quod vis inuenire in vitam æternam, multum amas. Quod amas ad tempus quid proderit? Aut subduceris illi, aut subducitur tibi. Cum fueris tu subtrahetur, perit ipse amor, cum fuerit illud subtractum, perit quod amasti. Vbi ergo aut amator perit, aut quod amatur, non est amandum. Sed quid est amandum? Quod nobiscum potest esse in æternum. Sed si vis animam tuam in æternum habere saluam, oderis eam ad tempus. Ergo odium rectum ab amore venit, peruersus amor ab odio venit. Quis igitur modus diligendi animam? Putatis martyres non amare animas suas? Videtis certe modo si cuius vita presentis seculi periclitetur, quomodo amici eius currunt pro ea, quomodo currunt ad Ecclesiam, rogatur episcopus ut intermittat si quas habet actiones, currat, festinet. Quare? Pro anima. Et omnes contremiscunt, omnibus cæteris rebus intermissis festinandum esse decernunt. Omnis festinatio laudatur, omnis tardatio accusatur. Quare? Pro anima. Quid est pro anima? Ne moriatur homo. Non nouerant martyres amare animas suas, & tamen hoc est pro anima ne moriatur homo. Mors hominis iniquitas est. Si curris pro hac vita centum milia, quot milia debes currere pro vita æterna? Si festinas lucrari dies paucos & ipsos incertos, Hodie enim homo à morte liberatus, nescit vtrum cras moriatur: tamen si sic curritur propter lucrum paucorum dierum, quia & vsque in senectam pauci dies sunt, quomodo currendum est pro vita æterna? Amor ergo peruersus animæ abundat, amor autem rectus valde paucorum est. Nam sicut nemo est qui non diligat animam suam, sic nemo est qui non amet carnem suam. Vnde fieri potest ut & verum sit quod ait Apostolus; Nemo vnquam carnem suam odio habuit, & anima non ametur? Discamus ergo fratres amare animas nostras. Omnis voluptas seculi transitoria est. Est amor utilis, est amor noxius, amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor utilis succedat. Sed quia homines nolunt illinc recedere, ideo in illos non potest aliud introire: ut non capiant, pleni sunt, fundant & capiunt. Pleni enim sunt amore voluptatum carnalium, pleni sunt amore vitæ presentis, pleni sunt amore auri & argenti, possessionum seculi huius. Quia ergo pleni sunt, sic sunt quomodo vasa. Vis ut intret mel vnde acetum nondum fudisti? Funde quod habes ut capias quod non habes. Ideo prima renunciatio est huic seculo, & deinde conuersio ad deum. Qui renunciat fundit, qui conuertitur impletur, sed si non fiat corpore solo, sed & corde. Quaritur autem fratres quomodo crescat iste amor. Habet enim initia sua, habet augmenta sua, habet perfectionem suam. Et debemus nosse quis cœperit, ut eum augmento cohortemur: quis nec cœperit & creuerit, ut eum ad perfectionem incitemus. Primo illud attendat charitas vestra, amores omnes & dilectiones prius sunt in hominibus de se, & sic de alia re quam diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis & sic aurum, quia si tu mortuus fueris, nullus erit qui aurum possideat. Ergo dilectio vnique à se incipit, & non potest nisi à se incipere, & nemo monetur ut se diligat. Hoc enim non solum inest hominibus, sed & pecoribus.

Videtis enim fratres quemadmodum non tantum in gentes bestia & magna animalia, ut sunt boues aut camelus vel elephanti, sed & musca, sed & vermiculi minimi quomodo nolunt mori & diligant se. Omnia animalia mortem fugiunt. Ergo diligunt se, custodire se volunt, alia velocitate, alia latebris, alia resistendo & repugnando. Omnia tamen animalia pro vita sua pugnant, mori nolunt, custodire se volunt. Amant ergo se, incipit & aliud amari. Sed quid est ipsum aliud? Quicquid amaueris, aut hoc est quod tu, aut inferius te est, aut superius te est. Si inferius te est quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad vtendum ama, non ad illigandum. Verbi gratia, aurum amas, noli te illigare auro, quanto melior es quam aurum. Aurum enim terra est fulgens, tu autem ut illuminareris à domino, ad imaginem dei factus es. Cum sit aurum creatura dei, non tamen fecit deus aurum ad imaginem suam, sed te. Ergo posuit sub te aurum. Amor ergo iste contemnendus est. Ad vsum assumenda sunt ista, non eis vinculo amoris quasi glutino herendum est. Non facias tibi membra quæ cum cœperint præcidi, dolebis atque cruciaberis. Quid ergo? Assurge ab isto amore quo amas inferiora quam tu es, incipe amare paria, id est, quod tu es. Sed quid multis opus est? Si volueris breuiter poteris. Quo ordine autem verum amorem & veram charitatem habere possimus, ipse dominus dixit nobis in Evangelio euidenter ostendens, sic enim ait, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Primum ergo dilige deum, deinde teipsum, post hæc dilige proximum tuum sicut teipsum. Prius tamen discere amare teipsum, sic dilige proximum tuum sicut teipsum. Nam si teipsum non nosti amare, quomodo proximum poteris in veritate diligere? Putant enim nonnulli homines legitimo ordine se amare, quando res alienas rapiunt, quando se inebriant, quando libidini seruiunt, quando per diuersas calumnias iniusta lucra conquirunt. Isti tales audiant scripturam dicentem, Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Si ergo amando iniquitatem, teipsum non solum non diligis, sed etiam odio habes, quomodo aut deum aut proximum diligere poteris? Si ergo vis veræ charitatis ordinem custodire, fac iustitiam, dilige misericordiam, fuge luxuriam, incipe secundum præceptum domini non solum amicos sed etiam inimicos diligere. Et hæc cum fideliter custodire toto corde contenderis, istis virtutibus quasi quibusdam gradibus poteris ascendere, ut merearis deum toto animo & tota virtute diligere. Et cum ad istam felicem perfectionem veneris, omnes concupiscentias istius mundi tanquam sterora computabis. Et cum propheta poteris dicere, Mihi autem adherere deo bonum est.

De eo quod dominus dicit in Evangelio, Diliges proximum tuum sicut teipsum: Homilia XXXVIIII.

**N**on solum in nouo sed etiam in veteri testamento admonemur fratres charissimi, qualiter perfectam charitatem tenere debeamus. Sic enim ipse dominus in Evangelio dixit, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Tractemus ergo aliquantum de amore hominis in hominem, quia sunt amores hominum peruersi. Ipse peruersus amat alterum qui & se peruersus amat: Qui autem recte se amat, & alterum recte amat. Verbi gratia, Sunt amores flagitiosi detestabiles: Amores adulterorum, amores corruptorum, immundi

**A** mundi amores. Malos amores detestantur omnes leges humanae, & leges diuinae. Remoue ergo istos illicitos, quæramus licitos. Incipit amor licitus à coniugio, sed adhuc carnalis est. Videtis quia communis est cum pecoribus, & passeris illi qui personant habent coniugia, & nidus faciunt, simul oua confouent, simul pullos nutriunt, licitus quidem amor iste in hominibus, sed videtis quia carnalis est. Secundus amor filiorum est, sed adhuc & ipse carnalis est. Non enim est laudandus qui amat filios, sed detestandus qui non amat. Pro magno enim laudaturus sum in homine, quod video in tigride: Serpentes amant filios suos, leones, & lupi amant filios suos. Noli ergo magnum putare quod amas filios tuos: Adhuc in amore hoc serpentibus compararis. Si non amaueris, à serpentibus vinceris. Honestos amores iam dico. Illos enim flagitiosos exclusi. Alius amor qui est propinquorum, iam iste videtur proprius hominum, si non sit consuetudinis. Nam maior est amor qui extenditur ultra propinquos, quam qui tenetur inter propinquos. Qui amat propinquos suos, adhuc sanguinem suum amat. Amet alios qui non sunt propinqui, suscipiat peregrinum, iam multum dilatatus est amor iste. Tatum autem crescit, ut à coniuge ad filios, à filiis ad propinquos, à propinquis ad extraneos, ab extraneis ad inimicos perueniat. Sed ut perueniat illuc, multos habet gradus. De amicitia ergo videte quid dicam. Sunt amici excepta amicitia, quæ nec amicitia dicenda est, quam facit mala conscientia. Sunt enim homines qui pariter mala committunt, & ideo videntur sibi coniuncti, quia conscientia mala ligati sunt. Excepta illa nepharia amicitia, est quædam amicitia adhuc carnalis per consuetudinem quæ habitandi, colloquendi, simul conuersandi, ut contristetur homo quando deseritur ab amico cum quo solet colloqui & habere coniunctiones. Conueniunt duo homines, ambulant secum triduo, & iam nolunt à se recedere. Et ista quædam amicitia dulcedo est. Honestam quasi amicitiam, sed adhuc conscientiam illam, quia gradus amoris huius quærimus, & videamus quoadusque peruenierimus vsque ad amicitiam talem qualem dixi. Est ergo ista amicitia consuetudinis, non rationis. Habent illam & pecora. Duo equi manducant simul, desiderant se ad aliam diem, præcedit vnus, festinat alter, desiderans quasi amicum suum, vix regitur à fessore, & tandiu se impetu suo prouocat quousque perueniat. Cumque peruenit ad eum qui præcessit, sedatur pondus illud, ferebatur pondere, amore vrgebatur, venit tanquam ad locum suum & conuenit. Adhuc & ista amicitia consuetudinis est in pecoribus. Surgamus adhuc & ab ista. Est & alia superior amicitia, non consuetudinis sed rationis, qua diligimus hominem propter fidem & mutuam benevolentiam in ista vita mortali. At superius quicquid iam inuenimus diuinum est: Incipiat homo amare deum, & non amabit in homine nisi deum. Videat enim charitas vestra primum amicitia amor qualiter debeat esse gratuitus. Non enim propterea debes habere amicum vel amare ut aliquid tibi præstet. Si propterea illum amas ut præstet tibi vel pecuniam vel aliquid commodum temporale, non illum amas, sed illud quod præstat. Amicus gratis amandus est, propter sese non propter aliud. Si hominem te hortatur amicitia regula ut gratis diligas, quam gratis amandus est deus qui iubet ut hominem diligas: Nihil delectabilius deo. Nam in homine sunt quæ offendant, per amicitiam tamen cogis te ut etiam illa quæ offendunt in homine toleres propter amicitiam. Si ergo non debes propter

Tomus decimus.

quædam toleranda dissoluere hominis amicitiam, dei amicitia quibus rebus debet cogi ut dissoluatur à te? Nihil inuenis delectabilius deo. Deus non est qui te offendat, si tu eum non offendas, nihil illo pulchrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi, Non illum video, quomodo sum amaturus quem non video? Et quomodo dicis amare quem non vides? Modo ostendo vnde coneris videre, quod istis oculis non potes videre. Ecce amas amicum, quid in illo amas? Gratis eum amas. Sed forte amicus iste tuus, ut alia omittam, senex homo est. Fieri enim potest ut habeas amicum senem. Quid amas in senem? Incuruū corpus, albu caput, rugas in fronte, contractam maxillam. Si corpus quod vides, nihil deformi præfente: & tamen aliquid amas, & corpus quod vides non amas, quia deforme est: vnde vides quod amas? Si enim quæram à te quare amas, responsurus es mihi, homo est fidelis. Ergo fide amas. Si fide amas, quibus oculis videtur fides, ipsis oculis videtur deus. Incipe ergo deum amare, & amabis hominem propter deum. Audite magnum testimonium, diabolus certe accusator sanctorum est. Et quia non apud tale iudicem cogit quem fallat, non potest in nos crimina falsa dicere. Nouit apud quem dicat, Quia ergo falsa contra nos non potest dicere, querit vera quæ dicat. Ideo tentat ut habeat quod dicat. Hic ergo aduersarius noster qui nobis inuidet regnum cælorum, qui non vult ut ibi simus vnde ipse deiectus est: Nūquid, inquit, Iob gratis colit deum? Adhuc ad hoc prouocamur ab aduersario, ut gratis deum colamus, quando ille quærens quod obiciat, pro magno se putauit inuenisse quia dixit, Nunquid gratis Iob colit deum? Non quia viderat cor ipsius, sed quia videbat diuitias eius. Cauere debemus, ne ad præmiū diligamus deum. Quid enim? Propter præmiū dilecturus es deum? Quale præmiū est quod tibi daturus est deus? Quicquid tibi aliquid dederit minus est quam ipse. Colis non gratis, ut aliquid ab ipso accipias. Gratis cole, & ipsum accipies. Si enim seruat tibi deus quo fruaris, & si amas quæ fecit, qualis est ille qui fecit? Si pulcher est mundus, qualis artifex mundi? Euel le ergo cor tuum ab amore creaturæ, ut inhæreas creatori, & dicas quod in Psalmo scriptum est, Mihi autem adherere deo bonum est. Si autem deseris eum qui te fecit, & amas illa quæ fecit, deserto illo qui te fecit, adulter es. Sic clamat epistola Iacobi, adulteros appellas, adulteri. Et vnde adulteri? Quæris vnde? Nescitis, inquit, quia amicitia huius mundi inimica est deo? Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Expresserat quid dixerat adulter. Anima deserto creatore amans creaturam adultera est. Illius enim amore nihil castius, nihil delectabilius. Illo deserto hoc amplectendo, efficieris immunda. O anima ut illius amplexibus digna sis, dimitte ista, & illi inhære gratis. Nā inde dixit Psalmus, Mihi autem adherere deo bonum est. Versum priorem sic dixit, Perdidisti omnes qui fornicatur abs te. Et quasi ostenderet quæ sit fornicatio, subiicit, Mihi autem adherere deo bonum est: nihil aliud volo, sed ipsum. Adherere illi, hoc est bonum meum, hoc est gratuitum bonum meum. Ideo & gratia dicitur, quia gratis constat. Cum ergo cœperis amare gratis, securitas est, quia amicum gratis amas, & ad hoc eum amas ut tecum amet deum. Attendite enim ipsam amicitiam, vulgari modo cœpimus per quam gradus fecimus. Attendite illam, Amat maritus uxorem, & vxor maritum. Sine dubio & ille illam, & illa illum saluam vult. Vult illum habere incolumem, vult illum habere felicem. Ad hoc amat quia ipsa vult, quod sibi vult,

p & illi

Psal. 10.

Ioan. 12.

Et

Ephes.

Amor duplex.

I

Gene.

L

Matth. 22.

Scipsum amare quid

Psal. 10.

M

Psal. 72.

Matth. 22.

Apoc. 12.

E

Iob. 11.

Psal. 72.

F

Iaco. 4.

Retract. cap. 18.

G & illi hoc vult. Amat filios, quis non vult habere nisi filios suos? Amat amicum, quis non nisi in columem habere vult, adeo vt si forte contingat illi aliquid, contremiscit, contristatur, conturbatur, currit, accedit, cum accesserit plangit: Quid ergo vult? saluum habere. Si ergo omnium qui amat, saluum vult habere quod amat, si intellegat quæ sit vera salus incipit illam amare in se, & ipsam cogitur veram amare & in amico. Si oculis carnis quæris deum, vide tres pueros de igne liberatos. Si fide quæris deum, vide Machabæos in igne coronatos. Salus ergo illa amanda est, ista vtenda. Hæc enim ad vltimum necessaria est, nam transitura est. Non enim vera salus est fratres, quomodo dicit medici, peragrotatur quodammodo. Nam ægritudo perpetua est, in ista fragilitate carnis. Putatis enim tunc hominem agrotare quando febricitat, & sanum esse quando esurit? Sanus est dicitur. Vis videre quantum malum est esurire? Dimitte illum sine medicamento septem diebus, occiditur. Sed quia ponis quotidie medicamentum viuunt. Medicamentum autem famis cibus est, medicamentum sitis potus est, medicamentum lassitudinis somnus est, medicamentum sessionis deambulatio est, medicamentum deambulationis sessio est, medicamentum dormitionis vigilatio est. Et vide quam imbecille sit corpus humanum: Hoc ipsum adiutorium quod dixi qui assumit, si in eo perseverauerit deficit. Esuriendo cibi quærebatur adiutorium. Ecce adest adiutorium cibi: Manducas, reficeris. Si plus feceris plus deficies. Adiutorium sitis quærebatur potum. Mulsum bibendo offocaris, qui sitiendo vrgebaris. Lassasti ambulando, sedere vis, Sede perpetuo, vide si non lassabis. Quicquid ergo assumpserit vt aliud pellat, in eo ipso si perseverauerit deficit. Qualis est ergo ista salus fratres, transitura, fragilis, peritura, vana, vere quomodo dictum est, Quæ enim est vita vestra? Vapor est ad modicum parens. Qui ergo in vita ista amat animam suam, perdet eam. Qui autem in hoc seculo odio habuerit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Quæ est vita æterna? Vera salus. Et si amicum tuum videris quem amabas in hoc seculo vt saluus esset, quia tu talem salutem desideras quæ æterna est, ad ipsam salutem diligis amicum tuum, & totum est quicquid vis amico tuo prestare, vt illam tecum teneat salutem. Amas enim iustitiam, vis illum esse iustum. Amas sub deo esse, vis & illum esse sub deo. Amas vitam æternam, illic enim vis tecum regnare in æternum. Inimicum tuum vides persequi te, iniquitas est quæ te persequitur. In illo irasci debes misericordia, febricitat in anima. Quomodo ergo amicus huius seculi secundum seculum amans animam suam, febrem vult pellere de amico suo quem similiter amat vt se propter presentem salutem, sic tu quemcumque diligis propter vitam æternam dilige. Cum inueneris iram, indignationem, odiû, iniquitatem, sic coneris expellere morbum animi, quomodo amicus seculi morbum corporis. Ad hoc enim ama vt facias quod & tu es, & erit in te perfecta charitas. Hoc si inueneris, ad hoc ama coniugem, ad hoc ama filium, ad hoc ama propinquum, vicinum, ignotum, inimicum, & erit in te perfecta charitas. Quæ si fuerit, vincis mundum & pellitur foras princeps mundi. Audistis enim quod ait dominus, Princeps huius mundi missus est foras. Quia ipse passurus erat, & per passionem suam facturus in hominibus dilectionem. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vt ergo amaretur prior ama-

Daniel. 3.  
2. Macha. 7.

Jacobi. 4.  
Ioan. 12.

Ioan. 12.  
Ioan. 15.

tuit, vt in nomine eius nemo mori timeret, prior pro omnibus mortuus est. Ad hoc ergo vt edificaret in cordibus hominum charitatem, misit diabolum foras. Quod foras? De cordibus hominum. Cupiditas intronitit illum, charitas eum foras mittit. Nos vero fratres scriptos charitatis gradus cum grandi diligentia cogitantes, non reddamus domino pro bonis mala. Et quia ille veniens alligauit fortem, id est diabolus, & nos omnes qui vasa eius fuimus de potestate illius abstulit, per gratiam ipsius euacuati omnibus malis, studeamus repleri abundantibus bonis, timentes illud quod ipse dominus dixit, Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, quærens quietem & non inueniet. Post hæc reuersus inueniens domum vnde exiit vacuam, adduxit secum septem spiritus nequiores se, & facta sunt homini illius posteriora peiora prioribus. Ne ergo & nos tale aliquid patiamur, quantum possumus laboremus, in locis vitiorum virtutes inducere, vt possimus ad dei misericordiam peruenire.

De eo quod propheta dicit in Psalmo, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus: Homilia XXXIX.

**L**ix operarius cultor eleemosynarum, eo quod are suo comparauerit cælum, & dans panem esurientibus, delictorum suorum pressit incendium. Cui propheta tale exhibet testimonium, & patronum habet spiritum sanctum. In tali causa operarius scilicet viuunt, & securus iam moritur, cum quo ambulat patrimonium in immortale horreum, in quo debitorem fecit dominum, dum pascat alterum dando. Si accepit in se modicum panis in pera, comparauit in se vitam cœlestem, se faciens heredem in die iudicii. Nullam poterit incurrere perniciem, qui comparauerit eleemosynis pietatem. Cui propheta tale exhibet testimonium, Salua eum & viuifica eum domine. O duplex propheta beneficium. Saluat pariter & commendat pariter vt saluetur, quia & ipse saluauit vt viuificaretur, & ipse vitam poscenti donauit in terra. Beatus est iste dum vsque sic currit in cælum. Sed ne aliquando vacet in villo vitæ beneficium, festinet ad præmium, magnum dimittat in seculo testimonium. Qua de re dicit, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Et iterum Elia dicit & sic testatur, Solue, inquit, omnem nodum iniustitiarum, solve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in requiem, & omnem consummationem iniustitiam dissipata. Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum vesti, & domesticos seminis tui ne despicias, Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & præbit ante te iustitia, & claritas dei circûdabit te. Tunc exclamabis, & dominus exaudiet te, dum adhuc loqueris, dicit, Ecce assum. Perfecta est ergo misericordia fratres charissimi, vt antè occurrat esurienti cibus quam roget mendicis. Non enim est perfecta misericordia que precibus extorquetur. Sed si tacet medicus, loquitur pallor in facie, pene lassus, festus est cœlisque suspectus. Festina pietas succurrere ne audias rogatem, ne quod debetur domino vendices tibi. Imitare deum tuum qui solè suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ecce veniet tibi pluuia antequam roges, descendet vbertas nocte dum stertis, dum adhuc in lecto es ex præcepto vigilat dies, excubant elementa, fructus te nesciente effundunt. lactat cælum & parturit terra, tot cellaria messium dum nescimus sic accipimus, & tatas

K.  
Diabolus quo mittat foras  
Math. 12.  
Math. 12. & Luca. 11.

Psal. 40.

Psal. 40.

Psal. 40.  
Esa. 58.

Misericordia perfecta que?

Math. 5.

**A** opes comedimus antequam rogemus. Et tu homo modicus est ipse panis & precibus vendis? Non rogauerunt quatuor milia Iesum in deserto septem panes & paucos pisces vt infinita agmina pranderent, quo prandio vicisset saltem vstra mensuram. Qui cum erogasset, Colligite, inquit, fragmenta ne quid depereat, quia sanctum fuerat totum quod ipse consecerat. Redigantur septem sportæ buccellarum, saturata sunt tanta milia & nihil minoratum est. Et creuit eis cibus dum impenditur victus, sic & elemosyna si indigentibus erogetur. Magni opus fecit elemosyna fratres charissimi vt faciat homo quod fecit deus, quia hos paucos esurientes in terra dimisit, qui vno vasculo orbem cœli pascat, per quem & nobis liceat erogare. Sed si vbiq; fuisset abundans, perierat misericordia, dedit nobis deus secundum baptismum. Quis enim sine peccato? Nā sicut aqua extinguit ignem, sic & elemosyna extinguit peccatum. In horreis nostris habeamus abundantiam quæ flammam nostras oblatione vnius panis extinguat, & ante fores gehennæ staret misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. Et quicumque miserus fuerit, miserabitur ei, & si quis non fuerit miserus non miserabitur ei. Da panem cum potes, quia nemo esuriat in inferno, nec habebis post mortem frumentum, nec inuenies illic aliquando mendicum, quia non erit tempus miserendi. Bonorum enim malorumque discretio & in suis actibus permanebit, ipso Christo domino nostro rege ac iudice secernente agnos ab hædis, dexteram ac sinistrā sequestrans, qui esurisse & sitisse se dicit, & cætera in suis ministris perpeflum fuisse se asserit. Date ergo omnibus dilectissimi fratres, date præcipue ad domesticos fidei, date omnibus, ne cui non dederitis ipse sit Christus, cuius dederitis ipse est Christus.

Math. 15.

Ecclesiastici 3.

Math. 25.

Math. 6.

Aliud ira & aliud est odium.  
Math. 7.

Ioan. 2.

De fraterna concordia & offensionis relaxatione:  
Homilia XL.

**D**es isti sancti quos agimus in obseruatione quadragesimæ, commonent nos de fraterna concordia loqui vobis, vt quicumque habet aduersus alium querelam, finiat ne finiatur. Nolite ista contemnere fratres mei. Cui enim vita ista mortalitas & fragilis, quæ inter tot terrenas tentationes perichlitatur, & orat ne submergatur, non potest esse in quouis iusto sine qualibuscunque peccatis, vnus est remedium per quod viuere possumus, quia docuit nos magister deus dicere in oratione, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Pactum & placitum cum deo fecimus, & conditionem soluendi debiti in cautione subscripsimus. Dimitte nobis plena fiducia petimus, si & nos dimittimus. Si autem non dimittimus, dimitti nobis peccata non putemus, ne nos ipsos fallamus. Homo se non fallat, deus non fallit. Humanum est irasci, & vtinam ne hoc possemus. Humanum est irasci, sed non debet iracundia nostra natos furculos diuersis suspicionibus irigare, & ad trabem odij peruenire. Aliud est enim ira, aliud odium. Sæpe etiam pater irascitur filio, sed non odit filium, irascitur vt corrigat. Si propterea irascitur vt corrigat, amando irascitur. Propterea dictum est, Festucam in oculis fratris tui vides, trabem autem in oculo tuo non vides: Culpas in alio iram, & tenes odium in teipso. In comparatione odij, ira festuca est, sed festuca si nutrias, trabes erit. Si euellas & proicias, nihil erit. Si aduertistis, beati Ioannis epistola cum legeretur, debuit nos terrere sententia. Ait enim, Tenebræ transierunt, lux vero iam lucet. Deinde secutus adiunxit, Qui dicit se in lumine esse & fratrem suum odit, in tenebris

est vsq; adhuc. Sed forte tales tenebras putet esse homo, quales patiuntur in carceribus inclusi. Vtinam tales essent, tamen in talibus nemo vult esse. In his autem carceribus tenebris possunt includi & innocentes. In talibus enim tenebris, inclusi sunt martyres. Tenebræ circûquaque fundebantur, & lux fulgebat in cordibus eorum. In illis tenebris oculis non videbant, sed amore fraternitatis deum videbant. Vultis scire quales sunt istæ tenebræ, de quibus dictum est, Qui odit fratrem suum in tenebris est: & alio loco dicit, Qui odit fratrem suum homicida est: Qui odit fratrem ambulat, exit, intrat, procedit, nullis catenis oneratus, nullo carcere inclusus, reatu tamen ligatus est. Noli illum putare sine carcere esse. Carcer eius cor eius est, Cum audis, Qui odit fratrem suum in tenebris est vsq; adhuc: ne forte contempnas tales tenebras, adiungit dicens, Qui odit fratrem suum, homicida est. Odis fratrem & securus ambulat, & concordare non vis, non agnoscis quare spatium tibi dederit deus. Ecce iam homicida es, & adhuc viuus. Si dominum iratum haberes, cum odio fratris subito rapereris. Parce tibi deus, parce tu tibi, concorda cum fratre tuo, aut forte tu vis & ille non vult. Dic securus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Forte peccasti in illum, vis cum illo concordare, vis ei dicere, Frater ignosce mihi quod peccaui in te, ille non vult ignoscere, non vult dimittere debitum. Quod est debet non vult tibi dimittere, ipse obseruet quando habet orare, quando vteretur est qui tibi noluit dimittere quod in eum forte peccasti, quando venturus est ad orationem quid factururus est: Dicit, Pater noster qui es in cœlis. Dicat, accedat, Sanctificetur nomen tuum. Adhuc dic, Adueniat regnum tuum. Sequere, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Adhuc ambula, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Dixisti, quod sequitur vide, ne forte velis iam transcendere & aliud dare. Non est quod transire possis, ibi teneberis. Dic ergo & verum dic: aut si nullum peccatum habes vnde dicas, Dimitte nobis debita nostra, noli dicere. Et vbi est illud quod Apostolus dixit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est? Si autem mordet conscientia fragilitatis, & in hoc seculo vbi que abundat iniquitates: dic ergo, Dimitte nobis debita nostra. Sed quod sequitur vide, Noluisti enim dimittere peccatum fratri tuo, & dicturus es, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. An non es dicturus? Si non es dicturus, nihil es accepturus, si falsum es dicturus. Ergo dic & verum dic, Quomodo dicturus es verum, quia fratri tuo noluit laxare peccatum? Illum admonui, modo consulo. O quisquis es si tamen es, qui dixisti fratri tuo, Dimitte mihi quod in te peccaui: si dixisti ex toto corde tuo, si vera humilitate non ficta charitate, quomodo deus videt in corde, vnde dixisti, sed ille noluit tibi dimittere, noli esse sollicitus: Serui estis ambo, habetis dominum, conseruo tuo debes, Nolit tibi dimittere, interpella dominum amborum. Quod tibi dimiserit dominus, si potest exigit seruus. Dico aliud, Admonui ergo eum qui noluit dimittere fratri suo, cum peccat ille dimitti, vt sibi faciat quod nolebat, ne quando orat non accipiat quod desiderat, Admonui & illum qui petiuit veniam peccati sui a fratre suo & non accepit, vt in eo quod non impetrauit a fratre suo, securus sit de domino suo. Est & illud quod moneam, Peccauit in te frater tuus, & noluit tibi dicere, Dimitte mihi quod peccaui in te. Si abundant verba ista, vtinam deus eradiceat illa de agro suo, hoc est de cordibus vestris. Quam multi enim q

Ioan. 2.  
Ioan. 3.

De verbis dñi ser. 166.

Math. 6.

Math. 6.

Ioan. 2.

F.



G sciunt se peccasse in fratribus suis, & nolunt dicere, Dimitte mihi. Non erubuerunt peccare, & erubescunt rogare. Non erubescunt de iniquitate, & erubescunt de humilitate. Ipsos ergo in primis admoneo quicumque habetis discordiam cum fratribus vestris, & reuocatis ad vos & consideratis vos, & iustum iudicium fertis in vobis, intus in cordibus vestris, & inuenietis vos non debuisse facere quod fecistis, non debuisse dicere quod dixistis. Petite veniam fratres a fratribus vestris, facite fratribus quod ait Apostolus, Donantes vobis ipsis sicut & deus in Christo donauit vobis: facite, nolite erubescere veniam petere. Proinde omnibus dico viris & feminis, minoribus & maioribus, laicis & clericis: Dico & mihi ipsi. Omnes audiamus, omnes timeamus, si peccauimus in fratres nostros. Si adhuc inducias viuendi accepimus, non ideo morimur. Adhuc enim viuimus, non dum danati sumus. Dum viuimus faciamus quod iubet pater qui erit deus iudex omnium, ut petamus veniam a fratribus quos forte peccando in eos aliquid offendimus, aliquid laesimus. Sunt personae humiles per ordinem seculi huius, a quibus si petamus veniam extolluntur in superbiam: hoc est quod dico, aliquando dominus peccat in seruum suum, quia si ille dominus est, ille seruus, ambo tamen alieni serui sunt, quia ambo Christi sanguine redempti sunt. Tamen durum videtur ut etiam iubeam, hoc precipiam, ut si forte dominus homo peccat in seruum suum iniuste litigando, iniuste cadendo, dicat ille, Ignosce mihi, da mihi veniam. Non quia non debet facere, sed ne ille incipiat superbire, si poeniteat eius. Quid ergo? Ante oculos dei poeniteat eum, ante oculos dei puniat cor suum: & si non potest dicere seruo suo, quia non oportet, da mihi veniam, blande illum alloquatur. Blanda enim appellatio, venia est postulatio. Restat ut eos alloquar in quos alij peccauerunt, & illi qui in eos peccauerunt, veniam petere noluerunt. Illos enim iam sum allocutus, qui petentibus veniam fratribus dare noluerunt. Nunc ergo alloquor vos omnes, ne discordia vestra remaneat, quoniam dies sancti sunt. Credo quia cogitatis aliquid in cordibus vestris, qui scitis vos cum fratribus vestris aliquas habere discordias, & inuenistis quod non ipsi vos in eos peccaueritis, sed ipsi in vos. Et si non modo mihi loquimini, quia mei est loqui in hoc loco, vestrum autem tacere & audire, tamen forte cogitando loquimini, & dicitis vobis, Volo concordare. Sed ille me laesit, ille in me peccauit, & non vult veniam postulare. Quid ergo dicturus sum? Vade ad illum & tu pete veniam: Absit. Nolo mentiaris. Nolo dicas, Da mihi veniam, qui te nosti non peccasse in fratrem tuum. Quid enim prodest tibi cum tu fueris tuus accusator? Quid expetis tibi ignosci, ab eo quem non laesisti, aut in quo non peccasti? Nihil tibi prodest, nolo facias, nosti bene, disculisti, scisti, quia in te peccauit, non tu in illum. Scito, inquam, in tua scientia, scit tua scientia, noli venire ad fratrem tuum qui in te peccauit, & vltro ab illo petere veniam. Debent inter vos esse alij pacifici qui illum obiurgent, ut a te prius veniam petat, tu tantum paratus esto ignoscere, prior paratus esto ex toto corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimisisti, habes adhuc quod ores. Ora pro illo ut petat a te veniam, quia scis ei nocere si non petat. Ora pro illo ut petat, dic domino in oratione tua, Domine scis me non peccasse in illum fratrem meum, sed illum potius peccasse in me, & obesse illi quod peccauit in me, si veniam non petat a me. Ego bono animo peto ut ignoscas ei. Ecce dixi vobis, quod maxime per istos dies ieiuniorum vestrorum, obseruatio-

num quoque vestrarum continentia vestra mecum agere debeatis, ut cum fratribus vestris concordetis. Gaudiam & ego de pace vestra qui confortor litibus vestris: ut omnes donantes vobismet ipsis, si quis habet aduersus aliquem querelam, securi agamus pascha, securi celebremus eius passionem qui nihil cuique debebat, & precium quod pro debentibus soluit dominus Iesus Christus, dico qui in neminem peccauit, & prope in illum omnis mundus peccauit, nec exigit supplicia, sed promittit praemia. Habetis ipsum testem in cordibus vestris, quia si in aliquem peccauimus, vero corde veniam postulemus, si aliquis in nos peccauit, veniam dare parati sumus, & pro inimicis nostris oremus, non expectemus vindicari fratres. Quid est vindicari, nisi malo alieno pasci? Scito quotidie venire hominem, genua figere, fronte terram concutere, aliquando vultum suum lachrymis rigare, & in ista tanta humilitate ac perturbatione, dicit, Domine vindica me, occide inimicum meum. Planè ora ut occidat inimicum tuum, & saluet fratrem tuum. Occidat inimicitias, saluet naturam. Sic ora ut vin dicet te deus, pereat qui te persequebatur, sed maneat qui tibi reddatur.

De vere poenitentibus: Homilia XLII.

**P**oenitentes, poenitentes, poenitentes, si tamen estis poenitentes & non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini deo & vos cum catena pascetis. Qua, inquis, catena? Quae ligaueris in terra, erunt ligata & in caelo. Audis ligaturam, & deo putas facere imposturam? Poenitentiam agis, genua figis & rides & subannas patientiam dei. Si poenitens es poenitet te, si non poenitet, poenitens non es. Si ergo poenitet, cur facis quod male fecisti? Si fecisse poenitet, noli facere. Si adhuc facis, certe non es poenitens. Eadem charissimi agrotant homines, mittunt ad ecclesiam, vel portantur ad ecclesiam & baptizantur & renouantur, & felices hinc erunt. Sed non ipsa est causa poenitentiae. Qui nondum accepit baptismum, nondum violauit sacramentum: Qui autem violauit sacramentum male & perditte viuendo, & ideo remotus est ab altari, ne iudicium sibi manducet & bibat, mutet vitam, corrigat se & reconcilietur. Cum viuunt, dum sanus est, expectet etiam tunc reconciliari quando incipit mori: Experti sumus multos expirasse, expectantes reconciliari. Deinde etiam dico in conspectu dei timori vestro, timorem meum. Qui autem non timet, timentem me contemnet, sed malo suo. Audi ergo, Certus sum quia homo baptizatus si vitam non audeo dicere sine peccato, quis enim sine peccato, sed vitam sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit quae quotidie dimittuntur in oratione dicenti, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quando diem finierit, vitam non finit, sed transit de vita in vitam, de laboriosa ad quietam, de misera ad beatam: siue ista voluntate sua curat ad baptismum, siue in periculo constitutus baptizetur & exeat de hac vita, ad deum vadit: ad requiem vadit. Baptizatus autem desertor & violator tanti mysterij, si agat poenitentiam ex toto corde, si agat poenitentiam ubi deus videt qui vidit cor Dauid, quando increpatus est a propheta, & grauius increpatus post cominationes dei terribiles exclamauit, dicens, Peccauit: & mox audiuit, Dominus abstulit peccatum tuum, Tatum valeret syllabas. Tres syllabas sunt, peccauit, sed in his tribus syllabis, flamma sacrificij coram domino ascendit in caelum. Ergo qui egerit veraciter poenitentiam, & solutus fuerit a ligamento quo erat obstrictus, & a Christi corpore separatus, & bene post poenitentiam

**A** poenitentiam vixerit, sicut ante poenitentiam viuere debuit, post reconciliationem quocumque defunctus fuerit, ad deum vadit, ad requiem vadit, regno dei non priuabitur, a populo diaboli separabitur. Si quis autem positus in vltima necessitate agritudinis sua, voluerit accipere poenitentiam & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc vadit, fateor vobis non illi negamus quod petit, sed non presumimus quia bene hinc exit. Non presumo, non vos fallo, non presumo: Fidelis bene viuens, securus hinc exit. Baptizatus ad horam, securus hinc exit. Agens poenitentiam & reconciliatus cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens poenitentiam ad vltimum & reconciliatus, si securus hinc exit ego non sum securus. Vnde securus sum dico, & do securitatem: vnde non sum securus, poenitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Sed dicat aliquis, bone sacerdos, tu nescire & nullam securitatem nobis dare posse dicis, si ille saluatur & Christum adire meretur cui morienti poenitentia datur, qui dum vixit dum sanus fuit impoenitens fuit: Instrue ergo nos rogo quomodo bene viuere post poenitentiam debeamus. Dico abstinete vos ab ebrietate, a concupiscentia, a furto, & maliloquio, ab immoderato risu, a verbo ocioso vnde redditori sunt homines rationem in die iudicij. Ecce quam leuia dixi, Omnia tamen graua & pestifera. Et aliud dico, Non solum post poenitentiam ab istis vitis se homo seruare debet, sed & ante poenitentiam dum sanus est: quia si ad vltimum vite steterit, nescit si ipsam poenitentiam accipere ac deo & sacerdoti peccata sua confiteri poterit. Ecce quare dixi quia & ante poenitentiam bene viuendum est, & post poenitentiam melius. Quod dico attendite, Debeo illud planius exponere, ne me aliquis male intellexisse intelligat. Nunquid dico danabitur? Non dico. Sed dico etiam liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? Nescio: Non presumo, non promitto, nescio. Vite de dubio liberare, vis quod incertum est euadere: Age poenitentiam dum sanus es. Si enim agis vera poenitentiam dum sanus es, & inuenierit te nouissimus dies: curre ut reconcilieris, si sic agis securus es. Quare securus es? Quia egisti poenitentiam eo tempore quo & peccare potuisti, si autem vis agere poenitentiam ipsam tunc quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquis, ne forte de dimittat mihi? Verum dicis. Vnde? Nescio, illud scio, hoc nescio. Na ideo tibi do poenitentiam, quia nescio. Nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scire tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duae res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

De commendatione orationis dominicae & eius expositione. Homilia XLII.

**S**ymbolum reddidistis, quo breuiter comprehensa continentur fides. Iam ut antea dixi vobis quod ait apostolus Paulus, Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? Quia ergo quomodo credatur in deum & accepistis & tenuistis & credidistis, accipite hodie quomodo inuocatur deus. Ipse filius sicut audistis, cum Euangelium legeretur, docuit discipulos suos & fideles hanc orationem. Spem habemus obtinenda causa nostra, quando talis iurisperitus nobis preces dictauit, sicut confessi estis, qui sedet ad dexteram patris, ipse est aduocatus noster, qui venturus est iudex noster. Inde enim venturus est iudicare viuos & mortuos. Tene ergo & hac orationem quam redditori estis ad octo dies. Quicumque autem vestrum non bene symbolum reddiderunt, habent spatium, teneant, quia die sabbati Tomus decimus.

bati audietibus omnibus qui aderunt redditori estis die sabbati nouissimo, quo die baptizandi estis. Ad octo autem dies ab hodierno die redditori estis hanc orationem quam hodie accepistis. Cuius caput est, Pater noster qui es in caelis. Inuenimus patrem in caelis, attendamus quem admodum viuamus in terris: Sic enim debet viuere qui inuenit talem patrem, ut dignus sit venire ad eius hereditatem. Dicimus autem communiter, Pater noster. Quanta dignatio, hoc dicit Imperator, hoc dicit mendicus: hoc dicit seruus, hoc dicit dominus eius. Simul dicunt, Pater noster qui es in caelis. Intelligunt ergo se esse fratres, quando vnum habent patrem: Sed non dedignetur fratrem habere seruum suum dominus eius, quem fratrem voluit habere dominus Christus, Sanctificetur nomen tuum, dicimus, Adueniat regnum tuum. Sanctificatio nominis dei est, qua efficitur nos sancti. Na nomen eius semper est sanctum. Optamus etiam venire regnum eius, veniet, & si nolumus. Sed optare & orare ut veniat regnum eius, nihil est aliud quam optare ab illo, ut dignos nos faciat regno suo, ne forte quod abit veniat, & non nobis veniat. Multis enim non est venturum, quod tamen venturum est. Eis enim venturum est, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Illis non veniet quibus dicitur, Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Cum vero dicimus, Adueniat regnum tuum, oramus ut nobis veniat. Quid est ut nobis veniat? Ut bonos nos inueniat. Hoc ergo oramus ut bonos nos faciat. Tunc enim nobis veniet regnum eius. Addimus, Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra. Seruiunt tibi angeli in caelo, nos seruamus tibi in terra. Non te offendunt angeli in caelo, non te offendamus in terra. Quomodo illi faciunt voluntatem tuam, sic faciamus & nos. Et hic quid oremus, nisi ut boni simus: Quando enim facimus voluntatem dei, nam ipse sine dubio facit suam, tunc eius voluntas est in nobis. Et aliter bene intelligimus, Fiat voluntas tua sicut in caelo, ita & in terra: Accipimus praeceptum dei, & placeat nobis, placeat menti nostrae. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem: tunc fit voluntas eius in caelo. Caelo enim comparatur spiritus noster, terra autem caro nostra. Quid est ergo, Fiat voluntas tua sicut in caelo ita & in terra? Ut quomodo menti nostrae placet tua iussio, sic ei consentiat caro nostra, & tollatur rixa illa de medio qua describitur ab Apostolo, Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Quando contra carnem concupiscit spiritus, iam facta est voluntas eius in caelo. Quando contra spiritum non concupiscit caro, iam facta est voluntas eius in terra. Erit hac plena concordia quando ipse voluerit, sit modo pugna ut possit esse victoria, Etiam sic bene intelligi potest. Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra: ut caelum ponamus ecclesiam, quia portat deum, terram autem infideles quibus dictum est, Terra es, & in terram ibis. Quando ergo oramus pro inimicis nostris, inimicis ecclesiae, inimicis nomini Christiano, hoc oramus ut fiat voluntas eius sicut in caelo, ita & in terra, id est, sicut in tuis fidelibus, sic & in tuis blasphematoribus, ut omnes caelum fiant. Sequitur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Potest simpliciter accipi orationem istam fundere nos pro victu quotidiano ut abundet nobis, & si non abundet nobis, non desit nobis. Quotidianum autem dixit, quadiu hodie vocatur, quotidie viuimus, quotidie surgimus, quotidie saturamur, quotidie esurimus. Det nobis quotidianum panem: quare non dixit & tep

Eph. 4.

H

L

De poeni. d. 3. c. poenit. res. 4. sen. d. 15. ca. 8. a. 11.

1. Cor. 11.

Math. 6.

2. Reg. 12.

De poeni. d. 7. ca. Quid egerit.

De poeni. d. 7. ca. Si quis

Post poenitentiam quod viuendum.

Roma. 10.

Math. 6. De verbis dñi. Ser. 2. 8.

Regni dei ut veniat & optare & orare quid? E

Math. 23.

Roma. 7.

Gala. 5.

Gene. 3.

**G**umentum? Victus enim noster in cibo est & in potu, tegumentum in vestitu & tecti. Nihil homo plus desideret. Quadoquidem dicit Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus, Victus & tegumentum habentes, his contenti sumus. Pereat auaritia & diues est natura. Ergo si ad quotidianum victum pertinet, quia & hoc bene intelligitur, quod dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non miremur si nominato pane cetera necessaria intelligantur. Quomodo? Quando Ioseph inuitavit fratres suos, Homines, inquit, illi hodie mecum manducabunt panem. Quare panem solum manducaturi erant? Sed a solo pane intellecta sunt cetera. Sic quando rogamus panem quotidianum, quicquid nobis propter carnem nostram in terris necessarium est postulamus. Sed quid ait dominus Iesus? Quarite primum regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia apponentur vobis: intelligitur hoc etiam valde bene, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, eucharistiam tuam, quotidianum cibum. Norunt enim, fideles quid accipiant, & bonum est eis accipere panem quotidianum huic temporis necessarium. Pro se rogant vt bona faciant, vt in bonitate & fide & bona vita perseuerent. Hoc optant, hoc orant: quia qui non perseuerant in bona vita, separabuntur ab illo pane. Ergo panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quid est? Sic viuamus vt ab altari tuo non separeremur: & verbum dei quod cotidie nobis aperitur, & quodammodo frangitur, panis quotidianus est. Et quomodo illum panem ventres, sic istum esuriunt mentes. Et hunc ergo petimus simpliciter, & quicquid animae nostrae & carni nostrae in hac vita necessarium est, quotidiano pane concluditur. Dimitte nobis, dicimus, debita nostra, & dicamus quia verum dicimus. Quis enim hic viuit in carne, & non habet debita? Quis est homo sic viuens, vt ei non sit ista oratio necessaria? Inflare se potest, iustificare non potest. Bonum est illi vt imitetur publicanum, nec tumescat sicut Phariseus qui ascendit in templum & iactauit merita sua, textit vulnera sua. Ille autem sciuit quare ascenderit qui dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori. Considerate fratres mei, hoc dominus Iesus Christus orare docuit discipulos suos, illos magnos primos Apostolos suos, arietes nostros. Si ergo pro peccatis suis dimittendis arietes orant, agni quid debet facere de quibus dictum est, Afferte domino filios arietum? Hoc ergo scitis vos in simbolo reddidisse, quia inter cetera nomina audistis remissionem peccatorum. Remissio peccatorum vna est quae semel datur in sancto baptisinate, alia quae quando viuimus hic datur in dominica oratione. Propter quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra, Et induxit nobiscum deus pactum & placitum, firmumque; chiographum vt dicamus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui vult dicere efficaciter; Dimitte nobis debita nostra, oportet quod dicat veraciter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit: illud quod prius est, inaniter dicit. Maxime vobis dicimus, Dimittite omnia de cordibus vestris, qui ad sanctum baptismum accessistis. Et vos fideles qui per hanc occasionem auditis hanc orationem & nostram expositionem, dimittite totum quicquid aduersus aliquem habetis in cordibus vestris, ibi dimittite vbi deus videt. Aliquando enim homo dimittit ore, & tenet in corde: dimittit ore propter homines, & tenet in corde. Non times oculos dei? Prorsus dimittite, quod vsque ad istos dies tenuistis, saltem his diebus

dimittite. Non debuit occidere sol super iracundiam vestram, & multi soles occiderunt: traseat aliquando iracundia vestra, dies magni solis celebramus. Illius solis de quo dicit scriptura, Orietur vobis sol iustitiae, & sanitas in pennis eius, Quid est in pennis eius? In protectione eius. Vnde in Psalmo dicitur, Sub umbra alarum tuarum protege me. Aliud autem, quia in die iudicij futuri sunt sero poenitentes, & infructuose dolentes, praedicti a sapientia. Quid tunc dicturi sunt poenitentiam agentes, & pra angustia spiritus gementes? Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid intulit nobis? Traserunt illa omnia tanquam umbra. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non illuxit nobis, & ille sol non est ortus nobis. Ille sol iustus oritur, istum autem solem visibilem facit deus quotidie oriri super bonos & malos. Ad illum autem solem videndum iusti pertinent, modo in cordibus nostris habitat iste sol per fidem. Si ergo irasceris ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam, ne forte irasceris & occidat tibi sol iustitiae, & in tenebris remaneas. Ne putetis autem quia nihil sit iracundia, Turbatus est pra ira oculus meus. Vtique cui turbatur oculus sole videre non potest, & si conatus fuerit videre, poena illi est non voluptas. Quid est ira? Libido vindictae. Et libet hominibus vindicari? Et nondum est Christus vindicatus, nondum sunt sancti martyres vindicati, adhuc expectant patientiam dei vt coertantur inimici Christi, coertantur martyrum inimici. Nos qui sumus vt vindictam quaeramus? Si quaereret illa deus de nobis, vbi remaneremus? Ille qui nihil nos laesit, non vult se vindicare de nobis: & nos quaerimus vindicari qui penes quotidie deum offendimus? Ergo dimittite. Dimittite ex corde. Irasceris, noli peccare. Irascimini & nolite peccare. Irascimini quasi homines si vincimini, & nolite peccare vt iram in corde teneatis, ne in illud lumen intretis. Ergo dimittite, Quid est ira? Libido vindictae. Quid odium? Ira inueterata. Ira inueterata si facta est, iam odium dicitur. Quid videtur confiteri ille qui cum dixisset, Turbatus est pra ira oculus meus: addidit, inueteravi in omnibus inimicis meis? Quod erat ira cum esset noua, odium factum est, quia in vetustate conuersum. Ira festuca est, odium trabes est. Aliquando reprehendimus irascentem, & odium tenemus in corde, & dicit, nobis Christus, Festucam in oculo fratris tui vides, & trabem in oculo tuo non vides. Vnde creuit festuca vt trabem faceret? Quia non statim euulsa est, Quia passus es exire & intrare sole totiens super iracundiam tuam, fecisti illam veterem, attraxisti malas suspitiones & rigasti festucam, rigando nutristi, nutriendo trabem fecisti. Expaucesce vel quando dicitur, Qui odit fratrem suum homicida est. Gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua trucidasti, cogitatio sola odij in corde tuo est & teneris homicida. Res ante oculos dei, ille viuit & tu occidisti. Quantum ad te pertinet occidisti quem occidisti. Emenda te, corrige te. Si in domibus vestris scorpiones essent aut aspides, quantum laboraretis, vt domus vestras purgaretis & securi habitare possent? Irascimini, inueterantur irae in cordibus vestris, sunt tot odia, tot trabes, tot scorpiones, tot serpentes, & domus dei, id est, cor vestrum purgare non vultis. Ergo facite quod dictum est, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & securi dicite, Dimitte nobis debita nostra, quia sine debitis in hac terra viuere non potestis. Sed alia sunt illa magna crimina, quae vobis bonum est in baptismo dimitti, & a quibus semper esse alieni debetis: alia quotidiana peccata, sine quibus hic homo viuere non potest

**A** potest, propter quae necessaria est quotidiana oratio, cum suo pacto dimittit ac placito, vt quo hilariter dicitur, Dimitte nobis debita nostra: sic veraciter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Deinde ista diximus de peccatis praeteritis, quid de cetero? Ne nos inferas in tentationem: dimitte quae fecimus, & alia non committamus. Quicumque enim tentatione vincitur, peccatum ipse committit. Etenim, inquit, Apostolus Iacobus, Nemo cum tentatur dicat quod a domino tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse enim neminem tentat. Vnusquisque autem tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde generat mortem. Vel mortem time, si peccatum non times. Noli consentire concupiscentiae tuae. Non est vnde concipiat nisi de te. Concessisti, quasi concubisti in corde tuo, Surrexit concupiscentia. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Ergo ne abstraharis a concupiscentia tua, nega te illi, noli eam sequi, illicita est, lasciuia est, turpis est, alienat te a deo. Noli dare confessiones amplexuum, ne plangas partum, quia si consenseris, id est, si amplexatus fueris, concipis. Cum concupiscentia conceperit, parit peccatum. Nondum times peccatum? Time quod perducit peccatum. Dulce est peccatum, sed amara est mors. Ipsa est infelicitas hominum: propter quod peccant, morientes hic dimittunt, & ipsa peccata secum portant. Peccas propter pecuniam, hic dimittenda est. Peccas propter villam, hic dimittenda est. Peccas propter mulierem, hic dimittenda est, Et quicquid est propter quod peccas, quando oculos in morte clauderis, hic dimittis, & ipsum peccatum quod committis tecum portas. Dimittantur peccata, dimittantur praeterita, cessent futura. Sed non potest hic viuere sine ipsis, vel minuta sint, vel leuia. Sed ipsa leuia vel minuta non contemnantur. De minutis guttis flumina implentur, Non contemnantur vel minorata. Per angustas rimulas infundat aqua, nauis impletur sentina, & si contemnatur sentina, mergitur nauis. Sed non cessatur a nautis, ambulat manus, sic & tuae manus ambulent vt quotidie deficient sentinae, Quid est ambulat manus? Da, dent, fac bona opera, ambulat manus tuae. Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti. Fac quantum potes, fac vnde potes, fac hilariter, & securus mitte orationem. Habebit alas duas, geminas eleemosynas. Quid est geminas eleemosynas? Dimittite & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Vna est eleemosyna quae fit de corde, quando fratri tuo dimittis peccatum. Altera eleemosyna quae fit de substantia, quando panem pauperi porrigit. Ambas fac, ne sine vna ala remaneat oratio tua. Ergo cum dixerimus, Ne nos inferas in tentationem: sequitur, Sed libera nos a malo. Qui vult liberari a malo, testatur quia in malo est. Ideo dicit Apostolus, Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Sed quis est qui vult vitam, & diligit videre dies bonos, quando omnis homo in hac carne non habet nisi dies malos? Quis non vult? Fac quod sequitur, Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam, & caruisti diebus malis, & impletur quod orasti, Libera nos a malo. Tres ergo petitiones superiores, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra, aeterna sunt. Quatuor autem sequentes ad istam vitam pertinent, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Numquid quotidie petiti sumus panem quotidianum, quando ad

illam satietatem venterimus? Dimitte nobis debita nostra, nunquid dicemus in illo regno, quando debita non habebimus? Ne nos inferas in tentationem: nunquid tunc dicere poterimus, quando nulla erit tentatio? Libera nos a malo, nunquid dicemus, quando nullum erit vnde liberemur? Quatuor ergo ista propter vitam nostram quotidianam nobis necessaria sunt, tria vero illa propter aeternam. Sed omnia petamus vt ad illa pertinemamus: & hic regamur, ne ab illa separemur. Oratio vobis quotidie dicenda est, cum baptizati fueritis. In ecclesia enim ad altare dei quotidie dicitur ista oratio dominica, & audiunt istam fideles. Non ergo timeamus ne minus illam teneatis diligenter, quia & si quis vestrum non poterit tenere perfecte, audiedo quotidie tenebit. Ideo die sabbati quando vigilaturi sumus in dei misericordia, reddituri estis, non orationem, sed symbolum. Modo enim nisi teneatis symbolum in ecclesia, in populo symbolum quotidie non auditis. Cum autem tenueritis vt non obliuiscamini, quotidie dicite quando surgitis, quando vos collocatis ad somnum. Reddite symbolum vestrum, reddite domino, commemorate vos ipsos, non pigeat repetere. Bona est repetitio, ne subrepat obliuio. Ne dicatis, dixi heri, dixi hodie, quoties dico, teneo, illud bene. Comemora fidem tuam, inspicite te, sit tanquam speculum tibi symbolum tuum. Ibi te vide, si credis omnia quae te credere confiteris, & gaude quotidie in fide tua. Sint diuitiae tuae, sint quotidiana ista quodammodo indumenta mentis tuae. Nunquid non quando surgis te vestis? Sic & comemorando symbolum tuum vesti animam tuam, ne forte eam nudet obliuio, & remaneas nudus, & fiat quod ait Apostolus, quod absit a te: si tamen vestiti non nudum inueniamur. Vestiti enim erimus fide nostra, & ipsa fides & tunica est & lorica. Tunica contra confusionem, lorica contra aduersitatem. Cum autem venterimus ad illum locum vbi regnabimus, non opus est vt dicamus symbolum, deum videmus, ipse deus nobis visio erit, visio fidei huius merces erit, Amen.

De illuminatione caeci nati, actotius mundi caecitate.

Homilia XLIII.

**D**ominus Iesus, sicut audiuimus cum Euangelium legeretur, aperuit oculos homini qui caecus erat natus. Fratres si attendamus hereditariam poenam nostram, totus mundus caecus est. Ideo venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excaecator. Omnes caecos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ad illuminatorem, currant, credant, accipiant lumen de salina factum. Salina quasi verbum est, terra caro est. Lauent faciem in piscina Syloa. Pertinuit autem ad Euangelistam exponere nobis quid significet Syloa, & ait, quod interpretatur missus. Quis est ipse missus nisi qui dixit in ipsa lectione: Ego, inquit, veni vt faciam opera eius qui me misit. Ecce Syloa, lauate faciem, baptizamini, vt & illuminemini & videatis quod ante non videbatis. Ecce primum ad hoc quod dictum est, oculos aperite. Ego, inquit, veni vt faciam opera eius qui me misit. Iam hic existit Arrianus & dicit, Ecce videtis, quia Christus non fecit opera sua, sed patris qui eum misit. Nunquid hoc diceret si videret, hoc est, si in ipso qui missus est, tanquam in Syloa faciem laualet? Quid ergo dicis? Ecce ipse, inquit, quid dixit? Veni vt faciam opera eius qui me misit. Non ergo sua? Non. Et quid est quod ait? Ipse Syloa, ipse missus, ipse filius, ipse vnicus quem tu quaeris esse degenerem. Quid est quod ait, Omnia quae habet pater, mea sunt? Tu dicis, quia opera aliena faciebat, quia dixit, Faciam opera eius qui me misit.

1. Timo. 6.

Gen. 43.

Math. 6.

Luc. 18.

Psal. 8.

K

Mala. 4.

Psal. 16.

Sapient. 5.

Math. 5.

Eph. 4.

L

Psal. 6.

Ira quid?

Psal. 4.

Odium quid?

M

Math. 7.

1. Ioan. 3.

Iacobi. 1.

Esai. 58.

Luc. 6.

Eleemosyna duplex

Eph. 5.

Psal. 33.

Tres petitiones ad gloriam pertinentes vitam.

D

Quatuor petitiones ad istam vitam pertinentes

2. Cor. 5.

Ioan. 9.

Ioan. 9.

Ioan. 16.

**G** Ego dico, quia pater res alienas habet, secundum cor tuum loquor. Unde mihi vis prescribere, quia dixit Christus, veni ut faciam opera eius, quasi non mea, sed eius qui misit me. Interrogo te domine Christus, solve questionem sine contentione, Omnia, inquit, quae habet pater mea sunt. Ergo patris non sunt, si tua sunt: non enim ait, Omnia quae habet pater dedit mihi: quantum si & haec dixisset, aequalitatem ostendisset. Sed molestum est quod dixit, Omnia quae habet pater mea sunt, si intelligis, omnia quae habet pater filij sunt, omnia quae habet filius patris sunt. Audi illum alio loco, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Finita est questio, de his quae habet pater & filius. Concordiam habent, tu litigare noli, opera patris quae dicit opera sua, quia & tua mea sunt, quia illius patris dicit opera cui dixit, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Ergo opera mea tua sunt, & opera tua mea sunt. Quaecumque enim pater facit, ipse dixit dominus, dixit unigenitus, dixit filius, dixit veritas. Dixit. Quid dixit? Quaecumque pater facit, haec & filius facit similiter. Magna expressio, magna veritas, magna aequalitas.

**H** Omnia quae pater facit, haec facit & filius. Sufficeret, omnia quae pater facit, haec facit & filius. Non sufficit, addo similiter. Quare addo similiter? Quia solent dicere non intelligentes, & nondum apertis oculis ambulantes, solent dicere, Pater fecit iubendo, filius obsequendo: ergo dissimiliter. Si autem similiter, quomodo ille sic, ille sic? Quae ille, haec & iste. Sed iubet pater, inquit, ut faciat filius. Carnaliter quidem sapit, sed sine praedicio veritatis. Cedo tibi, Ecce pater iubet, filius obsequitur. Nunquid ideo non est eius naturae filius, quia ille iubet, ille obsequitur? Da mihi duos homines, patrem & filium, homines sunt duo, qui iubet homo est, qui obsequitur homo est. Qui iubet & qui obsequitur unam habent eandemque naturam. Nunquid ille qui iubet non de natura sua genuit filium? Nunquid ille qui obsequitur, obsequendo naturam perdidit? Accipe ergo interim quomodo accipis duos homines, patrem iubentem, filium obsequentem, tamen deum & deum: sed simul isti duo sunt homines, simul ille vnus deus, hoc est diuinum miraculum. Interim si vis ut tecum agnoscam obsequium, prius mecum nosce naturam. Hoc genuit pater quod ipse est. Sed si aliud genuit pater quam quod ipse est, non verum genuit filium. Pater dicit ad filium, Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid est ante Luciferum? Per Luciferum significantur tempora. Ergo ante tempora, ante omne quod ante dicitur: ante omne quod non est, vel ante omne quod est. Non enim ait Euangelium, In principio fecit deus verbum: quomodo dixit, In principio fecit deus caelum & terram: aut, in principio natum est verbum: aut, in principio genuit deus verbum. Sed quid ait? Erat erat, audis erat, crede. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Toties audis erat, noli querere tempus quia semper erat. Ille ergo qui semper erat, & cum filio semper erat, quia potens est deus sine tempore generare. Ille dixit ad filium, Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid est ex vtero? Deus habuit vterum? Putabimus deum per membra corporalia esse dispositum? Absit. Et quare dixit, ex vtero, nisi ut intelligeretur de sua substantia genuisse. Ergo ex vtero hoc processit, quod erat ipse qui genuit. Nam si aliud erat qui genuit, aliud autem ex vtero processit, monstrum est non filius. Ergo faciat filius opera eius qui misit eum, faciat & pater opera filij. Certe voluit pater, efficit filius. Ecce ostendo, quia vult filius & facit pater. Vbi ostendis, inquis? Modo ostendo. Pater volo. Iam ego si calumniari

vellem, ecce filius iubet & pater facit. Quid vis? Vt ubi ego sum & illi sint mecum. Euasimus, illic erimus ubi est. Quis dedit, Omnipotens volo. Audis voluntatem potestatis, potestatem voluntatis. Sicut pater, inquit, suscitavit mortuos & viuificavit, sic & filius quos vult viuificat. Ne dicas illos viuificat filius quos iubet pater ut viuificet, quos vult viuificat. Ergo non quos vult pater, sed quos vult ipse, quia ubi est vna potestas, vna voluntas est. Habeamus ergo in corde non ceco, patris & filij vnā eandemque naturam, quia verus est pater, verus est filius. Quod est hoc genuit, quia genitus non degenerauit. Nescio quid potest mouere in verbis illius qui caecus erat, & forte multos non bene intelligentes facit desperare. Ait enim inter cetera sua verba, idem cui oculi aperti sunt, Scimus quia peccatores deus non exaudit. Audemus rogare deum, si peccatores non exaudit? Date mihi qui roget, ecce est qui exaudit. Date qui roget, discutite genus humanum ab imperfectis ad perfectos. Ascende a verno ad aestatem, hoc enim cantauimus, Aestatem & verno tu fecisti. Iam spirituales & adhuc carnales tu fecisti, quia & ipse filius dicit, Imperfectum meum viderunt oculi tui. Imperfectum quod est in corpore meo viderunt oculi tui. Et quid deinde? Habent spem qui imperfecti sunt: Habent planē. Audi quod sequitur, Et in libro tuo omnes scribentur. Sed forte fratres spirituales rogant & exaudiuntur quia peccatores non sunt. Quid faciunt carnales, quid faciunt? Peribunt: Deum non rogabunt: Absit. Da mihi illum publicanum. Veni publicane, sta in medio, ostēde tuam spem, ne infirmi perdant spem. Ecce enim ascendit publicanus cum Pharisaeo orare, & deiecit faciem in terra dicebat, longe stans, tundens pectus, Domine propitius esto mihi peccatori. Verum dixit, & descendit iustificatus magis quam ille Pharisaeus, quia dixit, propitius esto mihi peccatori. Verum dixit an falsum? Si verum dixit, peccator erat, & exauditus est, & iustificatus est. Quid est ergo quod dixisti tu, cui dominus oculos aperuit, scimus quia peccatores deus non exaudit: Ecce peccatores deus exaudit. Sed laua interiorē faciem tuam, fiat in corde tuo quod factum est in facie tua & videbis, quia peccatores deo exaudit. Fefellit imaginatio cordis tui. Adhuc est quod tibi faciat. Certe periectus est iste de synagoga, adit ad eum & dixit ei, Tu credis in filium dei? Et ille, Quis est domine ut credam in eum? Videbat & non videbat. Videbat oculis, sed adhuc corde non videbat. Ait illi dominus, Et vides eum, hoc est, oculis: & qui loquitur tecum, ipse est. Tunc prostratus adorauit eum. Tūc lauit faciem cordis. Incumbite ergo orationibus peccatores, confitemini peccata vestra, orate ut depellantur, orate ut minuantur, orate ut vobis proficietibus ipsa deficiant. Tamen nolite desperare & peccatores orate. Quis enim non peccauit? a sacerdotibus incipe. Sacerdotibus dixit, Prius offerre sacrificia pro peccatis vestris, & sic pro populo. Sacrificia conuincebant sacerdotes, ut si quis se iustum & sine peccato diceret, responderetur ei, Non attendo quod loqueris, sed quid offeras. Victima tua conuincit te. Quare offers pro peccatis tuis, si nulla habes peccata? En offers sacrificium, an in sacrificio tuo mentiris deo? Sed forte sacerdotes veteris populi peccatores erant, noui populi non sunt peccatores. Certe fratres quia deus voluit, sacerdos ipsius sum, peccator sum, vobiscum peccatus tundo, vobiscum veniam rogo, vobiscum deum propitium spero. Sed forte Apostoli sancti, primi, summi arietes, gregis pastores, membra pastoris, forte ipsi non habebant peccatum? Vere & ipsi habebant, non irascuntur,

Ioan. 17.

Ioan. 5.

Ioan. 9.

Psal. 73.

L.

Psal. 138.

Luc. 18.

M

Hebr. 5.

**A** irascuntur, quia confitentur. Ego non auderem, ipsum primum dominum audi dicentem Apostolis, sic orate. Quomodo illi sacerdotes sacrificiis conuincebantur, sic isti oratione. Sic orate. Et inter cetera quae iussit orari, & hoc proposuit, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid dicunt Apostoli? Quotidie sibi debita petunt dimitti? Debitoribus intrant, absoluti exeunt, & ad orationem debitoribus redeunt. Ista vita non est sine peccato, ut quotiens oratur, totiens peccata dimittantur. Sed quid dicam? Illi forte quando didicerunt orationem, adhuc infirmi erant. Fortē dicit hoc aliquis, quando illos docuit dominus Iesus orationem adhuc paruuli erant, infirmi erant, carnales, nondum erant spirituales qui non habent peccatum? Quid ergo fratres? Facti spirituales orare cessauerunt? Debit ergo Christus dicere, Modo talia orate, & daret spiritualibus alteram orationem: vna est, ipsa est ipse est, qui dedit ipsam. Ergo orate pro ecclesia. Sed tollamus controuersiam, quando dicitur spirituales esse sanctos Apostolos, quousque pateretur dominus carnales erant, hoc es dicitur. Denique quod verum est, illo pendente trepidauerunt, & tunc desperauerunt Apostoli quando credidit latro. Petrus ausus est sequi quando dominus ad passionem ductus est: ausus est sequi, quia domum peruenit & in atrio fatigatus est, ad ignem stabat & frigit. Ad ignem stetit, timore frigidus congelauit. Interrogatus ab ancilla negauit Christum semel: interrogatus iterum, negauit: interrogatus tertio, negauit: deo gratias, quia cessauit interrogatio, si non cessaret interrogatio, diu repeteretur negatio. Ergo posteaquam surrexit, tunc eos confirmauit, tunc facti sunt spirituales. Iam ergo non habebant peccatum. Spirituales Apostoli scribebant spirituales epistolas, ecclesiis mittebant. Non habebant peccatum. Hoc dicitis, Non tibi credo, ipsos interrogo: Dicitis sancti Apostoli, posteaquam surrexit dominus & confirmauit vos spiritu sancto misso de caelo, cessastis habere peccata? Dicitis nobis obsecro. Audiamus ne desperent peccatores, ne desinant rogare deum, quia non sunt sine peccato. Dicitis nobis. Ait vnus ipsorum. Et quis? Quem dominus amplius diligebat, & qui supra pectus domini discumbat, & regni caelorum quod ructuaret secretum bibebat. Ipse eum interrogo: Habebatis peccatum an non? Respondet & dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus & veritas in nobis non est. Ioannes autem ille est qui dixit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Videte quanta transcendit ut perueniret ad verbum. Talis ac tatus qui volauit sicut aquila super nubes, qui mentis serenitate cernebat, In principio erat verbum: ipse dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est ut dimittat nobis peccata nostra, & mudet nos ab omni iniquitate. Ergo orate, Amen.

Matth. 6.

Marci. 14.

1. Ioan. 1.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Matth. 11.

Ioan. 1.

Matth. 11.

Ioan. 1.

**B** De testimonio Christi, de Ioanne Baptista dicentis, In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Testimonio quoque Ioannis de Christo dicentis, Qui uenit post me maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere: Homilia XLIII.

**C** Sanctus Ioannes, non euangelista, sed baptista, missus est ante faciem Christi praeparare vias eius. Testimonium Christi de Ioanne est, In natis mulierum non surrexit maior Ioanne baptista. Testimonium Ioannis de Christo est, Qui venit post me maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Vtrunque testimonium consideremus, quod perhibuit dominus seruo, & quod perhibuit seruus domino. Quod est testimonium domini de seruo? In natis mulierum non surrexit maior Ioanne baptista. Quod est testimonium serui de domino? Qui uenit post me, maior me est. Si ergo in natis mulierum non surrexit maior Ioanne baptista, qui maior est illo: Quid est Ioannes? Magnus homo. Ambo mirabiliter nati, praeco & iudex, lucerna & dies, vox & verbum, seruus & dominus. De sterili seruus, de virgine dominus. Ipse dominus fecit sibi seruum in vtero sterili, de sene patre, & de ancilla matre. Et idem ipse dominus fecit sibi carnem, in vtero virginis, sine homine patre, qui primum fecit hominem sine patre & matre. Quo nemo surrexit in natis mulierum maior. Tam magnus visus est Ioannes, ut à nonnullis etiam Christus putaretur: nec in superbia alienum secius est errorem, nec ausus est dicere, sum quod putatis: sed, quod bonum erat ei, se agnouit, ut ad pedes domini, & ad corrigiam calciamenti seruus humiliaretur, ne vento superbiae elatus lucerna extingueretur. Denique quia in magno sacramento natus est Ioannes, ipsius solius iuste ecclesia natalem diem celebrat & natalis domini celebratur, sed tanquam domini. Date mihi alium seruum praeter Ioannem inter patriarchas, sic inter Prophetas, inter Apostolos, cuius natalem diem celebret ecclesia Christi? Passionis dies seruis plurimus celebramus, natiuitatis diem nemini nisi Ioanni. Audistis enim quando Euangelium legebatur, qui ordo fuerit amborum nascentium praecursoris & dominatoris, & quod paulo ante dixi praecursoris & iudicis, vocis & verbi. Angelus Gabriel nunciat Ioannem, idem ipse angelus Gabriel nunciat dominum Iesum Christum. Praecedit ille, praecedit obsequendo, sequitur ille regendo. Sequitur enim nascendo, antecedit regendo, quia & ipsum Ioannem creauit Christus & creator & creatus. Creator ante matrem, creator matris, creatus in matre. Et quid dicam creator ante matrem? Ante Abraham ego sum, ipse dixit, Euangelium loquitur, audite vel legite. Sed parum est ante Abraham creator, ante Adam creator, ante caelum & terram creator, ante omnes angelos, vniuersamque creaturam spiritalem, thronos, dominationes, principatus & potestates, ante omnia creator: quia in principio non est factum verbum, sed erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si omnia visibilia & inuisibilia, caelum & terra, & virgo Maria, quia & virgo Maria de terra, & Christus factor terrae, factus in terra, quia veritas de terra orta est. Breuiter ergo commendo charitati vestrae magnum sacramentum: quoniam multi futuri erant qui putarent Christum non esse nisi hominem, nihil esse amplius quam hominem, ideo magnus homo quo maior in hominibus non fuit, perhibuit ei testimonium Ioannes, subditus, inclinatus, humiliatus. In quantum se humilem reddidisset, si solueret corrigiam calciamenti eius, dignum se esse dixisset: Attendite in magno Christo, corrigiam calciamenti. Quantum humilis extitisset, si se Ioannes dixisset dignum, quod dicendo fecit se indignum? Propterea notatus est dies natiuitatis eius & celebrationi ecclesiae commendatus. Verum interest plurimum in matribus, quod illa virgo, illa mulier fuerit sterilis: illa de spiritu sancto pariens filium dei dominum nostrum, illa de viro suo sene pariens praecursorem domini, miraculo & humili. Et attendite. Non credidit Zacharias, Quomodo non

credidit?

D

Matth. 11.

Ioan. 1.

E

Ioan. Bapt. cur celebratur natalis dies?

Luc. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Psal. 84.

Matth. 3.

Luc. 1.

Ioan. 17.

Ioan. 5.

Psal. 109.

Ioan. 1.



**G** credidit: Quæsiuit ab angelo per quid cognosceret quod promittebat, quoniam ipse erat senex, & vxor eius processerit in diebus suis. Et dixit ei angelus, Ecce eris tacens, & nō poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, propter quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Idem ipse angelus venit ad Mariam, nūciat Christum venturum de Maria virgine in carne, & Maria tale aliquid dicit. Ille enim dixit, Per quid cognoscam hoc? Ego enī sum senex, & vxor mea progressor in diebus suis. Et dixit ei, Ecce eris tacens & non poteris loqui vsque in diem quo hæc impleantur, propter quod non credidisti verbis meis. Et accepit sup plicium taciturnitatis merito infidelitatis. Quid dixerat Propheta de Ioanne: Vox clamantis in eremo. Tacet Zacharias generaturus vocem. Quia non credidit tacuit, merito obmutuit quousque vox nasceretur. Si enim recte dictum est, quia valde recte dictum est in psalmo sancto, Credidi propter quod locutus sum, quia non credebat, merito non loquebatur. Sed rogo domine cum audientibus me pariter pulso, aperi nobis, expono nobis quid sibi velit hæc questio. Causas quarit Zacharias ab angelo, per quid cognosceret quod illi nūciatū est, quod senex erat & vxor eius progressa in diebus suis, dicitur, Et quoniam non credidisti, eris tacens. Nūciatur Christus virgini Mariæ, & ipsa causas querit, & dicit angelo, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et ille, Per quid cognoscam hoc? Ego enim sum senex, & vxor mea progressor in diebus suis. Illi dicitur, Tacebis, quia non credis, illi autem causa exponitur, silentium non imponitur. Quomodo fiet istud dum virum non cognoscam? Et angelus professus est virgini, Ecce quomodo fiet quod quaris, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Non timeas æstum libidinis, sub tanto vmbraculo saninitatis. Quare hoc? Si verba attendamus haud ambo crediderunt, Zacharias & Maria. Sed nos verba audimus, deus potest & corda interrogare. Intelligimus charissimi, quoniam Zacharias quando ait, Per quid cognoscam hoc, ego enim sum senex, & vxor mea progressor in diebus suis desperando dixit non inquiredo: Maria vero quando e contra ait, Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco: inquirendo dixit non desperando. Dum interrogauit, non de promissione dubitauit, O vera gratia plena, sic est enim ab angelo salutata, Ave gratia plena. O vere gratia plena, quis hæc gratiam explicet? Quis huic gratia gratias agendo sufficiat? Fit homo, & per liberum arbitrium perit homo, & inuenitur homo factus qui fecit, vt non periret quem fecit. In principio verbum deus erat apud deum, per quod omnia facta sunt, fit caro, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro fit verbum, sed caro accedit ad verbum, non perit in carne verbum. O gratia, vt hoc habereamus quid digni eramus? Sed videte quid dicat sancta Maria, plena fide, plena gratia, mater futura, virgo permansura. Quid dicit inter cetera? De quibus singulis loqui, valde multum est. Quid ait? Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Qui sunt esurientes? Humiles, indigentes. Qui sunt diuites? Superbi & inflati. Non vos longe mitto, ostendo vobis in vno templo diuites de his qui dimittuntur inanes, & pauperes de illis qui implentur bonis. Ascenderunt duo in templum vt orarent, vnus Pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus dicebat, Attendite diuitem indigesta ructuantem, crapula exultantem, sed superbia non iustitia. Deus, inquit, gratias tibi ago, quia nō sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adul-

teri, sicut publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Rogare veneras an te laudare? Totum te habere dixisti, nihil tanquam egenus petisti. Quomodo ergo orare venisti? Gratias tibi ago domine. Non dicit, Domine da mihi gratiam, quia non sum sicut ceteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Ergo tu iustus. Quia non sum sicut publicanus iste. Insultas, non exultas. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. O diuitem exinaniendum. Veni, veni pauper, esuries publicane, immo ibi sta vbi stas. Publicanus enim de longinquo stabat, sed dominus humili appropinquabat. Nec oculos ad cœlum audebat leuare. Quod oculos non leuabat, cor ibi habebat: sed percutiebat pectus suū dicens, Domine propitijs esto mihi peccatori. O esurientem, bonis implendum. Audisti domine controuersiam, prome sententiam. Audite sententiam inter partes prolatam. Non appellat victus, quia nō est ad quem. Non enim appellat a filio ad patrem. Deus enim pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Dicit ergo sententiam inter partes veritas. Amen, inquit, dico vobis, quia descendit hic iustificatus de templo, magis quam ille Pharisæus. Quare hoc? Rogo te qui iustitiam vis audire, Quoniam omnis qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. A quo iste exaltabitur, & qui se exultat humiliabitur? Quia esurientem impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Vade nunc & ventila diuitias tuas, iacta te & dic, diues sum. Quam diues si volo iustus sum, si volo iustus non sum, In potestate habeo iustum esse, & iustum non esse. Non audis in psalmo, Qui cōfidunt in virtute sua. Ergo deus tibi carnem, deus tibi sensum, deus tibi animam, deus tibi mentem, deus tibi intelligentiam dedit, tu das tibi ipsi iustitiam? Quid est caro, quid sunt sensus, quid est anima, quid est mens, quid est intelligentia sine iustitia? Nonne omnia ista si iustitia careant, ad poenam valebunt? Ergo tam diues es, vt cum deus tibi dederit inferiora, des tibi potiora? Male diues, exinaniende diues, si tamen habes quod te dixisti habere. Quid habes quod non accepisti? Nec saltem a superbo & diuite illo Pharisæo, de his quæ te habere dixisti, gratias domino agere didicisti, Amen.

*De eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum, Quod Petrus circa horam sextam ascenderat in cenaculum, & cum esuriret noluit gustare. Parantibus autem discipulis, ille factus est in excessu mentis, & uidit vas græde velut linteam magnum & cæ. Homilia XLV.*

**M**odo cum lectio actuum Apostolorum legere- tur, audiui quod beatus Petrus circa horam sextam ascenderat in cenaculum, & cum esuriret voluit gustare. Parantibus autem discipulis, ille factus est in excessu mentis, & vidit vas grande velut linteam magnum quatuor lineis appensum de cœlo submitti, vbi erant omnia quadrupedia & serpentina terræ. Et vox de cœlo sonuit, Petre macta & manduca. At ille dixit, Domine tu scis quia commune & immundum nunquam manducaui. Et vox iterum, Quod deus mundauit, tu ne commune dixeris. Hoc factum est per ter, & receptum est vas in cœlo. Quid ergo significant ista, breuiter si iubetis, charitatis vestræ auribus cupimus intinmare. Omnia animalia quæ prohibita sunt iudeis mādudare, signa sunt rerum, & sicut dictum est, vmbræ futurorum, veluti quod scriptum est eis, vt quæ sunt ruminantia & fissa vngula, ipsa manducant. Quorum autem vnum vel vtrunq; defuerit, non mādudant. In his enim animalibus homines quidem significantur non perti-

**A** mentes ad societatem sanctorū. Fissa vngula ad mores, ruminatio ad sapientiā pertinet. Quare ad mores fissa vngula? Quia difficile labitur. Lapsus enim peccati signum est. Ruminatio autem ad sapientiā quomodo pertinet? Quia dicit scriptura, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, vir autem stultus deglutit illum. Qui autem audit & negligētia fit obliuiosus, quasi deglutit quod audiuit, vt iam in ore non sapiat, auditionem ipsam sepeliens obliuione. Qui autē in lege dei meditatur die ac nocte, tāquam ruminat & in quodam quasi palato cordis verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod preceptum est iudeis, significat quod ad ecclesiā, id est, ad corpus Christi, ad gratiam societatemque sanctorum non pertineant illi, qui aut negligentes auditores sunt, aut mores malos habet, aut in vtroque vitio reprehenduntur. Sic cetera quæ in hunc modum precepta data sunt iudeis, vmbraticæ sunt significationes futurorum. Postquam venit lux mundi, dominus noster Iesus Christus, tantummodo vt intelligantur, non etiam vt obseruentur leguntur. Data est ergo licentia Christianis, vt non secundum vanam hanc consuetudinem faciant, sed manducant quod velint cum moderatione, cum benedictione, cum gratiarum actione. Fortassis ergo & Petro ita dictum est, Occide & manduca: vt iam non teneret obseruationem iudeorū: non tamen ei quasi gurgis ventris & fœda voracitas imperata est: sed tamen vt intelligatis hoc in figura esse mōstratum, erant in illo vase serpentina. Nunquid poterat manducare serpentes? Quid ergo sibi vult ista significatio? Vas illud ecclesiam significat. Quatuor lineæ quibus depēdebat, quatuor partes orbis terrarum per quas extenditur ecclesia catholica, quæ vbique diffusa est. Quicumque ergo voluerit in partem ire, & per aliquam hæresim ab vniuerso conscindi, nō pertinet ad quatuor linearum sacramētum. Si autem ad visionem Petri nō pertinet, nec ad clauas quæ sibi data sunt pertinebit. Ideo verō quatuor lineis submissum est vas illud, quia a quatuor ventis dicit deus congregandos sanctos suos in finem, quia nunc super omnes istos quatuor cardines, fides Euāgelica dilatatur. Animalia ergo illa gentes sunt. Omnes ergo gentes quæ in mundo erant erroribus & superstitionibus & concupiscentiis suis antequam veniret Christus, illo adueniente, donatis sibi peccatis, munda factæ sunt. Vnde iam post remissionē peccatorum quare non recipiant in corpus Christi quod est ecclesia dei, cuius personam Petrus gestabat Petrus in multis locis apparet quod personam gestet ecclesia. Si Petrus figuram gestabat ecclesiæ, & ecclesia corpus Christi est, recipiat in se quasi in escam suā iam mundatas gentes, quibus peccata dimissa sunt. Vnde misit ad illum Cornelius gentilis homo, & qui cū illo gentiles erant, cuius elemosynæ acceptæ mundauerūt eum ad quandam modum, restabat vt tanquam cibus mundus incorporaretur ecclesiæ, hoc est, corpori domini, Petrus autem trepidabat tradere gentibus Euāgelium, quia illi qui crederant ex circuncisione, prohibebat Apostolos tradere incircuncisis Christianam fidem, & dicebant non eos debere ad participationem Euāgelij accedere nisi accepissent circuncisionem, quæ tradita erat patribus eorum. Vas ergo illud dubitationem sustulit Petro, & ideo post illam visionem admonitus a spiritu sancto vt descenderet & iret cum eis qui a Cornelio erant, & perrexit. Cornelius ergo & qui cum illo erant, tanquam ex illis animalibus habebantur quæ in vase erant demonstrata, quos tamen iam mun-

dauerat deus, quia elemosynam eorum acceptauerat. Occidendi ergo erant & manducandi id est, vt interficeret in eis vitam præteritam, qua non noverant Christum, & transirent in corpus eius tanquam in nouam vitam societatis ecclesiæ. Nam & Petrus ipse cum ad eos venisset, commemorauit breuiter quid sibi in illa visione monstratum sit. Ait enim, Et vos scitis quam illicitum sit viro iudæo coniungi & accedere ad alienigenas. Sed mihi ostendit deus neminem communem aut immundum hominem dicere. Quod vtique tunc ostendit deus, cum vox illa sonuit, Quæ deus mundauit, tu ne immunda dixeris, Fortasse quare etiam illud, quare linteam erat in quo erant illa animalia. Non vtique sine causa. Nonimus enim quod linteam tineā non consumit, quæ vestes alias corrumpit. Et ideo qui vult ad mysterium ecclesiæ catholicæ pertinere, excludat de corde suo corruptionem malarum concupiscentiarum, & ita incorruptibiliter firmetur in fide, vt prauis cogitationibus tanquam cinis non penetretur, si vult ad sacramentum illius lintei pertinere, quo significatur vel figuratur ecclesia. Quare autem ter de cœlo submissum est, nisi quia omnes gentes in nomine trinitatis baptizantur, quæ pertinent ad quatuor partes orbis terræ qua disseminatur ecclesia: quam significabant quatuor lineæ, quibus vas illud connectebatur: & in nomine patris & filij & spiritus sancti, credentes innouantur, vt pertineant ad societatem communionemque sanctorum? Quatuor ergo lineæ quibus vas illud connectebatur, quatuor partes orbis, & trina submissio mysterium trinitatis ostendit. Quæ res etiam duodenarium numerum Apostolorum ostendit, tanquam ternis per quatuor deputatis. Quater enim tria, duodecim sunt. Et quia per quatuor partes orbis terræ mysterium trinitatis prædicaturi erant duodecim Apostoli, ideo quatuor lineæ tertia vice de cœlo dimissæ sunt. Sicut ergo supra dictum est, Beatus Petrus typum ecclesiæ habuit catholicæ. Quod autem ascendit in solarium, hoc significat quod ecclesia cupiditatibus seculi abiectis, spiritaliter ascensura erat in altum, & cor sursum habitura, secundum illud quod scriptum est, Nostra autem conuersatio in cœlis est: Quod autem hic Petrus esurire dicitur, hoc significat quod ecclesia salutem gentium esuriret. Linteam illud quod de cœlo submissum est, ecclesiā significat. Animalia quæ in linteo erant, omnium gentium præferebāt imaginem. Quatuor lineæ quibus vas illud dependebat, quatuor partes mundi, in quibus Christi Euāgelium prædicatur, significasse videntur. Quod tertia vice submissum est vas illud, significat mysterium trinitatis & sacramentum baptismatis. Quod autem dictum est Petro, Macta & manduca: hoc significatum est quod ecclesia catholica omnes qui in Christo credunt prius occisura, & postmodū manducatura, hoc est, occisura esset infidelitatem, vt infereret fidem. Nemo enim potest in Christum credere, nisi prius moriatur quod fuit, secundum illud quod Apostolus ait, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quomodo enim qui ab hæreticis circumueniuntur viui deuorantur a mortuis, sic illi qui ad Christum veniunt, moriuntur præteritis vt viuant futuris, pereunt diabolo vt Christo acquirantur, moriuntur morti, & feliciter vitæ inseruntur. Quam rem vt etiam in nobis pietas diuina impleat & confirmare dignetur, assiduis orationibus supplicemus, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deo in secula seculorū, Amē.

Esaiæ. 4. o.

Psalm. 115.

Lucæ. 1.

Ioan. 1.

Qui esurientes diuites.

Lucæ. 19.

Prou. 21.

Psalm. 1.

Ioan. 5.

1. Timo. 4.

Psalm. 48.

1. Corin. 4.

Acto. 10.

M

Acto. 10.

Leuiti. 11.

1. R. cetera. 17.

Acto. 10.

Ibidem.

E

Philipp. 3.

P

Col. 3.

G Psal. 117

De eo quod propheta dicit in psalmo, Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius: Homilia XLVI.



Confitemini domino fratres charissimi, quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia eius. Remedia purgandi facinoris spiritu sancto instruente addiscimus, non aliter veniam posse mereri, nisi nostra facinora fuerim deo iubente confessi. Quid enim celat peccator quod deo teste commisit? Quid erubescit fateri, quoniam peccatis non erubuit coinquinari? Diluat ergo consistendo quod peccando infecerat, satisfatione abluit quod delictorum maculis sordidauerat. Sit cautior post delictum qui ante delictum fuerat segnior, sequatur bonis actibus Christum, qui in malis diabolum sequebatur. Confitemini, inquit, domino quoniam bonus est. Non vult vlcisci malitiam, qui confiteri peccata persuadet. Optat solvere contentes ne contumaces punire cogatur. Quare admonitio dei faciat sollicitum, ne severitas faciat punitum. Peccatorum enim nos meritis flagellari frequenter nemo prudens qui abnuat, nemo stultus qui non intelligat. Vult enim deus admoneri frequenter quos putat esse correctos, vult tentationum severitate corrigere, quos sua patientia viderit depravatos, vult inquam haecenus reformare peccatores, & ad spem recuperandae salutis ipsos iam mortuos suscitare. Gaudet enim deus si correctos viderit quos emendat: latatur cum & iustos mutatos inspererit quos flagellat. Exultat ergo affectu, & terrorem & minas & verbera in peccatores missa proficere ad prauos corrigendos, quam ad reos puniendos exoptat. Vult enim deus misereri delictorum, vult ignoscere magis, vult se exhibere propitium, si quem mutatis actibus viderit esse correctum. Si dereliquerint, inquit, filii tui legem meam, & in praeceptis meis non ambulauerint, si iustificationes meas prophanauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Haec sunt remedia quibus consulit deus, haec est medicina qua hominum curantur vulnera, his emendatur utilitatibus, vitia corriguntur, hominum malitia refrenatur. Beneficia haec sunt diuina non verbera, nec ut noceant diuinitus irrogantur, quae ad hoc veniunt ut hominibus paternam clementiam consulant. Ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Et iterum, Fili ne neglexeris disciplinam dei, nec defeceris cum ab eo correptus fueris. Quem enim diligit deus, corrumpit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Igitur si omnem ad hoc flagellat ut corrigat, ad hoc autem corrigit ut patri, id est, deo dignum exhibeat, timeat quem corrigere deus non vult in seculo, quia eum supplicio destinavit post seculum. Timeat qui adhuc in seculo gaudet & latatur, ne in aeternum contristetur & ploret. Timeat qui cum iustus in seculo non dolet, ne cum peccatoribus in supplicio perenniaceat. Sed si peccatores, inquit, delictorum suorum verbera in seculo patientur, cur nonnunquam & sancti viri pariter & aequae cum peccatoribus afflictiuntur, nisi quia ad emendationem peccatoribus, iustus ad probationem iustitiae proficiunt? Ut enim peccatores his remediis corriguntur a malis, ita iusti haecenus augentur in bonis. Illos enim emendat deus ut corrigat, hos vero probat ut augeat. Illos ergo a culpa reuocat, hos sanctiores sibi reseruat. Illic peccata corriguntur, hic merita virtutis augentur. Illic ergo recordatio poenitentis, hic pura mentis letitia, Gaudens ille indulgentiam diuinam exoptat, hic praemia

promissa iam cogitat. Ille pius iudicem veniam postulat, hic iustus remuneratorem expectat. Ille sollicitus ut possit impetrare quod postulat, hic securus, quia potest quod meretur accipere. Nam peccatores saltem emendatione deus conterat, ne inueniat malitia crescente quod vindicet. Odit enim supplicium, qui ante praestitit ne condemnet. Gaudeat Christianus in aduersis, quia aut probatur si iustus est, aut si peccator est emendatur. Contristetur sane quem flagella corrigere diuina non possunt, timeat futurum supplicium, qui praesens iudicis contempnit remedium. Gaudeat peccator si cum iusto in seculo contristetur, ut post seculum cum eodem remuneretur. Vos, inquit dominus, plorabitis & plangetis, seculum autem gaudebit. Vos tristes eritis, sed tristitia vestra in letitiam veniet. Quis non breui tempore contristari exoptet, ut in aeternum letitia sempiterna cum Christo triumphet? Quis non breui tempore contristari, & praesentis temporis fletus pensare gaudium futuro desideret? Exiguum siquidem momentaneum & breue est, quicquid boni malive in seculo est. Tentatio quidem vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus, qui non patitur vos ferre plus quam potestis, sed faciet cum tentatione exitum ut possitis tolerare. Sed tamen tribuit deus securitatem ad tempus, fragilitati nostrae indulgens. Sit miles Christi armatus, sit sollicitus, sit cautus, sit de deo solo securus. Vigilet in pace cautior, qui in bello vigilare consuevit. Non sit securitate dimissus, ne aliqua ex parte surrepat inimicus. Sobrius enim, inquit, estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, aliquem deuorare quarens circueit. Quanto hostis vigilat ut noceat, tanto Christianus vigilat ut vincat. Nunquid vigilantibus obrepit inimicus? Nunquid sollicitus circumuenit hostis? Neque enim tunc tantum cauendus est, quando bellum dei seruis indicit, in pace magis vigilandum est nobis & exercendus animus, exercenda virtus, mentis intentio timore firmanda. Facit enim hostis securos, quos cupit esse captiuos. Facit inquam, securos, ut incautos, sopitos & inermes opprimat, vulneret eos quos vigilare minime perspexerit. Si quis miles sub imperatoris conspectu certamen cum hoste inierit, quanta instantia, quantaque virtute pugnabit, ut placere illi cui militat possit? Nec stipendium promotionemve poterit despiciere, si superans hostem fortiter vicerit. Erubescit siquidem despici nisi superet hoste forti victoria. Vigila Christiane sub oculis dei, ut perfecta victoria coroneris. Pugna ergo cum diabolo, qui armatus es Christo, qui te desiderat munere. Contemne praesentia, ut percipias futura. Temporalia ergo sperne, ut aeterna possis accipere. Possidebis caelum, quod diabolus possidere non potuit. Habebis enim paradisum, unde inimicus exclusus est. Accipies aeternitatem, quam prauaricator hostis amisit. Illum ergo ad terram perfidia deiecit, te in caelum fides imposuit. Ille contemnendo caelesti virtute priuatus est, tu seruando angelica maiestate suffultus eris. Illi aeterna sunt supplicia destinata, tibi diuina sunt praemia praeparata. Ille perfidus cum perfidus interibit, tu sanctificatus cum sanctis regnabis, Et qui fueras temporalis & mendicus, sis aeterna gloria decoratus, nec quicquam in seculo formidabis, quia authorem formidinis diaboli cum seculo respiciisti, Amen.

De remediis peccatorum: Homilia XLVII.



Remedia peccatorum fratres, medicina eleemosyna. Eleemosyna enim a morte liberat & non patitur hominem ire in tenebras. Patrociniatur

Ioan. 16.

1. Corin. 10.

1. Petri. 5.

M

Tobiz. 4.

Jacob. 2.

Prover. 3.

Math. 25.

Luc. 14.

Prover. 21.

Luc. 16.

Tobiz. 4.

Ecclesiastici 3.

A cinatur in die iudicii homini, ut flammis aeternis non timeat. Sicut Iacobus in epistola sua dicit, Superexaltat misericordia iudicii, Et iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Sed talis debet esse ipsa misericordia fratres, quae suscipiatur, non quae repellatur. Quae peccata purget, non quae animam grauet. De bono, de iusto labore, de propria facultate, non de pauperum egestate. Fratres, non vult deus hominem a misericordia cessare, nec libenter aspicit deus quenquam de fraudibus dantem, Sicut Salomon propheta dicit, Honora dominum deum tuum de tua substantia, ac de iustis laboribus tuis. De iustis laboribus iustus dari, De iniustus vero rapinis prohibuit dari. Sed cum iudicare coeperit deus, dicturi sunt hi qui de fraudibus viuunt, & de spoliis miserorum eleemosynam faciunt, Domine praeccepta tua seruauimus, & in nomine tuo misericordias fecimus, pauperes pauiimus, nudos operuimus & peregrinos hospitio recepinus. Quibus dicitur est deo, Quod dedistis dicitis, quod rapuistis non dicitis. Quos pauistis memoramini, quare non recordamini quos necastis? Quos operuistis gaudent, quos expoliastis plangunt. Quos hospitio recepistis retinetis, & oblitus estis quatos de suis habitaculis expulistis. Ego misericordiam fieri iussi, fraudes & rapinas exerceri non mandauimus. Vnus repletur panibus, quem de rapinis satiasti, & benedicit dominus non te, sed eum quem necasti. Ille miser necatus ingemuit, & exaudiuit gemitum eius qui vidit quod feceris ei. De malo acquiris & gaudes, rapis & lataris, pauper rogat & contristaris, prandium paras, & tales ad tuum prandium vocas, qui tibi vicem rependant. Ornas conuiuium ne quid desit, & cum amicis tuis epularis, & ante ianuam tuam rogantem pauperem non audis, Tu diuersis bonis replevis, & egenti non miseris. Multis epulis distentus, & multo vino madidus, pauperem rogantem contemnis. Oblitus es dictum Prophetae dicentis, Qui, inquit, auerterit aurem suam ab egeno, & ipse inuocabit dominum, & non exaudiet eum. Inclina aurem tuam, audi egentis vocem & fame pereuntis, ut & tuam vocem deus exaudiat tribulantis. Da de quo dederit tibi deus. Ipse te diuites fecit, ideo illi redde quod suum est. Ipse se dicit accipere quod pauperibus datur, sibi collatum conclamat, quod in corde pauperis fuerit seminatum. Sicut in Euangelio dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui recipiant vos in aeterna tabernacula. Ecce habes Christiane aeternum tabernaculum, si dederis pauperibus victum. Si quid das illuc transmittis, tibi in futuro repones, non unde carnaliter satureris, sed unde spiritaliter glorieris: non unde ventrem repleas, sed unde flammam extinguas, quia scriptum est, Eleemosyna a morte liberat, & non patitur hominem ire in tenebras. Misericordia est fratres, quae iram dei auerit, & peccata dimittit, ignes futuros extinguit. Sicut Salomon dicit, Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna resistit peccatis. Da ergo egenti, confer non habenti, succurre fame pereunti. Crudele est ut de quo habes, non des ei quem scis non habere. Graue est ut de tua abundantia non sustentens egentes inopiam. Unde semper flagellamur in frugibus, quia bene egentibus non facimus. Reuera si consideres homo unde damna, unde pericula, unde calumnia, nisi de sterilitate nostra. Tu non das indigenti quod potes, quod te non grauat, venit una calumnia, & perdes quod non habes. Ventre pleno ambulas, & vacuum pauperis ventrem non consideras. Bene est tibi de bonis dei, nihil indiges, honestis vestibus vteris, & nudum & trementem fri-

gore non vestis. Si tibi dicat deus, Te ipsum ego feci, quod vultis meum est, quod habes ego dedi, & ingratus es; aufero quae dedi, nego quod donavi, dimitto te quem feci, & sine me vive si potes. Plus tibi dedi, ut haberes unde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, ut te probarem, non quia ambobus non habui unde darem, sed per pauperem volui te probare. Ego sum qui diuitem & pauperem feci, praerogorem te constitui in bonis meis. Fac misericordiam, quia nihil perdes, & me, qui tibi dedi, non offendes. Da, quid dubitas? Quia si dederis, ego plura dabo. Quid tibi soli vendicas, quod ambobus dedi. Quare tu solus comedis, quod ambobus creauisti? Quasi tuo labori hoc assignas, aut tuum esse potes? Aufero auxilium meum, habe laborem tuum: aufero misericordiam meam, & tunc apparebit miseria tua. Ad haec quid dicitur es miser? Miser es, qui miseros non vides, & eris solus, Bestiis, & pecoribus, animalibus, auibus, serpentiibus, communis est cibus, & tu homini negas victum? Sed credo, ne dando finias, non praerogando deficias. Qui hac consideras finem vitae tuae non consideras? Et si pecunia non finitur, vita tamen finitur, & quando non speras ad te venit. Sic non considerauit ille diuites, qui in abundantia torquebatur, & quasi inopia quaerebatur. Quid faciam, inquit, quia non habeo vbi fructus meos congregem? Et audiuit vocem domini dicentis, Stulte, anima tua auferetur a te hac nocte, quae praeparasti tui erunt? O vanitas huius diuitis, nescit si viuat, & de fructibus cogitat, nocte moriturus fabricare disponit. Ecce audisti & tu Christiane quid timeas. Fac misericordiam, Quid dubitas? Non te deserit, qui te praerogorem constituit. Ipse est enim vox in Euangelio arguentis incredulos & dicentis, Considerate volatilia caeli, quoniam non seminant, neque metunt, quibus non sunt cellaria, & pater vester caelestis pascit illa. Si quaecunque habes, tua esse dicitis, si potes constitue propter fures in domo tua, vigilas, fode foueas, absconde diuitias, fac tibi loculos & arcas vbi reponas, contra dei voluntatem tene, habes, vnde, si potes? Ergo fratres, faciamus misericordiam, pasceamus esurientes, nudos operiamus, peregrinos hospitio recipiamus. Bene ergo facientes non deficiamus, ut tempore suo metamus vitam aeternam in secula seculorum, Amen.

De eo quod dominus ait in Euangelio, Homini cuiusdam diuitis uberes attulit possessio fructus, & cogitauit apud se, dicens, Quid faciam, quoniam non habeo quod colligam fructus meos, & cetera.

Homilia XLVIII.



Domini cuiusdam diuitis uberes attulit possessio fructus, & cogitauit apud se, dicens, Quid faciam, quoniam non habeo quod colligam fructus meos? Et dixit: Haec faciam, Destruam apothecas meas & horrea, & maiora aedificabo. Illuc congregabo fructus meos, & dicam animae meae, Habes multa bona reposita, gaude & iocundare. Dixit autem illi deus, Stulte, hac nocte exposcitur a te anima tua, ea quae congregasti cuius erunt? O caecitas avari, fratres dilectissimi, vna nox ei superabat, & de multorum annorum vita satagebat. Gaudebat quia multum sibi nascendum videbat, & non sciebat, quia nihil secum tollebat, sed hic omnia dimittebat. Nox ei vitam fugabat, & de castro cogitabat: quod in aliis spectabat, in se non sperabat: utique viderat & ille morientes, viderat possidentes, viderat neminem secum tollere terram. Quanti sunt & modo qui dicunt, tantum habeo, tantum facio, tantum valeo. Quibus respondendum est, Stulte, hac nocte auferetur anima tua a te, quae congregasti cuius erunt? Latatur

Psal. 88.

Apoca. 3. Prouer. 3.

Hebrae. 12.

Luc. 12.

Matth. 6.

Luc. 16.

Luc. 16.

**G** tur diues stultus, nocte moriturus, Quantūcūque cupiditas radices suas vbique distendet, quantumcūque rapiat, necesse est in vna hora totum dimittat. Sed dicturus es, habeo filios quibus laborem, habeo quibus prospiciam, habeo quibus curam maximam geram. Quam curam geris filiorum, vt eos obruas lachrymis miserorum? Non est hoc filios amare, sed potius necare. Nescis quia arbor in fruge dinoscitur? Nescis quia quod in radice celatur, in ramis declaratur: & quod latet in foliis, enitescit in pomis? Nolo te talem patrem sentiant filij tui, nolo sic provideas, vt magis iniudeas. O quanti pauperes nascuntur, & postmodum diuites efficiuntur, quanti quibus magna hereditas dimittitur, & postmodum ad penuriam rediguntur. Si ergo dei est pauperem facere, dei est & ditare. Cur prouidit filiorum existis? Cur rapis, qui post te ne forte maneāt nescis, & tibi perpetuam pœnam nutris, & filiis tuis dolorem dimittis? Dicit enim sapientissimus Salomon, Qui congregat aliena, relinquit filiis dolorē. Et rursum dicitur in Psalms, Veruntamen in imagine pertransit homo, vane cōturbatur, thesaurizat, & nescit cui congregat ea. Quid thesaurizas auare quod nescis? Quid auri argenti que pōdere delectaris, & condidis? Quid imaginem regis sculptam seruas in solidis, & imaginem conditoris in hominibus detestaris? Redde, dictum est, Cæsari quæ sunt Cæsaris, & deo quæ sūt dei. Maiores nostri deo copis omnibus abundabāt, quia deo decimas dabāt, & Cæsari censum reddebant. Modo autem quia discessit deuotio dei, accessit indictio fisci. Nolimus partiri cū deo decimas, modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus. Hoc magis datur quod pauperibus non erogatur. Noli, inquit Salomō, parcere thesauris tuis. Tribuendæ sunt elemosynæ pro modo & quantitate, sicut scriptum est, Prout habueris fili, fac elemosynam. Si exiguum habueris, ex ipso exiguo communica esurienti. Absconde elemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ad dominum. Sed dixisti, habeo quibus dimittam. Pone quia habebunt filij quibus dimittis. Tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filiis curam gessisti, tibi autem non profuisti. Ecce peregrini post te transierunt & isti filij, sine causa cucurristi, cum Apostolus dicat, Nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus, quia domini est terra & plenitudo eius. Audis, Sursum corda, & curas dicere, Habemus ad dominum. Si aliquid illuc misisti, habes quod ibi quæras. Si nihil misisti sursum, non habes quod ibi quæras. In terra vbi posuisti, ibi quære. Quia scriptum est, Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuū. Et deus tibi audi quid dicat. Quid? Vis scenerari, vis minus dare, & plus accipere, Ecce mihi da, dicit dominus, Ego accipio minus, & dabo plus. Quæ quæris vnde crescat pecunia? Hominem quæris, qui quando accipit gaudet, quando reddit plangit. Vt accipiat precatur, ne reddat calumniatur. Da quidem homini, & noli auertere faciem tuam ab eo qui mutuo petit, sed accipe quantum dedisti, nam & beneficium perdidisti. Et si hoc ipsum quod daturus es exigatur, forte ad manum non habet vnde reddere possit, pertulisti petentem, expecta nō habentem. Noli clamare & dicere, Nunquid fœnus quæro? Tantum peto quantum dedi, hoc recipiam. Non es mentitus, verum dicis, non es scenerator, & vis cui dedisti quærat sceneratorem, vt tibi reddat. Sed si propterea fœnus non exigis, nec te sceneratorem iudicat deus, premis, suffocas, exigis, si tantum exigis quantum dedisti, suffocando tamen & in angustiis retinendo, benefi-

cium nō præstitisti, sed maiores angustias intulisti. Sed forte dicis, Habet vnde reddere possit. Habet possessionem, vendat. Habet domum, vendat. Habet familiam, vendat. Frater tuus quando à te petiit, ideo petiit ne venderet propterea non faciat, quia subuenisti ne fieret. Hoc vult deus, hoc iubet deus. Sed si auarus es, modo audi quid ipse dominus in Euangelio dicat, Stulte, hac nocte exposcitur anima tua à te, ea quæ preparasti cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues, Amen.

De eo quod Apostolus dicit, Legatione fungimur pro Christo: Homilia XLIX.

**A**postolum audiuius nobis dicentem, Legatione fungimur pro Christo, exhortans reconciliari deo. Non exhortaretur vt reconciliaremur, nisi inimici fuissetis. Ergo erat totus mundus inimicus saluatori, amicus captiuatori. Hoc est, inimicus deo, amicus diabolo. Et totum genus humanum tantquam illa mulier, curuatum erat ad terram. Iam intelligens quidam inimicos istos, clamat aduersus eos, & dicit deo, Curuauerūt animam meam. Diabolus & angeli eius animas hominum curuauerunt ad terras: id est, vt pronæ in ea quæ temporalia sunt & terrena, superna non quærerent. Nam vtique hoc dicit dominus de muliere ista, quia alligauit eam Satanæ. Ecce decem & octo annis: etiam oportebat eam solui à vinculo in die sabbati. Calumniabantur autē erigenti, qui nisi curuati: Quandoquidem & ipsa quæ deus præceperat non intelligentes, terreno corde intuebantur. Sacramentum enim baptismi carnaliter celebrabant, spiritualiter non videbant. Audite charissimi membra Christi, & matris catholice filij: quod dico competentibus & fidelibus audiunt penitentes, quod dico fidelibus, dico & competentibus & penitentibus, audiunt catechumeni, audiunt omnes, omnes timeant, nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne sit vobis in testimonium dolor meus. Competentibus dico, Fornicari vobis non licebit, Sufficiant vobis vxores, aut nec vxores, Concubinas vobis habere non licet. Audiatur deus, si vos surdi estis, audiatur angeli eius si vos contemnitis, Concubinas vobis habere non licet. Si audiatur competentes quod dico fidelibus, non habetis vxores, nō licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis. Non vobis licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fœminæ habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina sunt ista coniugia, nō iure fori, sed iure cœli. Nec eam fœminam quæ per repudium discessit à marito, licet vobis ducere viuo marito. Solum fornicationis causa licet vxorem adulteram dimittere, sed illa viuente non licet alteram ducere. Et vobis fœminæ nec illos viros, à quibus per repudium discesserunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria sunt, non coniugia. Contemnitur Augustinus, timeatur vel Christus. Nolite imitari turbam malorum infidelium filij mei, nolite sequi vias latas, quarum finis ad interitum ducit. Qui baptizatus fuerit, aut continentiam deo voueat, aut permaneat cum vxore sua, aut si non habet, ducat vxorem. Audite me fideles, id est, baptizati. Quare moriemini iam renati? Quando baptizati per vias tortuosos & lubricas & immundas itis, nescitis quia peritis? Filij mei & fratres charissimi credite, Non ergo vultis credere: Quid vobis facio qui fideles estis, & audistis me? Si forte talia commisistis, nolite addere, & vt vo-

**A** vt vobis deus ignoscat orate. Si non potuistis habere, vel noluitis pudicitiam coniugalem seu continentiam, & deuistiis à proposito vel vinculo coniugali, vel deuotione continentiam, sit in vobis dolor & humilitas penitentiam. Apertius dico, nemo dicat nō intellexi. Qui post vxores vestras vos illicito concubitu maculastis, si præter vxores vestras cū aliqua concubistis, agite penitentiam, qualis agit in ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi dicat, occulte ago, apud deū ago, nouit deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est. Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo? Ergo sine causa sunt clausæ ecclesie dei? Frustramus Euangelium dei, frustramus verba Christi? Promittimus vobis quod ille negat? Nōne vos decipimus? Iob dicit, Si erubui in conspectu populi cōfiteri peccata mea, Talis iustus thesauri diuini obrizi, tali camino probatus ista dicit, Et resistit mihi filius pestilentie, & erubescit genu figere sub benedictione dei: quod non erubuit imperator erubescit nec senator, sed tantum curialis: Superba certuix, mens tortuosa, fortassis imò quod non dubitatur, propterea deus voluit vt Theodosius imperator ageret penitentiam publicam in conspectu populi, maxime quia peccatum eius celari non potuit, & erubescit senator, qd nō erubuit imperator? Erubescit nec senator sed tantum curialis, quod non erubuit imperator, Erubescit plebeius siue negociator quod non erubuit imperator. Quæ ista superbia est? Nōne sufficeret gehennæ, etiam si adulterium nullum esset? Postremo fratres mei audiunt me viri, audiunt me fœminæ, quid ad me irascimini mihi vtinam faciatis quod scriptum est, Irascimini & nolite peccare. Timere deo ne contingat mihi quod contigit Apostolo Paulo: Quod modo cum legeretur si intenti fuisset lectio, audistis, Ergo inimicus factus sum vobis verum prædicans. Et si ita est, Fiat. Si necesse est vt inimicus sim vobis melius quàm iustitiæ. Commendo vos costodiendos etiam vxoribus vestris; Filia mea sunt, sicut & vos filij mei estis. Audiatur me, Zelentur viros suos, non sibi seruent vanam gloriam, quia solent à maritis impudicis matronæ laudari, quia impudicitiam virorum suorum æquo animo ferunt. Nō talem patientiam habent Christianæ mulieres, prorsus zelentur viros suos, non propter carnem suam, sed propter animas illorum. Omnino ego moneo, ego precipio, ego iubeo, Episcopus iubet, Christus in me iubet: Nōuit illē in cuius conspectu ardet cor meum. Ego iubeo, nolite viros vestros permittite fornicari. Interpellate contra illos ecclesiam. Non dico iudices publicos, non proconsulem, non vicarium, non comitem, non imperatorem, sed deum patrem, & Christum, & spiritum sanctum. In cæteris omnibus ancillæ estote virorum vestrorum subditæ ad obsequium. Nulla sit in vobis proteruitas, nulla superbia, non contumeliosa certuix, non aliqua inobedientia, prorsus tanquam ancillæ seruite. Sed vbi ventum fuerit ad illud negocium, vbi vos Apostolus aquauit dicens, Vxori vir debitum reddat, similiter, & vxor viro: Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir. Quid te extollis? Audi quod sequitur, Similiter & vir non habet corporis sui potestatem, sed mulier, Vbi ad hoc ventum fuerit, clamate pro re vestra. Aurum tuum vendit maritus pro necessitate sua, Ferto fœmina, ferto ancilla, noli litigare, noli contradicere. Cōtemptus auri tui, dilectio est viri tui: Si villam tuam pro necessitate sua vendat quæ est & tua, non enim potest esse eius quæ non sit tua, si est charitas in te, quæ debet esse in vxore, ferto patienter: & si dubitat, tu offer,

contemne omnia propter amorem viri tui. Sed castum opta, pro castitate litiga. Patienter pereat villa tua, non anima ipsius te patiente pereat. Non dico viris, vt in hac causa zelent vxores suas. Scio, quia faciunt. Noui. Quis ferat vxorem adulteram, & imperatur fœminæ vt ferat adulterum virum? O iustitia. Quare rogo te? Quare? Quia ego sum vir; Vir es, i fortitudine tua probemus, quia vir es. Vir es, vince libidinem. Quomodo vir, quo vxor est fortior? Tu es caput mulieris vir, verū est. Si caput est ducat, vxor sequatur. Sed vbi recta est domus caput mulieris vir. Si caput es duc, sequatur illa caput suum. Sed vide quod eas. Noli ire quod non vis vt sequatur, noli ire quod times pedissequa ne in foueam sequatur adulterij, simulq; ruatis, ne cum tu facis, doceas quod facis, Dolet tibi anima, si in foueam adulterij simul ruatis. Dolet tibi si tu solus ruas. Zelas, non vis vt ruat illa, time tu, noli ruere. Nolite autem pudicissimæ fœminæ imitari impudicos viros vestros: Absit à vobis, Aut vobiscum viuant, aut soli pereant. Impudico marito non debet mulier pudicitiam, sed deo illam debet, Christo illā debet. Nō propter illū faciat qui nō mereatur, sed propter Christū faciat. Parcum suum attēdat, tabulas suas legat. Postremo quod libet sentiat, qui forte indignatur, quia talia disputo, scio nanque qui sapiunt, amant, inde me, quia non sine causa scriptum est. Corripe sapientem & amabit te, corripe insipientem, & adiciet odisse te. Non dixit, incipiet, sed adiciet, quia iam oderat. Ego scio quia sapientes amant me, in hoc à communione se cohibent qui sciunt quia noui peccata ipsorum, ne de cancellis proiciantur. Quorum autem nescio, hos coram deo conuenio. Agant etiam ipsi penitentiam suā, & deinceps ab immunditia abstant fornicationum suarum. Penitentibus dico, Quid est quod agitis? Scitote nihil agitis. Quid prodest quia humiliamini, si non mutamini? Catechumenis dico, Exarde scite voluntate ad percipiendam gratiam. Sed eligite vobis in ecclesia dei quos imitemini. Quid est quod dico, si non inueneritis? Ergo in populo dei non est quem inueniatis? Per tot annos, tot homines sine causa baptizauimus, si non ibi sunt qui seruent quod acceperunt, qui custodiant quod audierunt. Absit hoc à me vt credam. Melius esset non vobis essem Episcopus, si hoc ita est. Sed spero esse, credo esse. Inde est autem misera conditio mea, quia plerumque cogor adulteros nosse, castos nosse non possum. In occulto est vnde gaudeam, in publico est vnde torquear. Ergo desiderate gratiam dei, & eligite quos imitemini; cū quibus viuatis, cū quibus colloquia dulcia charitatis habeatis. Nolite admittere suffrationes malas. Corruptū mores bonos colloquia mala, Viuite sicut spicæ inter zizania, Ferte tribulationes huius seculi, sicut grana in area. Veniet ventilator, nemo sit passim in hoc seculo separator. Amen.

De utilitate ad necessitate penitentiae: Homilia L.

**Q**uam sit utilis & necessaria penitentia medicina, facillime homines intelligunt, qui se homines esse meminerunt. Scriptum est enim, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et dominus in Euangelio dicit, Quoniam qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Magisque iustificatus descendit de templo publicanus ille peccatorum confessione sollicitus, quam phariseus meritorum enumeratione securus, quamuis etiam & ipse gratias egit deo dicens, Gratias tibi ago deus, quia non sum sicut ceteri homines, iniusti, adulteri, raptores, quomodo & publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium

Psal. 38.

Matth. 22. 16. q. 7. maiorcs.

Ecclesiastici 29.

Tobiz. 4.

1. Timo. 6.

Psal. 23.

Matth. 6.

Luc. 12.

2. Corin. 5.

Luc. 13.

Psal. 51.

Luc. 13.

distin. 34. audite.

Matth. 5.

De pot. d. 1. ca. Agite.

Marci. 18.

Iob. 31.

Concor. 11. q. 3. ca. Cum apud.

B

Psal. 4.

Gala. 4.

C

1. Corin. 7.

De verbis domini lect. 46.

Eph. 5.

Pro. 9.

1. Corin. 15.

Caput. 1. Hec homilia habetur tomo nono, titulo lib. De penitentia medicina. Iacobi. 4. Luc. 18.





G ceat deo, Qui autem matrimonio cōiunctus est, cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, Quod etiã de femina similiter notat. Vt illud cum ait, Et item in idipsum estote, ne vos tentet Satanas propter intemperantiam vestram. Quod vt peccatum demonstraret esse, sed infirmitati concessum, subiecit statim, Hæc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Sola eni generandi causa est inculpabilis sexus vtriusq; commixtio. Quam multa sunt alia peccata, siue in loquendo de rebus & negociis alienis, quæ non ad te pertinet, siue in vanis cachinnationibus, cum scriptum sit, Stultus in risu exaltat vocem suam, sapiens autem vix ta cite ridebit, Siue in ipsi fecis quæ ad necessitatem sustentandæ huius vitæ preparantur, audivit atque immoderatio appetitus, sæpe excessum modum postriduana cruditate contestans. Siue in vendendis & emendis rebus, caritatis & vilitatis vota peruerfa. Piget cuncta colligere, quæ quisque in seipso certus comprehendit, atque reprehendit, si diuinari scripturarum speculum non negligenter attendat. Quæ quauis singula non letali vulnere ferire sentiantur, sicuti homicidiũ & adulterium, vel cætera huiusmodi, tamen omnia simul congregata velut scabies quo plura sunt necant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filiis hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianæ penitentia dissecetur. ¶ Quod si falsum est vnde quotidie tundimus pectora? Quod nos quoque antistites ad altare assistentes cum omnibus facimus, Vnde etiam orantes dicimus, quod in tota ista vita oportet dicamus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non enim ea dimitti precamur, quæ iam in baptismo dimissa sunt, & nisi dimissa credimus, de ipsa fide dubitamus: sed vtique de quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia elemosynarum, ieiuniorum, & ipsarum orationum ac supplicationũ quisque pro suis viribus offerre non cessat. Quisquis itaque se diligenter attendens, nulla seipsum adulatione seducit, satis intelligit cum quanto periculo mortis æternæ, & cum quanta penuria perfectæ iustitiæ peregrinetur à domino, quamuis iam in Christo, hoc est, in via constitutus redire conetur, Nam si non habemus peccata, & tudentes pectora dicimus, Dimitte nobis debita nostra: ex hoc ipso certe & grauitè nullo dubitante peccamus, cum inter ipsa sacramenta metimur. Quamobrem, in quantum deo nostro fide spe & charitate connectimur, & eum, in quantum possumus, imitatur, non peccamus, sed filij dei sumus. In quantum autem ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondum morte resoluta, nondum resurrectione mutata est, motus reprehensibiles, improbi que subreput, peccamus. Quod vtique facti nos conuenit, ne dura ceruice, non languoris nostri sanitatem, sed damnationem superbiz mereamur, Vnde vtunque verissime scriptum est, Et qui natus est ex deo, non peccat: & quod in eadem Ioannis epistola legimus. Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, nosmet ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Illud ergo ex primitiis noui hominis, hoc ex reliquijs veteris dictum est, vtunque enim agimus in hac vita. Paulatim autem nouitas accedit, & paulatim vetustate cedente succedit. Cum vero vtique agitur, in stadio sumus, nec solum percutimus aduersariũ bonis operibus, sed etiam peccata incautus euitando percutimur. Neque eni quis nostrum vicerit, sed quis crebrius feriat, quis fortius configat attenditur, donec alios secum in sempiternã

mortem pertrahat, qui homini stanti lapsus inuidit, & ab alijs triumphantibus in sine dicatur, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Sed neque tam facile ab inimico deiicimur, quam cum eum superbiendo imitatur: nec vehementius eum prosternimus, quam cũ humilitate deum sequimur: nec aciores ei dolores infligimus, quã cum plagas peccatorũ nostrorum confitendo & poenitendo sanamus. Tertia actio est poenitentia, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus cõtinet. Et de quibus Apostolus ait, Quoniã qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. In hac ergo poenitentia, maiorẽ quisque in se feruentatẽ debet exercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à deo. Sicut idẽ Apostolus ait, Si enim nos iudicemus, à domino non iudicemur. Ascendat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, si timet illud, quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illud recipiat vnusquisque quod per corpus gessit, siue bonũ, siue malũ: constituat se ante faciem suã, ne hoc ei postea fiat, Nã minatur hoc deus peccatori, dicens, Arguam te, & statuam te ante faciem tuam. Atq; ita constituto in corde iudicio, adit accusatrix cogitatio, testis cõsciẽtia, carnifex timor. Inde quidem sanguis animæ confitẽtis per lachrymas profuatur. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignũ homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini. Vt qui separari à regno cœlorum timet per vltimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam à sacramento cœlestis panis interim separetur. Verferet ante oculos imago futuri iudicij, vt cũ alij accedunt ad altare dei, quod ipse non accedit, cogitet quã sit contremiscẽda illa poena, qua percipientibus alijs vitam æternam, alij in mortẽ præcipitentur æternam. Ad hoc enim altare, quod nũc in ecclesia est in terra positũ, terrenis oculis expositum, ad mysteriorũ diuinorũ signacula celebranda, multi etiã scelerati possunt accedere: quoniam deus cõmendat in hoc tẽpore patientiam suam, vt in futuro exerceat feruentatem suã. Accedunt eni ignorantes, quoniã paciẽtia dei ad poenitentiam eos adducit. Illi autẽ secundũ duritiam cordis sui, & cor impoenitẽs thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secũdum opera sua. Ad illud autẽ altare, quod præcurfor pro nobis introiit Iesus, quod caput ecclesiæ præcessit, membris cæteris secuturis, nullus eorũ accedere poterit, de quibus, vt iam commemorauimus, dixit Apostolus, Quoniã qui talia agunt regnũ dei non possidebunt. Solus eni sacerdos, sed planẽ ibi totus assistit, adiũcto scilicet corpore cui caput est, quod iã ascendit in cœlũ. Ipse est cui dixit Apostolus Petrus, Plebs sancta, regale sacerdotium. Quomodo ergo in interiora veli, & in illa inuisibilia sancta sanctorũ introire audebit aut poterit, qui medicinã disciplinæ contẽnens, noluit paulisper à visibilibus separari? Qui enim noluit humiliari, vt exaltaretur, cũ exaltari voluerit deiicetur, & in æternũ seiungetur ab æternis sanctis. Quisquis hoc tẽpore per merita obedientiæ, & per satisfacionem poenitentia, non sibi prouidit locum in corpore sacerdotis, qua fronte impudẽtia tũc volet auerti faciẽ dei à peccatis suis, qui nunc toto corde non dicit, Quoniã facinus meum ego agnosco, & peccatum meum ante me est semper? Quo pacto quaso deus dignetur ignoscere, quod in se ipse homo dedignatus est agnoscere? Aut illud quale est in quo sibi blandiuntur, qui sua se vanitate seducunt, perseverantes in malitia atque luxurijs suis, cum audiant Apostolum dicentem, Quoniã qui talia agunt regnũ dei non possidebunt

K  
1. Corin. 11.  
Caput IX.  
Gala. 5.  
1. Corin. 11.  
2. Corin. 5.  
Psal. 49.  
L  
Roma. 1.  
Hebra. 5.  
M  
Gala. 5.  
1. Petri. 1.  
Psal. 50.  
Caput X.  
Gala. 5.

A ssidebunt? Audent sibi præter regnum dei salutem quam desiderat polliceri, atq; ita inter se loquuntur, dum reculant agere poenitentia pro peccatis suis, & perditos mores aliquando in melius cõmutare. Regnare nolo, sufficit mihi saluum esse. In quo primũ eos fallit, quia eorum nec salus vlla est, quorum iniquitas perseuerat. Quod enim ait dominus, Quoniã abundauit iniquitas, refrigerabit charitas multorũ, qui autem perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit, salutem vtique promissit perseuerantibus in charitate, non in iniquitate. Vbi autẽ charitas est, opera illa mala à regno dei separantia esse nõ possunt. Omnis enim lex ex vno sermone cõpleta est in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum tãquam teipsum. Deinde si est aliqua differentia inter regnantes & non regnantes, oportet tamen vt in vno regno sint omnes, ne in hostium aut alienorum numero deputentur. Omnes enim Romani Romanũ regnum possident, quauis in eo nõ omnes regnent, sed cæteris regnantibus parent. Non autem ait Apostolus, qui talia agunt non regnabunt cum deo: sed, regnum dei nõ possidebunt. Quod etiam de carne & sanguine dictum est, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, quia corruptibile hoc induet in corruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatẽ, vt iam non caro & sanguis, sed ex animali corpore spiritalis corporis habitum, naturamq; mereatur. Vel illa eos terreat vltima sententia iudicis nostri, quã propterea nunc aperiri voluit, vt ab eius fidelibus præcæneatur, dans metuentibus se significationem, vt fugiant à facie arcus. Exceptis enim eis qui cum illo etiam iudicabunt, quibus & promissit dicens, Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israẽl, in quo numero iudicantium omnes intelliguntur, qui propter Euangeliũ omnia sua dimiserunt, & secuti sunt dominum. Duodenarius quippe numerus, ad quamdam vniuersitatẽ refertur: Non enim Paulus Apostolus ibi non erit, qui inter illos duodecim nõ fuit. Exceptis ergo illis quos etiam nomine angelorum significauit, quando ait, Cum venerit filius hominis iudicare cum angelis suis, Angeli enim vtique nũcij sunt. Nuncij autem rectissime accipiuntur omnes qui salutem cœlestium hominibus nunciauerunt. Vnde etiam Euangelista boni nuncij possunt interpretari, & de Ioanẽ Baptista dictum est, Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam. His ergo vt dicere cõperã exceptis, cætera omnium hominum multitudo sicut in ipsius verbis domini manifestum est, in duas partes diuiditur. Positurus est enim oues ad dexteram, hædos autem ad sinistram, & dicitur ouibus, id est, iustis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est à cõstitutione mundi. De hoc vtique regno dixit Apostolus, cum enumeraret opera mala. Quoniã qui talia agunt, regnũ dei nõ possidebunt. Audi quid audiãt qui à sinistris erũt, Ite, inquit, in ignem æternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Quapropter præsumere quis audeat de nomine Christiano, & non cum omni obedientia & timore audiat Apostolum dicentem, Hoc enim scitote, cognoscentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite itaque fieri participes eorum. Latius autem ad Corinthios hæc dicit, Nolite errare, neq; fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorũ concubitores, neque fures, neq; avari, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces, residebunt.

1. Corin. 11.  
Math. 24.  
Math. 10. & 24.  
Gala. 5.  
1. Corin. 15.  
Psal. 59.  
Math. 19.  
Math. 25.  
Mal. 3.  
Math. 25.  
Gala. 5.  
Math. 25.  
Eph. 5.  
1. Corin. 6.

gnum dei possidebunt. Sed videte quemadmodum timorem & desperationem salutis abstulerit eis, qui hæc in vita veteri commiserunt. Et hæc quidem, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritus dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquorum pristinorum malorum opere obligatus tenetur, vtique adeo sibi iniunctus est, vt adhuc dubitet vitam mutare, dum tempus est, cum ita peccat & viuunt. Nam vtique quod ita perseuerans peccat thesaurizat sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Quod autem adhuc viuunt patientia dei ad poenitentiam eum adducit. Implicatus ergo tam mortiferis vinculis peccatorum detractat aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas clauas ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cœlo, & audeat sibi post hanc vitã, quia tantum Christianus dicitur, salutem aliquam polliceri. Nec veridicum illud dominicæ vocis tonitruum contremiscit, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum & cætera. Quid ad Galatas idem Apostolus, Nõne talia enumerans eodẽ sine concludit? Manifesta sunt, inquit, opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, contentiones, emulatiões, animositates, dissensionẽs, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia quæ prædico vobis sicut prædixi, Quoniã qui talia agunt, regnũ dei possidebunt. Iudicet ergo seipsum homo in istis voluntate dũ potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiã præter voluntatẽ à domino iudicetur. Et cum in se protulerit feruentissimã medicinã sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in ecclesia clauas ministrantur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius maternorum membrorum ordine custodito à prepositis sacrorum accipiat satisfacionis iurã modum, vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deiotus & supplex, id tamen agat quod nõ solum illi proffit ad recipiendam salutẽ, sed etiã cæteris ad exemplũ. Vt si peccatum eius nõ solũ in graui eius malo, sed etiã in scandalo est aliorum, atq; hoc expedire vtilitati ecclõsiã videtur antistiti, in notitia multorũ, vel etiam totius plebis agere poenitentia non recuset, nõ resistat, non letali & mortifera plaga, per pudorẽ addat tumorem. Memerit tamen semper quod superbis deus resistit, humilibus autẽ dat gratia. Quid est enim infelicitus, quid peruersus, quã de ipso vulnere quod latere non potest non erubescere, & de ligatura illius erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consiliũ salutifere huius debere poenitentia contẽnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacra altaris accedere, quorũ talia crimina non ignorat. Multi enim corriguntur vt Petrus, multi tolerantur vt Iudas, multi nesciuntur, donec veniat dñs qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit coasilia cordium. Nam plerique propterea nolunt alios accusare, dũ se per illos cupiunt excusare. Pleriq; autem boni Christiani propterea tacent, & sufferunt aliorũ peccata quæ nouerunt, quia documẽtis sæpe deseruntur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quauis enim vera sunt quædam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indicijs demonstrentur. Nos vero à cõmuniõne prohibere quenquam nõ possumus, quauis hæc prohibitio nõ sit mortalis sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atq; conuictum. Quis enim sibi vtunque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit & accusator & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus Apostolus in eadẽ ad Corinthios

D  
Roma. 2.  
Math. 16.  
Math. 7.  
Gala. 5.  
E  
Caput XI.  
De pec. di. r. cap. iudicet. 4. sen. dist. 7. ca. Sed quid.  
Iacobi. 4.  
F  
Caput XII.  
1. q. 1. multi. 1. Corin. 4.  
2. q. 7. cap. Plerumque.  
2. q. 1. cap. nulli.

**G** epistola breuiter insinuasse intelligitur, cum quibusdam commemoratis criminibus, ecclesiastici iudicii formam ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait enim, Scripti vobis in epistola non commiseri fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruietibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo viuere, nisi cum talibus viuere, nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium conuictum vitauerint. Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus comedens. Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo sequitur Apostolus & adiungit, Nunc scripsi vobis non commiseri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt deus iudicabit. Auerte malum a vobis ipsis. Quibus verbis satis ostendit non temere aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesie communiione, ut si per iudicium auferri non possunt, tolerantur potius, ne peruersi malos quisque euitando, ab ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur vinciat ad gehennam. Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exempla proposita, velut in messe ut palea sufferatur usque ad vltimum ventilabrum, vel intra illa retia ubi pisces boni cum malis usque ad segregationem que futura est in littore, id est, in fine seculi a quo animo tolerantur. Non enim contrarium est huic loco id quod alio loco dicit Apostolus, Tu quis es qui indicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum ordinem ecclesie, siue vltro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin illud cur dixit, Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruiens, & cetera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit que sit in quemquam, cum sententia ordine iudicario atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, multi damandi sunt innocentes, quia sepe falso in quoquam crimina nominantur. Non ergo illi quos monemus agere poenitentiam, querant sibi comites ad supplicium, nec gaudeant quia plures inuenerint. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed malevolentie vanum solatium. An forte attendunt multos etiam in ipsis honoribus ecclesiasticis prepositorum & ministrorum non congruenter viuere sermonibus & sacramentis, que per eos populis ministrantur? O miseris homines qui hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui tanto ante preduxit ut legi dei potius obtemperaretur quam imitandi videantur illi, qui ea que dicunt non faciunt, & traditorem suum tolerans usque in finem, etiam ad euangelizandum cum ceteris misit. Tam sunt autem isti absurdi & preposteris & miseri, qui prepositorum suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos predicta domini precepta seruare, quam si quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere cum viderit miliaria lapidea literis plena viam docere & non ambulare. Cur enim non potius si peruenire desiderat tales comites intueatur & consequatur, qui & viam bene demonstrant, & in ea perseverant atque alacriter non ambulant? Quod si isti desint, vel potius minus


appareant, nam deesse non possunt. Non enim sic quarunt homines charitate studiosa quod predicat ad imitationem, quomodo quarunt iniquitate suspitiosa quod murmurent ad deceptionem, partim non inueniendo bonos dum ipsi mali sint, partim timendo inuenire dum mali esse semper volunt. Sed tantum concedamus non apparere nunc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, deum mente intueere, qui homo factus est ut te hominem viuere doceret. Si habitet Christus in interiore homine per fidem in corde tuo, recordaris que illud quod Ioannes ait, Qui se dicit in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare: & ita non tibi deerit quod sequaris, & cum te alius viderit, de honorum inopia conueniunt desinet. Si enim non nosti quid sit recte viuere, diuina precepta cognosce. Fortassis enim multi recte viuunt sed propterea tibi nullus videtur, quoniam quid sit recte viuere ignoras: si autem nosti, age quod nosti, ut & tu quod queris habeas, & aliis quod imitentur ostendas. Christum animo attende, attende Apostolos, quorum nouissimus est ille qui dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: attende animo tot martyrum milia. Cur enim te natalitia eorum conuiuuiis turpibus celebrare delectat, & eorum vitam sequi honestis moribus non delectat? Ibi videbis non solum viros sed etiam feminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate perueri, nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses, non solum preceptorum inuictabilis relictio, sed etiam exemplorum innumerabilis multitudo circundabit.

Sed de utilitate ac salubritate poenitentiae, ut quod instituius aliquando peragamus. Si iam de sanitate desperans addis peccata peccatis, sicut scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum contemnet, noli contemnere, noli desperare, clama etiam de profundo ad dominum, & dic ei, De profundo clamauit ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes in vocem obsecrationis meae. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quonia apud te propitiatio est. De tali profundo Ninivitarum clamauerunt, & hanc propitiationem inuenerunt. Faciliusque est euacuata comminatio propheta, quam humiliatio poenitentiae. Hic fortasse dicis, sed ego iam baptizatus sum in Christo, a quo omnia mihi peccata praterita dimissa sunt, vili factus sum nimis iteras vias meas, & canis horribilis oculis dei, conuersus ad vomitum suum, quod abibo a spiritu eius, & a facie eius quod fugiam? Quod frater, nisi ad eius misericordiam poenitendo, cuius potestatem peccando contempseras? Nemo enim recte fugit ab illo nisi ad illum, ab eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugientem, ubi eius presentia te non inueniat? Si ascenderis in caelum ibi est, si descenderis ad infernum adest. Recipe ergo pennas tuas in directum & habita in spe in extremo huius seculi, etenim illic manus sua deducet te, & perducet te dextera sua. Quicquid enim feceris, quaecumque peccaueris, adhuc in hac vita es, vnde te deus si sanare nollit auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia dei ad poenitentiam te adducit? Qui enim clamando tibi perliuafit ut non recederes, parcendo clamat ut redeas. Intuere Dauid regem, iam utique & ipse illius temporis sacramenta perceperat. Iam circumcisus erat utique quod patres nostri pro baptismo habebant. Nam ad hoc dicit Apostolus, sanctum Abraham signaculum iustitiae fidei recepisse. Iam etiam vnctus erat vnctione venerabili, qua

K  
Eph. 3.  
1. Ioan. 2.  
De pec. d. l. ca. Non sufficit.  
Math. 5.  
Ecclesiastici 21.  
1. Corin. 4.  
L  
Cap. XIII.  
Prou. 18.  
Psal. 129.  
M  
Prouer. 16. Psal. 138.  
De verbis domini ser. 10.  
Roma. 2.  
Cap. XV. Rom. 4.  
1. Reg. 11. regale

**A** regale sacerdotum prafigurabatur ecclesiae. Repente autem factus est & adulterij & homicidij reus. Non frustra tamen de tam inmani & abrupto profundo sceleris poenitens clamauit ad dominum, dicens, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quo tandem merito, nisi quia item dicit, Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum ante me est semper? Quid autem obtulit domino vnde illum propiciaret sibi? Quoniam si voluisses sacrificium dedissem, utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Non solum ergo deuote obtulit, sed etiam ista dicendo quid offerri oporteret ostendit. Non enim sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his que facta sunt, satisfiat deo per poenitentiam dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus eleemosynis. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miseretur deus. Non enim dictum est ut tantum abstineatis a peccatis, sed & de prateritis, inquit, deprecare dominum ut tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Christo & alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum praesumentem accusatum, timentem vulneratum, flentem sanatum. Iam etiam post aduentum de caelo spiritus sancti, quidam Simon pecunia voluit eundem spiritum sanctum emere, sceleratissimum & impium mercimonium cogitans, iam baptizatus in Christo, & tamen poenitentiae consilium ab ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam Apostolus Paulus, qui utique fidelibus mittebat epistolas, Ne iterum cum venero ad vos humiliet me deus ut lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia & luxuria, & fornicatione quam gesserunt. Circumstant ergo nos & precepta recte faciendi & exempla non tantum recte facientium, sed etiam ad recipiendam salutem poenitentium que fuerat amissa peccando. Sed fac incertum esse vtrum ignoscat deus. Quid perdit cum supplicat deo qui salutem perdere non dubitauerit cum offenderet deum? Quis enim certus est quod etiam Imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transiuntur, procellarum incerta subeuntur, & pene ut mors vitetur mors ipsa suscipitur. Supplicat deinde per homines homini, sine dubitatione sunt ista, cum sit dubium quo sine proueniat & tamen certiores sunt claus ecclesiae quam corda regia. Quibus clauibus quodcumque in terra soluitur, etiam in caelo solutum esse promittitur. Et multo est honestior humilitas qua se quisque humiliat ecclesiae dei & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors aeterna vitatur.

**DIVI AVRE**  
LII AVGVSTINI HIPPONENSIS  
Episcopi, opus sermonum de tempore secundum dominicos aliosque dies, quibus apte conueniunt, ordinate distinctorum.  
AD LECTOREM.  
Huic operi admixtae sunt complures homiliae, que in aliis voluminibus alios auctores praferunt, quod ferè solet fieri in hoc genere scripti.  
Tomus decimus.



**A**ppropinquante iam sacratissima solennitate qua saluator noster inter homines nasci misericorditer voluit, fratres charissimi attendite nos in aduentu tanta potentia preparari, ut regem & dominum nostrum lati atque gaudentes cum gloria & laudibus mereamur suscipere, & in conspectu eius inter ceteros felices sanctorum gratulando exultare, magis quam ab eo propter feditatem nostram repulsi inter peccatores aeternam confusio-nem mereri. Et ideo rogo & moneo, ut quantum possumus cum dei adiutorio laboremus, ut in illo die cum sincera & pura conscientia & mundo corde & casto corpore ad altare domini possumus accedere, & corpus & sanguinem eius non ad iudicium sed ad remedium anime nostrae mereamur accipere. In Christi enim corpore vita nostra consistit, sicut ipse dixit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam. Nam si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipsa corrumpitur quam sanetur, magis occiditur quam viuificetur. Sic enim dixit Apostolus, Qui manducat corpus domini & bibit sanguinem eius indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Et licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac splendidos esse conueniat, praecipue tamen in die natalis domini, sicut in Euangelio ipse dixit, lucere debent hominibus opera vestra. Considerate quare fratres, quando aliquis homo potens aut nobilis natalem aut suum aut filij sui celebrare desiderat, quanto studio ante plures dies quicquid in domo sua sordium inuenerit ordinat emundari, quicquid ineptum & incogruum proiciit, quicquid vtile & necessarium praecipit exhiberi. Domus etiam si obscura fuerit dealbatur, pauimenta scopis mundantur, & diuersis respersa floribus adornantur. Quicquid etiam ad latitiae anima & corporis delicias pertinet, omni sollicitudine prouidetur. Ut quid ista fratres charissimi, nisi ut dies natalitius cum gaudio celebretur hominis morituri? Si ergo tanta praeparas in natalitio tuo aut filij tui, quanta & qualia praeparare debes suscepturus natalem domini tui? Si talia praeparas morituro, qualia praeparare debes aeterno? Quicquid ergo non vis inueniri in domo tua, quantum potes labora ut non inueniat deus in anima tua. Certe si te rex terrenus aut quicumque paterfamilias ad suum natalitium inuitaret, qualibus vestimentis studeres ornatus incedere, quam nouis vel nitidis, quam splendidis, quorum nec vetustas nec vilitas, nec aliqua foeditas oculos inuitantis offenderet: tali ergo studio in quantum pretiales Christo auxiliante contende, ut diuersis virtutum ornamentis anima tua composita, simplicitatis gemmis & sobrietatis floribus adornata, ad solennitatem regis aeterni, id est, ad natalem domini saluatoris cum secura conscientia procedat, castitate nitida, charitate splendida, eleemosynis candida. Christus enim dominus si te ita compositum natalitium suum celebrare cognouerit, ipse per se venire & animam tuam non solum visitare, sed etiam requiescere, & in perpetuum in illa dignabitur habitare, sicut scriptum est, Ei inhabitabo in illis, & in ambulabo. Et iterum, Ecce sto ad ostium & pulso, si quis surrexerit & aperuerit mihi, intrabo ad illum & cenabo cum

Sermo 1.  
Ioan. 6.  
E  
1. Corin. 11.  
Math. 5.  
F  
1. Corin. 6.  
Apoca. 3.



G cum illo, & ille mecum. Quam felix est illa anima quæ vitæ suam ita deo auxiliante studuerit gubernare, vt Christum hospite & habitore mereatur excipere: sicut ecôtrario quæ infelix est illa cōscientia, toto lachrymarū fonte lugenda, quæ se ita malis operibus cruentauit, vt in ea Christus nō requiescere, sed diabolus incipiat dominari. Talis enim anima si medicamentū penitentiæ nō cito subuenerit, à luce relinquatur, à tenebris occupatur, vacuatur dulcedine, impletur amaritudine, à morte inuaditur, à vita repudiatur. Non tamen de dñi pietate diffidat qui talis est, nec mortifera desperatione frangatur, sed magis ad penitentiā cito fugiat, & dum adhuc noua sunt & calent peccatorū suorū vulnera, sic sibi adhibeat medicamenta salubria, quia medicus noster omnipotens est, & sic cōsuevit plagas nostras curare, vt nec cicatricū vestigiū post ipsius medicamina remaneat. Ideo etiā ab omni inquinamento ante eius natalē multis diebus abstinere debetis. Quotienscunq; aut natalē domini, aut reliquas solēnitates celebrare disponitis, ebrietatē ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestię crudelissimæ repugnatē, odiū velut venenum mortiferū de corde vestro repellite, & tanta sit in vobis charitas quæ nō solū vsque ad amicos, sed etiam vsq; ad ipsos perueniat inimicos, vt secure possitis dicere in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nā qui se scit vel vnum hominū odio habere, nescio si ad altare domini securus possit accedere, cū præcipue beatus Ioannes Evangelista terribiliter clamat & dicat, Qui fratrem suū odit, homicida est. Nā vestrum est iudicare, vtrū homicida ante quā penitentiā agat, præsumere debet eucharistiā accipere. Addit etiam adhuc sanctus Ioannes & clamat dicens. Qui fratrem suū odit, in tenebris est & in tenebris ambulat, & nescit quō vadat, quoniā tenebrę obcæcauerunt oculos eius. Et iterū, Omnis, inquit, qui fratrem suum nō diligit, manet in morte. Et iterū, Si quis dixerit quia diligo deū, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quē videt, deū quem non videt, quomodo potest diligere? Quicūque ergo odiū vel iracundiam seruat in corde, & sub tali tonitruo nec terretur nec expergiscitur, non dormiens sed mortuus esse credendus est. Hæc ergo fratres charissimi quotidie cogitantes, qui boni sunt cum dei gratia contendant perseuerare in operibus bonis, quia non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Qui vero se ad eleemosynam tardos, & ad iracundiam promptos, & ad exercendam luxuriam præcipites esse cognoscūt, auxiliante domino festinent se à malis eruere, vt quæ bona sunt mereantur implere, vt cum dies iudicij venerit, non cum impiis, sed cū iustis & misericordibus peruenire ad æterna præmia mereantur, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & filio & spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

Dominica secunda aduentus domini. Sermo unicus.



Anctam & desiderabilem, gloriosam ac singularem solēnitatem, hoc est natiuitatem domini saluatoris, fratres dilectissimi, deuotione fidelissimā susceperunt, totis viribus nos debemus cum ipsius adiutorio præparare, & omnes latebras animæ nostræ diligenter aspicere, ne forte sit in nobis aliquod peccatum absconditum, quod & conscientiam nostram confundat ac mordeat, & oculos diuinæ maiestatis offēdat. Nam licet Christus dominus noster post passionem resurrexerit, & in cælum ascenderit, cōsiderat tamen, vt credimus, & diligenter attendit, qua-

liter se vnusquisque seruorum eius sine auaritia, sine ira, sine superbia atque luxuria ad celebrandam eius natiuitatem studeat præparare atque cōponere, & secundum quod vnusquemque ornatum bonis moribus viderit, ita illi gratiam suā misericordiæ dispensabit. Si enim viderit charitatis luce vestitum, iustitiæ vel misericordiæ margaritis ornatum, castum, humilem, misericordem, benignum & sobrium, si talem agnouerit, corpus & sanguinem suum ei non ad iudicium, sed ad remedium per sacerdotum suorum ministerium dispensabit. Si vero aliquem viderit adulterum, ebriosum, cupidum & superbū, timeo ne hoc illi dicatur, quod in Euāgelio dominus ipse dixit, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Et quod dominus avertat fiat illud quod sequitur, Ligat illi manus & pedes, & proiicite in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium. Ecce qualem sententiam in die iudicij excipiet, qui sine remedio penitentiæ ad festiuitatem domini vitiorum sordibus inquinatus accesserit. In natale enim domini fratres dilectissimi, quasi in nuptiis spiritualibus sponsa suā ecclesiā Christus adiunctus est. Tunc veritas de terra orta est, tunc iustitia de cœlo prospexit tunc processit spūs de thalamo suo, hoc est, verbū dei de vtero virginali. Processit enim cū spōsa sua ecclesia, id est, humanam carnē suscepit. Ad istas ergo tā sanctas nuptias inuitati & ad conuiuiū patris & filij & spiritus sancti intraturi, videte qualibus indumentis debeamus ornari. Et ideo mundemur quantum possumus cum dei adiutorio corda simul & corpora nostra, vt cœlestis ille inuitator nihil in nobis sordidum, nihil fœdum, nihil obscurum, nihil oculis suis deprehendat indignum. Hæc ergo fratres dilectissimi, non transitorie sed cum ingenti tremore debemus attendere. Inuitati enim sumus ad nuptias, vbi nos ipsi si bene agimus, sponsa erimus. Cogitemus ad quales nuptias, consideremus ad qualem sponsum, vel ad quale conuiuium inuitati sumus. Inuitati enim sumus ad mensam, vbi non inuenitur cibus hominum, sed panis ponitur angelorum. Et ideo videamus ne forte intus in anima vbi deberemus bonorum operum margaritis ornari, ibi appareamus vitiorum pannis veteribus inuoluti: & quando eos qui boni sunt in oculis dei castitas reddet candidos, tunc eos qui mali sūt reddat luxuria sordidatos. Et ideo quotienscunq; aut dies natalis domini, aut reliquæ festiuitates adueniunt, sicut frequenter admonui ante plures dies, non solum ab infelici concubinarum confortio, sed etiam à propriis vxoribus abstinete, ab omni iracundia vos alienos efficite, peccata præterita per eleemosynam & penitentiā redimatur, contra nullum hominum odium in corde teneatur: quod solebat vanitas per gulā perdere, incipiat iustitia per misericordiā pauperibus erogare: quod luxuria vel gula dissipauit in mūdo, pietas reponat in cœlo. Et licet hoc expediat vt semper eleemosynas facere debeamus, præcipue tamen in sanctis solēnitatibus secundum vires nostras abundantius erogemus, pauperes ante omnia frequentius ad conuiuium reuocemus. Non enim est iustū vt in sancta solēnitare in populo Christiano ad vnū dominum pertinente alij inebriantur, alij famis periculo crucietur. Et nos & omnis populus vnus domini serui sumus, vno precio redēpti sumus, pari cōditione in hūc mundū intrauimus, simili etiā exitu migraturi sumus. Et si bene agimus, ad vnā beatitudinem pariter veniemus. Et quare pauper tecū non capiat cibum, qui tecum accepturus est regnum: Quare pauper non accipiat vel veterem tunicam

A nicā, qui tecū recepturus est immortalitatis stolā? Quare pauper non mereatur panē tuum, qui tecum meruit accipere baptismi sacramentum? Cur indignus est accipere reliquias ciborū tuorum, qui tecum ad conuiuium inuitatus est angelorū? Audite fratres, audite non meū sed domini cōmune præceptum. Sic enim ait in Euāgelio, Cum facis prandium aut cœnam, noli inuitare diuites qui te iterum inuident, & fiat tibi retributio, sed voca pauperes & claudos, & beatus eris, quia nō habent vn de retribuatur tibi, retribuatur autem tibi in retributione iustorum. Sed dicit aliquis, Ergo amicos aut parentes non debeo ad conuiuium reuocare? Rogandi sunt & parentes & vicini, sed rarius rogandi sunt. Et nō nimis sumptuosa & delitiosa, sed tam parca & sobria vel honesta illis debet cōuiuia preparari, vt remaneat vnde possint pauperes refici, vnde possit aliquid indigētibus erogari, vt cū dies iudicij venerit non cum impiis qui nūc pauperes despiciunt, audiamus, Discedite à me maledicti in ignem æternum: sed cum iustis & misericordibus audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnum, quia esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere: simul etiam nobis illa vox desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Sed vt hæc quæ suggestimus sensibus vestra charitatis tenacius inhæreant, breuiter quæ dicta sunt iteramus. Hoc enī admonuimus fratres, vt quia natalis domini imminet, tanquam ad nuptiale & cœleste conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati nos per Christi adiutorium præparemus, eleemosynas pauperibus erogemus, iracundiam vel odium velut venenum de cordibus nostris respiciamus. Castitate fideliter conseruato, ad conuiuia vestra frequentius pauperes reuocate, ad vigilias maturius surgite, in ecclesia stantes aut orate aut psallite, verba oculos aut secularia nec ipsi proferre, & eos qui proferre voluerint castigate. Pacem cum omnibus custodite, & quos discordiæ agnoscitis, ad concordiam reuocate, Hæc si fideliter Christo adiuuante volueritis implere, & in hoc seculo ad altare dominicum secunda conscientia poteritis accedere, & in futuro ad æternam beatitudinem feliciter peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

Dominica proxima ante festum natiuitatis domini saluatoris, de unitate trinitatis & incarnatione uerbi. Sermo I.

Egimus sanctum Moysen populo dei præcepta dantē, vbi dixit, Audi Israël, dominus deus vnus, deus vnus est. Non potest esse maior, non potest esse minor, & non potest numerari, dicente Dauid propheta, Magnus dominus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Optime nostis ista fratres charissimi, qui corde fortiter tenetis catholicam veritatem, audite tamen breuiter, quod adiuuante domino proposui explanandū. Deus vnus est pater, deus vnus est filius, deus vnus est spiritus sanctus: non tres dii, sed vnus est deus: trin<sup>9</sup> in vocabulis, vnus in deitate substantiæ. Sed dicit mihi hæreticus, Ergo si vnum sunt, omnes sunt incarnati, nō ad solum Christum pertinet caro. Nepe aliud est anima, aliud ratio, & tamen in anima est ratio, & vna est anima. Sed aliud anima agit, aliud ratio: anima viuūt, ratio sapit. Et ad animā pertinet vita, ad rationē pertinet sapientia. Et cum vnū sint anima sola suscipit vitā, ratio sola suscipit sapientiam, & tamen nec anima sine ratione, nec ratio sine anima. Sic & pater & filius licet vnū sint, & vnus deus sit ad Christum

Tomus decimus.

stum solū pertinet caro, sicut ad solam rationem pertinet sapientia, licet nō recedat ab anima. Ecce aliud, In sole calor & splendor in vno radio sunt, sed calor excicat, splendor illuminat: aliud suscipit calor, aliud splendor. Et licet calor & splendor ab inuicē nō queant separari, suscipit splendor illuminationē non feruorē, suscipit calor feruorē non illuminationē: aliud simul, aliud singulares agunt, & tamen ab inuicē non separantur. Sic & filius suscepit carnem & non deseruit patrē, nec se diuisit à patre, suscepit, inquit, filius carnē in proprietate, sed tamen & pater & spiritus sanctus nō defuit maiestate. In diuinitate æqualitas, in carne sola filij proprietates: non autem ab eo patris aut spiritus sancti recessit aliquando diuinitas. Cū ergo vna sit deitas, vna sit diuinitas, impleuit quidē carnē Christi & pater & spiritus sanctus, sed maiestate non susceptione. Vis scire quia cū eo fuit & pater? Nō sum, inquit dominus Iesus Christus, solus, sed pater mecū est. Audi & de spiritu sancto, quia cū eo erat, Evangelista refert. Quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane. Ecce sic solus Iesus Christus suscepit carnem, & tamen & pater & spiritus sanctus non defuit maiestate. Sicut cœlum & terram implet pater, implet & spiritus sanctus. Carnē Christi deserere nō potuerunt, quando in diuinitatis vnitate manserūt. Adhuc citharam respice, vt musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videntur, ars, manus & chorda, & tamen vnus sonus auditoris dicitur, manus tangit, resonat chorda. Tria pariter operatur, sed sola chorda personat quod audiatur: nec ars nec manus sonū reddunt, sed ea cum chorda pariter operantur: sic nec pater nec spiritus sanctus susceperunt carnē, & tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnē solus Christus accepit, operatio in tribus constat. Sed quomodo ad solam pertinet chordam soni redditio, sic pertinet ad Christum solum carnem humanam susceptio. Econtra Iudæis contra naturam, inquit, parere virgo non potuit: & detestandus Manichæus: si caro erat, virgo esse non potuit, si virgo peperit, phantasmata fuit. Vtriusque respondendū est. Proferam de historia veteris testamenti necessarium exemplum contra Iudæū, quod sonuit in auribus nostris manifestissimam veritatem. Dominus Moysi sancto præcepit, de singulis tribubus virgas afferri. Allatæ sunt duodecim virgæ, inter quas etiam vna erat quæ Aaron fuerat sacerdotis: positæ sunt à sancto Moysi in tabernaculo testimonij. Virga autem Aaron post alterum diē inuenitur subito produxisse flores & frondes, & peperisse nuces. Delectat hoc mysterium cum charitate vestra contra perfidiam Iudæicam commiscere, vbi maxime figura interuenit sacramenti. Virga ecce protulit quod antè non habuit, non radicata plantatione, non defossa sarculo, non animata succo, nec fœcundata seminario, & tamen cum illic defessent vniuersa iura naturæ, protulit virga quod nec semine suggeri potuit nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, virgo non potuit contra naturæ iura dei filium generare? Dicit igitur mihi Iudæus incredulus quemadmodum arida virga floruit & fronduit & nuces protulit, & ego dicam illi quemadmodum virgo conceperit & pepererit. Sed profecto Iudæus nec conceptum poterit virgæ explicare, nec virginis partum: veniat ad ecclesiā, exponatur illi vt agnoscat verum ordinem officij naturalis. Virgo peregit tempora pariendi: virga autem non habuit tempora germinandi. Virgo habuit tempora pariendi, virga autem alio die quod natura non habuit protulit. Illa

q. iij. enim

Matth. 6.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 4.

Matth. 10.

& 2. 4.

Sermo II.

Luc. 14.

Matth. 25.

Matth. 26.

Psal. 24.

M

Sermo III.

Deuce. 6.

Psal. 144.

Ioan. 16.

Luc. 4.

Nu. 27. 17.

F

**N**um. 22. G enim decursis nouem mensibus peperit, virga alia die quod natura non habuit germinauit. Virginem, dicitur parere natura non patitur. Deus enim qui in Numeris mirabile signum ostendit contra naturam vt a-sina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit vt Christus de virgine nasceretur. Audiatur & versutus ille Manichæus aliud sacramentum. Solis radius specular penetrat, & soliditatem eius insensibili subtilitate pertransit, & talis videtur intrinsecus, qualis extra & extrinsecus. Itaque fratres, nec cum ingreditur violat, nec cum egreditur dissipat, quia ad ingressum & regressum eius specular integrum perseverat. Specular ergo non rumpit radius solis, integritatem virginis ingressus aut egressus nunquid vitare potuit deitatis? Sed quid vltimo immoror? Audiatur Christianus quod non vult audire Iudæus aut Manichæus, vt hic proficiat in fide redemptus, & ille deficiat indurat. Virga illa vnde agebamus Aaron, virgo Maria fuit, quæ nobis Christum verum sacerdotem concepit & peperit, de quo David cecinit, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Superiori namque versu iam dixerat, Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion. Et Esaias Propheta aperit Mariam sanctam designat dicens, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Quod ergo hæc virga nucis produxit, imago dominici corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore substantiæ vnionem, corium, testam & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur. In corio nucis, carnem significat saluatoris, quæ habuit in se asperitatem vel amaritudinem passionis. In nucleo interiora declarat dulcedinem deitatis, quæ tribuit partum, & luminis subministrat officium. In testa lignum interserens crucis, quod non discretum id quod foris & intus fuit, sed quæ terrena & cælestia fuerunt mediatoris ligni interpositione sociavit, dicente beato Apostolo, Quia ipse per sanguinem crucis suæ pacificauit omnia quæ in cælis sunt & quæ in terris, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

AD LECTOREM.

**S**ermo III. **H**ic sequatur sermo intitulatus, In uigilia natiuitatis domini saluatoris de fide Christi contra Paganos & Iudeos. eum reperies tomo sexto, fol. 12. colum. 2. intulatum, Concio ad catechumenos. & alius, In uigilia natiuitatis domini saluatoris de fide Christi contra Paganos & Iudeos, sermo secundus, factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur decimus nonus.

In festo natiuitatis saluatoris nostri Iesu Christi: Sermo I.

**S**ermo V. **S**aluator noster natus de patre sine die, per quem factus est omnis dies, voluit in terra habere natalem hunc diem quem hodie celebramus. Quisquis in die miraris, æternum mirare potius ante omnem diem permanentem, omnem diem creantem, in die nascentem, à malitia diei liberantem. Adhuc mirare. Quæ peperit & mater & virgo est. Quæ peperit, & infans & verbum est. Merito cæli locuti sunt, angeli gratulati, pastores letati, magi imitati, reges turbati, paruuli coronati. Lacta mater cibum nostrum, lacta panem de cælo uenientem, & in præsepe positum velut piorum cibaria iumentorum. Illic enim cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Circumcisio scilicet & præputium coherendo lapidi angulari quorum primitiæ fuerunt pastores & magi. Lacta

um qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & minus fecunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus, qui sibi prius quam nasceretur, & vterum de quo nasceretur, & diem quo nasceretur elegit. Et ipse condidit quod elegit, vt ille hinc procederet de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri, & augmento lucis annuæ se lucem mentium uenisse testari. Prophetæ cecinerunt cõditorem cæli & terræ in terra cum hominibus futurum, angelus annuncianit creatorem carnis & spiritus in carne venturum. Saluauit Ioannes ex vtero in vtero saluator: Simeon senex deum agnouit infantem: Anna vidua virginem matrem. Hæc sunt testimonia natiuitatis tuæ domine Iesu antequam tibi fluctus substernerentur calcanti, cederent imperanti, antequam uentus te iubente paluisset, mortuus te uocante uixisset, sol te moriente paluisset, terra te resurgente tremuisset, cælum te ascendere patuisset, antequam ista & alia mirabilia iam iuuenilis tui corporis atate fecisses. Adhuc in manibus matris portabaris, & iam dominus orbis agnoscebaris. Ipse puer paruulus ex femine Israël, & ipse nobiscum deus Emmanuel. Quæ est illa nostra generatio saluatoris qua gignenti patri coæternus est, quando hanc generationem ex uirgine mundus ex-pauit, quæ pia fides agnouit & tenuit, infidelitas autem irrisit, superbia timuit superata? Quæ nam est illa generatio, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum? Vel quod est hoc uerbum, quod dicitur antea non fielebat, quo dicto non siluit qui dicebat, quod est uerbum sine tempore, per quod facta sunt tempora, Verbum quod labia nullus aperuit conceptum, clauis fite finitum. Verbum quod initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorum. Verbum quod linguas gentium disertis non fit, & linguas infantum disertas facit. Quæ nam est illa generatio, cui pater moriendo non cedit, quia non eum uiuendo præcedit: Segregata ab omnibus locorum temporumque interuallis, ab omni distentione spaciolorum, quæ vel in diebus, vel in corporibus sentire consueuimus. Leuemus ad eum quærum ipso adiuuante animam nostram possumus, si quomodo capere valeamus & natum non præuenientem qui gignit, & gignentem non subsequente qui gignitur, patrem & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter æternos. Non utrumque generantem, nec utrumque nascentem sed alterum sine altero non uiuentem: & patrem sempiternum genuisse, & filium sempiternum natum esse, cogitemus si ualeamus, si non ualeamus credamus. Non est quod hic dicere uolumus, sed tamen non longe positum est ab vno quoque nostrum. In illo enim uiuimus, mouemur & sumus. Transcendamus carnem nostram in qua pariter ante filios uiuunt, quia ut filios possent generare creauerunt, & filiis crescentibus iam senescunt. Nondum natis filiis parentes uixerunt, quia & parentibus mortuis filij uicturi sunt. Transcendamus & animas nostras, pariunt & ipse aliquid cogitando quod secum habent sciendo, sed possunt amittere obliuiscendo, quia & non habebant antea nascendo. Cuncta corporalia & temporalia & mutabilia transcendamus, ut uideamus super omnia per quem facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est, quia & illud quo ascendimus prope est. Longe autem ab illo sumus, in quantum dissimiles sumus. Ascendit ergo ad eum sua similitudo quam in nobis fecit & refecit, quam nondum perfecte palpat in infirmis aspectus, & ineffabilem candorem lucis æternæ non potest intueri. Cuius ergo fulgorem mentis acies nondum capit, generationem eius quis enarrabit? Sed uerbum caro factum est, & habitauit

**A**uit in nobis. Hanc ergo generationem cuius hodiernum celebramus diem, hanc in qua dignatus est uenire per Israël, & fieri Emmanuel nobiscum deus in carnis infirmitate, non nobiscum in cordis iniquitate, accedens ad nos per id quod assumpsit ex nostro, & liberans nos per id quod mansit in suo. Visitauit quippe dominus seruos suos per moralem infirmitatem. Hanc ergo generationem cuius ut cunque capax est humana fragilitas, non illam quæ sine tempore manet, sine matre super omnia, sed istam quæ in tempore facta est sine patre inter omnia: Hunc uirginis filium & uirginum sponsum, de incorrupta matre nascentem & incorruptibili ueritate foetantem, laudemus, amemus, adoremus, ut in eius misericordia de astutia diaboli filij triumphemus. Diabolus ad nos decipiendos corrupta femina mente subrepsit: Christus ad nos liberandos incorrupta femina etiam carne processit, qui est benedictus in secula seculorum: Amen.

In eodem festo: Sermo II.

**I**n principio erat uerbum & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Qui in principio erat, intra se concludit omne principium. Ex matre uero initium sumpsit, sicut legimus per Esaiam, Ecce uirgo in uero accipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus, id est, latens in humana fragilitate maiestas: sicut in Ioanne Euangelista legimus: Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis: id est, in fragilitate corporis nostri. Item de Maria uirginis generatione: & porta erat clausa & non aperta. Tanquam si interrogaretur cur aperta non esset, adiecit: Quia dominus transiit per eam. Porta clausa, id est signaculum pudoris, immaculatae carnis integritas. Non enim est uiolata partu, quæ magis est sanctificata conceptu. Item de Christi gemina dei hominisque substantia: Et erunt, inquit, duo in carne uera: id est, deus & homo unus Christus. Quod Apostolus de Christo & ecclesia, id est, Christi corpore præcepit intelligi, sicut ait, Et erunt duo in carne uera. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Quod aperte exposuit ad Romanos, Patres nostri ex quibus Christus secundum carnem. Aseruit hominis, consequenter aserit proprietatem dei dicens, Qui est super omnia deo benedictus in secula. Tam perfecta hic filij eminentia declaratur, ut dici de patre maiora non possint. Nam si initium haberet non esset super omnia, sed inter omnia quæ pro conditione facturæ intra initium continentur. Sed Christus qui æqualis est patri, nulla temporis, nulla ætatis lege concluditur: Euidenter & ad Philipenses. Apostolus duas Christi natiuitates & duas substantias prædicat dicens, Qui cum in forma dei esset, formam serui accepit. Quibus regulis plena sunt uolumina noui & ueteris testamenti. Similiter & Iob prædicat eximius prophetarum, Et in carne mea uidebo deum. Quod de illo tempore prophetauit, quando Christi deitas habitu nostræ carnis induta est. Quia ergo ut præfati sumus, uerbum caro factum est, & duos esse constat hominem & deum in carne uera, modo homo loquitur patri, modo deus, modo uisibilis ex matre, modo inuisibilis ex patre. Da uerba hominis. Ipse in Euangelio dicit, Filius hominis non habet ubi caput suum reclinat. Ostendat hic pauper filius hominis diuitias suas in gloria diuinitatis. Omnia, inquit, quæ pater habet, mea sunt. Dum dicit, omnia, nihil hic reliquit quod minus haberet à patre. Omnia, id est, uerbi deitatis potentiam, substantiam, maiestatem. Quis eum minorem dicere

non tremiscat, qui se patri generaliter & per omnia ueridicus testis exæquat, sicut de eo. Euangelista pronunciat, Ideo uolebant eum Iudæi interficere, quia patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et ad Philipenses, Non rapinam arbitratus est esse æqualem deo: id est, æqualitatem diuinitatis quæ rebellis angelus assumere uoluit per rapinam, Christus possedit per naturam. Ergo credas ei cum se in hominis substantia proficeretur æqualem. Loquatur filius hominis, Pater, inquit, maior me est. Loquatur filius dei: Ego & pater unum sumus. Quasi homo esurit, quasi deus quinque milia struuntium quinque panibus obsequio creaturæ suæ exatit. Quasi homo in cruce pendet, quasi deus in paradiso sum de cruce latronem gestis per omnem mundum loquetibus introducit dicens, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quo tempore corpus domini in tumulto fuit, anima in inferno, diuinitas in paradiso, in cælo & ubique intra se omnia supereminens sua maiestatis immensitate complectens. Secundum hominem minor dicitur, quando comprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur: Secundum deum per uirtutem resurrectionis in cælestia sublimatur. Quasi homo suscepta morte, quasi deus super mortem. Secundum hæc regulam modo pauper est, modo diues, modo minor, modo æqualis, modo dominus, modo seruus. Tunc ergo minor credatur patre, quando angelorum conditor paulominus ab angelis minoratur, sicut in octauo psalmo legimus, Minorasti enim paulominus ab angelis. Tunc ergo patre minor dicatur, quando serui formam suscepisse perscribitur, quando etiam matre iunior inuenitur, quando ipse de se in uicesimo primo psalmo dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, diuumerauerunt omnia ossa mea. Quod autem minor patre secundum carnem & secundum hominem nuncupetur, innumeris scripturarum testimoniis declaratur. De eius diuinitate ita ad Titum Apostolus dicit, Apparuit gratia dei saluatoris nostri. Et iterum: Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Immane piaculum est ut per infidelis hominis blasphemias minor esse dicatur, quem magnum deum ipsa ueritas profetetur. Nam & Thomas Apostolus in Euangelio Ioannis, ubi post resurrectionem corpus hominis crucifixi per clauorum signa cognouit, deum qui intra hominem latebat Apostolica & Euangelica auctoritate cõfessus est, ita dicens, Dominus meus & deus meus. Si fides asit, aperta est ratio qua Christus nunc minor, nunc æqualis patri sacris uoluminibus asseratur, sicut ipse de se dicit, Ego primus & nouissimus. Indubitanter agnosce quod priorem non potest habere qui primus est. Item, Ego sum alpha & omega. Et sicut alpha literam nulla præcedit, ita & filium dei nulli secundum constat esse, quia deus est. Quid respondebimus eis qui spiritum sanctum aut minorem dicunt, aut, quod sceleratius est, ministerialem magis quam deum abrupta impietate pronunciant? Quomodo creatura dicitur, qui domini creator ex Maria comprobatur, sicut legimus: Conceptus de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine: Christus enim non de substantia spiritus sancti, sed de potentia, nec generatione, sed iustione & benedictione cõceptus est. Et sicut à patre ita etiam à spiritu sancto, ad redemptionem nostram malitia destinatus est, ipse de se per Esaiam loquente, Misit me pater & spiritus eius. Si spiritus sanctus minor creditur, quomodo se filius sicut à patre ita etiam à spiritu sancto missum esse testatur? Spiritus sanctus ipse locutus est in Apostolis, ipse effertur in pro-

**G** in prophetis, dicente beato Apostolo Petro in epistola sua, Non, inquit, ex hominibus allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. **Matt. 10.** Et saluator in Matthæo ita ait ad discipulos suos, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus. Similiter & David plenus spiritu sancto, quis per eum loqueretur, manifesta voce denunciat dicens, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Hæc est, inquam, via lucis, cuius in confessione aperitur ostium salutis. Itaque qui in hanc professionem ingrediuntur, beatitudinem eius adipiscuntur. Beatitudo ei qui confitetur deum patrem & filium & spiritum sanctum. Beatitudo ei qui confitetur solum deum, patrem & filium, & spiritum sanctum. Beatitudo ei, qui confitetur vnum omnipotentem deum, patrem & filium & sanctum spiritum. Beatitudo ei qui confitetur vnum summum deum patrem & filium & sanctum spiritum. Beatitudo ei qui confitetur vnum deum patrem & filium & sanctum spiritum sempiternum esse. Beatitudo ei qui confitetur indiuisam substantiam esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui nihil addiderit vel minuerit in vnitatem naturæ patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui confitetur omnia bona facta fuisse à patre & filio & sancto spiritu. Beatitudo ei qui confitetur omnia bona facta fuisse à patre & filio & sancto spiritu. Beatitudo ei qui confitetur vnam æqualitatem in sempiterna plenitudine deitatis esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui secundum singula nomina trinitatis, id est, patris & filij & sancti spiritus proprias tantum personas distinctas esse confitetur. Vnde oportuit nos ostendere eis, quos edent viæ suæ fructus, maledictiones omnium male credentium, sicut scriptum est, Maledictus omnis qui non obaudierit verba libri huius, vt faciat ea in corde suo. Maledictus qui patris & filij & sancti spiritus vnam sempiternam substantiam esse non confitetur. Maledictus qui secundum tres personas tres diuisas substantias esse confitetur. Maledictus qui tria principia eorum esse confitetur. Maledictus qui verum deum patrem, & vnicum verum deum filium, & vnicum verum deum sanctum spiritum non confitetur. Maledictus qui vnicum nomen in deitate trinitatis esse non confitetur. Maledictus qui indiuisam deitatem patris & filij & sancti spiritus non confitetur. Maledictus qui propria nomina personarum tres deos aut tres dominos aut tres spiritus confitetur. Maledictus qui secundum singulas personas trina nomina tantum distincta patris & filij & sancti spiritus non confitetur. Maledictus qui vnam personam eorum esse confitetur. Maledictus qui quem patrem dicit, hunc eundem & filium esse designat. Maledictus qui patrem natum, aut incarnatum, aut passum esse confitetur. Maledictus qui inenarrabiliter filium & vere natum de substantia patris esse non confitetur. Maledictus qui hanc natiuitatē factam vel creatam vel cōditam esse confitetur. Maledictus qui verum filium dei ex voluntate tantum dicit esse, & non potius de natiuitate. Maledictus qui dicit, erat tempus quando non erat filius. Maledictus qui hanc natiuitatem ex nullis extantibus non confitetur, quod Græci *ἐξ οὐκ ὄντων* appellant. Maledictus qui diuinitatē filij dei dicit initium habere de tempore, ortum ex nihilo, nomen quasi adoptionis ex altero. Maledictus qui vnum de vno, filium de patre generatum non confitetur. Maledictus qui impassibiliter filium natum de patre non confitetur. Maledictus qui dicit fuit aliquando pater sine filio. Maledictus qui non confitetur ante omnem principium vel initium semper fuisse filium cum

patre. Maledictus qui immortalē deitatē filij dei non confitetur. Maledictus qui de sempiterno filio dicit, nō erat antequam de Maria nasceretur. Maledictus qui vnitam deitatem patris & filij & sancti spiritus, ex charitate concordie tantum esse profitetur, & non magis per hanc ipsam vnitam diuinitatem. Maledictus qui vnitam deitatem in tres has personas esse non confitetur. Maledictus qui aduersus vigorem censuræ diuinæ scripturæ, hunc deum verē spiritum paracletum, aut filium patris vel certe facturam vsurpat debere confiteri. Maledictus qui filium dei verum & hominem verū de Maria virgine nuper natum pro nostra salute non confitetur. Maledictus qui filium dei hominem tantum pro nostra salute confitetur. Maledictus qui deum dei filium sempiternum de assumptione hominis per hoc principium habere assignat. Maledictus qui deitatem eius passam esse confitetur. Maledictus qui incomparabilem deitatem trinitatis proprie ad hominis liniamēta esse confitetur, dum scriptum inueniamus: Quia non sit illi similis quisquam deus in cœlo sursum & in terra deorsum.

In eodem festo: Sermo III.

**R**ogo vos fratres charissimi, vt libenti animo sermones quos dominus dabit suscipiatis in hac dulcissima die, in qua compunctio etiam infidelibus venit, in qua misericordia tangitur impius, veniam sperat compunctus, reditum non desperat captiuus, remedium desiderat vulneratus, in qua nascitur agnus, qui tollit peccata mundi. In cuius natiuitate qui conscientiam puram habet, dulcius gaudet: qui miserā, attentius timet. Qui bonus est affectuose orat, qui peccator deuotissime supplicat. Dulcis dies, vere dulcis, & cunctis pœnitentibus veniā portans. Promitto vobis filiolī & certus sum, quia in hac die si quis ex corde pœnituerit, & ad vomitū peccati reuersus nō fuerit, quodcunque petierit dabitur ei, tantum in fide non dubitet, delectationem nō repetat. Hodie totius mundi peccatum tollitur, & peccator desperat: Sed videte qualis debet esse pœnitentia, quia multi assidue se dicunt esse peccatores, & tamē adhuc illos delectat peccare. Professio est, non emendatio. Accusatur anima, non sanatur. Pronunciatur offensa, non tollitur. Pœnitentiam certā non facit, nisi odium peccati & amor dei. Quando sic pœnitentes, vt tibi amarū sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente: iam tunc bene ingemiscis ad deum & dicis, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Bene tibi soli peccaui, quia nullus hominū sine peccato, & ideo tibi soli peccaui: quia nullus est sine peccato. Da domine misericordiam misero, qui tandiu pepercisti criminoso. Inclinet ad remedium humilitas pœnitentis, quæ permouere non potuit diurnitas peccatoris. Dic illi in fletu cordis, aspice ad infelicem pietas immēsa, respice crudelem misericordia publica. Desperat ad omnipotentem venio, vulneratus ad medicū curro, serua pietatem mansuetudinis, qui tandiu suspendisti gladium vltionis, dele numerositate criminum multitudinē misericordiarū. Ista est filiolī vera pœnitentia, quādo sic conuertitur quis vt nō reuertatur, quando sic pœnitet vt non repetat. Sane videmus aliquos vestrū formas & virtutem animorum exercentes, qui in ista die verba mea pro sua salute sic audiunt, vt viriliter mollia vitia abiiciant, tanquam qui pugnat. Reuera fortius pugnat, qui contra se pugnat. Aperiant aures suas ad præcepta Christi, quæ fortasse patuerūt huc vsq; ad audieda ludibria.

L

Ser. VII.

Ioan. 2.

M

Pœnitentia certis.

Psal. 50.

Ludibria.

**A** ludibria. Aperiant oculos suos ad nitorem, qui huc vsq; ad ignominiam patuerunt. Compungat pœnitentia criminum, quos huc vsq; trāspunxit delectatio voluptatum. Erigat adiuncta virtus, quem vitia prostrauerunt. Aperiant medicamento nares suas, quibus illis fœteat consuetudo peccati. Aperiat ille oculos cordis vobis, qui hodie propter nos dignatus est nasci, vt videatis illud quod putatur dulce modo satis esse in breuitate temporum, quāam amarum erit in ignem æternum, quāam graui & perpetua pœna puniēda erit breuitas delectationis. Delectatio occidit & prateriit, vulnerauit & transiit, miserum fecit & abiit, infelicem reddidit & reliquit. Quāam speciosus est animæ nitor, quāam fœlix cōscientia bonis operibus plena. Si beatum se credit qui hoc possidet quod dimissurus est post mortem, quāam securus est qui illud pramium sperat quod nunquam amissurus est per æternitatem. Si potens est qui mundo imperat, quāam beatus est qui deum in conscientia portat. Et ideo dulcissimi filij concupiscite mūditiā cordis, habete dilectionem dei & proximi. Peccatores dimittite & dimittetur vobis. Iusti non peccetis, vt permaneat Christus in vobis. Quæ cū ita sint, videtur mihi charissimi, vt nascenti domino & redēptori nostro vota promittamus hodie & reddamus, sicut scriptum est, Vouete & reddite domino deo vestro. Nos dulciter & confidenter voueamus, ille dabit possibilitatem vt reddere possimus: Nos tamen quicquid illi promittimus, de illo speremus. Et fortasse interrogatis me quid debeatis hodie vouere & reddere. Sūt enim multi qui vouent, alius pallam, alius oleum, alius caram ad luminaria noctis, alius vt vinum non bibat per aliquot annos, alius vt ieiunia certo tempore faciat, alius vt carnes non comedat. Non est istud votum optimum nec perfectum: Adhuc melius volo, Nō eligit deus nec speciem tuam, nec oleum tuum, nec ieiunium tuum, sed hoc quod te hodie redemit, ipsum offer, hoc est animā tuam. Et si interroges me, quomodo animam meā quā ipse habet in potestate offeram? Et ego respondebo tibi, quomodo, Moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Auertendo a malo, & conuertendo ad bonum. Dammando vitium, amando deum, diligendo proximum, impendendo misericordiam miseris, quia & nos ipsi miseri fuimus, antequam redimeremur. Dimittendo illis qui in malis peccant, quia & nos omnes sub peccato fuimus. Superbia calcando quia per superbiam primus homo cecidit. Abiciendo inuidiam, quia per inuidiam cecidit diabolus genus humanum. Quæ cum ita sint, exerte animos vestros, & nullū sit sine liber siue seruus siue ingenuus, qui nō hodie deo votum offerat simul & reddat: quia nimis miserum est vt deo aliquid non offeramus de nostro, qui animam suā suscepit. Nunc itaque quicumque iram contra alterum tenet, tantum propter amorem dei dimittat, & obtulit votum. Siquis consuevit iam longa diurnitate in luxuria volutari, respiscat aliquando, & excutiat sordes suas per compunctionem, & clamet in corde suo in oratione secretius ad dominum: Piissime domine, misericordissime deus, sufficere mihi quod hucusque peccaui, quod contempsi, quod factoribus carnis meæ satisfeci, iam nunc te inspirante voueo me à nequitia mea conuersurum. Cum hæc fecerit, & iste obtulit votum. Si iterum inuidia tenetur fratres, & fœlicitate illius aut actione prospera non delectatur quod est peccatum vsque ad mortem, promittat & ipse in corde suo, medita-

Luc. 6.

B

Psal. 75.

Voti optimum.

Matt. 6.

Sapient. 2.

Ioan. 10.

Peccati ad mortem.

turum se potius actus bonos quāam liuorem eum habiturum: Et cum fecerit, & ipse obtulit votum. Siquis vero sibi cōsciū est de homicidio, indicat sibi ipse in corde suo pœnitentiam, & vindicet in se ipsam malam cōscientiam, & statuat sibi ante deum cruciatum pœnitentiæ & spatium: & plenum animum veneno quem ante confusio sanguinis proximi fauciauit, cruciet per abstinentiam & humilitatem: & communicare nullatenus præsumat, vt non dupliciter se in fœlix damnet, dum in corde criminum horribus pleno sacratissimū corp⁹ domini periculose præsumit accipere. Quod si quis se talem agnoscit, & hæc fecerit, & ipse offert votum. Siquis forte vt assolet detrahare semper consuevit, & aliorum actiones obloqui nec suas respicere, voueat hodie deo in corde suo & dicat: Hucusque de aliis dixi, me nō inspexi, ego eram inferior, & alios miseros existimabā, & ideo nunc sufficit quod peccaui lingua mea, amodo emendare delibero: Ecce qui hæc facit, offert votum. Siquis crudelem se sentit, misericordiā animi voueat deo. Siquis superbum, voueat humilitatem. Siquis vinonimum est deditus, sobrietatem voueat. Siquis seniori suo peccauit, veniam petat, & si ille non sapuerit petere, ille tamen dimittat, Et cum hæc omnia feceritis charissimi, offeretis deo votum placitum, & quasi remuneratis Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, & vota vestra offeruntur ante tribunal Christi: Et sicut dixit Salomon, monumentum vestrum non accipiet obliuionem: & dicetur de vobis: Ecce populus meus quem acquisiui sanguine meo, saturauit me votis, impleuit odoramentis: Ego ero eis quasi dominus, & ipsi erūt mihi in populū, & non erit vltra eis captiuitas aut desolatio. Putam⁹ quāam dulce est quādo vota nostra talia qualia dixi, angeli qui custodes vitæ nostræ sunt, ante conspectum diuinæ maiestatis obtulerunt? Si aliquid offerimus homini terreno & morturo, & tamen speramus ab illo multum recepturos & adiuturos: si deo autem aliquid de nostris moribus offeramus, quantum recipimus? Nūc itaque exultemus in domino, gaudeamus cum fletu, memores simus dignationis diuinæ & captiuitatis nostræ. Quemcunque potentia eleuat, veniat illi in mente humilitas Christi, vt non dirigatur ad illum sententia ista. Quid superbis terra & cinis? Quādo videmus quēque miserum, aut egenum, veniat in mētem misericordia dei. Quando captiuum, veniat nobis in mentem redemptio domini nostri. Quando peccatum quodcunque delectat aut subrepsit, sit nobis in memoria quod iā deleta sunt peccata nostra. Non perdamus premium sanguinis Christi, nec maculemus stolam animę per iniquitatem, aut rapinam, aut concupiscentiam, lacuimus, iam erecti sumus: vulnerati fueramus, iam sanati sumus. Non erit excusatio. Qualescunq; potest diabolus ad malum inuitare, non potest trahere: delectationem inferi non potestatem, consilium ingerit non conflictum. Nūc ergo propter partum beatæ Mariæ sit mihi sermo ad virgines, siue viros, siue viduas siue feminas, siue pœnitentes, siue pauperes, siue seruos, nō est apud deum nisi meritum discretio. Audite me itaque quicumque dono Christi in corpore virgines estis. Generaliter loquor ad omnes: Audite me. Quicumque agnoscit se esse quod dico, studeat vt & corde sit virgo. Sic gaudeat de lucro corporis, vt non habeat damnnum animæ, gaudeat tūc de tam precioso dono Christi, gaudeat cum humilitate, flet cū pietate. Gratias agat quia tantam fœlicitatem in integritate portat, latetur quia secutus est agnum quocunq; ierit, si tamen in ore eius,

Sapient. 2.

Ecclesiastici 10.

Apoca. 14.



In eodem festo: Sermo IIII.

K

Ser.VIII.



Odie fratres dilectissimi celebramus dominicæ natiuitatis diem, id est, domini nostri Iesu Christi, qui cum æqualem trinitatem cum patre possideat, qui cum cœlum, terram ac maria & omnia quæ in eis sunt pari cum patre virtute firmauerit, in nouissimis temporibus homo nasci ex homine dignatus est, sic nostram suscipiendo naturam vt nõ permutaret suã. Permanente enim integro diuinitatis statu, assumpsit hominem dei filius, nec amisit quod erat, sed sociavit sibi quod in ipso ante non fuerat. Inuisibilis ergo secundum diuinitatem dei filius visibilis suscepit hominem, immortalis mortalem, impassibilis passibilem, & vt totum breuiter comprehendam, deus hominem. Quicquid ergo infirmitatis legimus in Christo, id est, quod esuriuit, quod doluit, quod etiam mortem pro peccatis nostris sustinuit, suscepto hoc pro salute nostra homini deputemus, salua illi quod suscepit, id est, verbi dei reuerentia: qui ita humanitatem diuinitati suæ iunxit, vt eam post passionem impassibilem faciat, non autem vt fieret, quod cogitari scelus est, diuinitas ipsa passibilis. Nam est in dei filio ex diuinitate & humanitate vna persona est, cum tamen audis natum ex homine dei filium, noli communem hunc ibi credere natiuitatis exortum, ex opere coniugali, quod quidem à deo est constitutum vt humanitas propagetur: Aliter, inquam, ibi fuit humanitatis exortus, longe à nostra natiuitate diuersus. Nam est in eadem qua nos naturaliter sumus, veritate carnis natus est Christus: non tamen eo quo nos more conceptus & natus est de coniugio, id est, vnde ceteri exorti sumus, licet omnes procreentur homines. Nam & mirabiliter procreatus est. Legitima illa commixtio hominis homini quidem, licet iuxta diuinam autoritatem culpa non vacet, non tamen etiã gloriosa est: In Christi vero natiuitate sine cõmixtione propagatio omni prorsus gloria & honore cumulatur. Dominus itaque noster Iesus Christus, ordine natiuitatis excepto, homo verus procreatus ex virgine est, eodemq; omnipotentia signo conceptus & natus, virginẽ habuit matrem cum portaretur in vtero virginis, & cū ex vtero funderetur: Nec tamen ista natiuitas coniugia damnauit, sed potentiam diuinitatis honorauit. Olim huius nouæ fecunditatis signum Esaias propheta prædixerat, Ideo, inquit, dabit dominus ipse vobis signum: Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Quod signatissime de Christo domino nostro est prophetatum. Emmanuel enim interpretatur, nobiscum deus. Ergo saluator noster ab effectu rerum etiam hoc nomen accepit, vt vocaretur nobiscum deus. Et ipse tunc deus cum omnibus nobis esse dignatus est, quando suscepit hanc carnem, vt per hominem qui visibilis erat conuersari videretur in terris. Sic enim Hieremias propheta promiserat, dicēs, Hic est deus noster, & non astimabitur alius ad eum. Hic adiuuenit omnem viam disciplinae & tradidit illi Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est. Vnde & ipse dominus ad discipulos suos in Euangelio dicit, Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me: Qui videt me, videt & patrem meum, & reliqua quæ sequuntur. Talia enim dei filius per assumptum hominem opera faciebat, vt ex ipsa operum claritate & patris simul & filij diuinitas nosceretur. Quod si diligenter respiciamus ad causam, propter quam dominus totum hoc sacramentum suscepti hominis implere dignatus est, vt

vere

Filius dei, & re filius hois est factus duplex causa. Esaias. 53.

A vere obtinebimus nobis illud impletum esse propheti- cum. Duplex enim principaliter causa est, ob quam dei filius factus est filius hominis. Vna est vt secundum hominem omnia patiendo pro nobis, à peccatorum nos vinculis liberaret. Sic enim Esaias propheta prædixerat, Hic peccata nostra portauit, & pro nobis dolet. Et rursus, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostræ in eo: Liuiore enim eius nos sanati sumus. Altera vero causa est dominicæ passionis, vt nos quos sanguine suo redemit à vitiiis atque criminibus, non solum doctrinæ auxilio & gratia, sed etiam exemplo suo ad studium sanctitatis accenderet, vt nos non modo præcipiētem dominum, sed etiam exemplo suo ad virtutis fastigia prouocantem, maiore alacritate sequeremur, & iustissimum dominum ac pium patrem, secundum sententiam beati Petri, filij imitatione coleremus. Sic enim beatus Petrus ait, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Qui cum malediceretur non maledicebat, cū pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicium se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitia viuamus. Præstet autem dominus noster Iesus Christus vt gratia eius adiuti, ad vestigia eius sequenda properetis, & peccatis omnibus ac vitiiis mortificati, ad sola viuatis opera iustitiæ exercenda, gratias agentes patri deo cui est gloria & imperium, & domino nostro Iesu Christo & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo V.



Eginus & fideliter retinemus quod sub ipso principio nascentis mundi in primo homine fecerit nos deus ad imaginem & similitudinem suam. Ecce in hac die mutata vice factus est deus ad imaginem & similitudinem nostram. In primis de suis meliora contulit: In secundis de nostris inferiora suscepit. Per interdicta arboris gustum primi hominis incauta fragilitas tentauit appetere ambitione damnabili domini sui diuinitatem, persuadente diabolo & dicente, Si de ligno hoc gustaueritis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Ideoq; agnoscamus pij patris admirabilem bonitatem. Homo sollicitante inimico, deus esse voluit per superbiam, & deus homo factus est per misericordiam. Innouatur in nobis quodammodo per Christi diuinitatem species illius antiqui & incipientis seculi, quando primus Adam de limi materia figuratur. Ecce etiam nunc secundus Adam quasi de intacta ac ru di terra virginis de carne formatur. Ecce, inquam, iterum cessantibus naturæ legibus, nouus homo in nonam vitam solo deo operante perficitur. Promittitur ergo filius virgini per visitationem spiritus sancti. Qui non mirum si sine corruptioe nascitur, qui de sanctificatione suscipitur. Non enim decebat, vt qui nobis afferebat salutem, soli matri præriperet dignitatem. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te. Dignum planè erat, vt regali onustanda partu, prius celestis regis sanctificaretur ingressu. Vnde dominum & saluatorem nostrum non ideo simplicem hominem credamus, quia ex homine nasci videmus. Fas non est vt nõ deus credatur, cui descensuro ad terras à deo habitaculum præparatur. Diuina itaque operante potentia credentis viscera fecundantur, & in ligno mortali vita arbor inseritur, & portans in se omnia virtus ab infirmitate portatur, & qui terra mari cœloq; non capitur, intra vnius corpusculi

membra suscipitur. De creatura sua creator omnium pro- creatur, & de ritulo suo fons magnus exoritur. Radix omnium de virgulto suo nascitur, & vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Adest ecce exoptatissimus dies, gratia geminata resplendens, candore quidem consuetae luminis illustratus, sed præcipue radiatis veri fulgore coruscus. O dies dierum omnium nouitas, lucrum lucis & dispendium excitationis, in quo aternus sol de summa altitudine claritatis paternæ descendens, vuluæ virginis aditum resonauit, & totius mundi caliginem fulgida coruscatione repressit. Ducite fideles Christi festiuissima gaudia, res nobis hodie perfecta est noua quæ olim fuerat repromissa, vt sine virginis detrimento pudoris, filium lactarent vbera genitricis. Hæc illa est nouitas Hieremias propheta vaticinio nunciata, Faciet, inquit, dominus nouum super terram. Et quasi quandam lucernam huius obsecrationis accendens, continuo subiicit, Fœmina circumdabit virum. Hoc est, inquit, nouum quod super terram dico dominum esse facturum, quia fœmina circumdabit virum. Aduertite fratres, & me potius vestro intellectu præcedite, Fœmina, inquit, circumdabit virum. O fœmina super fœminas benedicta, quæ & virum non cognouit, & virum in vtero circumdedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carnea prole de spiritali semine gratulatur. Circundat Maria virum angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo. Faciet, inquit, dominus nouum super terram. Vt igitur exhibenda huius nouitatis tempus aduenit, celestis ad virginem præmittitur nunciatus. Salutat angelus puellam virginitatis ignaram, terretur virgo nouitate verborum. Ad quam angelus, Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum. Ne inquit, ad cõspectum tuum mater domini mei terrearis, ego conceptionis tuæ minister adueni, ipse me misit ad te qui est nasciturus ex te. Ipse tibi per me annunciat gaudium, cui placuit in vtero tuo cū humana natura mysticum sociare coniugium. Inuenisti gratiam apud dominum: Ecce concipies & paries filium, non cuiuslibet meriti hominem, sed totius mundi saluatorem. Ne, inquit, timeas. Abiice abs te omnem metum seculi, quæ conceptura es gaudium mundi. Reuolue Maria propheticam lectionem. Neque enim te scientia diuinorum potest præterire librorum, quæ ipsam plenitudinem paritura es prophetarum. Recole in libro Esaiæ prophetæ virginẽ quã legisti, & gaude quã tu esse meruisti. Tu ibi præsignata es virgo, tu ecce concipies in vtero, nõ de viro, sed de spiritu sancto, & grauida eris, & incorrupta manebis, Paries filium, & virginis non patieris detrimentum. At illa, Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Mox igitur angelus virginis accepto consensu, celestis regionis accolâs repetiuit. Et ecce subito secretum virginis ineffabilis potentia penetrauit. Intrat artifex mundi angustias vêtis humani, efficitur grauida mater intacta, & ecce tanquam sponfus de thalamo, Maria Christus procedit ex vtero. Occultatur in membris infantis potentia maiestatis, deus pendet ad vbera genitricis. Pannorum virginitatis squalore contegitur, durissimi suffert præsepis angustias, & totum misericors humiliter patitur, dum modo mundus qui perierat liberaretur. Obeata infantia, per quã nostri generis vita est reparata. O gratissimi delectabilisq; vagitus, per quos stridores detum aternosq; ploratus euasimus. O fœlices panni quibus peccatorum sordes exterisimus, O præsepe splendidum, in quo non solum iacuit fœnum animalium, sed cibus inuentus est angelorum.

G eius, sicut legimus in Apocalypsi, mendacium non inueniatur. Oret perseuerantiam, vt non illi qualiscunq; delectatio seculi aut inuidia diaboli tantum donum tollat, tantam claritatem innubilet, tantum nitorem infuset. Teneat fortiter, ne perdat rem irreparabilem. Nõ vno momento delectationis amittat gratiam corporis, non contrahat turpitudinem animæ per pulchritudinem formæ corruptæ, non illum cõcupiscentia vincat. Si me audierit, permanet: quod si non audierit, amissurus est quod nunquam est reparaturus. Iterum ad vos mihi sermo est qui coniuges habetis, moneo vt caste habeatis. Nam & Elizabeth quæ longanis temporibus caste cum marito vixerat, & ambo fideles ante dominum fuerunt, meruit iam de mortuo semine filium qui & sanctitate parentes ornaret, & prædicatione multos infideles conuerteret. Iterum vobis loquor quæ estis viduæ, custodite viduitatem, non estote verbosæ, sed cum silentio expectate dominum, qui pupillum & viduam suscipit. Sed bonam viduam, & illam quæ in oratione est, in humilitate, in elemosynis prompta: si certe vnde faciat non habet, voluntatem bonam & cogitationem sinceram habeat. Mulieres, non maledicite, non iurate, non estote promptæ ad loquendum. Forte dicitis importunum esse quod dico, Non mihi tacere licet, plus timeo illum qui iubet quã illum qui detrahit. Ego dico, qui agnoscit emendet, qui in se non recognoscit, audiat & teneat vt aliis pro salute dicere possit. Nunc iam ad vos loquor pœnitentes, qui pœnitentiam in ecclesia accepistis & agitis. Perseuerate in fletu, in compunctione docte plangite. Quid est docte plangite? Nõ querite in oratione temporales res, sed aternam beatitudinem, remissionemq; peccatorum. Qui sic orat, docte plangit. Non cadunt ad terram lachrymæ vestræ, quia verax ille qui per prophetam dixit, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Vos modo satis debetis amare deum, & à timore iam ad dilectionem transire, quia sic legimus in Euangelio de peccatrice illa, Cui multum dimittitur, multum diligit. Et ideo multum debetis diligere deum, qui vos expectando & non puniendo ad pœnitentiam perducere dignatus est. Nunc iterum ad vos mihi sermo est pauperes. Vobis dico pauperes qui mendicatis, qui de elemosyna Christianorum viuuntis: Consolamini consolamini, tribulatio vestra conuertetur in gaudium, & dolor vester in lætitiã. Non vobis sit ingratum quod mendicatis, nec ideo in corde vestro aliquid contra deum dicatis, quia ille iustus & pius est in omnibus suis. Et te ideo fecit pauperem, vt sufferendo breuem inopiam, aternam vitam acquireret. Et diuitem ideo fecit, vt dum tibi superflua daret, remedium peccatis suis acquireret. Et ideo patientes estote, & expectate dominum. Etiam sermo mihi est ad vos quicunque dominos carnales habetis, cuiusque seruitij conditionem debetis. Obedite dominis vestris, diligite ex corde, non ad oculum seruientes, sed ministerium ex amore facientes, quia & illos deus cõstituit vt vobis dominantur, & vos vt seruiatis. Bene seruite propter deum, quia de bono seruitio mercedem habebitis. Si boni fueritis, meliores eritis dominis malis, quia apud deum anima vniuscuiusque non est discerneda nobilitate, sed opere, nec genere, sed actione. Ideo nunc ad omnes mihi sermo fuit, quia Christus pro oibus mortuus est. Et ideo seruate quæ dixi, vt de vobis fructum habeam, & vos omnes in cœlestibus horreis vbi frumenta congreganda sunt misericors dominus intromittat, qui viuat & regnat in secula seculorum, Amen.

vere

Angelorum. Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem coeli, precium mundi. Postremo tu illi vt mater temporalem ministra substantiam, vt ipse nobis & tibi vna cu patre & spiritu sancto vitam tribuat sempiterna. Quod ipse prestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & gloriatur deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo VII.

Sermo X.



Vis tanta rerum verborumq; copia instructus existat, qui huius diei gratia dignis possit laudibus predicare? Vnde si huiusmodi nullus est, non erubescimus etiam si nobis mitior dicendi facundia desit, vel mediocri tamen sermone partum sacre virginis, & ortum dominici corporis diferentes conabimur explicare. Natalis est ergo hodie Saluatoris charissimi, in quo lumen additum mundo est, & immortalitas qua per peccatum perierat mortalibus reddita est. Natalis est hodie Saluatoris, de quo angelus pastoribus dicit, Natus est hodie vobis saluator: de quo & propheta dicit, Filius datus est nobis, puer natus est nobis. Nascitur ergo quem regem gentium alius propheta testatur, & nascitur ex virgine, sicut scriptum est, Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, quod interpretatum est ex Hebraica lingua in Latinum translata, nobiscum deus. Pradicamus hodie natum de virgine Saluatorem, & infantem in praesepe positum cum vigilantibus pastoribus moniti ab angelis adoramus. Exhibeamus eisdem virtutibus, reuerentiam sanctis testibus praebeamus, & Simeoni cognoscenti, & Anna dominum confitentem, & Ioanni baptizanti, & Iordanis purgationi, & sancto spiritu descendenti, & caelis aperitis, & patri testimonium perhibenti, & virgini permanenti, & stella fulgenti, & columbae descendenti, & ipsi domino omnem tentationem diaboli superanti. Hodie ergo peperit virgo, qui deo filios faceret, qui sententiam praeruaricationis excluderet, poenam mortis eriperet, & vitam perpetuam credentibus condonaret. Perierat in vtero filium mater, omnibus qua sunt ante nutrimenta maiorem, & hunc fudit forma serui in terris, quem habent angeli imperatorem in caelis. Peperit filium mater, a quo ipsa nutrire potius quam nutriret. Mortali alio immortalem suscepit hospitem, & in terrestri hospitio caelestem virgo imperatorem suscepit. Beata virginitas desinit esse iam mortis ancilla, quia illum intra se gestat in mente, quem Maria portauit in ventre. Nulli virginitas seruituti succumbit, quia illum diligit, qui humano generi attulit libertatem. Coelestis propago germinabat in vtero, & in eximio partu virginea viscera coruscabant. Humanis gressibus portabatur pictura deifica, & in angusto pudoris cubiculo eum quem caeli non capiunt, sancta virgo portabat inclusum, & peperit eum, non qui nascendo polluerit parietem, sed qui a pollutione seculum delauaret. Sancta credidit, sancta concepit, sanctior efficitur post partum. Extitit autem ipsi virgini ipse filius qui erat sponsus. Ipse genitus, qui erat genitor. Illic fuit paranympa credulitas, paranympus archangelus. Mater sponsa, & ipse quem peperit Christus sponsus, quem sanctus spiritus copulauit: Gabriel angelus nunciavit, angelorum exercituum magistra, & stella fulgida demonstraui. Fecit grauidam virginem ipse qui erat nasciturus ex virgine. Expauit in partu suo mater, deus per angelum loquebatur & virgo auribus impregnabatur. Audiatur omnis aetas quod nunquam audiuit. Virgo partu suo nupsit, virginitatem dum pareret duplicauit, filium quem genuit adorauit. Cesset omnis sollicitudo, Christus nobis vera securitas aduenit. Cessat

Luc. 2. Esai. 9.

Esai. 7.

Luc. 2.

et omnis infirmitas, hodie saluator apparuit. Cessent bella, desinant lites, hodie pax vera de caelo descendit. Cesset omnis amaritudo, hodie per totum mundum mellisui facti sunt caeli. Fugiat mors, quia vita nobis hodie de caelo est data. Hodie super terram canunt angeli, laetantur archangeli, gloriuntur Propheta, inuitantur sancti, turbantur mali, gratulantur boni, visum caeci recipiunt, auditum surdi, claudi gressum, leprosi mundantur, tristes laetificantur, infirmi sanantur, & mortui resuscitantur: Solus diabolus & omnia cum eo demonia contremiscunt, quia restauratur genus humanum per interitum diaboli. Christus vobis hodie redemptor apparuit. Probat ergo virtutem domini ordo nascendi, concepit virgo, virilis ignara confortij. Impletur veteris, nullo humano pollutus amplexu. Vide miraculum matris dominici corporis, virgo concipit, virgo grauida, virgo cum parturit, virgo post partum. Praeclara ergo illa virginitas, & gloriosa fecunditas. Virtus mundi nascitur, & nullus pariendi est gemitus. Vacuatur vterus, infans excipitur, nec tamen virginitas violatur. Fas enim erat, vt domino ex virgine secundum carnem nascente meritum cresceret castitatis, ne per eius aduentum violaretur integritas, qui veniebat sanare corrupta. Nascitur ergo puer, ponitur in praesepe. Haec sunt enim domini prima cunabula, nec regnator caeli has dedit angustias. Stat Maria & matrem se laeta miratur, & de spiritu sancto protulisse se gaudet, nec quia peperit innupta terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. Nam cum seculo debitus saluatoris properaret aduentus, ad Mariam virginem venit spiritus sanctus, vt fuerat ab angelo ante praedictum, dicente, Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Recte ergo in eius aduentu caelestia veneramur, que de caelo venisse manifeste cognoscimus, quem natum pro nostra salute dei patris & spiritus sancti virtute comperimus. Multis enim ante nunciabatur indicij, noua caelo ventura progenies. Vides ergo charissime saluatoris ortum esse virtutem, cum de eo propheta non taceant, & spiritus sanctus fateatur. Quid praerarius stella nuncio? Quid magorum manifesta confessio: Quid prophetarum tam similibus & tam continuata sententia? Vbiq; notus est dominus, vbiq; natus ex virgine nunciatur. Et quoniam eum secundum carnem natum ex virgine diximus, nunc ea qua spiritaliter sentire possumus disseramus. Videam? ergo qua est illa virgo tam sancta, ad quam spiritus sanctus venire dignatus est, qua tam speciosa quam dominus elegit sponsam, qua tam copiosa, cuius generationem cunctus orbis excipiat, qua tam casta vt possit virgo esse post partum. Nonne in figura Mariae typum videmus esse sanctae ecclesiae? Ad hanc vtique sanctus descendit spiritus, huic virtus obumbravit altissimi, hinc potens virtute Christus egreditur. Haec est immaculata concubitu, fecunda partu, virgo & casta perpetuo. Haec concipit non viro, sed spiritu: haec parit non dolore, sed gaudio: haec nutrit non vberibus corporis, sed lacte doctoris. Haec est igitur sponsa Christi & gentium magistra, qua se plenam miratur & foeta latatur. In hac ergo die qua saluator nascitur, splendor lucis augetur, tenebrarum caligo minuitur. In hac die lux caelestis credentibus red datur, & in aeterna nocte diabolica figmenta damnantur. In hac die lux crescit ex lumine, virtutum virtus attollitur. Gloria aeternitatis erigitur, reparationem suam domino secundum carnem nascente mundus amplectitur.

Luc. 2.

Luc. 2.

M

A titur. Plena sit ergo diei huius festiuitas, in qua deus nostri memor terrena visitare dignatus est, & amissam mortalibus lucem aduentus sui claritate restituit, quia ipse est splendor & gloria aeterna, dominus noster Iesus Christus, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo VII.

Sermo XI.



N aduentu dominico fratres charissimi solutus est omnis paternae praeruaricationis metus, quem diaboli dudum fraudibus incurrit circumuenta mortalitas. Adest enim nobis hodie caeli terrarq; iudex, qui rescisso chirographo delictorum, reatu nostrum miseratus absoluit. Adest ille dominus, qui iugum captiuitatis antiquae a nostris cervicibus soluens, merorem mundi aeterna libertate laetificet. Adest rex ille mansuetus, qui per spatia totius orbis caelestis iustitia gressibus incedens, superbientem parentis inimici conterat tyrannidem. Hodie naque parturiente Maria natus est nobis dei filius, vt germanae carnis nostrae conceptione productus, creato a se homini & pietatem paternam & fraternam largiretur affectum. Et natus sane ab intacta est foemina, vt eum pariter & hominem testaretur partus humanus, & deum probaret aeterna virginitas. Nam sicut non poterat nisi caro de carne nasci, ita non poterat dei caro de foemineo vtero, nisi sine generante prodire. Propter quod ait angelus beatissimae Mariae, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te. Idcirco tibi frater virtutem sancti spiritus angelicus sermo praetextit, ne coniecturis carnalis disputationis hebetatus, caeleste tibi ipse mysterium terrena argumentatione confundas. Aut non putas eum notum puerum in aluo virginis potuisse formare, qui cum primum conderet hominem, nec semen patris, nec viscera materna quaesuit? Dic itaque quicumque es supernae dispensationis arbiter & discissor, qua tibi videtur virtus eminentior, partum dedisse virgini, aut perfectum hominem creasse de terra? Primus enim homo, vt ait Apostolus, de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Si contra naturam esse contendis quod in mysterio redemptionis nostrae sine viro puella asseritur concepisse, cuius quaelo natura est quod in parente generis nostri caro sine carne formata est: Quae est ista ratio, imo quam caeca contentio, vt non credatur deus facere hominem posse de foemina, quem creditur de pulvere fecisse? Si omnipotentis deus homo tali in negotio esse perspicis voluntatem, de opere cur retractas? Omnia enim, sicut legitur, dominus qua voluit fecit in caelo & in terra. Et si sollicitus perscruteris, praeter hunc legitimum humanae conceptionis visum, tres valde mirabiles nascendi species operatam reperies trinitatem, & prima est quidem quod Adam figuratus ex limo est, secunda quod mulier formata de masculo, tertia qua & caelestis est, quod Christus processit ex virgine. Quid horum non nouum, quid horum non mirabile, quid horum si non fidem sequamur, inquisitio poterit humana complecti? Quod autem mystico hoc conceptu visitare mundum suum dei dignatus est filius, nostrae hoc salutis necessitas flagitabat, nimirum vt caelestis tadem generatio repararet, quod natiuitas terrena perdidit. Sed fortassis hunc qui natus praedicatur ex foemina, dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere contentus est in praesepe, dum lachrymosis vagitibus concrepat, dum maternis lactatur vberibus, deum esse diffidis. Imo per ista

Luc. 2.

1. Cor. 15.

Psal. 134.

Tres mirabiles nascendi species operata est trinitas.

frater aduerte eum & vt hominem infirma pro infirmis pertulisse, & vt deum potentiam exercuisse caelestem. Hic nanque qui sordentibus circumdatur pannis, regis per Chaldaeos muneribus honoratur. Hic qui in praesepe humilis iacet, lumine noui syderis coruscet in caelo. Hic qui vagitus reddit infantiae, angelici exercitus vocibus collaudatur. Hic qui foemineo lacte nutritur, multa hominum milia paruissimo pane fatiuit. Quid illud adiciam, quod deum illum & verum dei esse filium resurgens a mortuis Lazarus probat, recepto lumine caecus annunciat, venerandis eius calcata vestigiis maris vnda testatur, & quod praecellit haec omnia, resultans e caelo vox paterna confirmat? Propter quod dilectissimi tam magnum hoc natiuitatis dominice sacramentum, dignis vocibus honorem. Diligamus, praer omnibus castitate, quia vt placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam vteri virginis elegit. Se stemur misericordiam, quia pietatis est quod saluamur. Iustitiam sollicito teneamus, quia ad hoc vnigenitus dei effici dignatus est homo, vt veritate praedicat, vniuersam mundi faciem damnata iniquitate purgaret.

Math. 23.

Math. 23.

Ioan. 11. & 9.

Math. 14.

Math. 3. & 17.

E

In eodem festo: Sermo VIII.



Ilius dei idemq; filius hominis dominus noster Iesus Christus, sine matre de patre natus, creauit omnem diem, sine patre de matre natus consecrauit hunc diem, diuina natiuitate inuisibilis, humana visibilis, vtraque mirabilis. Proinde quod de illo propheta praedixit, Generationem eius quis enarrabit? de qua potius dictum sit iudicare difficile est, vtrum de illa vbi nunquam natus coaeternum habet patrem, an de ista vbi aliquando natus in qua vt fieret iam fecerat matrem, vtrum de illa vbi semper natus est qui semper erat? Quis enim enarrabit quomodo natum sit lumen de lumine, & vnum lumen vtrumque sit, quomodo natus sit deus de deo, nec deorum numerus creauerit, quomodo velut de re transacta dicatur quod natus est, cum tempus in illa natiuitate nec transierit quo praeterita esset, nec praecesserit quo futura esset, nec praesens fuerit quasi adhuc fieret & perfecta non esset? Hanc ergo generationem quis enarrabit, cum id quod enarrandum est supra tempora maneat, sermo autem enarrantis in tempore transeat? Istam quoque ex virgine generationem quis enarrabit, cuius conceptus in carne non carnaliter factus, cuius ortus ex carne vbertatem nutrienti attulit, integritatem parienti non abstulit? Quamlibet itaq; earum, siue vtranque generationem eius quis enarrabit? Hic est dominus deus noster, hic est mediator dei & hominum, homo saluator noster, qui natus de patre creauit & matrem, creatus de matre glorificauit & patrem. Sine foemineo partu vnicus patri, sine virili complexu vnicus matri. Hic est speciosus forma praer filiis hominum, sanctae filius Mariae, sanctae sponsus ecclesiae, qua suae genitrici similem reddidit. Nam & nobis eam matrem fecit, & virginem sibi custodiuit. Ad hanc quippe dicit Apostolus, Aptauit vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. De qua rursus dicit, Matrem nostram non ancillam, sed liberam, cuius multi filij desertae magis quam eius qua habet virum. Est ergo & ecclesiae sicut Mariae perpetua integritas, incorrupta fecunditas. Quod enim illa meruit in carne, haec seruauit in mente, nisi quod illa peperit vnum, haec parit multos congregandos in vnum per vnum. Hic est ergo dies quo venit in mundum per quem factus est mundus, quo carne factus est praesens, virtute nunquam absens, quia in hoc mundo erat & in sua venit. In mundo erat, sed mundum latebat,

Ser. XII.

Esa. 53.

F

1. Tim. 2.

Psal. 44.

1. Cor. 13.

Gala. 4.

Ioan. 1.

bat,

**G**bat, quia lux lucebat in tenebris, & eam tenebræ non cõprehēdebant. Venit ergo in carne, carnis vitia mundaturus. Venit medicina in terram, vnde curaret interiores oculos nostros, quos exterior nostra excæcauerat terra: vt eis sanatis qui fuimus antea tenebræ, lux efficiamur in domino, & non iam lux in tenebris luceat præfens absentibus, sed appareat certa cernentibus. Ad hoc sponsus processit de thalamo suo, exultauit vt gigas ad curredam viam, speciosus vt sponsus, fortis vt gigas, amabilis & terribilis, feuerus & serenus, pulcher bonis, asper malis. Manens in sinu patris, impleuit vterum matris. In quo thalamo, id est, virginis vtero, natura diuina sibi copulauit humanam: Vbi verbum caro factum pro nobis & à matre procedens, vbi habitemus præparat nobis. Hunc ergo diem læti solenniter celebremus, & æternū diem per eum qui nobis æternus in tempore natus est fideliter exoptemus, Iesum Christum dominum nostrum, qui viuunt & regnat per omnia secula seculorū, Amen.

In eodem festo: Sermo XIII.

**D**ominus noster Iesus Christus fratres charissimi, qui in æternum est cunctorum creator, hodie de matre nascendo factus est nobis saluator. Natus est nobis hodie in tempore per voluntatē, vt nos perducatur ad patris æternitatē. Factus est deus homo, vt homo fieret deus. Vt panē angelorum māduca-ret homo, dominus angelorum hodie factus est homo. Hodie impleta est prophetia illa, quæ dicit, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem. Factus est igitur qui fecerat, vt inueniretur qui perierat. Sic enim in psalmis homo cõfite-tur, Priusquam humiliarer, ego peccaui. Et iterum, Erraui sicut ouis quæ periit. Peccauit homo & factus est reus, natus est homo deus vt liberaretur reus. Homo igitur cecidit, sed deus descendit. Cecidit homo miserabiliter, descendit deus misericorditer. Cecidit homo per superbiā, descendit deus cū gratia. Sic nanq; mater domini ab angelo audiuit, Aue gratia plena, dominus tecum, Qui natus est primo sine matre in cœlis, hodie natus est sine matre in terris. Omiracula, ð prodigia fratres charissimi, naturæ iura mutantur in homine. Deus nascitur, virgo sine viro grauidatur, viri nesciã sermo dei maritat. Simul facta est mater, & virgo: mater facta, sed incorrupta, virgo habens filium nesciens virum. Sæper clausa, sed nõ infœcūda. Solus enim sine peccato est natus, quæ sine virili cõplexu non concupiscencia carnis, sed obedientia genuit mentis. Virgo concepit, sola vulnere nostro medicinam p̄rere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit. O mira & inexpliquis compago, ð noua & inaudita cõmixtio. Deus qui est & qui erat, fit creator creatura. Qui immēsus est capitur, diuites cõstitues pauper efficitur, incorporeus carne vestitur, sermo crassefcit, videtur inuisibilis, palpatur impalpabilis, cõprehenditur incõprehensibilis, immortalis occiditur. Quæ cœlum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur. Numeratur in seculo, qui est ante secula. Christus Iesus heri & hodie, idem ipse & in secula. Heri dixit propter mortalitatē, hodie propter æternitatē. Merito hodie locuti sunt cœli, gratulati sunt angeli, pastores iocundati, magi inuitati, reges turbati, martyres coronati, dæmones effugati. Igitur cum gaudio dicamus sanctæ virginis Mariæ matris domini nostri Iesu Christi, dicamus & non cõfundamur: Lacta mater Christū, & dominum nostrū & cibum, Lacta panem de cœlo venientē, & in præsepiti posuit velut piorū ci-

baria iumentorū. Illic enim cognouit bos possessorem suum, & asinus presepe domini sui: Circūcisio scilicet & præputiū coherendo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerunt pastores & magi. Lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fecunditatis attulit cõceptus, & donū virginittatis non abstulit natus: qui sibi antequā nasceretur & vterum de quo nasceretur, & ciuitatē in qua nasceretur, & diem in quo nasceretur e-legit, qui & ipse condidit quod elegit. Sic nanque olim prædictū est, Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus. Omnipotentia nascens, ð magnificentia de cœlo ad terrā descendens. Adhuc in vtero prætabatur, & ex vtero matris à Ioanne Baptista salutabatur. Tunc ille Simeon senex famosus, annosus, probatus, coronatus, tunc cognouit, tunc adorauit, tūc dixit, Nūc domine dimittis seruū tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Differebatur exire de seculo, vt videret natum per quē conditum est seculū. Agnouit infantē senex, factus est in puero puer. Innouatus in atate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christū infantē, Christus regebat Simeonis senectutē. Dicitur ei fuerat à domino, quod non gustaret mortē nisi videret Christū deum natum. Natus est Christus, & impletum est desideriuū senis, in mundi ipsius senectute. Ipse ad senē hominem venit, qui mundū inueteratum inuenit. In isto quidē seculo diu esse nolebat, & Christū in hoc seculo videre cupiebat, cantans cū Propheta, & dicens, Ostende nobis domine misericordiam tuā, & salutare tuum da nobis. Deniq; vt noueritis, ita esse, istius latitiā conclusit, dicens, Nunc dimittis seruum tuū in pace, quia viderūt oculi mei salutare tuū. Propheta cecinerunt conditorē cœli & terræ in terra cum hominibus futurū: Angelus nunciavit creatorem carnis & spiritus in carne venturum: Salutauit Ioannes ex vtero in vtero Saluatorem, Simeon senex deū agnouit infantem, Anna vidua virginē matrē. Hæc sunt testimonia natiuitatis tuæ domine Iesu, antequā tibi sternerentur fluctus maris, capi cederent imperatū, antequā ventus te iubete siluisset, mortuus te vocate resurrexisset, sol te moriente palluisset, terra te resurgente tremuisset, cœlū te ascendete patuisset. Ad huc in manibus matris portabaris, & iā dominus orbis agnoscebaris. Vbi-que enim Christus dominus ei pulcher occurrebat. Pulcher in cœlis, pulcher in terris, pulcher in patre verbū, pulcher in matre caro & verbum. Pulcher in vtero virginis, vbi nõ amisit diuinitatē cum suscepit humanitatē: Quia cum hic esset, cum manibus portaretur, locuti sunt cœli, gauisi sunt angeli, magos stella duxit, adorat⁹ est in præsepio. Pulcher ergo Christus in miraculis, in flagellis, in sermonibus, in verberibus pulcher, non curans mortē, & mortuos suscitans. Pulcher in ligno, pulcher in cœlo, pulcher & in sepulchro. Quis igitur fratres charissimi nõ admiretur, non adoret primū & nouissimū, initium & finem, & ð? Quis, inquam, non adoret per quē aspirauit dies, effugata sunt vmbra? Nat⁹ est Imperator vt ablueretur peccator. Sic enim scriptū est, Infirma mundi elegit deus, vt cõfundat fortia. Dominus enim Iesus Christus, per carnē quā suscepit, tribuit nobis magnā spem, magnam consolationem, magnam gratiam. Natus est quod nõ noueramus, lactatus est à matre, sicut quod noueramus: Mercatus est à nobis quod hic abundat, nasci & mori. Resurgere & in æternū viuere nõ hic erat. Inuenit hic viles merces terrenas, & terrestribus attulit peregrinas & cœlestes. Si expauescis ð quisquis es auditor mortem Christi, ama resurre-

Esaie. ii K  
Psal. 34  
Lucæ. 2  
Simeonis de syderium & cogitio.  
L  
Psal. 84  
Lucæ. 2  
M  
Apocaz. 1  
1. Cor. 1

**A**ctionem Christi. Multi quidem contempserunt humilem Christum, & non peruenerunt vsque ad altitudinem Christi. Qui autem adorauerunt humilem inuenerunt excelsum. Audiunt Iudæi & dicunt, Noster est Christus. O Iudæi cæci, si vestrum agnouissetis, quare occidistis? Dominus quidem suscepit circuncisionem, ablaturus ipsam circuncisionem. Suscepit vmbra, daturus lucem. Suscepit figuram, impleturus veritatem. Ipse quidem vobis legem dedit, sed in qua fuit Helisæus quādo resuscitauit mortuum filium cuiusdam religiosi, in ea figura data est lex. Hoc factum est. Nunciatus est Helisæo mortuus infans, dedit seruo suo baculum, & ait illi, Vade, inquit, & pone baculum super puerum & reuiuifcet. Accepit seruus baculum, posuit super puerum & non resurrexit. Propterea Iudæi legem accipere potuerunt, bibere illam non potuerunt. O tu Iudæ, audi legem mutatam si vis mutari: Si non vis mutari, in ventustate habes damnari. Noli amare veterem tunicam, pater tuus crucifixit Christum, tu odisti. Ille manu, tu corde, ambo facinus implestis. Displiceat tibi quod fecit pater tuus: audi quid dicit dominus tuus, Pater, inquit, in me manens, ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar, & scio quia mandatum eius vita æterna est. Si mandatum patris vita æterna est, si verbum patris est vita æterna, qui loquebatur erat vita æterna. Non ergo fecit aliquid à se, quia non est à se. Sed a quo est? A patre. Pater enim deus sed non de deo, filius autem deus sed de deo. Ideo filius quia de deo genitus est, & semper filius sine initio genitus & tamen genitus. Et quomodo hoc intelligatur audite, Expectatis à me, audite Prophetam per me, Generationem eius quis enarrabit? Multa diximus de eius generatione, sed ea quæ de matre est. Ceterum quomodo natus est de patre in cœlo, quis potest explicare? quis potest enarrare vel inuestigare? Teneamus nos ad istam humanam natiuitatem, per quam nobis deus donauit gratiam. Gratia, inquam, donata, non merces est reddita. Qui creauit sanat, per ipsam leuat ruentem, per ipsam curat ægrotantem, per ipsam coronat vincentem. Ipsa est fides, ipsa est veritas: Hoc est Christianæ fidei fundamentum, quia vnus homo per quem ruina, alius homo Christus per quem structura. Cecidit qui non mansit, erigit qui non cecidit. Ruit ille qui dimisit manentem, manens Christus in patre descendit ad iacentem. Ipse puer paruulus ex semine Israël, & ipse nobiscum deus Emmanuel. Quæ est illa nostri generatio Saluatoris, qua gignenti patri coæternus est, quando hanc generationem ex virgine mundus expauit, quam pia fides agnouit & tenuit, infidelitas autem irrisit, superbia timuit superata? Quanam est illa generatio, qua in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Vel quod est hoc verbum quod dicitur antea non silebat, quo dicto nõ siluit, qui dicebat: Quod est verbum sine tempore, per quod facta sunt tempora, verbum quod labia nullius aperuit cõceptum, vel clausit finitum, verbum quod initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorum, verbum quod linguas gentium difertis non fit, & linguas infantium difertis facit? Quæ nam est illa generatio cui pater moriendo non cedit, quia nõ eum viuendo præcedit aliena ab omnibus locorum temporumq; interuallis, ab omni distentione spatiorum, quam vel in diebus vel in corporibus sentire consueuimus? Leuemus ad eum quatum ipso adiuuante possumus animam nostram, si quomodo capere valeamus & natum non præuenientem

Tomus decimus.

qui gignit, & gignendo non subsequenter qui gignitur, patrem & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter æternos: non vtrumque generantem, nec vtrumque nascentem, sed alterum sine altero non viuentem, & patrem sempiternum genuisse, & filium sempiternum natum esse. Cogitemus si valeamus, si non valeamus, credamus. Non est quod hic dicere volumus, sed tamen non longe positum est ab vno quoque nostrum. In illo enim viuimus, mouemur & sumus. Transcendamus carnem nostram in qua parentes ante filios viuunt, quia vt filios possent generare creauerunt, & filii crescentibus iam senescunt. Nondum natis filiis parentes vixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcendamus & animas nostras, pariunt & ipse aliquid cogitando quod secum habet sciendo, sed possunt amittere obliuiscendo, quia & non habebant antea nascendo. Cuncta corporalia & temporalia & mutabilia transcendamus, vt videamus super omnia, per quem facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est, quia & illud quod ascendimus prope est. Longe autem ab illo sumus, in quantum dissimiles sumus. Ascendit ergo ad eum sua similitudo quam in nobis fecit & refecit, quia nondum perfecte palpat infirmus aspectus, & ineffabilem candorem lucis æternæ non potest intueri. Cuius ergo fulgorem mentis acies nondum capiat, generationem eius quis enarrabit? Sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hanc ergo generationem cuius hodiernum celebramus diem, hanc in qua dignatus est venire per Israël, & fieri Emmanuel nobiscum deus in carnis infirmitate, non nobiscum in cordis iniquitate, accedens ad nos, per id quod assumpsit ex nostro, & liberans nos per id quod mansit in suo. Visitauit, quippe dominus seruos suos per mortalem infirmitatem, Hanc ergo generationem cuius vtrunq; capax est humana fragilitas, non illam quæ sine tempore manet, sine matre super omnia, sed istam quæ in tempore facta est sine patre inter omnia. Hunc virginis filium & virginum sponsum, de incorrupta matre nascentem, & incorruptibili veritate foetantem laudamus, amemus, adoremus, vt in eius misericordia de astantia diaboli filij triumphemus. Veniamus ad eum credendo, proficiamus gratias agendo, agnoscamus perseuerando. Veniamus ad illum, & inter nos concordemus. Quare de eius natiuitate litigamus? An vt medico vocante non audiamus? O infelix infirmitas, venit ad ægrotum medicus, & litibus vacat ægrotus. Celebramus ergo natalem non humanæ deuotionis, sed diuinæ dignationis, nõ infirmitatis sed æternitatis, non formationis sed reformationis domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo X.

**P**atres dilectissimi, hodie dies illuxit, in quo Christus ex virgine carnem suscepit. Humilitatis induere voluit formam, vt à peccatis liberaret animas nostras. Transgressio illius primi hominis totum deceperat mundum, vt nullum esset salutis remediū, nisi Christus adueniret de cœlo. Gaudebat terribilis draco, quia venenum præparauerat homini nouo. Sed ad hoc descendit Christus in vterum virginis, vt exinde humana susciperet membra quæ traderet cruci, & mortem induceret antiquo draconi. Vltus enim fuerat diabolus consilio malo, vt per serpentem mulieri loqueretur, & diabolus non agnosceretur. Sed hic qui de cœlo descendit ad nihilum redi-

Ephē. 5  
Psal. 118  
Gen. 1  
Psal. 77  
Esaie. 45  
Psal. 118  
Gene. 3  
Lucæ. 2  
Lucæ. 1  
Lucæ.  
Hebræy.

Act. 17  
Esaie. 53  
Ioan. 1  
Sermo XIII.



**G** degit illum, ut deus dei filius humanum suscipere corpus, tendens ei laqueum mortis, ut per visionem videret carnem quasi ad hominem solum tentator accederet, & deum penitus ignoraret. Videbat carnem sed ignorabat domini maiestatem, cernebat infirmitatem, & non videbat deitatem. Remansit confusus diabolus, dum in homine apparuit dominus. Sic a deo patre deus descendit, unde nunquam discessit, in terris erat & coelos non deserebat, sicut ipse dominus ait, Nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. In terris ut homo loquebatur hominibus, & in caelo esse fatebatur ut deus, Et deitas non minoratur cum infirmitas assumitur, & illud quod non erat accepit, & deus mansit quod ab initio fuit. Quod enim homo fuit nobis profuit, sibi nihil minuit. Exinanivit plenitudinem deitatis, formam suscepit humilitatis, & patri manens aequalis. Talis eligitur virgo de toto scilicet mundo, quae tantum haberet meritum ut dei filium in semetipsam suscipere, & post partum omnimodo virgo permaneret. *Aue, inquit, Maria gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres: Quia ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius*

**H** Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum: Virginitatis iura servabis, filium habebis, & nomen virginis non amittes. Tanta est enim diuina illa potentia, ut & matrem reddat fecundam, & virginitatem seruet illaem. Ideo benedicta inter mulieres, quia ex spiritu sancto concipies, ubi non est carnalis maritus, sed diuina dinoscitur virtus. Lactabis infantem proprium, creatori succum porrigis lactis, & cibus coelestibus satiatis. Pannis inuoluis puerum, qui tibi immortale condonauit indumentum. In praesepio ponis infantilia membra, qui coelestem tibi praeparauit mensam. Omnia quae nutricia causa debentur circa puerum celebremus, ut quod ipse promissit sanctis suis, & tu ipsa libentius consequaris. Quid multa? Exulta virgo de tanto promisso, nuntius discessit angelicus, & ventris hospitium ingreditur deus, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XI.

**A** tuitatem domini nostri Iesu Christi, totum mundum noua aduentus sui hodie luce perfudit. Hodie de caelo deus descendit ad hominem, ut in caelis homini praepararet ascensum. Hodie accepimus natum dei virginis filium omnium creditum saluatorem. Deus de patre, homo de matre, deus occultus, homo manifestus. Et quoniam diabolus per serpentem Euae locutus, per Euae aures mundo intulit mortem, deus per angelum ad Mariam protulit verbum, & cunctis seculis vitam effudit. Angelus sermonem eiecit, & Christum virgo concepit. O coniunctio sine fordidibus facta, ubi maritus sermo est, & vxor auricula. Hoc splendore concipitur dei filius, hac munditia generatur. Nulla fieri potuit grauedo concipienti, nulla tristitia parturienti. Qui enim venerat triste lactificare seculum, ventris non contristauit hospitium. De caelis medicus transiens per virginem, post transitum suum illaem fecit virginem permanere. Qui enim dirupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo, quantomagis in sua matre quod inuenit integrum non potuit violare nascendo. Creuit enim eius partu integritas corporis potius quam decreuit, & virginitas ampliata est potius quam fugata. In angusti corporis membro sustinuit, quicquid sustinent caeli. Plena sunt viscera, & nullum nouit virginis conscientia,

Cum esset granida, salubri leuitate plauderebat. Lumen enim quod intra se habebat, pondus habere non poterat. Facta est Maria fenestra caeli, quia per ipsam deus verum fudit seculis lumen. Facta est Maria scala caelestis, quia per ipsam deus descendit ad terras, ut per ipsam homines ascendere mereantur ad coelos. Ipsis enim licebit ascendere illuc, qui deum crediderint ad terras per virginem Mariam descendisse. Facta est Maria restauratio foeminarum, quia per ipsam a ruina primae maledictionis probantur esse subtractae. Tria denique mala Euae, a tribus bonis Mariae probantur exclusa. Nam Euae dictum est, In doloribus & in tristitia paries, & ad virtum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiugant foeminae quae Mariam non sequuntur dolori, tristitia, seruituti. Maria autem e contrario quam praclarissimis tribus bonis sublimetur auscultata, salutationis angelicae, benedictionis diuinae, & plenitudinis gratiae. Sic enim eam legitur salutasse. *Aue Maria gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cum dixisset, Aue, salutationem illi coelestem exhibuit. Cum dixit, Gratia plena, ostendit ex integro iram exclusam primae sententiae, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cum dixit, Benedicta tu inter mulieres, virginitatis eius benedictum fructum expressit, ut ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quae cuiusque perseverauerit virgo. Maledicta enim Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriae remeasse. Venite virgines ad virginem & latamini. Ponite maledictionem praeruaricationis, & benedictionem restorationis assumite. Proicite dolores quos Eua per serpentem accepit, & quos per angelum Maria suscepit honores assumite. Pelle tristitiam concipientis, gemitus parturientis abiicite, ut solus vobis iste virginis filius dominetur. Venite virgines ad virginem, venite concipientes ad concipientem, venite parientes ad parientem, venite matres ad matrem, venite lactantes ad lactantem, venite iuenculae ad iuenculam. Ideo omnes istos cursus naturae virgo Maria in domino nostro Iesu Christo suscepit, ut omnibus ad se confugientibus foeminis subueniret: Et sic restauraret omne genus foeminarum ad se venientium noua Eua seruando virginitatem, sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat dominus Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus, per omnia secula seculorum, Amen.*

In eodem festo: Sermo XII.

**O** die veritas de terra orta est, Christus de carne natus est. Gaudete solenniter, & sempiternum diem hodierno quoque admoniti cogitate, aeterna dona spe firmissima concupiscite, filij dei esse accepta potestate praesumite. Propter nos temporalis effectus est temporum effectus, propter nos in carne apparuit mundi conditor, propter nos creatus est creator, Quid adhuc mortales mortalibus rebus oblectamini, & fugitiuam vitam, si fieri posset, tenere conamini? Spes longe clarior effulsit in terris, ut terrenis vita promitteretur in caelis. Hoc vt crederetur, res incredibilius prerogata est. Deos facturus qui homines erant, homo factus est qui deus erat, nec amittens quod erat, fieri voluit ipse quod fecerat. Ipse fecit quod esset, quia hominem deo addidit, non deum in homine perdidit. Miramur virginis partum, & nouum ipsum nascendi modum incredulis persuadere conamur, quod in vtero non seminato germen proles exortum est, & a complexu carnis viscera immunia filium hominis protulerunt, cuius patrem

Euae tria mala, a tribus Mariae bonis exclusa.

Geno. 1.

Lucas. 1.

Sermo XVI.

**A** trem hominem non tulertur: quod virginitatis integritas & in conceptu clausa, & in partu incorrupta permansit. Sed plus est miranda misericordia, quod ille qui sic nasci potuit, nasci voluit. Erat enim iam vnice patri, qui vnice natus est matri: & ipse factus est in matre, qui sibi fecerat matrem, sempiternus cum patre, hodiernus ex matre. Post matrem de matre factus est, ante omnia de patre non factus est, sine quo pater nunquam fuit, sine quo mater nunquam fuisset. Exultate virgines Christi, confortas vestra est mater Christi. Christum parere non potuistis, sed propter Christum parere noluistis. Qui non ex vobis natus est, vobis natus est. Veruntamen si verbi eius meminertis, sicut meminisse debetis, estis etiam matres eius, quia voluntate facitis patris eius. Ipse enim dixit, *Quicumque facit voluntatem patris mei, ipse mihi frater & soror & mater est*, Exultate viduae Christi, qui secundam fecit virginitatem, illi voluistis continentiae castitatem. Exulta etiam castitas nuptialis, omnes fideliter viuentes cum coniugibus vestris, quod amissit in corpore, in corde seruate. Vbi iam non potest esse a concubitu caro integra, sit in fide virgo conscientia, secundum quam virgo est omnis Ecclesia.

**I**n Maria Christum pia virginitas peperit, in Anna Christum viduitas paruam grandaeva cognouit, in Elizabeth Christo coniugalis castitas, & anilis fecunditas militauit. Omnes gradus fidelium membrorum capiti contulerunt, quod ipsius gratiae conferre potuerunt. Proinde quia veritas & pax & iustitia Christus est, hunc fide concipite, operibus edite, ut quod egit vterus Mariae in carne Christi, agat cor vestrum in lege Christi. Quomodo autem non ad partum virginis pertinetis, quando Christi membra estis? Caput vestrum peperit Maria, vos ecclesia. Nam ipsa quoque & mater & virgo est, mater visceribus charitatis, virgo integritate fidei. Pietatis populos parit, sed eius membra sunt cuius ipsa est corpus & coniunx, etiam in hoc similitudinem gerens illius virginis, quia & in multis mater est vnitatis. Omnes itaque vnanimis, castis mentibus & affectibus sanctis, diem natalis domini celebremus, quo die sicut istum sermonem orsi sumus, Veritas de terra orta est. Iam enim & quod in eodem psalmo sequitur factum est, Nam cum ille de terra ortus est, hoc est de carne natus est, qui de caelo venit & super omnes est, proculdubio cum ascendit ad patrem, etiam iustitia de caelo prospexit. Hanc enim iustitiam verbis suis ipse commendat, in promittendo spiritum sanctum, Ipse, inquit, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Hac est iustitia quae de caelo prospexit. A summo enim caelo egressio eius, & occursum eius usque ad summum eius. Ne quisquam contemneret veritatem, quia de terra orta est, cum sicut sponsus processit de thalamo suo, id est, de vtero virginali, ubi verbum dei creaturae humanae quodam ineffabili coniugio copulatum est: Ne hoc ergo quisquam contemneret, & quauis mirabiliter natum, & dictis factisque mirabilem, tamen propter similitudinem carnis peccati nihil amplius Christum quam hominem crederet, cum dictum esset, Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam viam: continuo subiunctum est, A summo caelo egressio eius. Quod ergo audis, Veritas de terra orta est, dignatio est, non conditio, misericordia est, non miseria. Veritas ut de terra oriretur de caelo descendit, sponsus ut de thalamo procederet, a summo caelo egressio eius. Inde est quod, hodie natus

Tomus decimus.

est, quo die minor dies nullus in terris, a quo tamen incrementa dies sumunt. Qui ergo inclinatus est & non erexit, minimum elegit diem, sed unde lux creuit ipso suo tali aduentu, nos etiam tacitus tanquam sonitu magnum clamoris exhortans, ut qui pauper propter nos factus est, in illo diuites esse discamus. Qui propter nos formam serui accepit, in illo libertatem accipiamus, Qui propter nos de terra ortus est, in illo caelum possideamus: Per dominum nostrum Iesum Christum qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XIII.

**N**atiuitatem domini nostri Iesu Christi, secundum carnem, ita Euangelista aperitissime demonstrans ait, ut ostenderet eum ex spiritu sancto & Maria virgine natum propter haereticorum astutiam, qui negant deum hominem suscepisse. Sed ideo dominus noster virgineum sibi requisit: hospitium habitandi, ut nobis ostenderet in casto corpore deum portare debere. Ad hoc enim deus hominem suscepit in se, ut & nos deum suscipiamus in nobis, sicut ipse dicit, *Manete in me, & ego in vobis. O sacrum & coeleste mysterium in natiuitate domini. Coepit virgo antequam sponsum haberet, parit antequam nubat, & quod ad laudem pertinet nominis domini, & mater & virgo coepit esse post partum. Virgo enim concepit, virgo peperit, virgo post partum illibata permansit. Quem cum portaret timuit, cum pareret adorauit, quem cum peperisset, minor erat mater quam filius. Grande nobis mysterium, diuina maiestas in Adae figura praemisit. Sicut enim deus noster cum primum Adam facere vellet, non ex coniunctione viri aut mulieris hominem ut esset effecit, sed accipiens terram, inde hominem diuina quadam arte formauit: ita sane vtriusque coniunctione deum in virginali aluo incorporari dispensauit. Ergo si tunc licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam virginem procreari? Quoniam sicut Adam ex terra virgine figuratus est, ita & Christus ex virgine natus agnoscitur. Ibi tunc status dei de terra viuum hominem surgere fecit ad vitam: hic mundum spiritum sanctum de Maria virgine Christum hominem figurauit, in quo deus ad reparationem hominis habitaret. Adam enim ibi tunc nascitur, hic renouatur & resuscitatur in Christo. Fuit similis reparatio, quomodo fuit & hominis creatio. Denique sicut tunc in aluo terrae saluator Adae membra composuit, sic etiam nunc in virginis aluo Christus sua membra composuit. O grandis patientia saluatoris, expectat nasci sua membra qui fecit. Sed ideo ille voluit nasci, ut nos iterum viuereamus. Deus latebat in homine, humiliata est virtus ut pietas augetetur, & quod ad laudem nominis eius pertinet, visa est potestas minus velle quam possit. Humiliauit se ut homo, nec horruit deus hominem induere, quem ad suam patrisque imaginem figurauit, unde libens dei filius voluit hoc esse quod fecit. Nam ideo deus noster filium suum misit ad hominem liberandum, vt cui dixerat, *Faciamus hominem*, ipse etiam liberator esset qui fuerat & creator. Sed quare deus noster nascendo per virginem, nos sic voluit reformare ad vitam? Ut quia per mulierem in hunc mundum mors intrauit, salus per virginem redderetur. Denique & quando Christus tertia die ab inferis resurrexit, primum mulieres per angelum adorantes occurrit, quibus ideo iubetur resurrectionem Apostolis nunciare, ut homini ostenderetur: Ecce per quam cecidistis in mortem, per ipsam vobis resurrectio mortuorum*

x. ij. rum

1. Corin. 8. Philip. 2.

Sermo XVII.

Lucas. 1. & 2.

Deus quare suscepit hominem?

Ioan. 15.

F

Gene. 1.

Math. 23.

G rum nūciatur. Mulier enim quia prior gustauerat, prior etiam resurrectionem vidisse monstratur, vt ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret, quia quæ culpam nobis transfuderat, transfudit & gratiam. Denique dominus noster ideo per casta virginis membra venit ad terras, vt ostenderet deum castitatis esse auctorem. Ergo sicuti deus noster nos suscepit in se, ita & deum nos suscipiamus in nobis. Portemus ergo & nos deum in casto corpore, quem virginis casta membra portauerunt. Christus enim magister est castitatis, & ideo qui castitatem non habet, portare Christum non potest. Sed & nos fratres charissimi qui deo credimus, vt semper Christum in corde nostro portare possimus, castos ac puros nos exhibeamus ab omni peccato, vt Christus habitare possit in nobis. Qui enim Christum non habet in se, Christianus non potest dici. Nec enim ita se extollere debet vnusquisq; vt Christianum se nomine dicat tantum, & factis inimicum ostendat. Quomodo est Christianus, qui contra Christi præcepta venire contendit? Sed vos qui deo seruistis & eius præcepta custodistis, potens est vobis concedere vitam æternam qui cum patre & spiritu sancto viuat & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XVIII.

**A**stissimum Mariæ virginis vterum, sponsi virginis clausum ventris cubiculum, filij virginis signaculum, merito plenissime collaudarem, si messem metere quam non seminarem. Denique sic Apostolus dicit, Quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Verum est, omnino verum est, hæc omnem hominem metere quæ seminauit, sicut ipse filius virginis in quadam lectione Euangelij ait, Meto, inquit, vbi non seminavi, & colligo vbi non sparsi. Dicat solus hodie natus ex virgine filius Mariæ, Meto vbi non seminavi, & colligo vbi non sparsi. Dicat & Maria, Et ego te filium generavi, & virginitatem meam non violauit. Regnum teneo virginitatis, & regem genui castitatis. Ingredientem & egredientem habui in palatio ventris filium imperatoris, & de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Porta facta sum cæli, ianua facta sum filio dei. Illa porta facta clausa, quam in visione diuina Ezechiel vidit Propheta, de qua in me dicit prophetizans, Vidi portam in domo domini clausam, & dixit ad me angelus, Porta hæc quam vides non aperitur, & homo non transit per eam, & clausa erit in æternum. Sed mirabilior prophetiæ adimpletio. Quid est porta in domo domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est homo non transit per eam, nisi quia Ioseph non cognouit eam? Et quid est clausa erit in æternum, nisi quia Maria virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum? Dicat ergo Maria, Porta facta sum cæli, ianua facta sum filio dei. Illi facta sum ianua clausa, qui post suam resurrectionem ingressus est per ostia clausa; qui ingressus est paruus ad suos crucifixores, ad discipulos autem suos clauso cœnaculo ostij ingressus est clausura. Qui natus de ventre meo, me matrem dimisit intactam: Adimpleuit ventrem meum diuinitate, & vterum meum non euacuauit castitate. Exiuit de ventre meo giganteo cursu magnificus, & venter meus non est pudore vacuatus, nec in conceptione inuenta sum sine pudore, nec in parturitione inuenta sum cum dolore. O mira & laudabilis inter fœminas, in qua ab angelo salutatur vir-

Sermo XVIII.

Galat. 6.

Math. 25.

Ezechiel. 44. Porta Ezechiel. mystica.

Ioan. 20.

ginitas, sola imprægnata nec vitata: exonerata, nec vacuata, quia sic est ab angelo salutata, Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Felix vmbilicus castitatis, quem amplexus non tetigit maritalis. Considero conceptum tuum beata virgo, & expausco. Intueor partum, & contremisco: adoro filium tuum, & reuuisco. Enarra obsecro mihi, quomodo meruisti dici mater domini, & sponsa filio dei? Quod rogo indica mihi, sed tamen colloquente tecum ignosce mihi. Ignosce, inquam, mihi quod audeam seruus, vtinam vel bonus, & non etiam inutilis & malus seruus, & ideo malus seruus, quia non tecum cum tremore loquor vt seruus: ignosce ergo mihi quod audeam cum sponsa domini mei fabulari, & tamen indica mihi quomodo poterit dei filius per te generari. Audite fratres, audite Mariam nobiscum loquentem, carne absente, spiritu præsentem, verecundia virginittatis vultum auertentem à collocutore, & indicantem quomodo imprægnata sit à creatore. Eram, inquit Maria, in domo mea, puella Iudæa, ex semine Dauid regis generata: adulta facta sum, & desponsata sum coniugi, & placui alteri, non interueniente adulterio, sed intercedente spiritu sancto. Desponsata sum homini Iudæo, & placui homini deo. Desponsauit me vir Iudæus, & amauit me Christus deus. Ignorauit quidem sponsus meus Ioseph quod me amasset deus meus, & putauit quod adulterio imprægnatus esset venter meus. Nam ignaro Ioseph sponso meo, venit ad me quidam magnus Christi paranympus, non patriarcha primus, aut Propheta egregius, sed Gabriel ille archangelus, facie rutilans, veste coruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, visitauit & perturbauit me, salutauit & grauidauit, dixitque mihi, Aue gratia plena, dominus tecum. Dominus, inquit, tecum, sed plusquam mecum. Ia me autem licet sit dominus, memetipsum creauit dominus, per te autem genitus est dominus. Ita est dominus tecum, vt sit in corde tuo, sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam, procedat formosus de vtero tuo, tanquam sponsus de thalamo suo: egrediatur rex de cubiculo suo, procedat princeps ex aula regali, ita vt virginitatem tuam non faciat violari. Dixitque ei, Quomodo fiet istud, vt ego grauescā pudico & immunissimo marito, quoniam virum penitus nō cognosco? Desponsata sum homini iusto, si cum illo non conuenero, vnde erit quod generabo? Sed si potest fieri vt concipiam intacta & generem clausa, indica modum, & paratum inuenies cor meum. Omnibus enim modis exopto me ego deo meo vt habeam prolem, & non perdam pudorem. Refert angelus Gabriel modum conceptionis, quod in verbo fieret saluatoris, & ita ait ad eam, O inquit Maria virgo dei, sponsa dei, dilecta dei, famula dei, mater dei, si hunc à me modum requiris, quomodo virgo concipias, virgo parias, & post partum virgo permanes, vel quomodo fiat in te qui fecit te, audi me, & ne perturberis, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ita enim te virtus altissimi obumbrabit vt nec æstum patiaris libidinis, & mater sis creatoris. Nescit interea Ioseph Mariæ sponsus, quid cum Maria ageret angelus, subitque Ioseph intuitu familiari & licentia maritali, aspexit Mariam coniugem suam, vidit eam gressibus grauari, intellexit Mariæ vterum grauidari. Turbatur Ioseph homo iustus, quod Mariam nunquam de templo domini acceperat, & nondum cognouerat, & grauidam sentiebat, & quam non meruerat in coniugij honorem, iam haberet in confusionem, secumque

K Luca. 2.

L

Math. 1.

Luc. 2.

Libro 2o. he milia 44.

M

Luc. 1.

**A** secumque diu æstuans disputat dicens, Vnde hoc contingit quod euenit? Non cognoui, nō noui, non tetigi, non violauit, non grauidauit, heu heu quid contigit, quid putas euenit, per quem Maria sic cecidit, quem sibi plusquam me adulantem inuenit? Ego enim cum licentiam haberem maritalem, ante torum nuptiarum puellarum non vexauit pudorem. Timui, multumque pertimui, quod in illo Moytico libro legis sententiale verbum perscriptum cum legeretur, audiui. Quod quæcunque virgo paternam domum fœdauerit adulterio, morienda lapidibus subiacebit. Similiter & vir qui pudoris vestimentum patri non detulerit, coramque testibus replicauerit, pudorisque signaculum non demonstraerit, moriendus & ipse cum virgine erit. Vtrosque ergo libidinarios hac Moyse sententia ferire voluit, simulque adulteros perire mandauit. Sic nanque ait, Auferte opprobrium de domo Israël, & omnis qui audierit timebit, & non aget in pie. Hanc Moyse sententiam præcauebam, ipsamque luxuriam in meo corpore refrenabam, maxime quia Dauid filium me esse sciebam, & regali me functum sacerdotio prænoscebam. Sed quoniam nihil mirum est, nihil nouum, nihil occultum, nihil absconditum quod non reuelabitur, & occultum quod nō in publico veniat, in Dauid regis filia, recolo historiam. Dauid rex Vriæ Cethei mulierem audacia extulit regali, nec eum timor teruit parentalis. Quid ergo faciam? quid agam? Anxior, gemo, doleo, curro, consilium quaero, nec penitus inuenio. Prodo adulterium, aut taceo propter opprobrium? Si prodidero, adulterium quidem non consentio, sed neum crudelitatis incurro, quia secundum libri Moyse sententiam, lapidandam esse cognosco. Si tacuero malum consentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malū est, adulterium prodere peius est, ne per me fiat homicidium, dimittam eam coniugio. Cogitauit, inquit, sicut Euangelium dicit, occulte dimittere Mariam coniugem suam. Cogitauit quod esset rea de adulterio, cum iam esset deterior in mente huius suspicionis mala conceptio. Sed non timeat Maria Dauid illius magni regis filia, quoniam sicut in Dauid veniam cōtulit sermo propheticus, sic Mariam liberat angelus saluatoris. Veniat mater domini casta, in qua non fuit virilis appetitus sed spiritus sanctus, quam non violauit Ioseph vir Iudæus, sed solus imprægnauit omnipotens deus, quæ nō commixta est, nec Ioseph sponso, nec cognita alicui viro, sed soli omnipotenti deo. Inuoca virgo sancta deum tuum, Dauid patrem tuum, non illum Dauid adulterio fuscatum, & Vriæ Cethei homicidio diuulgatum: sed illum dico Dauid forti manu præliatum, diu cum diabolo altercatum. Mittat de cælo angelum suum, & visitet in somnis sponsum tuum. Suspedat iudicium Moyse suum, ne Ioseph vindicet adulterium tuum. Parat itaque Ioseph animum in tempore, quo Mariam possit occulte dimittere. Ecce iterum virginis ille paranympus, nō homo sed Gabriel angelus ille conspicuus, cæli cursor acerrimus, medio noctis libramine, dicit ad Ioseph in visione, Ioseph fili Dauid, cur tantum tribularis, quid multum contristaris, cur in somno cogitando desudas, quare vigilando tristis ambulas, cur de Maria malam tibi ingeris suspicionem, cum ipsa tibi generatura sit saluatorem? Aufert zelotypia animum ex ea, Ipse enim est dominus qui imprægnauit eam. Ideo tristis est anima tua, quia quæcunque legisti in prophetia, non intellexisti in Maria. Hinc est omnis tristitia tua, quoniam sponsam tuam nondum cognoueris & grauidam sent-

Deute. 22.

Math. 10.

1. Reg. 11.

Psal. 49.

Math. 11.

feris, nec aliud in ea nisi adulterium suspicaris. Ioseph fili Dauid, natus non solum ex genere sacerdotali, verum etiam ex regali filius prophetarum, socius scribarum, ille deus qui scripsit mirabilia in lege sua, ipse fecit mirabilia in coniuge tua. Quid autem sunt mirabilia, nisi quæ hominibus sunt impossibilia? Mirabilia ergo dei in lege non legisti, quod si etiam legisti, quare non intellexisti? Ipsa lex quam quotidie legis sine graphio scripta est in tabulis lapideis. Lege & intellige quod panem in eremo terra produxerit, cuius semē in terra arator nullus induxit. Virga etiam Aaron, annis siccata plurimis sine aqua reuixit, in templo floruit, nunces produxit, quas clausa sub testeo produxit. Ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariam spiritu sancto: & qui produxit panes in eremo sine aratione, ipse imprægnauit virginem sine corruptione: & qui fecit virgam sine humore folia germinare, ipse fecit filium Dauid sine semine generare. Postremo fili Dauid Ioseph filius prophetarum, legisti Esaiam eximium prophetarum quid dixerit, quem admodum scripserit, Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomē eius Emmanuel. Quod ergo legisti in libris tuis, aspice in Maria oculis tuis, vt digne dicas canticum Dauid patris tui, Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate domini virtutū, in ciuitate dei nostri. Aspice ergo Mariam coniugem tuam, semper de ea securus & in nullo sis sollicitus, quia quod natum est in eius vtero, non vocabitur filius Iudæi, sed vocabitur filius dei. Habe ergo Ioseph cum Maria coniuge tua communem virginitatem membrorum, quia de virgineis membris virtus nascitur angelorum. Sit Maria sponsa Christi in carne sua virginitate seruata, sis autem & tu pater Christi cura castitatis & honorificentia virginitatis, vt de virgineis membris genitricis, seculis Christianis nulla sit zelotypia. Magnum meritum virginitatis fratres. Virginitas Mariæ angeli salutatione est imprægnata, & prægnans Mariæ virginitas de vtero in vtero est salutata, & generans virginitas Mariæ ab angelis est hodie collaudata, & lactans virginitas Mariæ per stellam de cælo est indicata, & magorū muneribus est honorata. Gaude itaque Ioseph nimiumque congaude virginitati Mariæ, qui solus meruisti virginalē affectum possidere coniugij, quia per meritum virginitatis ita separatus es à concubitu vxoris, vt pater dicaris saluatoris, qui viuat & regnat in secula seculorum, Amen.

Mirabilia quæ?

Deute. 9.

Exod. 16.

Nume. 17.

Esai. 7.

E

Psal. 47.

Luc. 11.

Math. 2.

In eodem festo: Sermo XV.

**A**udeamus fratres, latentur & exultent gentes. Istum diem nobis nō sol iste visibilis, sed creator ipsius inuisibilis consecrauit, quando eum pro nobis visibilem factum, à quo inuisibili & ipsa creata est visceribus fœcundis & genitalibus integris virgo mater effudit. Concipiens virgo, pariens virgo, virgo grauida, virgo fœta, virgo perpetua. Quid miraris hæc homo? Deum sic nasci oportuit, quando esse dignatus est homo. Talem fecit illam qui est factus ex illa. Antequam fieret enim erat, & quia omnipotens erat, fieri potuit manens quod erat. Fecit sibi matrem cum esset apud patrem, & cum fieret ex matre mansit in patre. Quomodo deus esse desisteret cum homo esse cepit, qui genitrici suæ præstitit ne desisteret virgo esse cum peperit? Proinde cum verbum caro factum est, non verbum in carnem pereundo cessit, sed caro verbo ne ipsa periret accessit, vt quemadmodum homo est anima & caro, sic esset Christus deus & homo, idem deus qui homo, & qui deus idem homo, nō confusione

Sermo XIX.

Ioan. 1.

G natura, sed unitate personæ. Denique filius dei generanti coæternus semper ex patre, idem filius hominis esse cepit ex virgine: ac sic & filij diuinitati est addita humanitas, & tamen non est personarum facta quaternitas, sed permanet trinitas. Non ergo nobis subrepat quorundam sententia minus attentorum in regulam fidei, & in scripturarum oracula diuinarum. Dicunt enim, Qui filius est hominis, factus est filius dei: qui vero filius est dei, non est factus hominis. Hoc vt dicerent quod verum est attenderunt, sed verum eloqui nõ valuerunt. Quid enim attenderunt, nisi quia humana natura potuit in melius commutari, in deterius diuina autem non potuit? Hoc verum est, sed etiam sic, id est, nequaquam in deterius diuinitate mutata, verbum tamen caro factum est. Neque enim ait Evangelista, caro verbum facta est: sed ait, verbum caro factum est. Verbum autem deus, quia deus erat verbum. Et quid caro nisi homo? Non enim sine anima in Christo hominis caro. Vnde ait, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Si ergo verbum deus, & homo caro, quid est aliud verbum factum est caro: nisi, quia deus erat, factus est homo? Ac per hoc qui erat dei filius, factus est hominis filius, assumptione inferioris, non versione potioris: accipiendo ipse quod non erat, nõ amittendo quod erat. Nam quomodo in regula fidei confiteremur, credere nos in filium dei qui natus est ex virgine Maria, si non filius dei, sed filius hominis natus est ex virgine Maria? Quis enim Christianus neget ex illa fœmina filium hominis natum, sed tamen deum hominem factum, & ita hominem deum factum? Deus enim erat verbum, & verbum caro factum est. Constatum est igitur, eum qui filius dei erat, vt de virgine Maria nasceretur assumpta forma serui filium hominis factum, quod erat manentem, quod non erat assumptum. Esse incipientem quo minor est patre, & semper manentem in eo quo vnigenitus sunt ipse & pater. Nam si ille qui semper est dei filius, nõ est ipse factus hominis filius, quomodo de illo dicit Apostolus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo? Neque enim alius, sed ipse in forma dei æqualis patri, qui est vtique vnigenitus dei filius, semetipsum exinanivit, in similitudinem hominum factus. Neque alius, sed idem ipse in forma dei æqualis patri, humiliavit non alium, sed semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Quod totum non fecit dei filius, nisi in ea forma quæ est hominis. Item si ille qui semper est dei filius, non est ipse factus hominis filius, quomodo dicit Apostolus ad Romanos, Segregatus in Euangelium dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem? Ecce filius dei quod vtique semper erat, factus est ex femine Dauid secundum carnem quod non erat. Item si ille qui est dei filius, non est ipse factus filius hominis, quomodo misit deus filium suum factum ex muliere? Quo nomine secundum Hebræam linguam non virginem decus negatur, sed fœmineus sexus ostenditur. Quis enim à patre est missus, nisi vnigenitus dei filius? Quomodo ergo ex muliere factus, nisi quia idem ipse qui erat apud patrem dei filius, missus, factus est hominis filius? De patre natus sine temporis die, de matre natus hodie. Ita enim diem quem creauit in quo crearetur elegit, sicut factus est de matre quæ fecit. Nam & ipse dies à quo

deinceps incrementum lucis accipit deus, opus Christi significat, in quo interior homo noster renouatur de die in diem. Aeterno quippe creatori in tempore creato ille dies debuit esse natalis, cui creatura congrueret temporalis, cui honor & imperium per infinita secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo XVI.

**H**odiernus dies ad habendam spem vitæ æternæ, magnum contulit gaudium generi humano. Primus enim homo quo cadente omnes cecidimus, cuius ruina est mortalitas nostra, non est natus sed factus, patre nullo, nulla matre, sed deo operante. Hæc est hominis prima conditio, Adam de terra. Secunda conditio est hominis, qua creauit fœminam de latere viri. Tertia conditio est hominis, qua natus est homo ex viro & fœmina. Quarta conditio est dei & hominis, qua natus est Christus sine viro de fœmina. In istis quatuor conditionibus vna sola nobis visitata est, cæteræ tres non sunt in oculis carnis, sed in fide cordis. De terra factum hominem sine patre & matre nouimus, nunquam vidimus, lecta & audita credimus. Tertia illa visitata est nobis ipsa quotidiana. De complexu maris & fœminæ quotidie nascuntur homines. Iam ergo erat vna sine viro & fœmina, iam erat tertia de viro & fœmina, quarta restabat sine viro de fœmina: sed ista quarta liberati sunt. Prima & secunda ruerunt, tertiam de ruina generauerunt, in quarta salutem inuenerunt. Exultent virgines, virgo peperit Christum. Nihil in ea quod vouerunt putent exterminatum, mansit virgo post partum. Exultent viduæ, infantem Christum vidua Anna cognouit: exultent coniugata, nasciturum dominum Iesum Christum Elizabeth maritata prophetauit. Nullus gradus prætermisus est, de quo non haberet testimonium salus omnium. Nunquid enim solæ virgines ad regnum cœlorum perueniunt? Perueniunt & viduæ. Magni meriti fuit illa vidua sancta Anna quæ à virginitate sua septem annis vixerat cum viro suo quo defuncto vsque ad senilem ætatem peruenerat, & senectute sancta expectabat infantiam saluatoris, vt paruum videret annosa, paruum agnosceret ancilla, intrantem in mundum saluatorem videret itura. Et in masculino sexu tria ipsa generata commendata sunt. Ipse Christus puer natus est, exultent pueri, continentiam vouentes puero. Ipse vero integritatem pueritiæ consecrauit, qui suæ matri fecunditatem attulit, virginitatem non abstulit. Simeon ille senex diu vixerat, cuius ætas comparatur Annæ, & audierat responsum quod non esset visurus mortem, nisi prius videret Christum domini, intelligite fratres, quantum desiderium habebant antiqui sancti videnti Christum. Sciebant illum esse venturum, & omnes qui piè viuebant dicebāt, O si hic me inueniat illa natiuitas, o si quod credo in scripturis, videam oculis meis. Et vt noueritis quantum desiderium habebant sancti qui nouerant per scripturas virginem parituram, sicut audistis cum Esaias legeretur, Ecce virgo accipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitis nomen eius Emmanuel. Emmanuel quid sit Euangelium nobis aperuit dicens, quod interpretatur nobiscum deus. Non tibi ergo vile sit quæcunque infidelis anima, non tibi videatur impossibile vt virgo pareret, virgo pariens permaneret. Intellige natum deum & non miraris virginis partum. Vt ergo noueritis antiquos sanctos & iustos optasse videre quod concessum est huic fœni Simeoni: dominus noster ipse Iesum Christum ad discipulos suos loquens

Sermo XX.

Geno. 3.

Geno. 2. Natiuitatis quatuor conditiones. Luca. 2.

Ibidem.

Luca. 11.

In masculino sexu tria genera commendata sunt.

M

Luca. 21.

Esai. 7.

Math. 1.

**A**quens ait, Multi iusti & prophetae voluerunt videre quæ vos videtis & nõ viderunt, & audire quæ auditis & non audierunt. Multum senex iste fuit ad audiendum serus, sed ad videndum maturus. Non expectauit vt Christum audiret loquentem, quoniam agnouit infantem. Et hoc illi concessum erat iam decrepito, quasi desideranti & suspiranti & dicenti quotidie in orationibus suis, Quando veniet? Quando nascitur? Quando videbo? Putas durabo? Putas hic me inueniet? Putas isti oculi videbunt per quem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, & pro desiderio suo accepit responsum, quod non gustaret mortem nisi prius videret Christum domini. Gestabat eum Maria mater eius infantem, vidit ille & agnouit. Vbi nouerat quod agnouit? An intus est reuelatus, qui foris est natus? Vidit, & agnouit. Agnouit Simeon infantem tacentem, & occiderunt Iudæi iuuenem mirabilia facientem. Cum ergo cognouisset, accepit in vlnas suas, hoc est in brachia sua, amplexatus est eum. Portabat à quo portabatur. Ipse enim est Christus sapientia dei, attingens à sine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter. Quantum ibi erat & quam magnus, quam paruus factus erat. Paruus factus, paruus quærebat. Quid est paruus quærebat? Non superbos sed humiles colligebat. In præsepi dignatus est poni vt esset piorum cibaria iumentorum. Accepit eum Simeon in brachia sua & dixit, Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. Dimittis in pace, quia video pacem. Quare ergo dimittis in pace? quia viderunt oculi mei salutem tuam. Salutare dei, dominus Iesus Christus. Annunciate diem, ex die salutare eius. Habetis ergo pueri puerum Iesum, sancti senes senem Simeonem. Si autem quæritis vt & coniugatus aliquis vir testimonium domino perhibeat, Zachariam considerate, Nemo ergo quærat aliud fratres mei charissimi, fideles, aut virgo, aut vidua, aut coniugata, aut puer, aut continens, aut vxoratus, quicquid plus esse voluerit, nõ inuenit quemadmodum ad Christum pertineat. Non inuenimus testimonium perhibuisse Christo adulteros, fornicatores, immundos. Et vt à talibus ei testimonium perhiberetur, ipse præstitit, ipse donauit. Non enim quisquam sanctus viribus suis. Exultemus ergo charissimi, ab hodierno die crescunt dies. Crede in Christum & crescat in te deus. Credidisti, inchoatus est deus. Credidisti, natus est Christus in corde tuo. Sed nunquid Christus natus sic remansit? Creuit, ad iuuentutem peruenit, sed in senectutem non declinatur. Crescat ergo & fides tua, robur inueniat, vetustatem nesciat. Sic pertinebis ad Christum filium dei, in principio verbum apud deum. Verbum deum, sed verbum caro factum est, vt habitaret in nobis. Maiestas ibi latebat, vbi infirmitas apparebat. In manus suas Simeon infirmitatem accepit, sed maiestatem intus agnouit. Nemo contemnat natum, si vult esse renatus. Ad illum pertinuit propter nos nasci, ad nos pertinet in illo renasci, qui venit in hunc mundum peccatores saluos facere, Iesus Christus dominus noster, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo XVII.

**H**odie puer natus est nobis, hodie filius datus est nobis. Puer, inquam, licet teneritudine membrorum inualidus, sed inculpabili generatione præclarus. Hodierna enim natiuitas genitricem innocentiam, puritatem declarat authorem: hodie filius datus est nobis. Nunc nobis est datus, qui est ante secula natus. Datus in partu virginis, filius de substantia genitorum decimus.

Math. 13.  
Sapient. 8.  
Luca. 2.  
Psalm. 95.  
Ioan. 1.  
i. Timo. 1.  
Sermo XXI.  
Esai. 9.

ris. Cum igitur seruilem casam per ostium fidei speratis quondam dominator intraret, rubuit iniuolata virginitas. Nec pessimum pudoris infregit, & in sacris viscibus radius æternæ claritatis effulsit. Latet ergo omne mundi huius exilium, exultet seculum paulo ante captiuum. Misit deus filium suum qui naturam terreat moriatur & vincat. Terruit nanque Herodem natus, vicit diabolum innocens crucifixus. Cela domine sub pelle carnis animum virtutis, habitum maiestatis paulisper occulta. Dege in vtero virginis, egredere & congrede ex tentorio sacre virginis. Apta pro me discipulam, vbi totam liberas creaturam. Sed tanti huius cœceptus ac partus & miraculum pertractemus. Vt igitur vitiorum sordibus obfoletus horribiliter squalesceret mundus, ab origine iam in paradiso captiuus, fœmina causa fuit. Sic etenim scriptum est. A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. Et Apostolus Paulus, Vir, inquit, seductus nõ est, mulier autem seducta in prauaricatione facta est. Per hanc ergo mundus erumnabili seruitute depressus, sub iugo diaboli anxia colla submiserat. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Soluta igitur elementorum fœderata compage, dilutium hominem deluit, crimen delere non potuit. Isaac sterilis non virginis filius, crucis meruit signa portare. Apprehendi meruit, vinciri meruit, non tamen aliquid mundo contulisset si potuisset occidi. Moyses aquis purificandum agmen solummodo eripit Iudæicum, non totum liberat mundum, exterminat Aegyptum non peccatum. Regem Pharaonem freto hians subduxit, non diabolum cum suis legionibus pernecauit. Dauid in iniquitatibus se fatur esse conceptum, nec ipse ergo mundi potuit auferre peccatum. Cum per pleraque igitur temporum gyranium rotas mundiale curriculum volueretur, neque quispiam mederetur, & ingrauescentibus culpis ruina præcipitis ictu & fremitu totius orbis membra puluescerent & nemo succurreret, ad fœminam causa reuertitur, & origo per originem detrunctatur. Origo peccati, per genitricem Christi. Profapies impietatis, per profapiem pietatis. Stirps mortis, per stirpem vitæ percutitur. Hactenus causam, munc aptos obtutus miraculis reuelamus, Christum virgo peperit, mutatur natura, deletur & culpa. Præcisum est illud Eux infelicitatis elogium, In tristitia paries filios, quia ista in letitia dominum parturiuit. Illa enim luxit, ista reluxit. Illa lachrymas, ista gaudium in ventre portauit, quia illa peccatorem, ista edidit innocentem. Christus seminauit non luxus, deus seuit non maritus. Virgo genuit, quia virgo cœcepit. Inuolata peperit, quia in conceptu libido nõ fuit. Vtrobique miraculum, & sine corruptione grauida, & in partu virgo puerpera. Matrimonium in fide, partus in virgine. Gabriel ille horum sponsalium internuncius fuit. Quid dixerit, quid audierit referat, Aue, inquit, gratia plena, dominus tecum. A salutatione incipit qui salutem in lingua portauit. Sileat nunc à fœminis, sileat tortuosus serpentis male suadibilis sibilus, ad matrem domini nostri angelus est locutus, Aue, inquit, gratia plena, dominus tecum. Gratia refertur pro culpa, plena dicitur non vacua. Impleta est ergo gratia, & euacuata est culpa. Hoc modo & ipsa venerabilis virgo nostra in suo cœtico plausit. Esurientes impleuit bonis, & ditates dimisit inanes. Aue, inquit, gratia plena, dominus tecum. Tecum in corde, tecum in ventre, tecum in auxilio. Gratulare virgo, Christus rex è cœlo suo, venit in vtero tuo. Ex sinu patris in vterum dignatur descendere

Math. 23.

Ecclesiasti. 1. Timo. 2.

1. Petri. 2.

E. Geno. 2. 2.

Exod. 1. 4.

Psalm. 95.

I.

Luca. 1.



G scendere matris, sed nec regione suam maiestas infini-  
ta deseruit, nec eum virginalis aula dum accepit inclu-  
sit. Fides a terra in caelum erecta est. Hinc Christus in-  
fedit, & per ipsam in templum pudoris intravit. Bene-  
dicta tu in mulieribus, quae vita viris & mulieribus pe-  
peristi. Aede inculpabilis foemina inuolabilem virum,  
ac sic & foeminam saluabis & virum. Eua mater gene-  
ris nostri poenam intulit mundo, genitrix domini no-  
stri salutem & foeminae gessit & viro. Auatrix peccati ma-  
ledicta, auatrix meriti benedicta. Ita enim ad eam coe-  
lestis nunciatus inest, benedicta tu in mulieribus. Gene-  
re sexuali omnes appellantur equidem comunitate mu-  
lieres, sed sunt etiam incorrupta virginitate pudoris pro-  
prietate distantes. Illa occidendo obfuit, ista viuifican-  
do profuit. Percussit illa, at ista sanauit. Pro inobediencia  
enim obedientia commutatur, & fides pro perfidia re-  
compensatur. Plaudat iterum organum Mariae, & inter ve-  
loces articulos tympana cocrepent. Excludat cantus di-  
gitis, pariat Christum ludentibus psalmis. Concinant la-  
tantes chori, & alternantibus modis dulcifona carmi-  
na misceantur. Muscum Maria inter iuenculas melos  
exerceat, quia dulce verbum plestris sancti spiritus mo-  
dulantibus parturuit, in terra iudaea, quae ipsa tympanum  
crudelitatis aptabat, & Christum in ligno tendebat. Post-  
quam enim sceleris errabunda manus incompotis nu-  
meris discrepauit, cofestim barbarus ille fragor trucu-  
lenti stridoris infremuit, Crucifige, crucifige. Recipro-  
cato igitur die quo criminosa Aegyptus feriretur, tym-  
panum Mariae nostrae pulsatum verbum edidit, & suae  
linguae pulsabulo puerpera nostra latus sui oris cantus  
effudit. Audiamus igitur quemadmodum tympanum  
nostra cantauerit, Magnificat anima mea dominum, &  
exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia res-  
pexit humilitatem ancilla suae, ecce enim ex hoc beatam  
me dicet omnes generationes. Quia fecit mihi magna  
qui potens est. Causa igitur inualefcentis errati miracu-  
lum noui partus efficit, & Euae planctum Mariae cantus  
excluit. Denique post illius benedicibilis salutationis &  
praesagium & triumphum, tacita secum virgo mentis  
altercatione cogit, qualis esset ista saluatio. Nuncius  
interim caelestis exequitur, Ne timeas Maria, inuenisti  
gratia ante deum, Ecce concipies filium & vocabis no-  
men eius Iesum. At illa dum sciscitatur modum, audit au-  
thorem sololis deum. Quomodo, inquit, fiet istud, quo-  
niam virum non cognosco? Spiritus, inquit, sanctus su-  
perueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo  
quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Ex-  
pandat nunc fides splendentis vteri pulchra tentoria,  
obumbret virtus, spiritus sibilet naturali calore depul-  
so, tenuis virginem aura refoueat, & fluente refrigerio  
spiramentis caelestibus ventiletur, alius virginalis ser-  
tis verecundiae coronetur. Flammeus ibi rosa fulgor  
anhelet, albens liliu candicet, mollis viola rutilet,  
purpurei spargatur flores, & vario nitore depictus Chri-  
sti thalamus exornetur. Responde iam virgo sacra, Vi-  
tam quid tricas mundo? Assensum tuum angelus praes-  
tolatur, inde est quod nuncius iste moratur. Iam audi-  
sti, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi  
obumbrabit tibi, vt prolem gignas, & virginitatem non  
perdas. Ianua caeli quondam per Adam clausa iam so-  
nuit, per ipsam nunciatus iste processit. Deus in porta est,  
angelum quem moraris expectat. O beata Maria secu-  
lum omne captiuum tuum deprecatur assensum, te deo  
mundus suae fidei obsidem facit, per te parentum suo-  
rum iniurias abstergi deprecatur. Ipse prior qui offen-

Luc. 23.  
Exod. 15.

Luc. 1.

Ibidem.

sus est misit, claustrum quod iniquitas nostra caelo in-  
fixerat referauit. Est nobis aditus si assensus tuus fuerit  
commodatus. Et nobis succurrit & tibi, quia nobis poe-  
na succussit, & tibi nuptias filio suo in tuo thalamo pa-  
ter praeparabit. Deus in ipsis sponsalibus gaudiis relaxat  
quicquid eum offenderat mundus. O & tu angele tanti  
regis nuncie, & secreti diuini legate, qui ex palatio im-  
peratoriae maiestatis indulgentiam reddis criminosis,  
vitam mortuis, & pacem sacram attulisti captiuis, virge  
virginem non de dei munere diffidentem, sed de mu-  
neris magnitudine cogitantem. Fauere partibus seculi,  
consciis secretorum caeli, latabantur socii tui, si nego-  
cium iuueris muadi. Nos a vestro consortio impietatis  
mucro diuisit, per vos de reditu nostro tractatur. Inspi-  
ce squalentem nostri carceris miseriam, & loquere fe-  
stinus ad Mariam. Viguet quoque moraris d virgo nuncium  
festinantem intueri deum in caeli me vestibulo susti-  
nentem, responde verbum, & suscipe filium. Da fidem,  
& senti virtutem. Pande sinus roseos virgo perpetua, fi-  
des tua modo aut aperit caelum aut claudit. Ecce, in-  
quit, ancilla domini. Introeat rex in cubiculum suum,  
Fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora reuertitur  
nuncius, & nuptialem thronum ingreditur Chri-  
stus. Accipit stolam carnis in thalamo virginis, intra  
thesaurum maiestatis sacculum carnis cessit. Diuini-  
tati sponsatur homo, praemium accipit caro. Procedit  
Christus quasi sponsus de thalamo suo, cum praesagio  
nuptiarum exiit ad campum seculi, cucurrit sicut gigas  
exultando per viam, peruenit usque ad crucis trophaeum,  
& ibi firmavit ascendendo coniugium, vbi consentiret  
alienantem in supplicii creaturam, commercio pieta-  
tis se pro coniuge dedit ad poenam. Tradidit quoque car-  
bunculatam sui sanguinis gemmam, & copulauit sibi per-  
petuo iure matronam. Aptauit, inquit, vos Apostolus vni  
viro virginem castam exhibere. Ecce nunc quae fuerat  
foeta facta est ancilla, quia vidit vitam suam in ligno  
pendentem, & non credidit liberantem. Gaudeamus  
ergo fratres in comertio dei & hominis, sponsi & spon-  
sa, Christi & Ecclesiae, saluatoris & virginis, quae dum  
desponsaretur fabro, caeli nupsit architecto. Veneremur  
Christum in praesepi, qui quadrifarium mundum reple-  
uit in fide. Adoremus pannos infantiae, ex quibus facta  
sunt emplastra naturae. Honorate pastores qui primi  
mysterium ab angelis didicerunt. Plaudamus cuncti  
cum caelestibus angelis officiisque diuinis, & caeli & ter-  
rae pacem bonae voluntatis hominibus nunciemus. Da-  
te gloriam in excelsis deo, redempti credite datam pa-  
cem esse captiuis. Estote homines bonae voluntatis, vt  
mereamini praemium libertatis, ipso donante qui viuuit  
& regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XVIII.

**M**eneranda natiuitas Saluatoris, qui natus in  
carne est, humilitatis est instrumentum, pie-  
tatis mysterium, & aeternae spei remedium ma-  
nifestum. Hac die est natus ex virgine matre, qui an-  
te secula aeternus est genitus ex deo patre. In illa na-  
tiuitate ex impassibili nascitur genitor, ex ista incor-  
rupta natus ex virgine. Illam solus pater sciuit ipse qui  
genuit, hanc in se sola virgo & mater intemerata cog-  
nouit, quae virum in concipiendo non pertulit. In pa-  
tre impassibilitas, in matre incorruptibilitas. In patre  
perpetua diuinitas, in matre aeterna virginitas. Sic enim  
ad eam dominus loquitur per Prophetam, Et despon-  
sabo te mihi in aeternum. Semper ergo virgo est quae sem-  
per sponsa est, & quae vocabulo sponsae non caruit, in  
aeternum

Pal. 18.

2. Corin. 11.

M

Luc. 2.

Osc. 1.

Ioan. 1.

Matth. 7.  
Dies profi-  
cit in Chri-  
sti natiuitate,  
& in eius  
passione de-  
ficit.  
Pal. 18.

Pal. 29.

Luc. 23.

Ioan. 30.

Luc. 2.

Pal. 117.

**A** aeternum virgo permanit. Et desponsabo te, inquit, mi-  
hi, in aeternum: quia quae sponsa aeterna dicitur, aeterna  
virgo probatur. Ex patre inuisibiliter, ex matre visibili-  
ter. Et incomparabiliter ex patre, atque incomparabili-  
ter ex matre, quia incorruptibiliter in illa natiuitate pa-  
trem deum habet sine homine matre, in ista matrem  
habet virginem, sed hominem non habet patrem. In illa  
coeternus & patris & coeternus authoris, in ista filius  
est virginis & author est matris. Ipse enim formauit v-  
terum qui descendit in vterum, exiit de vtero & non  
corruptus vterum, vt qui deum patrem habet in caelis, vir-  
ginem matrem haberet in terris. In illo sine tempore  
genitus, in ista in fine temporum natus. In illo nascitur  
sine fine, in ista concipitur sine semine. In illa sine initio  
generationis, in ista sub conditione legis & carnis. In  
illo inuisibilis deus, in ista visibilis homo per corpus,  
quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. In  
illo impassibilis, in ista mortalis. In illo excelsissimus,  
in ista subiectus. Subiectus siquidem iniuriis passionis &  
mortis, mortis autem crucis. Sed per haec omnia est glo-  
riosus in caelis, qui victor in omnibus inuenit in ter-  
ris. Elegit sibi in qua nasceretur diem, qui fecit omnem  
diem, & non sine gratia praerelationis ceteris est diebus  
habendus hic dies, in quo deus in hominem docetur  
fuisse promotus. Denique ex hodierno dies accepit in-  
crementum, & augmeta sumit cursus sui, qui electus ad  
gloriam dei noscitur. Conceptus est enim equinoctio  
verno, & natus est solstitio hiberno. Et qua die est con-  
ceptus in vtero virginis, in ipsa resurrexit ab inferis cum  
gloria passionis. Et in conceptu tamen & in natiuitate  
eius dies accepit incrementum, & nascente vera luce,  
lucis & diei augmentum officium. Aduertite interea  
fratres, aduertite dominicum sacramentum. In natiuitate  
eius dies proficit, in passione deficit, quia a sexta hora  
tenebrae factae sunt per totam terram usque ad horam no-  
nam. Et quod imminutum est in passione, ampliatum est  
in resurrectione. Ecce est illud, Dies diei eructat verbu,  
& nox nocti indicat scientiam. Dies natiuitatis diei pas-  
sionis, & dies passionis diei resurrectionis. Nox natiui-  
tatis nocti passionis, & nox passionis nocti resurrectio-  
nis annunciat verbum. Illic natum, hic passum. In illa  
angelorum gaudium, in ista totius mundi luctum, sed  
tamen omnium in resurrectione triumphum, quia in  
vesperum abundabit fletus, & ad matutinum iactitia. Ve-  
sperum passionis, quando sequebatur eum multitudo  
populi, & mulieres lamentabantur & plangebant. Ma-  
tutinum resurrectionis, quo mulieres cum gaudio a mo-  
numento currebant, & discipuli cum gaudio ad monu-  
mentum festinabant. Elegit ergo hunc diem sibi ad na-  
tiuitatem, nobis ad foelicitatem. Sibi ad obsequium, no-  
bis ad gaudium. Sic enim pastoribus angelus praedicauit,  
Ecce, inquit, annuncio vobis gaudium, quod erit vniuer-  
sae terrae. Quare? Quia natus est vobis hodie saluator qui  
est Christus dominus, vt merito a nobis hodie cantan-  
dum sit, Hic est dies quem fecit dominus, gaudeamus &  
laetetur in eo. Crescit ecce dies cum ortu nascentis, &  
lucrativo prouetu vel successibus momentorum, noctisque  
imminuto curriculo defectionem sentiunt opera tene-  
brarum. Die enim aeterno nascente, augmentum debuit  
dies temporalis accipere. Non vt dies aliquid nascenti  
conferret, sed vt ex nascente dies prerogatiuum incre-  
menti vel foelicitatis acquireret, & fieret toti mundo fe-  
stiuus, in quo verus deus homo natus est in carne perfe-  
ctus. Omnis ergo huius natiuitatis schola, humilitatis  
est officina, patientiae massa, virtutis agonia. Primum quia

voluit immensus & omnipotens dei filius, cuius inca-  
pabilis potentia & incoprensibilis magnitudo caelum  
simul ac mundum continet, ambit, amplectitur, excedit,  
tanta se angustitia & subtilitate contrahere, vt intra vte-  
rum virginis clausus, & quod habebat in maiestate co-  
primeret, & quod erat in virtute celaret, tantaque se hu-  
militate deponeret, vt filius hominis esse vellet, qui dei  
filius nunquam esse cessaret. Sed hoc non nisi deus posset.  
Intra magnitudinem enim suam se occultasse eum potes-  
sit, non humanae infirmitatis, sed diuinae virtutis est. Ne-  
mo enim hominum se potest abscondere aut celare quod  
nascitur, quia quamquam sit in omnibus natura mortalis,  
non potest tamen quisquam sibi derogare quod natus est.  
Deus autem noster in eo potentiam maiestatis aperuit,  
cum se intra terminos humanae infirmitatis abscondit, vt  
omnipotentem se in hoc maxime sacramento monstra-  
ret, quo potestati suae subiceret id quod per potestatem na-  
turae caelestis omni subiectione liberum permaneret. Na-  
tus enim deus ex deo patre homo esse voluit: sed id quod  
deus ante natus est non amisit. Ita enim esse homo vo-  
luit, & ideo quod hominis fuit non in ea qua natus est  
conditione permanit, suscepit enim ex Maria virgine  
hominem verum quem per resurrectionis gloria lenauit in  
caelum. Humilitas ergo Christi sublimitas est corporis  
nostri, quia cum humiliatur dominus, exaltatus est ho-  
mo, & ita exaltatus est seruus vt in domino simul fieret  
ipse quod dominus. Hoc beatissimus Paulus probat di-  
cens, Qui transfigurauit corpus humilitatis nostrae con-  
forme corpori gloriae suae, secundum operationem vt posset  
subicere sibi omnia. Et iterum, Qui cum in forma dei  
constitutus esset, non rapinam arbitratus est esse se aequa-  
lem deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui ac-  
cipiens, in similitudine hominis constituitur, & habitu  
inuentus vt homo, humiliavit se usque ad mortem, mor-  
tem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit,  
& donauit ei nomen quod est super omne nomen.

In eodem festo: Sermo XXI.

**A**udite filij lucis adoptati in regno dei fra-  
tres charissimi, audite & exultate iusti in do-  
mino, vt vos rectos possit decere laudatio.  
Audite quod iam nostis, recolite quod audistis, ama-  
te quod creditis, praedicate quod amatis, sicut annuer-  
sarium celebratis hunc diem, sic huic diei debitis expe-  
ctate sermonem. Natus est Christus, deus de patre, ho-  
mo de matre. De patris immortalitate, de matris vir-  
ginitate. De patre sine matre, de matre sine patre. De  
patre sine tempore, de matre sine semine. De patre prin-  
cipium vitae, de matre finis mortis. De patre ordinans  
omnem diem, de matre consecrans istum diem. Prae-  
misit enim hominem Ioannem qui tunc nasceretur  
cum dies inciperet minui, & natus est ipse cum dies in-  
cepit crescere: vt ex hoc praefiguraretur quod ait idem  
Ioannes, Illum oportet crescere, me autem minui. De-  
bet enim vita humana in se deficere, in Christo refice-  
re, vt qui viuuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omni-  
bus mortuus est & resurrexit: & dicat vnusquisque no-  
strum quod dicit Apostolus, Vno autem iam non ego,  
viuuit vero in me Christus. Illi oportet crescere, me au-  
tem minui. Laudant eum condigne omnes angeli eius  
quorum cibus aeternus est, incorruptibili eos sagina vi-  
uificans, quia verbum dei est, cuius vita viuunt, cuius aete-  
rnitate semper viuunt, cuius bonitate semper beate vi-  
uunt. Illi enim condigne laudant deum apud deum, &  
dant gloria in excelsis deo. Nos autem plebs eius, & oues  
manuum eius, pro modulo infirmitatis nostrae pacem  
per

Philipp. 3.

Philipp. 2.

Sermo  
XXIII.  
Pal. 32.

Ioan. 3.

2. Corin. 5.

Galat. 2.

**G** per bonam voluntate reconciliati mereamur. Ipsorum enim angelorum vera & hodierna vox est, quam nato nobis Salvatore exultando fuderunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudant ergo illi competenter, laudemus & nos obedientes. Sunt illi nuncij eius, sumus & nos pecora eius. Implevit in celo mensam ipsorum, implevit in terra praesepe nostrum. Plenitudo mensae ipsorum est, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum.

**Ioan. 1.** Plenitudo praesepe nostri est, quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Ut enim panem angelorum manducaret homo, creator angelorum factus est homo. Illi fruendo, nos petendo. Illi capiendo, nos quaerendo.

**Coloss. 1.** Illi intrando, nos pulsando. Quis enim hominum omnes thesauros sapientiae & scientiae nouerit in Christo occultos, atque in paupertate carnis eius absconditos? Quia propter nos pauper factus est cum diues esset, ut illius paupertate ditaremur. Cum enim mortalitatem assumeret, mortemque columeret, in paupertate se ostendit, sed diuitias dilatas promisit, non ablatas amisit.

**H** Quam multa multitudo dulcedinis eius, quam abscondit timentibus se, perfecit autem sperantibus in se: Ex parte enim scimus, donec veniat quod perfectum est, cui capiendo ut idonei praestaremur, ille aequalis patri in forma dei, in forma serui factus similis nobis reformatur nos ad similitudinem dei, & factus filius hominis vnicus filius dei, multos filios hominum facit filios dei, & nutritos seruos per visibilem formam serui perficit liberos ad videndam formam dei. Filij enim dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Et scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nam qui sunt illi sapientiae scientiaeque thesauri, quae illa diuitiae diuinae, nisi quae sufficiunt nobis? Et quae illa multitudo dulcedinis, nisi quae satiat nos? Ostendet ergo nobis patrem, & sufficiet nobis. Et in quodam Psalmo quidam ex nobis vel in nobis vel pro nobis ait illi, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Ipse autem & pater vnus sunt, & qui ipsum videt videt & patrem. Ergo dominus virtutum, ipse est rex gloriae. Conuertens nos, ostendet faciem suam & salui erimus & satiabimur & sufficiet nobis. Dicat itaque illi cor nostrum, Quasi vultum tuum, vultum tuum domine requiram, ne auertas vultum tuum a me. Et respondeat ipse cordi nostro, Qui diligit me, mandata mea custodit. Et qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Videbant eum oculis utique illi quibus hoc dicebat, & sonum vocis eius auribus audiebant, & humano corde hominem cogitabant, sed quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, eundem ipsum se promittebat ostendere diligentibus se. Quod donec fiat, donec ostendat nobis quod sufficiat nobis, donec eum fontem vite potemus & satiatur, interim dum ambulantes per fidem peregrinamur ab eo, dum esurimus & sitimus iustitiam, formae dei pulchritudinem ineffabili ardore desideremus, formae serui natalem deuoto obsequio celebremus. Nondum contemplari possumus quod genitus est ante luciferum a patre, frequentemus quod nocturnis horis est natus ex virgine. Nondum capimus quod ante solem permanet nomen eius, agnoscamus in sole positum tabernaculum eius. Nondum contuemur vnicum permanentem in patre suo, recordemur sponsum procedentem de thalamo suo. Nondum idonei sumus conuiuio patris nostri, agnoscamus praesepe domini nostri.

**In eodem festo: Sermo XX. K**

**M** hodie a me possit fratres charissimi maiestas natiuitatis dominicae praedicari, per vos mihi a domino facultas est impetranda, quatenus ipse verbum in ore suo constituat sacerdoti, nec nostri oris dedignetur officium, qui nostrae carnis hodie dignatus est inire commercium. Non enim fratres ineffabile diuinae generationis cotendimus aperire mysterium, sed nostrae salutis magnum & mirabile gestum gaudium nunciare, sicut dixit angelus, Ecce annuncio vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Nullum hodie fratres conceptus, nullum terreat partus. Vbi enim virginitas concepit, integritas parit, dei est virtus conscia, non voluptas. Audi angelum dicentem, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hodie fratres non inchoatur deitas, sed humanitas inchoatur: hodie natus est non sibi Christus, sed mihi. Accedite ergo ad eum & illuminamini, & vultus vester non erubescet: quia hodie in sole posuit, sicut dixit Propheta tabernaculum suum. Diuinum est fratres charissimi quod geritur non humanum. Nunquam est nuda virginitas, quae aeterno pudoris sui honore decoratur. Ad domicilium castitatis angelus mediator aduenit, ut regi aulam, deo templum, & caelesti sponso thalamum procuraret. Nascenti enim domino non est ablata sed consecrata virginitas, quae ipsa sponsum genuit sui pudoris, ipsa custodi praebet fidei seruitium. Foeta sed virgo, virgo sed mater: sterilitate enim caruit, non pudore. Astat sanctitas, synceritas, pudicitia, castitas, integritas, fides, & omnes simul affuerunt virtutes, ut intrepida famula suo vtero portaret aethorem, & caelestem paritura virtutem, sexus sui victrix dolorem gemitumque nesciret. Beata fecunditas, quae & honorem acquisiuit maternum, & castitatis praemium non amisit. Non ergo dedignatur inhabitare quod est figurare dignatus, nec indignatur in se carnem contingere quam caelesti manu ante contrectauit in puluere. Venit ad faciem tuam o homo, quia tu ad eius faciem peruenire non poteres. Et qui erat inuisibilis, factus pro tua redemptione visibilis, venit a tuis patribus postulatus. Audi vocem clamantis, Ostende faciem tuam & salui erimus. Astat testis innocentiae, assertor pudoris, nec amisisse se sponsam, sed gloriatur agnouisse deum. Sequitur non vt maritus, sed vt famulus, & obsequium se ei gaudet impendere, cui conspicit omnes angelos deseruire. Nascenti ergo Christus non inuenit locum in diuersorio, per quem omnis creatus est locus. Et velut peregrinus nascitur, qui totius orbis est dominus, vt nos caelestis patriae faceret esse municipes. Pannis obuoluitur, vt scissam humani generis vnitatem suo redintegraret in corpore, totumque immortalitatis vestimentum, purpureo sanguinis colore fulgens, in caelestia regna deferret. Nascitur fratres, vt ipsam quam prius homo vitiauerat, melioraret naturam. Iacet in pannis, sed regnat in caelis, humiliatur in cubulis, sed in nubibus tonat. In praesepe ponitur, quia omnis caro foenum, Esaia dicente monstratur, Nos foenum fratres, eiusque flos caelestem emundamur in panem, quo vescendo peruenimus ad vitam aeternam.

**In eodem festo: Sermo XXV. K**

**H** illum dei sicuti est apud patrem aequalis illi & coaeternus, in quo condita sunt omnia in caelo & in terra, visibilia & inuisibilia, verbum dei & deum, vitam & lucem hominum, si laudare moliamur, non mirum est nos non inuenire quibus

**A** quibus verbis explicemus, quod nulla humana cogitatio, nullus sermo sufficiat. Quomodo ergo laudare digne valeat lingua nostra quem cor nostrum adhuc videre non valet? Vbi oculus condidit quo possit videri. Si fugerit iniquitas, si sanetur infirmitas, & fiant beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Non mirum est, inquam, nos non inuenire, quibus verbis vnus verbum dicamus, in quo dictum est, vt essemus qui de illo aliquid diceremus. Haec enim verba cogitata atque prolata mens nostra format, illo autem verbo ipsa formatur. Nec eo modo facit homo verba, quomodo est factus ipse per verbum, quia nec eo modo genuit patrem vnicum verbum, quo fecit cuncta per verbum. Deum quippe genuit deus, sed simul gignens & genitus vnus est deus. Mundum autem fecit deus, sed mundus transiit, permanet deus. Et sicut ea quae facta sunt seipsa utique non fecerunt, sic a nullo factus est per quem omnia fieri potuerunt. Non igitur mirum, si homo factus inter omnia, verbis non explicat verbum per quod facta sunt omnia, huc itaque paululum aures & animos aduertamus, si forte valeamus aliquid congruum condignumque dicere, non ex eo quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, sed ex eo quod verbum caro factum est: si forte dicatur a nobis per quod habitavit in nobis, si forte ibi possit esse dicibilis, vbi voluit esse visibilis. Propter hoc enim & istum celebramus diem, quo nasci est dignatus ex virgine, quam generationem suam fecit ab hominibus vt cunque narrari. In illa vero aeternitate in qua deus de deo natus est, generationem eius quis enarrabit? Ibi talis non est qui solenniter celebretur. Neque enim transit anniuersario volumine rediturus, sed manet sine occasu, quia non coepit ex ortu. Est ergo illud vnicum dei verbum, illa vita, illa lux hominum, aeternus quidem dies: iste autem quo humanae carni copulatus tanquam sponsum processit de thalamo suo, nunc hodiernus cras sit hesternus. Veruntamen hodiernus natus ex virgine commendat aeternum, quia aeternus natus ex virgine consecrauit hodiernum. Quas itaque laudes charitatis dei dicamus, quas gratias agamus, qui nos ita dilexit, vt propter nos fieret in tempore, per quem facta sunt tempora: & multis seruis suis in mundo minor esset aetate, ipso mundo antiquior sine vetustate: homo fieret qui hominem fecit, crearetur ex matre quam creauit, portaretur manibus quas formauit, fugeret vbera quae impleuit, in praesepe muta vagiret infantia, verbum sine quo muta est humana eloquentia? Vide homo quid pro te factus est deus, doctrinam tandem humilitatis agnosce, etiam nondum loquente doctore. Tu quondam in paradiso, tam facundus fuisti, vt omni animae viae nomina imponeres, propter te autem creator tuus infans iacebat, & nomine suo nec matrem vocabat. Tu in latissimo fructuosorum nemorum praedio te perdidisti obedientiam negligendo, ille obediens in angustissimum diuersorium mortalis venit, vt mortuum quaereret moriendo. Tu cum esses homo, deus esse voluisti vt perires: ille cum esset deus, homo esse voluit, vt quod perierat inueniret. Tantum te preffit humana superbia, vt te non possit subleuare nisi diuina gratia. Celebremus ergo cum gaudio diem quo peperit Maria Christum, & coniugata coniugij creatorem, & virgo virginum principem, & data marito, & mater non de marito, sed castior quam si de marito. Virgo ante coniugium, virgo in coniugio, virgo praegnans, virgo lactans: sancta quippe matri omnipotens filius nullo modo virginitatem natus abstulit,

quam nasciturus elegit. Bona est enim fecunditas in coniugio, sed melior integritas in sanctimonio. Homo igitur Christus qui vtrunque prestare posset vt deus, nunquam sic daret matri bonum quod coniuges diligunt, vt auferret melius propter quod virgines matres esse contemnunt. Virgo itaque sancta Ecclesia celebrat hodie virginis partum, cui dicit Apostolus, Aptauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vide castam virginem in tot populis vtriusque sexus, in tot non solum pueris & virginibus, verum etiam coniugatis patribus, matribusque. Denique quam virginem castam, nisi in fidei, spei, charitatis integritate & virginitate? Proinde Christus ecclesiam facturus in corde, prius Mariam seruauit in corpore. Humano quippe coniugio sponso femina traditur, vt virgo iam non sit. Ecclesia vero virgo non esse posset, nisi sponsum cui traderetur filium virginis inuenisset.

**In eodem festo, Sermo XXVI. K**

**A** nnuersaria domini incarnatio, & vestrae fraternitatis tam frequens congregatio, exigit a nobis debitum sermonis officium. Itaque fratres affectu pio, corde deuoto ianua domini pulsemus, vt & nobis tribuat fiduciam vtilia dicendi, & vestram charitatem fructu audiendi adiuet. Itaque nos humiliemus, quia saluator & magister humilitatis dominus noster Iesus Christus, virginis filius, virginum sponsum, virginali vtero corporaliter est natus, virginali connubio spiritualiter coniugatus. Hodie itaque nasci dignatus est, per quem facta sunt omnia, manens quod est, exhibens tibi quod es. Manens apud patrem in diuinitate, suscepit nostram infirmitatem in humanitate. Duas namque natiuitates dominus accipimus, vnā diuinam, alteram humanam, tamen vtrāque mirabilem: illam sine matre, istam sine patre: illam aeternam, vt crearet temporales: hanc temporalem, vt praestaret aeternam. Ille enim de quo dicit Ioannes Euangelista, quod in principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: ille tantus, ille in forma dei aequalis patri, ille sine tempore fabricator temporum, ille ex nullo seculo, ante omnia secula, iudex seculi factus est tam paruus, vt de femina nasceretur, sed mansit tam magnus, vt a patre non separaretur. Praesentes ei obsequium & testimonium tanquam lucernae venturo diei omnes Prophetae praenunciantes, & ante ipsum nascendo venerunt, post credendo adhaeserunt. Oportebat enim, vt praenunciaret venturus, facturus miracula, quibus miraculis bene intelligeretur appareret homo paruus ad paruos, sed humilis ad superbos. Paruitate suam docens hominem, vt se agnosceret & paruum, ne non grandescendo se crederet magnū. Est enim superbia non magnitudo, sed tumor. Quod autem tumor videtur magnum, sed non est sanum. Vt autem generis humani istum tumorem sanaret ipse medicus, ipsa medicina non solum medicamentum adhibens apparuit inter homines homo, offerens hominem videntibus, deum seruans credentibus. Aspectus enim humilitatis eius, quae rit infirmos. Et dum erant homines, qui deum viderent in homine, nec tamen spem suam ponerent in homine, qui sequi non debet: deus sequendus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur in homine, & qui ab homine videretur, & quem homo sequeretur, deus factus est homo, aliquid te magnū credere debes.

Ioan. 1. G  
Ecclesiasti-  
ci. 2. 4.  
Ephes. 5.

Sed quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, eadem sapientia quae de deo genita est, dignata est etiam inter homines creari, quo pertinet illud: Dominus creauit me in principio viarum suarum. Est enim eius principium caput Ecclesiae, quod est Christus. Hominem per quem viuendi exemplum nobis daretur, hoc est, via certa qua perueniremus ad deum. Non enim redire potuimus, nisi humilitate qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primae nostrae creaturae: Gustate, & eritis sicut dii. Huius igitur humilitatis exemplum, id est, via quaerendum fuit. Ipse reparator noster in seipso demonstrare dignatus est, qui non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, vt crearetur homo in principio viarum eius, verbum per quod creata sunt omnia. Quapropter vnigenitus & primogenitus dominus noster, diuinarum scripturarum autoritate praedicatur vnigenitus de patre, primogenitus a mortuis. Quapropter secundum id quod vnigenitus est, fratres non habet. Fratres tamen vocare dignatus est omnes, qui post eius, & per eius primatum in gratia nascimur per adoptionem filiorum, sicut apostolica disciplina commendat. Naturalis ergo filius secundum id quod primogenitus est frater, de ipsa patris substantia vnicus natus est, id existens quod pater est, deus de deo, lumen de lumine. Nos autem non lumen naturaliter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, vt sapientia lucere possimus in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XXXIII.



Adem domini loquetur os meum. Eius domini per quem facta sunt omnia, & qui factus est inter omnia. Qui est patris reuelator, matris creator. Filius dei de patre sine matre, filius hominis de matre sine patre. Magnus dies angelorum, paruus in die hominum. Verbum dei ante omnia tempora, verbum caro opportuno tempore. Conditor solis, conditus sub sole. Cuncta secula ordinans de sinu patris, hodiernum diem consecrans de vtero matris. Ibi manens, hinc procedens. Effector caeli & terrae, sub caelo exortus in terra. Ineffabiliter sapiens, sapienter infans. Mundum implens, in praesepio iaceus. Sydera regens, vbera lambens. Ita magnus in forma dei, breuis in forma serui, vt nec ista breuitate magnitudo illa minueretur, nec illa magnitudo ista breuitas premeretur. Neque enim quando membra humana suscepit, opera diuina deseruit, nec attingere a fine vsque ad finem fortiter & disponere omnia suauiter destitit. Quando infirmitate carnis indutus, virginalli vtero receptus est non inclusus, vt nec angelis subtraheretur sapientiae cibus, & nos gustaremus quam suauis est dominus. Quid hoc miramur de verbo dei, cum sermo iste quem promissus ita liber sensibus infuatur, vt eum & recipiat, & non includat auditor? Nam nisi reciperetur, neminem instrueret: si includeretur, ad alios non veniret. Et vtique sermo iste verbis syllabisque diuiditur, nec tamen ex eo tanquam ex cibo ventris singulas particulas tollitis, sed omnes totum auditis, totum singuli capitis. Nec timemus dum loquimur, ne totum audiendo vnus absumat, ne alter possit habere quod sumat, sed ita vos attentos esse volumus, nullius aures mentemque fraudantes, vt & totum singuli audiat, & totum ad audiendum ceteris relinquatis. Neque hoc fit alternis temporibus, vt cum sermo qui dicitur ad te primo intrauerit, exeat a te, vt ad alium possit intrare, sed simul ad omnes venit, & totus ad singu-

Sermo XXVII.  
Psal. 144.

Ioan. 1.

Sapient. 3.

Psal. 33.

In libro 50.  
Homilia. 25.

peruenit. Et si totus memoria teneri voluisset, sicut ad totum audiendum omnes venisset, ita cum toto singuli rediretis: quanto magis verbum dei, per quod facta sunt omnia, & quod in se manens innouat omnia, quod nec locis concluditur, nec temporibus tenditur, nec moris breuibus longisque variatur, nec vocibus texitur, nec silentio terminatur, quanto magis hoc tantum & tale verbum potuit matris vteru assumpto corpore fecundare, & de sinu patris non emigrare. Hinc ad oculos humanos exire, inde mentes angelicas illustrare: hinc ad terras procedere, inde caelos extendere: hinc homo fieri, inde homines facere. Nemo ergo credat dei filium coeternum & coequalum conuersum & commutatum esse in hominis filium, sed potius credamus, & non consumpta diuina & perfecte assumpta humana substantia manentem dei filium, factum hominis filium, Neque enim quia dictum est, Deus erat verbum, & verbum caro factum est: sic verbum caro factum est, vt esse desineret deus, quando in ipsa carne quod verbum caro factum est, Emmanuel natum est, nobiscum deus. Sicut verbum quod corde gestamus fit vox cum id ore proferimus: nec tamen illud in hanc commutatur, sed illo integro ista in qua procedat assumitur, vt & intus maneat quod intelligatur, & foris sonet quod audiatur, hoc idem tamen profertur in sono quod ante sonuerat in silentio: atque ita verbum cum sit vox non mutatur in voce, sed manens in mentis luce, & assumpta carnis voce procedit ad audientem, & non deserit cogitantem. Non cum ipsa vox in silentio cogitatur, quae vel Graecae est, vel Latinae, vel linguae alterius cuiuslibet, sed cum ante omnem linguarum diuersitatem res ipsa quae dicenda est adhuc in cubili cordis quodammodo nuda est intelligenti, quae vt inde procedat loquentis voce vestitur. Veruntamen vtrunque hoc, & quod cogitatur intelligendo, & quod sonat audiendo mutabile atque dissimile est. Neque illud manebit cum oblitus fueris, neque hoc cum silueris. Verbum autem domini manet in aeternum, & incommutabiliter manet. Et cum carnem assumpsit ex tempore, vt ad temporalem vitam nostram procederet, non in carne amisit aeternitatem, sed etiam carni praestitit immortalitatem: ita ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed vt propter nos fieret quod non erat, semetipsum exinanivit, non formam dei perdens, sed formam serui accipiens, & per hanc in similitudinem hominum factus, nec propria substantia, sed habitu inuentus vt homo. Hoc enim totum quod sumus vel in anima, vel in corpore, nostra natura est, illius habitus. Nos nisi hoc essemus, non essemus. Ille si hoc non esset, esset vtique deus. Et cum hoc esset, cepit quod non erat, homo factus, permanens deus, vt non vnus horum, sed vtrunque verissime diceretur. Et propter quod homo factus est: Quoniam pater maior me est: & propter quod permanens deus, Ego & pater vnus sumus. Nam nisi verbum in carnem, hoc est deus in hominem mutatus conuerteretur, non esset verum, pater maior me est: quia homine maior est deus: illud autem falsum esset, Ego & pater vnus sumus: sed, vnus fuimus: quia non sunt vnus deus & homo. Sed forsitan posset dicere: Ego & pater vnus fuimus. Quod enim erat & esse destitit, non est vtique, sed fuit. Nunc autem & propter veram formam serui quam acceperat, veru dixit, Pater maior me est: & propter veram formam dei in qua permanebit, verum

K  
L  
Ioan. 1.  
L  
Psal. 118.  
Psal. 8.  
Philip. 2.  
M  
Ioan. 14.  
Ioan. 10.

A  
Ioan. 14.  
Mundus homines malos signat.  
1. Corin. 5.  
Ioan. 8.  
Ioan. 1.  
Math. 21.  
Luc. 19.  
Lapides, gentiles.  
Ioan. 1.  
Math. 3.

Verum dixit, Ego & pater vnus sumus. Exinanivit ergo se apud homines, non ita factus quod non erat vt non esset quod erat, sed occultans quod erat, & demonstrans quod factus erat. Proinde quia virgo concepit, & peperit filium propter manifestam serui formam puer natus est nobis. Quia vero dei verbum quod manet in aeternum, caro factum est, vt habitaret in nobis, propter dei formam latentem, sed manentem, sicut nunciavit Gabriel, vocamus nomen eius Emmanuel. Factus est enim homo, permanens deus, vt & filius hominis recte vocetur, nobiscum deus. Non alter deus, non alter homo. Exultet in credentibus mundus, quibus saluandis venit per quem factus est mundus. Conditor Mariae, natus ex Maria. Filius Dauid, dominus Dauid. Semen Abraham, qui est ante Abraham. Factor terrae, factus in terra. Creator caeli, creatus sub caelo. Ipse est dies quem fecit dominus, & dies cordis nostri, ipse est dominus. Ambulemus in lumine eius, exultemus & iucundemur in eo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem: In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, etc.

Sermo XXVIII.

Sermo XXXIII.



Christus fratres in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Qui mundus per eum factus est qui mundus eum non cognouit? Non enim mundus qui per eum factus est, ipse eum cognouit. Quis est mundus qui per eum factus est? Caelum & terra. Quomodo eum non cognouit mundus, quando in eius passione sol obscuratus est? Quomodo eum terra non cognouit, quando pendente illo in cruce contremuit? Sed mundus eum non cognouit, cuius princeps est ille de quo dictum est, Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. Homines mali mundus cognouit. Inde acceperunt nomen ex eo quod amant. Aman-do deum efficiuntur dii, ergo amando mundum mundus dicuntur. Sed deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Mundus ergo eum non cognouit. Nunquid omnes? In sua propria venit, & sui eum non receperunt. In sua? Omnia ipsius, sed propria ipsius dicuntur, vnde mater eius erat, vnde carnem conceperat, ad quos aduentus sui praecones ante praemisera, quibus legem dederat, quos de Aegypti seruitute liberauerat, quorum patrem carnalem elegit Abraham, quia verum dixit, Ante Abraham ego sum. Nec sic dixit, Antequam Abraham fieret, ego sum. In principio erat verbum, non factum erat. Ergo in propria venit, & sui eum non receperunt. Quot autem receperunt eum? Vtique ibi Apostoli, qui eum receperunt: ibi illi, qui ante iumentum ramos ferebant, & praecedebant & sequebantur, & vestimenta sua sternebant, & magna voce dicebant, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Tunc Pharisei dixerunt illi, Compesce pueros, ne tibi ista clament. Et ille, Si isti tacebunt, lapides clamabunt. Quid lapides, nisi qui colunt lapides? Si paruuli pueri tacebunt, maiores & minores gentes clamabunt. Qui lapides, nisi lapides de quibus dicit ipse Ioannes, Qui venit vt testimonium perhiberet de lumine? Cum enim videret ipsos Iudaeos superbire de genere Abraham, ait illis: Generatio viperarum: illi seducebant filios Abraham. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Quos prauidebat in spiritu, de illis dicebat. Nos siquidem

C  
Ioan. 8.  
Ioan. 1.  
Math. 21.  
Luc. 19.  
Lapides, gentiles.  
Ioan. 1.  
Math. 3.

prauidebat: Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: De quibus lapidibus, inquit: Si isti tacebunt, lapides clamabunt. Modo audistis & clamastis: Impletum est, lapides clamabunt: de gentibus enim venimus in parentibus nostris, lapides adorauimus, ideo canes dicti sumus. Recordamini quid audierit mulier illa, quae clamabat post dominum, quia erat Chananaea, idolorum cultrix, ancilla demoniorum, quid dixit Iesus? Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus. Nunquid aduertistis quem admodum canes lapides vnctos lingunt, sic sunt omnes simulachrorum cultores? Sed venit nobis gratia. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Ecce habetis modo natos, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quibus dedit? His qui credunt in nomine eius. Et quomodo filij dei fiunt? Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Intendite ergo isti ex deo nati sunt, accepta potestate vt filij dei fierent. Ex deo nati sunt, non ex sanguinibus, qualis est prima natiuitas, qualis est natiuitas misera veniens ex miseris. Sed qui ex deo nati sunt quid erant? Vnde primum nati erant ex sanguinibus mixti sanguinibus & masculi & foeminae, commixtione carnis masculi & foeminae, inde nati erant. Modo vnde? Ex deo nati sunt. Prima natiuitas ex masculino & foemina: secunda natiuitas ex deo & ecclesia. Ecce ex deo nati sunt: Vnde factum est, vt habitaret in nobis. Magna mutatio, ille factus caro, iste spiritus. Quid est hoc? Qualis dignatio fratres mei? Et erigite animum ad speranda & capienda potiora, nolite aduicere cupiditatibus secularibus. Praeio empti estis, propter vos verbum caro factum est, propter vos qui eratis filij dei, factus est filius hominis, vt qui eratis filij hominum, efficeremini filij dei. Quid erat ille, qui factus est? Quid eratis vos? Quid facti estis? Erat ille filius dei, qui factus est filius hominis: eratis vos filij hominum, qui estis filij dei facti. Communicauit nobiscum mala, & daturus est nobis bona. Sed ille ipse qui factus est filius hominis distat a nobis. Nos filij hominum per concupiscentiam carnis, ille filius hominis per fidem virginis. Mater cuiuslibet hominis concubuit & concepit: vnusquisque autem natus de homine patre suo, & de homine matre sua: Christus autem natus de spiritu sancto & Maria virgine. Ad nos accessit, sed a se non multum recessit, immo a se quod deus est nunquam recessit, sed addidit quod erat natura nostra. Accessit enim quod non erat, non amisit quod erat. Factus est filius hominis, sed non cessauit esse filius dei, per hoc mediator in medio. Quid est in medio? Nec sursum, nec deorsum. Quomodo nec sursum, nec deorsum? Nec sursum, quia caro est: nec deorsum, quia non peccator: sed tamen in quantum deus, semper sursum. Non enim sic venit ad nos vt dimitteret patrem, cum quo viuit & regnat deus.

Item in eodem festo alius sermo de eodem, qui habetur inter Sermones de uerbis domini. XXXIII.  
Item in eodem festo Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat uerbum, etc. quae habetur in expositione doctoris. Ibidem.  
Item in eodem festo, de eodem habetur sermo inter Sermones de uerbis domini. XXXVII.  
Item in eodem festo alius sermo factus ad fratres in eremo, qui habetur inter sermones ad eosdem. XX.



In festo Epiphaniae domini, & per octauas eius:

Sermo I.

Sermo XXIX.

**D**

Roxime fratres charissimi eiusmodi redemptionis nostrae celebravimus sacramentum, quo deus hominem cum infirmitatibus induit: hodie vero illud colimus, quo se in hominem deus virtutibus declaravit, pro eo quod in hac die, siue caelo stella ortus sui nuncium praebuit, siue quod in Chana Galilee in conuiuio nuptiali aquam in vinum conuertit, siue quod in Iordanis vndis aquas ad reparationem humani generis sub baptismo consecrauit, siue quod de quinque panibus quinque milia hominum satiauit, in quolibet horum salutis nostrae mysteria continentur & gaudia. Nobis enim ex virgine natus est, quod stella monstravit. Nobis ex baptismo lauacrum concessum est quod in Iordanis alueo consecrauit. Nos quoque in melius esse mutandos operis miraculo permonstravit, quando aquas in vina conuertit. Et ideo fratres charissimi in omni actu nostro stellam fidei praeparemus, & in custodia puritatis Christi baptismum celebremus, quia haec Christi regeneratio, nostrae fidei confirmatio est. Insinuauit enim nobis muneris sui beneficium per secundae natiuitatis exemplum, & quod facere voluit, prior ipse fecit. Legimus Iudaeos diuersa sub lege habuisse baptismata, sed nullum ex his contra prauaricationis malum generalem potuit conferre medicinam. Et ideo pro abolitione totius mundi indigebant regenerationis aqua caelitus sanctificari. Et quia per vniversum mundum sacramentum baptismi humano generi opus erat, omnibus aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum vnica ac singulari pietate descendit. Tunc enim Christum dominum non tam lauit vnda quam lota est. Tibi ergo nascendo Christus aduenit, tibi viuendo militauit, tibi moriendo confluxit. Quem vides pro te mortuum, pro te intellige baptizatum. Talis omnino etiam ante baptismum fuit, & ideo praecursor eius. atque Baptista ita eum cum ad se baptizandus veniret alloquitur: Domine, ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Quid euidentius de Christi nondum baptizati puritate, quid fortius, Ego a te debeo baptizari: id est, qui fons es innocentiae, & plenitudo iustitiae, qui nullo indigens dare scis, nescis accipere? Ego, inquit, a te debeo baptizari, quia tecum exhibes, & in te possides puritatis munera & baptismatis sacramenta: & quod ego dabo te largiente per gratiam, tu obtines per naturam. Attactu membra tinguntur, & fluua ditantur. Vitalem gratiam non corpus ex flumine, sed flumen mutuatur ex corpore. Descendens in se fontem suum felix vnda miratur, sub vno momento remedia aeterna concipiens, & noua deum regenerationis fecunditate parturiens, quod acceperat hoc reddens, & quod non habebat, accipiens. Inter hac mirum esset, quod se dominus serui subdidit benedictioni, nisi & cruci se subdidisset & morti. Et ille quidem preciosum sibi esse hominem precij ipsius dignitate perdidit, vt hinc quoque intelligamus quam grande apud se aestimet deus noster humanorum criminum causas, propter quas non angelum, non archangelum, sed deum misit ad terras. Quam grauis sit peccati & quam dura conditio, prodit remedij magnitudo. Quanta malorum discussio erit qua damnabuntur, sollicitudo indicat qua redimuntur. Omni ergo diligentia atque vigilantia caueamus, ne vulneret diabolus quod sanauit deus, ne per consensum cordis, per flagitium corporis seruitutem quam debemus domino magis ex-

Matth. 2.

Ioan. 2.

Matth. 3.

Matth. 14.

**H**

hibere probemur inimico. Equidem si quis violentus ac prae potens aliquid de facultate nostra ac proprietate rapuisset, nonne dignum summo odio duceremus? nonne merito tanquam hostem detestaremur? Cur peccando diabolo consentiemus, qui nobis non substantiam vult auferre, sed vitam: non terram fraudare, sed caelum: non fines angusta possessionis, sed infinita spatia aeternitatis? Inter haec, o homo, si dignitatem facturae tuae, si pietatem circa te domini tui volueris estimare de precio, non poteris dubitare de regno. Ipsi enim magi, qui ad illa caelestis pueri veneranda cunabula stellae indicio peruenerunt, quid aliud expresserunt in illis muneribus, nisi fidem nostram? In eo enim quod tria offeruntur, trinitas intelligitur. In eo vero quod tres sunt, & singuli singula offerunt, in trinitate vnitas declaratur: per aurum rex ostenditur, deus in thure dinoscitur: per myrrham, quae condiendis est apta corporibus, sepultura crucifigendi hominis praedicatur. Secundum haec charissimi, nos quoque personam magorum spiritalibus imitemur obsequiis. In primis tam diu quaeramus Christum, donec illum inuenire mereamur. Ducatum nobis praebet velut stella caeli lux fidei. Haec nobis illum ostendat, non iam in praesepe vagientem, sed in summa caeli arce dominantem. Nec in matris gremio, sed in folio patris adorandum. Nec ulterius in humanitate iudicandum, sed ad iudicium cum maiestate venturum. Sic quasi trium munerum trinitatis perfecta confessio, credatur a nobis diuinitas sine confusione separatae distincta, pater & filius & spiritus sanctus vnus deus: credantur tres personae, sed non tres substantiae. Quantum autem ad caelestis naturae ordinem pertinet, in patre & filio & spiritu sancto ita confidenda est vna diuinitas, vt nec singularis putetur in trinitate persona, nec triplex in vnitate substantia, sed ita assignetur pluralitas vnitati, ne trinitati subtrahatur aequalitas. Et licet intromittatur in vna diuinitate numerositas, non sit tamen recipienda diuersitas. Ita ergo fidelium cordibus disponendus est dei cultus, vt non admittatur vel in vnitate separatio, vel in trinitate permixtio. Proxima enim ab hac die fratres charissimi, facti natalis die natus est dominus, nunc baptizatus. Tunc nos genuit ad vitam, nunc regenerauit ad salutem: tunc Adam suscepit perditum, nunc abluit peccatorem. Venit ergo ad baptismum, sicut scriptum est. Sed quid abluit, qui mundus erat: Vtque vt mundus ablueret immundos. M

Matth. 3.

**I**

Illum ergo currentes aquae tunc infundebant, sed peccata nostra secum portabant. De illo guttae baptismatis fluebant, sed nostra in guttis crimina fluebant. O misericordia simul & potentia dei, necdum eram in mundo, & iam abluabamur in baptismo. Mundati in illo sumus antequam nati. Nam ipsi fuit baptismatis ratio, vt aquae quae purgaturae nos erant, ab illo ante purgarentur. Et cum ascendisset, inquit scriptura, de aqua, vidit apertos caelos. Nunquid tunc ei caelum apertum fuerat, cuius oculi caelorum interiora cernebant? Sed ideo caelum aperitur, vt mysterium baptismatis in hoc declaratur: quia quando homo de baptismo egreditur, tunc ei ianua regni caelestis aperitur. Illud vero quale est quod magi veniunt ad deum natum, immo ducuntur, postquam in praesepe vident, nec apud sensus eorum humilitas natiuitatis reuerentiam diuinitatis imminuit: adorant corporibus, honorant muneribus, venerantur officiis: oculis hominem vident, & deum obsequiis consentunt. Videbant enim in eo qui natus fuerat plus esse quod animae hominum, quam quod oculi prauiderint.

Peccata apud deum quantum sint grandia.

Magi quomodo sint imitandi.

Magi quomodo sint imitandi.

Matth. 3.

Matth. 2.

Dominus

Thos. Aurum. Myrrha.

Sermo XXX.

Phil. 8.

Septen. 7.

Epiphania.

Phil. 2.

**A** Dominus qui tunc corporaliter natus fuerat, per ipsum omnia nata erant. Videbatur quidem in praesepe, sed dominabatur in caelo. Intra corpusculum erat, sed intra se omnia continebat. Natus quidem ex matre fuerat, sed matrem suam ipse creauerat. Et ideo se magi humiliabant, quia famulari astra cernebant. Deum enim esse cognouerant, cui caelestia seruibant. Et idcirco etiam ipsa eorum munera diuino mysterio plena erant. Aurum namque, vt audistis, & thus, & myrrham obtulerunt. Triplicium ergo munerum numero triplex significatio continetur. In thure obtulerunt dei honorem, in auro regiam dignitatem, in myrrha corporis sepulturam. Offeramus ergo & nos dilectissimi fratres sincera & sancta munera deo nostro, castitatem, fidem, patientiam, charitatem, metes humiles, probos mores, animas deo inhabitare condignas. Haec sunt enim placita deo dona, haec grata munera, quae illi quidem offeruntur, sed offerentibus profiunt. Nullo enim ille munere eget, sed hoc illi munus optimum est, vt causas habeat munerandi. Nihil a nobis exigit, nihil amplius petit nisi salutem nostram. Omnia enim sibi praestari a nobis putat, si ita nos egerimus, vt nobis ab illo cuncta praestentur, auxiliante ipso domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo II.

**A**

D partum virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diem hodie celebramus, huic debitam solennitatem sermonemque persoluimus. Illis dies iste primus illuxit, anniuersaria nobis festiuitate rediit. Illi erant primitiae gentium, nos populi gentium. Nobis hoc lingua nunciavit Apostolorum, stella illis tanquam lingua caelorum, & nobis idem Apostoli tanquam alij caeli enarrauerunt gloriam dei. Cur enim non agnoscamus eos caelos, qui facti sunt sedes dei, sicut scriptum est: Anima iusti, sedes sapientiae? Per hos enim caelos ille caelorum fabricator & habitator intonuit, quo tonitruo mundus tremuit, & ecce iam credit. Magnum sacramentum. In praesepe tunc iacebat, & magos ab Oriente ducebat: abscondebatur in stabulo, & agnoscebatur in caelo, vt agnitus in caelo manifestaretur in stabulo, & appellaretur Epiphania dies iste, quod Latine manifestatio dici potest, si mul eius celsitudinem humilitatemque commedans, vt qui in aperto caelo signis sydereis monstrabatur, in angusto diuersorio quaesitus inueniretur inualidus infantilibus membris, inuolutus in infantilibus pannis, adoraretur a magis, timeretur a malis. Timuit enim eum rex Herodes eisdem sibi magis nunciantibus, cum adhuc quaererent paruulum, quem cognouerant caelo teste iam natum. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cunabula terrebant infantis? Quanto consultius reges non sicut Herodes interficere quaerant, sed sicut magi potius adorare delectentur, iam praesertim eum qui & ipsam mortem quam cupiebat inimicus inferre, etiam pro ipsis inimicis ab inimico sustinuit, eam in suo corpore occisus occidit. Pie timeant reges ad patris dexteram iam sedentem, quem rex impie timuit adhuc matris vbera lambentem: audiant quod scriptum est: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ille enim rex vltor impiorum regum, & rector piorum, non ita natus est vt reges nascuntur in seculo, quia & ille natus est cuius regnum non est de hoc seculo. Nobilitas fuit nascentis in virginitate patientis, & nobilitas patientis in diuinitate nascentis. Denique cum

tam multi iam nati atque defuncti essent reges Iudaeorum, nunquid quenquam eorum adorandum magi quaesierunt? Quia nec quenquam eorum caelo loquente didicerunt. Veruntamen quod praetereundum non est, haec magorum illuminatio magorum testimonium caecitatis extitit Iudaeorum. In terra eorum isti requirebant, quod illi in sua non agnoscebant. Apud eos isti infantem inuenerunt, quem illi apud se negauerunt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christum nondum verba promentem adorauerunt, vbi ciues illi iuuenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris paruus deum adorauerunt, illi in magnis factis nec tanquam homini pepererunt, quasi plus fuerit videre nouam stellam in eius natiuitate fulgentem, quam solem eius in morte lugentem. Iam vero quod eadem stella quae magos perduxit ad locum ubi erat cum matre virgine deus infans, quae vti que poterat eos & ad ipsam perducere ciuitatem, sed tamen subtraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate in qua Christus nasceretur idem ipsi interrogentur Iudaei, vt ipsi eam secundum diuinae scripturae testimonium nominaret, ipsi dicerent: Bethlehem non es minima in principibus Iudae, ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel. Quid aliud hic significauit diuina prouidentia, nisi apud Iudaeos solas diuinas literas remanuras, quibus gentes instruerentur, illi exceperentur, quas portarent non ad adiutorium salutis suae, sed ad testimonium salutis nostrae? Nam hodieque cum praemissas prophetias de Christo proferimus, iam rerum completarum luce declaratas, si forte Pagani quos lucrari volumus dixerint non eas tanto ante predictas, sed post rerum euentum, vt haec quae facta sunt prophetata putarentur, a nobis esse confictas, Iudaeorum codices recitamus, vt tollatur dubitatio Pagatorum, qui iam in magis illis figurabantur, quos Iudaei de ciuitate in qua natus est Christus diuina eloquiis instruebant, & eum ipsi nec requirebant, nec agnoscebant. Nunc ergo charissimi, gratiae filij & haeredes, videte uocationem vestram, & manifestato Iudaeis & gentibus Christo tanquam angulari lapidi perseverantissima dilectione cohaerete. Manifestatus enim est in ipsis cunabulis infantiae suae his qui prope & his qui longe erant, Iudaeis in pastorum propinquitate, gentibus in magorum longinquitate. Illi ipso die quo natus est, isti ad eum hodie aduenisse creduntur. Manifestatus ergo est, nec illis doctis, nec istis iustis. Praeuallet namque imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in sacrilegis magorum. Vtrosque sibi lapis ille angularis applicuit, quippe qui venit stulta mundi eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbi- ret, nullus infirmus desperaret. Vnde scribae & pharisaei dum nimis docti & nimis iusti sibi videntur, cuius nascentis ciuitatem ostenderunt prophetica eloquia recitantes, hunc reprobaerunt adificantes. Sed quia factus est in caput anguli, & quod natus ostendit, passus impleuit. Hinc nos inhaereamus cum alio pariete habente reliquias Israel, quae per electionem gratiae saluae factae sunt. Eos enim pastores illi praefigurabant de proximo coniungendos, vt & nos, quorum ex longinquo uocationem magorum significabat aduentus, iam non peregrini & inquilini, sed ciues sanctorum, & domestici dei maneamus, coaedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu, qui fecit utraq; vnum, vt in vno arnemus vnitate, & ad colligendos ramos, qui etiam de oleastro inferti, per superbia fracti heretici facti sunt, quoniam

Mich. 5.

**E**

1. Corin. 7.

Ephes. 1.

1. Corin. 7.

Matth. 9.

Phil. 117.

Roma. 11.

Ephes. 2.

potens

Roma. 11. G  
Sermo XXXI.  
Ephes. 2.  
Stella que Magis apparuit quid? Psal. 118.  
Matth. 2.  
Ioan. 19. Ibidem.  
Matth. 8.  
Roma. 11.

potens est deus iterum inferere illos: habemus & infatigabilem charitatem, ipso adiuvante qui vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo III.

**N**te paucissimos dies natalem diem domini celebravimus, hodierno autem die manifestationem qua manifestari gentibus cepit, solennitate non minus debita celebramus. Illo die natum pastores Iudei, viderunt, hodie magi ab Oriente venientes adoraverunt. Natus quippe fuerat lapis ille angularis, pax duorum parietum, ex circumcissione & prapurtio, non ex parva diversitate venientium, ut in illis specularetur, qui factus est pax nostra, & fecit utraq; unum. Hoc in pastoribus Iudeorum, & magis gentium prapignatum est. Inde cepit, quod in uniuerso mundo fructificaret & cresceret. Nos itaque quos dies, natiuitatis & manifestationis domini nostri spiritali letitia gratissimos habeamus. Iudei pastores ad eum angelo nunciante, gentiles magi stella demonstrante perducti sunt. Hanc stella vanas computationes astrologorum & diuinationes confundit, cum stellarum adoratoribus creatorem caeli & terrae adorandum potius demonstrat.

**H** Nam ipse nouam stellam declarauit natus, qui antiquum solem obscurauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentium, illis tenebris accusata est perfidia Iudeorum. Quid erat illa stella, quae nec unquam antea inter sidera apparuit, nec postea demonstranda permanisset? Quid erat nisi magna lingua caeli, quae narret gloriam dei, quae inuitatum virginis partum inuitato fulgore clamaret, cui non postea apparenti Euangelium toto orbe succederet? Quid denique magi venientes dixerunt: Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Quid est hoc? Nonne tum multi antea reges erant Iudeorum? Quid tantopere alienae gentis regem nosse & adorare cupierunt? Vidimus enim, inquit, stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Nunquam hoc tanta deuotione requirerent, tanto pietatis affectu desiderarent, nisi eum agnoscerent regem Iudeorum, qui rex est etiam seculorum. Hinc & Pilatus nonnulla utique aura veritatis afflatus est, quando in eius passione titulum scripsit, Rex Iudeorum: quem Iudei conati sunt mendosius emendare, quibus ille respondit: Quod scripsi, scripsi. Quia praedictum erat in Psalmo: Tituli inscriptionem ne corrupas. Aduertamus itaque magnum hoc & mirabile sacramentum, Magi ex gentibus erant, ipse etiam Pilatus ex gentibus: illi stellam viderunt in caelo, ille titulum fixit ligno, utriusque tamen non regem gentium, sed Iudeorum, vel querebant, vel agnoscebant. Iudei vero ipsi nec stellam secuti sunt, nec titulo consenserunt. Iam igitur praesignabatur, quod postea ipse dominus dixit, Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Nam magi ab Oriente, Pilatus ab Occidente venerat. Vnde illi orienti, hoc est nascenti, ille autem occidenti, hoc est, morienti attestabantur regi Iudeorum, ut cum Abraham & Isaac & Iacob, ex quibus Iudei ducebant originem, recumberent in regno caelorum, non ex eis propagati per carnem, sed eis inserti per fidem, ut ille de quo Apostolus loquitur, Oliuae inferendus iam praemonstraretur oleaster. Propterea quippe non rex gentium, sed Iudeorum ab eisdem gentibus, vel querebatur, vel agnoscebatur: quia oleaster ad oliuam, non ad oleastrum oliua veniebat. Rami tamen frangendi, hoc est, infideles Iudei, & Magis in-

quirentibus vbi Christus nasceretur, in Bethleem Iudae respondebant: & Pilato exprobrante quod regem suum crucifigi vellet, pertinacissime seuebant. Itaque magi adorauerunt, Iudaeis ostendentibus locum Christi nascentis, quia in scriptura quam Iudaei acceperunt, Christum cognoscimus. Pilatus manus lauit Iudaeis exigentibus mortem Christi patientis, quia per sanguinem quem Iudei fuderunt peccata diluimus. Sed de testimonio Pilati per titulum in quo scripsit, regem Iudeorum esse Christum, alius est differendi locus, quo passionis est tempus. Nunc quod attinet ad manifestationem Christi nati, de cuius manifestationis die, quae Graeco vocabulo Epiphania nominatur, qua manifestari cepit gentibus, cum eum magi adorauerunt, quae restant pauca dicamus. Nam etiam atque etiam considerare delectat, quemadmodum Magis quarentibus vbi Christus nasceretur, Iudaei responderunt, In Bethleem Iudae. Nec tamen ad eum ipsi venerunt, sed eis abscedentibus, magos ad eum locum in quo infans erat eadem stella perduxit, ut ostenderetur quod & ciuitatem poterat demonstrare, sed ad hoc se aliquantulum subtraxerat, ut Iudaei possent interrogari. Ad hoc sunt autem interrogati Iudaei, ut demonstraretur, eos non ad suam, sed ad gentium salutem & agnitionem testimonia diuina portare. Propter hoc enim illa gens regno suo pulsa est & dispersa per terras, ut eius fidei cuius inimici sunt ubique testes fieri cogerentur. Perdito quippe templo, sacrificio, sacerdotio, ipsoque regno, in paucis veteribus sacramentis nomen genusque custodiunt, ne permixti gentibus sine discretionem dispareant, & testimonium veritatis amittant, velut Cain accipiente signum ut eum nullus occidat, qui fratrem iustum inuidus & superbus occidit. Hoc nimirum etiam in quinquagesimo octauo Psalmo non incongruenter intelligi potest, vbi Christus ex persona sui corporis loquitur & dicit, Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis, ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuae. In eis quippe inimicis fidei Christianae demonstratur gentibus quomodo prophetaus est Christus, ne forte cum vidissent tanta manifestatione impleri prophetias, putarent easdem scripturas a Christianis esse confectas, ut de Christo praedicta putarentur, quae completa cernuntur. Proferruntur ergo codices a Iudaeis, atque ita deus demonstrat nobis inimicis nostris, quos ideo non occidit, hoc est, de terris non penitus perdidit, ne obliuiscerentur legem ipsius, quam propterea legendo & quadam eius quantum carnaliter obseruando meminerint, ut sibi sumant iudicium, nobis praebant testimonium, ipso domino nostro adiuvante, qui vivit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo IIII.

**O**dierni diei per uniuersum mundum noua solennitas quid nobis afferat festiuitatis, quidve anniuersaria repetitione commemoraret, anniuersario quoque sermone tempus admonet ut loquamur. Epiphania quippe, Latine manifestatio dici potest. Hac enim die magi dominum nostrum adorasse perhibentur, stella scilicet apparente commoniti, & praecedente perducti. Eo quippe die quo natus est, illi stellam in Oriente viderunt, & quem natum indicauerit agnouerunt. Ex illo igitur die ad hunc diem occurrerunt, Herodem regem nuncio terruerunt, Iudaeis ex prophetica scriptura respondentibus, Bethleem ciuitatem, vbi dominus natus fuerat, inuenerunt. Ad ipsum dominum stella eadem ducente venerunt, demonstratum adorauerunt,

Matth. 27. K  
Matth. 2.  
Psal. 58.  
Matth. 2.  
Psal. 58.  
Matth. 2.  
Sermo XXXII.  
Matth. 2.

A  
Ephes. 2.  
Ephes. 2.  
Damascus.  
Samarit.  
Ioan. 6.  
Matth. 10.  
1. Reu. 59.  
Matth. 11.

**A** adorauerunt, aurum, thus, & myrrham obtulerunt, alio itinere redierunt. Manifestatus est quidem & die ipso natiuitatis suae dominus pastoribus ab angelo admonitis, quo etiam die per stellam illis est longe in Oriente nunciatus, sed in isto die ab eis est adoratus. Suscipite ergo deuotissime istum diem celebrandum uniuersa ecclesia gentium, quia & illi magi quid iam fuerunt nisi primitia gentium? Israelitae pastores, magi gentiles. Illi prope, isti longe, utriusque tamen ad angularem lapidem ecurrerunt. Veniens quippe, sicut Apostolus dicit, euangelizauit pacem nobis, qui eramus longe, & pacem his qui prope. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, & duos condidit in se, in unum nouum hominem faciens pacem, & commutauit utrosque in uno corpore deo, interficiens inimicitias in semetipso. Merito istum diem nunquam nobiscum haeretici Donatistae celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali ecclesiae, vbi apparuit illa stella, communicant, nos autem manifestationem domini & saluatoris nostri Iesu Christi, quia primitias gentium delibauit, in unitate gentium celebramus. Tunc enim puer prius quam sciret vocare patrem aut matrem, sicut de illo fuerat prophetatum, accepit virtutem Damasci, & spolia Samariae, id est, antequam per humanam carnem humana verba proferret, accepit virtutem Damasci, illius scilicet vnde Damascus praesumebat. In diuitiis quippe ciuitas illa secundum seculum florens aliquando praesumpserat. In diuitiis autem principatus auro defertur, quod Christo magi suppliciter obtulerunt. Spolia vero Samariae idem ipsi erant, qui eam incolebant. Samaria namque pro idololatria posita est. Illic enim populus Israel auersus a domino, ad idola colenda conuersus est. Debellaturus scilicet Christus gladio spiritali per uniuersum orbem regnum diaboli, hac prima puer spolia idololatriae dominationi detraxit, ut ad se adorandum magos conuersos a peste illius superstitionis auerteret, & in hac terra nodum loquens per linguam, loqueretur de caelo per stellam, ut & quis esset, & quod propter quos venisset, non voce carnis, sed virtute verbi, quod caro factum est demonstraret. Hoc enim verbum, quod in principio erat deus apud deum, iam etiam caro factum, ut habitaret in nobis, & ad nos venerat, & apud patrem manebat, sursum angelos non deferens, & deorsum ad se homines per angelos colligens, & caelestibus habitatoribus secundum verbum incommutabili veritate fulgebat, & propter angustum diuersorium in praesepe iacebat. Ab ipso in caelo demonstrabatur stella, & ipsum adorandum demonstrabat in terra. Et tamen infans tam potens, tam magnus, paruulus propter inimicitias Herodis in Aegyptum portantibus parentibus fugit: ita nondum sermone, sed factis iam suis membris loquens, & tacitus dicens, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Mortale quippe carnem in qua nos praefiguraret gerebat, in qua erat etiam pro nobis opportuno tempore moriturus. Vnde a Magis illis non solum aurum honorandus, & thus adorandus, verum etiam myrrham sepeliendus acceperat. Quales etiam fuissent pro eius nomine morituri, quam innocentes, quam humiles, ostendit in paruulis quos Herodes occidit. Nam ex quibus lex tota pendet & Prophetae, etiam illum numerum praepertorum significauit bimatus illorum. Iam vero quem non fecit intentum, quid sibi velit quod magorum inquisitioni vbi Christus nasceretur, Iudaei de scriptura responderunt, & ipsi cum eis non adorauerunt? Nonne hoc vitomus decimus.

demus etiam nunc, quando ex ipsis sacramentis quibus eorum duritia subditur, nihil aliud quam Christum in quem nolunt credere ostenditur? Nonne & quando occidunt ouem in Pascha & manducant, gentibus Christum demonstrant, quem cum eis ipsi non adorant? Nam illud quale est, quod saepe de testimoniis prophetis, quibus Christus praenunciatus est, quibusque hominibus dubitantibus, ne forte a Christianis illa conscripta sint, non adhuc futura, sed facta, ad Iudeorum codices prouocamus, ut animos dubitantium confirmemus? Nonne enim tunc Christum Iudaei ostendunt gentibus, quem nolunt adorare cum gentibus? Nos ergo charissimi, quorum erant illi magi primitia, nos hereditas Christi usque ad terminos terrae, propter quos cecitas ex parte in Israel facta est, ut plenitudo gentium intraret, & cognito domino & saluatore nostro Iesu Christo, qui propter nos consolandos tunc iacuit in angusto diuersorio, nunc propter sublimandos sedet in caelo, sic eum annunciemus in hac terra, in hac regione carnis nostrae, ut non qua venimus redeamus, nec prioris nostrae conuersationis vestigia repetamus. Hoc est enim quod & illi magi, non qua venierunt redierunt. Via mutata est, & nobis caeli enarrauerunt gloriam dei, & nos ad Christum adorandum fulgens ex Euangelio veritas tanquam de caelo stella perduxit, & nos prophetiam in gente Iudaica celebratam, tanquam indicium Iudeorum non nobiscum pergentium fideli aure percepimus, & nos, & regem, & sacerdotem, & pro nobis mortuum Christum agnoscentes atque laudantes, iam in auro & thure & myrrha honorauimus, superest ut euangelizantes nouam via carnamus, non qua venimus redeamus, adiuvante domino nostro Iesu Christo, qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo V.

**A**usam dilectissimi & rationem solennitatis hodiernae, saepe vobis & euangelica narratio, & obseruantiae consuetudo patefecit: nec necesse est ita nunc quae inter saluatoris nostri humana primordia sunt gesta replicari, ut de splendore noni sideris, de Magis magorumque muneribus, de sauitia Herodis, & de interfectione infantium disseramus, cum sicut notis & in stella fulgore dei gratia, & in tribus viris vocatio gentium, & in rege impio crudelitas paganorum, & in occisione infantium, cunctorum martyrum forma praecesserit. Sed quia in sacratissimo die reddendum expectationi vestrae est sacerdotialis sermonis officium, nitamur ut possumus adiuvante spiritu dei, eo per intelligentia semitas peruenire, ut cognoscamus sacramentum praesentis festi ad omnium fidelium tempora pertinere, nec villo modo habeatur insolitum, quod in dispensationum ordine adoratur antiquum. Quamuis ergo omnis anima Christiana nihil indignum debeat de filij dei maiestate sentire, & transcensum incipientis fidei rudimentis, oporteat vnumquemque ad sublimiora proficere, necesse est tamen infirmitate mentis humanae, dum verum hominem accepit Christum, de ipsa naturae nostrae communionem trepidare, & per initia vel incrementa corporea ad agnitionem unius cum patre deitatis difficulter accedere. Sed vbi inter caligantes cogitationes radius supernae lucis refulserit, cunctantes fidei moras splendor veritatis abrumpat, ut cor liberum & a visibilibus absolutum, lumen intelligentiae tanquam lucem stella sequatur: quia sicut Apostolus ait, Dominus Iesus Christus in gloria dei patris est, ut quem venerabatur in cunis humiliter iacentem, ipsum sine differentia adoret cum patre regnantem. Haec autem manifestatio dilectissimi, quae haesitantium nebulas dissoluit

Exo. 12.  
Roma. 11.  
Psal. 118.  
Sermo XXXIII.  
Matth. 2.  
Philip. 4.

G dissoluit animarum, & ita facit innotescere dei filium, ut de hoc quod idem est etiam hominis filius, nihil patitur obstaculi, ad presentis festi pertinet dignitatem, & vera est in infantia saluatoris declaratio deitatis, quando carnis sensus ab humanis ad diuina transferitur, ut quos deprimunt experimenta infirmitatum, erigant signa virtutum: quia tali auxilio & natura nostra indigebat & causa, ut reparare humanum genus nec sine maiestate possit humilitas, nec sine humilitate maiestas. Iam vero cum in singulorum fidelium profectibus, diuinorum eluceat custodia mandatorum, impleaturque quod dictum est, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in caelis est: quis illic non presentem intel ligat deitatem, ubi veram vidit apparere virtutem? qua vtiq; sine deo nulla est, nec proprietatem obtinet virtutis nisi spiritu sui vegetetur authoris. Dicente enim discipulis suis domino, Sine me nihil potestis facere: dubium non est, hominem bona agentem, ex deo habere & effectum operis, & initium voluntatis. Vnde & Apostolus copiosissimus fidelium cohortator: Cum timore, inquit, & tremore vestram salutem operamini. Deo est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et haec sanctis causa est tremendi atq; metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati, deseratur ope gratia, & remaneant in infirmitate natura. Qui autem experiri cupit, an in ipso deus habitet de quo dicitur, Mirabilis deus in sanctis suis: sincero examine cordis sui interiora discutiatur, & sagaciter quarat qua humilitate repugnet superbia, qua beneuolentia oblectetur inuidia, quam non capiatur adulantium linguas, quamq; bonis delectetur alienis, an pro malo non cupiat malum reddere, malitq; inultas obliuisci iniurias, quam imaginem & similitudinem sui conditoris amittere, qui omnes ad cognitionem sui generalibus incitans donis, pluit super iustos & iniustos, & sole suum oriri facit super bonos & malos: ac ne in multis labore sollicita discretionis inspectio, ipsam matrem virtutum omnium charitatem in secretis suae mentis inquirat: & si eam dilectione dei & proximi intentq; corde repererit, ita ut etiam inimicis suis eadem velit tribui, qua sibi optat impendi. Qui quis huiusmodi est, deum & rectorem & habitorem sui esse non dubitet, quem tanto magnificentius recipit, quanto magis non in se, sed in domino gloriatur: quoniam quibus dicitur, Regnum dei intra vos est: ipsi etiam aguntur illius spiritu, cuius regitur imperio. Scientes igitur dilectissimi, quod charitas deus est, qui operatur omnia in omnibus, sectamini charitate, ita ut in vnum castae dilectionis affectum vniuersorum fidelium corda concurrant. Transeuntia vos & vana non occupent, constanti desiderio ad ea qua semper sunt mansura tendamus. Sacramentum enim presentis festi oportet in nobis esse perpetuum, quod vtiq; sine fine celebrabitur, si in omnibus actibus nostris dominus Christus appareat, qui viuunt & regnat cum patre & cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo VI.

**N**uper celebrauimus die quo ex Iudaeis dominus natus est, hodie celebramus quo a Gentibus adoratus est: quoniam salus ex Iudaeis, sed haec salus usque ad fines terrae. Nam & illo die pastores adorauerunt, hodie magi. Illis angeli, istis autem stella nuntiavit. Vtrique de caelo didicerunt, cum regem caeli in terra viderunt, ut esset gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Ipse est enim pax nostra,

qui fecit vtraque vnum. Iam hoc infans natus atque annunciatum ostenditur lapis ille angularis, iam in ipso primordio natiuitatis apparuit. Duos ex diuerso parietes in se copulare iam cepit, pastores a Iudaea, magos ab Oriente perducens, ut duos conderet in se in vnum hominem nouum, faciens pacem, pacem his qui longe, & pacem his qui prope. Ideoq; illi ipso die de proximo venientes, isti hodie de longinquo peruenientes, duos dies celebrandos posteris signauerunt, vnam tamen lucem mundi vtrique viderunt. Sed hodie de istis loquendum est, quos de remotis terris fides duxit ad Christum. Venerunt enim, & quaesierunt eum dicentes, Vbi est, qui natus est rex Iudaeorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Annunciat & interrogant, credunt & quaerunt, tanquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem. Nonne alij reges Iudaeorum iam totiens in Iudaea nati erant? Quid est quod iste ab alienigenis in caelo agnoscitur, in terra quaeritur, in alto fulget, in humili lateat? In Oriente magi viderunt stellam, & in Iudaea natum intellexerunt regem. Quis est iste rex tam paruus, tam magnus, nondum in terris loquens, iam in caelo edicta proponens? Veruntamen propter nos, quibus de scripturis suis sanctis innotescere voluit, ipsos etiam magos quibus tam clarum signum in caelo dederat, & quorum cordibus se insinuatum esse reuelauerat; Prophetis tamen suis de se credere voluit. Quaerendo enim ciuitatem in qua natus erat quem videre & adorare cupiebant, necesse habuerunt percontari principes Iudaeorum, ut illi de sancta scriptura, quam in ore, non in corde gestabant infideles fidelibus de gratia dei responderent, mendaces a se, veraces contra se. Quantum enim erat, ut illis quaerentibus Christum comites fierent, cum ab eis audissent, quod visa stella eius venerint eum adorare cupientes, ipsi eos ad Bethleem Iudaeam, quam de libris diuinis indicauerant, ducerent, pariter viderent, pariter adorarent? Nunc vero alius demonstrato vitae fonte, ipsi sunt mortui siccitate, factiq; sunt eis tanquam lapides a miliario, qui viatoribus ambulanti bus aliquid ostenderunt, sed ipsi solidi atq; immobiles remanserunt. Magi quaerebant ut inuenirent, Herodes quaerebat ut perderet. Iudaei ciuitatem nascentis legebant, tepus venientis non intelligebat. Inter magorum piuum amorem, & Herodis crudellem timorem illi euauerunt Bethleem demonstrantes. Christum autem qui ibi natus est, non nunc quaesitum, sed visum postea negaturum, nec nunc infantem, sed loquentem, postea negaturum. Felix potius infantum ignorantia quos Herodes persecutus est territus, quam istorum scientia quos consilium perturbatus. Illi pro Christo potuerunt pati, quem nondum poterant cõstiteri: isti docentis non secuti sunt veritatem, cuius nascentis potuerunt nosse ciuitatem. Magos sane ad ipsum proprie locum ubi dei verbum infans erat: illa stella perduxit. Hic iam erubescat stultitia sacrilega, & quadam, ut sic dicam, indocta doctrina, qua ideo putat Christum sub stellarum decreto esse natum, quia scriptum est in Euangelio, quando natus est, stellam eius magos in Oriente vidisse. Quod verum non esset, nec si homines sub decreto eiusmodi nasceretur, qui non sicut dei filius propria voluntate, sed naturae mortalis conditione nascuntur. Nunc autem tantum abhorret a vero sub stellato fato natum esse Christum, ut nullos homines ita nasci credat quisquis recte credit in Christum. Sed de genituris hominum vani homines loquatur quod insipienter opinantur, negent voluntatem qua peccant, confingant necessitatem qua peccata defendant: perditos mo-

Math. 2.

1. Cor. 5.

L

M

**A**tos mores per quos in terra ab hominibus detestantur, in caelo etiam fingere conentur, & a syderibus manarentiantur. Videat tamen vnusquisq; eorum quemadmodum non vitam, sed familiam suam qualicumq; potestate regendam putet, quandoquidem ista sentiendo seruos suos in domo peccantes verberare non sinitur; nisi prius deos suos in caelo radiantes blasphemare cogatur. Christum tamē isti nec secundum suas vanissimas coniecturas, & non sanè fatidicos, sed planè falsidicos libros ideo putent sub stellarum decreto esse natum, quia eo nato stellam magi in Oriente viderunt. Hinc enim potius Christus non sub dominatu eius, sed dominus eius apparuit, quia illa non in caelo sydereas vias tenuit, sed hominibus quaerentibus Christum viam vsq; ad locum in quo natus fuerat demonstrauit. Vnde non ipsa Christum fecit mirabiliter viuere, sed ipsam fecit Christus mirabiliter apparere. Nec ipsa Christi mirabilia decreuit, sed ipsam Christus inter sua mirabilia demonstrauit: Ipse enim natus ex matre de caelo terrae nouum sydem ostēdit, qui natus ex patre caeli terramq; formauit. Eo nascente lux noua est in stella reuelata, quo moriente lux antiqua est in sole velata. Eo nascente superi nouo honore claruerunt, quo moriente inferi nouo timore tremuerunt, quo resurgente discipuli nouo amore exarserunt, quo ascendente caeli nouo obsequio patuerunt. Celebremus ergo deuota solemnitate & hūc diē quo cognitum Christum magi ex gentibus adorauerunt, sicut celebrauimus illum diem quo natum Christum pastores ex Iudaea viderunt. Ipse enim dominus deus noster qui elegit Apostolos ex Iudaea pastores, per quos congregaret saluandos etiam ex gentibus peccatores.

In eodem festo: Sermo VII.

**D**omini & saluatoris nostri Iesu Christi aduentus in carne in ipso de virgine rudi eius exortu manifestari gentibus cepit, cum ad eum adorandum magi ab Oriente venerunt. Hic dies sollemnissimus debita sanctitate est factus ecclesiae, maxime quaereuit ex gentibus, & angulari lapide alterum parietem structura vberiore coepit, ut illi pax nostra faceret vtraq; vnum, ex circumcisione & praepitio condens ecclesiam. Vnde & lapis angularis dictus est tanquam in se copulans ex diuersitate venientes, ut commutaret vtroque in vno corpore deo, sicut Prophetica & Evangelica & Apostolica doctrina testatur. Nato itaque domino ex virgine, quem diem nuperrime celebrauimus, pastores admoniti ab angelis secundum Lucam Evangelitam ad infantis verbi praesepe venerunt. Pastores autem illi Israelitae fuerunt. Ecce praesignatus est vnus paries, angularē lapidem de circūcisione praecurrens. Paucis diebus inde transactis, hodie magi ab Oriente venisse creduntur, & illius paruuli magnitudinē cognouisse, quos Matthaus Euangelista commemorat. Ecce alius paries ex praepitij desperatione concurrēs nos proprie figurauit, & diem nobis festum familiari letitia genuinauit. In caelo enim videntes ignotissimam stellam, non ante paucos dies sed ante ferme biennium, sicut inquirerent Herodi patefecerunt. Vnde a bimatu & infra, secundum tempus, ut scriptum est, quod inquisierat a Magis. Hanc stellam sicut intelligitur admirati, cuius etiam esset coequenti reuelatione nosse meruerunt, regis videlicet Iudaeorum, eoq; nato cum & hoc eius gratia cognouissent, ad eum adorandum hodie occurrere potuerunt. Non vtiq; regi Iudaeorum, qualis illic solebat, hunc nam magnam honorem longinquo alienigenae & ab eodem regno profusus extranei a se debere arbitrabantur.

Sermo XXXV.

Math. 2.

Eph. 2.

Luce. 2.

Math. 2.

Tomus decimus.

tur, sed tamen natum esse didicerant in quo adorando se salutem, qua secundum deum est, consecuturos minime dubitarent. Neq; enim aetas erat saltem cui adlatio humana seruiret, non sub poplite sella regalis, non de membris purpura, non de capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, non glorioforum fama praeriorum hos ad eum viros ex remotis terris cum tanto voto supplicationis attraxerat. Iacebat in praesepe puer ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate, sed magnum aliquid latebat in paruo, quod illi homines primitiae gentium non terra portante, sed caelo narrante didicerant, qui tam ex longinquo tanquam proplices veniebant, & quod intuendo non videbant, sompererit adorando cupiebant. Regina quaedam Austri uenerat a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, nec illa regni eius sublimitate, sed metis luce commota est. Veruntamen inerat in Salomone doctrina, qua verbis eius longissime ac latissime diffamatis ad discendum potuit studiosos animos excitare, proinde illa non latentem deum, sed loquentem hominem, non adorare uenerat sed audire. Hic autem qui donauerat illam sapientiam Salomoni, & erat virtus ac sapientia dei infirmitate carnis indutus, adhuc per pusillam aetatem tacebat in terris, & iam per amplissimam maiestatem clarebat in caelis. Quid times Herodes? Quid maligna mente turbaris? Si salutem tuam sapias, ille natus est per quem regnum dei videas. Quid sauis? Quid occidis infantes? Quid etatem innoxiam noxius insectaris? A gladio regis huius nemo erit crudelitate, sed pietate securus. Detestanda ergo regis Herodis infantia, sed magis miranda Iudaeorum stultitia, propter quos iudicandos dispositione diuina se a conspectu Magorum Christum quaerentium parumper illa stella subtraxit. Apparuit namque ut locum in quo puer fuerat demonstraret. Poterat vtrique index etiam ciuitatis existere, sed quod in Bethleem Iudaeae Christus nasceretur, de libris sanctis interrogati Iudaei proferre debuerunt, parati ad legendum, cæci ad intelligendum, duri ad credendum. Hos ergo nos in vetustate literae dimittamus, & ex eorum adiuti codicibus adorandum Christum cum istis alienigenis agnoscamus.

Item in eodem festo alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eos habetur XLIII. Dominica intra octauas Epiphaniae domini de baptismo Christi: Sermo I.

**I**ntelligere possumus fratres charissimi quantum gratiam Christo domino debeamus, qui vota votis accumulatur, gaudia gaudiis multiplicat. Ecce enim adhuc exultamus Christum dominum natum, & iam eum letamur pro salute humani generis baptizatum. Necdum ortus est eius expleta festiuitas, & iam baptismatis eius est celebranda sollemnitas. Vix natus est hominibus, & iam renascitur sacramentis. Hodie enim licet post multa annorum curricula consecratus est in Iordane. Ita ergo disposuit dominus ut votis vota subiugeret, hoc est, in vno eodemq; tempore & aderetur per virginem & per mysterium gigneretur, essetq; continuata festiuitas carnis natiuitas atque baptismatis: ut quoadmodum tunc eum miramur incorrupta matre pro genitum, ita & nunc suscipiamus illum pura vnda submersum. Et gloriemur in vtroq; facto, quia filium genuit mater & casta est, & quia Christum vnda lauit & sancta est. Nam sicut post partum glorificata est Maria castificatio, ita post baptismum aquae est purificatio coprobata, nisi quod penes maiori munere quam Maria vnda ditata est. Illa enim sibi tantum meruit castitatem, ista nobis contulit sanctificationem.

Reg. 10.

Math. 12.

E

F

Sermo XXXVI.

f ij cationem.

Math. 5.

Ioan. 15.

Phillip. 2.

Psal. 67.

Math. 5.

1. Cor. 1.

Luce. 17.

1. Ioan. 4.

Sermo XXXIII.

Ioan. 4. Luce. 2. Math. 2.

Luce. 2. Eph. 2.



**G**rationem. Illa meruit ne peccaret, ista ut peccata purgaret. Illa propria delicta a se repudiat, ista in se per dei gratiam aliena condonat. Illi est collata virginitas, isti donata fecunditas. Illa vnum procreauit & pura est, ista generauit plures & virgo est. Illa prater Christum nescit alium filium, ista cum Christo mater est populi. Natalis ergo hodie alter est quodammodo saluatoris. Nam iisdem eum signis, iisdem miraculis cognoscimus genitum, sed nunc maiore mysterio baptizatum. Denique spiritus sanctus qui tunc illi in vtero affuit, modo eum in gurgite circumfulsit. Qui tunc Mariam castificauit, nunc fluenta sanctificat. Pater qui tunc obumbravit in virtute, nunc clamat in voce, & quasi maturiore consilio qui tunc vmbra praesitit natiuitati, modo testimonium perhibet veritati. Ait enim deus, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Praeclarior plane est secunda quam prima natiuitas. Illa enim sine teste silentio Christum genuit, ista cum diuinitatis professione dominum baptizauit. Ab illa se Ioseph qui pater putabatur excusat, in hac se pater qui non credebatur insinuat. Ibi laborat suspicionibus mater, quia professioni deerat pater: hic honoratur genitrix, quia diuinitas filium protestatur. Honoratior, inquam, secunda quam prima natiuitas. Siquidem pater hic deus maiestatis inscribitur, illic Ioseph artifex aestimatur. Et licet in vtraque dominus per spiritum sanctum & natus sit & baptizatus, tamen honoratior est qui de caelis clamat, quam qui in terris laborat. Ioseph ergo faber in terris pater putabatur esse domini. Saluatoris, nec ab hoc opere deus qui vere est pater domini nostri Iesu Christi excluditur: Nam est & ipse faber. Ipse eni est artifex, qui huius mundi machina, non solum mirabili sed etiam ineffabili potetia fabricauit. T aqua sapiens architectus caelum sublimitate suspedit, terram mole fundauit, maria calculis alligauit. Ipse artifex, qui in nostris moribus praecidit superflua opera, vtilia quaeq; conseruat. Ipse est artifex, cui securum ad radicem viperinae positam Ioanes baptista comminatur, ut omnis arbor quae normam iustae discretionis excesserit, excisa radicibus tradatur incendio: Quae autem mensuram veritatis habuerit, caelesti fabrica deputetur. Hodie ergo baptizatur dominus in Iordane. Quale est hoc baptismum, vbi prior est fonte ille qui mergitur, vbi dum susceptum aqua diluit, non sordibus inficitur, sed benedictionibus honoratur? Quale, inquam, saluatoris est baptismum, in quo purgantur potius fluenta quam purgant? Nouo enim sanctificationis genere Christum non tam lauit vnda quam lota est. Nam ex quo Saluator in aqua se miserit, ex eo omnium gurgitem tractus cunctorumq; fontium venas mysterio baptismatis consecrauit. Et quisquis ibi in nomine domini baptizari voluerit, non tam illum mundi aqua diluit quam Christi vnda purificat. Saluator autem ideo baptizari voluit, non ut sibi munditiam acquireret, sed ut nobis fluenta mundaret. Interea Magorum beata legatio perducta ad sacra cunabula radio desuper currente miratur, Iudeam praecedit Aethiopia peccati exuenda nigredine, & fidei induenda candore. Quam stupenda dignatio: Inter amplexus genitricis includitur, qui caelum terramq; complectitur. In sinu matris latet, qui regnum patris excidit. Per simplex officium, spiritale reuelatur arcanum. Humanitas cernitur, & diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus & myrrham, plus in mysteriis quam in conscientia offerentes. In auri munere regia dignitas, in thuris vapore diuina maiestas, in myrrhae specie sepe-

lienda demonstratur humanitas, ac sic trinitatem oblationum numerus loquitur, vnitatem deuotio vna testatur. Per hoc ergo peruigili intentione cordis caelum semper studeamus aspicere, si ad Christum cupimus peruenire. Dirigat ergo nobis semitas vitae, perfecta stella iustitia, quae dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus. Offeramus ei aurum fidei, pietatis aromata, castitatis holocausta. Spiritalem quoque myrrham habeamus in nobis, quae ita animas nostras condiat, ut illas a peccati corruptione custodiat, quod ipse praestare dignetur, qui vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica: Sermo II.

**I**cet fratres dilectissimi de solennitate diei huius veterum sit diuersa traditio, vna tamen sanctae deuotionis est fides. Et quanquam nonnulli hodie dominum nostrum Iesum Christum stella duce venientibus ab Oriente magis aestiment adoratum: Alij autem asserant eum aquas in vna mutasse: Quidam vero baptizatum illum a Ioanne confirmant, in omnibus dei filius creditur, in omnibus est vera festiuus. Nam quod Magis utique gentibus & adorare dominum & munera offerre conceditur, gentium est praefigurata vocatio. Quod aquae vero transformantur in vinum, religionis nostrae designatur arcanum. Quod vero fluentis Iordanis baptizatur Iesus, aquae nostro baptismati consecrantur. Oportet itaque charissimi, ut aliqua nunc de ipso baptismate sanctitatis vestrae prout dominus donauerit proferamus, ut simul & humilitatem Saluatoris nostri, & mysteriorum gloriam cognoscatis. Praedicabat in deserto Ioannes baptismum poenitentiae populo, in remissionem peccatorum, non quo crimina commissa deleteret, sed quo emendaret errantes. Nam remissio peccatorum Christi gratia seruabatur. Consuebat ergo ad Iordanem desiderio lauari diuersorum copiosissima multitudo, quorum erant tam scelerati actus, vicia tam perditia, ut eos venerabilis Baptista viperino semini compararet. Inter huiusmodi homines ille virtutum caelestium dominus, ille qui respicit terram & facit eam tremere, Christus Iesus, non dedignatur humilis & quietus ad seruili sui baptismum properare. Sed quid mirum de mansuetudine, si se prophetarum manibus inclinavit, qui se ab inimicis suis passus est crucifigi? Quo properante ad flumem, talem Ioannes circumstantibus turbis erupit in vocem, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: hoc est dicere, Cessate iam, cessate a baptismo meo quo poenitentia incipit: Ecce baptista per quem crimina dimittuntur, desinite vltimus a coleruo vestro baptizari velle, praesens est dominus omnium nostrum qui baptizat ad vitam. Illum sequimini, illi credite, ab illo lauacrum salutis tota mente supplices postulate, a quo & ego ipse baptista vester cupio baptizari. Non renuit quidem Iesus testimonium vocis huius, sed qui per ordinem vellet vniuersa complere, nihilominus baptizari se expetit a Ioanne, & baptista deuotus baptizandi sui potentia tremefactus ait. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me id est, quoniam ego creatura sum, tu creator. Ego seruus, tu dominus, Ego figura, tu veritas. At Iesus ait, Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, id est, quid nunc ista commemoras, propositum suscepi humilitatis, implendum est. Tunc ille qui praesumere formidabat, velociter paruit praecipientis imperio. Baptizatur ergo Iesus non sibi, sed nobis. Baptizatur ut non purificetur aquis, sed ut aquas ipse sanctificet. Baptizatur nouus homo, ut noui

Luc. 1.  
Matth. 3.  
Luc. 1.  
Matth. 3.  
Matth. 1.  
Matth. 13.  
Matth. 3.

Exo. 23.  
Sermo XXXVII.  
Matth. 2.  
Ioan. 2.  
Matth. 3.  
Magi quid praegnant  
Aqua in vni transformata quid Baptisma Christi qd  
Psal. 103.  
Ioan. 1.  
Matth. 3.  
Chris quor baptizatus

1. Pet. 1.  
Luc. 3.  
Sermo XXXVIII.  
Fides necessaria ad beatitudinem. Hebr. 11.  
1. Corin. 5.

**A** vt noui baptismatis constituat sacramentum. Apertissimi sunt, inquit, ei caeli. Aestimo ut in caelestibus esset miraculum de his quae gerebantur in terris: sicut ait scriptura, In quem concupiscunt angeli prospicere. Quomodo enim poterant non mirari virtutes caelorum & dominationes, Cherubin & Seraphin, cum viderent dominum sabaoth in fluuio a Ioanne baptizari? Vt autem Ioannis testatio etiam caelesti testimonio confirmetur, vidit spiritum sanctum corporali specie, quasi columbam descendentem & manentem super Iesum. Audit & patrem dicentem, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui bene. Aduertite dilectissimi fratres quanta nobis in baptismate domini nostri Iesu Christi facta sit gratia, quam subtili sacramento trinitas se homini reuelauit. Pater enim auditur in voce, filius manifestatur in homine, spiritus sanctus dinoscitur in columba. Quam mirifico autem mysterio noster Iesus Christus vel tactu corporis sui, vel transitu gloriae suae omnem ad momentum creaturam sanctificat, viuificat & illustrat. Aquas enim consecrat dum baptizatur, terram sanctificat dum sepelitur, mortuos suscitatur dum resurgit, caelestia glorificat dum ascendit in caelum & sedet ad dexteram patris.

In eadem dominica de Trinitate et columba: Sermo III.

**V**anuis fratres in huius exilij erumnosam caecitatem pro originali peccati iustissima poena a gaudio beatae felicitatis deieci simus, non tamen ita inde praecisi atque abrupti sumus ut non etiam in istis mutabilibus aternitate, veritate, beatitudinem, querere vel desiderare ignoremus. Quod ex eo perspicuum est, quod nec mori, nec falli, nec miseri esse voluntatem habemus: vnde ex naturali instinctu beatos esse velle, qui est omnibus licet diuerso modo, in animis singulorum beatitudinis appetitus fiat. Quidam enim beatum existimant esse regno potiri terreno, alij diuitiis abundare, alij honoribus exaltari: Quidam vero laudibus celebres esse gaudent, alij voluptatibus inhiant carnalibus. Sed nequaquam in huius vitae volubilitate vera inueniri poterit beatitudo. Quocirca tota sancta series scripturarum nos a terrenis ad caelestia erigi adhortatur, vbi vera & sempiterna est beatitudo, ad quam nisi per fidem catholicae pacis cooperante charitate dei & proximi neminem peruenire certissimum est. Denique ad veram beatitudinem peruenire volentibus, primo omnium fides necessaria est: sicut Apostolica docet auctoritas dicens, Sine fide impossibile est placere deo. Constat ergo neminem ad veram peruenire posse beatitudinem, nisi deo placeat, & deo neminem posse placere nisi per fidem. Fides nanque est bonorum omnium fundamentum. Fides est humanae salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum dei consortium potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc seculo quicquam iustificationis exequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit eternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem beatae visionis domini nostri Iesu Christi. Proinde omnis anima rationalis arate congrua discat fidem catholicam, maxime populi praedicatores Christiani, & ecclesiarum dei doctores, ut possint veritati contradicentibus resistere, & catholicam amantibus pacem prodesse. Quomodo enim docet quis quod non didicerit, vel qualiter pastor esse poterit si pane vitae gregem sibi commissum pasceat ignorat? Non erubescat discere nesciens quod ignorat, nec sciens tardus sit docere quod nouit. Sciat vterque

que suo domino accepta pecuniae rationem se redditurum: Tunc desiderabilem fidelis seruus audiet vocem domini dicentis, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constitui, intra in gaudium domini tui. Omnis itaque scriptura veteris ac noui testamenti diuinitus inspirata si catholice intelligitur, hoc insinuat, quod pater & filius & spiritus sanctus vnus sit deus, eiusdem substantiae vnusq; essentia, atq; inseparabilis in diuinitate vnitas. Ideoq; non sunt tres dii sed vnus deus, pater & filius & spiritus sanctus. Quauis pater filium genuerit, & ideo filius non sit qui pater est: filius a patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius est: spiritus sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum patris & filij spiritus, patri & filio etiam ipse coequalis & ad trinitatis pertinens veritate: Et haec trinitas vnus deus est ex quo omnia, per que omnia, & in quo omnia, beato Paulo attestante vbi ait, Quonia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Te neamus igitur firmissime patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse naturaliter deum, nec tamen patrem ipsum esse qui filius est, nec filium ipsum esse qui pater est, nec spiritum sanctum ipsum esse qui pater est aut filius. Vna est enim patris & filij & spiritus sancti essentia, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus, quauis personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Quod nobis maxime in ipso sanctorum scripturarum initio demonstratur, vbi deus dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum enim singulari numero dicit, Imaginem, ostendit vnam naturam esse ad cuius imaginem homo fiebat, non vnam esse personam. Si enim illa vna essentia patris & filij & spiritus sancti vna esset persona, non diceretur ad imaginem nostram, sed ad imaginem meam, nec dixisset, faciamus, sed faciam. Si vero in illis tribus personis tres essent credenda vel intelligenda substantia non diceretur ad imaginem nostram, sed ad imagines nostras. Sed ad vnam imaginem vnus dei homo factus dicitur, ut vna sanctae trinitatis essentialiter diuinitas intimaretur. Hanc quoque trinitatem personarum atque vnitatem naturae propheta Esaias reuelatam sibi non tacuit, cum se dicit Seraphin vidisse clamantia. Sanctus sanctus dominus deus sabaoth Vbi prorsus in eo quod dicitur ter sancto, personarum trinitatem, in eo vero quod semel dicitur, dominus deus sabaoth, diuinae naturae cognoscimus vnitatem. Plane ergo & absq; omni dubitatione credendum est patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse deum omnipotentem, aeternum, incommutabilem, & singulus horum deus, & simul omnes vnus, & singulus quisque horum plena & perfecta aeterna substantia, & simul omnes vna substantia. Quia quicquid est pater quo deus est, quo substantia est, quo aternitas est, hoc filius, hoc spiritus sanctus est. Et quicquid est filius in eo quod deus est, quo substantia est, quo aternitas est, hoc pater est & filius. Vna ergo in tribus diuinitas, vna essentia, vna omnipotentia, & quicquid substantialiter potest dici de deo. Si forte de solo patre interrogatus fueris: Quid sit pater? Responde, deus. Interrogatus de filio: Responde, deus. Interrogatus de spiritu sancto: Responde, deus. Si interrogatus fueris simul de patre & filio & spiritu sancto, non deos, sed deum responde vnum, omnipotentem, incommutabilem. Sciendum est vero quod quadam de deo substantialiter dicuntur, ut deus est magnus, omnipotens, & quicquid

Matth. 23.  
Roma. 11.  
1. sen. d. 2. ca. omnes.  
E  
Gener. 1. sen. d. 2. ca. pponamus.  
Esa. 6.  
F

**G**uicquid ad se dicitur, id est, substantiam diuinitatis significans. Quaedam vero relatiue dicitur, ut pater ad filium, filius ad patrem, & spiritus sanctus relatiue ad patrem & filium, ad se autem siue pater siue filius siue spiritus sanctus deus dicitur. Itaque pater eo quod deus est, hoc ipso substantia est, quia eiusdem substantie proculdubio & filius deus & spiritus sanctus deus. At vero deus eo quod pater est relatiue dicitur, quia non substantia nomen est, sed refertur ad filium deum esse. Nec ita dicimus filium patrem esse, sicut dicimus deum esse, quia de substantia dicitur, pater vero & filius & spiritus sanctus relatiue dicitur. Sicut enim relatiue pater & filius dicuntur, ita & spiritus sanctus ad patrem & filium quodammodo relatiue dicitur, quia patris & filij spiritus est. Sed ipsa relatio spiritus sancti non ita reciproca ratione conuerti poterit sicut pater & filius. Nam pater filij pater dicitur, & filius patris filius dicitur, spiritus vero sanctus vniuersimodum dicitur ad patrem & filium, quia patris & filij spiritus est. Dicimus enim spiritum sanctum spiritum patris, sed non vicissim dicimus patrem spiritum sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum spiritum filij, sed non dicimus filium spiritum sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. Dicitur & idem spiritus domini dei, quia donator est deo doni sui. In quibus nominibus circuleri potest vicissim relationis regula, ut si dicamus donator doni, & donum donatoris, quia in his vocabulis potuit inueniri vtitata huic categoriae quae dicitur ad aliquid circulatio. Ergo hoc donum dei, id est, spiritus sanctus qui de patre & filio aequaliter procedit, ineffabilis quaedam patris filijque communio est. Et ideo fortasse sic appellatur, quia patri filioque potest eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipse proprie dicitur quod illi communiter dicuntur, quia & pater spiritus & filius spiritus recte dicitur. Ergo ut nominibus iunctis quae separatim vtrique personae conueniunt vtriusque communio proprie significetur, vocatur spiritus sanctus, quae est tertia in sancta trinitate persona patri & filio per omnia aequalis, coaeterna & consubstantialis. Et haec trinitas vnus est deus solus, bonus, magnus, aeternus, omnipotens, ipse sibi vnitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia, & quicquid ad se substantialiter dicitur. Non ita in relatiuis vocabulis intelligendum est vel dicendum: quia dici non potest pater sibi pater, vel filius sibi filius, vel spiritus sanctus sibi spiritus sanctus, sed haec relatiua vocabula ad aliam proculdubio personam referri debent. Quicquid ergo ad se dicitur pater & filius, non dicitur alter sine altero: id est, quicquid dicuntur quod substantia eorum ostendat, simul dicuntur. Si haec ita sunt, iam ergo nec pater est deus sine filio, nec filius deus sine patre: id est, non ita dicitur deus pater quasi filius non sit deus, nec filius ita dicitur deus quasi pater non sit deus, sed ambo simul deus, etiam & vnus deus. Quocirca quicquid secundum substantiam vel aeternitatem de eis dici potest, ambo simul sunt: ut quod de filio dicitur, deus de deo, lumen de lumine, ambo simul lumen, sed non pater deus de deo, nec lumen de lumine, sed filius deus de deo, & lumen de lumine, ambo tamen simul & semper vnus deus & vnus lumen. Sic etiam de aliis appellationibus quae secundum substantiam dicuntur, id est, quod simul ambo sunt dici debet, ut omnipotens, magnus, bonus, aeternus & caetera, quae ad se dicuntur. Quod si ita est, hoc solum de eis dici non potest illud de illo quod simul ambo non sunt: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum, sed solus filius, nec imago de imagine, quia non simul ambo

**H**  
s. de Trinitate cap. 11.

imago, sed solus filius imago, nec filius de filio, quia non simul ambo filius, nec pater de patre, quia non simul ambo pater. Et ideo quod Euangelista ait, Et verbum erat apud deum, multum est ut sic intelligatur, verbum quod solus est filius, erat apud deum quod non solus est pater, sed pater & filius simul deus. In quo perfecte intelligitur, quod non praecessit genitor illud quod genuit. Et quod ipse in Euangelio ait, Ego & pater vnus sumus: Vnum sumus enim: id est, quod ille, hoc & ego, secundum essentiam non secundum relatiuum. Quod dicimus lumen de lumine, non duo lumina intelligenda sunt vel separatio luminis, sed intelligendum est quod filius effulgentia aeterna luminis est aeterni, sicut imago sempiterna substantiae sempiternae est imago. Exempli gratia: Si quaeris quid sit Abraham iuxta substantiam: Respondetur homo. Si quaeris de Abraham cur pater sit: Relatiue respondetur, quia filium habet Isaac. Si quaeris de Isaac cur sit filius: Relatiue respondetur, quia patrem habet Abraham. Omnis vero relatio ad aliquid aliud refertur. Et haec regula relationis in personis sanctae trinitatis intelligenda est. Si ergo interrogatus fueris de deo, cur dicatur pater: Relatiue responde, quia habet filium. Ita etiam de filio responde, relatiue ideo esse filium quia habet patrem. Si ergo dictum de deo tibi fuerit, quomodo pater hoc est quod filius, aut filius hoc est quod pater: Responde secundum substantiam hoc est filius quod pater, hoc pater quod filius, quia vnus est deus & vna substantia pater & filius. Ad se enim deus substantialiter dicitur: Ad patrem filius, vel pater ad filium relatiue dicitur. Iuxta personae proprietatem non est pater qui filius, nec filius qui pater, iuxta substantiam vnitate hoc pater quod filius, id est, deus vnus omnipotens, Quicquid ergo ad seipsum dicitur deus, & de singulis personis dicitur de patre & filio & spiritu sancto, & simul de ipsa trinitate non pluraliter, sed singulariter dicendum est: quoniam quippe non aliud est deo esse & magnum esse vel aliud esse, & aliud bonum esse, sed hoc idem est illi esse & magnum esse & bonum esse, propterea sicut non dicimus tres deos, nec tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, nec tres bonitates, sed vnum deum, vnam essentiam, & vnam magnitudinem & vnam bonitatem: Absque omni scilicet dubitatione credi necessarium est, quod pater plenus deus & perfectus est, filius plenus & perfectus est deus, spiritus sanctus plenus & perfectus est deus: non tamen tres dii pater & filius & spiritus sanctus, sed vnus deus plenus & perfectus: nec aliquid maius tres simul dici pater & filius & spiritus sanctus, quam vnus quilibet vel pater vel filius vel spiritus sanctus: quia eadem natura est in vnaquaque persona simul dicta quae est in tribus personis simul nominatis. Non ita dicimus in hominibus fieri posse: Abraham plenus homo, Isaac plenus homo, Iacob plenus homo, & hi omnes vnus substantiae quantum ad humanam pertinet naturam: non tamen hi tres vnus homo, sed tres omnimodis homines, & aliquid maius in tribus cognoscitur quam in quolibet vno eorum. Item Abraham vnus homo, non tamen tres personae in eo, sicut in vno deo tres personae plenae & perfectae: Sed vna persona in Abraham, sicut in vno solet homine esse. In deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est, nec tamen omne quod de deo dicitur secundum substantiam dicitur, ut in superioribus diximus. Quamuis enim dicitur pater ad filium, filius ad patrem secundum ad aliquid, non est tamen accidens patri patrem esse, nec filio filium esse: quia & ille semper pater: & ille semper filius: quia aeternitas & incommutabilitas

Ioan. 1.

Ioan. 10.

L

M

**A**bilis negat alicuius accidentis in deo instabilitatem, quia omne accidens secundum tempus vel esse vel non esse potest vel potuit vel etiam poterit: quia pater nunquam non pater, filius nunquam non filius, nec cepit vnquam pater esse pater, nec filius esse filius. Quod si aliquando cepisset pater esse pater, vel filius esse filius, vel desineret esse quod erat, secundum accidens diceretur pater vel filius. Si vero quod dicitur pater ad se ipsum diceretur non ad filium, & quod dicitur filius ad se ipsum diceretur non ad patrem, secundum substantiam diceretur: Sed pater non dicitur pater nisi ex eo quod est ei filius, & filius non dicitur filius nisi ex eo quod habet patrem. Non ergo secundum substantiam ut dictum est in prioribus, quia non quisque eorum ad se ipsum, sed ad se inuicem atque ad alterutrum ista dicuntur: Neque secundum accidens, quia & quod dicitur pater & filius, aeternum atque incommutabile est eis. Quamuis enim alius sit pater, alius filius, non est tamen diuersa substantia patris & filij: quia haec non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum, quod tamen relatiuum non est accidens, quia non est mutabile. Cum itaque tantus solus est pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus, quantus est simul pater & filius & spiritus sanctus, nullo modo triplex dicendus est deus, quia non est quo crescat illa perfectio summam trinitatis. Perfectus autem siue pater siue filius siue spiritus sanctus, & perfectus deus pater & filius & spiritus sanctus, ideo trinitas potius quam triplex dicenda est: habent singulae in trinitate personae aliquid proprium quod inseparabili aequalitate aliquam in se ostendant proprietatem. Pater solus pater, & filius solus filius, & spiritus sanctus solus spiritus sanctus. Et pater hoc habet proprium, quod ex omnibus quae sunt solus est, quia ab alio non est, ac per hoc solus est in paternitatis persona, non in diuinitatis essentia. Vnigenitus vero dei filius hoc habet proprium, quod ex solo id consubstantialiter, id est, patre, & coessentialiter solus genitus est, & in hoc personae suae proprietatem. Spiritus sanctus autem hoc habet proprium quod ex patre & filio aequaliter procedit, & est amborum spiritus eiusdemque substantiae & aeternitatis cum patre & filio. Sed haec tria vere etiam tria sunt ineffabiliter, quae tria & essentialiter tria habent proprietates suas: & haec tria vnum & vere vnum: & hoc vnum tres, sed non tres patres, nec tres filij, nec tres spiritus sancti, sed tres personae: Vnus pater, vnus filius, vnus spiritus sanctus: & hi tres, id est, pater & filius & spiritus sanctus vnus sunt in natura, omnipotentia & aeternitate. Sed hoc etiam atque etiam firmiter tenendum est, nihil in sancta trinitate ad se dictum, plurali numero esse dicendum: quia simplex illa diuinitatis summam naturam singulari numero dici debet non plurali: ac ideo non tres deos, nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos, nec tres essentias in deo dicere fas est. Cum enim personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus, his tamen vnum est naturae nomen, quod dicitur deus vel substantia vel essentia vel omnipotentia, vel alia multa quae substantialiter non relatiue de deo dicuntur. Indubitanter siquidem credere debemus ipsam sanctam trinitatem esse inseparabilis substantiae, essentiae, inseparabiliterque operari quicquid a singulis personis legimus operatum esse. Quamuis enim certissimum sit patrem esse solum qui dixit, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: & filium esse solum super quem illa vox solius patris sonuit, quando in Iordane secundum Ioannem baptizatus est, idem vnigenitus decimus.

Math. 3.

nitus deus qui carnem solus accepit: & spiritum sanctum patris & filij solum esse, qui in specie columbae super eum baptizatum ascendente de aqua descendit, & quinquagesima die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos in linguarum ignearum visione adtinentiens repleuit: Illam tamen verissime vocem qua solus locutus est deus pater, & illam carnem qua solus homo factus est vnigenitus deus, & illam columbam in cuius specie spiritus sanctus super Christum descendit, illasque linguas igneas in quarum visione fideles in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctae trinitatis, id est, vnus dei qui fecit in coelis & in terra visibilia & inuisibilia, verissime credendum est. Deus ergo per immensitatem naturae suae totam creaturam suam & implet & continet: ac per hoc totum quicquid est implet pater, totum filius, totum spiritus sanctus, quia pater & filius & spiritus sanctus naturaliter vnus est deus. Inseparabilis ergo naturae vnitas non potest separabilis habere personas. Haec vero summa diuinitatis atque indiuiduae vnitatis natura quae est sola vbiue tota, sicut vbiue inseparabilem habet vnitatem naturae vel operis, sic separationem non potest accipere personarum. Nominantur quidem illae personae aliquando singulae: Sed ita se voluit ipsa deus trinitas inseparabilem ostendere in personis, ut nullum ibi nomen sit in qualibet persona quod ad aliam secundum relationis regulam non referatur. Sicut pater ad filium, vel filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrem & filium verissime refertur. Ea vero nomina quae substantiam vel potentiam vel essentiam dei significant, vel quicquid proprie ad se dicitur deus, omnibus personis aequaliter conuenit, ut deus magnus, bonus, aeternus, omnipotens, & omnia quae naturaliter de deo dicuntur. Non est ergo aliquid naturae nomen quod sic patri conuenire possit ut aut filio aut spiritui sancto conuenire non queat. Deus enim pater naturaliter est deus, aequaliter & filius & spiritus sanctus. Idcirco inseparabilis est sancta trinitas in personis sensu intelligenda, quantum in voce separabilia habeant nomina, quia pluralem numerum in naturae nominibus nullatenus recipit. In hoc ostenditur personas non posse diuidi in sancta trinitate, quia cuiuslibet personae nomen semper ad alterum recipit personam. Si patrem dicis filium ostendis, si filium nominas patrem praedicas, si spiritum sanctum appellas, alicuius esse spiritum necesse est intelligas, id est, patris & filij. Et hoc regulariter tenere debemus, quod omnis naturae nomina vel essentiae, sicut in vna persona singulariter, sic etiam semper in tribus singulari nomine dici debent. Si quis vero minus est in talibus exercitatus mysteriis summae trinitatis, votis agat apud deum ut intelligat quae dei sunt, non mecum querelis quod ea scripsi quae in sanctorum dictis doctorum legebam. Sciendum vero est quod per omnia idem est patrem dicere & ingenitum, quia & filium non genuisset nisi perhiberet eum dici ingenitum, quia dum dicitur ingenitus, non quod sit, sed quod non sit ille, de quo dicis ingenitus significatur. Pater itaque secundum affirmationem, ingenitus secundum negationem dicitur. Negatur itaque eum esse genitum de quo hoc dicitur: nec tamen aliquid eum genuisse significatur dum dicitur ingenitus. Patrem itaque dum dicimus, significamus eum filium genuisse, quia filius proprie de eo genitus dicitur, quia patrem habet qui eum genuit. Sed non inter patrem & filium diuisio vel scissio, quia alter in altero esse sicut in Euangelio legimus ipsum dominum dicentem, Ego in patre & pater in me est. Vnus ab vno genitus, perfectus a per-

Acto. 5.

E

F

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Gfecto. Plenitudo diuinitatis in vtroque, nihil differens alter ab altero, quia vita à viuente est filius à patre, sicut ipse ait, Sicut pater habet vitam in semetipso, sic talem filium genuit, qui vitam haberet in semetipso. Spiritus siquidem sanctus nec ingenuus nec genitus alicubi dicitur: Ne si ingenuus diceretur sicut pater, duo patres in sancta trinitate intelligerentur: Aut si genitus diceretur sicut filius, duo itidem filij in eadem æstimarentur esse sancta trinitate: Sed tantummodo procedere de patre & filio salua fide dicendus est. Qui cum non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sicut quidam male intelligentes credendum esse putabant, sed simul de vtroque procedit, quia pater talem genuit filium, vt quemadmodum de se, ita & de illo quoque procedat spiritus sanctus. Decem sunt genera locutionis, quibus homines suos sensus solent inter se conferre. Non de illis dico, quas grammatici partes orationis vocant, sed de illis quas philosophi Græce categorias, Latine prædicameta appellare solent. Quæ quidem sic nominantur: Substantia, qualitas, quantitas, ad aliquid, quod genus locutionis relatiuum dicitur. Item habitus, situs, tempus, locus, facere, pati. Hæc sunt igitur causa locutionis nostræ. Aut enim de substantia cuiuslibet rei loquimur, vel de quantitate, id est, magnitudine, aut etiam de qualitate, in quo genere locutionis bonos dicimus qui boni sunt. Aut vero ad aliquid, id est, dum personæ quælibet inter se conferuntur, vt dominus non dicitur nisi seruus intelligatur, nec iterum seruus nisi respiciatur ad dominum. Item de habitu animi vel corporis, aut de situ in quo considerabitur stare, sedere, iacere. De loco & tempore, id est, quid in quo loco vel tempore fiat. Item quis quid faciat vel patiat, sæpe loquela nostra ostendit. His ergo omnibus modis, solet sancta scriptura de deo loqui, sed aliter proprie, aliter trãslatiue, aliter relatiue. Proprie deus dicitur substantia vna, summa, ineffabilis, quæ semper idem est quod est, quia nihil ei accedens vel recedens inesse poterit, quæ semper est, quia semper immutabilis. Itẽ deus magnus dicitur, non autem magnitudine, nisi qua ipse magnus & immensus. Ea igitur magnitudine magnus est, qua ipse eadẽ est magnitudo, & ea bonitate bonus quæ ipse est. Nec deo aliud est esse, aliud magnum esse, aliud bonũ esse, sed eo quo magnus est & bonus est, ideo nec tres substantias, nec tres magnos, nec tres bonos de deo dicere fas est. Quod autem facere dicitur, de deo verissime dicitur, per quem omnia facta sunt, domino dicente, Pater meus vsque modo operatur & ego operor. Hęc quippe in prædicamentis supra nominatis de deo dicitur, si tamẽ proprie de illo aliquid dici ore hominis potest. Relatiue autem de deo dicitur pater & filius & spiritus sanctus, sicut supra abundanter docuimus. Situs vero & habitus & loca & tempora & pati nõ proprie, sed translatiue per similitudines dicuntur in deo. Nam & sedere super Cherubin dicitur, quod ad habitum: tanquam vestimentum amictus eius, quod ad habitum: & anni non deficient, quod ad tempus: & si ascendero ad cœlum tu illic es, quod ad locũ pertinet. Dicitur & de deo: Pœnitet me hominem fecisse: vel etiam, Laboraui sustinens: Neque enim aliquid deus patitur quantum ad eius substantiam pertinet, quia deus est, quia incommutabilis & impassibilis substantia est: dũ alia omnes substantiæ capiunt accidentia quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque mutatio, deo autem eiusmodi aliquid accedere non potest, quæ sola est incommutabilis substantia vel essentia quæ deus est, cui profecto ipsum esse

Ioan. 5.

Psal. 79.  
Psal. 103.  
Psal. 101.  
Psal. 138.  
Gen. 6.  
Hier. 6.

unde essentia nominata est maxime ac verissime cõ- K  
perit. Cui soli optime id congruit nomen, quod Græci dicunt on, Latine est: sicut Apostolus ait, Non est in illo est. Iam vero sublimitas huius tam arduæ disputationis respirare aliquatulum distantem admonet, vt liberiori sensu ea quæ deinceps dicenda sunt ingrediatur explanare. Omnis itaque sanctorum autoritas librorum hoc nobiscum agit vt recte de deo credamus, eumque tota animi intentione amemus: Sed acies mentis humana inualida est ad aspiciendam diuine maiestatis excel lentissimam lucem, nisi iustitia fidei & dilectionis diuina donante gratia illustretur splendore: quia propter diuina votis omnibus postulanda est gratia vt mundetur oculus cordis ad videndum quam proprie trinitas sit vnus & solus & verus deus, & quam recte pater & filius & spiritus sanctus vnus eiusdemque substantiæ vel essentia dicatur, credatur, intelligatur. Ad huius sacramissimæ beatitudinis visionem nemo nisi per fidẽ mun dato corde attingere poterit, dicente ipsa veritate, Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Hęc vero visio non carnalibus estimanda est oculis cerni posse, sed pura mentis intuitu consideranda est, secundum quod sancti spiritus gratia nostræ mentis acie illustrare dignabitur. Eorum igitur quæ sunt vel fuerint vel futura sunt, causa est deus, & eorum dator est & creator: & non est dicere, hoc est ipsum quibus vt essent dedit: nec alicui creaturæ partem suæ substantiæ dedit, & cum ipse sit immutabilis, mutabilia sine sui mutabilitate creauit. Ideo in illo hymno laudabili, quem peracta cœna mystica coram discipulis in laudem patris dei filij de cantauit, non dixit de fidelibus suis, vt vnum sint nobiscum: sed, vt vnum sint in nobis: quia diuersa substantia est creator & creaturæ. Nec etiam dixit: Ego & ipsi vnũ, quantum per id quod ecclesiæ caput est, & corpus eius est ecclesiæ, possit dicere: Ego & ipsi non vnum, sed vnũ, quia caput & corpus vnus est Christus: sed diuinitatem suam consubstantiali patri ostendens ait, Vt sint vnum. Vult ergo esse suos vnum, sed in ipso, quia in seipsis non possunt non dissociari ab inuicem per diuersas voluntates. Cum enim sit sancta trinitas vnus & solus, in substantia solus, in personis tria, quædam cum multa voluit esse, non illud esse ea voluit quod ille ipse est, dũ ea quæ voluit esse originem habent. Illi siquid sine origine est esse, deum supra omnem existentiam, supra omnem vitam, supra omnem intelligentiam credimus esse: Et ille est summa existentia, summa intelligentia, summa vita, à quo omnis vita, omnis intelligentia & omnis existentia. Dei enim idem ipsum est & potentia & substantia & diuinitas, & hæc omnia vnum: Et hoc vnum simplex de dei filio doctor egregius beatus Paulus Apostolus dicit, Cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Proinde melius esse videtur æqualitatem de diuinis dicere personis quam similitudinem, quanquam vtrunque inueniatur: quia vna quælibet substantia secundum quod substantia est, non est alia vt sit similis ad aliam. Nec enim in sancta trinitate substantia substantia similis est, sed vna & ipsa eadem substantia est: non est alia patris & filij & spiritus sancti, nec sunt tres substantiæ similes, sed vna trium æqualiter, nec pater filio prior, nec filius patre posterior, sicut Arriani voluerunt. Nam Abraham & Isaac licet vnus sint substantiæ secundum humanitatem, tamen Abraham prior est tempore & Isaac posterior: quantum sint similis substantiæ, tamen illa similitudo substantiæ in filio posterior est tempore: quod

Matth. 5.

Ioan. 17.

M

Philip. 2.

A quod impium est in deo credere aliquid prius esse vel posterius, quia nõ ex tempore deus coepit esse pater, sed sicut semper deus, ita semper pater, semper habens filium quem semel genuit ex sua æquale sibi natura. Addunt quoque dialectici quod omne simile receptibile possit esse dissimilitudinis, sicut duo homines quantum similes sint substantiæ, dissimiles possunt esse moribus, ideo nõ possunt per omnia æquales dici, & sunt duæ substantiæ in eis diuisa, vnusquisque in sua substantia plenus homo in patre vero & filio & spiritu sancto nõ est similis substantia, sed vna æqualis per omnia, & de quibus vnus vnus substantiæ, non de quibus vnus vnus substantiæ, sicut hæretici voluerunt.

Item in eadem dominica alius sermo, qui habetur inter sermones de Verbis domini. LXIII.

Dominica prima post octauas festi Epiphaniæ de charitate. Sermo I.

Sermo XXXIX.

Rom. 13. 1. Timo. 1.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

Ioan. 13.

Rom. 4.

1. Timo. 6.

Matth. 22.

**D**iuinarum scripturarum multiplicem abundantiam, latissimamque doctrinam fratres charissimi, sine vilo errore comprehendit, & sine vilo labore custodit, cuius cor plenum est charitate, dicente Apostolo, Plenitudo legis est charitas. Et in alio loco, Finis, inquit, legis est charitas, Et iterum dicit, Finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Si ergo non vacat omnes paginas scripturarum reuoluere, tene charitatem, & in ea inuenies omnem scientiam. Quis est autem finis præcepti, nisi præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis est charitas: hoc etiam hic dixit, Finis præcepti est charitas. Nec dubitari vilo modo potest, quod templum dei sit homo, in quo habitat charitas. Dicit enim & Ioannes, Deus charitas est. Hęc enim dicentes Apostoli, nobis charitatis excellentiam commendant. Non utique aliud nisi quod comederunt, eruaturare potuerunt, Ipse quoque dominus pascens eos verbo veritatis, quod est ipse panis viuus qui de cœlo descendit, Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et iterũ, In hoc scient omnes quia discipuli mei estis, si vos inuicem dilexeritis. Ille enim qui venit per crucis irrisionem carnis perimere corruptionem, & veritatem vinculi mortis nostræ suæ mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominem nouum. Res enim vetus erat vt homo moreretur. Quod ne semper valeret in homine, res noua facta est vt deus moreretur. Sed quia in carne mortuus est non in diuinitate, per sempiternam vitam diuinitatis, non permisit esse sempiternum interitum carnis. Itaque sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Qui ergo contra mortis vetustatem attulit vitæ nouitatem, ipse contra vetus peccatum opponit nouum mandatum. Quapropter quisquis vetus peccatum vis extingueret, mandato nouo extingue cupiditatem & amplectere charitatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix omnium bonorum est charitas. Totam magnitudinem & latitudinem diuinorum eloquiorum secura possidet charitas, quia deum proximamque diligimus. Docet enim nos vnus cœlestis magister, & dicit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis vniuersa lex pendet & propheta. Si nunc ergo non vacat omnes paginas sanctas perferat, omnia volumina sermonum euoluere, scripturarum secreta penetrare, tene charitatem vbi pen-

dent omnia, ibi tenebis etiam quod ibi non didicisti. Si enim nosti charitatem, aliquid nosti unde & illud pendet quod forte non nosti, & in eo quod in scripturis non intelligis. Charitas patet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Quapropter fratres sectamini charitatem dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Hęc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres latissima, inter falsos patientissima, In Abel sacrificio grata, in Noë per diluuium secura, in Abraham peregrinationibus mansuetissima: in tribus pueris iugulandis ignes innocenter expectat, in Machabæis sauos ignes fortiter tolerat. Casta in Sanna erga virum, in Anna post virum, in Maria præter virum. Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum. Sed quid ego de charitate maius aut vberius possum dicere, quæ quod per os Apostoli laudes eius intonat dominus, super eminentem viam demonstrantis atque dicentis, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aramentum sonans, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habeam, nihil sum. Et si donauero omnes facultates meas, & si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem non habeam, nihil mihi prodesse. Charitas magnanima est, benigna est, Charitas non amulatur, non agit perperam. Non inflatur, non dehonestatur, non querit quæ sua sunt. Non iritatur, non cogitat malum, nõ gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati. Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Quata est ista animarum salus, scientiæ solidamentum, fidei fructus, diuitiæ pauperum, vita morientium? Quid tam magnanimum quæ pro impiis mori? Quid tam benignum quam inimicos diligere? Sola est quam felicitas aliena nõ premit, quia non amulatur. Sola est quam felicitas sua non extollit, quia non inflatur. Sola est quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria secura est, inter odia benefica est. Inter iras placida est, inter insidias innocens. Inter iniquitates gemens, in veritate respirans. Quid illa fortius non ad retribuendas sed ad non curandas iniurias? Quid illa facilius, non vanitate sed veritate? Nam ideo tolerat omnia in præsentia vita, quia credit omnia de futura vita, & suffert omnia quæ hic irrogantur, quia sperat omnia quæ ibi promittuntur: merito nunquam cadit. Ergo sectamini charitatem, & eam sancte cogitantes afferte fructus iustitiæ. Et quod vberius quam ego dicere potui vos inueneritis in eius laudibus, appareat in vestris moribus, Oportet ergo vt senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis.

Gen. 4.  
Gen. 7.  
Gen. 12.  
Dani. 3.  
1. Mach. 7.  
Daniel. 13.  
Lucæ. 11.

1. Corin. 13

In eadem dominica de eo quod Christus tribus modis in scripturis intelligatur: Sermo II.

**D**ominus noster Iesus Christus quantum aduere potuimus scripturas, scilicet paginas sanctas, tribus modis nominatur quando prædicatur, siue per legem & prophetas, siue per epistolas apostolicas, siue per fidem rerum gestarum, quas in euangelio cognoscimus. Primus modus est secundum deum & diuinitatem illam patri coæqualem atque coeternam ante

Christus tribus modis in scripturis intelligitur. ante



G ante assumptionē carnis. Alter modus est, cū assumpta carne iam idem deus qui homo, & idem homo qui deus, secundum quamdam suā excellentiæ proprietatem quam cæteris coæquatur hominibus, sed est mediator & caput ecclesiæ, esse legitur & intelligitur. Tertius modus est quodammodo totus Christus in plenitudine ecclesiæ, id est, caput & corpus, secundum plenitudinem cuiusdam perfecti viri, in quo viro singuli membra sumus. Quod credentibus prædicatur, & prudētibus agnoscibile offertur: non omnia testimonia scripturarum tam multa angusto tempore siue recollere siue explicare possumus, quibus omnia tria ista genera probemus: sed tamen non omnia possumus improbata relinquere, vt quibusdam commemoratis testimoniis, cætera quæ commemorare non sinimur propter angustias temporis, per vos ipsos iā obseruare in scripturis & inuenire possitis. Ad primum ergo modum insinuandi domini nostri Iesu Christi, saluatoris vnici filij dei, per quem facta sunt omnia, pertinet illud quod nobilissimū & præclarissimum est in euangelio secundum Ioannem. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus

Ioan. i.

erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factum est in illo vita erat: Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Miranda & stupenda verba hæc, priusquam intelligantur amplectenda sunt: Partem cibo istam, ad omnes tamen perueniret cibus, sed non ad omnes totus cibus apponeretur ori vestro. Sic quasi quidam cibus & potus verborū nunc apponitur auribus vestris, & tamen totum ad omnes peruenit. An forte cum loquor alius sibi tollit vnam syllabam, alius alteram, aut alius vnum verbum, alius alterum verbum? Si ita est tot verba dicentur sum, quot homines video, vt ad omnes perueniat vel verba singula. Et facile quidem plura dico quam hic sunt homines, & oia ad omnes perueniunt. Verbum ergo hominis nō diuiditur per syllabas vt omnes audiāt, & verbum dei per frustra conciditur vt vbique sit? Nunquid hæc fratres sonantia atque transeuntia verba illi incommutabiliter permanenti verbo vlla ex parte comparanda arbitramur? Aut ego quia hæc dixi, comparauit? Sed quoquo modo insinuare vobis volui, vt deus quod exhibet in corporalibus rebus, valeat vobis ad credēda ea quæ nondum videtis de spiritalibus verbis. Sed iam ad meliora transeamus. Nam verba sonant & abeunt. De spiritalibus cogitationibus iustitiam cogitate. Cogitans iustitiam constitutus in istis partibus Occidentalibus, cogitans iustitiam constitutus in Oriente, vnde fit vt ille totam iustitiam cogitet, & ille nō totam videat, & ille totam? Nam qui videt iustitiam secundum quam gerat aliquid, ipse iuste gerit. Videt intus, agit foris. Vnde videt intus, si nihil sibi præsto est: Quia ipse in parte positus est, ad eandem partem non perueniet alterius cogitatio. Cum autem idem videas mente tu hic positus, quod videt ille tam longè positus, & totum tibi luceat, totum illi videatur, quia ea quæ diuina & incorporea sunt vbique sunt tota, crede verbum totum in patre totum in vtero. Crede enī hoc de verbo dei, qui est deus apud deum. Sed audi iam aliam insinuationem, alium modum insinuandi Christum quem scriptura prædicat. Ea enim quæ dixi, dicta sunt ante assumptionem carnem.

Ioan. i.

Nunc audi illud quomodo prædicat scriptura Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Nam qui dixerat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud

deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, frustra nobis diuinitatem verbi prædicaret si verbi humanitate taceret. Vt enim illum videam, hic mecum agitur, vt purget ad illum contemplandum, infirmitati meæ ipse subiuenit. Suscipiendo de natura humana ipsam naturam humanam, factus est homo. Venit cū iumento carnis ad eum qui iacebat in via vulneratus, vt partem fidem nostram incarnationis suæ sacramēto informaret atque nutriret, faceretque serenum intellectum ad videndum quod nunquam amisit per id quod suscepit. Esse enim cepit homo, esse non destitit deus. Ergo hæc est prædicatio domini nostri Iesu Christi secundum quod mediator est, secundum quod caput est ecclesiæ, quod deus homo est, & homo deus est, cum dicat Ioannes: & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Audite iam vtrunque in illo notissimo capitulo Pauli Apostoli, Qui cum in forma dei esset, inquit, nō rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Hoc est in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quomodo Apostolus dixit, Non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, si non æqualis deo? Si autem pater deus, ille non deus, quomodo æqualis? Vbi ergo ille ait, Deus erat verbum: ibi iste, nō rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Et vbi ille, verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ibi iste, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Attendite, per hoc ergo quod homo factus est, per hoc quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, per hoc semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Quid enim exinanivit? Non vt amitteret diuinitatem, sed vt indueret humanitatem, apparens hominibus quod non erat antequam homo esset. Sic apparendo se exinanivit, id est, referans dignitatem maiestatis, & offerens carnem indumentum humanitatis. Per id ergo quod semetipsum exinanivit formam serui accipiens, formam dei nō accipiens. De forma enim dei cum diceret, non dixit accepit, sed cum in forma dei esset constitutus non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ad formam autem serui vbi ventum est, Formam, inquit, serui accipiens: per hoc ergo mediator & caput est ecclesiæ, per quæ reconciliamur deo per sacramentū humilitatis & passionis & resurrectionis & ascensionis & iudicij futuri, vt duo illa audiantur cum semel locutus sit deus. Vbi duo

Lucæ. 10.

Philipp. 2.

L

audiantur? Vbi reddet vnicique secundum opera sua. Hoc ergo tenentes, nolite quæstiones mirari hominum quæ serpunt sicut cancer, quemadmodum dixit Apostolus, sed custodite aures vestras, & virginitatem mentis vestræ, tanquam desponsati ab amico sponsi vni viro virginem castā exhibere Christo. Virginitas enim vestra in mēte, virginitas corporis in paucis ecclesiæ. Virginitas mentis in omnibus fidelibus esse debet. Hanc virginitatem vult serpens corrumpere, de quo idem Apostolus dicit, Desponsati vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et timeo ne sicut Euam astutia sua serpens decepit, sic quoque & vestri sensus corrumpantur & excidant a castitate quæ est in Christo Iesu. Vestri, inquit, sensus, id est, vestræ mentes. Nam hoc magis proprium est. Sensus enim intelliguntur huius corporis, videndi, audiendi, odorandi, gustandi, tangendi, Mentis nostras timuit corrumpi Apostolus, vbi est fidei virginitas. Modo perge. Anima virginitatem tuam serua, fecundata postea in amplexum sponsi tui. Sepite ergo, vt scriptum est, aures vestras spinis. Turbauit fratres infirmos ecclesiæ quæstio Arrianorum, sed in domini misericordia superauit catholica fides. Non enim

Math. 16.

2. Timo. 2.

2. Corin. 11.

Ecclesiasti. 28.

A enim deseruit ille ecclesiam suam, & si ad tempus turbauit eam, ob hoc turbauit vt semper supplicaret ei a quo in solida petra confirmaretur, & adhuc mullitat serpēs & non taceret. Quarit pollicitatione quadam scientiæ deiicere de paradiso ecclesiæ, quem non permittat redire ad illum paradisum vnde prius homo deiectus est. Intēdite fratres. Quod gestum est in illo paradiso, hoc geritur in ecclesia. Nemo vos seducat ab isto paradiso. Sufficiat quod illinc lapsi sumus, vel experti corrigamur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem, impietatem. Ipse aliquando promittit impunitatem, quemadmodum & ibi promisit dicens, Nunquid morte moriemini? Ipse talia suggerit, vt modo male viuant Christiani. Nunquid omnes, inquit, perditurus est deus? Nunquid omnes damnaturus est deus? Ille dicit, damnabo, ignoscami eis qui se mutauerint. Mutent facta sua, muto minas meas. Ipse est ergo qui murmurat & mullitat & dicit, Ecce vbi scriptum est, Pater maior me est: & tu illum dicis æqualem patri? Accipio quod dicis, Et vtrunque accipio quod dicis. Sed vtrunque accipio, quia vtrunque lego. Quare tu vnum accipis, & vnum non vis? Nam mecum vtrunque legisti. Ecce pater maior me est: accipio non a te, sed ab Euangelio, & tu esse filium æqualem deo patri, accipe ab Apostolo. Coniunge vtrunque, vtrunque concordet, quia qui locutus est per Ioannem in Euangelio, ipse locutus est per Paulum in epistola. Non potest ipse secum discordare, sed tu concordiam scripturarum non vis intelligere, cum amas ipse litigare. Sed ex Euangelio, inquit, probø, Pater maior me est. Et ego ex Euangelio probø, Ego & pater vnum sumus. Quomodo vtrunque verum est? Quomodo nos docet Apostolus. Ego & pater vnum sumus? Qui cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Audi, Pater maior me est, Sed semeti, sum exinanivit, formam serui accipiens. Ecce ego ostendo quare maior est, tu ostende in quo æqualis non est. Vtrunque enim legitimus. Minor est patre, in quantum filius hominis est. Æqualis patri, in quantum filius dei, quia deus erat verbum. Mediator, deus & homo. Deus æqualis patri, homo minor est patre. Est ergo & æqualis & minor. Æqualis in forma dei, minor in forma serui. Tu ergo dic, vnde æqualis & minor? Nunquid alia parte æqualis & alia parte minor? Ecce excepta susceptione carnis, ostende mihi æqualem & minorem. Vnde demonstraturus es volo dicere. Attendite impietatem stolidam carnem sapere, quomodo scriptum est, Sapere secundum carnem mors est. Hic siste. Sequestro adhuc, & nondum loquor de incarnatione domini nostri Iesu Christi vnici filij: sed tanquam nondum factum sit quod iam factum est, attendo tecum, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Attendo tecum, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ibi mihi ostende & minorem. Quid diciturus es? Diuisurus es deum per qualitates, id est, per quasdam affectiones corporales vel animales, in quibus aliud atque aliud esse sentimus: Naturaliter dicere viderem possum, sed vtrum sit vt vos intelligatis, deus viderit. Ergo vt dicere cœperam, ante susceptionem carnis, antequam verbum caro fieret, & habitaret in nobis, ostēde minorem, ostēde æqualem. Nunquid aliud & aliud deus, vt alia parte sit minor illo filius, & ex alia parte illi æqualis? Veluti sic dicamus. Corpora sunt quædam. Possis mihi dicere, Æqualis est in longitudine, sed minor est in robore. Plerunque enim duo corpora talia occurrunt, vt

Genes. 3.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Philipp. 2.

Ioan. 1.

1. Timo. 2.

Roma. 8.

Ioan. 1.

Philipp. 2.

statura longitudinis aequalia sint, robore autem vnum sit minus, alterum maius. Ergo talia quasi corpora cogitaturi sumus deum & filium eius? Cogitaturi sumus eum qui totus in Maria fuit, totus apud patrem, totus in carne, totus super angelos? Auertat deus istas cogitationes a cordibus Christianorum. Item forte ita cogitabis vt dicas & robore & lōgitudine æquales, sed colore dispares sunt. Vbi color, nisi in corporibus? Ibi autem lux sapientiæ, ostēde mihi colorem iustitiæ. Si ista colorē non habent, tu illa de deo non dices, si pudoris colorem haberes. Quid ergo diciturus es? Potestate æquales sunt, sed minor filius prudentiæ iniustus est deus, si minori prudentiæ potestatem dedit æqualem. Si prudentia æquales sunt, sed minor est filius potestate, inuidiosus est deus, quia æquali prudentiæ potestatem dedit minorem. In deo autem omne quod dicitur idipsum est. Neque enim in deo aliud potestas, & aliud prudentia, & aliud fortitudo, & aliud iustitia, aut aliud castitas. Quicquid horum de deo dicis, neque aliud & aliud intelligitur, & nihil digne dicitur: quia hæc animarum sunt quas illa lux perfundit quodammodo, & pro suis qualitatibus afficit: quomodo cum oritur corporibus lux ista visibilis, si auferatur, vnum est corporibus omnibus color, qui potius dicēdus est nullus color. Cum autem illata illustrauerit corpora quantum ipsa vnus modi sit, pro diuersis tamen corporum qualitatibus diuerso eos nitore aspergit. Ergo animarum sunt istæ affectiones, quæ bene sunt affectæ ab illa luce quæ non afficitur, & formata ab illa quæ non formatur. Tamen ista de deo dicimus fratres, quia non inuenimus melius quod dicamus. Dico iustū deum, quia in verbis humanis nihil melius quod dicamus inuenio. Nam est ille vltra iustitiam. Dicimus in scripturis, Iustus dominus, & iustitias dilexit. Sed ibi dicitur & pœnitere deum, ibi dicitur & nescire deus, Quis non exhorreat, nescit deus, Pœnit et deum? Ideo tamen & ad ista verba salubriter scriptura descendit, quæ & tu exhorres, ne illa quæ magna putas digne dicta arbitris: atque ita si quæras quid ergo de deo digne dicitur, aliquis fortassis tibi respondeat & dicat, quia iustus est, Alius autem isto melius intelligens, etiam hoc verbum dicat superari ab illius excellentia, & indigne de illo etiam hoc dici, quamuis congruenter secundum humanam capacitatem dicatur: vt ille cum de scripturis probare voluerit, quia scriptum est, Iustus dominus: recte illi respondeat, in eisdem scripturis positum esse, quia pœnit et deum: vt quomodo istud non accipit secundum consuetudinem loquentium, sicut solent homines pœnitere: sic & illud quod dicitur, Iustus, super eminentia ipsius non competere intelligat: quamuis hoc scriptura bene posuerit, vt per qualiacunque verba gradatim animus ad id quod dici non potest perducatur. Iustum quidem deum dicis, sed intellige aliquid vltra iustitiam quam soles & de homine cogitare. Sed scripturæ iustum dixerunt, propterea & pœnitentem dixerunt & nescientem, quod iam non vis dicere. Quomodo ergo illa quæ iam exhorres intelligis propter infirmitatem tuam dicta, sic & ista quæ magnipendis pro aliqua firmitate validiore dicta sunt. Qui autem & ista transcendērit, & de deo quantum homini conceditur digne cogitare cœperit, inueniet silentium ineffabili cordis voce laudandum. Ergo fratres quia hoc est in domino virtus quod iustitia, quicquid de illo dixeris, hoc idem dicis: cum tamen nihil digne dicas, non potes dicere æqualem esse patri filium per iustitiam, & non esse æqualem per virtutem: aut æqualem per virtutem, & non æqualem

Psalm. 103.

Galat. 6.

15. de ciuitate dei.

ca. 25.

F

ex

G per conscientiam, quia ex vna re aliqua equalis est, ex omni re equalis est, quia omnia que ibi dicitur idem sunt & idem valent. Sufficit ergo quia dicere non potes quomodo sit equalis filius patri, nisi dederis diuersitates quasdam in substantia dei. Quas cum dederis, foras te mittit veritas, nec accedis ad illud sanctuarium dei ubi syncerissime videtur. Cum autem non possis equalem dicere ex alia parte inaequalem, quia non sunt in deo partes, ut possis dicere ex alia eum esse equalem, ex alia minore, quia non sunt in deo qualitates, secundum deum non potes dicere equalem, nisi omnimodo equalem.

Vnde ergo potes dicere minorem, nisi quia formam serui accepit? Itaque fratres hac aduertite. Si in scripturis regulam quandam acceperitis, omnia vobis lux ipsa monstrabit. Sic ubi inueneritis secundum quod dictum est equalem filium patri, secundum diuinitatem accipite. Secundum formam vero serui assumptam, minorem accipite, secundum quod dictum est, Ego sum qui sum. Et secundum quod dictum est, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Sic tenebitis, & quod in eius natura est, & quod in eius misericordia. Arbitror satis esse dictum de illo etiam modo, quo dominus noster

H Iesus Christus saluator noster caput ecclesie mediator factus, per quem reconciliamur deo, deus & homo insinuatur in scripturis. Tertius modus est quomodo totus Christus secundum ecclesiam, id est, caput & corpus predicatur, etenim caput & corpus vnus Christus, non quia sine corpore non est integer, sed quia & nobiscum integer esse dignatus est, qui & sine nobis semper est integer, non solum in eo quod verbum est vnigenitus filius equalis patri, sed & in ipso homine quem suscepit, & cum quo simul deus & homo est. Veritatem fratres quomodo corpus eius nos sumus, & nobiscum vnus Christus? Vbi inuenimus hoc, quia vnus est Christus caput & corpus, id est, corpus cum capite suo, sponsa cum sponso suo? Quasi singulariter loquitur apud Esaiam. Certe vnus idemque loquitur. Et videte quid ait, Velut sponsus alligauit mihi mitram, & velut sponsam induit me ornamento. Et sponsus & sponsa cum dicit, sponsum secundum caput, sponsam secundum corpus, duo videntur, & vnus est. Alioquin quomodo membra Christi sumus, Apostolo apertissime dicente, Vos estis corpus Christi & membra? Membra Christi & corpus sumus omnes

I simul, non qui hoc loco tantum sumus, sed per vniuersam terram, nec qui tantum hoc tempore. Sed quid dicam? Ex Abel iusto vsque in finem seculi quamdiu generant & generantur homines, quisquis iustorum per hanc vitam transitum facit, quicquid nunc, id est, non in loco, sed in hac vita, quicquid post nascentium futurum est, totum hoc vnus corpus Christi, Singuli autem membra Christi. Si ergo omnes corpus, singuli membra, est vtique caput cuius hoc sit corpus. Et ipse est, inquit, caput corporis ecclesie primogenitus, ipse primatum tenens. Et quia de illo ait etiam quod semper caput omnis principatus & potestatis sit, adiungitur ista ecclesia que nunc peregrina est illi celesti ecclesie, ubi angelos ciues habemus, quia aequales nos futuros post resurrectionem corporum impudenter nobis arrogaremus, nisi veritas promississet dicens, Erunt aequales angelis dei: & fit vna ecclesia, ciuitas regis magni. Sic ergo aliquando in scripturis insinuatur Christus, vt intelligas verbum equalem patri. Sic aliquando, vt intelligas mediatorem cum verbum caro factum est vt habitaret in nobis, cum ille vnigenitus, per quem facta sunt omnia, non rapinam arbitratus esse equalis deo, sed semetipsum ext-

nanauit, formam serui accipiens, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Sic autem aliquando vt intelligas caput & corpus, exponente ipso Apostolo apertissime quod dictum est de viro & vxore in Genesi, Erunt, inquit, duo in carne vna: videte ipsum exponentem, vt non coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. Erunt enim, inquit, duo in carne vna: & addidit, Sacramentum hoc magnum est. Et ne adhuc putaret quisquam in viro esse & vxore secundum naturalem vtriusque sexus copulationem, corporalemque mixturam. Ego autem dico, inquit, in Christo & ecclesia. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur quod dictum est, Erunt duo in carne vna: non iam duo sed vna caro est. Et quomodo sponsus & sponsa, sic caput & corpus, quia caput mulieris vir. Siue ergo dicam caput & corpus, siue dicam sponsus & sponsa, vnum intelligite. Ideoque idem Apostolus cum esset adhuc Saulus audiuit, Saule Saule quid me persequeris, quoniam corpus capiti adiungitur. Et cum iam Christi predicator pateretur ab aliis que persecutor ipse fecerat. Vt suppleam, inquit, que desunt presularum Christi in carne mea, ad presuras Christi ostendens pertinere id quod patiebatur. Quod non potest intelligi secundum caput quod iam in celo nihil tale patitur, sed secundum corpus, id est, ecclesiam. Quod corpus cum suo capite, vnus Christus est. Exhibete ergo vos dignum corpus tali capiti, dignam sponfam tali sponso. Non potest habere caput illud nisi condignum corpus. Nec ille vir tantus, nisi condignam ducit vxorem, vt exhiberet sibi, inquit, gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi. Hac est sponsa Christi, non habes maculam aut rugam. Non vis habere maculam, fac quod scriptum est, Lauamini, mundi estote, auferite nequitias de cordibus vestris. Non vis habere rugam extendere crucem. Non enim tantum opus est vt laueris, sed etiam vt extendaris, vt sis sine macula aut ruga. Per lauacrum enim auferuntur peccata. Per extensionem fit desiderium futuri seculi, propter quod Christus crucifixus est. Audi ipsum Paulum loquentem, Non, inquit, ex operibus iusticie que nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Audi eundem extensum, Ea, inquit, que retro sunt oblitus, in ea que ante sunt extensus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu domino nostro, cui est omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Gen. 2. Eph. 5.

Eph. 5. Acto. 9. Colo. 1.

Eph. 5. 2. Reira. 18. Etia. 1.

Ad Titu. 2. Philip. 3.

M

Dominica secunda post octauas festi Epiphaniae, de nuptiis factis in Chana Galilee: Sermo I.

Domini & saluatoris nostri virtus fratres charissimi presente lectione euidenter ostenditur, cum mirabilia eius non obscuritate verborum, sed eloquii puritate narrantur. Denique Euangelista ita mysterii interna custodit, vt re gesta fido sermone designet. Sic enim ait, Vocatus est dominus Iesus ad nuptias & mater sua. Nec dedignatus est conuersationem hominum, qui vsum carnis exceperat. Nec secularia instituta contempsit, qui ad hac venerat corrigenda. Interfuit nuptiis, vt concordie iura firmaret. Interfuit nuptiis, & comessationes non reuocaret, vt Psalmos & tympana ad dei patris gloriam predicandam concitaret, vt pater honoraretur in filio, & a patre filius nosceretur. Erat, inquit, mater eius ibi: Quam libenter Maria ad has nuptias venit, in quibus dei mirabilia comprobant. Vinum diuina suggestionem suggereret defecisse. Nunquid latere deum poterat, quid in ea domo

Ioan. 2.

in qua

A in qua erat geretur? Sed non ignorans rerum deus respondit. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Hac responsione interim debemus aduertere, quod de nuptiali vino pars aliqua adhuc forte rederat. Ideo nondum erat domini plena hora virtutum, ne miscere magis elementa quam mutare videretur. Sed ait, Nondum venit hora mea, vt ita sint dei mirabilia manifesta, vt nec argumento valeat inimicus, nec perfidia Iudeus insimulet, Et dicit Maria ministris, Quaecumque dixerit vobis facite. Quam bene mater domini credulitatem suadet ministris, vt non desint vina prandentibus. Quaecumque dixerit facite. Intelligimus iam esse mysterium, cum dei mandata se nosse sollicita mater hortatur. Ait dominus Iesus ad ministros, Implete hydrias aqua. Et cum impleuissent, ait, Haurite nunc & ferte architriclino. Quod cum princeps architriclinii accepisset, statim intellexit vina illata posterius esse sublimia. Et cum nesciret quod dominus fecisset, sponso ait, Quid tam sero meliora profers vina, cum hac prima esse debuerant? Vidimus ergo conuenire mysterium, & quod saluator dicit, Nondum venit hora mea: & cum

B accusat princeps architriclinii tarditatem sponsi, videamus attentius ordinis huius que Euangelista designat aperta mysteria. Videamus que sint nuptie, qui ministri, qui princeps architriclinii, qui sponsus, quomodo ad nuptias deus, quomodo Maria, vnde ex aqua vini, quare postea melius, quare deus in hora differre voluerit. Equidem nulla sunt apud credentium mentes occulta mysteria. Nihil animus fallitur, qui deum fideliter confitetur. Nam qui scit saluatoris aduentum vite nostre esse remedium, facile virtutis eius misericordiam pura veritate cognoscit. Vocatur saluator ad nuptias, hoc est, ecclesia vota spiritus sanctus innocatur. Venit cum discipulis suis, id est, in hoc loco turba sanctorum. Quid dici apertius potest? Mirabilia dei Maria mater expectabat, hoc est, virtutem Christi expectat ecclesia, appropinquare compellit. Ait enim Maria, Ecce vina deficiunt: id est, quare populus iam non inuenit remedium? Maria deum probare festinat, vinum ecclesia optat excipere, vt fiat ex nuptiali prandio spiritale conuiuium. Dicit enim, Quid mihi & tibi est mulier? Nunquid mulierem dicit Mariam, que virgo post partum inuenta est? Sed ecclesiam que non solum mulier, sed etiam mater nuncupatur, que errantem populum & per animum

C & lubricam etatem lasciuum tanquam prostitutam suscepit sponfam, & quasi docta mater adornat. Nondum venit, inquit hora mea: hoc est, passionis tempus superest. Nondum venit hora mea, nondum populus credidit, nondum Iudeus insequitur. Adhuc habet diabolus vnde letetur, adhuc triumphum mei palma non proditur, adhuc locum crucis persecutus ignorat, ac necdum ludas meretur. Nondum venit hora mea, Sicut prius que purgetur in seculo, & sic vita proficit in populo. Dixit Maria ministris, Facite quecumque iusserit: hoc est, obtemperate doctori, ministris mandat ecclesia. Qui sunt ministri, nisi officia Leuitarum, que dei mysteriis sunt deputata? Impletur hydria aqua: hoc est, vacuata nuptiali vino, id est, potu sordido, fontis puritate suppletur, & benedictione domini in saporem vini vertuntur, & ex aqua spiritus potum qui iam prandentibus defecerat reputaret. Aquam in vinum conuertit, humane fragilitati virtus augetur. Princeps architriclinus vinum melius probat, hoc est, dominici vigoris sapor humana corda senserunt. Nam qui primum vinum melius iudicauit, prius & credidit. Quod vinum est quod optimum iudi-

cat, quod Architriclinus princeps queritur sero prolatum nisi sanguis dominice passionis? Hoc est enim quod deus in hora suspendit, hoc est quod ministri suscipiunt, hoc est quod creduli conuiuia designant, hoc est quod seruatur sponsus, hoc est quod princeps Architriclinii, qui fidei primus est veneratur. Aduertamus ergo attento corde nos sanctas scripturas audire debere, vt celestem doctrinam fidei credulitate possimus agnoscere, & ab omni mundi huius impedimento liberari, ipso adiuuante, qui viuere & regnare in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica de charitate, Sermo II.

Vantum nos fratres dilectissimi charitas vestra desideret ex meis animis recognosco. Et licet vos humilitatem meam assidue videre velitis, tamen ego, si posset fieri, frequentius de conspectu vestro, & vestro & meo vellem desiderio satiari. Sed patienter tolerare debemus, quod implere pro temporum necessitate non possumus. Sed licet corporaliter nos propter multas necessitates videre non valeamus, charitate tamen & sancto amore vsque pariter sumus. Pro qua re nihil nocet corporis separatio, ubi est animorum vera & sincera coniunctio. Charitas enim ipsa vera est, que corporaliter separatos conuenit spiritualiter copulare atque coniungere. Duo enim qui se sancto amore diligunt, etiam si vnus sit in Oriente, alius in Occidente, ita in charitate conglutinante iunguntur, vt nunquam ab inuicem separentur. Audi Apostolum dicentem laudem vere & integre charitatis. Sic enim ait, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et post pauca addidit, dicens, Charitas patiens est, benigna est. Et licet sufficienter preconiata eius plenus spiritus sancto Paulus Apostolus predicauerit, tamen quia sancta charitas dulcis est ac salubre vinculum mentium, etiam nos paruum secundum modulum nostrum, de illa quantum possumus conquiramus. Magna sunt diuitie charitatis preciosissimi, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Na diues si charitatem non habeat, quid habet? Quamlibet grandis substantia sit, sine charitate inanis & vacua est, Charitas etiam si de terrenis facultatibus nihil habeat, plena est, vnde quamlibet aliquis copiosas diuitias habeat, si charitas in illo non fuerit, nihil boni ex illis facere poterit, sine qua vera & celestium virtutum matre magistra quid facere debeat, & quando vel quantum dare debeat omnino non nouit, & ideo quantum potest elaboret vt habeat charitatem, vt habeat lucem, vt habeat oleum. Charitas oleo comparatur. Nam quomodo oleum omnibus humoribus superius esse cognoscimus, ita charitas omnibus virtutibus sublimior comprobatur. Nam si aliquis habeat infinitas diuitias, & non habeat charitatem, sic est, quomodo habeat plures lucernas, & multas lampades, pinguedinem non habentes. Lucerna vel lampas sine oleo accensa sumare potest de iracundia, sumare de superbia, fovere de auaritia, sine charitate penitus non potest lucem habere. Charitas si in te fuerit, quamlibet tibi sit grandis substantia, nouit quid de illa agere debeat. Ipsa scit optime cui vel quantum portigat, quid tribuat, quid referat. Ipsa intelligit quantum anime referat in celo, & quantum corpori ferat in mundo. Satis bona ordinatrix est fratres bene nouit congregare in estate quod possit hyeme habere, hoc est, scit providere per elemosynam in hoc seculo, quod inueniat in futuro. Habete charitate fratres, quia sine illa quicquid aliud boni fuerit, nihil esse poterit.

Veram

Sermo XLII.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

1. Corin. 13.

**G** Veram charitatem habete fratres. Quae est vera charitas? Qui sic diligit omnem hominem, quomodo seipsum. Est vera charitas, quae non solum usque ad amicos, sed etiam usque ad ipsos peruenit inimicos. Nemo se circumueniat fratres. Qui istam charitatem non habuerit, deum videre non poterit, nec audire merebitur. Venite benedicti, percipite regnum. Certe videtis quod in lectione Euangelica, nihil aliud dominus nominauerit de vniuersis virtutibus, nisi solam eleemosynam quae cum charitate operatur. De ramis tacuit, radicem tantummodo nominauit ita dicens, Venite benedicti, percipite regnum. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Et iterum ipse dominus. Veruntamen date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Omnis homo qui charitatem vult habere in futuro seculo, faciat illam sibi patronam in hoc mundo, vt illam propitiam inueniat in aeternum. Nam quomodo arbor, quamlibet pulchra sit & fructifera, non potest viuere sine radice: sic quaelibet bona opera perseverare non poterunt sine charitate. Ipsa est enim de qua Apostolus dicit, In charitate radicati & fundati. Talem ergo charitatem habeamus fratres, vt omnes homines toto corde amare possimus. Si totum genus humanum sic diligis quomodo te, non remanet ianua vnde peccatum intret in te. Omnes aditus vnde diabolus ad animam ingreditur claudis, si totus homines sicut teipsum dilexeris. Et reuera fratres quomodo potest fieri, vt aliquis alteri homini malum faciat, si illum sicut seipsum dilexerit? Dilige ergo, & quicquid volueris fac. Ama ex toto corde tuo, & quod volueris exerce in proximo tuo. Si irasceris, dulce est, quia de charitate procedit. Si corripis, suauis est. Si castigas etiam & flagellas, acceptabile est. Quare hoc fratres? Quia verus amor est quando corripis & castigas, quando etiam de ecclesia foras proiicis, amaritudo videtur sanire in ore, sed dulcedo seruat in corde. Nec fratrem quasi inimicum odio habeas, sed peccatum velut morbum persequere. Econtrario sunt qui sub falsa adulatione dulcedinem solent in ore proferre, & dolum vel amaritudinem in corde seruare. Vos autem fratres dilectissimi veram charitatem tenentes, quae falsa est fugite, audite Apostolum dicentem, Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Ergo fratres quando de charitate loquor, tacere non possum. Quare hoc? Quia satis dulcis est charitas. Qui illam habet, quod dico intelligit, qui vero non habet, forsitan me irridet & despicit. Quare irridet? Quia quam dulcis sit charitas non gustauit. Gustet ergo & videat quam suavis est dominus. Deus charitas est. Quid dulcius deo? Fratres, qui nescit audiat Prophetam dicentem, quod pauloante suggesti, Gustate & videte quam suavis est dominus. O quam foelix & beata est anima, quae charitatem in se habere mereatur. Charitas fratres sitienti potus est, esurienti cibus, in amaritudine positus dulcedo, in tristitia confortatus vera & grata consolatio, fluctuantibus portus, errantium via, peregrinantibus patria. Hanc ergo fratres tenete, hanc tota auiditate diligite. Si amatores estis, amate charitatem. Si fortes, vincite cupiditatem. Si peregrini, desiderate patriam. Ipsa vos ergo charitas, si illam tenere volueritis, & gubernat in hoc seculo, & perducit ad regnum, praestante domino nostro qui viuit & regnat in secula, Amen.

Roma. 7.

In eadem dominica de uerbis Apostoli ubi ait, Non quod nolo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago: Sermo III.



**K**ectio diuina, quae de Apostoli Pauli epistola recitatur, quotiescunque legitur timendum est, ne male intellecta det hominibus quarentibus occasionem. Proclius sunt quippe homines ad peccandum, & vix se tenent. Vbi ergo audierint Apostolum dicentem, Non enim quod volo facio bonum, sed quod odi malum hoc ago: agunt malum, & quasi displicentes sibi quia agunt malum, putant se Apostolo esse similes qui dixit, Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago, Nonnunquam enim legitur, & nunc nobis ingerit necessitatem disputandi, ne homines male sumentes salubrem cibum vertant in venenum. Sic ergo intedat charitas vestra, donec quod dominus donauerit dicam vobis, vt vbi me forte laborare videritis in difficultate alicuius obscuritatis, adiuuetis me affectu pietatis. Oportet igitur, vt virtutum sensus ex intimo dicentis metiatur affectu, & quid beatus Apostolus dixerit bonum, quidve comparatione eius pronunciauerit malum, non nuda significatione verborum, sed eodem quo ille discutiamus intuitu, intellectu quoque eius secundum dignitatem pronunciantes, ac meritum perscrutemur. Tunc enim sententias deo inspirate prolatas, secundum propositum ac voluntatem eius comprehendere poterimus, cum eorum a quibus promulgatae sunt statum ac meritum perpendentes, non verbo sed experimentis parem induerimus affectum, pro cuius qualitate sine dubio vel concipiuntur vniuersi sensus, vel sententiae proferuntur. Quamobrem quid sit principaliter bonum, quod Apostolus non potuerit perficere cum vellet, diligentius indagemus. Multa enim nouimus bona, quae beatum Apostolum, omnisque illius meriti viros & habuisse per naturam, & acquisisse per gratiam negare non possumus. Est enim bona castitas, laudabilis continentia, miranda prudentia, larga humanitas, circumsperta sobrietas, modesta temperantia, pia misericordia, sancta iustitia, quae omnia in Apostolo Paulo eiusque consortibus ita plena atque perfecta fuisse non dubium est, vt virtutum potius quam verborum magisterio ab eis religio doceretur. Quid quod iugi ecclesiarum omnium cura, ac peruiugili sollicitudine semper exusti sunt: Quantum hoc misericordiae bonum, quantum perfectio est, pro scandalizantibus vri, cum in infirmitatibus infirmari? Cum ergo tantis Apostolus abudauerit bonis, quid illud est boni, cuius perfectioe caruerit non poterimus agnoscere, nisi in illum quo ipse locutus est profecerimus affectum. Omnes itaque quas diximus cum habuisse virtutes, quauis velut gemmae splendidissimae atque preciosae sint, tamen si praclaro illi atque praecipuo margarito quod ille Euangelicus negociator inquirens, vniuersis quae possidet venditis comparare desiderat conferantur, ita eorum meritum reuilescit atque contemnitur, vt eis sine cunctatione distractis, vnius tantum boni possessio locupletet bonorum innumerabilium veditorem. Quid ergo est vnum quod illis tantis tamque innumeris bonis tam incomparabiliter preponatur, vt spretis abiectisque omnibus solum debeat possideri? Nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatem cum relicto susceptionis atque humanitatis officio Maria praegisset, ita praedicatur a domino, Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, paucis vero opus est, aut etiam vno. Maria bonam partem elegit, quae non auferetur ab ea. Vna ergo & sola est contemplatio dei, cui merito omnia iustificatonum merita, vniuersa virtutum studia postponuntur. Et illa quidem omnia quae in Apostolo Paulo fuisse praedi-

Roma. 7.

Roma. 7.

Math. 19.

Luc. 10.

**A** praxidimus, non solum bona & vtilia, verum etiam magna atque praecleara, sed sicut, verbi gratia, stanni metallum quod alicuius vtilitatis & gratiae putabatur, sit argenti-contemplatione vilissimum. Et rursum auri comparatione meritum euanescebat argenti, Aurum quoque ipsum gemmarum collatione contemnitur, Et ipsarum nihilominus quamuis insignium multitudo gemmarum, vni margaritae candore superatur. Ita illa omnia merita sanctitatis, quamuis non solum in presenti bona & vtilia sint, verum etiam donum aeternitatis acquirant, tamen si diuinae contemplationis meritis conferantur, vilia atque vt ita dixerim, vendibilia censentur. Et vt hanc eandem comparationem etiam scripturarum confirmet auctoritas, nonne de vniuersis quae a deo creata sunt generaliter scriptura dicit, Et ecce omnia quae fecit deus bona valde, Et iterum, Vniuersa quae fecit deus bona in tempore suo? Hac igitur quae in presenti non solum bona simpliciter, verum etiam cum additamento, valde bona, pronunciantur. Sunt enim reuera in hoc mundo commorantibus nobis, aut ad vsum vitae aut ad corporis medicinam, aut ad aliquam causam ignota nobis vtilitatis accommodata: vel certe in eo etiam valde bona, quod faciunt nos inuisibilia dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciere, sempiterna quoque virtutem eius ac diuinitatem ex tanta, tamque ordinata molitione fabricae mundalium, & omnium quae in ea sunt subsistentia contempleri: Hac tamen omnia nec boni nomen tenebunt, si futuro illi seculo comparentur, vbi nulla bonorum immutatio, nulla est verae beatitudinis formidanda corruptio. Cuius mundi ita beatitudo describitur, Erit lux lunae sicut lux solis, & lux solis sempiterniter sicut lux septem dierum. Magna igitur haec & praecleara intuitu atque mirifica, si futuris ex fide repromissionibus conferantur, continuo vanitas apparebunt, dicente David, Omnia sicut vestimentum veterascent, & sicut operitorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ergo quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil bonum, nisi deitas sola, omnes vero creaturae vt beatitudinem aeternitatis vel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem & gratiam consequuntur, tenere meritum bonitatis creatoris suo collata non possunt. Quod si etiam manifestioribus adhuc testimoniis huius sententiae rationem voluerimus asserere, nonne multa pronunciarum bona in Euangelio legimus, & arborem bonam & thesaurum bonum? Nam & bonum hominem & bonum seruum: quia non potest, inquit, arbor bona malos fructus facere: & bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: & euge serue bone & fidelis. Et vti que hos oes secundum se bonos esse, cum non dubium sit, si respiciamus ad bonitatem dei, nullus eorum pronuncietur bonus, dicente domino, Nemo bonus, nisi solus deus. Cuius intuitu etiam ipsi Apostoli, qui electionis merito bonitatem generis humani multis excefferant modis, mali dicuntur esse a domino, ad eos ita loquente, Si ergo vos cum sitis mali, nobis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in caelis est dabit bona petentibus se? Denique sicut bonitas nostra supernae bonitatis intuitu in malitiam vertitur, ita etiam iustitia nostra diuinae collata iustitiae, panno menstruatae vniuersa iustitia nostra similis deputatur, dicente Esaiam propheta, Sicut pannus menstruatae vniuersa iustitia nostra. Et vt aliquid adhuc euidentius inferamus, legis quoque ipsius praeccepta vitalia, quae dicuntur ordinata per ange-

Gene. 1. Ecclesiastes. 3.

Roma. 11.

Esai. 30.

Psal. 101.

Math. 7. Math. 11. Math. 25. Luc. 19.

Luc. 12.

Math. 7.

Esai. 64.

Retra. ca. 11. Gala. 3.

**I**os in manu mediatoris, & de qua idem Apostolus, Itaque lex, inquit, sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum: si perfectioni Euangelicae conferantur, minime bona diuino pronunciantur oraculo. Ait enim, Et dedi eis praeccepta non bona, & iustitias in quibus non uiuent in eis. Apostolus quoque ita non lumine testamenti gloriam legis affirmat obtundi, vt eam Euangelici comparatione fulgoris ne glorificatam esse pronunciet dicens, Nam nec gloriosum est id quod glorificatum est propter excellentem gloriam. Quam comparationem etiam in parte contraria, id est, in peccatorum meritis compensandis scriptura conseruat, vt eos qui multo minus peccauerint impiorum collatione iustificet dicens, Iustificata est Sodoma ex te. Et iterum, Quid enim peccauit soror tua Sodoma, & iustificauit animam suam aueratrix Israel, comparatione peccatrici Iudae? Ita igitur & vniuersarum merita virtutum quae superius comprehendimus, cum per se bona atque preciosa sint, tamen theoricarum claritatis comparatione fuscantur. Multum etenim sanctos quamuis bonorum operum, terrenis tamen studiis occupatos, a contemplatione summi illius boni retrahunt ac retardant.

D Roma. 7.

Ezech. 20.

2. Corin. 3.

Hiere. 3.

E

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Nuptiae factae sunt, & cetera quae habetur in expositione doctoris ibidem.

Item in eadem dominica alius sermo de eodem, qui habetur inter sermones de uerbis domini. XLI.

Dominica tertia post octauas festi Epiphaniae domini, de charitate. Sermo I.



**S** charitati vestrae possemus frequentius praesentari fratres charissimi, Christo adiuuante de sanctarum scripturarum copiosis fontibus, & si non abundantes riuulos, certe vel qualescunque guttulas poteramus sanctis animabus vestris infundere: vt vberima atque fructifera cordis verseri terra accepta verbi dei pluuia, copiosam messem bonorum operum germinaret: vt veniens dominus in agro cordis vestri, non solum tricesimum, sed sexagesimum & centesimum fructum se inuenire congaudeat, quibus fructibus horreum praeparat in caelo, non incendium in inferno. Sed quia multis occupationibus impedimur, humilitatem nostram vobis secundum desiderium vestrum representare non possumus: aliquid breue & satis magnum, deo donante insinuare vobis volo, in qua breuitate si diligenter attenditis, potestis quid animae vestrae conuenit inuenire. Quid ergo est illud breue & ita magnum, vt possit generi humano sufficere? Apostolus dicit, Finis praeccepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Attendite fratres quid in verbis breuius, & quid in rebus magnificentius poterit inueniri, quam charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta? Ista breuitas & vt teneatur memoriter est suavis, & vt custodiatur fideliter dulcis. Quid dulcius fratres charissimi? Qui nescit, gustet & videat. Quid ergo gustare debet qui vult vt illi dulcedo sapiat charitatis? Audite fratres Apostolum dicentem, Deus charitas est. Quid dulcius fratres? Qui nescit, audiat Psalmistam dicentem, Gustate & videte quoniam suavis est dominus. Deus enim charitas est. Qui habet charitatem, deus in illo manet, & ipse in deo. Si charitatem habes, deum habes. Quid habet diues si charitatem non habet? Pauper si charitatem habeat, quid non habet? Tu forte putas quod ille sit diues, cuius arca plena est

Sermo XLIII.

Math. 13.

F

Timo. 1.

1. Ioan. 4. Psal. 35.





**G**ago, sed tamen concupiscentia non consentio. Non enim aliter diceret, Concupiscentias carnis ne perfeceritis: si eas ipse perficeret. Sed constituit tibi ante oculos pugnam suam, ne timeas tuam. Si enim hoc non dixisset beatus Apostolus, quando videres moueri concupiscentiam in membris tuis cui tu non consentiret, tamen cum eam moueri videres, forsitan desperares de te & diceres, Si ad deum pertinerem, sic non mouerer. Vide Apostolum pugnantem, & noli te facere desperatorem. Video aliam legem, inquit, in membris meis, repugnantem legi mentis meae. Et quia nolo ut repugnet, caro enim mea est, ego ipse sum, pars mea est, non quod volo ago, sed quod odi malum hoc ago, quia concupiscentia. Quod ergo bonum ago, quia concupiscentia mala non consentio, ago bonum, & non perficio bonum, Et concupiscentia hostis mea agit malum, & non perficit malum, Quomodo ago bonum, & non perficio bonum? Ago bonum, cum mala concupiscentia non consentio, sed non perficio bonum ut omnino non concupiscam, Rursum ergo & hostis meus quomodo agit malum, & non perficit malum? Agit malum, quia mouet desiderium malum. Non perficit malum, quia me non trahit ad malum. Et in isto bello est tota vita sanctorum. Iam quid dicam de immundis, qui nec pugnant? Subiugati pertrahuntur, quia libenter sequuntur. Haec, inquam, est pugna sanctorum, & in hoc bello semper homo periclitatur quousque moriatur. Sed in fine, id est, in triumpho illius victoriae quid dicitur, immo quid dixit Apostolus iam praemeditans triumphum? Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vox triumphantium, Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum, cuius punctione facta est mors. Peccatum quasi scorpium est. Pupugit nos, & mortui sumus. Sed quando dicitur, Vbi est mors aculeus tuus: quo aculeo facta es, non quem fecisti. Quando ergo dicitur, Vbi est mors aculeus tuus: utique non erit, quia peccatum non erit. Aculeus autem mortis est peccatum. Contra peccatum data est lex. Quomodo virtus peccati lex? Subintravit ut abundaret delictum. Quomodo hoc? Quia fuit ante legem homo peccator, data lege atque transgressa, factus est prauaricator. Peccato tenebantur omnes rei, lege data plus prauaricatione facti sunt rei. Vbi spes nisi quod sequitur, Vbi abundavit peccatum, superabundavit gratia? Ideo & iste miles, & quodammodo in isto bello exercitatus, tam exercitatus ut esset & dux, cum laboraret in hoc bello contra hostem & diceret. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati quae est in membris meis: legem fœdam, legem miseram, vulnus, tabem, languorem, subiunxit, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et gementi subuentum est. Quomodo subuentum est? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quando corpus habebis vbi nulla concupiscentia remanebit? Comortale hoc induerit immortalitatem & incorruptionem, & dicitur morti. Vbi est contentio tua? Et non erit. Vbi est mors aculeus tuus? Et nusquam erit. Modo quid? Audi igitur. Ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Mente seruo legi dei, non consentiendo: carne autem legi peccati, concupiscendo. Et mente legi dei, & carne legi peccati. Et hac delector, & ibi concupisco, sed non vincor: titillat, insidiatur, pulsat, trahere conatur, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nolo semper vincere, sed

aliquando volo ad pacem venire. Nunc ergo fratres tenete istum modum, mente seruite legi dei, carne legi peccati, sed ex necessitate, quia concupiscitis, non quia consentitis. Aliquando ista concupiscentia sic insidiatur sanctis, ut faciat dormientibus quod non potest vigilantibus. Vnde omnes acclamastis, nisi quia omnes agnouistis: Pudet hic immorari, sed non pigeat inde deum precari.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Cum descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turbae: & cetera, quae habetur in opere. De quaestionibus Euangeliorum lib. II. cap. III.

Dominica quarta post octauas festi Epiphaniae, de qua tuor virtutibus charitatis: Sermo I.

**D**esiderium charitatis vestrae à nobis exigit debitum sermonis officium. Sed tanta sunt quae terrent & reuocant animum nostrum, ut si velimus parere desiderio vestro, non sit sine periculo nostrum. Primum, quod iuuenis loqui cogor praesentibus senibus, deinde temerariū esse arbitror loqui velle imperitia inter eos quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silentio praeterire, & illum locum tutissimum eligere, audire potius quam aliquid dicere. Sed quid facio? Instat vester amor, reuocat nos pudor, cogit sanctorum patrum iussio, à quibus si velim obsecrari veniam petere dicens, Ignoscite patres ignoscite, parcite nostrae verecundiae, parcite nostrae aetati, maxime cum recolam vobis fuisse praecceptum, Loquimini seniores, decet enim vos: ipsi sancta charitate qua praualent, respondebunt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si repetam, sancti patres quid loquar? Rursum mihi respondebunt, Quod à nobis saepe audisti, memento fili, quia ab infantia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatus esse potero, quorum corda ita ista me sua voce pulsabunt, quid metuis proferre verbum? Si atas reuocat, Paulus Timotheo iuueni praecipiebat dicens, Nemo adolescentiam tuam contemnat, praedica verbum. Si sermo deest, pete & accipies. Non enim vos estis qui loquimini, sed quod donatur vobis, hoc ministratur nobis. His coarctatus angustius, quod me conferam nisi ad sancta vestigia charitatis: ea que deprecari vt donet mihi aliquid dignum de se dicere, quo & meum suppleam ministerium, & vestro satisfaciam desiderio. Inter ceteras virtutes eius quas commemorat Apostolus Paulus, quod charitas non amulatur, non agit perperam, non iritatur, non cogitat malum, & cetera in vltimo quatuor eius virtutes breuiter comprehendit dicens, Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctae charitatis, loqui conuenit sanctitati vestrae, delectatque primitus inueneri quemadmodum velut quatuor cardines orbis continens, totum possederit mundum. Requiram igitur si placet aliquorum exempla sanctorum, eorum scilicet, qui his virtutibus sanctae charitatis possessi sunt, & eis singulis ita singula tribuamus, vt omnes in omnibus esse noscamus. Quoniam omnis qui pietatem tolerat, recte credit: & omnis qui recte credit, aliquid sperat: & qui sperat sustinet ne ab spe cadat. Sed iam qui nā isti sunt videamus, quorum fidem in quantum desuper adiuuamur assequi valeamus. Virtus charitatis quae omnia tolerat, eminuit in sancto Noë: quae omnia credit, in sancto Abraham: quae omnia sperat, in patri-

Sermo XLVI. Hic sermo habetur in tom. 9. fo. 227. col. 1.

Ecclesiastici 32.

1. Timo. 4. Math. 10.

1. Corin. 13.

bis

Gene. 6. 4. 7.

Math. 15. Gene. 8.

Gene. 12.

Gene. 13.

**A**bus nostris, id est, in populo Israël, vnde ipse noster exortus est dominus: quae omnia sustinet, in ipso capite nostro domino Iesu Christo, qui est vera charitas quae nunquam cadit. Nec ceteros sanctos ab his virtutibus vestra charitas deputet alienos, pro breuitate temporis, & pro sermone suscepto ita praetermissos esse cognoscite, vt tamen certissime noueritis omnes esse in Christo, & in omnibus Christum. Sed iam videamus quemadmodum sanctus Noë possederit vel possessus sit virtute charitatis quae omnia tolerat. Praedixit ei deus, quod iniquitate hominum crescente diluuium perderet mundum. Statim ille admonitus cofugit ad lignum, & post camporum amoenorum faciem, angustis se reclusit arca, tolerat caeli fremitum, sonitum aquarum, fragorem nymborū. Et post ista omnia, qui solet gaudere confortio hominum, locius quodammodo efficitur serpentinum ac ferarum, nec expauescit vir iste, quod cum eo sint ferae in arca: imo ibi agnoscit ordinem suū feritas, quia se cognouit humanitas; & iubenti homini obediūt, quia hominem superiori domino obedisse cognoscunt. Ostēsum est in Noë quid Adam praecceptum contemnendo perdidit, & demonstratum est posse homines bestiis etiam dominari, si subdant obedientiam conditori. Expectat & tolerat. sanctus iste finem diluuii, nec antequam finiatur, causa ferarum arca relinquat. Tolerat bonus mala, & donec in fine etiam corpore separentur intus manens, corde non corpore separatur. Si qua es anima quae cupis possidere virtutem charitatis quae omnia tolerat, reliqua mundum, confuge ad crucis lignum, nō metuas procellas & turbines huius diluuii, non merge ris si ligno portaberis, nouit gubernare qui dignatus est creare, tantum assit virtus charitatis quae omnia tolerat. Nulla res te ab arca soliditate euellat, permane bonus, & tolera malos. Melius enim est vt intus positus propter bonos toleres malos, quam foras exiens & periens & bonos relinques & malos. Si ergo sunt tecum ferae, id est, si sunt tecum in ecclesia praua docentes, falsa sentientes heretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarum animas deuorare quaerunt, tolerentur vsque ad finem seculi, tanquam finem diluuii. Rugiant licet, fremant dentibus, atque ipsam arcam confringere conentur, non expauescas, finito diluuiio illas rapiet inanis ac spinosa sylua, te fertilis suscipiet terra. Post finem seculi impij rapientur ad tenebras exteriores vbi est fletus & stridor dentium, pios suscipiet terra viuientium. Nam & ipse sanctus Noë post finem diluuii obtulit sacrificium deo, sed de animabus mundis non de immundis. Simul enim & munda & immunda animalia in arca natate potuerunt, sed mala ad sacrificium dei non peruenerunt. Sed iam hinc aliquando transeamus, vt cetera perscrutari valeamus. Procedat in medio sanctus ille Abraham, & suo nos doceat exemplo possidere virtutem charitatis quae omnia credit, qui non est cunctatus ad vnam vocationem relinquere patriam, sedem, domum, familiam, omnia relinquuntur vt domino praecipiente pareatur. Exi, inquit ei deus, de cognatione tua, & de domo tua, & veni in terram quam euocavi tibi ostēdero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, quod eam, cui me committam, in quam terram vadam: sed statim audit, surgit, currit, festinat, accelerat, terram promissam non videt, sed credendo eam firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus vestigijs alibi quam debuit declinauit, quia qui eum ad ignotam terram mittebat, non dimittebat, nec eum ipse sefellit. Redditur merces credenti, ad terram perue-

nit, dilatur, multiplicatur, ex paupere efficitur diues, ex ignobili potens, ditatur omnibus bonis, & in illo impletur quod dominus in Euangelio suis discipulis promissit dicens, Si quis dimiserit domum aut agrum, aut parentes causa nominis mei, in hac vita centuplum accipiet, & in futuro seculo vitam consequetur aeternam. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & seni promittitur filius: adest virtus charitatis quae omnia credit, audit, exultat, amplius diligit, suscipit filium ex coniuge sterili, quam spe pariendi destitutam sterilitas atasque iam fecerat, atque in illo benedictionem omnium gentium promissam firmissime tenet. Sed adhuc eum charitas probat, probatumque commendat, & quemadmodum nihil deo praeferat, posteris monstrat. Vocat eum dominus de caelo dicens, Abraham Abraham. Et ille tanquam seruus obediens, Ecce adsum ait. Et dominus, Accipe filium tuum illum quem diligis Isaac, & vade in terram excelsum & offeres eum holocaustum in vnum montium quem tibi dixerō. Nec hac quidem iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei virtus charitatis quae omnia credit, surgit, domum pergit, asinam sternit, ligna cocidit, gladium & ignem sumit, puerum simul adducit & pergit ad locum. Tunc intentus factus Isaac, patrem interrogat dicens, Pater ait. Et ille, Quid est fili? Et filius, Ecce ait ignis & ligna, vbi est ovis quam immolaturus es ad holocaustum? Et pater respondit, Deus prouidebit sibi ovem ad sacrificium fili. Magnum hic & grande video sacramentum. Aliud Abraham corde gestabat, aliud filio promittebat. Sed neque quae promittebat filium fallabant, neque aliqua infirmitas cor eius à proposito immutauerat. Quid pluribus? Pergit viam, videt locum de longē, & statuens pueros suos ibi eis talia verba profert dicens, Sedete hic cum asina, ego autem & puer ibimus vsque illuc, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos. O sancte Abraham, quid est quod dicis, cum aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Nō, inquit, sed quod propheticè vel dico vel gero, virtus charitatis in me manens quae omnia credit & facit, dicit. Audio enim eam sine strepitu vocis intus ad cor loquentem & dicentem mihi, Tu quidem licet resurrecturum credens, pleno & perfecto voto puerum ducas immolandum, filius tuus in isto sacrificio non crematur, quia resurrectio filio dei seruatur. Merito huius viri fidem commemorans Iacobus Apostolus ait, Credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Vnde quidam sapiens huius mundi ait, Idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Ergo amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Quae admodum iste sanctus animum coniunxit deo, vt eius amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut enim deus pater vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ita & ille vnico filio non pepercit, sed iubente vt immolaretur ei qui dederat eum, deuoto corde obtulit eum. Sed quae sequuntur videamus. Delectat enim nos adiuvante domino deo nostro huius historiae plenam vobis reddere notionem. Postquam relictis pueris ad locum sacrificij pater cum filio venit, aram construit, ligna componit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna deponit humana paternae pietatis indicia, induit sacerdotis diram constantiam, educit gladium vt perimat filium. Quid videtis fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui paulo ante orem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentie-

Math. 19.

Gene. 18.

Gene. 22.

Abrah. ob. diencia.

E

F

Iacob. 1.

Roma. 8.

Gene. 22.

Isaac patien. tiam.

t ij bar,

Tomus decimus.

**G**bat, & ita patiens inuenitur, tanquam iam ille esset qui sicut ouis ad immolandum ductus est, & tanquam agnus coram tonante se sine voce, sic non aperit os suum. O & tu sancte Isaac, indica nobis silentij huius tam grāde secretum. Paulo ante nihil in te fieri sentiebas, & a patre arietem, requirebas: nunc autem manibus ligaris, in ara imponeris, ligno quodammodo suspenderis, & modo taces? Taceo, inquit. Dic quare obsecro vt nouerimus. Vultis nosse ait, quare modo taceo? Quia figuram illius gesto, qui voluntate ponit animam suam, non necessita te. In hoc tam grandi mystico fidei sacramento, & Abraham sanctus apparuit probatus, & filius in presenti est liberatus, in quo Christus est prānunciatus. Si qua es anima, quæ cupis sequi vestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua & de cognatione tua, relinque populum tuum, & domum patris tui, id est, fideliter renūcia diabolo, pompis & angelis eius, & sequere viam rectam, quæ te perducat ad terram in qua ditescas & emineas, & efficiaris focius Abraham. Sed cum ista omnia feceris, si virtus charitatis, quæ omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatam coronabit te, & expedit te sacrificium dilecti tui. Quid a te expedit? Quod Abraham illi dictum est, Da mihi vnicum dilectum filium tuum. Tibi dicit sapientia, Da mihi fili cor tuum. Ipse est dilectus vnicus, quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificium, contritionem cordis domino deo tuo, & dic ei cum Propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Nihil metuas tali sacrificio oblato, & tibi acceptum erit, & quod obtuleris integrum permanebit. Aliam virtutem charitatis quæ omnia sperat, placet inspicere. Hanc superius plebi Israēl & patribus nostris assignasse cognoscimus. Eius namque virtutis vox est in versu illo prophetico. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Aegypto fugere iubentur, terra eis lac & mel fluēs promittitur. Per mare rubrum transeunt, ad erenum veniunt: ducebat eos spes charitatis, vt discerent deum amare gratis. Redditur & his merces fidei: non enim potest non reddere qui se dignatur facere debitorem. Post erenum mella de petra suserunt, panem cæli manducauerunt, non sunt priuati à desiderio suo. Quod sperauerūt, terram etiam promissionis acceperunt. Exurgat anima quæ huius charitatis virtute comprehensa est, effugiat ex Aegypto, id est, ex huius seculi desiderio, pergat ad mare rubrum, scilicet Christi baptismum, ideo rubrum, quia Christi sanguine purpuratum. Persequatur hostes, peccata cum suo authore diabolo, tanquam Aegyptij cū suo rege Pharaone sauiant, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsq̄ ad aquam sauiant. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te, sed aqua conuersa, illis erit in perniciem, tibi proficiet ad salutem, illos obruet, te abluet: illos damnabit, te liberabit. Post hac suscipies mel de petra, quo sitim tuam saties. Petra enim erat Christus, ex cuius præceptis tanquam ex fontibus dulcedinis satieris. Gustabis & panem illum scilicet qui dixit, Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Gustabis & videbis, quoniam suavis est dominus. Et si in te eminet virtus charitatis quæ omnia sperat, per erenum te necesse est transire, id est, vtaris hoc mundo tanquam non vtens. Et in hac vita peregrinum te noueris esse, si terram promissionis cupis intrare. Hæc terra est de qua Propheta cantat & dicit, Credo videre bona domini in terra viuentium. Vltima virtus charitatis restat, quæ omnia sustinet & nunquam cadit. Hanc ipsi capiti nostro do-

mino Iesu Christo conuenire nouimus: ideo in vltimo, quoniam finis legis Christus est. Quāta autem ipse pro nobis sustulerit, puto charitatem vestram ignorare nō posse: tamen exinde aliquid dicam, si tamen de tanto aliquid digne dicam. Prius illud quod deus homo, quod verbum caro factum est, quod multa bona fecit, & mala perpeffus est, quod mortuos suscitauit & mortuus est, quod singularis illa patientia pertulit diabolom tētatorem, discipulum traditorem, quod ipsum Iudam priusquam ostenderet traditorem, pertulit furem, & ante experimentum vinculorum crucis ac mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit: pertulit odiorum flammam, ministrorum pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige crucifige: & ne rei remaneret Iudæi innocens ab eis crucifixus est filius dei. Ad crucem ducitur, expalmatur qui est vera palma victoria: spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere: ligatur, qui soluit compeditos: ligno suspenditur, qui erigit elisos: aceto potatur fons vitæ, disciplina caditur, salus vulneratur, vita moritur, occiditur ad tempus vita, vt in perpetuo à vita occideretur mors, quia hic Iudæi in hac morte Christi exultauerunt quasi victores: & cum terrenum & caducum regnum timuerūt perdere, regem cæli & terra non dubitauerunt occidere. Sed nec sicut putauerunt victores exiterunt. Si enim vicerunt, regnum quomodo perdidit: Quomodo nunc vsque serui remanserunt? Ista namque causa est qua ab eis Christus occisus est. Dixerunt apud se principes Iudæorum, vt Euangelista narrat, Videtis, inquit, quia totus mundus post eum abiit, si dimiserimus eum vivere, venient Romani, & tollent nobis locum & gentem. Et Christum occiderunt, locum & regnum gentēque perdidit. Quid vobis profuit dō insani Iudæi, quod tantum scelus commisistis? Nunquid quia Christo domino vt decuit seruire nolulistis, ideo eius dominio caruistis? Dum illi seruiunt reges, quibus vos seruitis, facti estis mali serui bonorum seruorum Christi. Per ipsos conterit contumaciam vestram, per ipsos dissipat consilia vestra, per ipsos retribuet scelera in capita vestra. Ipse autem dominus quem vos interemistis, nō vos seruos sed liberos esse cupiebat, quando dicebat. Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Vos autem deum dominum & regem & ipsam veram libertatem nō solum repudiastis, verum etiam necare cupientes clamastis, Non habemus regem nisi solum Cæsarem. Sed ne in hoc quidem gloriemini quod Christum occidistis, actum est de vobis potius & nescitis. Audite ipsum dominum dicentem per Prophetam, Ego dormiui & somnum cepi: somnum appellans mortem à vobis illatam. Caterum qualis mors potuit esse tridua, maxime illius qui per eundem Prophetam alio loco dicit, Nūquid qui dormit non adiuciat vt resurgat? Ego, inquit, dormiui ego qui potestatem habeo ponendi animam meam, ego dormiui, non quia sauisisti, non quia insanistis. Ego impleui quod volui, vos autem in scelere remansistis. Quis exigit tanta de deo nostro fratres, pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quæ nunquā cadit? O charitas, quam magnas vires habes, de cælo deum deposuisti. O chara sanitas, dō sancta ac vera charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cælis. Quæ tantum potes in hac pugna mortalitatis adhuc sollicita, quantum poteris in illa perfecta pace secuta. Euigila itaq; omnis anima Christiana, & si in te eminet virtus charitatis quæ omnia sustinet, domini tui imitare

**A** tare vestigia. Christus enim, ait Apostolus Petrus, pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Et si ille propter te de cælesti sede ad terrena descendit, tu propter te fuge terrena, appete cælestia. Si dulcis est mundus, dulciore est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator, surge, ambula, pigrescere noli, habes quod. Sed forte quaris quod. Vides enim viam & quaris quod ducat hæc ipsa via? Ad veritatem & ad vitam ducit. Si amas veritatem, si amas vitam, & cupis ad veritatem & ad vitam venire, à via noli errare. Video, inquis, viam, & cupio ambulare, sed amara est, aspera est. Arcta enim & angusta via quæ ducit ad vitam. Christus transiuit, adhuc & aspera est: Caput transiuit, & membra dubitant? Sed Christus, inquis, deus & homo, ego autem homo. Tot milia martyrum transierunt, & adhuc tibi aspera est? Transierunt senes, transierunt iuuenes, transierunt pueri, puella transierunt, viam quam timebas, tritam tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula, quid enim metuis in hac via? Mortem? Et mortem times, qui ad vitam curris: si bonus es, bene in hac vita curris: mors tibi inania erit, quæ te repræsentet, non quæ auferat vitam. Ambula ergo viam, imò ipse qui propter te factus est via, ipse te ducet per seipsum ad seipsum. Ipse enim est via, veritas & vita. Dic ergo domino deo tuo dō anima fidelis & pia, dic securam, dic, & cum propheta veraciter exclama, Deduc domine me in via tua, & ambulabo in veritate tua: tunc ad te securus perueniam, si in finem vsque tua gratia non deserat. Hæc fratres dilectissimi quæ dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati vestræ, ita hæreat cordibus & sensibus vestris, vt eadem ipsa charitas fructum in vobis inueniat operis, non folia laudis. Amen.

*In eadem dominica de eo quod Apostolus dicit, Delector enim legi dei secundum interiorem hominem, & cæte.*

**Sermo II.**

**V**M ergo semetipsos quotidie sentiant sancti, terrena cogitationis pondere prægrauatos ab illa mentis sublimitate decidere, & inuitos imò vero etiam nescientes in legē peccati mortisque traduci, atque vt cætera prætermittam illis saltem quæ superius comprehendere bonis quidem ac iustis, sed tamen terrenis à conspectu dei operibus auocari, habent profecto pro quibus ad deum iugiter ingemiscant, habent pro quibus in veritate humiliati atque compuncti, non verbis tantummodo, sed affectu semetipsos pronunciant peccatores, & veniam pro omnibus quæ quotidie superati fragilitate carnis incurrunt à gratia domini iugiter postulantes, veras penitentia lacrymas indefinenter effundant, quippe qui videant iisdem ipsis se pro quibus continuo dolore vexati sunt, etiam vsque ad deum iugiter ingemiscant, æstibus inuolutos, etiam ipsas supplicationes suas offerre se sine cogitationum anxietate non posse. Experti igitur se humanis viribus desideratam fidem, obstitente carnis sarcina, non posse contingere, neque illi præcipuo suminoq; bono secundum cordis sui desiderium posse coniungi, sed ab eius intuitu captiuos ad mundana traduci, ad gratiam dei qui impius iustificat cōuolantes, cum Apostolo protestantur, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Christum Iesum dominum nostrum. Sentiant enim se bonum istud quod volunt non posse perficere, sed illud quod volunt, quodque oderunt malum, id est, cogitationum motus & curam corporalium rerum semper incidere, &

condelectantur quidem legi dei secundum interiorem hominem, qui visibilia vniuersa transcendens, conatur deo soli semper vniri. Sed vidēt aliam legem in membris suis, id est, in natura humanae conditionis infertam, quæ repugnat legi mentis eorum, pertrahit sensum violenta lege peccati, compellens scilicet eos relicto illo principali bono terrena cogitatione submitti. Quæ quauis necessaria atque corpore utilis videatur, cum dispensationi religioſæ cuiuspiam necessitatis impeditur, comparatione tamen illius boni quod sanctorum omnium oblectat intuitum, mala vtique ab eis ac fugienda decernitur, qui per eam quoquo modo vel ad modicum tempus ab illius perfecta beatitudinis gaudio retrahuntur. Vere enim lex peccati est, quam humano generi præuaricatio sui induxit authoris, per illius noxam in quem lata est aquissimi iudicis illa sententia: Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudore vultus tui edes panem tuum: Hæc, inquam, est lex membris omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ, cæmque à diuino arceat intuitu, quæ maledicta tertia in operibus nostris post agnitionem boni ac mali, cogitationum spinas cepit ac tribulos germinare, quarum aculeis carnis obtulis semina præfocantur, ne illum panem nostrum qui de cælo descendit, quique confortat cor hominis, edere absque vultus nostri sudore possimus. Omne igitur humanum genus huic generaliter legi sine vlla exceptione subiicitur. Nullus enim est, quauis sanctus, qui supradictum panem nō cum sudore vultus sui & sollicita cordis intētionē percipiat: cæterum communi isto panē multi, vt videmus, diuites sine vilo vultus sui sudore vescuntur. Quam etiam legem beatus Apostolus spiritalis asserit dicens: Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Spiritalis enim est lex, quæ iubet nobis vt in sudore vultus nostri comedamus illum panem verum qui de cælo descendit, sed nos carnales fecit venundatio illi peccati. Quod rogo istud, cuiusve peccatum est? Sine dubio Adæ, cuius præuaricatione, atque vt ita dicam, negociatione damnosa, fraudulentæque commertio venditi sumus. Omnem enim prolem suam, serpentis persuasione seductus illiciti cibi perceptione distractam, iugo perpetuæ seruitutis addixit. Hic namque qui solet inter vendentem ementemque seruari, vt is qui se alieno cupit dominio mancipare, aliquid precij pro iactura propriae libertatis & additione perpetuæ seruitutis à suo consequatur emptore. Quod etiam inter Adam atque serpentem manifestissime videmus impletum. Ille enim à serpente precium libertatis suæ est interdictæ arboris capiens, à naturali libertate discessit, illi que maluit semetipsum perpetua vendere seruitute, à quo vetiti pomi letale precium fuerat assecutus, qua deinceps conditione constrictus, non immerito omnem posteritatis suæ progeniem, perpetuo eidem eius solet factus est seruus, subdidit famulatu. Quid enim aliud seruile coniugium potest procreare quam seruos? Quid ergo? Nunquid emptor iste veritus & callidus domino vero atque legitimo ius dominationis eripuit? Non ita est, neque enim sic ille omne peculium dei, vniuersi fraudis dolositate peruasit, vt potentiam domini sui verus dominator amitteret, qui ipsi quoque emptorem quauis refugium vel rebellem, tamen iugo reprimi seruitutis. Sed quia omnibus rationabilibus creaturis arbitrij libertatem creator indulserat eos qui se contra fas edaces concupiscentiæ transgressione vendi-



G derant, inuitos ad ingentiam libertatem. renocare non debuit. Abhorret siquidem ab illo iustitiae & pietatis auctore quicquid bonitati aequitatisque contrarium est. Malum enim fuerat si concessa libertatis beneficium reuocasset: iniustum si liberum hominem potentia sua opprimens atque captiuus libertatis accepta priuilegium exequi non fuisset, cuius salutem in futura tunc secula reseruauit, ut recto ordine compleretur statuti temporis plenitudo. Oportebat enim eius sobolem tandiu sub auita conditione durare, quo usque eandem originalibus vinculis liberatam, in antiquum libertatis statum, prioris domini gratia precio sui sanguinis reformaret, quam pietatis instinctu potuit etiam tunc saluare, sed noluit, quia cum decreti sui irrumpere sanctione aequitas non sinebat. Vis nosse causam venditionis tuae? Audi ipsum redemptorem tuum per Esaiam Prophetam aperitissime proclamantem, Quis est iste liber repudij matris vestrae, quod dimisi eam? Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Vis etiam eundem agnoscere? cur te iugo seruitutis addictum redimere potentiae suae virtute noluerit? Audi quid ad superiora, quibus eisdem famulis causam voluntariae venditionis exprobrat, adiecerit. Numquid abbreniata & paruula facta est manus mea, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Sed quid huic potentissimae misericordiae eius semper obstiterit, idem Propheta demonstrat, Ecce, inquit, non est abbreviata manus domini ut saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius ut non exaudiat, sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & deum vestrum, peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Quia ergo carnales nos fecit, & spinis ac tribulis condempnauit illa prima dei maledictio, nosque ita iniquo pater noster commertio vendidit, ut bonum quod volumus agere nequeamus, dum diuisi a memoria summi dei, ea quae humanae fragilitatis sunt cogitare compellimur, dum puritatis amore flagrant, incertis naturalibus quae penitus ignorare velimus, etiam inuiti plerumque compungimur. Scimus quia non habitat in carne nostra bonum, id est, huius, quam diximus theoriae atque puritatis perpetua iugisque tranquillitas, sed factum est istud pessimum ac lugubre diuortium, ut cum mente legi dei feruere velimus, nunquam scilicet volentes a claritate diuina dimouere conspectum, tamen carnalibus tenebris circumfusi, quadam lege peccati ab eo quod bonum nouimus cogamur auelli, scilicet ad curas cogitationesque terrenas ab illa mentis celsitudine decedentes, ad quas nos lex peccati, id est, illa sententia dei non immerito condempnauit, quam primus delictor excepit. Et inde est quod beatus Apostolus cum apertissime fateatur inuitabili se vel omnes sanctos peccati huius necessitate constringi, tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audenter enunciat dicens, Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu, liberauit me a lege peccati & mortis, id est, quotidiana gratia Christi, omnes sanctos suos ab hac lege peccati & mortis, in quam iugiter vel nolentes coguntur incurrere, cum remissione debitorum suorum a domino precantur absolui.

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Simile est regnum caelorum homini qui seminauit bonum semen, & cetera, quae habetur in opere de questionibus Euangeliorum lib. I. cap. XXI.

Dominica quinta post octauas festi Epiphaniae, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Confiteor tibi pater, & cetera. Sermo I.



Sanctum Euangelium cum legeretur fratres, adiurimus dominum Iesum exultasse in spiritu, & dixisse, Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Hucusque interim uerba domini, si digne, si diligenter, si quod primum est pie consideremus, inuenimus primitus, non semper cum in scripturis legimus confessionem, debere nos intelligere uocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas uestra, quia mox ut hoc uerbum sonuit uox lectoris, secutus est etiam sonus unisonis pectoris uestri, audito scilicet quod dominus ait, Confiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit confiteor, pectora tute distis. Tude autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor audistis, quia confiteor non attendistis. Nunc ergo aduertite, Si confiteor Christus dixit, a quo longum est omne peccatum non solus est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes deum, siue accusantes nosmetipsos. Pia est ueraque confessio, siue cum te reprehendis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autem bene cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in accusatione peccati, in accusatione tui ipsius? Quare confiteris? Quia ex mortuo factus es uiuus. Scriptura quippe ait, A mortuo quasi qui non sit, perit confessio. Si perit a mortuo confessio, qui confitetur uiuit: & si peccatum confitetur, utique a morte reuixit. Si peccati confessor reuixit a morte quis illum suscitauit? Nullus mortuus est uiuus suscitator. Ille solus se potuit suscitare, qui mortua carne non mortuus est. Etenim hoc suscitauit quod mortuum fuit. Ille suscitabat, qui uiuebat in se. In carne autem suscitando mortuus fuerat. Non enim pater filium solus suscitauit, de quo dictum est ab Apostolo, Propter quod deus eum exaltauit: sed etiam dominus semetipsum, id est, corpus suum suscitauit. Vnde dicit, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Mortuus est autem peccator, maxime ille quem moles consuetudinis premit, quasi sepultus Lazarus. Parum enim erat quia mortuus, etiam sepultus. Quisquis igitur male consuetudinis, male uitae scilicet terrenarum cupiditatum mole premitur ita, ut in illo iam factum sit, sicut in quodam Psalmo mirabiliter dicitur, Dixit stultus in corde suo, non est deus: fit talis, de quali dictum est, A mortuo uelut qui non sit perit confessio. Quis eum suscitauit, nisi qui remoto lapide clamauit dicens, Lazare prodi foras. Quid est autem foras prodire, nisi quod occultum erat foras prodire? Qui confitetur, foras prodit, foras autem prodire non potest nisi uiueret, uiuere non potest nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio, dei laudatio est. Dicit ergo aliquis, Quid prodest ecclesia, si iam confessor uoce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest ecclesia confitenti, cui dominus ait, Quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo? Ipsum Lazarum attende, cum uinculis prodit. Iam uiuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia, cui dictum est, Quae solueritis in terra, soluta erunt: nisi quod dominus ait continuo ad discipulos, Soluite illud & finite abire? Sine ergo nos

K  
Sermo XLVIII. Math. 11.  
Supra de uerbis dominij ser. 8. & 9.  
Peccatus tunc dicit.  
L  
Ecclesiasticus 17.  
Philipp. 2.  
Ioan. 2.  
M  
Psal. 13. & 52. 4. sen. dist. 17. cap. 1.  
Ioan. 11. Foras prodire.  
Math. 18.  
Ioan. 11.

A go nos accusemus, siue deum laudemus, semper illi gratias agere studeamus, a quo gratia gratis datur cuiusque datur, Bis ergo deum laudamus, si pie nos accusemus, deumque laudemus. Quando deum laudamus, tanquam eum qui sine peccato est praedicamus: quando autem nosmetipsos accusamus, ei per quem resurreximus gloriam damus: hoc si fecerimus nullam occasionem inueniet inimicus, quia nos circumueniat ante iudicem. Cum enim tu ipse fueris accusator, & dominus liberator, quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos, carnem & sanguinem miseranda potius quam cauenda, sed aduersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur ut armemur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines quos uidetis facere in nos. Vasa sunt, alius uirtutis, organa sunt, alius tangit. Immisit se, inquit, diabolus in cor Iudae, ut traderet dominum. Ait aliquis, Quid ergo ego feci? Audi Apostolum, Neque detis locum diabolo. Tu mala uoluntati locum dedisti, intrauit, possedit, uirtutis si locum non daret, non possideret. Ergo nos admonens ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: posset quisque putare, aduersus reges terrae, aduersus potentis seculi. Quare? Ipse non caro & sanguis? Semel dictum est, Non aduersus carnem & sanguinem. Auertere ab omni homine, qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritualis nequitiae, rectores mundi: quasi plus dedit diabolo & angelis eius. Plus dedit, quos rectores mundi appellauit. Sed ne male intelligas, exponit quid sit mundus, cum sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid est mundus tenebrarum harum, quibus est rector? Dilectoribus suis & infidelibus plenus est mundus, hos appellat Apostolus tenebras. Harum rectores diabolus & angeli eius. Haec tenebrae non naturales sunt, non incommutabiles sunt. Mutantur & lux efficiuntur, credunt & credendo illuminantur. Quod cum in eis factum fuerit, audivit, Fuitis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Nam quando tenebrae in te non in domino. Iterum quando lux, non in te, sed in domino. Quid enim habes quod non accepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem uisibilem uincis feriendo, inuisibilem uincis credendo, uisibile est hostis homo, uisibile est & ferire: inuisibile est hostis diabolus, inuisibile est & credere. Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicit quidam? Hoc enim oeperam dicere, & necesse habere de istis inimicis aliquando cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis, uideamus tutelam. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas, Laudans inuoca, sed dominum laudans inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis saluus non eris. Laudans inuoca dominum, & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quod ait ipse dominus, Sacrificium laudis honorificabit me, & ibi uia est ubi ostendam tibi salutare meum. Vbi uia? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc uiam mittere, in uia esto. Noli a uia recedere, a laude domini, nec uinguem, nedum pedem. Si enim uolueris ab hac uia deuiare, & pro domino te laudare, non eris saluus ab inimicis, quia de ipsis dictum est, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni habere te abs te, deuiasti a laude dei. Quid iam miraris, si te seducit inimicus, quando tu ipse seductor es? Audi Apostolum, Qui enim putat se esse aliquid cum

Eph. 6.  
Ioan. 13.  
Eph. 4.  
Eph. 6.  
B  
Mundus tenebrarum harum.  
Eph. 5.  
1. Corin. 4.  
Psal. 17.  
Psal. 49.  
Psal. 139.  
Gala. 5.

nihil sit, ipse se seducit. Dominum ergo attende confiteor tibi, Confiteor tibi pater domine caeli & terrae, Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui Christus est? si tollas gratiam, & tantam gratiam qua unum oportebat esse Christum, & ipsum esse quem nouimus? Tolle istam gratiam, quid est Christus nisi homo? Quid nisi quod tu suscepit animam, suscepit & corpus, suscepit plenum hominem, coapatratam sibi uiam facit dominus cum seruo personam. Quanta est ista gratia? Christus in caelo, Christus in terra, Christus simul in caelo & in terra, nec duo Christi, sed idem Christus in caelo & in terra. Christus apud patrem, Christus in uero uirginis, Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdam, Eo autem ipso die Christus in paradiso cum latrone confitente. Et ibi quid latro meruit, nisi quia illam uiam tenuit, ubi ostendit salutem suam, a qua tibi pes non exeat? In eo enim quod se accusauit, deum laudauit, & uitam suam beatam fecit. Praesumpsit quidem de domino, & ait illi, Domine memeto mei dum ueneris in regnum tuum. Considerabat enim facinora sua & pro magno habebat si ei uel in fine parceretur. Dominus autem continuo cum ille diceret, Memento mei, sed quando? Cum ueneris in regnum tuum, Amen dico tibi, inquit, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Audi ergo dominum confitentem, Confiteor tibi pater, domine caeli & terrae. Quid confiteor? In quo te laudo. Haec enim confessio, ut dixi laudem habet, Quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti haec, inquit, a sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed dixit, Abscondisti a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irridendis, arrogantibus, falso grandibus, uere autem tumentibus opposuit, non sapientes, non prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti haec a sapientibus & prudentibus. Nomine sapientium & prudentium superbos intelligi posse, ipse exposuit cum ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti non paruulis? Quid est non paruulis? Non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis? Haec uia domini aut non erat, aut latebat ut reuelaretur nobis. Vnde dominus exultauit, nisi quia reuelatum est paruulis? Debemus esse paruuli, nam si uoluerimus esse magni quasi sapientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudentes, dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium a contrario: si dicendo te sapientem, stultus factus es, dic te stultum & sapiens eris. Sed dic, dic, sed intus dic, quia est ut dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, & coram deo non dicere. Prorsus quod ad te ipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Antequam hoc diceret, quid rursus? Et obscuratum est insipientis cor eorum. Dic quia tu tibi lumen non es. Ut multum, oculus es, lumen non es. Quid prodest patens ac sanus oculus si lumen desit? Ergo dic a te tibi lumen non esse, & clama quod dictum est, Tu illuminabis lumen tuum, oculus es, lumen non es. Tu illumina bis tenebras meas. Meae enim nihil nisi tenebrae: tu aut lumen fugans tenebras, illuminans me, non a te mihi lumen existeres, sed lumen non participas nisi in te. Sic Ioan. t. iij nes

D  
Math. 11.  
Psal. 49.  
E  
Luc. 22.  
Math. 11.  
Roma. 1.  
Roma. 1.  
Psal. 17.

**I**oan. 1. **G**nes amicus sponsi Christi, putabatur lumen. Non erat ille lumen, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen, erat lumen verum. Quid est verum? Quod illuminat omnem hominem. Si verum lumen est quod illuminat omnem hominem; ergo audi & Ioannem recte dicentem, recte confidentem. Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit, quam tu illuminabis lucernam meam domine. Denique iam illuminatus testimonium perhibebat. Propter hoc cæcos lucerna diei testimonium perhibebat. Vide quoniam lucerna est. Vos, inquit, misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret, quæ accendi potest & extingui. Sed vt non extinguatur, ventum superbiæ non patitur. Ergo confiteor, tibi pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, lumen se purantibus & tenebræ erant. Et pro eo quod tenebræ erant, & lumen se putabant, nec illuminare poterunt: illi autem qui tenebræ erant & tenebras se esse confitebantur, paruuli erant & non magni, humiles erant & non superbi. Recte ergo dicebant, Tu illuminabis lucernam hæc domine. Se agnoscebant, dominum laudabant, a via salutari non recedebant. Laudantes dominum inuocabant, & ab inimicis suis salui erant. Postremo aperit cælestis mysterium, quod si placuerit deo vt paruulis magis quam prudentibus istius mundi gratiam suam reuelaret. Quod Apostolus Paulus stylo pleniore digessit dicens, Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam dei sapientiam non cognouit hic mundus per sapientiam, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Ait ergo, Ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Cælestium enim verborum arcana atque virtutes, sapientibus absconduntur & paruulis reuelantur. Paruulis malitia non sensu: sapientibus vero stultitiæ præsumptione non prudentiæ causis. Facti que huius æquitatem dominus paternæ voluntatis iudicio confirmat, vt qui dedignantur paruuli in deum fieri, stulti deinceps in sapientia sua fiant. Vides quam terribilis in consiliis dominus. Disce veræ humilitatis exempla, nec temere discutias supernæ dispensationis consilia. Cum enim intulisset vtrunque, scilicet quod alii aduentus sui sacramenta reuelauerit, ab aliis vero absconderit, non mox rationem reddidit, sed sic deo placitum dixit, hoc ostendens manifeste, quia iniustus esse non potest quod placuit iusto. Ac nec quid in illo minus quam quod in deo est estimaretur, statim subdidit, omnia mihi tradita sunt a patre meo. Pulcherrimus conuenit de fide locus, quando omnia sibi tradita dicit a patre suo. Cum omnia legis, omnipotentem agnoscis, non decoloræ, non degeneræ patris. Cum tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia vnus substantiæ iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Tradita autem sibi dicit omnia, non cælum & terram vel cætera quæ ipse condidit ac fecit elementa, sed hoc, qui per filium accessum habent ad patrem & ante rebelles, deum postea per fidem sentire cæperunt. Vnde & alio loco dicit, Omne quod dat mihi pater ad me veniet: & Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quem nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Cum diceret, Nemo nouit filium nisi pater: non dixit, & cui voluerit pater reuelare, quemadmodum cum dixerit, Nemo nouit patrem nisi filius: addidit, Et cui voluerit filius reuelare. Quod non ita intelligendum est quasi a nullo possit cognosci nisi a solo patre: pater autem non solum a filio, sed

etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius dicitur est, vt intelligamus & patrem & ipsum filium, per filium reuelari, quia ipse est mentis nostræ lumen, vt quod postea intulit, & cui voluerit filius reuelare, non patrem tantum, sed etiam filium accipias: ad totum enim quod dixit, illatum est. Verbo enim suo se pater declarat. Verbum enim non solum id quod per verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. Vt scias autem quia sicut filius patrem quibus vult reuelat ipsum; audi dicentem ipsum dominum Iesum cum laudaret Petrum quod eum filium dei esse confessus sit, Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Audiamus ergo cum qui sequitur & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Mirum quibusdam videtur, fratres charissimi, cum audiunt dominum dicentem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos & discite, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum meum suauis est, & onus meum leue, & non considerant eos qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sarcinam mansuetissimis humeris acceperunt tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt non a laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocati videantur, cum Apostolus dicat, Omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ait ergo aliquis, Quomodo iugum eius suauis est & sarcina leuis, quando quidem illud iugum & sarcinam ferre, nihil est aliud quam pie viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos: & non potius dicitur, Venite qui vacatis vt laboretis? Nam & vacantes inuenit quos conduxit in vineam vt ferrent æstum diei. Et sub illo iugo leui & sarcina leui audiamus Apostolum dicentem, In omnibus commendantes nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, & cætera. Et alio loco in eadem epistola, A Iudeis quinquies quadragenas vnus minus accepi, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, & cætera pericula quæ enumerari quidem possunt, sed tolerari nisi spiritu sancto iuuante non possunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit aspera & graua, frequentius & abundantius sustinebat, sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluentia deliciarum dei, in spe futurae beatitudinis omnia presentia deliniret, aspera & graua omnia releuaret. Ecce quam suauis iugum Christi portabat & quam leuam sarcinam, vt omnia illa quæ superius enumerata dura & immania omnis auditor horrefcit, leuæ tribulationem diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis quanto precio temporalium emenda sit futura vita, non pati labores æternorum impiorum, & sine vlla sollicitudine perfrui æterna felicitate iustorum. Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non æterni, sed aliquanto diuturnioris vlcis acriorum dolorum precio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissima atque vltima vita. Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quam in ocio quieturus. Quibus respectibus & procellis, quam horribili & tremenda sauitia cæli & maris importuni sunt mercatores, vt diuitias ventosas acquirant, maioribus quam quibus acquisiti sunt periculis & tempestatibus plenas? Quos æstus

**A** æstus, quæ frigora, quæ pericula ab equis, a fossis, a præcipitiis, a fluminibus, a feris perferunt venatores: quem laborem esuriendi & sitiendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias vt bestiam capiant? Et interdum nec ipsius bestia carnes, propter quam hæc tanta sustinent, epulis necessaria: quanquam & si aper ceruusque capiatur, magis suauis sit venantis animo quia captus est, quam comedentis palato quia coctus est. Quæ tunc cruciatibus propè quotidianarum plagarum tenera puerorum atas subditur? Quæ tunc etiam scholis vigiliarum & abstinentiæ molestias exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter opes honoresque; vanitatis, vt numeros & literas & disertas fallacias eloqui discant? Sed in omnibus qui hæc non amant, eadè graua patiuntur: qui vero amant, eadem quidem, sed non graua pati videntur. Omnia enim sæua & immania, prorsus facilia, & propè nulla efficiuntur amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit.

**B** Quam facile toleratur quælibet aduersitas temporalis, vt æterna pena vitetur, æterna requies comparetur. Non immerito ille vas electionis cum ingenti læticia dixit, Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud suauis est & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit Psalmista, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsi mitescunt amantibus: propter quod ita diuine pietatis dispensatione actum est, vt interior homo qui renouatur de die in diem non adhuc sub lege positus, sed iam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium obseruationum, quod erat reuera graue iugum, sed dura ceruici conuenienter impositum, facilitatem simplicis fidei & bonæ spei & sanctæ charitatis, quicquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset, ille princeps qui missus est foras, interiore gaudio leue fieret. Nihil enim tam facile est bonæ voluntati quam ipsa sibi, & hæc sufficit deo. Quamlibet ergo sauiat iste mundus, verissime angeli nato in carne domino clamauerunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia qui natus erat suauis iugum eius est & sarcina leuis, sicut dicit Apostolus, Fidelis deus qui non sinit tentari nos super id quod possumus ferre, sed facit cum tentatione etiã exitum vt possimus sustinere. Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde, & in quantum potest paruitas nostra, maximas atque veras gratias agamus, precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, spirituales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Iesum Christum dominum nostrum filium suum, qui cum eo viuunt & regnant in vnitæte spiritus sancti deo per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica de iustitia quæ ex lege, et quæ ex fide est. Et quomodo diabolus princeps sit mundi ex traduce peccati. Et de perfectione imperfecta & æternitate futura: Sermo II.

**D**iuinæ lectiones omnes ita sibi connectuntur tamquam vna sit lectio, quia omnes ex vno ore procedunt. Multa ora sunt ministerii sermonis gerentium, sed vnum est os ministrorum implentis, Audiuimus Apostolicam lectionem, & forte aliquem

moueat quod ibi scriptum est, Secundum iustitiam quæ ex lege est, qui fuerim sine querela. Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi. Deinde secutus ait, Non solum damna, sed etiam stercora existimauit esse, vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed iustitiã quæ ex fide Iesu Christi. Quomodo enim stercora existimat damnaque? secundum iustitiam quæ ex lege est conuersari sine querela? Quis enim legem dedit? Nonne ipse legem præmisit, qui postea reis legis cum indulgentia venit? Sed his eum credimus venisse cum indulgentiã quos reos lex tenebat. Nunquid autem lex reos tenebat eos, qui secundum iustitiam quæ ex lege est conuersari sunt sine querela? Si ergo indulgentiam & veniam peccatorum reis legis attulit dominus, non attulit Paulo Apostolo, qui dicit, sine querela se in lege conuersatum? Sed ipsum audiamus alio loco, Non ex operibus, inquit, quæ nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum: & reliqua. Hac se constituit conuersatum in lege sine querela, ac talem se constitetur fuisse peccatorem, vt omnis peccator propter ea de se non desperet, quia Paulus meruit indulgentiam. Videte fratres, & vim sermonis huius intuemini, quomodo Paulus Apostolus damnã existimat & stercora, vbi sine querela dixit se conuersatum fuisse. Hac impletor legis, hac reus legis, vno eodemque tempore, ante baptismum, ante gratiam. Sed non sine causa damna esse dicit, ne subintrent cogitationes noxiæ, hoc ideo dixisse Apostolum Paulum, quod alius dederit legem, alius Euangelium: sicut Manichæus mente peruersa sentit, & reliqui hæretici qui dixerunt, alium datorem fuisse legis quæ data est per Moysen, alium autem largitorem Euangelicæ gratiæ. Illum quidem deum malum, illum vero deum bonum. Quid miramur fratres, in obscuritate legistanquam in clauis ostiis caliginè passi sunt, quia non pietate pulsauerunt. Inuenimus aliquando eundem Paulum apertissime dicere, legem bonã esse: quæ tamen ideo datam dicit esse, vt abundaret peccatum: & ideo abundasse peccatum, vt superabundaret gratia. Præsumebant enim homines de viribus suis, & faciendò quicquid sibi licere arbitrabantur, peccabant in lege dei occultam. Vnde ista lex manifesta promulgata est eis qui omnino sibi rei esse non videbantur. Data est illis lex, non quæ sanaret, sed quæ ægrotañtes probaret. Lex præcurrit ante medicum, vt se ægrotus qui se sanum putabat inueniret ægrotum, & dixit, Non concupisces. Et quia ante legem datam præuicatio non tunc erat, vbi enim non est, inquit, lex, nec præuicatio: antea sine lege peccabatur. Data vero lege postea quam peccatum est, amplius peccatum est, quia cum præuicatio peccatum est. Inuenit se homo vincti cupiditatibus suis, quas mala consuetudine aduersum se nutrebat, qui etiam cum vinculo & obligatione peccati ex Adam fuerat propagatus. Vnde dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando natura filij iræ. Inde est quod nec vnus diei infantem mundum dicit a peccato, non ex eo quod commisit, sed ex eo quod traxit. Audi Psalmum interiori dicentem, & peccatorum nostrorum secreta canentem. Ex persona enim generis humani dicitur Christo, Tibi soli peccavi, & malum corã te feci. Non ex persona vnus David hoc dicit, sed ex Adam persona, de quo genus humanum. Audi enim Psalmum, Tibi, inquit, soli peccavi, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis,

Ioan. 1.  
Ioan. 5.  
Math. 11.  
Psal. 17.  
1. Corin. 1.  
Math. 11.  
Ioan. 6.  
Math. 11.

Math. 10.  
Math. 11.  
L  
2. Tim. 3.  
Math. 11.  
Math. 10.  
2. Corin. 6.  
2. Corin. 11.  
M  
2. Corin. 4.  
Sermo XLIX.

Philip. 3.  
D  
Titim. 3.  
1. Tim. 1.  
E  
Roma. 5.  
Roma. 7.  
Roma. 4.  
Eph. 2.  
Iob. 15.  
Psal. 50.

G tuis, Christo dicitur. Vnde hoc intelligimus. Audi quod sequitur, Et vincas cū iudicaris. Non est iudicatus deus pater, non est iudicatus deus spiritus sanctus, non inuenimus nisi solum filium in ista carne, quam de nostra massa suscipere dignatus est iudicatum: non ex nodo concupiscentia hominis & foeminae virgo credidit, virgo concepit, virgo peperit, & virgo permansit: Et ideo dicitur, Vincas cum iudicaris. Iudicatus est enim & vicit, quia sine peccato iudicatus est. Patientia fuit sustinere iudicium, non reatus. Multi innocentes iudicantur, sed in ipsis causis quas agunt. Nam de reliquo peccato non carent, quia sicut ante homines factum, sic ante deū cogitationis peccatum est. Factum tuum coram oculis dei, cogitatio tua est. Testis facti est ipse iudex, accusatrix facti ipsa conscientia. Ergo ille vere innocens iudicatus est, & ideo vicit. Solus enim vicit, non de iudice Pontio Pilato, neque de Iudaeis fauientibus, sed de ipso diabolo, qui omnia nostra peccata rimatur diligentia inuidentiā. Et quid ait dominus Iesus de ipso diabolo? **Math. 27.** Ecce venit princeps mundi huius. Iam saepe dictum est charitati vestrae mundum istum appellari peccatores. Et quare peccatores nomine mundi appellatur? quia dilectione mundi inhabitant mundum. Qui enim non diligunt mundum, non habitant in eo quod non diligunt. Nostra, inquit, conuersatio in caelis est. Si ergo qui diligit deum in caelo habitat cum deo, qui diligit mundum in mundo cum principe habitat mundi: Omnes itaque dilectores mundi ipsi sunt mundus, habitatores mundi, non carne quod omnes iusti, sed animo quod soli peccatores, quibus princeps est diabolus, quomodo dicitur domus habitatores domus. Secundum quam sententiā dicimus malam domum esse marmoratam, & bonam domum esse fumigatam. Inuenis domū fumosam quā boni habitant, & dicis bona domus. Inuenis domū marmoratam & laqueatam quam possident iniqui, & dicis mala domus, domum appellans non parietes & receptacula corporum, sed ipsos habitatores: Sic mundum appellauit scriptura habitatores mundi per concupiscentiā dilectionis, non per conuersationem corporis. Ergo ecce, inquit, venit princeps mundi, & in me nihil inuenit. In solo ipso nihil inuenit diabolus. Et tanquam diceretur ei, Quare ergo moreris? Ibi sequitur, Sed ut sciāt omnes, quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Surgit & it ad passionem. Quare? Quia voluntatē patris mei facio: Propter hanc ergo singularem innocentiam, ait Psalmus, Tibi soli peccaui, & malum corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris: quia nihil mali in te inuenit. Quare autem in te inuenit genus humanum? Quia sequitur & dicit, Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea. Dicit hoc Dauid, Quare vnde natus sit Dauid, inuenies de legitima coniuge, de nullo adulterio. Secundum quam ergo propaginem dicit, In iniquitate concipit sum, nisi quia est ibi quiddam de mortis propagine, quod secum trahit omnis qui ex coniunctione viri & foeminae nascitur? Habens ergo vnusquisque concupiscentiam, attendat legem dicentē, Non concupisces: inuenit in se quod illa prohibet & fit reus legis. Inueniens autem in se cui subditus est, incipiat iam dicere, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae & captiuantem me in lege peccati quae est in membris meis. Cognouit se agrotum, implorat medicū. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondeat medicus,

Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Gratia dei, non merita tua. Quare ergo te dixisti in lege cū iustitia sine querela conuersatum? Attendite, Sine querela dixit hominum. Est enim quaedam iustitia quae potest homo implere vt nullus hominum queratur de homine. Dicit, Non concupisces alienum: Tu si non rapueris alienum, nulla querela erit hominum. Ergo aliquando concupisces & non rapis: Sed sententia dei supra te est, quia concupisces: Reus es legis, sed in oculis lateris legis. Sine querela viuatur: Quare ergo ista dāna? Quare ista stercola? Constrictior est aliquando nodus iste, sed soluet qui soluet, Hoc autē non ego solus pia subiectione, sed omnes pia intentione mereamur. Quicquid faciebant Iudaei vnde homines non quereretur, & esset ipsius conuersatio ex lege sine querela, sibi tribuebant, & ipsam iustitiam secundum legem viribus suis assignabant: implere non poterant, sed intantum faciebant in quantum poterant sibi tribuendo, nec hoc pie implebant. Hoc ergo dicit legem implere, hoc est, non concupiscentem. Quis ergo hoc qui viuere potest? Adiuuet nos Psalmus, qui modo cantatus est, Exaudi me domine in tua iustitia: hoc est, non in mea. Si diceret, Exaudi me in iustitia mea: tanquam meritum vocaret. Vocat quidē & in nonnullis locis & suam iustitiam, sed sic melius discernit, quia & suam quando dicit, datam dicit, quomodo dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Quomodo nostrum: Quomodo da. Ergo hic distinctus loquens, ait, Exaudi me in tua iustitia. Et sequitur, Et non intres in iudicium cum seruo tuo. Quid est, Non intres in iudicium cum seruo tuo? Non stes mecum in iudicio exigēdo à me omnia quae praecipisti, & omnia quae iussisti: Nam me inuenies reum si in iudicium intraueris mecum. Opus est ergo, inquit, mihi misericordia tua potius quam liquidissimo iudicio tuo. Quare ergo, ne intres in iudicium cum seruo tuo? Sequitur & dicit, Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Seruus enim sum: Quare mecum stas in iudicio? Misericordia domini vtar. Quare? Quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quid dixit? Quādiu viuatur in hac vita, nemo iustificatus est, sed in conspectu dei. Non frustra addidit, In conspectu tuo: nisi quia potest esse iustificatus aliquis in conspectu hominum, vt & illud impletur, Secundum iustitiam quae ex lege est, qui sine querela in conspectu fuerim hominum. Referrat in conspectu dei. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quid ergo facturi sumus? Clamem? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Clamemus, Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc ergo Psalmum audiuiimus, hoc Apostolum audiuiimus, Quia cum fuerit illa iustitia secundum quam viuunt angeli, cum fuerit illa iustitia vbi nulla erit concupiscentia, iam vnusquisque metiatur se quid est modo, & quid erit tunc, & inueniet in comparatione illius iustitiae, ista dāna esse & stercola. Quisquis autem putat se modo posse implere iustitiam, & cum vixerit bene atque innocenter secundum probabilitatem existimationis humanae in via remansit, non desiderat melius, quia implese putat, maximeque sibi tribuens, erit superbus: Et melior est peccator humilis quam iustus superbus. Ideo ait, Et inueniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sicut Iudaei putabant, sed iustitiam quae ex fide est in Christo Iesu. Deinde secus ait, Si quo modo occurram in resurrectione mortuorum: Ibi se credidit impleturū esse iustitiam, id est, plenam se habiturum iustitiam. In compa-

A comparatione resurrectionis illius, stercus est tota vita quam gerimus. Adhuc Apostolum audi apertius dicentem, Si quomodo occurram in resurrectionem iustorum, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum. Et contextit inde, Fratres ego me non arbitror apprehēdisse. Quomodo comparat iustitiam iustitiae, salutē salutē, fidē speciei, peregrinationē ciuitatis? Attendite quomodo hoc impleat, fratres ego me non arbitror apprehēdisse, Vnum autem. Quid vnum, nisi ex fide viuere, spe salutis aeternae, vbi erit plena & perfecta iustitia? In cuius comparatione dāna sunt quae transitoria sunt, & stercola quae reprobāda sunt. Quid ergo? Vnum autem, quae retrō sunt oblitus, in ea quae ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernae vocationis dei in Christo Iesu. Et ad eos qui de sua perfectione possent praefumere, Quotquot autem perfecti sumus, hoc sapiamus. Iam dudum dixerat se imperfectum, nunc autem perfectum. Quare nisi quia ipsa est perfectio hominis, inuenisse se non esse perfectum? Quotquot autem perfecti, hoc sapiamus. Et si quid forte aliter sapitis, id quoque vobis deus reuelauit, id est, vt si vos in aliquo profectu animi iustificatos probatis, legendo scripturas, & inueniendo quae sit vera & perfecta iustitia inueniatis vos reos, & desiderio futurorum damnatis praesentia, viuatis ex fide & spe & charitate, & intelligatis quia quod adhuc creditis nondum videtis, quod adhuc speratis, nondum tenetis, quod adhuc desideratis, nondum impletis. Et si talis est charitas peregrinationis, qualis erit videntium? Ergo ille qui docebat dei iustitiam & non constituebat suam, clamabat de Psalmo. Exaudi me in tua iustitia: Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Secundum hanc vitam dicitur Moysi, Nemo faciem dei vidit & vixit. Non enim viuendum est hac vita, vt illam faciem videamus. Moriendū est mūdo, vt deo in sempiternum vitamus. Tunc non peccabimus, non solum factis, sed nec concupiscentis, cum illam faciem viderimus quae vincit omnes concupiscentias, Tam enim dulcis est frater mei, tam pulchra vt illa vifa nihil aliud possit delectare: Satietas erit insatiabilis, nullum fastidium, semper esurienus, semper futurus erimus. Audi ipsas duas sententias de scriptura, Qui bibit me, dicit sapientia, adhuc sitiet, & qui edit me adhuc esuriet. Sed ne putes quia ibi erit indigentia & famines: audi dominum, Qui biberit de hac aqua, non sitiet in aeternum. Sed dicis, Quando erit? Quando cunque, erit tamen: Expecta dominum, sustine dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum. Nunquid tanta restat, quanta perfecta sunt? Intende ab Adam vsque ad hodie, num die, quot secula euoluta sunt, & ecce iam non sunt. Pauci dies remanent quodammodo. Sic enim dicendū est quod remanet in comparatione transactorum seculorum. Exhortemur in inimicem. Exhortetur nos ille qui venit ad nos, qui currens viā, & dixit, Sequimini. Qui ascendit prior in caelum, vt caput de sublimioribus subueniat ceteris membris in terra laborantibus: qui dixit de caelo, Saule Saule, quid me persequeris? Ergo nemo desperet: Reddetur nobis in fine quod promissum est: Ibi implebitur illa iustitia, Audistis & Euangelium istis lectionibus concordare. Voluntas, inquit, patris est, vt omnia quae mihi dedit non pereant, sed habeant vitam aeternam, & ego resuscitabo eos in nouissimo die. Seipsum primo die, nos nouissimo die. Primus dies ad caput Ecclesiae. Dies enim noster dominus Christus, non facit occasum, Nouissimus dies, erit finis seculi. Nolo di-

cas, quando erit iste. Generi humano longē erit, vnicuique hominum prope erit, quia nouissimus dies est, cuiusque dies mortis. Etenim hunc cum exieris recipieris pro meritis, & resurges ad recipienda quae egisti. Tunc deus coronabit non tā merita tua quam dona sua. Quicquid tibi donauit, si seruasti cognoscit. Totum ergo fratres desiderium nostrum non sit nisi ad vitam aeternā: Nemo sibi placeat quasi qui hic iuste vixerit, & comparet se illis qui male viuunt secundum Pharisaeum qui se iustificabat, qui non audierat Apostolum, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum. Ergo non acceperat adhuc hoc quod desiderabat. Pignus acceperat, sic dixit, Qui dedit pignus spiritum nobis: Cuius rei pignus erat, ad hoc peruenire cupiebat: Participatio quadam, sed distat. Aliter modo participamus, aliter tunc participabimur. Modo per fidem, per spem, in eodem spiritu, tunc autem species erit, res erit. Idem autem spiritus, idē deus, eadē plenitudo. Qui clamat absentibus, exhibebit praesentibus. Qui vocat peregrinos, nutriet & alet in patria. Via nobis factus est Christus, & desperamus nos perituros: Via ista finiri non potest, praecidi non potest, corrumpi non potest, nec pluuia, nec diluuiis, nec à latronibus obsideri. Ambula securus in Christo, ambula ne offendas, ne cadas. Nec retro respicias, ne in via remaneas, ne à via recedas. Ista omnia praecave tantū, & peruenisti. Cum perueneris, tunc iam gloriare ex hoc. Noli in te: Nam qui se laudat, deum non laudat, sed se à deo auertit: Quomodo qui vult recedere ab igne, ignis calidus remanet, sed ille frigescit, quomodo qui vult recedere à lumine, si recesserit, lumen in se lucidum remanet, sed ille tenebratur. Non recedamus à calore spiritus, à lumine veritatis. Vocem modo audiuiimus, tunc autē facie ad faciem videbimus. Nemo sibi placeat, nemo alicui insultet. Omnes sic velimus proficere, vt non inuideamus proficientibus, non insultemus deficientibus, & erit in nobis cū gaudio impletum quod promissum est in Euangelio, Et ego resuscitabo eos in nouissimo die.

Dominica in Septuagesima de lapsu mundi et auaritia. Sermo I.

Mnis homo in tribulatione constitutus aliqua, & in sua causa deficiens, prudentem aliquem querit à quo consilium accipiat, & norit quid agat. Existimemus ergo vniuersum mundum quasi esse hominem vnum. Euadere mala querit, & facere bona piget, ac per hoc crebrescentibus tribulationibus suis in sua causa deficiens, quem potest ad accipiendum consilium prudentiorem inuenire quam Christum? Certe meliorem inueniat, & quod vult agat. Si autem non habet vbi meliorem inueniat, ad hunc veniat quem vbiq; inueniat, consulat, accipiat consilium, fertet mandatū bonum, euadat magnum malum. Praesentia enim mala temporalia, quae multū homines exhorrent, sub quibus plurimum murmurant, & murmurando offendunt emendatorem, ne intendant saluatorem. Praesentia ergo mala sine dubio transitoria sunt, aut per nos transeunt, aut nos per illa transimus, aut transeunt nobis viuentibus, aut dimituntur nobis morientibus. Non est in tribulatione magnum, quod tempore breue est. Quisquis cogitat crastinum diem, non reuocet hesternum diem. Minuente die perendio, hesternus erit & crastinus. Veruntamen si curis tantis homines astuant ad euadendas temporales & transcurrentes vel potius transiōntes tribulationes, quid est cogitandum vt homo euadat manentes & sine fine durātes? Dura causa est vita mortalitatis. Quid est aliud hic nasci, nisi ingredi laboriosam vitam?

Math. 27.

Ioan. 14.

Philip. 3. Mādas qd

Ioan. 14.

Ibidem.

Psal. 50.

Exod. 20. Roma. 7.

Psal. 142.

Math. 6.

Psal. 142.

Psal. 142.

Exo. 33.

Ecclesiastici 24.

Ioan. 4.

Psal. 6.

Acto. 9.

Ioan. 5.

Philip. 3.

Luce. 18.

Philip. 3.

1. Cor. 3.

E

1. Corin. 13.

Ioan. 6.

Sermo. L.

F

Nasci quide vitam?



**G** vitam: De labore futuro nostro, testis est ipse fletus infantis. Ab ipso molesto conuiuio nemo est excusatus. Bibendum fuit, quod propinauit Adam. Facti quidem sumus manibus veritatis, sed propter peccatum proiecti in dies vanitatis. Facti sumus ad imaginem dei, sed detriumus eam transgressione peccati. Ideo psalmus nos admonet, quomodo facti fuerimus, & quò peruenierimus. Ait enim, *Quantum in imagine dei ambulat homo. Ecce quod factus es. Quò peruenit? Audi quod sequitur, Tamen vane conturbatur omnis homo. In imagine ambulat veritatis, & conturbatur in consilio vanitatis. Denique vide conturbationem eius, vide & tanquam in speculo displice tibi. Quamquam, inquit, in imagine dei ambulat homo; & ideo magna res est homo, tamen vane conturbabitur. Et quasi quereremus, vnde rogo te, vnde vane conturbabitur? Theaurizat, inquit, & ignorat cui congregat ea. Ecce ille homo, id est, vniuersum genus humanum, quasi vnus homo qui in causa sua defecit, consilium perdidit, de via sanæ mentis errauit, theaurizat, & nescit cui congregat ea. Quid demeritius? Quid infelicitius? Certe enim sibi? Non. Quare sibi non? Quia moriturus est, quia brevis vita hominis est, quia thesaurus durat, & cito transit qui congregat. Ideo miseratus hominem in imagine dei ambulat, vera fatentem, vana sectantem, Vane, inquit, conturbabitur, Doleo, theaurizat & ignorat cui congregat ea. Sibi ea? Non. Quia moriturus homo, sed durante thesauro. Consilium habes, da & mihi. Non habes consilium quod mihi des, nec tu ergo tenes. Proinde si ambo non habemus, ambo queramus, ambo accipiamus, ambo trahemus, Conturbatur, theaurizat, cogitat, laborat, curis inuigilat. Per diem vexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus. Vt sacculus tuus impleatur nummis, anima tua febricitat curis: Video, doleo, conturbaris, & sicut dicit qui fallere nescit, vane conturbaris. Theauriza enim vt bene proueniat quicquid agis. Vt damnata ceamus, vt tanta pericula & in singulis lucris singulas mortes (Mortes dico non corporum, sed malatum cogitationum) vt accedat aurum, perit fides, vt foris vestiaris, intus expoliaris: vt ista omittamus, vt alia taceamus, vt aduersa prætereamus, prospera sola cogitemus: Ecce theaurizas, ecce vndique lucra confluent, & more fontium nummi currunt. Vbi que ardet inopia, vbi que fluit copia, Non audisti, Diuitiæ si affluant ne apponatis cor? Ecce acquiris, non infructuose conturbaris, tamen vane conturbaris. Quare, inquit, vane conturbor? Ecce saccos impleo, parietes mei vix capiunt quod acquiror: Quare vane conturbor? Theaurizas & ignoras cui ea congreges. Aut si scis cui, obsecro dic & mihi. Audiam te cui. Si non vane conturbaris dic cui theaurizas? Mihi, inquit. Hoc audes dicere moriturus? Filiis meis, inquit. Hoc audes dicere de morituris? Magna pietas, theaurizat pater filiis: imò magna vanitas, theaurizat moriturus morituris. Si propterea quia morituris dimittis, quid colligis? Hæc causa & filiorum, successuri sunt non permanfuri. Omitto dicere qualibus filiis, ne forte quod congregavit auaritia, perdat luxuria: Alius fluendo perdit, quod tu laborando cōgregasti. Sed omitto hoc. Forte erunt boni filij, luxuriosi non erunt, seruabunt quod dimisisti, augebunt quod seruasti, nō perdent quod cōgregasti, Filij tui tecum sunt pariter vni si hoc faciunt, si te patrem in hoc imitantur: Illis dico quod tibi dicebam. Filio tuo dico, Cui seruas illi dico, Theaurizas, & nescis cui congreges ea. Sicut enim tu nescisti, sic & ille nescit. Si in illo vanitas permanfit, nunquid ad ipsum*

defecit veritas: Omitto dicere, quia forte dum vitis theaurizas furi. Vna nocte venit, & tot diebus ac noctibus congregatum paratum inuenit. Theaurizas forte latroni, forte prædoni. Nolo amplius dicere ne commorem & refricem perpefforum dolores. Quam multa quæ congregavit inanis vanitas, parata inuenit hostilis crudelitas. Non est enim meum optare, sed omnium est timere. Auertat hoc deus. Sufficiant flagella ipsius. Omnes oremus, auertat hoc deus. Parcat de nobis quæ rogamus. Sed si dicat quibus, quid respondemus? Tu ergo homo, si omnis homo, tu qui vane theaurizas, vnde mihi respondes tractanti tecum, & tecum querenti consilium in causa omnium? Dicebas enim & respondebas, Theaurizo filio meo, filiis meis, posteris meis. Dixi, quanta sint & in ipsis filiis metuenda. Sed omitto pœnaliter victuros filios sicut optat inimicus, sic viuant vt optat pater, quam multi in casus inciderunt. Dixi, commemoravi, horruisti & non correxisti. Quid enim respondurus es, nisi hoc dicas, forte non? Et ego sic sum locutus, Forte, inquam, furi, forte latroni, forte prædoni. Nō dixi certe, sed forte. Inter forte fiet, forte non fiet: nescis ergo quid fiet: Vane conturbaris. Vides quam verum dixerit veritas, quam inaniter conturbetur vanitas. Audisti, tandem aliquando sapiuisti, quia hoc ipsum cum dicis forte filiis meis, nō autem audes dicere certum sum, quia filiis meis, nescis cui congreges ea. Ergo vt video, vt ante dicebam, defecisti in causa tua, nō inuenis quod mihi respondeas, sed nec ego quid tibi. Ambo itaque queramus, ambo consilium petamus. Habemus copiam nō sapientis, sed ipsius sapientia: Audiamus ambo Christum, Iudæis scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autē vocatis Iudæis & Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Quid paras argumenta diuitiis tuis? Audi virtutem, nihil fortius. Quid paras argumenta diuitiis tuis? Audi sapientiam dei, nihil prudentius. Forte enim cum dixero scandalizaberis: Iudæus eris, quia Christus Iudæis scandalum. Forte cum dixero stultum tibi videbitur: Gentilis eris, quia Christus gentibus stultitia: Christianus es, vocatus es. Vocatis autem Iudæis & Græcis Christus dei virtus est & dei sapientia. Nolite contristari cum dixero, nolite scandalizari, nolite veluti insipientia: meæ ore torto insultare. Audiamus, Quod enim dicturus sum, Christus dixit: Contemnis præconem, time iudicem. Quid ergo ego dicam? lam me propemodum pauloante Euangelij lector hac cura liberauit. Non ergo lego, sed lecta recolo. Consilium quærebis in causa tua deficiens, vide quid dicat fons recti consilij, fons vnde quicquid implet venenum non times. Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi tinea & comeftura exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur, sed theaurizate vobis thesauros in cælo, quò fur non accedit neque tinea corrumpit. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Quid expectas amplius? Res aperta est. Consilium patet, sed cupiditas latet, immo nō latet, sed etiam ipsa quod peius est patet, Non enim cessat rapina grassari, non enim cessat fraudare auaritia, non enim cessat periurare malitia. Totum vt quid? Vt theaurizetur. Et vbi ponatur? In terra. Recte quidè à terra in terram. Homini enim à quo nobis dixi labore fuisse propinatam, dictum est peccanti, Terra es, & in terram ibis. Merito thesaurus in terra, quia cor in terra. Vbi est ergo quod habemus ad deum? Dolete qui intellexistis, corrigimini si doluistis. Quandiu vultis laudare & non facere? Verum est, nihil verius. Fiat ergo quod verum est. Vnum deum laudamus & non mutamur, vt non etiam

in hoc

**A** in hoc vane conturbemur. Ergo nolite vobis condere thesaurum in terra, siue experti quomodo peccat quod in terra reconditur, siue non experti, sed ex alteris metuentis experiri. Quem non corrigunt verba, corrigat experientia. Non surgitur, non proceditur, nisi vt vna voce dicatur ab omnibus: Vx nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi architectus diceret ruituram domum tuam, nōne prius migrares quam murmurares? Structor mundi tibi dicit ruituram mundam, & non credis? Audi vocem prædicentis, audi consilium commententis. Vox prædicentis est, Et cæli & terra transibunt. Vox commententis est, Nolite vobis condere thesaurum in terra. Ergo si creditis prædicenti, si non contemnitis commententem, fiat quod dicit. Non enim ille te fallit qui tale consilium dedit. Non perdes quod dedisti, sed sequeris quod misisti. Consilium ergo do, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Non sine thesauro remanebis, sed quod habes in terra sollicitus, habebis in cælo securus. Consilium do seruandi non perdendi. Habebis, inquit, thesaurum in cælo, & veni sequere me, vt ducam te ad thesaurum tuum. Non est hoc dispendium, sed compendium. Cur silent homines? Audiant, vel experti quod timeant, faciant vnde non timeant, migrēt in cælum. Frumentum ponis in terra, venit amicus tuus qui nouit frumentum & terræ naturam, docet tuam imperitiam, dicit tibi, Quid fecisti? Frumentum in terra in inferioribus posuisti. Humidus locus est, putrescit quod posuisti, perdes laborem tuum: Respondes, Quid ergo faciam? Migra, inquit, in superiora. Audis ergo amicum consilium dantem de frumento tuo, & contemnis deum consilium dantem de corde tuo? Frumentum tuum times ponere in terra, & cor tuum perdis in terra. Ecce dominus deus tuus dat tibi consilium de corde tuo: Vbi enim, inquit, fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Leua, inquit, cor in cælo, ne putrescat in terra. Consilium est eius, qui te vult seruari non perdere. Si ergo ita est, quomodo pœnitent eos qui non fecerunt? Modo quid sibi dicunt? In cælo habere, quod in terra perdidimus. Inuasit hostis domum, nunquid inuaderet cælum? Occidit seruum custodem, nunquid occideret dominum seruatore, quò fur non accedat, neque tinea corrumpit: Quam multi dicunt: Ibi habere, vbi nostros thesauros recondiderimus, quod eos securi post paululum sequeremur. Quare non audiuius dominum nostrum? Quare contempsimus patrem monentem, & hostem sensimus inuadentem? Ergo si consilium est hoc, nō sumus pigri in tam bono consilio, & si migranda sint quæ habemus, in eum locum trāsferamus vnde ea non perdamus. Quid sunt pauperes quibus damus, nisi laturarij nostri per quos in cælum de terra migramus? Da, laturario tuo das, ad cæli portat quod das. Quomodo, inquit, ad cælum portat? Et video quia manducando cōsumit. Prorsus non tenendo, sed manducando trāsportat. An excidit tibi, Venite benedicti, percipite regnum, Esuriui enim & dedistis mihi manducare: Et cū vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: Si ante te mendicantem non contempsisti, attende ad quem peruenierit quod dedisti. Cum vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Christus accepit quod dedisti. Ille accepit, qui tibi vnde dares dedit. Ille accepit, qui in fine tibi seipsum dabit. Nam & hoc fratres aliquando commonui charitatem vestram, quod me fateor in scriptura dei plurimum mouet, & sapius debeo commonere. Rogo vos vt cogitetis, quòd ait ipse dominus noster Iesus Christus, in fine seculi cum venerit ad iudiciū, con-

gregaturum se omnes gentes in conspectu suo, & diuisurum homines in duas partes, alios ad dexteram, & ad sinistram alios positurum, dextrisq; diciturum, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Sinistris autem, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Quere causas vel tantæ mercedis, vel tanti supplicij, percipite regnum, & ite in ignem æternum. Quare isti percipientur regnum? Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Quare isti ituri in ignem æternum? Esuriui enim & nō dedistis mihi manducare. Quid est hoc rogo? Videro de his qui percipientur regnum, quia dederunt tanquam boni & fideles Christiani: verba domini nō contemnent, & cum fiducia promissa sperantes fecerunt hoc: quia si nō fecissent, vitæ ipsorum bene sterilitas ista non vtique conuenisset. Forte enim casti erant, nō fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis: Si hoc non adderent, steriles remanerent. Fecissent enim, Declina à malo: non fecissent, Et fac bonum. Veruntamen etiam ipsi non ait, Venite percipite regnum, caste enim vixistis, nulli fraudem fecistis, neminem pauperem oppressistis, limitem nullius inuasistis, neminem iurando fefellistis: Non dixit hæc, sed percipite regnum, quia esuriui & dedistis mihi manducare. Quanto hoc excellit quādo cætera tacuit, & hoc solum dominus nominauit? Rursus ad illos, Ite in ignem æternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Quam multa posset in impios dicere, quoniam si quærent quare imus in ignem æternum, quare quæris adulter, homicida, fraudulator, sacrilege, blasphemator, infidelis: Nihil horum, sed quia esuriui & nō dedistis mihi manducare. Video vos moueri, sicut moueor. Et vere mira res. Huius autē admirabilis rei rationem colligo vt possum quia vos nō celabo, Scriptum est. Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Item scriptum est, Include elemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te deprecabitur dominum. Item scriptum est, quod pauloante commemoravi, Consilium meum audi rex, & peccata tua elemosynis redime. Et alia multa sunt diuini eloquij documenta, quibus ostenditur multum valere elemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis quos dānaturus est, imò plus illis quos coronaturus solas elemosynas imputabit, tanquam dicens, Difficile est, vt si examinem vos, & appedam vos, & scruter diligentissime facta vestra, non inueniā vnde vos damnē: Sed ite in regnum, Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Non ergo itis in regnum quia non peccastis, sed quia vestra peccata elemosynis redemistis. Rursus & illis, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et illi tanquam noxij, olim rei, sero trementes, attendentes peccata sua quando auderent dicere, immerito se damnari, immerito in se hanc depromi à iudice tam iusto sententiam: Cōsiderando conscientias suas, considerando omnia vulnera animæ suæ, quando auderent dicere, iniuste damnatur? De quibus ante in sapientia dictum est, Traducēt eos ex aduerso iniquitates eorum: Sine dubio videbunt se iuste damnari pro scelere & criminibus suis: & quasi eis diceret, Non inde vnde putatis, sed quia esuriui & nō dedistis mihi manducare. Si enim ab illis omnibus vestris factis auersi & ad me conuersi, illa omnia crimina atque peccata elemosynis redemissetis, ipsa elemosynæ modo liberarent vos, & à reatu tatorum criminum obfoluerent. Beati enim misericordes, quoniam ipsis misericordia præstabitur. Modo autem

ite in

**G**ite in ignem aeternum, Iudiciū sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Commendauerim vobis fratres mei, Date panem terrenum, & pulsate ad caeleste. Dominus panis est. Ego sum panis, inquit, vita. Quomodo tibi dabit qui non das egentibus? Eget ad te alter, eges ad alterum: Et cum eges ad alterum, & eget ad te alter, ille ad egentem eget. Nam ad quem tu eges nullius eget, fac quod circate fiat. Non enim quomodo inter se solent impropere quodammodo beneficia amici: Ego tibi praestiti hoc: Respondetur, Et ego tibi hoc: vult ut praestemus ei, quia & ipse praestitit nobis. Nullius indiget, ideo verus est dominus. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Cum ergo sit dominus & verus dominus, & bonorum nostrorum non egeat, tamen ut aliquid etiam erga illum faceremus, esurire dignatus est in pauperibus suis. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Domine quando te vidimus esurientem? Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Breuiter ergo audiant homines dignetur; considerent, quantum sit meritum Christum pauisse esurientem, & quale sit crimen Christum contempnisse esurientem. Mutat quidem hominem in melius poenitentia peccatorum, sed nec ipsa videtur aliquid profutura si ab operibus misericordiae sterilis fuerit. Testatur hoc veritas per Ioannem, qui venientibus ad se dicebat, Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo dignos fructus poenitentiae. Et ne dicatis, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potes est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. De hoc itaque fructu superius ait, Facite fructus dignos poenitentiae. Quisquis itaque istos fructus non fecerit, sine causa putat per sterilem poenitentiam se mereri veniam peccatorum. Qui sunt autem isti fructus, ipse consequenter ostendit. Nam post hac eius verba interrogabant eum turba, dicentes, Quid ergo faciemus, id est, qui sunt isti fructus quos vt faciamus hortaris & terres? Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas det vnā non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Quid manifesti fratres mei? Quid certius? Quid expressius? Quid ergo aliud sonat, quod superius ait, Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur & in ignem mittetur: nisi quod sinistri auctori sunt, Ite in ignem aeternum: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare? Parum est itaque recedere a peccatis, si praeterita curare neglexeris: sicut scriptum est, Fili peccasti, ne adicias iterum. Et ne hoc solo securum se esse putaret: Et de pristinis, inquit, deprecari vt tibi dimittatur. Sed quid proderit deprecari si te non dignū feceris exaudiri non faciendo fructus dignos poenitentiae, vt tanquam sterilis arbor excidaris & in ignem mittaris? Si ergo exaudiri vultis cum deprecamini pro peccatis vestris, Dimitte & dimittetur vobis.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundū Mattheum. Simile est regnum caelorum homini patrifamilias qui exiit primo mane etc. quae inserta est in sermone LXI de verbis domini.

Item in eadem dominica alius sermo de epistola, Non sic pugno etc. qui habetur inter sermones de verbis Apostoli XXI.

Dominica in Sexagesima, De uocatione Abraham, Egrede de terra tua etc. Sermo. I.

**M**odo cum diuina lectio legeretur audiuimus dominum beato Abraham dicentem, Egrede de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Omnia enim fratres charissimi, quae in veteri testamento conscripta sunt, noui testamenti typum & imaginem praetulerunt, sicut Apostolus dicit, Omnia enim in figura contingebant illis: Scripta sunt autem propter nos, in quos fines saeculorum obuenerunt. Si ergo propter nos scripta sunt, quod tunc in Abraham corporaliter legimus factum, spiritualiter in nobis videbimus impletum, Egrede, inquit, dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Haec omnia fratres pro sacramento baptismi in nobis & credimus & sentimus impleri. Terra nostra caro nostra est. Et bene de terra nostra egredimur, quando carnales consuetudines deserentes, Christi vestigiis inhaeremus, Quasi non tibi videtur feliciter de terra tua, id est, de seipso egredi, qui de superbo efficitur humilis, patiens ex iracundo, castus ex luxurioso, largus ex cupido, benignus ex inuidioso, placidus ex cruento? Vere fratres feliciter de terra sua egreditur, qui pro dei amore taliter commutatur. Denique etiam in colloquutione priuata ita loqui consueuimus, vt si aliquis malus homo subito bona opera coeperit exercere, dicamus de illo, Exiit iste de se. Et vere bene de se exisse dicitur, Egrede, inquit dominus, de terra tua. Terra nostra, id est, caro nostra ante baptismum terra morientium fuit, per baptismum facta est terra viuientium. Ipsa est illa terra de qua Psalmista commemorat, dicens, Credo videre bona domini in terra viuientium. Terra viuientium & non morientium, id est, virtutum non vitiorum, vt dixi, per baptismum facti sumus: si tamen post acceptum baptismum ad vitiorum non reuertimur volutabrum, si posteaquam terra viuientium facti sumus, opera morti obnoxia & luxuriosa non faciamus. Et veni, inquit dominus, in terram quam monstrauero tibi. Tunc enim ad terram quam dominus ostendit cum gaudio veniemus, si prius de terra nostra, id est, de carne nostra, ipso adiuvante, vitia & peccata repellimus, Egrede, inquit, & de cognatione tua. Cognatio ista, vitia intelliguntur atque peccata, quae nobiscum quodammodo & ex parte nascuntur, & ab infanzia malis moribus adduntur ac nutriuntur. De cognatione ergo nostra egredimur, quando per gratiam baptismi omnibus peccatis & vitis vacuumur: ita tamen vt postea cum dei adiutorio quantum possumus laboremus, vt expulsis vitis virtutibus repleamur, Nam si per baptismum malis omnibus vacuati, desides esse volumus & ignaui, timeo ne impleatur illud in nobis quod in euangelio scriptum est, Cum exierit spiritus immundus ab homine, vadit per loca arida & quarit requiem & non inuenit. Postea reuersus si inuenit domum vacuam, adducit secum septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi: Et erunt hominis illius posteriora peiora prioribus. Ita ergo de cognatione nostra, id est, de peccatis & vitis exeamus, vt nunquam ad hac mala postea velut canis ad vomitum redire velimus. Egrede, inquit, & de domo patris tui. Et hoc charissimi spiritualiter debemus accipere. Pater noster ante gratiam Christi, diabolus fuit. De ipso dominus in euangelio Iudaeos arguit, dicens, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis. Patrem ergo hominum dixit diabolum, non ex ipso nascendo: sed ipsius nequitiam imitando, non quod ex ipso potuerint nasci, sed quod eum voluerint imitari. Nam quod prius pater noster diabolus fuerit, ex persona dei loquentis ad ecclesiam, Psalmista

**A**mista commemorat, dicens, Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Considerate fratres quid dixerit, Audi, inquit, filia. Qui dicit, Audi filia, pater vtique est. Et cum dicit, Obluiscere populum tuum & domum patris tui: patrem vtique admonet relinquendum. Inuitamur ergo a deo patre, vt beata & felici commutatione patrem diabolum relinquamus. Bene diabolum patrem relinquimus, si deo auxiliante calliditate & nequitas illius vitare semper vel fugere studeamus. Haec ergo omnia fratres, id est, vt exemplo beati Abraham de terra nostra, conuersatione vtique carnali possumus exire, & cognationem nostram, vitia videlicet & peccata relinquere, & de domo diaboli patris efferre, non nostris viribus, sed Christi gratia donante meruimus. Et ideo quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne iterum ad consortium vel ad amicitias diaboli, aut ad vitia vel ad carnales concupiscentias redeamus, propter illud quod scriptum est, Iam sanus factus es, noli peccare ne quid tibi deterius contingat: sed Abraham fidem potius imitatur, & bona iugiter opera faciendo, non solum ad veniam, sed etiam ad consortium vel amicitiam dei peruenire possumus. Sed & illud fratres charissimi quod de hac eadem re dominus locutus est ad Moysen, cum grandi metu & tremore considerare debemus. Sic enim ait: Cum tradiderit vobis dominus terram Chanaanorum, caute ne vnquam cum habitatoribus terrae illius iungatis amicitias, quae vobis protinus sint in ruina. Cum enim per gratiam baptismi a nobis omnia crimina vel peccata expulsa esse credamus, si postea cum ipsis vitis & peccatis amicitias iungimus, dum eis ad cupiditatem vel luxuriam consentimus, sine dubio eorum amicitia nobis efficitur in ruina. Et ideo quantum possumus cum dei adiutorio pro salute animae laboremus, & agro cordis nostri quem peccata vel crimina possederant, virtutes intromittere festinemus, vt in nobis impleatur illud quod beatus Isaac in typo Christi benedicens filium suum, dixit, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, quod ipse prestare dignetur, cui honor & imperium cum patre & spiritu sancto in saecula saeculorum, Amen.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Mattheum, Exiit qui seminat etc. quae habetur lib. I. questionum euangeliorum. ca. X. et XXI.

Feria quarta post dominicam in Sexagesima, De charitate et dilectione dei, et de caeco illuminato: Ser. I.

**D**e charitate nobis pauloante Apostolus loquebatur, cum eius epistola legeretur, & eam nobis sic commendabat, vt intelligeremus cetera omnia quantum magna dei dona, sine illa nihil prodesse. Vbi autem ipsa est, sola esse non potest. Et nos ergo vestrae charitati sermonem de charitate reddamus. Charitas alia est diuina, alia est humana: alia est humana licita, alia illicita. De his ergo tribus charitatibus vel dilectionibus, duo enim nomina habet apud Latinos, quae Graece ἀγάπη dicitur, quod dominus donauerit dicam. Haec ergo prima est distributio mea, quod dixi aliam humanam, aliam diuinam esse charitatem. Eandemque humanam in duo distribui, quod alia sit licita, alia illicita. Prius ergo loquor de humana licita quae non reprehenditur: Deinde de humana illicita quae danatur: Tertio de diuina quae nos perducit ad regnum. Vt ergo breuiter insinuem, licita est humana charitas qua vxor diligitur, illicita qua meretrix vel vxor aliena in foro

enī & plateis magis licita charitas diligitur quam meretrix. In domo dei, in templo dei, in ciuitate Christi, in corpore Christi, etiam meretricis amor ad gehēnas amātem perducit. Licita ergo charitate habete, humana est, sed, vt dixi, licita est. Non solum autem ita licita est vt concedatur, sed ita licita est vt si defuerit reprehendatur. Liceat vobis humana charitate diligere coniuges, diligere filios, diligere amicos vestros, diligere ciues vestros. Omnia enim ista nomina habent necessitudinis vinculum, & gluten quodammodo charitatis. Sed videtis istam charitatem esse posse & impiorum, id est, paganorum, Iudaeorum, haeticorum. Quis enim eorum non amat vxorem, filios, fratres, vicinos, affines, amicos &c. Haec ergo humana est. Si ergo tali quisque crudelitate efferatur vt perdat etiam humanum dilectionis affectum, & non amet filios suos, & non amet coniugem suam, nec inter homines numerandus est. Non enim laudandus est qui amat filios suos, sed damnandus est qui non amat filios. Adhuc enim videat cum quibus debet ei esse dilectio ista communis. Amat filios, & ferae amant filios: Amant filios aspides, amant filios tigrides, amant filios leones. Nulla enim bestia est quae non filiis suis blande murruret. Nam cum terreat homines, paruulos fouet. Fremit leo in filios, vt nemo transeat. Intra in speluncam vbi habet filios suos, omnem rabiem feritatis exponit. Foris eam ponit, cum ipsa non ingreditur. Ergo qui non amat filios suos, etiam leone peior est, humana sunt ista & licita sunt. Illicitum amorem caute, Membra Christi estis, & corpus Christi estis. Audite Apostolum & terremini. Non potuit enim grauius dicere, non potuit vehementius, non potuit acrius deterrere Christianos ab amore fornicationum, nisi vbi dixit, Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: Vt autem hoc diceret, superius ait, Nescitis quia qui adheret meretrici vnū corpus est? Et testimonium de scriptura dedit quod scriptum est, Erunt duo in carne vna. Dicitur est enim hoc diuinitus, sed de viro & vxore vbi licet, vbi coelescum est, vbi honestum est, non vbi turpe, non vbi illicitum, non vbi omni ratione damnabile. Sicut autem vna fit caro in permixtione licita viri & vxoris, sic vna fit caro in permixtione illicita meretricis & amatoris. Cum ergo vna fit caro, illud te terreat, illud exhorreat quod addidit, Tollens ergo membra Christi. Membra Christi, Christiane attende. Membra Christi noli in altero, in te attende membra Christi qui emptus es sanguine Christi. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: Hoc qui non horret, deo horret. Prorsus prorsus obsecro vos fratres mei: Ecce ponamus, quod non est, promississe deum talibus impunitatem & dixisse, Qui talia fecerint miserebor eorum, non eos damnabo: Faciamus hoc dixisse deum. Etiam promissa impunitate tollit quisque membra Christi, & facit iam membra meretricis: Non facit si est ibi tertia diuina dilectio. Etenim tres dilectiones commemorauimus, de tribus me quod dominus daret dicturum esse promissi. De licita humana, de illicita humana, de illa excellenti atque diuina. Interrogemus diuinam charitatem, & ponamus ante illam duas humanas charitates, & dicamus ei, Ecce licita est charitas humana qua vxor diligitur & filij aliorum: necessitudines seculares: Ecce alia illicita qua diligitur meretrix, qua diligitur ancilla aliena, qua diligitur aliena filia non petita, non promissa, qua diligitur vxor aliena. Duæ ante te sunt charitates, cum qua istarum vis manere: Qui eligit manere cum illa humana licita, cum illa humana illicita non manet. Nemo sibi dicat, ambas habeo.

Charitas humana licita.

Charitas humana illicita.

1. Cor. 6.

Gene. 24.

Christi membra.

Charitas diuina.

Iacobi. 2.

Ioan. 6.

Psalm. 15.

Matth. 25.

Luc. 7.

Matth. 25.

Ecclesiasticus 21.

Luc. 6.

Sermo. LI. Gen. 11.

1. Corin. 10. Egrede de terra tua etc.

Terra nostra quae.

L.

Terra morientium & viuientium.

Psalm. 26.

Gene. 11.

M.

Matth. 23.

Ioan. 2.

Psalm. 44. mista

**G** habeo. Si ambas habes admittendo ad te dilectionem meretricis, iniuriā facis matronæ & quæ ibi habitat diuine charitatis. Puto enim quia si homo coniugatus es & diligas meretricem, non mittis meretricem in domū tuam vt habitat cum matrona tua. Non vsque adeo progredieris: Tenebras quæris, latebras quæris, turpitudinē nō profiteris. Sed & qui non habet uxores & sunt quasi meretricum licentiam amatores, ideo dixi quasi, quia & ipsi damnantur si iam sunt fideles: puto quia & adolescens nondum habens uxorem si diligat meretricē non eam facit habitare cum sorore sua, non eam facit habitare cum matre sua, ne iniuriam faciat humanæ pudicitie, ne offendat decus sanguinis sui. Si ergo non facis habitare meretricem quam diligis cum matre tua, cum sorore tua, ne sicut dixi, offendas decus sanguinis tui: facis habitare in corde tuo dilectionem meretricis cū dilectione dei, & offendis decus sanguinis Christi? Amate deum, nihil melius inuenitis. Amatis argentum, quia melius est ferro & æramento. Amatis plus aurum, quia melius est argento. Amatis plus lapides preciosos, quia & auri precium superant. Amatis postremo istam lucem quam dimittere formidat omnis qui mortem timet. Amatis, inquam, istam lucem, quomodo eam amore quodam ingenti desiderabat, qui post Iesum clamabat, Miserere mei fili David. Clamabat cæcus Christo transeunte. Metuebat enim ne transiret, & nō sanaret. Et quantum clamabat, vt turba prohibente non taceret, vicit contradicentem, tenuit Saluatorem, obstrepentibus turbis & clamare prohibentibus; stetit Iesus. Vocauit eum & dixit ei, Quid vis tibi fieri? Domine, vt videam, inquit, Respice, fides tua te saluum fecit. Amate Christum, desiderate lumē quod est Christus. Si desiderauit ille lumen corporis, quāto plus lumen cordis desiderare debetis. Ad eum non vocibus, sed moribus clamemus. Viuamus bene, mundum contemnamus. Nihil nobis sit omne quod transit. Reprehensuri sunt nos quando sic vixerimus quidam dilectores nostri homines seculares, amantes terram, sapientes puluerem, nihil de cælo ducentes, auras liberas corde nare carpentes. Reprehensuri sunt nos proculdubio atque dicturi si viderint nos ista humana, ista terrena cōtenere. Quid pateris? Quid infans? Turba illa est contradicens ne cecus clamet, & aliquanti Christiani sunt qui prohibent viuere Christiane: quia & illa turba quæ cū Christo ambulabat, & vociferantem hominem ad Christum ac lucem desiderantem ab ipsius Christi beneficio prohibebant, sunt tales Christiani. Sed vincamus illos, viuamus bene & ipsa vita sit vox nostra ad Christum, stabit qui stat. Nam & ibi magnum mysterium est. Transiens erat ille quando ille clamabat. Quando sanauit, stetit. Transiens Christus intentos nos faciat ad clamandum. Quis est transitus Christi? Quicquid pro nobis temporaliter pertulit, transitus eius est. Natus est transit: Nunquid adhuc nascitur? Creuit, transit: Nunquid adhuc crescit? Suxit: Nunquid adhuc fugit? Manducauit & bibit: Nunquid adhuc facit? Defessus dormiuit: Nunquid adhuc dormit? Postremo preñsus est, vinctus est, verberatus est, spinis coronatus est, alapis cæsus est, sputis illitus, ligno suspensus, occisus, lancea percussus, sepultus, resurrexit: Adhuc transit. Ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris: Stetit. Clama quantum potes, modo te illuminat. Nam in eo ipso quod verbum erat apud deum, vtique stabat, quia non mutabatur. Et deus erat verbum, & verbum caro factum est. Caro per transitum multa fecit, & passa est: Verbum stetit. Ipso verbo cor illuminatur, quia ipso

Math. 20.  
Marc. 10.  
De verbis dñi. Ser. 18.  
Christi trāsitus quidē  
Ioan. 1.

verbo caro quam suscepit honoratur. Tolle verbū, quid est caro? Hoc est quod tua. Caro autem Christi vt honoratur, verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Clamemus ergo & bene viuamus. Amate filios vestros, amate coniuges vestras, & si seculariter. Nam secundum carnem amare debetis, vt secundum deum illis consilatis, & non in eis nisi Christum diligatis, & oderitis in vestris si Christum habere noluerint. Ipsa enim est charitas illa diuina. Nam quid eis proderit transitoria & mortalis charitas vestra? Tamen quando & humanitus diligis uxorem, sed plus dilige Christum. Non dico vt non diligas patrem, non dico vt non diligas filios, sed plus dilige Christum. Audi illum dicentem, ne mea putet ista verba. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Quando audis, Non est me dignus, non times? De quo dixit, Non est me dignus, non est cum illo. Qui cum illo non erit, vbi erit? Si nō amas cum illo esse, time sine illo esse. Quare times sine illo esse, quia cum diabolo eris si cum Christo nō fueris. Et vbi erit diabolus? Audi ipsum Christum, Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igne cæli non accenderis, ignem time gehennarum. Si non amas esse inter angelos dei, time esse inter angelos diaboli. Si nō amas esse in regno, time esse in camino ignis ardentis inextinguibilis sempiterni. Vincat in te pius timor, & erit amor. Timor pedagogus sit. Non ipse in te remaneat, sed te ad charitatem quasi ad magistrum perducatur.

Math. 10.  
Math. 25.  
L

Item in eadē feria alius sermo de epistola dicit, Quæ diligit dominus castigat &c. qui habetur in libro 83. questionum, questione LXXIII.

Item in eadem feria Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus &c. quæ habetur inter sermones de uerbis domini. XI.

Dominica in quinquagesima, De fide, spe, & charitate: Sermo. I.

**V**icunque enim Christianum nomen tenet, & quicunq; sacramentis diuinis est imbutus fratres charissimi, necesse vt religionis Christianæ rationem sciat, & fidei veritatē agnoscat, eius quoque fidei, quæ vt Apostolus ait, per dilectionem operatur, quæ in presenti confortat ac roborat credentes, & in futuro perducit ad dei contemplationem. Nam tria quædam proposuit animæ nostræ necessaria beatus & egregius gentium doctor, dicens, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem horū est charitas. Primum ergo fides catholica Christiano necessaria est, quia in ipsa distinguuntur filij dei à filiis diaboli, filij lucis à filiis tenebrarū, per ipsam renascimur in baptisinate, & salutem æternam impetramus, sicut scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hæc porta est vitæ, hæc ianua regni. Per ipsam discitur veritatis scientia, & percipitur cognitio diuinitatis, per ipsam gratiam dei inuenimus. Aliter autem deo placere non possumus, quia sine fide impossibile est placere deo. Vere enim beatus est qui & recte credendo bene viuunt, & bene viuendo fidem rectam custodit. Igitur sicut ociosa est fides sine operibus bonis, ita nihil proficiunt opera bona sine fide recta. Vnde beatus Iacobus Apostolus dixit, Quid proderit fratres mei si fidem se dicat quis habere, opera autē non habeat? Nunquid poterit saluare eum? Fides sine operibus ociosa est. Sicut enim corpus

Sermo. LIII  
M  
Gala. 5.  
1. Corin. 13.  
Fides Christiano necessaria & q̄tē  
Marc. 16.  
Heb. 11.  
Iacobi. 2.

**A** corpus sine spiritu emortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Fidē ante omnia fratres mei rectam & immaculatam habere contendite, & secundum apostolicam institutionis normam, symbolum à sanctis patribus constitutum memoriter tenete, & religiose viuentes obseruare studete: Hæreticorum dogmata pestifera fugite, maleficorum & incantatorum venena mortifera horrescite, diuinorum & fortilegorum nefandas traditiones quæ cum demonibus societatem habent penitus respuite, vt nihil aliud quam quod catholica fides laudat, amat, prædicat, in mente siue in professione seu moribus teneatis. Post hanc ergo fidem, spem firmam habere discite, quæ animum nostrum ad inuisibilia trahit, & intentionem nostram in cælestia & æterna infert, & quodam modo nexibus insolubilibus ligat, quæ non decipit, sed fideliter obsequentes ad æternam beatitudinem perducit. Nemo igitur quantis ingenti peccatorum pondere prematur, de bonitate diuinæ pietatis desperare debet, sed spe certæ misericordiæ illius indulgentiam sibi quotidianis deprecari lachrymis, quam recte sperare possunt si ab actione prauis operis cessabunt. Ideo non propter spem veniam, perseveranter peccare debemus, neque quia deus iuste peccata punit, veniam desperare debemus: vt neque cum fiducia peccemus, neque rursus peccata desperemus, sed vt utroque periculo euitato, & à malo declinemus, & de pietate dei veniam speremus. Similiter & in omnium tribulationum angustia, spe ad solatia supernæ pietatis currēdum est: quia in illo solo omnis spes & salus sine dubio consistit, dicente Propheta, In deo salutare meum & gloria mea, deus auxiliij mei, & spes mea in deo est. Cum enim fidem rectam & spem firmam vobis fratres persuademus habere, hoc maxime hortamur vt charitatem in vobis habere & opere ostendere per omnia satagatis. Per ipsam enim & cum ipsa beatitudinem veram habituros vos esse sciatis, quia sine hac nemo videbit deum. Hæc autem ideo maior fide & spe ab Apostolo esse narratur, quia ceteris recedentibus ipsa sola permanebit. Fidei enim succedit spes, & spei beatitudo, charitati autem non transmutatio sed sola restat perfectio. Hæc omnium arx est virtutum, hæc promissio regni, hæc premium summum est sanctorum in cælo, quia in preterni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent sancti perfecto amore dei. Quem quia præsentem vident, suauius diligunt, & dulcius fruuntur ipso bono. Oportet vos scire fratres, quia in omnibus præceptis dei charitas obtinet principatum, sine cuius perfectione nihil deo placere posse, Paulus Apostolus testatur, quia nec martirium, nec seculi contemptum, nec elemosynarum largitionem sine charitatis officio quicquā proficere posse ostendit. Vnde & ipse dominus à quodam scriba interrogatus, quod esset mandatum maximum, respondit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Addidit quoque, Secundum simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Propheta. Quod vero ait, Ex toto corde, & tota anima, & tota mente: id est, toto intellectu, tota voluntate, & ex omni memoria deum esse diligendum. Dei vero dilectio in obseruatione mandatorum eius tota consistit, sicut alibi ait, Si quis diligit me, sermones meos seruat. Vnde & ipsa veritas alibi ait, In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Item Apostolus, Plenitudo legis est dilectio. Item Ioannes euangelista, Hoc, inquit, mandatum

Spes est habenda.  
Phil. 4.  
Charitas operibus ostēdenda est.  
1. Corin. 13.  
Charitas quæ maior spe & fide.  
Math. 22.  
Deus quomodo sit diligendus.  
Ioan. 14.  
Ioan. 13.  
Roma. 13.  
Ioan. 4.

habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & proximum. Si forte quislibet quærat, quis sit proximus, sciat omnem Christianum recte proximum dici, quia omnes in baptismo filij dei sanctificantur vt fratres sinus spiritualiter in charitate perfecta. Nobilior est generatio spiritalis quam carnalis, de qua in Euangelio ipsa veritas ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Qui autem taliter intelligēs proximum diligit, sine dubio charitatem veram in semetipso tenebit. Hæc igitur fratres diligenter considerate, vt cum fide & dilectione vestram operemini semper salutem, habentes spem firmam, quia quicquid boni in presenti agitis, in futuro ab illo inestimabiliter remunerabimini, qui author & protector est nostræ salutis, Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat.

In eadem dominica de uacca, ariete uel capra trium annorum, turture quoque & columba.

Sermo II.

**A**diuimus fratres charissimi scripturam dicentem, Locutus est dominus ad Abraham dicens, Sume mihi vaccam triennem & capram trimam, & arietem annorum trium, turturam quoque & columbā. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & utrasque partes contra se intrinsecus posuit, aues autem non diuisit. Descenderuntque volucres super cadauera, & abiebat eas Abraham. Cumq; sol occumberet, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas: Quid ergo significent ista fratres, breuiter, quātum dominus dederit, charitatis auribus vestræ cupimus intromare. Beatus Abraham, pater multarum gentium à domino dictus est. Omnes enim gentes quæ in Christum credunt & credituræ sunt, filij sunt Abraham, imitando fidem, non nascendo per carnem. Nam sicut Iudæi per infidelitatem degeneres facti ex filiis Abraham filij diaboli, & progenies viperarum sunt in Euangelio appellati: ita e contrario omnes gentes Christum fideliter credunt, Abraham filij effici meruerunt. Vacca ergo triennis, & aries annorum trium, & capra triennis, & turtur vel columba, figuram omnium gentium prætulērunt. Dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in trinitatis erant mysterium credituræ. Et quia tota Ecclesia catholica non solum habet spirituales, sed habet etiam & carnales, quauis nonnulli in trinitatem se credere dicant, carnales tamen sunt, quia crimina & peccata vitare dissimulant. Quia ergo cum carnalibus sunt etiam spirituales, ideo turtur & columba sunt additæ. In turture & columba, spirituales possunt significari, vt in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligenter attendite, quia illa tria animalia diuisisse in duas partes dicitur Abraham, & contra se inuicem posuisse. Aues, scriptura inquit, non diuisit. Quare hoc fratres? Quia in Ecclesia catholica carnales diuiduntur, spirituales omnino nō diuiduntur: & sicut dicit scriptura, contra se inuicem præparantur. Quare carnales, & diuisi & contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi & amatores mundi, contra se inuicem diuisiones & scandala habere nō desinunt. Isti ergo diuiduntur, quia sibi inuicem aduersantur; aues autem, id est, spirituales non diuiduntur. Quare spirituales non diuiduntur? Quia est illis cor vnum, & anima vna in deum. Est in illis vnum velle ac nolle: illis enim quas supra diximus aui-

Proximus quis?  
Ioan. 3.  
Sermo LIII.  
Gene. 15.  
E  
Gene. 17.  
Ioan. 8.  
Math. 15.  
E  
Gene. 15.  
Ago. 4.  
bus,



G bus, similes sunt, turturi scilicet vel columba. In turture castitas, in columba simplicitas designatur. Omnes enim in Ecclesia catholica deum timentes, & casti simplicesque esse signantur, & cum psalmista dicere possunt. Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo & requiescam? Et iterum, Turtur inuenit sibi nidum ubi reponat pullos suos. Et quando carnales qui diuidi possunt, grauib' vitiuorum copedibus premuntur in mundo, spirituales diuersarum virtutum pennis eleuantur in altum, & duabus velut alis, duobus scilicet preceptis, diligendo deum & proximum, eriguntur in caelum, & cum Apostolo dicere possunt, Nostra autem conuersatio in caelis est. Et quotiens sacerdos dixerit, Sursum corda, securi & fideliter dicit se habere ad deum, quod valde pauci & rari in Ecclesia fiducialiter & cum veritate dicere possunt. Ideo ergo aues Abraham non diuisit, quia spirituales, quibus, sicut dixi, est cor vnum & anima vna, diuidi & a dei vel a proximi amore separari non possunt, sed cum Apostolo clamant, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio? Et caetera quae sequuntur, vsque ad id quod dictum est. Neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei quae est in Christo Iesu domino nostro. Spirituales ergo, nec tormentis separantur a Christo, carnales vero interdum etiam ociosis fabulis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos vero separat carnalis affectus. Spirituales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumpunt. Diuisit ergo Abraham illa animalia in duas partes, aues autem non diuisit. Cum autem occubuisset sol, sopor, inquit, irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus nimis, & apparuit clibanus ardens & fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Videte fratres quid ignis iste inter diuisiones illas transiens dicitur, Turturem quoque & columbam tetigisse non legitur. Vespera illa, finem mundi significauit: animalia illa, sicut iam diximus, typum omnium gentium in Christo credentium praetulerunt. Quae tamen gentes, sicut iam dictum est, quia in se non solum carnales, sed etiam spirituales, id est, non solum bonos, sed etiam malos habet, ideo animalia illa diuisa sunt, & ignis transiit per ea secundum illud quod dicit Apostolus, Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Clibanus ille ardens & fumans & lampas ignis, diem iudicii figurauit. Et ideo I super beatum Abraham timor & horror tenebrosus incubuit. Vnde intelligimus quod si in die iudicii iustus vix saluabitur, peccator & impius ubi parebunt? Clibanus ergo ardens & fumans significauit diem iudicii, Diem, inquam, iudicii in quo erit fletus & stridor dentium, in quo erit ululatus & lamentatio & tarda poenitentia, quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra vsque ad inferos deorsum, quando sicut dicit beatus Petrus, Coeli ardentis soluetur, elementa ignis ardore tabescent, quando sicut dominus ipse in Euangelio dicit, etiam virtutes caelorum commouebuntur, quando sol obscurabitur, quando & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo: Vbi se tunc impij videbunt? ubi adulteri, ubi ebriosi, ubi maledici se recognoscet? Vbi amatores luxuriae, ubi raptores, ubi superbi & inuidi apparebunt? Quid infelices pro sua defensione dicturi sunt, quos totiens admonitos, & tamen imparatos dies ille repperit? Cum ad illam archangelis tubam omni buccina clariorem totus simul coeperit mugire mundus, cum, sicut dicit propheta, venerit dominus ponere orbem terrae desertum, & peccatores

Psal. 54.  
Psal. 83.  
Math. 22.  
Philip. 3.  
Gene. 15.  
Acto. 4.  
Roma. 8.  
Gene. 15.  
1. Corin. 3.  
1. Petri. 4.  
Math. 24.  
2. Petri. 3.  
Math. 24.  
Thefl. 4.

perdere ex eo: quando, sicut dicit scriptura, peccatores K & impij mittentur in stagnum ignis, & fumus tormen- Apoc. 14.  
torum illorum ascendet in secula seculorum, Qui tunc tremor, quae caligo, quae tenebrae criminosos quosque negligentes ac tepidos occupabunt? Ne ergo & nos in ista veniam cruciatum animae, expergiscamur dum corrigendi tempus est, & voluntatem domini nostri tanquam boni ferui & viles requiramus, vt cum dies ille iudicii quem clibanus ille ardens & fumans significauit, tremendus & nimium etiam bonis expauescendus aduenerit, non cum mortalibus quos illa animalia figurabant, qui per diuersas voluptatum contentiones diuidi possunt, flammis vlticibus cruciemur in inferno, sed simplicitatem columbae & castitatem turturis praeferentes, spiritualibus virtutum pennis eleuemur in caelum, secundum illud quod ait Apostolus, Simul, inquit, rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen. 1. Thefl. 4.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Et ecce duo caeci sedentes etc. quae habetur inter sermones de verbis domini. X V I I I.

Feria quarta In capite Ieiunij. Sermo I.

**I**cce fratres charissimi, deo propitio, tempus Sermo LV.  
quadragesimae venit: & ideo rogo dilectissimi, vt dies istos corporibus salubres & animae medicinales ita cum dei adiutorio sancte ac spiritualiter celebremus, vt obseruatio sanctae quadragesimae nobis iudicium pariat, sed profectum. Si enim negligenter agimus, si nos minus occupationibus implicamus, si castitatem seruare nolumus, si ieiunij & vigiliis & orationibus non insistimus, si scripturas diuinas aut ipsi non legimus, aut legentes alios non libenter audimus, ipsa nobis medicamenta conuertuntur in vulnera, & inde habebimus iudicium, vnde potuimus habere remedium. Et ideo rogo vos fratres charissimi ad vigiliis maturius surgite, ad tertiam, ad sextam, ad nonam, ante omnia conuenite. Nullus se a sancto opere subtrahat, nisi quem infirmitas, aut publica utilitas, aut forte certa & grandis necessitas tenuerit occupatum. Nec solum vobis sufficiat quod in Ecclesia diuinas lectiones auditis, sed etiam in domibus vestris aut ipsi M legite, aut alios legentes requirite, & libenter audite, Recolite fratres sententiam domini nostri qua dicit, Si totum mundum lucretur homo, animae autem suae detrimentum patiat, quam dabit commutationem Math. 16.  
pro anima sua? Et illud ante omnia memoriter retinete, & iugiter expauescite quod scriptum est, Impedimenta mundi, fecerunt eos miseros. Sic ergo te occupabis in domo tua, vt non negligas animam tuam. Ad extremum si amplius non, vel tantum labora pro anima tua, quantum pro carne tua laborare te consideras. Et ideo fratres charissimi nolite diligere mundum, neque ea quae in eo sunt, quia mundus transit & concupiscentia eius. Quid autem permanet in homine, nisi quod quilibet aut legendo aut orando aut bona opera faciendo pro animae salute in thesauro conscientiae suae recondiderit? Infelix enim voluptas, infelicior cupiditas atque luxuria, per transitoriam dulcedinem praeparant sempiternam amaritudinem. Abstinencia vero, vigiliae, orationes atque ieiunium, per breuissimas angustias perducunt ad paradisi delicias, quia non mentitur veritas,

A ritas, quae in Euangelio dicit, Arcta & angusta via est quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Nec per latam viam diu gaudetur, nec per angustam & asperam longo tempore laboratur, quia & isti post breuem tristitiam accipiunt vitam aeternam, & illi post paruum gaudium patiuntur sine fine supplicium. Et ideo fratres charissimi in istis quadraginta diebus, quasi totius anni cibaria animae nostrae ieiunando, legendo, vel orando providere debemus. Nam licet per totum annum deo propitio lectiones diuinas frequenter & fideliter audiat, in istis tamen diebus de pelago & fluctibus mundi huius quasi ad portum quadragesimae confugientes, debemus requiescere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cum silentio & pace suscipere: vt deo propitio pro amore vitae aeternae vacantes, quicquid in nauicula animae nostrae per totum annum multis tempestatibus, id est peccatorum fluctibus, aut fractum, aut disolutum aliquid aut corruptum, aut perditum est, omni sollicitudine in istis diebus reparare studeamus atque componere. Et quia non necesse est, dum adhuc in isto corpulculo sumus, procellas & turbines seculi istius sustinere, quotienscumque nos aut per tempestates durissimas auertere, aut per voluptates molliissimas decipere voluerit inimicus, semper nos, adiuuante deo, contra se inueniat praeparatos. Vnde iterum rogo, vt occupationes seculi huius in istis diebus sanctae quadragesimae, si non potestis abscondere, studeatis vel ex parte aliqua temperare: vt praeciso damno & gloriosissimo fructu hoc seculum fugientes, subtrahatis aliquas horas occupationi terrenae, in quibus deo vacare possitis. Nam iste mundus aut ridet nos, aut ridetur a nobis: aut acquiescimus & despiciuntur, aut contemnimus vt aeterna praemia consequamur, Ac sic aut contemnis & despicias mundum, aut acquiescis & premeris vel calcaris a mundo. Sed melius est vt calces mundum, & calcato eo gradum tibi facias per quem in sublime conscendas. Haec enim fratres charissimi quae pro salute communi de vestra obedientia praesumentes suggerimus: si secundum vestram consuetudinem & libenter auditis & fideliter implere contenditis, & pascha cum gaudio celebrabitis, & ad vitam aeternam feliciter venietis. Quod ipse praestare dignetur. Qui cum patre & spiritu sancto viuat & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die, Sermo II.

**D**ominus & saluator noster qualiter ad eum post multas negligentias venire debeamus fratres charissimi, per Prophetam nos hortatur & admonet dicens, Venite adoremus & procidamus ante dominum, & ploremus coram domino qui fecit nos. Et iterum, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu. Dies enim sanctae quadragesimae fratres charissimi si diligenter attendimus, vitam seculi praesentis significant, sicut & dies paschae aeternam beatitudinem praefigurant. Et quomodo in quadragesima quasi tristitiam habemus, vt in pascha ordine legitimo gaudeamus: sic & in hoc seculo quamdiu viuimus poenitentiam agere debemus, vt in futuro possimus peccatorum indulgentiam accipere, & ad aeterna gaudia peruenire. Sed ita debet vniquisque pro suis criminibus suspirare, lachrymas fundere, elemosynas dare, vt deo auxiliante quamdiu viuat semper criminibus ipsa conetur effugere. Sicut enim sine minutis peccatis nullus inquam aut fuit aut esse poterit, ita sine capitalibus criminibus donante & auxiliante deo omnimodis esse possumus & debemus. Et vt haec obtinere possimus decimus.

Sermo LVI.  
Phil. 4.  
Ioeli. 2.  
Dies quadragesimae.  
Dies Paschae.

mus, si nos alio tempore impedimenta mundi detinent obligatos, vel in diebus sanctae quadragesimae, in domini lege sicut scriptum est, die nocturne meditemur: & ita cor nostrum diuinae legis dulcedine repleamus, vt in nobis nullum locum virtutibus vacuum, quem obtinere possint vitia relinquamus. Sicut enim tempore messium vel vindemiarum, vnde caro nostra possit sustentari colligitur: ita in diebus quadragesimae quasi in spiritali vindemiarum vel messium tempore, vnde anima nostra in aeternum possit viuere, congregetur: quia sicut negligens quisque si opportuno tempore nihil collegerit, per totum anni spacium fame torquetur: ita qui hoc tempore spirituale triticum & caeleste mustum ieiunando, legendo, orando in horreis anima suae providere & congregare neglexerit, in aeternum durissimam sitim & crudelem inopiam sustinebit. Certissime scitote fratres charissimi, quia qualis est caro quae post multos dies percipit cibum, talis est anima quae assidue non pascitur verbo dei. Et quomodo caro per famem & inopiam tenuis & siccata velut quoddam simulacrum efficitur: ita & anima si verbi dei cibo non pascitur, arida & inutilis & ad nullum opus bonum congrua inuenitur. Considerate fratres, & si horrea & cellaria nostra annis singulis replemus, vnde vno anno cibum habeat caro nostra, putas quantum debemus recondere, vnde in aeternum sustentetur anima nostra? Et ideo fratres vel istis paucis diebus recedant impedimenta mundi, qui secundum quod scriptum est, multos negligentes miseros faciunt. Recedat carnalis laetitia, recedant venenosa plena mundi huius blandimenta. Carnis gaudium minuat, vt animae lucra spiritalia praeparantur, propter illud quod scriptum est, Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Et illud, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Tempus quod nobis furiosus tabulae ludus solebat auferre, lectio diuina incipiat occupare. Ociosis fabulis, & mordacibus iocis & detractationibus venenatis, colloquia de scripturis sanctae succedant. Horarum spacium in quibus solebamus sine villo lucro animae detineri, visitentur infirmi, requirantur in carcere constituti, peregrini suscipiantur, & discordes ad concordiam reuocentur. Haec si facimus fratres, inde nobis parare possumus medicamenta, vnde nobis vulnera feceramus. Ante omnia in diebus ieiuniorum quod solebamus prandere, pauperibus erogemus, ne forte aliquis sibi sumptuosas cenas, & exquisitis saporibus epulas studeat preparare, & corpori suo magis commutasse quam subtraxisse ciborum abundantiam videatur. Nihil prodest tota die longum duxisse ieiunium, si postea ciborum suauitate vel nimietate anima obruatur. Illico mens repleta torpescit, & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinum germinabit. Sit ergo temperatus cibus, & nunquam nimium venter repletus: & plus semper de cibo cordis quam de cibo corporis cogitemus, quia intus in homine interiore facti sumus ad imaginem dei, in carne autem de limo terrae sumus formati. Et videte fratres si iustum est vt caro nostra de terra facta interdum bis in die capiat cibum, & anima in qua imago dei est vix post plures dies accipiat verbum, cum tamen expediat nobis, vt amplius dei imaginem in nobis quam nostram carnem honorare debeamus. Qui enim de sola carne cogitant, bestiae & pecoribus similes sunt, & qui ita agunt, iam in se dei imaginem contriuerunt. Caro ergo velut ancilla gubernetur, & anima tanquam domina legitima reficiatur. Nam si aliter factum fuerit, si non agnoscamus nos ad imaginem dei factos, & plus

Psal. 119.  
Luc. 21.  
Matth. 5.  
Luc. 21.  
Matth. 5.

**G** & plus de carne quam de anima cogitamus, timeo ne nos spiritus sanctus per Prophetam arguat dicens, Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, similis factus est illis. Lectiones diuinas & in Ecclesia sicut consuevit audite, & in domibus vestris relegite. Si aliquis ita fuerit occupatus, vt ante refectionem scripturæ diuinæ non possit insistere, non eum pigeat in conuiuio suo aliquid de diuinis scripturis relegere: vt quomodo caro pascitur cibo, sic reficiatur anima dei verbo, vt totus homo, id est, & exterior & interior, de sancto & salubri conuiuio satius exurgat. Nam si sola caro reficitur, & anima dei verbo non pascitur, ancilla satiatur & domina fame torquetur. Et hoc quam sit iniustum, sanctitas vestra non potest ignorare. Et ideo sicut iam dixi, lectiones diuinas illo desiderio legere & audire debetis, vt de ipsis in domibus vestris, & alibi vbicumque fueritis etiam loqui & alios docere possitis: vt verbum dei velut munda animalia cogitatione assidua ruminantes vtilem succum, id est, spiritalem sensum & vobis sumere, & aliis deo auxiliante propinare possitis: vt in vobis impleatur illud quod scriptum est, Et calix tuus inebrians quam præclarus est. Implentes illud quod beatus Apostolus hortatur & admonet dicens, Sive manducatis & bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad dei gloriam facite. Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiunate, ad vigilias alacri & feruenti deuotione consurgite, propter illud quod scriptum est, De nocte vigilat spiritus meus ad te deus. Et iterum, Ad te orabo domine mane, & exaudies vocem meam. Et iterum, Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo domine, Ad quam rem etiam dominus & saluator noster in Euangelio hortatur & admonet dicens, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, quod ipse præstare dignetur, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

*Item de ieiunio alius sermo factus ad fratres in eremo, qui habetur inter sermones ad eosdem, XXXIII. & XXXIII. & XXXV.*

*Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Cum ieiunatis, nolite etc. quæ habetur in libro secundo de sermone domini in monte, capite XII.*

*Feria quinta post dominicam in Quinquagesima de penitentia. Sermo I.*

Sermo LVII.

**S**æpe aduertimus dilectissimi fratres nonnullos ex vobis communionem ecclesiasticam declinare, & hoc intelligo fieri ex conscientia grauium atque ingentium peccatorum. Vnde admono vos dilectissimi, quod prauum est hoc insalubri consilio duplicatur: quia homines ista facientes, & delictorum sarcinam cumulant, & munus æternæ salutis amittunt: hoc est enim reatum congregare, & remedium deuitare. Ergo vos dilectissimi fratres hortor atque comoneo, vt si quis ex vobis conscius criminum suorum indignum se communionem ecclesiasticam putat, dignum se esse faciat. Dicitis quomodo aliquis dignum se facere possit? Quomodo nisi vt errores pristinos relinquat & penitentiam petat, vt qui criminum suorum sorde pollutus est, exhomologis satisfactione mundetur. Nec illud seruet vt in extremo vita suæ tempore tunc penitentiam petat, quando iam agere non possit. Inutilis est enim dilectissimi ista persuasio. Parum est peccatorem penitere, nisi penitentiam peregerit.

Ad emendanda enim crimina vox penitentis sola non sufficit: nam in satisfactione ingentium peccatorum non verba tantum, sed opera queruntur. Datur quidem etiam in extremis penitentia, quia non potest denegari: sed authores tamen esse non possumus, quod qui sic petierit, mereatur absolui. Quomodo enim agit penitentiam lapsus? Quomodo agit penitentiam in extremis vitæ finibus constitutus? Quomodo penitentiam agere possit, qui nulla iam pro se opera satisfactionis operari potest? Et ideo penitentia quæ ab infirmo petitur, infirma est. Penitentia quæ à moriente tantum petitur, timeo ne ipsa moriatur. Et ideo dilectissimi quicumque inuenire vult misericordiam dei, sanus agat penitentiam in hoc seculo, vt sanus esse valeat in futuro.

*Eodem die de penitentia. Sermo II.*

**R**ogo vos fratres charissimi, vt si forte aliquis ex vobis, vt se habet humana fragilitas, calliditate diaboli superatus, & capitalibus criminibus inuolutus, secundum quod Apostolus ait, templum dei in se violando destruxerit, de dei misericordia non desperet, sed cito de malo iniquitatis suæ consurgat, ne consuetudine peccandi in ipsis se ruinis suis sepeliat. Non enim qui peccauerit, sed qui in peccatis perseverauerit, odibilis & abominabilis deo erit, Nam vt de indulgentia diuina nemo diffidat, dominus per Prophetam velut pater piissimus consolatur dicens, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et illud, Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Sed ista tam magna misericordia tunc nobis prodest, si non tardamus conuerti ad dominum, nec crimina criminibus superaddimus. Denique etiam in ipsis vulneribus vel fracturis corporum, infirmitates cognoscere possumus animarum. Si enim alicui pes frangatur aut manus, cum labore solet ad pristinum officium reuocari. Si vero secundo & tertio & adhuc frequentius in eodem loco membra ipsa frangantur, potest intelligere charitas vestra cum quantis doloribus vulnera ipsa curanda sunt, & tamen post longas & multas tribulationes vix erit antequam ad pristinum statum membra ipsa valeant reuocari. Similis ratio in animarum fracturis seu vulneribus esse credenda est. Si semel aliquis vel secundo peccauerit, & sine aliqua dissimulatione ad penitentiam medicamenta confugerit, pristinam incolumitatem sine aliqua mora, & forsitan sine aliqua foeditate recipiet. Si vero peccatis peccata coperint addi, & animarum vulnera magis tegendo vel defendendo putrescere, quam confitendo & penitendo curari: timendum est ne in illo impleatur illud quod Apostolus dixit, An ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Sed forte cogitat aliquis tam graua se admisisse peccata, vt iam dei misericordiam promereri non possit. Absit hoc à sensibus omnium peccatorum. O homo quicumque illam peccatorum multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cœlestis medici non attendis? Cum enim deus velit misereri quia bonus est, & possit quia omnipotens est, ipse contra se diuinæ pietatis ianuam claudit, qui deum sibi misereri, aut non velle, aut non posse credit: eumque aut bonum aut omnipotentem esse diffidit. Nemo ergo nec post centum peccata, nec post mille crimina de misericordia diuina desperet. Sic tamen non desperet vt sine vlla mora deum sibi repropitiari festinet, ne forte, si consuetudinem

**A** tudinem peccandi fecerit, etiam si velit de diaboli laqueis liberari, non possit. Dauid enim qui & rex & propheta diuino munere fieri meruit, post tantam gratiam ita prauentus est, vt non solum adulterium committeret, sed etiam homicidium perpetraret: nec tam se ad hoc reseruauit vt in senectute sua ad penitentiam medicamenta cõfugeret, sed statim cilicio prostratus, conspersus cinere cum ingenti rugitu & gemitu penitentiam agens, impleuit illud quod ipse in psalms dixerat, Laubo per singulas noctes lectum meum, & lachrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum, Cinerem sicut panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et quia penitentiam agere mortifera securitate non distulit, cito in se dei miserationem ita reuocauit, vt non solum regnum non amitteret, sed etiam sancti spiritus donum recipere mereretur. Sed forte est aliquis qui dicat, Ego in militia positus sum, vxorem habeo, & ideo penitentiam agere quomodo possum? Quasi nos quando penitentiam suademus hoc dicamus, vt vnusquisque magis sibi capillos studeat auferre, & non peccata dimittere, & vestimenta potius euellat quam mores. Qui hac dissimulatione decipere se magis quam excusare conatur, attendat quia regem Dauid nec honor regni, nec dignitas vestimenti ad penitentiam agenda potuit impedire. Achab quoque rex sacrilegus, de quo scriptura dicit, quod non fuerit alius talis qui venundatus sit vt faceret malum contra dominum, posteaquam deprauatus ab vxore Iezabel abominabilis deo factus est, interfecto & lapidato Naboth Iezrahelita, cum vineam eius vellet inuadere, castigatus à sancto Helia, scissis vestibus cilicio indutus est, & inclinato capite penitentiam egit. Pro qua re statim sermo dei ad Heliam factus est dicens, Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia, inquit, humiliatus est mei causa, non inducam in diebus eius malum. Considerate fratres, quia & ipse quamlibet sacrilegus, non reseruauit, vt post longa tempora penitentiam ageret, sed statim sacrificium contriti & humiliati cordis deo offerre non distulit. Qui vtique si postea in illa humilitate quam cõperat perdurasset, nunquã ab illo dei misericordia discessisset. Manasses quoque rex, sicut in scripturis legimus, tam sacrilegus & impiissimus fuit, sicut de illo scriptum est, vt totam Hierusalem omni iniquitate repleuerit: & tamen post hæc in captiuitatem ductus est in carcerem missus, cum grandi humilitate penitentiam agens, ita gratiam dei obtinuit vt mereretur inter dei amicos postmodum numerari. Meretrix quoque illa quæ pedes domini lachrymis lauit, & capillis suis extersit, vbi cœlestem medicum venisse cognouit, vltro se ingressit in domum vbi rogata non fuerat: & quæ prius frontosa erat ad perditionem, postea frontosior facta est ad salutem, & ideo audire meruit quod ei omnia fuerint peccata dimissa. Nec ipsa se ad hoc reseruauit vt in fine vitæ suæ penitentiam ageret, sed dum adhuc peccare poterat, sic deo inspirante voluit peccata deferere, vt illam de adulteriis suis non necessitas subtraheret sed voluntas. Multos adhuc in scripturis diuinis poteramus intuenire, qui post infinita crimina penitentiam agentes, in se dei misericordiam promouauerint, & non solum non ad peiorem, sed etiam ad meliorem statum redierint. Sed quia longum est ire per singulos, isti quatuor quos nominauimus satis abundeque sufficiunt, vt agnoscamus quod dominus noster qui & Dauid post tam graue peccatum indulsit, & Achab sacrilego regi pepercit, & Manassen post innumerabilia peccata penitentiam agentem

tem inter amicos suos reputauit, & meretrici quæ lachrymis pedes rigauerat & capillis suis terferat, totum indulsit: qui ergo istis tantis ac talibus peccatoribus veniam dedit, paratus est & nobis si in veritate conuertimur non solum peccata dimittere, sed etiam æternam beatitudinem dare. Hæc ergo cogitantes fratres charissimi, quantum possumus cum dei adiutorio laboremus, ne nobis aliqua crimina vel capitalia peccata surrepant. Si vero in hoc malo fuerit aliquis diabolica calliditate prostratus, priusquam crimina ipsa per consuetudinem conualescant, remedium sibi in die necessitatis acquirat, & cum ingenti rugitu & gemitu deum sibi reconciliari contendat. Nec erubescat penitentiam agere, qui non erubuit penitenda committere: sed cito in se bonis operibus contendat dei imaginem reparare, vt inter filios mereatur agnosci à patre: ne ab illa æterna beatitudine exclusus, & à conuiuio nuptiali proiectus, ligatis manibus & pedibus proficiatur in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium: sed magis medicamentis penitentiae humilitatis vel compunctionis ad sanitatem pristinam reuocatus, & bonorum operum margaritis ornatus audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui, Amen.

*Item in eadem feria Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Cum oratis non eritis sicut hypocritæ tristes etc. quæ habetur libro secundo de sermone domini in monte, cap. 4. & 5.*

*Item in eadem feria alia Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Cum introisset Iesus Capharnaum etc. quæ habetur inter sermones de uerbis domini, sexto.*

*Feria sexta post dominicam in quinquagesima de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Audisti quia dictum est, Diliges proximum tuum. Sermo I.*

**G**radum esse aliquem in pharisaorum iustitia quæ ad legem pertinet, hinc intelligitur, quod multi homines eos etiam à quibus diliguntur oderunt, sicut luxuriosi filij parentes cõcercitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradum qui proximum diligit, quantum adhuc oderit inimicum: eius autem imperio qui venit legem implere non soluere, perficiet beneuolentiam & benignitatem cum eam usque ad inimici dilectionem perduxerit. Nam ille gradus quantum nonnullus sit, tam paruus est tamen, vt cum publicanis possit esse cõmunis. Nec quod in lege dictum est, Oderis inimicum tuum, vox iubentis iusto est accipienda, sed permittentis infirmo. Sic autem diligendus est inimicus, non in quantum inimicus, sed in quantum homo est, vt ei hoc velis prouenire quod tibi, id est, vt ad regnum correctus reuocatusque perueniat. Proximus est autem omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis, & etiam spe cœlestis hereditatis: quia nescimus quis quid futurus sit, quoniam aut Iudæus aut hæreticus, aut paganus: forte enim per misericordiam dei conuertetur ad deum, & inter sanctos primum locum habere merebitur. Quod in lege dominus non inimicos sed inimicum precipit odiri, vt qui spiritales erant in lege solum diabolium odio haberent cuius odium Christus non venit soluere, sed adimplere. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, bene facite illis qui oderunt vos. Multi præcepta dei, sua imbecillitate non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt:

Sermo LIX.

Matth. 5.

F

Inimicus quemodo est diligendus.

Proximus quis?

Matth. 5.

**G** sunt: & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos, ceterum diligere plus præcepti quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta quæ David fecit in Saul & Absalon. Stephanus quoque martyr pro inimicis se lapidantibus deprecatus est: & Paulus anathema esse cupit pro persecutoribus suis. Hæc autem Iesus & docuit & fecit dicens, Pater ignosce illis. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætere: in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, nunquid potest dicere, non possum amare: Potest dicere, propter infirmitatem corporis mei non possum a vino & carnibus abstinere: nunquid potest dicere, non possum diligere? Potest aliquis dicere, virginitate non possum seruire: potest dicere, non posses totas vendere & pauperibus erogare: Nunquid potest dicere, non possum diligere inimicos? Non enim ibi aut pedes laborat currendo, aut aures audiendo, aut manus operando lassantur, aut nos per ipsam excusationem liberare conemur, Non nobis dicitur, Ite ad Orientem & querite charitatem: navigate ad Occidentem, & inuenietis dilectionem. Intus in corde nostro est, ubi redire iubemur dicente Propheta, Redite præuicacitatem ad cor. Non enim in longinquis regionibus inuenitur quod a nobis petit. Et orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos. Quid aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod ait Apostolus, Vt det illis deus penitentiam & respiciant a diaboli laqueis a quo capti tenentur. Sed hic merito mouet, quomodo huic præcepto domini non sit aduersum quod & in Prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos, quæ maledictiones putantur, sicuti est illud, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & cetera quæ ibi dicuntur: & Ioannes Apostolus ait, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, perat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Vbi primo videndum, quia propheta per imprecationem quid esset futurum cecinerint non optant voto, sed spiritu præuidentis, qui maxime solent figura imprecantis futura prædicere, sicut figura præteriti temporis, ea quæ ventura erant sæpe cecinerunt. Deinde in Apostoli verbis intelligendum esse quosdam fratres pro quibus non orare nobis præcipitur, cum dominus etiam pro persecutoribus nostris nos orare iubeat. Quæ solui quæstio non potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, inimicorum persecutione grauiora. Fratres autem Christianos significari, multis diuinarum scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo fratres ad mortem puto esse, cum post agnitionem dei per gratiam domini nostri Iesu Christi, quisque oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo, inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem a fratre alienauerit, sed officia fraternitatis debita, per infirmitatem aliquam animi non exhibuerit. Quapropter & dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratia spiritus sancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorum orat pro eis a quibus lapidatur, quia nondum Christo crederant, neque aduersus illam communem gratiam dimicabant. Apostolus vero Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia frater erat, & ad mortem, id est, fraternitatem inuidentiæ

1. Reg. 24.  
2. Reg. 18.  
Acto. 7.  
Roma. 9.  
Lucæ. 23.

Eccl. 4.6.  
Math. 5.  
2. Timo. 2.  
Psal. 66.  
1. Ioan. 5.

Peccati ad mortem.

Peccati non ad mortem.

Lucæ. 23.  
Acto. 7.

oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruerant amorem, sed timore subcubuerant, orat ut eis ignoscatur. Sic enim dixit, Alexander ararius multa mala mihi ostendit, reddet illi deus secundum opera illius, quem & tu deuita. Valde enim restitit sermonibus nostris. Deinde subiungit pro quibus orat ita dicens, In prima mea defensione nemo mihi assuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Et nota quod Apostolus non ait reddat, sed reddet illi deus secundum opera eius, quod verbum prænuuntians est, non imprecantis: sicut de illa hypocritæ Iudæorum est dictum, cui euerfionem imminere cernebat, Percutiet te deus paries dealbate. Queritur autem quomodo huic præcepto quo nobis iubetur. Orate pro persecutoribus & calumniatoribus vos, illud non est contrarium, quod in Apocalypsi legitur, martyres orare deum ut vindicentur? Sed hoc quempiam mouere non oportet. Quis enim audeat affirmare cum illi sancti candidati se vindicare petierunt, utrum contra ipsos homines an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa est syncera & plena iustitiæ misericordiæ vindicta martyrum, ut euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpeffi sunt. Ad cuius euerfionem nititur Apostolus dicens, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem & euertitur peccati regnum, partim correctione hominum ut caro spiritu subiiciatur, partim deprauatione perseuerantium in peccato, ut ita ordinentur, ut iusti cum Christo regnantibus molesti esse non possint. Quis ergo conuincit sanctos, non talem suam vindictam a domino esse deprecatus? Quod autem consequenter positum est, Vt sitis filij patris vestri qui in cælis est: ex illa regula intelligendum est, quia Ioannes dicit, Dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnius enim naturaliter filij dei, qui nescit omnino peccare, nos potestate accepta efficiuntur filij, in quantum ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde Apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in æternam hereditatem vocamur, ut coheredes Christi esse possimus. Filij ergo efficiuntur regeneratione spiritali ut adoptemur in regnum dei, non tanquam alieni, sed tanquam ab illo facti & conditi. Itaque non ait facite ista qui estis filij, sed facite ut sitis filij patris vestri. Nos autem cum patimur inimicos, hoc clamare debemus, Pater ignosce illis. Phrenetici enim sunt, a contrario spiritu possidentur, ut nos persequantur, & maiorem persecutionem a diabolo patiuntur. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Scriptum est, Orietur timentibus vobis inuenit dominus sol iustitiæ, ut etiam pluuiam accipias irrigationem doctrinæ veritatis: quia & bonis & malis apparuit, bonis & malis euangelizatus est Christus. Sine istum solem manis accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur qui ad refectionem corporis dati sunt: quod probabilius intelligi existimo, ut ille sol spiritalis non oriatur nisi bonis & sanctis: quia hoc ipsum est quod plangunt iniqui, in illo libro qui Sapientia Salomonis inscribitur, Et sol non ortus est nobis: & illa spiritalis pluua non irriget nisi bonos, quia malos significabat vinea de qua dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis: Filios & parentes amat latro, amat & leo, amat & draco, amat & vrsus, amat & lupi. Si enim amantes non diligimus filios vel parentes, peiores leonibus vel supradictis bestiis sumus.

2. Timo. 4.  
Acto. 25.  
Math. 5.  
Apoca. 6.  
Roma. 6.  
Peccati regni quomodo euerfiantur.  
Matth. 5.  
Ioan. 1.  
Roma. 8.  
Lucæ. 23.  
Math. 5.  
Malach. 4.  
Sapient. 5.  
Eccl. 5.  
Math. 5.

**A** sumus. Si vero amantibus vicem reddimus, adhuc nihil ab istis bestiis distare videmur. Nonne & publicani hoc faciunt? Publicani sunt qui sectantur lucra & exigunt veftigalia per negationes & fraudes & furta sceleraque & perituria. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Ethnici ex Græco in Latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim Græce gens dicitur. Si ergo, inquit, etiam peccatores publicani, Ethnici erga dilectores suos natura duce norunt esse benefici, quanto magis vos quibus ut gradus professionis eximior, ita cura necesse est sit veritatis vberior, latiori sinu dilectionis amplecti debetis & non amantes? Nam diligere inimicos deus præcipit. Et petulantes humanarum mentium motus, publicæ charitatis frangis affectu, non solum iram ab vltione depellens, sed etiam in amorem mitigans iniuriosus: quia gentium est amantes amare, & commune est diligere diligentes. Plus diligendi sunt inimici quam amici. Qui enim inimici sunt corpori aduersantur & animam præparant æterna præmia, quia qui carnalia nostra & terrena rapiunt, cælestia nobis & spiritalia congregant. Nonne magis diligendum est quam odiendum, qui nobis dat æternas opes? Amici vero carnis nostræ nobis suauia suadere cõtendunt, quæ animam nostram præparant æternam mortem: Estote ergo vos perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est. Quis autem hæc facit, nisi plene perfectus, misericors? Quo vno cõsilio miseria deuatur, opitulante illo qui ait, Misericordiam magis volo quam sacrificium. Perfectio namque misericordiæ, qua plurimum animæ laboranti consulitur, vltra dilectione inimicorum porrigi non potest. Ideoque sic concluditur, Estote vos perfecti, sicut & pater vester perfectus est. Ita tamē vt deus intelligatur perfectus tanquam deus, & anima perfecta tanquam anima. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Cauete, inquit, iustitiam vestram facere coram hominibus: id est, hoc animo iuste viuere & ibi constituere bonum vestrum ut vos videant homines. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est: non si ab hominibus videamini, sed si propterea iuste viuatis ut ab hominibus videamini. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: cum alio loco dicat, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Omnem curam reuè præsentium amouet & attentos tantum esse in spe futuri iubet, neque sectari vel hominum fauorem ostentatione bonitatis vel iactantiam religionis orationis publicæ copia, sed intra cõscientiam hie fructum boni operis continendū, quia humane laudis cõsectatio eam tantum quam ab hominibus expectat mercedem sit receptura. Iustitia non aliud est quam non peccare, non peccare autem legis præcepta seruare. Præceptorum autem obseruatio duplici genere continetur, ut nihil eorū quæ prohibentur facias, & omnia quæ iubentur implere cõtendas. Hoc est enim quod psalmista dicit, Recede a malo & fac bonum. Si a malo recesseris, & non feceris bonum, transgressor es legis, quæ non tantum in malorum actuum abominatione, sed in bonorum perfectione cõpletur. Neque hoc solum tibi præcipitur, vt vestitum suis non spolies indumentis, sed vt spoliatis operias tuis. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis ut honorificentur ab hominibus. Hypocrita Græco sermone simulator interpretatur, qui dum intus malus sit, bonū

Publicani qui?  
Ethnici qui?  
Acto. 6.  
Matth. 6.  
Galat. 1.  
1. Corin. 10.  
Iustitia.  
Præceptorū obseruatio duplici genere continetur.  
Psal. 33.  
Matth. 6.  
Hypocrita qui?

se palam ostendit. Hypo enim falsum, cõsuetudo vero iudicium sonat. Nomen autem hypocritæ translatum est a specie eorum qui spectaculis tecta facie incedunt, distinguentes vultum ceruleo niueoque colore & cæteris pigmentis, habentes simulacra oris, lintea gipsata, & vario colore distincta, nonnunquam colla & manus creta perungentes, ut ad personam colorem peruenirent, & populum dum in ludis agerent fallerent, modo in specie viri, modo in forma femine & reliquis prestigiiis. Quæ species argumēti translata est in his qui falso incedunt vultu, & simulant quod non sunt: Sed hypocriteorum maculam non habere, aut paucorum aut nullorum est. Nam quicumque vult se videri, quod non est, hypocrita est. Qui tuba canit faciens eleemosynam, hypocrita est. Qui in synagogis & in platearum angulis orat ut videatur ab hominibus, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur faciem, ut ventris inanitatem demonstret in vultu, & hic hypocrita est. Ex quibus omnibus intelligitur hypocritas esse, qui faciunt quodlibet ut ab hominibus glorificentur. Mihi videtur & ille hypocrita esse qui dicit fratri suo, Dimitte ut tollam festucam de oculo tuo, propter gloriam hoc facere, ut ipse esse iustus videatur. Vnde ei a domino dicitur, Hypocrita eice prius trabem de oculo tuo. Non itaque virtus, sed causa virtutis apud deum mercedem habet. Et si a recta semita patulum denaueris, non interest utrum ad dexteram vadat an ad sinistram, cum verum iter amiseris. Signa non temerè dicit. Repperunt mercedem suam, hoc est, non dei sed suam. Laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercere virtutes. Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextra. In dextra intelligitur amor dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro humana laude dederis eleemosynam, totum est sinistra: si vero pro remissione peccatorum, totum dextra facit. Quid est ergo, nesciat sinistra quid faciat dextra, nisi quod facit dei amor, non corrumpat inanitas vel cupiditas mundi? Nam si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid faciet? Si enim manus dextra doluerit, nunquid de sinistra eleemosynam dare non debet? In superioribus, Cauete, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ubi iustitiam generaliter nominauit, deinde particulariter exequitur. Est etenim pars aliqua iustitiæ opus quod per eleemosynam fit: & ideo connectit dicendo, Cū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Ad hoc respicit quod superius ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, ut scilicet videamini ab eis, quod autem sequitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam: ad illud respicit quod supra posuit, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Deinde sequitur, Te autē faciente eleemosynam. Cum dicit, Te autem, quid aliud dicit, quam non quomodo illi: Quid ergo mihi iubet. Te igitur, inquit, faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Ergo illi sic faciunt ut sciat sinistra eorum quid faciat dextra. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris. In eis autem hoc culpatum est quod ita faciunt ut laudes hominum querant. Quapropter nihil consequentius sinistra videtur significare quam ipsam delectationem laudis. Dextra autē significat intentionem implendi præcepta diuina. Nesciat ergo sinistra quid faciat dextra id est, non se misceat cõscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cum in eleemosyna facienda diuinum præceptum contendis implere, ut sit eleemosyna tua in absconso. Quid est in absconso, nisi in ipsa

D  
E  
E  
Matth. 7.  
Matth. 6.  
Dextra Sinistra  
Matth. 6.  
Ibidem.



**G** bona conscientia que oculis humanis demonstrari non potest nec verbis aperiri? Multi foras faciunt eleemosynam, & intus non faciunt, qui vel ambitione vel alicuius temporalis rei gratia misericordes volunt videri. Et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi. Rectissime omnino & verissime. Si enim primum ab eo expectas qui conscientie inspector est, sufficiat tibi ad promerendum deum ipsa conscientia. Et cum oratis non eritis sicut hypocritae, qui amant in synagogis & in angulis platearum, stantes orare, ut videantur ab hominibus. Neque hic ab hominibus videri nefas est: sed ideo haec agere ut videaris & fructus in eis expectetur placendi hominibus. Platea perpetue ac latiores ciuitatum viae sunt iuxta proprietatem linguae Graecae a latitudine nominatae, καλῶν enim latum dicitur. Amen dico vobis perceperunt mercedem suam. Et hic ostendit dominus id se prohibere, ut ea merces appetatur qua gaudet stulti cum laudatur ab hominibus. Tu autem cum orabis, intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem in absconso. Cubiculum quod nominat non occultam domum ostendit, sed cordis nostri secretum. Hinc psalmista dicit, Quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et claudentes ostia, orate, inquit, ad patrem vestrum in abscondito. Parum est intrare in cubila si ostium pateat importunis, per quod ostium ea quae foris sunt improbe se immergunt & interiora nostra aperiant. Foris autem dicimus esse omnia temporalia & visibilia, quae per ostium, id est, carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turbae vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendum, ut oratio spiritalis dirigatur ad patrem quae sit in intimo cordis ubi oratur pater in absconso. Qui vero vult orationem suam volare ad deum, faciat illi duas alas, id est, eleemosynam & ieiunium, & ascendat celeriter & exaudietur. Et pater tuus qui videt in absconso reddet tibi. Et hoc tali clausula terminandum fuit. Non enim monet nunc ut oremus, sed quomodo oremus: neque ut superius ut eleemosynam faciamus, sed quo animo faciamus, quoniam de corde mundando praecipit, quod non mundat nisi simplex intentio in aeternam vitam, solo & puro amore sapientia.

In eadem feria, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua etc.

Sermo II.



**I**ngelica lectio fratres charissimi quae nobis modo recitata est, videtur mihi quod secundum literam non possit intelligi, & ideo, deo auxiliante, requiramus qualiter ad eius spiritalem sensum peruenire possimus. Sic enim ait dominus, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Et iterum, Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in absconso. Quomodo hoc secundum literam accipere possumus, cum ipse dominus iterum dicat, Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est? Quomodo hic dicit, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: cum alibi dicat, Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona? Diligenter attendite fratres, & intellectum diuinae scripturae humiliter & sapienter requirite. Non enim sibi ipse dominus in euangelica lectione contrarius esse potest. Nam quia eleemosynam & occulte fieri ipse dixit, & publice ipse admonuit, ut sibi praecipia

eius non videantur esse contraria, intellectum sobrium quaerit. Qui enim ideo facit eleemosynam ut ab hominibus se laudari desideret, etiam si occulte fecerit, publice facit, quia laudem ab hominibus quaerit. Qui vero eleemosynam pro solo amore dei facit, ut ad opus bonum illum reliqui imitentur, & non ipse sed dominus collaudetur, etiam si publice faciat eleemosynam absconso facit, quia pro eleemosyna illa non hoc quod videtur, sed quod non videtur desiderat, nec ab hominibus laudem sed mercedem a deo optat accipere. Hoc etiam & de ieiunio debemus accipere. Cum enim ipse dominus dicat, Vnge caput tuum & faciem tuam laua ne videaris ieiunans hominibus: ergo contra Christi praecipia facimus qui publice ieiunium indicimus, & vident e toto populo pariter cum ipso ieiunamus? Et in hoc sensu oportet intelligi, ut nemo pro laude humana, sed pro peccatorum indulgentia vel pro misericordia diuina ieiunet, & vnusquisque interroget conscientiam suam, & si pro solo deo facit eleemosynam, securus & publice faciat, ut quicumque viderint, imitentur. Nam & illud quod dicit dominus: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ad hoc quod supra diximus pertinere cognoscitur. In dextera enim intelligitur amor dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dederis eleemosynam, totum sinistra facit, dextera omnino nihil facit. Si vero pro remissione peccatorum & amore vitae aeternae eleemosynam dederis, totum dextera facit. Quid est ergo, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, nisi quod facit amor dei, non corrumpat aut perdat vanitas vel cupiditas mundi? Nam si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid faciet si ei manus dextera doluerit? Nunquid de sinistra eleemosynam dare non potest? Aut si vult captiuum redimere, quomodo aut sacculum soluere aut arcam aperire poterit, si sinistra manum dexterae suae non iunxerit? Aut si peregrinum optat excipere & secundum praecipitum domini sanctorum pedes abluere, non video quomodo hoc nesciente sinistra manu possit impleri. Ad hoc pertinet etiam illud quod dixit, Cum oratis non lite in angulis platearum orare, sed intra, inquit, in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in absconso. Ecce ipsi bene agnoscitis, quia non hoc semper secundum literam poterit adimpleri. Nam & nos ipsi & totus populus non solum in cubiculis nostris oramus, sed etiam publice ad Ecclesiam conuenimus, & simul cum omni populo genua flectimus. Et nunquid haec facientes praecipit Christi contrarij sumus, qui dixit, ut in cubiculis clauso ostio orare debeamus? Non ita est. Vnde etiam & iste sensus superiori sententiae conueniens est. Qualiter ergo hoc intelligi debeat attende. Si quando oras deum & hoc ab illo petis quod videtur, publice & aperto ostio oras, quia hoc a deo vis accipere quod videtur. Si vero pro indulgentia peccatorum & pro vita aeterna volueris supplicare, etiam si publice oraueris clauso ostio oras, quia non petis quod videtur sed quod non videtur. Quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna sunt. Si temporalia quaeris, sicut iam dixi, publice & aperto ostio oras: si aeterna quaeris, secreta est oratio tua, quia non quae videntur, sed quae non videntur optas accipere. Qui ergo illa quae non videntur in veritate quaesierit, & illa quae videntur deo remunerante percipiet, quia non mentitur qui dicit, Quaerite primum regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiicientur vobis. Nec hoc sic dicimus ut pro rebus temporalibus deum non oremus, id est, pro vanitate

**A** tate corporum, aut pro pace temporum, aut pro abundantia fructuum. Debemus & ista a deo petere, sed secundo & tertio loco, ut primas partes in omni intentione nostrae orationis, amor animae & desiderium vitae aeternae obtineat. Oremus ergo pro corpore, sed sine vlla comparatione amplius pro anima supplicemus. Et ideo charissimi quotiens vobis ista euangelica lectio legitur, ordine quo supra suggestimus intellectum eius debetis accipere, ut siue in eleemosynis siue in ieiunijs seu in orationibus siue in dextera vel in sinistra hoc seruare studeamus, ut quicquid agimus non pro vanitate vel cupiditate seculi, sed pro amore aeternae beatitudinis faciamus. Quod ipse praestare dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat.

Eodem die, Sermo III.



**S**cio & credo charitatem vestram sapienter intelligere, non esse sine causa quod vos de vera & perfecta charitate tam frequenter admoneo. Hoc enim ideo facio, quia ad omnium peccatorum vulnera nullum medicamentum tam salubre & tam efficax esse cognosco. Additur & hoc, quod cum tam magnum sit verae & perfectae charitatis remedium, nullus tamen inuenitur qui eam cum dei adiutorio non possit habere. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem praetendere, in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi dicere aliquis, non possum ieiunare: nunquid potest dicere, non possum amare? Potest dicere, propter infirmitatem corporis mei non possum a vino vel a carnibus abstinere, nunquid potest dicere, non possum diligere? Potest quisquam dicere, se virginitatem non posse seruare: Potest dicere non posse res totas vendere ac pauperibus erogare, nunquid potest dicere, non possum inimicos meos diligere, & eis qui in me peccauerunt indulgere? Nemo se circumueniat fratres charissimi, quia deus neminem fallit. Cum enim multa sint quae propter fragilitatem humanam corporaliter implere non possumus, charitatem tamen in corde nostro deo inspirante, si in veritate voluerimus, sine aliqua dubitatione habere poterimus. Multa enim sunt quae de horreo, canabo vel cellario aliquotiens proferre non possumus, de thesauro vero cordis nimis saecum & turpe est si aliquam excusationem praetendere viderimur. Non enim ibi aut pedes laborant currendo, aut oculi videndo, aures audiendo, aut manus operando lassantur, ut nos per ipsam fatigationem excusare conemur. Non nobis dicitur: Ite ad Orientem & quaerite charitatem, nauigate ad Occidentem & inuenietis dilectionem: Intus in corde nostro est vnde nos iracundia excludere solet, & redire iubemur, dicente Propheta, Redite praenaricatores ad cor. Non enim sicut iam dixi, in longinquis regionibus inuenitur, quod a nobis dominus petit, intus ad cor nostrum nos mittit. In nobis enim ponit quod requirit, vbi tota charitas profecto in animi bonitate vel voluntate consistit, de qua voluntate angeli pastoribus clamauerunt, Pax in terra hominibus bonae voluntatis: Et ideo quia nulla nobis ante tribunal Christi excusatio poterit esse, cum dei adiutorio totis viribus laboremus, ut in animis nostris plus praevaleat bonitas quam malitia, plus patientia quam iracundia, plus benignitas quam invidia, plus humilitas quam superbia. Et ut totum breui sermone concludam, sic totum cor nostrum obtineat charitatis dulcedo, ut in nobis locum habere non possit odij amaritudo. Sed dicit aliquis, nulla ratione possum inimicos meos dili-

gere. In omnibus scripturis deus tibi dicit, quia potes. Tu e contrario respondes, non posse. Considera nunc vtrum tibi an deo debeat credi. Et ideo quia veritas mentiri non potest, iam vanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare, qui iustus est nec damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare qui pius est. Quid tergiversamur incassum? Nemo enim quantum possumus melius noverit qui nobis ipsum posse donavit. Tot viri, tot mulieres, clerici, pueri, tanta & tam delicatae puellae flamas & ignes & bestias aequanimiter pertulerunt, & nos stultorum hominum conuicia dicimus tollerare non posse, quae nobis malorum hominum nequitia inferuntur, si possumus etiam usque ad mortem illorum nostras iniurias vindicamus: Vnde nescio qua fronte vel qua conscientia cum omnibus sanctis in aeterna beatitudine partem habere desideramus quorum exempla sequi in rebus minimis non aquiescimus. Sed sunt aliqui qui testimonio diuinae scripturae iracundiae suae existimant suffragari. Dicunt enim: Amat anima mea amantem se. Et dum auctoritatem diuinam male intelligunt, de medicamentis sibi vulnera faciunt. Qualiter autem hoc & debeat & possit intelligi, attendat charitas vestra. Amat, inquit, anima mea amantem se: Licet & de omnibus litera sentiri & debeat & possit, tamen certius de deo intelligendum est, quia nullus nos melius quam ipse diligit. Nam si boni tantummodo amandi sunt, quid dicemus de deo nostro, de quo scriptum est, Sic deus dilexit mundum ut filium suum unicum daret? Quid enim boni fecerat mundus ut illi sic dilexerit deus? Omnes enim homines non solum malos, sed etiam impios & originali peccato mortuos in anima Christus inuenit. Et tamen etiam cum tales essemus, dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, & per hoc amavit etiam non amantes: sicut & Paulus Apostolus dicit, Christus pro impijs mortuus est, ac sic pro ineffabili pietate vniuerso humano generi hoc exemplum dedit dicens, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quoniam & beatus Petrus Apostolus in epistola sua similiter praecipit dicens, Christus, inquit, passus est pro nobis relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia eius. Quod exemplum domini secuturi sumus: Nunquid ut mortuos suscitemus? Nunquid ut supra mare pedibus ambulemus? Non utique, sed ut simus mites & humiles corde, & non solum amicos, sed etiam inimicos toto animo diligamus. Et sequamini vestigia eius. Dixit hoc etiam beatus euangelista Iohannes, Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo & ille ambulauit, & ipse ambulare. Quomodo enim Christus in cruce fixus erat, & tamen per viam charitatis currebat dicens, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: & nos ergo cum patimur ab inimicis hoc clamare debemus, quia nesciunt quid faciunt. Phrenetici enim sunt & a contrario spiritu possidentur, & ut nos persequantur, maiorem persecutionem a diabolo patiuntur: & ideo magis ut liberentur quam damnentur orare debemus. Sic fecit beatus Stephanus qui gloriosissime primus Christi vestigia est secutus. Cum enim duris saxorum imbribus caderetur, stans orauit pro inimicis suis, & positus in terra genibus totis viribus clamauit & dixit, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Si ergo putamus nos non posse imitari dominum nostrum, imitemur talem conseruum nostrum. Imitemur quippe beatum Iacobum qui cum a Iudaeis lapidaretur, flexis genibus pro impijs persecutoribus supplicauit. Dominus quoque in euangelio ut inimicos diligere debeamus non dedit consilium sed praecipit. Aliud est consilium, aliud pra-

Confilium. G ceptum. Confilium datur vt virginitas conseruetur, vt à  
Præceptum. G vino & à carnibus abstineatur, vt vendantur omnia &  
pauperibus erogentur. Præceptum vero datur vt iustitia  
custodiatur, vt omnis homo diuertat à malo & faciat  
bonum. Denique de virginitate dicitur, Qui potest ca-  
pere capiat. De iustitia vero nõ dicitur, qui potest face-  
re faciat, sed omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum  
excidetur & in ignem mittetur. Confilium qui libenter  
audierit & fecerit, maiorẽ habebit gloriam. Præceptum  
qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euadere  
pœnam non poterit. Sic enim præcepit dominus, Dili-  
gite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.  
Et orate pro persecutoribus vestris & maledicentibus  
vobis. Et si quaras quã mercedem accipies? Audi quod  
sequitur: Vt sitis filij patris vestri. Aduertite quia si ini-  
micos non diligimus, filij dei esse non possumus. Et  
qua fronte dicimus in oratione, Pater noster qui es in  
cœlis, sanctificetur nomen tuum? Aut qua conscientia  
dicere poterimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut &  
nos dimittimus? Sed dicit aliquis, Ego audiam scriptu-  
ram dicentem: Amat anima mea amantem se. Amas  
amantes te filios & parentes, amat & latro, amat & dra-  
co, amat & lupi, amat & vrsi. Si enim amantes non  
diligamus, si filios vel parẽtes despiciamus, peiores leo-  
nibus & supradictis bestiis existere videmur. Sic & ipse  
dominus dicit, Si enim diligitis eos qui vos diligunt,  
quam mercedem habebitis? Nõne & publicani hoc fa-  
ciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid  
amplius facitis? Nõne & ethnici hoc faciunt? Qui ergo  
solos amicos diligunt, sicut & ipsi videtis, adhuc in  
hac parte publicanis & gentibus & bestiis similes sunt.  
Vt ergo superiores simus & gentibus & bestiis etiam  
inimicos & aduersarios diligamus. Et timeamus illud  
quod dominus in Euangelio dicit, Serue male, omne  
debitum dimissi tibi quoniam rogasti me, nõne oportuit  
& te misereri conseruo tuo, sicut & ego tui miser-  
tus sum? Et quid postea, Tradidit eum tortoribus do-  
nec redderet vniuersum debitum. Sic, inquit dominus,  
pater meus cœlestis faciet vobis, si non dimiseritis v-  
nuquisque fratri suo de cordibus vestris. Et iterum ipse  
dominus ait, In hoc cognoscent omnes quia mei disci-  
puli estis, si vos inuicem diligatis. Et iterum, Qui vni-  
uersam legem compleuit, offendat autem in vno, factus  
est omnium reus. Quid est hoc vnum, nisi quod supra  
diximus, Mandatum nouum do vobis vt vos inuicem  
diligatis? Quid, inquam, est hoc vnum, nisi illud quod  
Apostolus dicit, Omnis lex in vno sermone comple-  
tur, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Sed ne forte  
aliquis dicat, locum hunc non sic debere intelligi:  
Audiat de hoc mandato iterum Apostolum sublimi vo-  
ce clamantem: Et si tradidero corpus meum vt ardeat,  
charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Ipsa  
est vera & germana charitas, quæ non solum vsque ad  
amicos, sed etiam vsque ad ipsos peruenit inimicos: Si-  
cut dominus noster tantam circa genus humanum co-  
gnoscitur habere charitatem, vt non solum supra  
nos sed etiam supra malos pluuim dare, & solẽ suum  
quotidie oriri concedat. Etiam illud ante omnia cum  
grandi reuerentia & timore recolere & retinere debe-  
mus, quod dominus in Euangelio dixit, Si dimiseritis,  
inquit, hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pa-  
ter vester cœlestis peccata vestra. Si non dimiseritis,  
nec pater vester cœlestis dimittet debita vestra. In pote-  
state nostra positum est qualiter in die iudicij iudice-  
mur. Vnde nescio qua fronte indulgentiam peccato-

rum suorum ante tribunal Christi obtinere poterit, qui  
deo præcipiente inimicis suis veniam dare non acq-  
scit. Apostolus etiam prædicat dicens, Nemini malum  
pro malo reddentes: Benedicite persequentibus vos,  
benedicite & nolite maledicere. Et iterum, Noli vin-  
ci à malo, sed vince in bono malum. Et iterum, Non  
reddentes maledictum pro maledicto sed e contrario  
benedicentes. Beatus quoque euangelista Ioannes qui  
supra pectus domini in cœna recubuit, in epistola sua  
ita nos admonet dicens, Qui odit fratrem suum, ho-  
micida est: Et scitis quia omnis homicida non habet  
in se vitam æternam. Et iterum, Qui dicit se in lumi-  
ne manere, & fratrem suum odit, in tenebris est, & in  
tenebris ambulat, & nescit quod vadat, quia tenebræ ob-  
cæcauerunt oculos eius. Hoc loco fratrem omnem ho-  
minem debemus accipere. Dicit etiam ipse beatus Io-  
annes, Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem suum odit,  
mendax est. Qui enim nõ diligit fratrem suum quem  
videt, deum quem non videt quomodo potest dilige-  
re? Sed etiam si iubetis sufficere ista: Sunt enim innu-  
merabilia tam in nouo quàm in veteri testamento, quæ  
causam, de qua loquimur, validissimis testimoniis con-  
firmare longum est, & nunc omnia charitatis vestra  
auribus non intimentur. Nam in sanctis animabus  
etiam parua pro magnis accipiuntur, quia & reuera cui  
pauca non sufficiunt, magna non profunt, plura pro-  
desse nihil poterunt. Vos autem fratres charissimi con-  
siderantes, quia omnis lex vno sermone impletur in  
nobis: id est, Diliges proximum tuum sicut teipsum,  
non solum amicos sed etiam inimicos diligite, quia  
quicumque hoc implere nolunt, reliqua illis opera bo-  
na prodesse non poterunt. Et ideo ita omnibus inimi-  
cis vestris dimittite vt cum secura conscientia possitis  
in oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut  
& nos dimittimus debitoribus nostris.

Item eodem die alius sermo qui habetur inter sermones  
de uerbis domini, I I.  
Item eodem die alius sermo de epistola dicit, qui habetur  
in libro quinquaginta homiliarum: homilia VII.  
& X V I I I.

Sabbato post dominicam in quinquagesima  
Sermo I.

**R**Ogo vos fratres charissimi & admono, vt  
in isto legitimo ac sacratissimo tempore ex-  
ceptis dominicis diebus nullus prandere præ-  
sumat, nisi forte ille quem ieiunare infirmitas nõ per-  
mittit, quia aliis diebus ieiunare remedium est aut præ-  
mium, in quadragesima non ieiunare peccatum est.  
Alio tempore qui ieiunat accipiet indulgentiam, in qua-  
dragesima qui nõ ieiunat sentiet pœnam: & tamen qui  
ieiunare non præualet, secretius sibi soli, aut si est alius  
infirmus cum ipso in domo sua preparat quod accipiat,  
& illos qui ieiunare præualet ad prandium non inui-  
tet: quia si hoc fecerit, non solum deus sed etiam homi-  
nes possunt intelligere illum non pro infirmitate non  
posse, sed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat illi quod  
ipse ieiunare non præualet, & magis cū gemitu & suspi-  
rio & animi dolore manducet, pro eo quod aliis iei-  
nantibus ille abstinere non potest. Quod opus est vni-  
cuique infirmo, secretius sibi soli, aut cum alio similiter  
infirmo faciat preparari, quia non ei oportet vt ali-  
quem sanũ roget ad prandium, ne sibi etiam de alterius  
gula auget peccatum. Pro eo tamen quod non potest  
ieiunare, amplius debet erogare pauperibus, vt peccata  
quæ

**A** que non potest ieiunando curare, possit in eleemosynis  
dando redimere. Bonum est ieiunare fratres, sed me-  
lius est eleemosynam dare. Si aliquis vtrunque potest,  
duo sunt bona. Si vero nõ potest, melius est eleemo-  
synam dare. Si possibilitas non fuerit ieiunandi, eleemo-  
syna sufficit sibi sine ieiunio: ieiunium vero sine eleemo-  
syna omnino non sufficit. Ergo si aliquis ieiunare non  
potest, eleemosyna sine ieiunio bonum est. Si vero præ-  
ualet ieiunium cum eleemosyna, duplex bonum est. Iei-  
unium vero sine eleemosyna nullum bonum est, nisi  
forte ita sit aliquis pauper vt non habeat omnino quod  
tribuat. Ille ergo qui non habuerit vnde tribuat, sufficit  
voluntas bona secundum illud quod scriptum est, Glo-  
ria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-  
luntatis. Sed quis erit qui se possit excusare, cum etiam  
pro calice aquæ frigidæ mercedem se dominus reddi-  
turum promiserit? Et quare frigidæ dixit? Ne forte se  
posset aliquis pauper de lignorum penuria excusare, aut  
certe dicere se vasculum vbi aquam calefaceret non ha-  
bere. Denique & per beatum prophetam fratres charis-  
simi dominus ita hortatur & admonet eleemosynam  
fieri, vt prope nullus pauper sit qui se valeat excusare.  
Sic enim ait, Hoc est ieiunium quod elegi dicit domi-  
nus, Frange esurienti panem tuum. Non dixit vt inte-  
grum daret, cum forte pauper ille alium non haberet:  
sed frange, inquit: hoc est dicere, Etiam si tanta pauper-  
tas tibi est vt non habeas nisi vnum panem, ex ipso ta-  
men frange & pauperi tribue. Et egeum, inquit, ac sine  
tecto induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper est  
vt non habeat vnde tribuat pauperi cibum, vel in vno  
angulo domus suæ peregrino preparat lectulum. Quid  
nos ad hæc dicturi sumus fratres, vel quam excusatio-  
nem habere poterimus, qui amplas & spaciosas domus  
habentes, vix aliquando dignamur excipere peregrinũ,  
ignorantes immo non credentes quod in omnibus per-  
eigrinis Christus excipitur: sicut ipse dicit, Hospes fui &  
suscepistis me: & quamdiu vni ex minimis istis feci-  
stis, mihi fecistis? Laboriosum & fastidiosum nobis est  
in pauperibus recipere Christum in patriam nostram,  
timeo ne nobis ille vicem reddat in cœlo, & non nos  
recipiat in beatitudinem suam. Contemnimus illum  
in mundo, timeo ne nos ille iterum contemnat in cœ-  
lo secundum illud quod ipse dixit, Esuriui, & non dedi-  
stis mihi manducare: hospes fui, & non accepistis me.  
**C** Et quamdiu non fecistis vni ex minimis istis, nec mi-  
hi fecistis. Et quod post hæc fratres sequitur, auertat  
deus à nobis. Hoc enim postea addidit dicens, Disce-  
dite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est  
diabolo & angelis eius. Hæc ergo fratres non transito-  
rie nec solis corporis audiamus auribus, sed fideliter au-  
dientes etiam vt alij teneant & impleant verbo pariter  
& exemplo doceamus: præstante domino nostro Iesu  
Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat  
in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de necessitate ieiunij cum mititate & largitate.

Sermo I I.

**A**postolica dilectissimi doctrina nos admonet,  
vt deponentes veterem hominem cum acti-  
bus suis, de die in diem sancta conuersatione  
renouemur. Si enim templum dei sumus, & mentium  
nostrarum spiritu sancto habitator est dicente Apосто-  
lo, Vos enim estis templum dei viuunt: multa nobis vigi-  
lantia laborandum est, vt cordis nostri receptaculum  
tanto hospite non sit indignũ. Et sicut in domibus ma-  
nufactis laudabili diligentia prouidendũ est, vt si quid

aut infusione imbrum aut turbine procellarũ, vel ipsa  
fuerit antiquitate corruptum, cita in integrum cura res-  
tituat, ita iugi oportet sollicitudine præcaueri, ne quid  
in nostris animis incompositum, ne quid inueniatur  
immundum. Quamuis ædificium nostrum sine ope sui  
non subsistat artificis, nec fabrica nostra possit esse in-  
columis, nisi ei protectio profuerit conditoris: tamen  
quia rationabiles lapides sumus & viuã materies, sic  
nos authoris nostri exterruit manus, vt cum opifice suo  
etiam is qui reparatur operetur. Gratia dei igitur obe-  
dientia se humana non subtrahat, nec ab illo bono sine  
quo non potest bona esse deficiat: aut si quid sibi impos-  
sibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur,  
non in se remaneat, sed ad adiuantem recurrat, qui  
ideo præceptum dat vt excitet desiderium, & præstet au-  
xilium dicente Propheta, lacta cogitatum tuum in do-  
mino, & ipse te enutriet. An forte quisquam tam inso-  
lenter superbit, & ita se illacsum, ita immaculatum esse  
presumit, vt nullius iam renouationis indigeat? Fallitur  
prorsus ista persuasionem, & nimia vanitate veterascit,  
qui inter tentationes istius vitæ ab omni se vulnere cre-  
dit immunẽ. Plena sunt omnia periculis, plena laqueis,  
E incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur  
lucra, damna deterrent. Amara sunt obloquentium lin-  
guæ, nec semper veracia sunt ora laudantium. Inde sæ-  
uit odium, hinc decipit mendax officium, vt facilius sit  
vitare discordem quàm declinare fallacem. In ipsis au-  
tem virtutibus obtinẽdis tam dubius modus est, & tam  
incerta discretio est: vt si quisquam inter bonorum ma-  
lorumque confinia subtilissimi discriminis poterit ser-  
uare mensuras, difficile sit vt bene sibi consciam pro-  
bitatem obtrectantium lingua non mordeat, & iniquo-  
rum euadat opprobria, cui amica est iustitia. Jam cum  
ad ipsas rerum temporalium varietates cogitatio hu-  
mana conuertitur, quantæ se opponunt caligines, quan-  
ti prauarum opinionum obortuntur errores, vt de ob-  
iectu contrariorum sumatur materia querelarum. Nam  
licet omnium fidelium corda nõ dubitent, nullis mun-  
di huius partibus, nullisque temporibus prouidentiam  
abesse diuinam, nec de stellarũ potestate, quæ nulla est,  
secularium negotiorum pendere prouectus, sed æquis-  
simo & clemetissimo summi regis arbitrio cuncta dis-  
poni: quoniam sicut scriptum est, Vniuersa viæ domi-  
ni misericordia & veritas: tamen cum quædam non  
secundum desideria nostra procedunt, & sub humani  
F errore iudicij superior est plerunque iniqui causa quàm  
iusti, vicinum nimis atque contiguum est vt etiam ma-  
gnos animos ista concutiant, & in aliquod illicite cau-  
sationis murmur impellant. Siquidem istis varietatibus  
etiam excellentissimus propheta Dauid vsque ad peri-  
culum se turbatum prostreatur & dicat, Mei autem penẽ  
effusi sunt gressus, quia zelauit in peccatoribus, pacẽ pec-  
catorum videns. Vnde quia paucorum est tam solida  
fortitudo, vt nulla iniquitatum perturbatione quatiân-  
tur, & multos fidelium non aduersa tantum, sed etiam  
secunda corrumpant, sanandis vulneribus quibus huma-  
na infirmitas lauciatur, diligens est adhibenda curatio.  
Ideo enim de periculis quibus mundus hic plenus est  
quædam breuiter percurrit: vt dicente scriptura, Quis  
glorietur castum se habere cor, aut mundum se esse à  
peccato? Omnes sibi intelligant delictorũ indulgentiam  
& reparationis necessariam esse medicinam. Quando  
autẽ dilectissimi ad remedia diuina aptius recurrimus  
quàm cum ipsa nobis sacramenta redemptionis nostræ  
temporum lege referatur: Quæ vt dignius celebremus,  
saluberrime

Sermo LXIII. Coloss. 3.

1. Coria 6.

Psal. 54.

Psal. 71.

Psal. 72.

Proterb. 20.

G saluberrime nos quadraginta dierum ieiunio preparemus. Non enim hi tantum qui per mortis Christi resurrectionisque mysterium in nouam vitam baptismo sunt regenerante venturi, sed omnes populi renatorum vtiliter & necessarii presidium sibi huius sanctificationis assumunt: illi ut qua nondum habent accipiant, isti vt accepta custodiant: dicente Apostolo, Qui stat, videat ne cadat. Nemo tanta est firmitate suffultus vt de stabilitate sua debeat esse securus. Vtatur igitur dilectissimi saluberrimi temporis venerabilibus institutis, & sollicitiori cura cordis nostri specula tergamus. Quantumlibet enim casti & sobrii mortalis hac vita ducitur: quodam tamen puluere terrenae conuersationis aspergitur, & nitor mentium ad dei imaginem conditarum, non ita a fumo totius vanitatis alienus est, vt nulla possit sordescere, & non semper indigeat expoliri. Quod si etiam cautissimis animis necessarium est, quanto illis amplius est expetendum, qui tota forte anni spacia aut securius aut negligentius transferunt? Quos charitate debita commoneamus, vt non ideo sibi blandiantur, quia nobis conscientiae singulorum patere non possunt: cum oculos dei simul vniuersa cernentis non abdita locorum, non parietum septa secludant: nec solum ei acta & cogitata, verum & agenda & cogitata sint cognita. Ista vera scientia summi iudicis, iste est tremendus aspectus, cui peruium est omne solidum, & apertum omne secretum: cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitentur, & sine voce mens loquitur. Nemo patientiam bonitatis dei de peccatorum suorum impunitate contemnat, nec ideo illum aestimet non offensum, quia necdum est expertus iratum. Non sunt longe mortalis vitae induciae, nec diuturna est licentia insipientium voluptatum, in aeternum dolore transitura poenarum, si dum iustitia suspenditur, poenitentiae medicina non quaeritur. Confugiatur ergo ad praesentem vbiq; misericordiam dei, & vt sanctum pascha domini digna obseruantia celebretur, cunctorum se fidelium corda sanctificent. Mitefcatur saeuicia, mansuescat iracundia, remittant sibi omnes culpas iniuicem suas, nec exactor sit vindictae qui petitor est veniae. Dicentes enim, Dimitte nobis domine debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: durissimis nos vinculis alligamus, nisi quod profiteamur impleamus. Vnde si orationis huius sacratissimum pactum non tota sui conditione seruatum est: nunc saltem conscientiam suam vnusquisque cognoscat, & alienis ignoscendo delictis, abolitionem suorum obtineat peccatorum. Dicente namque domino, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester qui in caelis est: non longe est ab vnoquoque quod poscit, cum de benignitate supplicis sententia pendeat iudicantis, qui humanarum precum misericors & iustus auditor, aequitati suae de nostra lenitate praescribit, vt non haberet in eos ius seueritatis, quos non inuenisset cupidus vitionis. Clementes autem & mites animos, etiam largitas decet. Nihil enim dignius est quam vt homo sui authoris sit imitator, & secundum modum propriae facultatis diuini sit operis executor. Nam cum aluntur esurientes, vestiuntur nudi, fouentur infirmi, nonne auxilium domini manus explet ministri, & benignitas serui munus est domini: Qui cum ad effectus misericordiae suae adiutore non egeat, ita suam omnipotentiam temperauit, vt laboribus hominum per homines subueniret. Et merito deo gratia referuntur de pietatis officii, cuius opera videntur in famulis. Pro-

pter quod ipse dominus discipulis suis ait, Sic luceat lux vestrum coram hominibus vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in caelis est: per Christum dominum nostrum, Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Et dimissa turba ascendit in montem solus orare etc. quae habetur inter sermone de uerbis domini, X I I I . & X I I I .

Dominica prima in X L. de mysterio ieiunij quadragesimalis, fructus et modo: Sermo I.

**Q**uod Mne vita nostra tempus, stadium quoddam debemus putare virtutum & ad caeleste brauium tota virtute contendere. Sed hoc praecipue in quadragesimae diebus implendum est, qui abstinentia ac ieiunij dedicati, tantum nobis ad virtutem animi conferunt, quantum & de corpore voluptatem deceptum. Est autem legitimus numerus iste ieiunij & qui in sanctis celebratur exemplis. Moyses legem accepturus a deo quadraginta dies ac noctes absque cibo potuq; transiit, & ad suscipiendam domini voluntatem ieiunus praeparatus est. Helias post quadraginta dierum ieiunia curru igneo ad superna caelorum de hoc mundo translatus est. Ipse quoque dominus ac saluator noster quadraginta diebus ieiunans de diaboli tentationibus triumphauit, vt ad praedicationem Euangelij iam victor accederet. Merito vero etiam nos hunc dierum numerum custodire debemus ieiunij, quem per talia exempla legitimus consecratum. Celebremus ergo hos dies cum omni alacritate mentis & gaudio, & eos omnibus epulis & corporalibus delitiis praeferramus. In his enim praecipue diebus ad implendam domini voluntatem accendimur, quando maxime per abstinentiam voluptas carnis extinguitur. Tunc enim ad dominum & ad eius futura promissa tota mens purior facienda festinat, cum nulla crapula, nulla cibi ac potus satietate crassatur. Vnde & saluator in Euangelio dixit, Attendite itaque vobis ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & cogitationibus secularibus, & superueniat in vos dies illa repentina: tanquam laqueus enim superueniet vniuerso mundo, & nemo effugiet. Sed & illa est in quadragesimae diebus grandis utilitas, quod dum etiam a licitis abstinemus, magis ac magis admoneamur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos a carnibus quibus aliis diebus vti licet: Qui nos abstinemus a vino quo moderate vti licet: Qui ergo ista vitamus quae aliquando licent in primis peccata fugiamus, quae omnino nunquam licent. Itaque volumus bene ieiunare a cibis, ante omnia ieiunemus & a vitis. Quid enim prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? Quid enim prodest pallidum esse ieiunans, si odio & inuidia liuescas? Quid enim prodest vinum non bibere, & iracundiae veneno inebriari? Quid prodest abstinere a carnibus ad edendum creatis, & malignis obtruncationibus fratrum membra lacerare? Quid prodest si abstinemus ab his quae aliquando licent, & faciamus illa quae nunquam licent? Deus enim illos honorat & diligit, qui illicita fugiunt. Sic ergo, vt dixi, ieiunemus a cibis, vt multo magis ieiunemus a vitis, vt sanctorum morum vbertate satureremur, vt & in futuro mereamur ipsorum operum retributione satiari: sicut in Euangelio legimus, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Illam enim compensationem magis eligere debemus, vt cibis quibus nos abstinemus, eos pauperibus ac debilibus

1. Corin. 10.

Math. 6.

Vbi supra.

Math. 5. K

Sermo LXIII.

Exod. 34.

L

3. Reg. 19.

Math. 4.

Ibidem.

Exod. 32.

Gene. 3.

Gene. 4.

3. d. Venter.

44. d. Cum autem.

Luc. 17.

Iacobi. 5.

4. Reg. 11.

3. Reg. 19.

M

Math. 5.

**A** debilibus largiamur: secundum illud quod scriptum est, Beati qui contenti sunt esurire vt alibi reficiantur. Satis deo acceptum est munus quando indigens saturatur, quando nudus vestitur, quando ira non perfcitur, & iracundiae tempus non referuatur, quando malum pro malo non redditur. Tunc grata sunt deo nostro ieiunia, si illi qui necessitate ieiunant reficiantur a nobis. Tunc illam domini sententiam audire merebimur, Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis. O benignissimum dominum ad edendam hominum auaritiam, qui sibi dari dicit, quod vel minimo pauperi donatum fuerit. Vobis autem fratres praestet domini misericordia, vt ei ieiunij & eleemosynis in bonis operibus seruiatis, vt ad aeternam & veram vitam vos perducat, ipse qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, de ieiunio et eius effectibus:

Sermo II.

Sermo LXV.

**A**dest nobis venerabile & medicinale tempus quadragesimae charissimi, per quod ieiunantes peccatorum nostrorum vulnera curare debemus. Quantum sit ergo bonum ieiunij, breui sermone exemplis additis differamus. Moyses primus quadraginta diebus ac noctibus cum ieiunasset, legem domini accipere meruit, per quam populis imperaret. Impetraverunt vnius hominis ieiunia, quod totius populi saturitas desperauerat. Aduertamus ergo quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum & pulmones epulis astuantes. Moyses ergo quia ieiunauit, dominum vidit: populus quia manducauit & bibit, idola fabricatus est. Sed quid de Moysse & Israelitica multitudine loquar? Princeps ille humani generis Adam quamdiu ieiunauit seruans mandatum, in paradiso fuit. Vbi vero comedit, eiectus est de paradiso. Et qui in paradiso dei virgo fuerat, eiectus est de paradiso cognouit uxorem. Semper enim iuncta est saturitati lasciuia. Vicina sibi sunt venter & genitalia, & pro membrorum ordine ordo vitiorum intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso cibis, reducat esurire, reducat ieiunium. Diximus ergo quid sanctus Moyses meruit ieiunando: deinde & cunctos videamus. Sancto Heliae ieiunanti etiam elementa famulata sunt. Hic denique tribus annis & sex mensibus caelum clausit: Ad cuius vocem etiam supernum descendit incendium. Et cum eum Iezabel regina vellet occidere, & fessus sub arbore frondosa iaceret in solitudine, angelus ad eum mittitur & dicit ei: Sume paululum panis & aquae. Videte quanta sit dei clementia erga ieiunantes charissimi: Non sufficiebat, quia angelum ad ieiunantem dominus miserat, qui eum vt cibum sumeret iuberet, sed etiam praecipit, vt longius fugiat persequentem. Ait ergo, Sume paululum panis & aquae: Quadraginta enim dierum ieiunio perrecturus erat per desertum vsque ad montem Sina. Nunquid enim dominus qui caelum & terram fecerat, cuius omnis est creatura, non potuit in eremo per angelum prandium mittere, sicut Danieli in lacum leonum per Abacuch misit? Sed sciebat deus prophetam suum tantum diabolum aliter superare non posse, ni ieiunij eruditus insidiantis inimici tentamenta repelleret. Daniel quoque ille futurorum gnarus, & aduentus domini conscius, & euersionis Hierusalem manifestissimus praedicator, ideo vir desideriorum appellatus est, quia panem desiderij non comedit, & potum concupiscentiae non bibit, quia magis Christum quam epulas desiderabat. Ioannes quoque praecurritur domini locustis in eremo & agresti melle nutritur, non animalium carnibus,

Daniel. 9. & 10.

Math. 3.

non volucrum suauitatibus pasceatur: poterat vtiq; iuxta Iordanem positus piscium sibi exhibere delicias, sed poenitentiam praedicaturus rigore ieiunij exemplo suo magis debuit & factis ostendere quam voce. In Euangelio quoque cum quidam demone plenus domino fuisset oblatus, quem Apostoli curare nequuerant, interrogantes audiunt a domino, istiusmodi genus non posse eiici nisi orationibus & ieiunijs. Videte ergo charissimi quanta sit ieiuniorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apostoli nequuerant. Omitto caetera, sed vnusquisque consideret quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum & refertum, inter rubentem faciem & ora pallentia, inter os ieiunium & labia crapula dissoluta, inter oppressum epulis & inedia tenuitate vigilatem. Non dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata ieiunia, sed vel singulos dies absque ciborum nimietate transeamus. Cessent lauacra, vina vel carnes, non quod creaturam dei iudicemus esse damnandam, sed qui toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies viuamus a domino. Sed ieiunia nostra vt plena sint & suffarta, misericordiae pinguedine saginentur, demus esurientibus prandium nostrum. Nec putes ieiunia sola sufficere ad sanandam vulnera peccatorum, ni medicamento eleemosynae recreentur. Ieiunium ergo tuum te castiget, sed laxificet alterum, & ita fructuosae erunt angustiae tuae, si alteri latitudinem praestet. Sic ieiunia vt in alio manducante prandisse te gaudeas. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam manducante paupere de bonis tuis, prandet Christus qui se in paupere esurire testatur.

In eadem dominica de confessione peccatorum:

Sermo III.

**O**rtatur nos sapius scriptura ad medicamentum fugere confessionis, non quod deus indigeat confessione nostra cui omnia praesto sunt quae cogitamus, loquimur aut agimus, sed nos aliter salui fieri non possumus, nisi confiteamur poenitentes quod inique gesimus negligentes. Qui seipsum accusat in peccatis suis, hunc diabolus non habet iterum accusare in die iudicij: si tamen confitens poenitendo deleat quae fecit, nec iterum renouet quae egit. Confitemini, dicit Iacobus apostolus, alterutrum peccata vestra, & orate pro iniuicem vt saluemini. Iterum beatus Apostolus, Ore autem confessio sit ad salutem. Sed & Salomon de confessione peccatorum dicit, Qui abscondit scelera sua non dirigetur: Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Magnum est salutis medicamentum non iterare quae impie gesimus, nec priorum cicatrices vulnerum resauciare. Sicut autem dicit Ioannes euangelista, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est deus & iustus vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Similiter & Psalmista ait, Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Viuens confiteatur peccator quae fecit, quia non est fructuosa confessio apud inferos, nec poenitentia ad salutem proficiens. Ecce nunc tempus salutis: ecce nunc tempus acceptabile deo. Tempus est nunc remissionis poenitentibus, sed tempus erit post mortem vindicationis negligentibus confiteri scelera sua. Omnes enim impij amarum habent in tormentis poenitentiam, sed non proficit eis ad remissionem, sed conscientia torquet ad augmentum poenarum quas patiuntur. Pouerunt enim sibi per confessionem praecauere tormentorum immanitatem & neglexerunt,

Math. 17.

De col. d. 5. ca. No dico.

2. Corin. 9.

Sermo LXVI.

Iacobi. 5.

Roma. 10.

Prouerb. 28.

1. Ioan. 1.

Psalm. 31.

Ecclesiasti. ci. 17. 2. Corin. 6.



**G**lexerunt, ita sicut foris flammis, ita intus conscientia propria torquentur. Quomodo potest medicus vulnus sanare, quod agrotus ostendere erubescit? Deus confessionem nostram desiderat ut iustam habeat cognoscendam de causam. Qui peccata sua occultat, & erubescit salubriter confiteri, deum quem iudicem habebit, habebit & ultorem. Optime se iudicet homo in hac vita ne iudicetur a deo damnatione perpetua. Duplicem habere debet fletum in poenitentia omnis peccator: siue quia per negligentiam bonum non fecit, seu per audaciam malum perpetravit. Quod enim oportuit non gessit, & quod non oportuit egit. Confessio iustificat, confessio veniam peccatis donat, omnis spes veniæ in confessione consistit. Confessio opus est misericordiæ, salus ægroti, vnicum est viribus nostris medicamentum cum poenitentia. Cuius ipse saluator in Euangelio virtutem ostendit dicens, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Et Ioannes Baptista, Facite fructus dignos poenitentia. Fructus dignus est poenitentia, transacta flere peccata, & eadem iterum non agere: sicut scriptum est, Ne adicias peccatum super peccatum. Lauamini, dicit dominus per Esaiam prophetam, Et mundi estote. Lauatur itaque & mundus est qui & praterita plangit & iterum non admittit. Lauatur & non est mundus qui plangit quod gessit nec deserit, sed post lachrymas flenda hæc quæ fleuerat repetit. De his beatus Petrus terribiliter ait, Canis reuersus ad vomitum suum, Fili peccasti, dicit scriptura sancta, ne adicias iterum: sed de pristinis deprecare ut dimittantur tibi. Poenitentia vera non annorum numero censetur, sed amaritudine animi. Vnde beatus Petrus, mox a domino indulgentiam recepit, quia amarissimè flensit trina negationis culpam. Poenitentia quantum sit exigui temporis, si intima cordis amaritudine agitur, non despicitur apud iudicem iustum deum, qui cordis secreta considerat. Non enim longitudinem temporis tantum requirit deus, quantum affectum sinceritatis poenitentis pensat. Qui enim in Christum tota mente confidit, etiam si multis commoriatur peccatis, fides sua viuet in æternum. Sicut ipse dominus in Euangelio dicit, Ego sum resurrectio & vita: Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuet: Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum: De morte animæ dixit, quæ propter peccatorum ægritudines eueniet illi. Deus in natura misericors est, paratus est saluare per misericordiam, quos non inuenit saluare per iustitiam. Qui vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire. Qui per Prophetam ait, In quacumq; die conuersus fuerit peccator, vita viuet & non morietur. Quamuis quisq; sit peccator & impius, si ad poenitentiam conuertitur, consequi per misericordiam veniam nõ dubitet. In hoc seculo poenitentiam facientibus dei misericordia subuenit: In futuro autem poenitentia non proficit, sed rationem nostrorum operum reddituri sumus. In hac vita tantum poenitentia patet libertas, post mortem nulla correctionis est licentia.

*Feria secunda post primam dominicam in quadragesima, De extremo iudicio cogitando.*  
Sermo I.

**R**Ogo vos fratres charissimi, & cum grandi humilitate admoneo, vt mihi nullus ex vobis succenseat, aut forte incongruum me superfluumque iudicet, quare vobis tam frequenter tremendum & vitiliter exspatiendum diem iudicij insinuare contendo. Si quis enim est cui forte in hac parte displi-

Fletus peccatoris duplex debet esse.

Math. 4.

Math. 3.

Fructus dignus poenitentia quid? Ecclesiasticus 1.5. Esai. 1.

2. Petri. 2. Ecclesiasticus 41. 21.

Math. 2. 6.

Ioan. 11.

1. Timo. 2.

Ezech. 33.

Sermo LXVII.

ceam, consideret periculum meum, & audiat dominum per Prophetam sacerdoti terribiliter comminantem, Si nõ annunciaris iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Et iterum, Clama, inquit, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Sed forte aliquis dicit, Quare nobis tam dura assidue prædicantur? Quia melius est hic paruam amaritudinem sustinere, & postea ad æternam dulcedinem peruenire, quam hic habere falsum gaudium, & illic sustinere sine fine supplicium. Audite fratres, non me, sed dominum in Euangelio dicentem, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: Et vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Et hoc attendite fratres, quia omnes carnales medici quotiens ad eos qui in corpore agrotare videntur veniunt, omnia quæ eis delectabilia esse videbatur abscindunt: & quod dulce est, ad integrum interdunt. Aliquotiens etiam frigidam accipere non permittunt, interdum & amarissimas potiones bibere cogunt, & asperimis fermentis eorum vulnera frequenter incidunt. Hoc ergo quod pro sanitate corporum carnales medici faciunt, pro animarum salute spiritalis medici exercere contendunt. Hæc ego cogitans fratres charissimi, & tam pro mea quam pro vestra salute rationem reddendum esse ante tribunal æterni iudicis non ignorans, eligo aspera quidæ, sed salubria vobis medicamenta ingerere, vt vobiscum posita in angelorum consortio perpetua merear incolunitate gaudere. Et hæc quidem non ideo suggero, quod vos admonitiones nostras senserim non libenter accipere: sed quia me necesse est & pro vestra & pro mea salute frequentius prædicare, studio vestros animos & ad timendum iudicium, & ad desiderandum præmium excitare: vt exceptoria sancti peccatoris vestri ad reconendam spiritalem vindemiam, sicut semper fecistis, auxiliante domino fideliter præparatis. Quotiens vobis durum aliquid prædicamus, non hoc ideo dicimus, quod a vobis tale aliquid fieri suspicemur: sed ideo iterum illa quæ non facitis denunciamus, vt illa in quibus forte præuenti fueritis, sanare possimus. Solet enim fieri, vt dum maiora timentur, minora celerius caueantur. Quomodo enim theriaca bibitur, ne corporibus possint præualere venena, hoc austeram predicationem geritur, vnde animarum preparantur antidota. Certum est fratres charissimi, quod si semper beneficium dei nostri, quæ nobis nullis præcedentibus meritis nostris collata sunt, assidue cogitamus, peccata nostra nobis aut nõ dominantur, aut si forte surreperint, cito per poenitentiam corriguntur. Quis enim vel mentis concipere, non dicam verbis possit exponere, quanta circa nos sint dei nostri beneficia. Fecit enim nos cum nõ essemus, reparauit nos postea cum perissemus. Mortem suscepit, precioso nos sanguine liberauit, ad inferna descendit, de faucibus nos æternæ mortis eripuit, cælorum nobis etiam præmia promisit. Hæc omnia fratres dilectissimi pio & benigno animo cogitantes, quantum possumus cum ipsius adiutorio, beneficiis suis vicem rependere festinemus. Non reddamus mala pro bonis, sed quantum possumus voluntati illius obtemperare fideliter studeamus, totis viribus innitentes vt præcepta ipsius magis nobis pariant de sequacitate remedium, quam de transgressione iudicium. Nam quid faciemus charissimi in illo metuendo iudicij die, cum tremendo mundo dominus præcipientibus angelorum buccinis, in illo maiestatis suæ throno circumdatus cælestis militiae luce confederit: ibique de terræ gremio & antiquo puluere

Ezech. 3. Esai. 58.

Math. 5. Luca. 6.

L.

M.

Phil. 2.

Luc. 16.

**A** puluere suscitato humano genere, astante testimonio conscientia singulorum, positus in conspectu peccatorum penis iustorumque præmiis, rationem vitæ cæperit postulare, & plus iam iustus quam misericors, seueritate iudicis contemptæ misericordiæ reos cæperit accutare & dicere: Ego te, o homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artibus infudi spiritum, ego tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delicias collocaui, tu vitæ mandata cõtēmens, deceptorem sequi quam deum maluisti? Cum expulsus de paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalem vterum sine dispendio virginitatis pariendus introiui, in præsepio expositus & pannis obuolutus iacui, infantia contumelias humanosque dolores quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet vt te mihi similem facerem, pertuli: irridentium palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi: flagellis cæsus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfolius, vt tu eipereris morti, animam in tormentis dimisi? En clauorum vestigia quibus affixus pependi. En perfolium vulneribus latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi gloriam darem: Suscepi mortem tuam, vt in æternum viueres. Conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in cælo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrati redemptionis tuæ munera renuisti? Non te ego de morte mea quaero, redde mihi vitam tuam pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indefinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te sacraueram, luxuriæ fordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa in qua quondam pependeram, afflixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua inuitus pendo, quam illa in qua tui miseris mortem tuam occisurus ascendi. Cum essem impassibilis, pro te pati dignatus sum, sed tu despexisti in homine deum, in infirmo salutem, in via reditum, in iudice veniam, in cruce vitam, in supplicij medicinam. Et quia post omnia mala tua ad medicamenta poenitentia confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit stridor dentium, cum sanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriam segregata, peccati populus in profundo tartari sine vlla miserationis ac venia spe demersus, excludi se tenebris suis ad beata sanctorum luce viderit, & in profundi sinum sine fine descendens, vrgente os suum puteo, æterna supplicia & perpetuam mortem non moriturus aspexerit? Frustra autem a paupere quem in hac vita despexit misericordiam postulat, frustra extremum Lazari digitum, quo ardens refrigeretur, ardentibus labijs rogabit apponi. Quam vellet miser, cum pauperum gloriam viderit duris quondam paupertatis subiacuisse laboribus, & in illa vita, quæ cum vita morerentur mala portasse, ne ad illa æterna mereretur supplicia peruenire. Vt ergo hæc tam dura & tam terribilia ante illud tribunal æterni iudicis audire non mereamur, dum adhuc licet, & cum dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia nec dum elemosynis & orationibus purgata nobis adhuc dominari cognoscimus, portum poenitentia deuictis peccatorum fluctibus Christo iuuante festinemus intrare: Et si quid in nauicula animæ nostræ multis tempestatiuis peccatorum, aut per superbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, componere vel reparare bonis operibus fe-

stinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sententiam. Non enim nocent peccata praterita, si non placent presentia. Sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, si nõ perseuerauerit vsque in finem: ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si antequam de corpore isto discedat, ad elemosynarum medicamentum vel ad poenitentia medicamenta confugerit. Sed quia quando vel qua hora de hoc seculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Non sanitati, non ætati credendum est. Non in remedium salutis suæ semper tardandus est, qui vitæ suæ semper incertus est: quia qui nos seculos fecit dicendo, Peccator in qua die conuersus fuerit, omnes iniquitates illius obliuioni traduntur: ipse nos etiam cautos esse voluit dicens, Nolite tardare conuertit ad dominum, nec differatis de die in diem. Sed forte quando generaliter omnes ad poenitentiam prouocamur, aliquis intra se cogitet dicens, Ego iuuenis homo vxorem habens, quomodo possum aut capillos minuere, aut habitum religionis assumere? Nec nos hoc dicimus fratres charissimi, nõ hoc prædicamus vt iuuenes qui cõtugia habere videntur, habitum magis quam mores habeant commutare. Quid enim homini vxorem habenti nocet, si mores perditos voluerit ad opera bona vel honesta conuertere, si peccatorum suorum vulnera elemosynis, ieiuniis & orationibus ad sanitatem pristinam studeat reuocare? Vera enim conuersio sine vestimentorum commutatione sufficit sibi. Vestimenta vero religiosa sine bonis operibus non solum remedium habere non potuerunt, sed etiam iustum dei iudicium sustinebant. Conuertamur ergo ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Hic extinguamus mortem moriendo peccatis, hic vitam vitæ meritis acquiramus, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

*Feria tertia post primam dominicam in quadragesima, de beato Abraham:*

Sermo I.

**R**editit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Ecce sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obseruatione conferri, totum credulitas sola donauit. Ipse sibi fuerat lex qui legem non acceperat, natura tamen quicquid legis fuerat obseruabat. Abraham pater noster radicem fidei nominisq; Christiani habebat, qui cū ex proprietate genuina ad incerta atq; peregrina iuberetur exire, tota deuotione compleuit: Cui in re tam dura nulla dubitatio fuit, sed sententiam dei tanquam qui optare videretur accepit. Exi, inquit dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam demonstrauro tibi. Nouum probationis genus habenti propria, exilia indicere peregrina, ingerere laborem itinervis quiescenti, imperare penuriam possidenti, & tantarum facultatum domino, necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum videbatur incredulis. Cui nõ est magis dulce proprium tugurium quam palatia peregrina, & volutaria casa quam digesta prætoria: Leue cuiquam non est, dimittere propria & sectari aliena incerta, dimittere quod scias, quæres quod ignoras. Quis enim propria sine dolore deseruit, aut sine lachrymis dereliquit? Cui non est durum illos conscios natalium parietes, dulcia illa limina atque amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipsius infantia rudimenta commendant: vbi

Math. 10.

Ezech. 18.

Ecclesiasticus 41. 5.

Sermo LXVIII. Gene. 15.

Gene. 12.

**G** vbi cunabula illa noni & mox orientis hominis famu-  
labantur, vbi secunda alludens infantia inter lucis pri-  
mordia, aut pueriles anni simplicitate foelices, quos sibi  
inter lasciuia atque ipsius aetatis lusus vernaculo genui-  
na solo necessitas exhibebat: Inter haec ergo tam blan-  
da, tam dulcia, quae omni fuerat difficultate relinquen-  
da: Exi ait de terra tua. Quis hoc sine fidei viribus li-  
benter audiret? Leuius probaretur, si vel nome loci quod  
perrexisset audiret. Proficiscitur, pergit, socia scilicet cre-  
dulitate, coniuge comite it securus, it fretus, promissum  
sibi fidei laboribus exacturus, plus sperans de incerto  
quam fuerat securus de proprio. It ergo per desertas so-  
litudines, per inuis sedes, per naturae secreta, vbi homi-  
nis vestigium necdum rudis terra cognouerat: & inter  
illa omnia quae dei imperio dereliquerat, non turgurium,  
non casam, sed inter ipsa camporum siluestrium for-  
midolosa secreta hospes tantummodo caeli terraeque nul-  
lum suffugium quod diuenter inueniebat. Excepit tamē  
Abraham peregrinum quercus arbor humana, quae ve-  
nientem Abraham atque aestiuo sole decoctum amoe-  
nitatis sine vmbraulo refoueret: cuius syluestrentis ne-  
moris comata luxuries, in aestiuum tempus diem & ve-  
rentis solis vaporiferos radios ramorum frequentia  
suspendebat, vt quicquid iniuria temporis irrogabat, om-  
ne auferret & ramorum & foliorum densitas. Ingre-  
ditur ergo lucum arboris Abraham, sub qua constru-  
itur qualecunque suffugium, angustum quidem homini,  
sed sufficiens maiestati. Dignum tamen deo palatium  
fides deuota pingebat, in quo fuisse maiestas superna  
pransura. Cum ergo illic positus curiosis oculis caelum  
intentaret, ecce subito in trium virorum persona ma-  
iestas incorporea descendit. Accurrit, properat, manus  
supplices tendit, & transeuntium genua osculatur, Do-  
mine, ait, si inueni gratiam coram te, ne transferis pue-  
rum tuum. Videtis, Abraham tribus occurrit, & vnum  
adorat. Trina vnitas, & vna trinitas. Sumatur aqua, la-  
uentur pedes vestri, & refrigerate sub arbore ista, & asse-  
ram panem & manducabitis, & postea transibitis in  
viam vestram. Et dixerunt ei, Fac vt dixisti. Seruat sem-  
per in bonis tenorem sui perfecta iustitia, offert pere-  
grinis hospitium qui non habet tectum: & cum sit om-  
ni domicilio viduatus, domicilium quale necessitas  
procurabat, exhibuit transeuntibus. Et licet illa minora  
fuerint quae offerebantur, locorum angustiis magnitu-  
dinem dederat fides, quae contempti non meruit a deo.  
Diuertunt ad arboris hospitium, quod Abraham deo  
iam fecerat dignum. Interea conspergitur similago,  
fiunt encryphia, mactatur & vitulum. Et si illis diuinitas  
non eguit, iustitia tamen quod optabat impendit. Ecce  
ad humanam mensam caelestis sublimitas recumbe-  
bat, cibus capitur, pransitur & contubernali colloquio  
inter hominem & deum familiaria verba miscentur.  
Et quia apud deum infructuosa hospitalitas esse non  
potuit, statim precium mercedis accepit. Datur filius  
seni, datur posteritas desperanti, accepit senectus quod  
minime potuit habere iuuentus. Ad hoc, inquit, tempus  
veniam, & erit Sara filius. Cumque seniles anni, & emor-  
tua Sara viscera hoc posse fieri denegarent, dedit tamē  
diuina promissioni credulitas fidem. Patrem, in-  
quit, multarum gentium posui te. Repletus est bonis,  
quia quod ei promissum impleuit. Ecce in ipso vitae mar-  
gine senectutis, non dum prolatis legibus recitatisque,  
asserimus Abraham quod fuerat religiosus, & qui fue-  
rat in cultura iustior, fuerit in credulitate probatior.  
Ecce enim senex ille maritus, qui adhuc vnum non ha-

Gene. 18.

Ibidem.

Gene. 18.

Gene. 17.

bebat, in vno tamen deus innumerabiles promittebat. **K**  
Ecce exhaustis visceribus dixit deus ad Abraham, Suscipe  
in caelum, & numera stellas, sic erit semen tuum. Et cre-  
didit Abraham deo, & deputatus est illi ad iustitiam. De-  
fecerunt Sara venire muliebria, quia iam lasa defece-  
rant membra. Totum corpus sulcatur in rugas, fit pera-  
rata fronte, & exhausta senectute. Deficiente sanguine  
in venis tristis senectus delassatur, sed diuino iudicio  
aetatis feruor accenditur. Meliorem facit diuina pro-  
missio matrem, quam aetas non fecerat generare. Acce-  
pit genitrix nomen quod ei sterilitas temporis subtra-  
xerat, Longe deficientibus membris Isaac concipitur,  
subito inanes ac marcescentes venae rediunt sanguine  
ferbuerunt, & emortua seni viscera calefacto sanguine  
vaporata, vsque ad partum inquilinis sunt caloribus a-  
nimata. Iuuenilis aetas incaluit, & calefacto sanguine va-  
porauit. Fit anus facta, fit senex grauida, crescit venter  
per dies singulos, & conualescente partu, tumefcentis  
vteri capax sinus extenditur. Fit sarcina, & desideratus  
affectus ex visceribus lassus, onus nimium exoptata po-  
steritas. Portabat vterum grauem talis mater, quae in-  
anis ambulare vix posset. Sed quia credulitatis fuerant  
quae acceperat, defecta viscera fides validior animabat. **L**  
Marcidae mammae, quas in vacuos folles subducti succi  
detrimenta laxauerant, lactei fontis vberitate tendun-  
tur. Fit mater in pectore, fit mater in partu, fit, inquam,  
mater, quae auia fuerat per aetatem. Dedit fides vetustis  
nouos visceribus ignes. Sic Isaac credulitate nascitur,  
vt eorum fides in progenie enarretur in secula, Amen.

Gene. 19.

Gene. 18.

L

Feria quarta post primam dominicam in qua-  
dragesima, de ieiunio, catachlysmo & arca Noe.

Sermo I.



**H**os sanctae quadragesimae dies fratres charis-  
simi debemus omni cum veneratione susci-  
pere, nec longiorem numerum huius tempo-  
ris fastidire, quia quanto plures dies sunt ieiunij, tanto  
maior est causa remedij. Quanto prolixior abstinentiae  
cursum, tanto redemptio copiosior est salutis. Quanto  
austerior cura vulnerum, tanto medicina est salubrior  
peccatorum. Deus enim qui est nostrarum medicus a-  
nimarum, congruens tempus instituit, quod & iustis sa-  
tis sit ad adorandum, & peccatoribus sufficiat ad ro-  
gandum. Illi requiem postulantes, hi veniam deprecantur.  
Congruens enim tempus est quadragesimae, nec  
breue est ad exorandum, nec longum est ad promeren-  
dum. Quadragesima enim dierum ieiunij, quae in ini-  
quitas peccatoris exorari potest, & quantum seueritas  
iudicis mitigari. Illi longum & fastidiosum forte sit  
tempus, qui nec orat de culpa, nec sperat de venia. De-  
speratio enim nec confiteri de scelere, nec indulgentiam  
nouit sperare de iudice. Sanctus igitur & salutaris  
quadragesimae cursus est, quo adducitur ad misericor-  
diam peccator per poenitentiam iustus ad requiem. His  
enim diebus solito amplius & diuinitas miseretur, &  
delinquentia deprecatur, & iustitia promeretur. Patent  
enim omnia, & caeli ad indulgentiam, & peccator ad  
confitendum, & lingua ad postulandum. Salutaris, in-  
quam, & mysticus est quadragenarius numerus. Nam  
primum cum mundi faciem iniquitas hominum pos-  
sideret, tot dierum curriculo deus effusus de caelo im-  
bribus, vniuersam terram diluio superfudit. Vides er-  
go iam illo tempore mysterium in figura dispositum.  
Nam sicut tunc quadragesima diebus pluit ad purgandum  
mundum, ita & nunc quadragesima diebus miseretur ad  
hominem purificandum: quantum & illius temporis  
diluuium

Sermo LXIX.

Quadragesimarius numerus mysticus. Gene. 7.

**A** diluuium misericordia dicenda est, quo iniquitas op-  
pressa est, & iustitia conseruata. Pro misericordia enim  
factum est, vt & iusti euaderent, & iniqui amplius non  
peccarent. Pro misericordia plane vidimus illud fuisse  
diluuium, quo veluti baptismum quodam totius fuit  
facies innouata: scilicet vt qui perditorum hominum  
scelere sordebat ad crimina, beati Noe habitatione flo-  
reret ad gratiam: & qui iniquitatis erat purgatorium  
tunc, modo fieret domicilium sanctitatis. Diluuium in-  
quam illud, huius nostri fuit similitudo baptismatis. Hoc  
enim tunc gestum est, quod nunc agitur, hoc est, vt ex-  
uberantibus aquarum fontibus periclitarentur vitia, ius-  
titia sola regnaret, mergerentur in profundum pecca-  
ta, sanctitas vicina caelo portaretur. Modo enim sicut  
dixi, hoc quod nunc agitur in Ecclesia Christi, sicut Noe  
arca submersis omnibus vitii peccatorum, ita baptis-  
matis fonte caelo vicina portatur Ecclesia: & deletis om-  
nium superstitionibus idolorum, fides regnat in ter-  
ris, quae de saluatoris arca procedit. Sanctum ergo & sa-  
cratum quadragesimae tempus est, quod statim ab initio  
cepit inter iustos & iniustos discernere, bonos à malis  
quodam iudicio separare. Quod quidem similiter fieri  
etiam in hac nostra quadragesimae obseruatione per-  
spicimus. Nam per hos quadraginta dies separatur ma-  
li à bonis, hoc est, luxuriosus à casto, à ieiunio intem-  
perans, à Christiano gentilis. Separatur, inquam, malus à  
bono, hoc est, peccator à iusto, diabolus à sancto, haere-  
ticus à fidei. Relictis enim his omnibus ad similitudi-  
nem diluuij tanquam in naufragio seculi, sola ad instar  
arcae illius in altum cum suis virtutibus eleuatur Eccle-  
sia. Nam & nos etsi peccatores, ad imitationem sancti  
Noe auanciamus vobis mundi futurum esse excidiu,  
& illos tantummodo dicimus periculis euasuros, quos  
triplex arca intra se gremio religionis inclusit. Tri-  
plex enim arca est Ecclesia, quae trinitatis continet sa-  
cramentum. Nam cum dicit scriptura, Bicameratam &  
tricameratam eam fuisse, vtique demonstrat tripliciter  
diuinitatis illam gratiam esse distinctam. Annuncia-  
mus igitur sicut Noe mundi futurum esse naufragium,  
& ad hanc domum confugere omnes homines admo-  
nemus. Et sicut Noe filios suos in arca recepit, ita & nos  
filios nostros optemus in ista arca suscipere. Quisque  
enim in hac domo vult habitare nobiscum, noster est  
filius. Sed dicit aliquis, sancti Noe praedicationis voce  
in scripturis minimè esse descriptam. Audi igitur, Noe  
& si tacebat voce, opere loquebatur, silebat lingua, fabri-  
catione clamabat. Nam vtique cum operaretur opus no-  
uum, & nulli aliquando compertum, admonerebat cun-  
ctos nouis periculis, noua tabernacula praeparari. Lo-  
quebatur ergo opere, & dicebat illud euangelicum do-  
mini dictum, Si mihi non creditis, operibus credite, &  
credendo periculum euadere poteritis: praestante do-  
mino nostro Iesu Christo, qui viuunt & regnant cum patre  
& spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Arca tri-  
plex.

Gene. 6.

Ioan. 10.

Gene. 18.

Item eodē die de Ieiunio alius sermo factus ad fra-  
tres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur  
XXV.

Item eodē die Homilia de Euangelio diei, quae ha-  
betur de questionibus Euangeliorum libro primo, ca-  
pite septimo & nono.

Feria quinta post primam dominicam in quadragesima,  
de tribus viris qui beato Abraham apparuerunt.

Sermo I.  
Tomus decimus.



**R**equenter admonui charitatem vestram fra-  
tres dilectissimi, vt his lectionibus quae diebus  
istis in Ecclesia recitantur, non hoc tantum at-  
tendere debeamus quod ex litera sonare cognoscimus,  
sed remoto velamine literae, viuificantem spiritum fi-  
deliter requiramus. Sic enim dicit Apostolus, Litera oc-  
cidit, spiritus autem viuificat. Denique infelices Iudaei,  
& plus infelices haeretici, dum solum literae aspiciunt  
sonum, quasi corpus sine anima, ita sine viuificante spi-  
ritu mortui remanserunt. Nos audiamus Apostolum di-  
centem, Quia haec omnia in figura contingebant illis,  
scripta sunt autem propter nos. Videamus ergo quid sit,  
quod modo cum diuina lectio legeretur audiuimus. Vi-  
sus est, inquit, deus Abraham, cum sederet ad ostium ta-  
bernaculi sui ad illicem Mambrae. Ecce, inquit, tres viri  
adstiterunt super eum, & exiit in occursum eius. Atten-  
dite fratres & videte qualiter deus apparuit Abraham, &  
qualiter apparuit Loth. Ad Abraham tres veniunt, &  
stant super eum, ad Loth duo veniunt, & sedent in pla-  
tea. Videte fratres, si non dispensatione sancti spiritus  
pro meritis res geruntur. Etenim Loth longe inferior  
erat Abraham. Nisi enim inferior fuisset, beato Abra-  
ham separari non meruisset, nec ei Sodomorum habi-  
tatio placuisset. Veniunt ergo ad Abraham tres viri in  
meridie, venerunt ad Loth duo, & vespere veniunt.  
Non enim sustinebat meridiana lucis magnitudinem  
Loth, Abraham vero peterat plenum fulgorem lucis  
excipere. Nunc videamus qualiter Abraham, & qualiter  
Loth susceperunt venientes. Praesumpsit Abraham, &  
occurrit obuiam eis, & cum occurrisset, festinat ad taber-  
naculum, & dicit ad uxorem suam, Festina, inquit, & con-  
spere tres mensuras similaginis, & fac subincercios  
panes, quod Graece engriphias dicitur, occultos videli-  
cet & absconditos indicans panes. Ipse autem Abraham  
ad armentum cucurrit, & accepit vitulum. Qualem vi-  
tulum? Forte qui potuit primus occurrere: non ita est, sed  
vitulum bonum & tenerum. Tulit ergo vitulum, &  
dedit puero. Puer, inquit, festina facere eum, Videte fra-  
tres, attendite quam feruenti animo hospites debeat  
excipere. Ecce ipse Abraham currit, vxor festinat,  
puer accelerat. Nullus est piger in domo sapientis. Ec-  
ce aequalia sunt Abraham & Sara hospitalitatis officia.  
Loth vero excepit quidem, sed duos tantum, & non in-  
tegram trinitatem, nec in meridie, sed ad vespere, Et  
quid eis apposuit? Coxit, inquit, azyma, & comederunt.  
Et quia meritis multo inferior erat Abraham, nec vi-  
tulum saginatum habuit, nec in tribus mensuris simi-  
laginis, mysterium trinitatis agnouit: Attamen quia vel  
hoc quod potuit benigno animo obtulit, de perditio-  
ne Sodomorum liberari promeruit. Attendite fratres,  
quia etiam & Loth dum hospites non repellit, angelos  
excipere meruit. Ecce hospitalem domum angeli in-  
grediuntur, clausae hospitibus domus flammis sulphu-  
reis concremantur. Venerunt ergo tres viri ad Abra-  
ham, & steterunt super eum. Hoc ipsum videte, quare  
sit quod super eum veniunt, non contra eum. Subiecit  
se voluntati dei, & ideo super eum stare dicitur deus.  
Astiterunt, inquit, super eum, non contra eum ad repel-  
lendum, sed super eum ad protegendum: Tres viros su-  
sceperat, tribus mensuris panes apponit. Quare hoc fra-  
tres, nisi quia mysterium trinitatis intelligit? Apponit &  
vitulum, qui vitulus non est durus, sed tener. Et quid tam  
tenerum, quid tam bonum, quam est ille qui se pro nobis hu-  
miliauit vsque ad mortem? Ipse est ille vitulus saginatus, quem  
pro recepto poenitentiae filio iugulat pater. Sic enim dilexit  
x deus

D  
Sermo  
LXX.

2. Corin. 3.  
1. Retra. 13.

1. Corin. 10.

Gene. 18.

Gene. 19.

Gene. 18.

Gene. 19.

Philip. 2.  
Luc. 15.

Ioan. 3.

**G** deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Tribus ergo occurrit Abraham, & vnum adoratur. In eo autem quod tres vidit, sicut iam dictum est, trinitatis mysterium intellexit, Quod autem quasi vnum adorauit, in tribus personis vnum deum esse cognouit. Ad vnum loquitur dicens, Declina ad puerum tuum. Addit etiam, quasi ad homines loquens, Accipiam, inquit, aquam, & lauentur pedes vestri, Discite fratres a beato Abraham, hospites libenter excipere, pedes eorum cum humilitate & pietate lauare. Lauate, inquam, sanctorum peregrinantium pedes, ne forte in illis remaneat puluis, quem ad iudicium vestrum possint de pedibus suis excutere. Sic enim in Euangelio dixit, Qui non susceperit vos, exeuntes excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilis erit terra Sodomorum in die iudicii, quam illi ciuitati. Hoc ergo praeuidebat in spiritu Abraham, & ideo volebat praenire & lauare pedes, ne quid forte pulueris resideret, quod ad testimonium incredulitatis excusum posset in die iudicii reseruari. Propterea ergo dicit sapiens Abraham, Accipiam aquam, & lauentur pedes vestri. Diligenter haec audite fratres, qui hospitalitatem exercere non vultis, qui hospitem velut hostem excipitis. Ecce beatus Abraham dum homines feruenter exciperet, ipsum deum suscipere hospitalitatis contemplatione promouit. Hoc etiam in Euangelio Christus confirmauit, dicens, Hospes fui, & suscepistis me. Nolite ergo negligere peregrinos, ne forte quem non excipistis ipse sit Christus. Vbi tam factum sit hoc? Ad illicem Maebre, quod in latina lingua interpretatur visio, siue perspicacia. Vides qualis sit locus in quo dominus potest habere conuiuium? Delectauit enim cum visio & perspicacia Abraham. Erat enim mundus corde, vt posset deum videre. In tali ergo loco, & in tali corde, potest dominus habere conuiuium. De ista visione dominus in Euangelio locutus est ad Iudaeos, dicens, Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Diem, inquit, meum vidit, quia mysterium trinitatis agnouit. Vidit patrem diem, filium diem, spiritum sanctum diem, & in his tribus vnum diem: sicut & pater deus, & filius deus, & spiritus sanctus deus, & hi tres vnus deus. Na & singillatim singulae quaeque personae plenus deus, & totae tres simul vnus deus. Nam & illis tribus mensuris similitudinis, propter vnitatem substantiae non incongrue pater & filius, & spiritus sanctus intelligitur. Quod tamen & alio modo potest accipi, vt Saram intelligamus Ecclesiam, tres mensuras similitudinis fidem, spem & charitatem. In his enim tribus virtutibus, vniuersae fructus continentur ecclesiae. Qui haec tria in se meruerit habere, securus potest ad conuiuium cordis sui totam trinitatem excipere. Post haec dixit dominus ad Abraham, Clamor Sodomorum & Gomorrae ascendit ad me, descendi ergo vt viderem, si sermo qui venit ad me opere compleatur, an non est ita, vt sciam. Haec scripturae sunt verba, videamus quid in his intelligi dignum sit. Descendi, inquit, vt viderem. Quando ad Abraham responsa redduntur, non dicitur descendere deus, sed su pra ipsum ad stare, nunc autem quia peccatorum causa agitur, descendere dicitur deus. Videne ascensionem & descensionem localem sentias. Indignum est hoc de incorporea, & vbiq; tota sentire substantia. Sed descendere dicitur deus, quando curam humanae fragilitatis habere dignatur. Quod specialius de domino ac saluatore nostro sentire debemus, qui semetipsum exinanuit, serui formam accipiens. Sed videamus quid est quod dicit, descendi vt viderem, vtrum sermo qui ad me per-

uenit opere completus sit, an non est ita vt sciam. Solent enim nos hinc impugnare Pagani, & maxime immundissimi Manichaei dicentes, Ecce nesciebat deus legis, quid ageretur in Sodomis. Nos enim sano intellectu respondemus & dicimus, quod aliter dicitur deus nosse iustos, aliter nouerit peccatores. Denique de iustis quid dicitur? Nouit dominus qui sunt eius. De peccatoribus quid dicitur? Discite a me omnes qui operamini iniquitatem, quia non noui vos. Et iterum Paulus Apostolus, Si quis est domini, intelligit quae dico, qui autem ignorat, ignorabitur. Quid est ergo, Nescio? Non noui vos, non vos agnosco in regula mea, non in vobis recognosco imaginem meam. Cognouit in vobis iustitiam meam quod puniat, & non cognoscat misericordiam quod coronet: ac sic quorum actus indigni deo sunt, indigni etiam notitia dei dicuntur. Descendi ergo vt videam, non vt ego quid agunt sciam, sed vt ipsos scientia mea dignos efficiam, si quos ipsorum inueniam iustos, si quos inueniam poenitentes, si quos tales quos debeam scire. Denique quia nullus qui poeniteret, nullus qui conuerteretur inuentus est praeter Loth, ipse solus cognoscitur, L ipse solus de incendio liberatur. Nos vero fratres demum operam, & tales esse cum dei adiutorio laboremus, vt digni habeamur notitia dei, vt nos & agnoscere dignetur & scire, praestante domino nostro Iesu Christo &c.

*Item eodem die alius sermo factus ad fratres in e-*  
*remo, qui inter sermones ad eos habetur XLVI.*  
*Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in*  
*Euangelio secundum Ioannem, Dicebat Iesus ad eos*  
*qui crediderunt ex Iudaeis etc. quae habetur in ex-*  
*positione doctoris, ibidem.*  
*Item eodem die alia Homilia de eodem, quae ha-*  
*betur inter sermones de uerbis domini, XLVII.*  
*Feria sexta post primam dominicam in quadragesima, De*  
*immolatione Isaac: Sermo I.*

**I**nter illa fratres charissimi, in qua beatus Abraham Isaac filium suum in holocaustum legitur obtulisse, ideo in ordine suo diebus quadragesimae non recitatur, quia sicut ipsi noscitis, in vigiliis Paschae propter sacramentum dominice passionis reseruatur. Et quia tunc non est in spatio, vt de ipsa possit aliquid dici, nunc si videtur, expositionem eius secundum quod eam patres nostri inspirante domino tractauerunt, charitatis vestrae auribus, quantum possumus breuiter intimemus. Dixit ergo dominus ad Abraham, Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offeres eum mihi in holocaustum super vnum motium quem monstrauero tibi. At ille surgens strauit asinam, & tulit secum duos pueros, & Isaac filium suum, & peruenit ad locum quem ei ostenderat dominus, die tertia. Abraham enim quando Isaac filium suum obtulit, typum habuit dei patris, Isaac vero typum gessit domini saluatoris. Quod autem ad locum immolationis die tertia peruenitur, mysterium trinitatis intelligitur. Nam quod dies tertius in sacramento vel mysterio accipi debeat trinitatis, frequenter in voluminibus sacris inuenitur, sicut in Exodo. Viam, inquit, trium dierum ibimus in desertum. Et iterum quando ad montem Sina vetum est, dictum est populo, Sanctificamini & estote parati in diem tertium. Et Iosue transiturus Iordanem, vt in die tertia populus paratus sit admonuit. Et dominus die tertio resurrexit. Hoc ideo diximus, quia beatus Abraham die tertio venit ad locum, quem ei ostenderat dominus. Duo pueri quos cum asina Abraham remanere iussit, typum habuerunt populi Iudaeorum, qui pro eo quod

**A** eo quod in Christo non erant credituri, ideo ad locum vbi immolandus erat, ascendere vel peruenire non poterant. Asina illa significauit synagogam, aries vero ille qui inter spinas cornibus tenebatur, & ipse typum domini habuisse videtur. Nam & Christus quasi cornibus inter spinas haerebat, quando ad crucis cornua clauorum confixione pendebat. Quod vero Isaac ipse sibi ad immolandum ligna detulit, & in hoc Christum dominum figurauit, qui ad locum passionis crucem suam ipse portauit. De quo mysterio multo antea dictum fuerat per Prophetam, Et erit, inquit, principatus eius super humerum eius. Tunc enim Christus principatum super humerum eius habuit, quando crucem suam admirabili humilitate portauit. Non incongrue crux Christi significat principatum, Nam per ipsam & diabolus vincitur, & totus mundus ad Christi notitiam vel gratiam reuocatur. Denique sic & Paulus dicit, cum de passione domini loqueretur, Factus, inquit, obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Hoc ideo diximus fratres, vt agnosceret charitas vestra quod principatus Christi, de quo scriptum est, Et erit principatus super humerum eius: non sit aliud nisi crux eius, & ideo lectio ipsa in Pascha legitur, quando Isaac verus, cuius typum gerebat filius Abraham genere humano patibulo crucis affigitur. Legitur etiam in ipsa lectione, quod veniens beatus Abraham cum filio suo, viderit locum a longe, & dixerit ad pueros, Sedete hic cum asina, ego & puer proficiscemur, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos. Quare pueri qui figuram habuerunt Iudaeorum dicitur, Sedete hic cum asina? Nonne asinam illam sedere fecit fratres charissimi? Sed ideo dicitur, Sedete cum asina, quia Iudaeorum populus qui in Christum crediturus non erat, stare non poterat, sed vt debilis, & velut peccator languidus, qui baculum crucis despexerat, in terram casurus erat. Dixit ergo Abraham beatus, Sedete hic cum asina, ego & puer proficiscemur, & cum adorauerimus reuertemur ad vos. Quid est quod dicit beate Abraham? Ad immolandum filium vadis, & dicitis cum filio reuertemur? Si cum in holocaustum obtuleris, utique tecum redire non poterit. Potuit respondere beatus Abraham, Verum dico, & offero filium, & cum filio reuertar ad vos. Tanta est fides mea, vt credam quod ille qui mihi eum de matris sterilis utero dignatus est dare, possit etiam eum mortuum suscitare, & ideo verum dico, quia cum adorauerimus reuertemur ad vos. Quod autem aries occisus est, & Isaac non est occisus, ideo factum est, quia Isaac figura & veritas non erat, in ipso designatum est quod postea in Christo completum est. Videte deum cum hominibus magna pietate certantem. Abraham mortalem filium non mortuum obtulit deo, & deus immortalem filium pro hominibus tradidit morti. Potest tamen & de beato Isaac, & de illo ariete etiam sic intelligi, vt in beato Isaac significata sit diuinitas, in ariete humanitas Christi. Et quia in passione non diuinitas crucifixa creditur, ideo non Isaac, sed aries immolatur. Dei enim filius vel vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Audite aliud sacramentum fratres charissimi. Hieronymus presbyter scripsit ab antiquis & senioribus Iudaeis se certissime cognouisse, quod ibi immolatus sit Isaac, vbi postea Christus crucifixus est. Denique ab eo loco vnde beatus Abraham iustus est proficisci, tertio die ad locum vbi Christus crucifixus est peruenitur. Etiam hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam primus

homo in ipso loco vbi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus, & ideo caluariae locum dictum esse, quia caput humani generis, ibi dicitur esse sepultum. Et vere fratres non incongrue creditur, quia ibi erectus sit medicus, vbi iacebat aegrotus. Et dignum erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia, Et sanguis ille preciosus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. Haec enim fratres charissimi secundum quod potuimus, diuersis scripturarum voluminibus, pro animae nostrae profectu collegimus, & charitatis contemplatione suggestimus. Vos vero, auxiliante domino, dum frequentius scripturas diuinas relegitis, sic diligenter attenditis, credo quod etiam meliore expositionem inuenire possitis. Rogo vos fratres, vt quicumque aut filium, aut vernaculum suum baptizari desiderat, iam nunc eum ecclesiae offerre non differat, quia non est iustum vt res quae tam magna, tam praecleara creditur, negligenter aut tardius quam expedit requiratur. Timeo enim ne aliquae mulieres ideo tardius infantulos suos offerant, quia cum ipsis ad vigilias venire dissimulant. Certissime enim credimus quod qui statim, incipiente quadragesima, eos qui baptizandi sunt offerre voluerint, & cum ipsis ad vigilias feliciter venerint, & filij eorum legitimo ordine accipient baptismi sacramentum, & ipsi acquirant indulgentiam peccatorum, praestante domino nostro Iesu Christo &c.

*In eadem feria de tentatione Abraham a deo, Sermo I I.*

**N**otissima pietas patris nostri Abraham reddita est nobis in memoriam per recentem lectionem: & est quidem ita mirabile, vt nullum eorum arbitrandum sit tam obliuiosum vt inde aliquando elabi possit. Verumtamen nescio quomodo quotiescunque legitur, quasi tunc fiat ita afficit mentes audientium, Magna fides, magna pietas, non solum in deum, sed etiam in ipsum vnicum filium, cui nihil mali credidit esse pater, quicquid de illo iusserat qui creauit. Pater enim filij sui erat Abraham secundum operationem carnis, non autem creator & conditor secundum operationem maiestatis. Et quidem sicut dicit apostolus, Non secundum carnem natus est Isaac Abraham, sed ex promissione, non quia cum carne non erat operatus, sed quia de summa eum desperatione susceperat. Et nisi adisset promittens deus, nihil iam senex de visceribus ancilulae coniugis sperare audebat posteritatis. Sed credidit nasciturum, & non plangit moriturum. Eius dextera eligitur ad sacrificium vt moreretur, cuius cor erectum est ad fidem vt nasceretur. Non trepidauit Abraham credere quando promittebatur, non trepidauit offerre quando exigebatur, nec fuit religio creditis contraria deuotioni obtemperantis. Hoc dico, non quod sibi dixit Abraham, Deus mihi locutus est quando promisit filium. Credidi quod mihi daturus esset deus posteritatem. Et qualem posteritatem? Vt diceret mihi, In Isaac vocabitur tibi semen. Et ne forte sic vocaretur mihi semen in Isaac, vt ante me meus filius moreretur, In semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. Ipse ergo mihi loquens promisit filium, & ipse exigit vt occidam? Non fecit sibi quaestione quasi de contrariis & sibi aduersantibus verbis dei promittentis filium nasciturum, & postea dicentis, Occide mihi filium tuum, sed erat in corde eius semper fides incoccussa, & nullo modo deficiens. Cogitauit enim Abraham, deum qui dedit vt ille de senibus nasceretur qui non erat, posse etiam de morte reparare. Amplius est enim quod



G iam fecerat deus, cum qui non erat post tantam desperationem videbat sibi datum filium, Et si humanam infirmitatem consulas, impossibile. Adiecit itaque animam ad fidem, non credidit aliquid impossibile esse creatori, qui quemadmodum crediderat, filium suscepit. Credidit postea iubenti deo, iam in se suscepto filio probaverat deum. Credidit suscepturus filium, credidit occisurus. Vbi que fidelis, nusquam crudelis. Omnino perdidit filium ad locum victimam, armavit etiam dexteram cultro. Attendis quis feriat, & quem feriat, attende quis iubeat. Pius ergo Abraham obtemperando, Quid deus in iubendo? None forte infirmis, non dicam sacrilegis animis ipse displiceat qui iubeat? Sed si placet qui obtemperabat, quomodo displicet qui iubeat? Quia si Abraham bene fecit obtemperando, multo melius & longe melius incomparabili modo deus in iubendo. Fortasse sacramentum quaritur. Non enim frustra hoc deus iuberet, aut carnaliter accipiendum est, quod lectum fortasse nonnullorum minus intelligentium corda commouit. Tetavit, inquit, deus Abraham. Sic ergo ignarus est deus rerum, sic nescius cordis humani, ut tentando hominem inueniat? Absit, Sed ut ipse homo se inueniat. Primo itaque fratres propter illos qui aduersantur legis veteris scripturae sanctae, quia nonnulli non intelligentes citius volunt exagitare quod non intelligunt, quam querere ut intelligant, & non fiunt humiles inquisitores, sed superbi calumniatores: Propter hos ergo qui Euangelium volunt accipere, & legem veterem respicere, putantes in via dei posse se esse, & recte vno pede ambulare, quoniam non sunt scribae eruditi in regno dei qui proferunt de thesauro suo noua & vetera, Propter hos ergo tales ne qui forte hic lateant, aut & si hic non sunt, habeant qui assunt, quid talibus respondeat, breuiter soluenda est ista quaestio. Dicimus talibus, Euangelium accipitis, legem non accipitis. Nos autem dicimus, eundem esse Euangelij misericordissimum largitorem, qui extitit etiam legis terribilis lator. Lege enim terruit, Euangelio conuersos sanauit, quos ut conuerteret lege terruerat. Imperator dedit legem, & multa commissa sunt contra legem. Lex quam dedit imperator, non nouerat nisi punire peccantes. Restabat ergo ut ad soluenda delicta eorum ipse cum indulgentia veniret qui legem praefererat. Sed quid dicit peruersum cor, quia dicit se accipere Euangelium, legem vero respicere? Quare respicite? Quia scriptum est, inquit, Tetavit deus Abraham. Ego deum colam, qui tentat. Christum cole, quem habes in Euangelio. Ipse reuocat te ad intelligendam legem. Sed quia non transferunt ad Christum, in suo phantasmate remanserunt. Non enim colunt Christum qualis praedicatur ex Euangelio, sed quale ipsi sibi finxerunt. Propterea super velamen stultitiae suae naturalis, addunt alterum velamen peruersae opinionis. Et quando per duplex velamen poterit videri quod luceat in Euangelio? Displicet tibi tentans deus, displicet tibi tentans Christus. Sed cum placuerit tibi tentans Christus, placeat tibi tentans deus. Et Christus enim filius dei deus, & cum patre Christus vnus deus. Vbi igitur legimus tentantem Christum? Euangelium loquitur. Ait enim Philippo, Habentes panes, date illis manducare. Et sequitur Euangelista, Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus, Refer nunc animam ad deum tentantem Abraham. Hoc enim dicebat & deus, tentans Abraham, ipse enim sciebat quid esset facturus. Agnoscitur tentator deus, agnoscitur tentator Christus, corrigatur tentator haereticus. Non enim sic tentat haereticus, quomodo tentat deus. Deus enim tentat ut aper-

riat homini, Haereticus tentat, ut deum sibi claudat. Ergo nouerit charitas vestra tentationem dei non id agere, ut ipse aliquid cognoscat quod ante nesciebat, sed ut illo tentante, id est, interrogante, quod est in homine occultum prodatur. Non enim sibi homo ita notus est ut creatori. Nec sic ager sibi notus est ut medico. Aegrotat homo, ipse patitur, medicus non patitur, & ab illo qui non patitur expectat audire quod patitur. Ideo in Psalmo clamat homo, Ab occultis meis munda me domine, quia sunt in homine occulta ipsi homini in quo sunt & non procedunt, neque aperiantur neque inueniuntur, nisi in tentationibus. Si deus cessat tentare, magister cessat docere. Sed deus tentat ut doceat, diabolus tentat ut decipiat. Cui tamen nisi ille qui tentatur dederit locum, inanis & irridendus repellitur. Ideo Apostolus, Neque detis, ait, locum diabolo, Dant autem locum homines diabolo ex concupiscentiis suis. Non enim vident diabolum homines cum quo pugnant, sed facile habent remedium. Seipsos interiorius vincant, & de illo foris triumphent. Quare hoc diximus? Quia nescit se homo, nisi in tentatione discat se. Cum autem dixerit se, non se negligat. Si enim se negligebat latentem, non se negligat notum sibi. Quid ergo dicimus fratres? Et si sciebat se Abraham, nos non noueramus Abraham. Aut sibi aut certe nobis prodendus erat. Sibi, ut sciret unde gratias ageret. Nobis, ut scirem⁹ vel quid a domino deprecaremur, vel quid in homine imitaremur. Quid ergo nos docet Abraham? Ut breuiter dicam, ut deo non proponamus quod dat deus: interim ad literam rerum gestarum antequam tractetur latebra sacramenti, id est, quid lateat in hoc mysterio, quo iustus est Abraham occidere vnicum filium. Ergo nec illud quod tibi pro magno praestat deus, proponas illi qui praestitit. Et cum voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat, quia gratis amatus est deus. Quod enim dulcius a deo praemium, quam ipse deus? Ergo impleta Abraham deuotionis obedientia audit a deo, Nunc cognoui quoniam tu times deum. Quod ita intelligitur, eo quod Abraham fecerit deus ut sibi innotesceret, sicut quando loquitur Propheta. Christianis loquor, vel proficientibus in schola dei, non sunt rudia nec noua quae dico, sed vestrae sanctitati nobiscum visitatissima & manifestissima. Quando propheta loquitur, quid dicitur? Dixit de⁹, Plane dicimus. Dicim⁹ etiam, Dixit Propheta. Et vtrunque recte dicimus, & vtrunq; in auctoritate inuenimus. Et Apostoli sic intellexerunt prophetas ut dicerent, Dixit deus. Et alio loco, Dixit Esaias. Vtrunque verum est, quia vtrunq; inuenimus in scripturis. Soluat mihi Christianus quaestionem quam modo proposui, & soluat sibi quod paulo ante proposui. Quomodo? Quia quod homo dicit de dono dei, deus dicit, secundum illud, Non enim vos estis qui loquimini, & cetera. Et iterum, Ecce ego Paulus loquor vobis. Et iterum, Christus qui in me loquitur. Ergo istam regulam fratres transferre ad illud quod aliquando tortuosum videbatur, & rectum erit. Illud ergo omnes intueamur, ut esurietes animas nostras ipse pascat, qui esuriuit propter nos, qui pauper factus est cum diues esset, ut ipsi⁹ paupertate nos ditaremur. Opportune ad eum paulo ante cantauimus, Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore opportuno. Si omnia, omnes, si omnes, & nos. Non ergo si quid boni in sermone daturi sumus nos dabimus, sed ille a quo omnes accepimus, quia omnes ad eum expectamus. Tempus est, det, Sed faciamus quod dixit ut det, id est, expectemus ad eum. Ipsum corde intueamur, quia sicut oculi corporis

A poris & aures ad nos, ita oculi cordis & aures ad illum. Patenti aures cordis audite sacramentum magnum. Omnia quidem sacramenta diuinarum scripturarum vtrique magna atque diuina sunt. Sunt tamen insigniora, magisque praecipua, quae maxime intentos nos desiderant, & quae praeter ceteros lapsos aedificant, satiant esurientes, fastidio, pellens inopiam, non assumens contemptum. Quem non moueat iustus immolari vnicus filius ei a quo promissus est. Et maxime res ita gesta, ut audiuius, intentos animos facit ad quaerendum exponi sacramentum. Ante omnia tamen fratres hoc in nomine domini & admonemus quantum possumus, & praecipimus, ut quando auditis exponi sacramentum scripturae narrantis quae gesta sunt, prius illud quod lectum est credatis sic gestum quomodo lectum est, ne subtrahito fundamento rei gesta quasi in aere quaeratis aedificare. Abraham pater noster homo erat illis temporibus fidelis, credens deo, iustificatus ex fide, sicut scriptura dicit & vetus & noua. Suscepit filium de Sara uxore, iam in senectute vtriusque constitutis, ex magna desperatione, sed secundum hominem. Quid autem de deo desperandum, cui difficile nihil est? Qui sic facit magna, quomodo parua: Sic suscitavit mortuos, quomodo creat viuos. Si pictor eadem arte facit murum quae elephantem, diuersa opera, sed ars vna: quantomagis deus, qui dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt? Quid difficile facit qui verbo facit? Qua facilitate creauit angelos ultra caelos, ea facilitate luminaria in caelis, ea facilitate pisces in mari, ea facilitate arbores & animalia in terra, ea facilitate magna quae parua. Cui ergo cuncta facilissimum fuit facere de nihilo, mirandum est quia dedit senibus filium: Tales ergo illos viros vel illos homines habebat deus, & illo tempore tales fecerat praecones filio venturo, ut non solum in his quae dicebant, sed etiam in his quae faciebant, vel in his quae accidebant Christus quaeratur, Christus inueniatur. Quicquid scriptura dicit de Abraham, & factum est, & propheta est, sicut Apostolus quodam loco dicit, Scriptum est quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterum de libera. Quae sunt in allegoria. Haec ergo sunt duo testamenta. Iam prudenter dicimus, quia Isaac & natus est Abraham, & aliquod significauit, sicut & immolare filium iustus obtemperat deo, perducit ad locum, peruenit triduo, dimittit duos seruos suos cum iumento, pergit ipse quod deus praecerat, leuat lignum in altare, leuat filium super lignum. Antequam veniat filius ad locum sacrificij, portat lignum quo leuandus est. Deinde cum iam pene feriretur, sonat vox ut parcat, & non tamen sine sacrificio, & sine sanguine fuso receditur. Apparet aries in vepre inharens cornibus, immolatur, peragitur sacrificium. Peracto sacrificio, dicitur ad Abraham, Facio semen tuum sicut stellas caeli, & arenam maris. Et obtinebit semem tuum ciuitates aduersariorum, Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod exaudisti vocem meam. Vide ergo quando factum est, & quando commemoratio fit facti ipsius, Quando dicit ille aries, Foderunt manus meas & pedes meos, & cetera. Quando peractum est illud in Psalmo sacrificium, tunc in ipso psalmo dictum est; Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae, Et adorabunt in conspectu eius vniuersa patrum gentium, Quoniam ipse est regnum, & ipse dominabitur gentium. Si commemorabuntur dictum est, praesignatum est aliquando quod fieri iam videmus. Vitemus decimus.

deamus ergo quomodo impletum sit, & unde impletum, De quo praecedente sacrificio impletum quod dictum est Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Fecit omnes gentes, quae illud non audierunt, & nunc legentes crediderunt, quod credidit ille qui audiuit, Credidit enim Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Quod credidit deo, intus in corde, in sola fide est. Quod autem immolandum duxit filium, quod intrepidus dexteram armavit, quod iam feriret nisi voce teneretur, magna fides est vtrique, & magnum opus, & ipsum opus laudauit deus ut diceret, Quoniam exaudisti vocem meam. Quare ergo Apostolus Paulus ait, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Et alio loco dicit, Et fides quae per dilectionem operatur, Per quam adipisci credimus salutem aeternam, Amen.

Item eodem die alius sermo factus ad fratres in eodem sermo, qui inter sermones ad eos habetur quadragesimalis.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Iohannem, Erat dies festus Iudeorum, Et ascendit Iesus Hierosolyman etc. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

Sabbato post primam dominicam in quadragesima, De Abraham & immolatione Isaac. Sermo. I.

**N**ouum praecipi genus est homini legem sceleris dare, & religiosum habere si impium voluerit perpetrare. Abraham si parricidium fecerit, iustus est, si non fecerit, inuenotus est. Quid sit ergo quod nunquam deum nisi pietate placamus? Capit sibi vota offerri, non crudeliter coli. Ecce inter pietatem patris & deuotionem dei, filium est quidem scelus occidere, sed deum scelestius non audire. In angusto posita est perfecta iustitia. Parricidium iuberis ut facias, tuis te manibus orbaturus. Quid hoc est? Imperat parricidium, qui prohibet homicidium. Iubetur, inquit, filium victimare, solatium paternae senectutis, & vnicum pignus posteritatis, Qui quanto serior, tanto dulcior, quanto solus aut vnicus, tanto charior & dilectus. In vtroque senes, creandae proles desperatio retinebat, utpote post tempus quod natura fraudauerat, aetas in senes patre, sterilitas in anicula matre. Iam enim Sara actus suae vuluae perdidit, & senem patrem vis gerendi lassauerat, quia fructum sterilis non habebat. Ecce subito frigit vulua materna non instinctu libidinis, sed fomite virtutis incaluit, rediit in flore iuuentutis. Mores iam artus corporis viruerunt marcida membra, & annoxae aetatis tabe pallentia, pueritiae robore viruerunt, & in succido tepore veterascens iam corpus, non tanquam concubitus, sed promissio vegetabat. Canis iam togatum caput albebat, & rugas suas vulua in ventre tendebat. Tumebat vterus grauidae, tremebat gressus in poplite. Gestabat onustus vterus, quae corpus iam non regebat incuruum. Nouissimis annis facta & fessa mulier, quae non nouerat in iuuetute concipere, discit in senectute lactare. Discite coniugati vacare effectum seminis, vbi non fuerit munus auctoris, ipso dicente. Priusquam te formare in vtero noui te. Accipe, inquit, filium tuum, & offer mihi illum in vnum de montibus quem demonstrauero tibi. Senex pater & vnici mater, noui parentes, & veteres genitores, ad tam acerbum non mouentur imperium. Hilaris accingebatur, qui nec timorem facinoris formidauit, nec implere quod iustus est degener animus dubitauit. Spes illa futura tot gentium paternam manu iubetur occidi, Deuotus pater eo voto suscepit parricidium, quo suscepit filium;

Gene. 22. Iacobi. 2.

Roma. 3. Gal. 5.

Gene. 22.

Sermo LXXIII.

Gene. 22.

Hiera.

Gene. 22.

Gene. 22.

H

Math. 13.

Gene. 22.

Ioa. 8.

Tentare dei

Psal. 18.

Eph. 4.

Loc. dare diabolo.

Gene. 15. & Gal. 3. Gene. 22.

B

Psal. 148.

Gala. 4.

C

Gene. 22.

Gene. 22.

Vbi supra.

Psal. 21.

Math. 10.

2. Cor. 13.

2. Cor. 8.

Psal. 103.

corpus

Tomus decimus.

x iij filium;

G filium: nec refert vtrum impendat aut perdat, dum quoquo modo quod acceperat reddat. O domine piissime, quem scis patri dilectum, quid imperas victimandum? Nunc nuper senem sterilem fecundasti, & tam cito quod donaueras repetisti? Vbi est quod senibus praestitisti? Ergo iratus potes ledere, sicut propiti imperas orbitatem? Absit a nobis ista incredulitas. Deus pro nobis filium suum iussit occidi, non nostros mactari. Ideo iubetur filium occidere, vt manifestetur mundo qui iam notus fuerat deo. Nam quomodo innocentis desiderat sanguinem, qui reum damnat pro sanguine? Demonstrare cunctis hominibus deuotionem voluit, qui parricidium vt fieret imperauit. Paret ilico imperiis, praecipis obtemperat, pergit percussor paratus, immo filius cum patre proficiscitur moriturus, atque vt inam tantummodo moriturus, non insuper & patris gladio obiturus. Venerunt ergo ad locum quem dixerat deus, ambo pariter aram construunt sacerdotes, ligna arae imponit, filium alligauit, & extento gladio, angelus ne percussus puerum exclamauit, oculis respice, & vide arietem in vepre. Videte fratres Abraham patientia fortem, deuotione constantem, non cum aliqua fera luctantem, sed cum natura pugnantem. Denotio dicebat, percutere, Pietas clamabat, parce. Illa reuocabat, ista prouocabat. Filius tunc moriturus iacebat, erigit dexteram feriturus, & locum quo libens percutiebat aucepit. Parce, inquit, Abraham. Qui iusserat vt feriret, modo vociferatur vt parceret. Sciebat enim probatum patrem, & in deuotione feruentem gladium temperare, & filium non perimere, sed nec cremare. Parce, inquit, deuote pater, parricida sine crimine parce. Tuum sacrificium quod paraueras intendi, ego quod iusseram vt obtulisses accepi. In voto probauit, quod in facto renuit. Accepit votum, nec repulsi sacrificium. Laudo fidem, nec reprobo pietatem, nec tibi patior inferri orbitatem. Perfecta sunt omnia, & salua sunt vniuersa. Vincitur innocens hostia, ne offeretis deuotio putaret se minus aliquid exhibere, si in patientia doloris victima calcitraret. Ecce spiritali praefragio meum praenuenisti consilium. Quod enim paraui pro toto mundo, tu iam deliberasti in filio tuo. Quod in vnigenito meo disposuisti, in tuo vnico perfecisti, Vnde benedicentur in te omnes gentes, Amen.

Item eodem die alius sermo, qui habetur inter sermone de uerbis Apostoli xxi. v. i.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum etc. quae habetur de quaestionibus Euangeliorum libro primo, capite decimo octauo.

Dominica secunda in quadragesima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Egressus Iesus de Genesareth secessit in partes Tyri & Sidonis etc.

Sermo I.



Hananæ ista mulier, quae heri nobis lectione Euangelica commendata est, praebet nobis humilitatis exemplum, & pietatis viam, ab humilitate in alta surgere ostendit. Erat autem, sicuti paret, non de populo Israel vnde patriarcha, vnde propheta, vnde parentes domini nostri Iesu Christi secundum carnem, vnde ipsa virgo Maria quae peperit Christum. Non ergo ex isto populo erat haec mulier, sed erat ex gentibus. Nam sicut audiimus, secessit dominus in partes Tyri & Sidonis, & inde mulier Chananæa de finibus illis egressa est. Petebat beneficium instantissime, curandae filiae suae, quae male a daemone vexabatur. Tyrus & Sidon

Sermo LXXIII.

Matth. 15.

non erant ciuitates populi Israel, sed gentium, quantis vicinæ illi populo. Clamabat ergo auda impetrandi beneficij fortiter; pullabat: & dissimulabatur ab eo, non vt misericordia negaretur, sed vt desiderium accenderetur: nec solum vt desiderium accenderetur, sed sicut ante dixi, vt humilitas commendaretur. Clamabat ergo domino non audiente, sed quod facturus erat in silentio disponente. Discipuli rogauerunt pro illa dominum, & dixerunt, Dimitte illam, quia clamat post nos. Et ille, Non sum missus, nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Hic verborum istorum oritur quaestio, vnde nos ad ouile Christi de gentibus venimus, si non est missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel? Quid sibi vult huius secreti tam alta dispensatio, vt cum dominus sciret quare venerit, vtique vt ecclesiam haberet in omnibus gentibus, non se missum dixerit nisi ad oues quae perierunt domus Israel? Intelligimus ergo praesentiam corporis sui, natiuitatem suam, exhibitionem miraculorum, virtutemque resurrectionis in illo populo eum ostendere debuisse, ita fuisse dispositum, sic ab initio commendatum, hoc praedictum, hoc impletum, quia Christus Iesus ad gentem Iudaeorum venire debuit videndus, occidendus, & lucrandus eos inde quos ante praesciuit. Non enim damnata illa plebs est, sed ventilata. Ibi erat palae multitudinis, ibi granorum occulta dignitas. Ibi quod incenderetur, ibi vnde horreum repleteretur. Nam vnde Apostoli nisi inde? Vnde Petrus? Vnde ceteri? Vnde ipse Paulus, primo Saulus? Hoc est, primo superbus, postea humilis. Nam quando Saulus, a Saule nomen deriuatum erat. Saül autem rex superbus, in regno autem Dauid humile persequebatur. Quando ergo Saulus, qui postea Paulus, tunc vtique superbus, tunc persecutor innocentium, tunc vastator ecclesiae. Acceperat enim literas, velut zelo synagoga ardens & insequens Christianum nomen, a sacerdotibus, vt exhiberet quoscunque inuenisset Christianos ad luenda supplicia. Cui pergit, cum anhelat caedes, cum sitit sanguinem, caelesti Christi voce prostratus est persecutor, erectus est praedicator. Impletur in illo quod scriptum est in Propheta, Ego percutiam, & ego sanabo. Hoc enim percutit deus, quod se in homine extollit aduersus deum. Non est impius medicus, qui tumorem ferit, qui putredinem secatur vrit. Dolorem ingerit, sed vt perducatur ad sanitatem. Molestus est, sed nisi esset, vtilis non esset. Prostravit ergo Christus vna voce Saulum, erexit Paulum: hoc est prostravit superbum, erexit humilem. Nam quae fuit ratio mutandi sibi nominis, vt cum Saulus antea vocaretur, postea se Paulum dici vellet, nisi quia Saül nomen in se agnouit cum persequeretur fuisse superbia? Elegit ergo humile nomen vt Paulus, hoc est, minimus vocaretur. Paulum enim minimum est. Paulum, nihil aliud est quam minimum vel paruum, De quo nomine iam glorians humilitatemque commendans, Ego, inquit, sum minimus Apostolorum. Vnde ergo vnde iste nisi ex populo Iudaeorum? Inde illi Apostoli, inde Paulus, inde quos commendat idem Paulus, qui viderint dominum post resurrectionem. Dicit enim eum visum ferme a quingentis fratribus simul, ex quibus plures manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Ex illo autem populo etiam illi, qui cum Petrus loqueretur commendans passionem, resurrectionem, diuinitatem Christi, accepto spiritu sancto, quando illi omnes, in quos venit spiritus, sanctus, linguis omnium gentium sunt locuti, compuncti spiritu, qui audiebant ex populo Iudaeorum quae serunt consilium salutis suae, intelligentes se reos sanguinis Christi: quod

1. Reg. 14.

Acto. 9.

Deut. 12.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Acto. 2.

A quod eum ipsi crucifixerunt, ipsi occiderunt, in cuius nomine occisi a se viderent tanta miracula fieri, viderent spiritus sancti praesentiam. Quarentes ergo consilium, responsum acceperunt, Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata vestra. Quis desperaret sibi donanda peccata, quando crimine occisi Christi reis donabatur? Conuersi sunt ex ipso populo Iudaeorum, Conuersi sunt, baptizati sunt, Ad mensam domini accesserunt, & sanguinem quem sauiantes fuderunt, eredentes biberunt, Quem ad modum autem sint conuersi quam planè atque perfecte indicant actus Apostolorum. Nam omnia quae possidebant vendiderunt, atque precia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt, Et distribuebatur vnicique sicut opus cuique erat. Et nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia communia. Et erat illis sicut scriptum est, anima vna, & cor vnum in deum. Ecce oues de quibus dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Illis enim exhibuit praesentiam suam, pro illis in se sauietibus crucifixus orabat dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Intelligebat medicus phreneticos mente perditam medicum occidentes, & occidendo medicum nescientes sibi medicamentum facientes, De domino enim occiso omnes nos curati sumus, illius sanguine redempti, pane illius corporis a fame liberati. Hanc praesentiam Christus Iudaeis exhibuit, Hoc ergo ait, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel, vt illis praesentiam sui corporis exhiberet, non vt oues quas habebat in gentibus contemneret & praeteriret. Ad gentes enim ipse non venit, sed discipulis misit. Et illic impletum est quod Propheta dixit, Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Videte quam alta, quam euidentem, quae expressa prophetia, Populus quem non cognoui, id est, cui praesentiam meam non exhibui, seruiuit mihi. Quomodo? In auditu auris obaudiuit mihi. Hoc est, non videndo, sed audiendo crediderunt. Ideo gentium maior laus. Illi enim viderunt & occiderunt, gentes audierunt & crediderunt. Ad gentes autem vocandas & congregandas, vt impleretur quod modo cantauimus, Congregamus nos de gentibus, vt confiteamur nomini tuo, & gloriemur in laude tua. Ille Paulus Apostolus missus est minimus, ille factus magnus non per se, sed per eum quem persequebatur. Missus est ad gentes, ex latrone pastor, ex lupo ovis. Missus est ad gentes ille Apostolus minimus, & multum laborauit in gentibus, & per eum gentes crederunt, Testes sunt eius epistolae. Habes hoc in Euangelio sacratissime figuratum. Filia archisynagogi quaedam defuncta erat, pater eius rogabat dominum vt iret ad eam, aegram reliquerat, & in periculo constituta. Ibat dominus ad visitandam & sanandam aegram interea mortua nunciata est, & dictum est patri puellae. Mortua est, noli vexare magistrum, Dominus autem qui sciebat se posse mortuos suscitare, non abstulit spem desperato, & ait patri, Noli timere, tantum crede. Pergebat ad puellam, atque in itinere inter turbas quomodo potuit coarctauit se quaedam mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, & diuturno illo languore in medicos frustra omnia quae habebat impederat. Vbi fimbria vestimenti eius tetigit, sanata est. Et dominus, Quis me tetigit? Admirantes discipuli qui nesciebant quid esset factum, & videbant eum a turbis comprimi, & de vna quae leuiter tetigerat fuisse sollicitum, responderunt, Turba te premit, & dicitis, quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Na isti premunt, illa tetigit. Corpus ergo Christi multi moleste premunt, pauci sal-

Tomus decimus.

lubriter tangunt. Tetigit me inquit, aliquis. Ego enim sensi de me virtutem exiisse. At vbi vidit illa non se latuisse, pronoluta est ante pedes eius, & confessa est quid esset factum. Post haec perrexit peruenitque quod tendebat, & puellam filiam archisynagogi inuentam mortuam suscitauit. Factum quidem est, & ita vt narratur impletum, sed tamen etiam ipsa quae a domino facta sunt aliquid significantia erant, quasi verba si dici potest visibilia & aliquid significantia. Quod maxime apparet in eo quod praeter tempus poma quaesuit in arbore, & quia non inuenit arbori maledicens aridam fecit. Hoc factum nisi figuratum accipiat stultum inuenitur: primo quaesisse poma in illa arbore, quando tempus non erat vt essent in villa arbore: deinde si pomorum iam tempus esset, non habere poma quae culpa arboris esset: Sed quia significabat, quare se non solum folia sed etiam fructum, id est, non solum verba, sed & facta hominum, arefaciendo vbi sola folia inuenit, significauit eorum poenam qui loqui bona possunt, facere bona nolunt. Sic ergo & hic. Na vtique mysterium est, praescius omnium dicit. Quis me tetigit? fit imperito similis creator, & interrogat non solum qui hoc sciebat, sed etiam qui cetera praesciebat. Aliquid est vtique quod nobis significante mysterio loquitur Christus. Filia illa archisynagogi significabat populum Iudaeorum mortuorum, propter quem venerat Christus qui dixit, Non sum missus nisi ad oues quae perierant domus Israel. Illa vero mulier quae fluxum sanguinis patiebatur, ecclesiam figurat ex gentibus, ad quam Christus pro praesentiam corporis non erat missus. Ad illam ibat, illius salutem intendebat: haec intercurrit, tangit fimbriam quasi nescietis, id est, sanatur tanquam absente. Dicit ille, Quis me tetigit? quasi diceret, Non noui hunc populum. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Tetigit me aliquis. Ego enim sensi virtutem de me exiisse: id est, Euangelium missum totum orbe impleuisse. Tangitur autem fimbria exigua pars vestimenti & extrema. Fac vestem Christi Paulum. Quasi fimbria ibi apostolus Paulus erat, hoc est, extremus & minimus. Na vtique de se dicit, Ego sum minimus apostolorum. Na post omnes vocatus est, post omnes credidit, plus omnibus sanauit. Non erat missus dominus, nisi ad oues quae perierant domus Israel. Sed quia & populus quem non cognouerat seruiuitus erat, in obauditu auris obaudiuitus erat. Nec de illo tacuit ibi constitutus. Ait enim quodam loco idem dominus, Habeo alias oues quae non sunt de hoc ouili, oportet me & has adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor. Inde mulier ista erat, ideo non contenebatur, sed differebatur. Non sum, inquit, missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Et illa clamando instabat, perseuerabat, pullabat, tanquam audisset, Pete & accipe, quare & inuenies, pulsa & aperietur tibi. Instat, pullauit. Na & dominus quando dixit haec verba, Petite & accipietis, quare & inuenietis, pulsat & aperietur vobis: supra dixerat, Nolite sanctum dare canibus, nec proieceritis margaritas vestras ante porcos, ne forte coculcent eas pedibus suis, & canes conuersi diripiant vos: id est, post contemptum margaritarum vestrarum etiam molesti sint vobis. Nolite ergo illis proicere quae contemunt. Et vnde discimus, tanquam responderet, qui sint porci, qui sint canes, hoc in ista muliere demonstratum est. Nam illi mulieri instanti respondit hoc, Non est bonum tollere panem filiorum & mittere canibus. Canis es, vna es ex gentibus, idola adoras. Quid autem tam familiare canibus quam lapides ingerere? Non est ergo bonum panem filiorum tollere & mittere canibus. Illa si recederet post haec verba canis accesserat,

x iij canis

Matth. 11.

E

Psal. 17.

Luc. 8.

1. Cor. 15.

F

Matth. 15.

Psal. 17.

Ioan. 10.

Matth. 15.

Matth. 7.

Matth. 15.

**G** canis abscesserat: sed pulsando, homo factus est ex cane. Instat enim petendo, & ex ipso veluti conuictio humilitatem ostendit, misericordiam impetrauit. Neque enim commota est aut succensuit quod canis appellata fuerit, petens beneficium, rogans misericordiam: sed ait, Ita domine: dixi me canem, plane canis sum, agnoscite nomen meum: & veritas loquitur, sed non ideo a beneficio repellenda sum. Prorsus canis, sed & canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Modicum quoddam & exiguum beneficium desidero, non inuado, sed micas quero. Videte quemadmodum humilitas commendata est. Canem illam dominus dixerat. Non dixit, non sum: sed dixit, sum, Et dominus continuo quia se agnouit canem, O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Tu te agnouisti canem, ego te iam agnosco hominem. O mulier, magna est fides tua, petisti, quaesisti, pulsasti: accipe, inueni aperiatur tibi. Videte fratres quemadmodum in hac muliere quae Chananaea erat, id est, quae de gentibus veniebat, & typum, hoc est, figuram ecclesiae gerebat, maxime humilitas commendata est. Etenim gens Iudaea ut ab Euangelio repellere tur superbia inflata est quod legem accipere meruisset, quod de ipsa gente patriarchae processerint, prophetae extiterint, Moyses dei seruus miracula magna, quae audivimus in psalmo, in Aegypto fecerit, per mare rubrum aquis recedentibus populum duxerit, legem acceperit quam ipsi populo dederit. Erat unde extolleretur gens Iudaea, & per ipsam superbiam factus est ut Christo nollet humiliari auctori humilitatis, repressori tumoris, medico deo, qui propter hoc cum deus esset homo factus est, ut se homo hominem cognosceret. Magna medicina. Haec medicina si superbiam non curat, quid eam curet nescio. Deus est, & fit homo. Saponit diuinitate, id est, quodammodo sequestrat, hoc est, occultat quod suum erat, quod apparet acceperat. Fit ille homo cum sit deus, & non se agnoscat homo hominem, id est, non se mortalem agnoscat, non se agnoscat fragilem, non se agnoscat aegrotum ut quarat vel aegrotus medicum, sed quod est periculosius, sanus sibi videtur. Ergo propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiam, & dicitur sunt ex arbore oleae, hoc est, de illo populo a patriarchis creato, fracti rami naturales, id est, Iudaei merito steriles spiritu superbiae, & in illa olea infertus est oleaster. Oleaster populus ex gentibus. Sic dicit Apostolus, quod oleaster infertus sit in olea, rami autem naturales fracti sunt. Illi fracti propter superbiam, infertus oleaster propter humilitatem. Hanc humilitatem ostendit mulier dicens, Ita domine, Canis sum, micas desidero. In hac humilitate etiam centurio ille placuit, qui cum desideraret puerum suum a domino curari, & dominus diceret, Ego veniam & curabo eum, Respondit ille, Domine, non sum dignus ut sub teetum meum intres, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Non sum dignus qui sub teetum meum intres. Teeto non recipiebat, corde recipiebat. Quanto humilior, tanto capacior, tanto plenior. Colles enim aquam repellunt, valles implebuntur. Quid deinde, quid ad hoc dominus postea quam dixit, Non sum dignus qui sub teetum meum intres, ad eos qui sequebantur? Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel, id est, in illo populo ad quem veni, non inueni tantam fidem. Tantam quid est? Tam magnam. Unde magnam? De minimo, id est, de humilitate grandem. Non inueni tantam fidem similem grano sinapis, quanto miniori tanto feruentiori. Insebat ergo dominus oleastrum in oliua, Tunc hoc facie-

bat quando dicebat, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Denique vide quod sequitur, Ideo dico vobis, quia non inueni tantam fidem in Israel, id est, tantam cum fide humilitatem, Ideo dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum. Recumbent, inquit, requiescent. Non enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo concupiscere, ut non vitia mutemus virtutibus, sed vitia subdamus. Aliud est enim desiderare regnum caelorum propter sapientiam & vitam aeternam, aliud propter felicitatem terrenam, quasi illic habeamus eam opulentiorum atque maiorem. Si diuitem te in illo regno futurum putas, cupiditatem non amputas, sed mutas, & tamen diues eris, & non nisi illic diues eris. Nam hic indigentia tua colligit plurima. Quare multum habent diuites? Quia multum indigent. Maior indigentia quasi maiores comparat facultates: illic ipsa indigentia morietur. Tunc vere diues eris, quando nullius indigens eris. Non tu diues, & angelus pauper, qui non habet iumenta & rhasas & familias. Quare? Quia non indiget, quia quanto fortior, tanto minus indigus. Ergo ibi diuitia & vera diuitia. Epulas terrae huius non ibi cogites. Epulae enim terrae huius medicamenta quotidiana sunt, aegritudini cuidam nostrae cum qua nascimur necessaria sunt. Aegritudine istam sentit quisque cum hora reficiendi transierit. Vis videre quanta aegritudo sit ista, ut tanquam acuta febris septem diebus necet? Ne te sanum putes. Sanitas immortalitas erit, nam haec longa aegritudo est, quia quotidianis medicamentis fulcis morbum tuum. Sanus tibi esse videris? Detrahe medicamenta, & vide quid potes. Nam ex quo nascimur necesse est ut moriamur. Morbus hic necesse est ut ad mortem perducat. Certe medici quando agros inspiciunt, hoc dicunt, Verbi gratia, hydropticus est iste, moritur. Hic morbus non potest curari. Elephantiosus est, nec morbus iste curari potest. Phthisicus est, quis hoc curat? Necesse est ut pereat, necesse est ut moriatur. Ecce iam dixit medicus phthisicus est, non potest nisi moriatur, & tamen, aliquando & hydropticus non inde moritur, & elephantiosus non inde moritur, & phthisicus non inde moritur, & tamen necesse est ut quisquis natus fuerit inde moriatur. Moritur inde, non potest aliter. Hoc & medicus & imperitus pronunciat, sed & si tardius moritur, nisi quid ideo non moritur? Quando ergo vera sanitas, nisi quando vera immortalitas? Si ergo vera immortalitas, nulla corruptio, nulla defectio, quid illic alimentis opus erit? Ergo cum audis, Recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno caelorum, id est, inseruntur in oliua. Huius enim oliuae radices sunt, Abraham, Isaac & Iacob: filii autem regni, hoc est Iudaei increduli, ibunt in tenebras exteriores. Praecidetur rami naturales, ut inseratur oleaster: Sed unde rami naturales praecidi meruerunt, nisi superbia? Unde oleaster inseri, nisi humilitate? Unde & ista mulier dixit, Ita domine, nam & canes edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum: Et inde audit, O mulier, magna est fides tua. Sic & ille centurio, Non sum dignus ut sub teetum meum intres, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Discamus ut teneamus humilitatem. Si nondum habemus, discamus: si habemus, non amittamus: si nondum habemus, habeamus ut inseramur: si iam habemus, teneamus ne praecidamur.

Item de eodem alia Homilia, quae habetur de quatuor stationibus Euangeliorum lib. primo, ca. XVIII.

Feria

**A** Feria secunda post secundam dominicam in quadagesima de puero Abraham qui missus est ad Rebeccam: Sermo I.

Sermo LXXV. Gene. 14.



**P**aulo ante cum diuina lectio legeretur, audiuimus quod beatus Abraham vocauerit puerum suum & dixerit ei, Pone manum tuam sub femur meum, ut adiurem te per deum caeli & terrae, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus regionis huius: & quod ille obediens posuerit manum sub femore, & iurauerit ei. Haec enim omnia, fratres, quae in testamento veteri recitantur, si tantum secundum litteram voluerimus accipere, aut paruum, aut nullum lucrum animae consequemur. Quid enim nobis prodest qui ad ecclesiam ad audiendum dei verbum fideliter conuenimus, si nobis dicatur quod Abraham miserit puerum suum, ut de regione longinqua adduceret uxorem filio suo, cum & in istis regionibus hoc frequenter videamus fieri? Nos vero fratres, sequentes beatum Apostolum Paulum, credamus quia omnia quae scripta sunt, Iudaeis in figura contingebant, nobis autem in veritate completa sunt. Dixit ergo Abraham ad puerum suum, Mitte manum tuam sub femur meum, & iura per deum caeli & terrae. Quid est hoc fratres? Sic dixit beatus Abraham, Mitte manum tuam sub femur meum: tanquam diceret, mitte manum tuam ad altare: aut diceret, mitte manum tuam ad arcam testamenti: aut, extendere manum ad templum dei, & iura mihi. Femur tangebat, & per deum caeli & terrae iurabat. Non enim iurabat beatus Abraham, quando hoc fieri imperabat, sed quia prophetiae spiritu repletus nouerat de semine suo Christum caeli & terrae dominum nasciturum. Ideo quando seruus suus femur illius contingebat, non per carnale membrum, sed per deum viuum & verum iuramenta praestabat, quia Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam, de cuius semine Christus dominus natus est. Et stetit iuxta fontem, & dixit in corde suo, Domine deus, domini mei, si fecisti misericordiam cum domino meo, ecce sto ad puteum, & puella quae venerit haurire aquam, si ei dixerit, da mihi bibere, & illa responderit mihi, & tu bibe, & camelis tuis hauriam aquam: ipsa est quam praeparasti domino meo Isaac. Necdum puer in corde suo verba compleuerat, & ecce apparuit Rebecca, habens hydriam in scapula. Et dixit ad eam puer, Da mihi bibere. At illa cito deposuit hydriam & dixit, Et tu bibe domine, & camelis tuis hauriam aquam. Et cum interrogasset cuius esset filia, respondit ei, quod filia esset Bataelis, & soror Laban. Et incurauit se homo, & adorauit deum, eo quod agnouerat quod ipsi essent parentes domini sui Abraham, & protulit in aures ad ornandam faciem suam, & armillas posuit in manibus eius. At illa vadens nunciauit parentibus suis, qui exeuntes benedixerunt deum, & cum gaudio & honore susceperunt puerum Abraham. At ille locus est ad eos de Rebecca, ut eam darent domino suo Isaac. Illi autem dixerunt, Clamemus puellam, & queramus illius voluntatem. Cumque vocata esset, dixerunt ad eam, Vis ire cum homine isto? At illa respondens dixit, Vadam. Nunc fratres charissimi, quantum possumus, breuiter quid ista significant videamus, Beatus Abraham, quod puerum dirigebat ut acciperet uxorem filio suo, typum habebat dei patris, sicut & quando eum in holocausto obtulit, dei patris imaginem figurabat, puer autem eius verbum propheticum designabat. Misit ergo Abraham puerum suum in regionem longinquam, ut inde acciperet uxorem filio suo, quia miserat deus pater

1. Corin. 10.

Math. 1.

Gene. 24.

**B** propheticum verbum per vniuersam terram, ut quaret ecclesiam catholicam, sponsam vniuerso suo. Et quomodo per puerum Abraham beato Isaac sponsa adducitur, ita per verbum propheticum ecclesia gentium ad verum sponsum Christum de longinquis regionibus inuitatur. Vbi tamen inuenitur sponsa illa, quae Christo socianda erat? Vbi nisi ad aquam? Verum est charissimi, nisi ecclesia ad aquam baptismi venisset, Christo sociata non esset. Rebecca ergo, Abraham puerum inuenit ad puteum, & ecclesia inuenit Christum ad baptismi sacramentum. Quid tamen post haec factum est? Protulit puer in aures aureas, & dextralia aurea, & dedit ea Rebecca. In illis inauribus aureis significabantur verba diuina, in illis armillis aureis opera sancta, quia in manibus opera designantur. Videamus quomodo haec dederit Christus ecclesiae. Puer ergo obtulit in aures aureas ad ornandam faciem Rebecca, & Christus verba diuina margaritis omnibus preciosiora dedit ecclesiae, & armillas posuit in manibus Rebecca, & Christus dedit opera sancta in manus ecclesiae. Considerate fratres charissimi, & gaudete, & deo gratias agite, quia quod in illis figuratum est, in nobis Christo donante impletum est. Et quomodo Rebecca nec in aures habere potuit, nec armillas in manibus, nisi Isaac per seruum suum transmitteret, ita & ecclesia nec verba diuina in auribus, nec opera sancta habere potuisset in manibus, nisi haec illi Christus per suam gratiam & per suos apostolos contulisset. Quod autem interrogata puella a parentibus, utrum vellet ire cum puero, respondit, Vado. Aperte hoc in ecclesia videmus impleri: ubi interrogatur voluntas Rebecca, hic requiritur voluntas ecclesiae. Rebecca dicitur, Vis ire cum homine isto? Et respondet, vado. Ecclesia dicitur, Credis in Christum? & respondet, Credo. Rebecca non duceretur ad Isaac, nisi diceret vado: nec ecclesia Christo iungeretur, nisi diceret credo. Accepit ergo puer Rebeccam & exhibuit Isaac. Videamus tamen ubi eum inuenit, inuenit eum ad puteum iuramenti. Videte fratres puer Isaac Rebecca ad puteum inuenit, & iterum ipsum Isaac Rebecca ad puteum inuenit. Verum est: nec Christus ecclesiam, nec ecclesia Christum inuenit, nisi ad baptismi sacramentum. Exierat ergo, sicut dicit scriptura, beatus Isaac ad vesperum in agrum ad meditando. Ager ille mundi figuram habebat. Exierat Isaac in agrum, quia Christus venturus erat in mundum. Isaac ad vesperum diei, Christus in fine mundi: Isaac ergo ad meditando in agrum processit, quia Christus in mundum pugnaturus contra diabolum venit, ut eum vince- ret iuste, dum ab eo occideretur iniuste: ut moriendo mortem destrueret, & resurgendo vitam creditibus condonaret. Et quomodo Isaac corporaliter Rebecca, sic Christo spiritualiter iungeretur ecclesia accipiens in presenti preciosam arram sanguinem sponsi sui, acceptura dotem postmodum regni sui. Quam rem beatus Petrus Apostolus euidenter annunciat dicens, Non enim, inquit, redempti estis auro & argento, sed precioso sanguine tanquam agni immaculati. Accepit ergo Isaac Rebecca & intromisit eam in tabernaculum matris suae: accepit Christus ecclesiam, & eam in loco constituit synagoga. Per infidelitatem enim synagoga a deo separata & mortua est, & per fidem ecclesia Christo coniuncta & viuificata est. Accepit ergo Isaac Rebecca, & intantum dilexit, ut dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret. Mors enim Sarae infidelitatem significat synagoga. Moritur ergo Sara, & in loco eius Rebecca ducitur, synagoga repudiatur ut introducat ecclesia.

1. Petri. 1.



Glesia. Accepit ergo Isaac Rebeccam, & intantum dilexit, ut tristitiam qua de matris morte acciderat, temperaret: accepit Christus ecclesiam, & in tantum dilexit, ut dolorem qui de perditione matris synagoga acciderat, amore ecclesiae mitigaret. Nam sicut infidelitas synagoga Christo tristitiam fecit, ita illi fides ecclesiae letitiam generavit. Et quomodo per malitiam synagoga unam gentem Iudaeorum, nec ipsam tamen totam perdidit: ita totum mundum per fidem ecclesiae Christus dominus acquisiuit. Et quia de nobis, fratres charissimi, sponfam sibi spiritalem Christus dominus preparavit, quam etiam sicut dixi, sanguine precioso redemit: ita ipso adiuvante, unusquisque beneficia in se munere diuino collata, non solum custodiat, sed etiam augere contendat, ut nihil in eum aut per luxuriam sordidum, aut per superbiam tumidum, aut per iracundiam combustum, aut per auaritiam obscurum, aut per inuidiam vipereo veneno percussum appareat, quia iustus est ut sponsum ille speciosius forma praefiliis hominum, nihil in nobis de supradictis peccatis inueniat, quod oculos suae maiestatis offendat, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Psal. 44.

Ioan. 8.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego uado & queritis me, & cetera, quae habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria tertia post secundam dominicam in quadragesima, De elemosynis faciendis, Sermo I.



Homo priscam sui originem noscat, aut dignitatem in se cumulatam intelligat, aut iudicium destinatum sollicito timore perpendat, inueniet quid primo protoplastus amiserit, quid postmodum Christi misericordia contulerit, quid futuro iudicio destinavit, ut hac primo sollicita cura pertractas primordia recenseat, presentia teneat, futura sollicito timore pertimescat. Claude, inquit, sapientia elemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te orabit. Facile enim curatur vulneribus peccatorum, qui necessitatem curauerit pauperum: & misericordiam accipiet, qui proximo pietatis non denegat officia. Denique cui dare praecipitur, gaudeat quod non ea forte natus sit ut indigeat. Sufficit ad gloriam dantis, quod alterius misericordia scenerat deum quod pascat in paupere Christum quod per alterius inopiam peccatorum accipiat indulgentiam. Obiurgantis domini vox est, Si in alieno mammona fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Talem enim se exhibere quis pauperi debet, qualem sibi alium exhibere uellet si pauper ipse fuisset. Ceterum dispendium magnum est, si deum de dei dono promereri noluieris, aut cum tibi dominus ad hoc dederit ut dispenses, eius delegata non serues. Semper enim sua dominus tibi dispensanda interim commendauit, de re sua pauperibus te dare praecipit. Cur dantis iussa contemnis? Cur pactam destituis? Cur dominum iubentem dare non audis? Facile enim poterit pecuniam acceptam amittere, qui quod accepit, in lucrum noluerit erogare. Estote misericordes sicut & pater uester coelestis misericors est uestri. Similitudinem patris, actus indicent sobolis. Similitudo operis, similitudinem indicet generis. Actus nomen confirmet, ut nomen genus demonstrat. Quod contulit pater, filius seruet, ut & filio pater promissa praemia representet. Patrimonium quod habes, si operaris, tuum est: si cessas, alienum est. Pecunia quae

Sermo LXXVI.

Ecclesiastici 29.

Luc. 16.

Luc. 6.

seruatur, casibus seruit: quae in misericordia reseruatur, K premium futurum acquirit. Quid ueris Christo committere, quod a latronibus uix poteris reseruare? Qui dat, inquit, pauperi non egebit. Diuidis patrimonium tuum haeredi, & Christus est indignus de tuo aliquid tecum tollere, aliqua tecum in futura secula deportare? Quid haeredi seruas, quo si utatur ignoras? Quid substantiam cumulas, quam fortassis ingrato relinquis? Forsitan illi praestabis, qui quicquid misericordiae causa de eius portione detraxeris. Quare fac primo quod iubetur, ut possis accipere quod promittitur. Non potest uiras accipere, qui dominum noluerit seruire. Qui dat, inquit, pauperibus, deum seruat. Nec enim potest diuina promissa percipere, qui praecipia coelestia noluerit obseruare.

Prover. 18.

Item eodem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, XVIII. & XLVII.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicens, Super cathedram Moysi, & cetera, quae inserta est in sermone de uerbis domini, XLIX. L

Feria quarta post secundam dominicam in quadragesima De causa ieiunij, loco ac tempore. Sermo I.



Il bene retinet fraternitas uestra, praedicaui- mus quod sanctam quadragesimam abstinendo ipse dominus consecravit, & tot dierum & noctium curriculo cibum omnino non capiens, unum ac solidum ieiunij tempus effecerit. Totum non obseruare, sacrilegium est: ex parte autem violare, peccatum est. Hoc enim fecit causa salutis nostrae, ut rem uilem non solum doceret uerbis sed etiam exemplis instrueret, ut eisdem uestigij quibus ad fidem gradimur, ad abstinentiam gradiamur. Sed uideamus quae causa extiterit ut ieiunia sibi saluator indiceret, & ipse primus bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculum quod agro daturus est ipse prius gustat, ut peritiam artis suae ante ipse in se demostret, ut experimentum aeger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loco hoc ipsum tempus ieiunij procurarit. Dicit enim Euangelista abstinauisse dominum quadraginta diebus & noctibus in deserto. Arbitror itaque causam hanc esse ieiunij, ut quia primus Adam in paradiso constitutus per intemperantiam gulae gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum dei gustas de interdita arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatum domini ieiunans uitae iustitiam mereretur. Hoc enim egit saluator ut eisdem uestigij quibus admissa fuerant delicta purgentur, hoc est, quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: uel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem mansit in illis temperata parcitas, mansit & impolluta uirginitas: & quandiu ieiunauerunt ab interdicitis epulis, tandiu & a pudendis ieiunauerunt peccatis. Fames enim amica uirginitatis est, inimica lasciuiae: saturitas uero castitatem prodit, nutrit illecebram. Igitur sicut dixi, hoc egit dominus, ut his praedictis quibus homo obnoxius peccatis fuerat liberaretur. Propterea namque per omnia secundum similitudinem Adae nasci uoluit, ut secundum similitudinem Adae omnia hominis peccata dissolueret. Adam enim de terra uirginis natus est, & Christus de Ma-

Sermo LXXVII. Hic sermo est inter Ambrosianos.

Matth. 4.

M Gen. 3.

A de Maria uirgine procreatus: illius maternum solum necdum rastro scissum fuerat, istius maternum secretum nunquam concupiscentia uolatum. Adam dei manibus plasmatur de limo, Christus dei spiritu formatur in utero. Ideo oritur deo patre, uterque uirgine utriusque matris, uterque sicut Euangelista dicit, filius dei est: sed Adae creatura est, dei filius Christus uera substantia. Hoc ergo agit dominus sicut Adam secundus, ut quod prior homo manducando perdidit, hic alter ieiunando recipiat, ac legem in paradiso abstinentiae datam in deserto custodiat. Sciebat enim praecipitum dei non unius loci legem esse, sed mundi. Non enim interest diuinitatis mandatum, utrum domi an in agro custodias, cum ubique sit qui praecipit. In deserto itaque saluator implet mandatum dei, ut ibi Adam seruaret errantem, ubi fuerat de paradisi possessione proiectus. Adam enim expulsus de paradiso, in culti mundi deserta sustinuit. In deserto ergo primum homini salus refunditur, ubi desunt epulae, ubi desunt deliciae, ubi quod est omnium malorum causa, deest & mulier. Poterat enim Adam inter illas paradisi delicias inconcusus stare, si Eua ibidem cum diabolicis insidiis non fuisset. Conueniens ergo est desertum salutis, ubi non est Eua quae persuadeat, non est mulier quae blandiatur. Videte rem miram. In paradiso cum Adam diabolus decerit, in deserto cum Christo diabolus dimicat: ubique insidiatur homini, ubique congredditur: sed ubi mulierem inuenit, vincit: ubi mulierem non inuenit, victus abscedit. Formam igitur dedit nobis deus in hoc facto, ut ieiuniorum tempore tantquam in deserto habitantes abstineamus epulis uoluptatum, mulier ne coniungatur nobis Eua, ne nos a casta obseruatione, illecebroso persuasionis subuertat. In deserto enim quodammodo uidetur habitare, qui quadragesima tempore ieiunus & castus est, deserto plane quodam ipso corporis Christiani cum non repletur cibus, non poculis irrigatur, sed arentis iter deserti, inquam, est corpus nostrum, cum per dies aliqua abstinentia marcescit carnis species, colore neglecto & contemptu rerum totius hominis species inculsa sordescit. Tunc Christus dominus habitat desertum pectoris nostri, cum terram nostram fame squalidam ac siti aridam esse repererit, secundum quod ait Propheta Dauid, Sicut terra deserta & inuisa & iniqua, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delictis, inuisa inimicis concupiscentis, & iniqua libidinis concupiscentis & illecebris. Tunc habitas saluator hoc desertum corporis nostri omnes ibi diabolicas factiones exuperat, & secretum ac securum ac cogitationibus seculi esse suum facit habitaculum, ut deinceps nos intra nosmetipsos uelut in solitudine constituti, non nisi coelum respiciamus & terram, hoc est, non cogitemus alium, nisi coelestis regni dominum & terrae resurrectionis auctorem, praestante ipso domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Gen. 3. Matth. 4.

Psal. 61.

Sermo LXXVIII.



In eadem feria de conceptu Rebeckae Sermo II. Expositionem sanctarum scripturarum eo ordine & illo eloquio, quo a sanctis patribus sunt expositae, charitatis uestrae aures uoluerimus intimare, non nisi ad paucos scholasticos cibis doctrinae poterit peruenire, reliqua uero populi multitudo ieiuna remanebit. Et ideo rogo humiliter ut contentae sint eruditae aures uerba rustica & uanum sustinere, dummodo totus grex domini simplici, & ut ita dixerim, pedestri sermone pabulum spiri-

tale possit accipere. Et quia imperiti & simplices ad scholasticorum altitudinem non possunt ascendere, eruditi se dignetur ad illorum ignorantiam inclinare, quia quod simplicibus dictum fuerit, scholastici intelligere possunt: quod autem eruditus fuerit praedicatum, simplices omnino capere non ualebunt. Lectio nobis de beato Isaac & sancta Rebecca, & paruulis qui in eius utero colidebantur recitata est. Quod autem beatus Isaac typum habuerit domini saluatoris penes nulli habetur incognitum. Isaac ergo Christum dominum, beata autem Rebecca ecclesiam figurauit. Quae cum multo tempore ad exemplum ipsius ecclesiae sterilis permaneret, beato Isaac orante & domino donante, concepit, sed collidebantur paruuli in utero eius: quorum molestiam non sustinens, dixit, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Et ait illi dominus. Duae gentes in utero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Haec omnia fratres charissimi, sicut dicit Apostolus, in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritualiter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in utero Rebeckae collidebantur, sic in utero ecclesiae duo sibi populi iugiter aduersantur. Si enim aut soli mali, aut soli boni essent, unus populus esset: quia uero in ecclesia & boni inueniuntur & mali tanquam in ventre spiritalis Rebeckae duo populi colliduntur humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni enim lucrari uolunt malos, mali uero extinguere cupiunt bonos. Bonorum desiderium est, ut qui mali sunt, corrigantur: malorum studium est, ut qui boni sunt, corrumpantur. Vnum est genus piorum, aliud impiorum. Genus piorum ad caelum erigitur per humilitatem: genus impiorum ad infernum demergitur per elationem. Omnes enim qui in ecclesia catholica terrena sapiunt, terram diligunt, terram concupiscunt, & omnem spem suam in terram constituunt, ad Esau pertinent. Quicumque ideo deo seruire optat, ut honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, & ipse ad Esau, id est, ad terrenam felicitatem pertinere cognoscitur. In Esau enim carnales intelliguntur, in Iacob uero spirituales. Ipsi enim duo populi sicut beatus Apostolus euidenter assignat, cum carnales demonstrat, & spirituales insinuat. Sic enim ait. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae contentiones, amulationes, ira, rixa, dissensiones, sectae, inuidiae, ebrietates, comestiones. Ecce fructus populi pertinentis ad Esau. Qui autem sunt fructus qui pertinent ad Iacob, idem Apostolus in consequentibus adiungit dicens, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, bonitas, benignitas, modestia, continentia. Ecce opera spiritualium ad beatum Iacob, id est, ad piorum populum pertinentia. Quod autem dictum est, Populus populum superabit, & maior seruiet minori: secundum literam in Esau uel in Iacob non uidemus impletum. Non enim corporaliter beato Iacob Esau seruisse commemorat scriptura. Quomodo ergo hoc oporteat intelligi, aut qualiter maior populus minori seruiat, spiritualiter debemus intelligere. Nisi enim fieret, non hoc sancta scriptura commemoraret. Quomodo ergo populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit, in Christianis uel in Iudaeis agnoscit. Maior enim & senior populus Iudaeorum iuniori, id est, populo Christiano seruire probatur, dum per totum mundum

Gen. 25.

Gen. 25. 16. De ciui, dei, cap. 35.

1. Corin. 10.

E

Gala. 4.

Vbi supra.

Gen. 25.

G mundum libros diuinæ legis ad instructionem omnium gentium portare cognoscitur. Ideo enim per omnem terram Iudæi dispersi sunt, ut cum aliquem Paganum ad fidem Christi volumus inuitare, & ab omnibus prophetis ipsum Christum esse annunciatum testamur, & ille resistens dixerit, à nobis potius quam à spiritu sancto libros diuinæ legis esse conscriptos, nos habemus unde eum redarguere certa ratione possumus, dicentes ei, Si de meis libris tibi dubitatio nascitur, ecce Iudæorum libros utique inimicorum nostrorum, quos certum est si ego conscribere vellem mutare non potui, ipsos relegere, & cū in ipsis hoc quod in meis libris inuenieris, noli esse incredulus sed fidelis. Hoc ordine maior populus minori seruire cognoscitur, dum etiam per illorum libros ad credendum in Christo gentium populus inuitatur. Sed & alio modo populus maior seruiet minori. Quo inquis ordine? Illo utique quo mali seruiunt bonis, non utique obsequendo, sed persequendo. Quomodo ergo mali seruiunt bonis? Quomodo persecutores martyribus, quomodo limæ vel mallei auro, quomodo molæ seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia ut illi coquantur, illi consumantur. Quomodo, inquam, mali seruiunt? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, ubi sine dubio palea consumitur, aurum probatur. Non ergo gloriantur, nec se extollant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint: quia cū illos persequuntur in corpore, se occidere probantur in mente, ut ad virtutem boni perueniat hominis mali aduersitas, iam illius animam putrefacit iniquitas. Qui ergo malo animo virum bonum iracundiæ furore succensus conatur incendere, utrum ille possit exuri, adhuc dubium est. Quod autem iste iam ardeat dubium non est, quia forte ille vir bonus spiritali sacco & sancti spiritus refrigerio plenus, appositio persecutionis igne non ardet: ille vero qui eum conatur exurere, sine dubio non potest non ardere. De vno ergo semine Isaac, & Esau nascitur & Iacob sicut de vno baptismo domini saluatoris & de ecclesiæ vtero procreatur populus Christianus, qui tamen pro morum diuersitate, sicut Esau & Iacob in duas partes diuiditur, cum ex fructibus operum vna pars cognoscitur carnalis, alia spiritalis. Ideo autem dixit, Maior seruiet minori, quia semper maior est numerus malorum quam bonorum. Et sicut illi duo paruuli in vtero Rebeccæ, ita & isti populi in ventre ecclesiæ vsque in diem iudicij colliduntur, dum sicut iam supra diximus, humilibus aduersantur superbi, dum castos adulteri persequuntur, dum quorum infinitus est numerus, ebriosi sobrios infectantur, dum benignis inuidi æmulantur, dum eleemosynarios raptos, dum pacificos extinguere cupiunt iracundi, dum eos qui cælestia sapiunt ad terram retrahere luxuriosi conantur. Vnde rogo fratres, ut quicūque in his malis se sentit obnoxium, dum tempus est cum dei adiutorio studeat transferri ad dexteram, & relictis vitiorum sordibus ad virtutum ornamenta redire festinet, vnde in die iudicij ab auditu malo liberari, & illam vocem desiderabilem mereamur audire, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Attentius tamen rogo & admoneo fratres, ut ad vigilias maturius surgere studeatis, ad tertiam, ad sextam, ad nonam feliciter veniatis, castitate ante omnia per totam quadragesimam vsque ad finem Paschæ cū propriis vxoribus custodite. Quod pransuri eratis, pauperibus erogate. Pacem ipsi habete, & quos discordes agnoueritis, ad concordiam reuocate. Peregrinos excipite, nec vos pigeat eorum pedes abluere. Non erubescat

exercere Christianus, quod implere dignatus est Christus. Cum bona voluntate pauperibus secundum vires vestras eleemosynas erogate. Hilarem enim datorem diligit deus. Impedimenta mundi, si ad integrum non potestis abscindere, vel ex parte aliqua temperate, ut lectioni vel orationi possitis insistere, ut in sancta exceptoria peccatoris vestri spirituale vinum, id est, verbum dei abundantius reponentes, repudiatis omnibus criminibus atque peccatis, cum libera & sincera conscientia deo seruire possitis. Et cum sancta solennitas paschalis aduenierit, charitatem non solum cum bonis, sed etiam cum malis fideliter ac feliciter retinentes, cum gaudio & exultatione mudo corde & casto corpore ad altare domini possitis accedere, & corpus & sanguine eius vnusquisque vestrum non ad iudicium animæ suæ mereatur accipere, præstante eodem domino nostro Iesu Christo cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item in eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Ascendit Iesus Hierosolyman, assumpsit duodecim discipulos suos secreto: & cetera, quæ habentur. De questionibus Evangeliorum lib. primo, ca. XXIX.

Feria quinta post secundam dominicam in quadragesima, De scala Iacob. Sermo I.

**I**tem diuina lectio legere, fratres charissimi, audiui quod supplicante sancta Rebecca, Isaac vocauerit filium suum Iacob & dixerit ei ut pergeret in Mesopotamiam Syria, & inde sibi vxorē acciperet, & quod ille humiliter obediens patri abierit, & in ipso itinere venerit ad quendam locum, & supposuerit lapidem capiti suo atque dormierit, & viderit in somnis scalam vsque ad caelos pertingentem, & angelos dei ascendentes & descendentes per eam, dominum autem incumbentem scalæ & dicentem sibi, Iacob Iacob, noli timere, ego sum tecum, & ego ero socius itineris tui. Beatus enim Isaac, fratres charissimi, quando filium suum dirigebat in Mesopotamiam, dei patris typum præfigurabat, Iacob vero Christum dominum designabat. Beatus ergo Isaac neglectis mulieribus regionis in qua habitabat, mittebat filium suum, ut in regione longinqua sibi vxorem acciperet, quia deus pater missurus erat vnigenitum suum, qui repudiata synagoga, de gentibus sibi ecclesiam sociaret. Hoc tunc in veritate completum est, quando Iudæis Apostoli dixerunt, Vobis quidem primum oportebat loqui verbum dei, sed quia vos indignos iudicatis aeternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. De beato Iacob non legimus quod cum equis aut asinis aut camelis abierit, sed hoc tantum legimus quod baculum in manu portauerit. Sic enim ipse dum supplicaret domino dixit, Domine, inquit, minor sum omnibus miserationibus tuis, cum baculo meo transiui Iordanem istum, & ecce cum duabus turmis regredior. Iacob ergo ad accipiendam vxorē exhibuit baculum, & Christus ad redimendam ecclesiam detulit crucis lignum. Iacob dormiens posuit lapidem sub capite suo, & vidit scalam pertingentem ad caelum, & dominum incumbentem scalæ. Videte fratres, quanta sint in hoc loco mysteria. Iacob typum gerebat domini saluatoris, & lapis quem supposuit capiti suo, nihilominus Christum dominum figurabat. Quare lapis ad caput Christum significet, audi Apostolum, Quia caput viri Christus. Denique vnxit beatus Iacob lapidem ipsum. Attendite vnctum, & intelligitis Christum. Christus ab vnctione, id est,

**A** id est, à christumate vnctus interpretatur. Sed si Iacob dominum in terra dormiens figurabat, quid est quod in caelo dominus scalæ innixus incumbebat? Quomodo Christus dominus & in cacumē scalæ in caelo, & in beato Iacob esse videbatur in terra? Quod autem & in caelo sit Christus & in terra, audi ipsum Christum dicentem, Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. Aduertite, quia & ipse dominus & in caelo & in terra se esse dixit, Christum dominum, fratres charissimi, caput esse ecclesiæ confitemur. Si caput est ecclesiæ, secundum caput in caelo est, secundum corpus in terra. Denique cum beatus Paulus, Apostolus persequeretur ecclesiam, Christus de caelo clamauit, Saule Saule, quid me persequeris? Non dixit, quid persequeris seruos meos: nec hoc dixit, quid persequeris membra mea: sed hoc dixit, quid me persequeris. Iam quasi pede calcato lingua clamat, Calcasti me, cum utique lingua calcari non posset, sed per concordiam charitatis caput pro membris omnibus clamat. Iacob ergo dormiebat, & dominum in cacumen scalæ videbat incumbere. Quid est in scala incumbere, nisi in ligno pendere: Considerate fratres, quis in ligno crucis pendens pro Iudæis orauerit, & agnosceris quis ad Iacob scalæ incubens caelo clamauerit. Sed quare hoc in itinere factum est antequam Iacob vxorem acciperet? Quia & verus Iacob dominus noster prius in scala, id est, in cruce occubuit, & postea sibi ecclesiam sociavit, dans ei in presenti arras sanguinis sui, daturus dotem postmodum sui regni. Quod autem & Iacob dormiens, & dominus scalæ incumbens, Christum figuravit, attendite & videte rei huius altitudinem. Cum enim saluator noster de Nathanael loquens beati Iacob nominasset dicens, Ecce Israëlita in quo dolus non est: in consequentibus dixit, Amodo videbitis caelos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Quod Iacob per figuram in somnis viderat, hoc de se dominus in Evangeliiis prædicabat. Videbitis, inquit, caelos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Si ad filium hominis descendebant, quia in terris erat, quomodo hi ipsi angeli ascendebant ad filium hominis, nisi quia & in caelis erat? Ac sic & in Iacob ipse dormiebat, & de caelo ad Iacob ipse clamabat. Hac omnia fratres, sicut Apostolus clamat, in figura continebant illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis seculorum deuenit. Quomodo tamē fratres, angeli dei ad filium hominis in caelum ascendunt, & ad ipsum filium in terram descendunt, diligenter attendite. Quando enim prædicatores dei de scripturis sanctis alta & profunda quæ non nisi à perfectis intelliguntur annunciant, ascendunt ad filium hominis: quando vero illa prædicant quæ ad corrigendos mores pertinent, & quæ omnis populus intelligere possit, descendunt ad filium hominis. Sic & Apostolus dicit, Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam non huius seculi, sed arcanam, absconditam, quam prædestinavit deus ante secula in gloriam nostram. Ista quando dicebat Apostolus, sine dubio ascendebat ad filium hominis. Quando autē dicebat: Fugite fornicationem: quando dicebat, Nolite inebriari vino in quo est luxuria: quando denunciabat. Radix omnium malorum est cupiditas. In his verbis tantam angelus dei descendebat ad filium hominis, Quādo autem dicebat, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, ascendebat. Cum vero dicebat, Sobrii estote & nolite peccare, & reliqua quæ ad corrigendos mores pertinent, prædicabat, hac doctrinæ ministras tā-

quam nutrix paruulis, descendebat, quia illa loquebatur quæ etiam imperiti capere possent. Hoc ordine & ascenditur & descenditur ad filium hominis, cum & perfectis cibus solidus tribuitur, & doctrinæ lac etiam non negatur. Sed & beatus Ioannes ascendebat, quando dicebat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, Satis in altum ascendebat, quando ista dicebat. Sed quia angeli dei non solum ascendunt sed etiam descendunt, inclinans se ad paruulos dixit, Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Vt hac quæ superius suggestimus, sanctis cordibus vestris possint tenacius inharere, breuiter quæ dicta sunt repetemus. Beatus Isaac, sicut diximus, mittens filium suum, typum dei patris habuit: Iacob qui missus est, Christum dominum designauit. Lapis quem ad caput habuit & oleo vnxit, & ipse significauit dominum saluatorem. Scala vsque ad caelos attingens, crucis figuram habuit. Dominus innixus scalæ, Christus crucifixus ostenditur. Angeli ascendentes & descendentes per eam, Apostoli & apostolici viri & omnes doctores ecclesiarum intelliguntur: ascendentes, quando perfectis perfecta prædicant: descendentes, quando paruulis & imperitis simplicia quæ intelligere possint, insinuant. Nos vero fratres, qui omnia quæ in veteri testamento figurata sunt, in nouo testamento videmus esse completa, quantas possumus, deo gratias referamus, qui nobis nullis præcedentibus meritis tanta præstare dignatus est, totis viribus cū ipsius adiutorio laborantes, ut hac tanta & talia beneficia non nobis iudicium pariant sed profectum. Quinimodò ita spiritaliter studeamus viuere, & bonis operibus semper insistere, ut cum nos castos, sobrios, misericordes & pios iudicij dies inuenierit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deum timentibus peruenire ad aeternam beatitudinem mereamur, præstante domino nostro & cetera.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Homo quidem erat diues, & induebatur purpura & bysso: & cetera, quæ habentur inter sermones De uerbis domini, XXIII. & XXV. Et de questionibus Evangeliorum lib. secundo cap. 38. Et in lib. L. Homiliarum in VII. insertum est.

Item alie Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Non possum ego à meipso facere quecumque: & cetera, quæ habentur in expositione doctoris ibidem, Et inter sermones De uerbis domini, XLIII. & XLV.

Feria sexta post secundam dominicam in quadragesima, de Iacob & Laban: Sermo I.

**R**equenter charitati vestræ suggestimus, fratres dilectissimi, beatum Iacob typum habuisse & figuram domini saluatoris. Denique quomodo Christus venturus erat in mundum ut iungeretur ecclesiæ, ita in beato Iacob hoc præfiguratum est, quando in regionem longinquam peregrinatus est, ut coniugium fortiretur. Abiit ergo sicut audistis, beatus Iacob in Mesopotamiam ad accipiendam vxorem, & cū venisset ad quendam puteum, vidit Rachel venientem cum ouibus patris sui: & cum agnouisset consobrinam suam esse, ad aquam grege osculatus est eam. Si diligenter audistis fratres, potestis agnoscere non fuisse sine causa, quod sancti Patriarchæ matrimonia ad puteos aut fontes inueniunt. Si hoc semel tantum modo euenisset, poterat aliquis dicere non pro aliqua significatione factum esse, sed casu potius accidisse. Cum vero & beata Rebecca

Math. 25.

2. Corin. 6.

1. Corin. 11.

Math. 20.

L

Sermo LXXIX. Gene. 28.

M Acto. 17.

Gene. 31.

Gene. 28.

1. Corin. 11.

Ioan. 3.

Acto. 9.

Gene. 28.

16. De ciui. di. cap. 38. Ioan. 1. De uerbis domini ser. 40.

1. Corin. 10.

1. Corin. 2.

1. Corin. 6. Eph. 5. 1. Timo. 6.

Celo. 3. 1. Corin. 15.

D

Hebræ. 1.

Ioan. 1.

Epilogus. Gene. 28.

H

Lucæ. 16.

Ioan. 1. F

Sermo LXXX.

Gene. 29.

Gene. 27.

**G** Rebecca quæ iungenda erat Isaac, ad puteum inuenitur, & Rachel quam accepturus erat Iacob, ad puteum agnoscitur, nihilominus & Saphora quæ Moyfi iuncta est, ad puteum reperitur, sine dubio aliqua in his sacramenta debemus agnoscere. Et quia toti tres isti Patriarchæ typum domini saluatoris præferebāt, ideo ad fontes vel ad puteos inueniūt matrimonia, quia Christus ad aquam baptismi inuenturus erat ecclesiam. Denique veniens Iacob ad puteum, prius gregem Rachel adaquauit, & postea osculatus est eam. Verum est fratres charissimi, nisi prius per aquam baptismi Christianus populus à malis omnibus abluatur, pacem Christi habere non meretur. Nunquid beatus Iacob videns consobrinam suam, non eam potuit osculari prius quam aquam gregibus daret? Potuit sine dubio, sed mysterium gerebatur. Oportebat enim vt per gratiam baptismi ab omni iniquitate vel discordia liberaretur ecclesia, & sic pacem cum deo habere mereretur. Quod autem in illa peregrinatione duos uxores accepit Iacob, duos populos figurabat, Iudæorum & gentium. Nam in aduentu Christi non paruus numerus etiam de Iudæorum populo in eum legitur credidisse. Sic enim in Apostolorum actibus continetur, quia crediderunt vna die tria milia, item alia die quinque milia, item postea multa milia. Quod autem duo populi in Christum crediderint, etiam ipse dominus in Evangelio confirmat, vbi ait, Habeo & alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vt fiat vnus grex & vnus pastor. Dux ergo illæ mulieres, id est, Lia & Rachel, quæ beato Iacob fuerant iunctæ, istos duos populos figurauerunt, Lia Iudæorum, Rachel gentium. Istis duobus populis velut duobus parietibus, tanquam lapis angularis iunctus est Christus. In ipso enim se osculati sunt, & in ipso æternam pacem inuenire meruerunt, sicut Apostolus dicit, Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Quomodo fecit vtraque vnum? Vtique duos greges iungendo, & duos parietes sibi inuicem copulando. Denique videte quid postea consecutus est. Dicit enim scriptura, quod post hæc diues factus fuerit beatus Iacob. Sicut enim sanctus Iacob creuit ac ditatus est, & cum infinita substantia ad patriam reuersus est, ita & verus Iacob dominus noster Iesus Christus veniens in hunc mundum, & istas duas sibi plebes, id est, gentium & Iudæorum consocians, innumerabiles ex eis filios spiritualiter genuit & creauit, ac ditatus est nimis. Denique audi ipsum dicentem. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nam expoliato diabolo reuersus ad patrem magnas secum diuitias reportauit, secundum quod Psalmista de eo multo antè prædixerat, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Reuertente autem Iacob ad patriam suam, persecutus est eum Laban cum focis suis, & scrutatus omnem substantiam eius, nihil de rebus suis inuenit: & quia de suo nihil inuenit, tenere eum omnino non potuit. Laban hic typum diaboli habuisse non incogruè dicitur, qui & idolis seruiebat, & beato Iacob qui typum domini præferebat aduersarius erat. Persecutus est ergo Iacob, nihil apud eum de rebus suis inuenit. Audi hoc & verum Iacob in Evangelio dicentem, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Concedat nobis diuina misericordia, vt etiam in nobis nihil de suis operibus noster aduersarius recognoscat. Si enim de suo nihil inuenit, tenere nos vel reuocare ab æterna vita non poterit. Et ideo fratres charissimi, diligenter aspiciamus arcillas conscientiarum nostrarum, perferutemur latibula cordis nostri, & si nihil ibi quod ad diabolum pertinet, inuenimus, gau-

deamus, & deo gratias referamus, & quantum possumus. **K** cum ipsius adiutorio studeamus vt ianuæ cordis nostri semper aperiantur Christo, & vsque ad finem claudantur diabolo. Si verò aliquid de operibus vel calliditate diaboli in animis nostris latitare cognoscimus, velut venenum mortiferum euomere vel expuere festinemus, vt cum nobis infidari voluerit, & nihil quod ad se pertinet potuerit inuenire, confusus abscedat, & nos cum Propheta gratias agentes clamemus ad dominum, Liberaisti ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt confudisti. Lia ergo sicut supra diximus, significat illam plebem quæ de Iudæis iuncta est Christo. Rachel verò, ecclesie, id est, omnium gentium typum gessit, & ideo Lia non est furata idola patris sui sed Rachel, quia post aduentum Christi non vsquequaque synagoga idolis seruiebat, sicut de ecclesia gentium manifestissime comprobatur, & propterea non apud Liam, id est, synagogam, sed apud Rachel quæ typum gentium præferebat, idola Laban legimus latuisse. Quod autem venit Iacob ad Iordanem, & transmisit omnibus rebus ipse solus remansit & luctabatur cum viro vsque dum veniret aurora, Iacob in illa colluctatione Iudæorum populum figurauit, angelus qui cum illo luctabatur, typum saluatoris domini præferebat. Luctatur Iacob cum angelo, quia populus Iudæorum luctaturus erat cum Christo. Vincebat Iacob angelum, quia Iudæorum populus Christum vsque ad mortem persecutus erat. Et quia non totus populus Iudæorum infidelis exiit Christo, sicut iam supra diximus, sed non parua multitudo in nomine eius legitur credidisse, ideo angelus tetigit femur Iacob, & claudicare cepit. Pes enim ille in quo claudicabat, Iudæos qui in Christum non crediderunt figurabat: ille verò qui sanus remansit, illorum typum gessit qui Christum dominum receperunt. Denique diligenter attendite, quia Iacob in illa colluctatione & vincebat, & benedictionem petebat. Cum enim dixisset angelus, Dimitte me, respondit Iacob, Non dimittam te nisi benedixeris mihi, In eo quod vincebat Iacob, Iudæos persecutores Christum significabat: in eo quod benedictionem petebat, illum populum figurabat qui in Christum dominum crediturus erat. Denique quid ei dixit angelus? Si contra dominum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Hoc tunc impletum est, quando populus Iudæorum Christum dominum crucifixit. Dimitte me, inquit angelus, iam ascendit aurora: hoc iam resurrectionem domini figurauit, quia dominus, sicut optime nostis, ante lucem legitur resurrexisse à mortuis. Quod autem Iacob typum domini figurauit, etiam hinc cognoscimus, quod orans deum vt eum de manu Esau fratris sui eriperet, Domine, inquit, minor sum cunctis miserationibus tuis, in baculo meo transiui Iordanem, & ecce cum duabus turmis regredior. Verum est, fratres charissimi, baculo crucis Christus apprehendit mundum, & cum duabus turmis, id est, cum duobus populis ad patrem rediit cum triumpho. Hæc ergo fratres charissimi, frequentius cogitate, & velut munda animalia spiritualiter ruminantes vtilem & necessariū cibum vestris animis præuidete, illum vtiq; cibum de quo dominus ait, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam: ad quem vos dominus per suam pietatem perducat, cui est honor & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.



Eodem die de somnio Ioseph. sermo. II.  
Votens vobis, fratres charissimi, lectiones de testamento veteri recitantur, sicut frequenter admo-

**A** admonni, non hoc solum debetis attendere quod sonat in verbo, sed quod intelligitur & sapit in spiritu. Sic & Apostolus commonet nos dicens, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Hæc enim omnia quæ in veteri testamento leguntur, sicut dicit Apostolus, in signa contingebant illis, scripta sunt autem propter nos. Cum enim populus Christianus fideliter ad ecclesiam venit, quid ei prodest quod audit qualiter sancti patriarchæ aut uxores acceperint aut filios procreauerint, nisi quare hæc facta sint, aut quid res ipse figurauerint, spirituali sensu perspexerit? Ecce audiimus quod beatus Iacob genuerit filium, & vocauerit nomen eius Ioseph, & eum plusquam reliquos filios suos dilexerit. Hoc loco beatus Iacob figuram habuit dei patris, sanctus quoque Ioseph typum gessit domini saluatoris. Diligebat ergo Iacob filium suum, quia deus pater diligit vnicum suum, sicut ipse dixit, Hic est filius meus dilectus. Iacob misit filium suum, vt de fratribus suis sollicitudinem gereret, & deus pater misit vnicum suum, vt genus humanum peccatis languidum visitaret. Ioseph dum fratres suos quaereret, errabat in eremo, & Christus genus humanum requirabat quod errabat in mundo, quodammodo quasi & ipse errabat, quia errantes requirebat. Ioseph enim fratres suos quaerebat in Sichimis. Sichima interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorsum magis quam faciem ponunt in faciem iusti. Humeri enim retro sunt. Sicut enim fratres Ioseph inuidia percussi, fraternæ dilectioni dorsum magis quam facies offerebant, ita & infelices Iudæi veniente ad eos salutis auctore inuidere potius quam diligere maluerunt. De talibus dicitur in Psalmo, Obscuretur oculi eorum ne videant, & dorsum illorum semper incurua. Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. Verè in grandi defectioe erant, qui de parricidio cogitabant. Videntes ergo Ioseph fratres sui, de morte illius tractauerunt, sicut videntes Iudæi verum Ioseph dominum Christum, vt eum crucifigerent vt omnes consilio statuerunt. Ioseph expoliauerunt fratres sui tunica polymita & talari, & Iudæi Christum per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. Ioseph exutus tunica mittitur in cisternam, id est, in lacum: & Christus expoliatus carne humana descendit in infernum. Ioseph posteaquam de cisterna leuatur, Hismælitis, id est, gentibus venditur: & Christus posteaquam de inferno regreditur, ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ioseph per consilium Iudæ triginta argenteis distrahitur, & Christus per consilium Iudæ Iscariotis eodem numero venundatur. Quod autem in diuersis translationibus non aequali precio Ioseph scribitur venundatus, sed alij dixerunt viginti argenteis, alij triginta, hoc spiritualiter significauit, quod Christus non aequaliter ab omnibus credendus vel diligendus esset. Denique etiam nunc in ecclesia, alij eum plus diligunt, alij minus. Ipsi enim plus valet Christus, qui eum maiori charitate dilexerit. Ioseph descendit in Aegyptum, & Christus in mundum. Ioseph à penuria frumenti saluat Aegyptum, & Christus à fame verbi dei liberat mundum. Nisi enim Ioseph fratres sui vendidissent, defecerat Aegyptus. Fratres, verum est, nisi Christum Iudæi crucifixissent, perierat mundus. Videamus tamen fratres charissimi vnde in beato Ioseph fratres sui tam crudeliter sauerunt. Vnde, nisi inuidie veneno, per quod mors intravit in orbem terrarum? Denique audi scripturam locentem, Inuidebat ei fratres sui, & non poterant ei loqui quicquam pacificum. Vidit enim beatus Ioseph somnium, quasi stantem se in agro cum

fratribus suis, & manipulos alligantem, & fratrum manipulos adorare manipulum suum. Hoc in illo Ioseph tunc impletum est, quando eum in Aegypto adorauerunt fratres sui. Et non incongruè coacti sunt steriles manipuli fructuosum manipulum adorare, per quem de famis periculo liberandi erant. Vidit etiam aliud somnium, quod sol & luna & vndecim stellæ adorarent eum. Cui respondit pater suus, Nūquid ego & mater tua & fratres tui adorabunt te super terram? Hoc in illo Ioseph impleri non potuit, quia iam mater ipsius de hac luce migrauerat: in nostro vero Ioseph, id est, domino Iesu Christo, somni illius sacramenta completa sunt. Sol enim & luna & vndecim stellæ eum adorauerunt, quādo post resurrectionem sancta Maria quasi luna, & beatus Ioseph velut sol, cum vndecim stellis, id est, beatis Apostolis, incuruati & prostrati sunt ante eum: & impleta est propheta quæ dixerat, Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen. Nam intantum in illo Ioseph impleta non est somnij huius interpretatio, vt mater ipsius ante multos annos legatur fuisse defuncta, quāam præfata somnia ille vidisset. Et reuera, quomodo fratribus ipsius potest conuenire, quod eum quasi stellæ adorare possent, quos inuidia nox obscuros & tenebrosos effecerat? Iam enim claritate stellarum perdididerant, qui in se lumen charitatis extinxerant. Merito ergo hoc in domino saluatore nostro verius credimus fuisse completum, quem sicut iam antea dixi, & beatum Ioseph & beatam Mariam, cum vndecim Apostolis frequentius legimus adorasse. Nam quod Apostoli lumen stellarum habuerint, ipse dominus in Evangelio dixit, Vos estis lux mundi. Et iterum de ipsis ac suis similibus: Tunc iusti, inquit, fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Ioseph interpretatur augmentatio siue ampliatio. Sed in illo Ioseph ampliationem non habuit, nisi sola Aegyptus: in nostro vero Ioseph augmentum habere vniuersus meruit mundus. Ille Ioseph erogauit triticum, noster erogare dignatus est verbum. In omnem terram exiit sonus Apostolorum, & in fines orbis terra verba eorum. Nos ergo fratres dilectissimi, qui nullis præcedentibus meritis tanta bona per misericordiam veri Ioseph domini nostri Iesu Christi cōsecuti sumus, ad quos nō umbra veteris testamēti, sed ipsa veritas venit, quantum possimus cum dei gratia laboremus, vt quod nobis cōtulit iudicatus, integrum inueniat iudicaturus. Qui tibi tantum contulit, scit quantum reposcat. Et quidem ille cū venerit, redditurus est quod promisit, sed requisiturus est quod redemit, & quod dedit in primo aduentu exacturus est in secundo. Nemo ergo Christo domino nostro reddat mala pro bonis, Quis enim est qui ita impie agit, nisi ille qui accepit vitam & restituit mortem? Mortem enim restituit, qui seipsum male viuēdo interficit. Quis est qui reddit mala pro bonis? Ille qui cum deberet dare propria, rapit aliena, qui pro charitate reddit odium, inuidiam pro benignitate, pro humilitate superbiam, pro castitate luxuriam. Quis est qui Christo reddit mala pro bonis? Ille qui cum deberet lectioni insistere, & ad ecclesiam currere, eligit potius ad tabulam ludere, spectacula furiola, vel turpia frequentare: & cui oportebat peccata sua orando, legendo, elemosynas faciendo consumere, studet potius augere & amplius cumulare. Quis est qui reddit mala pro bonis? Qui pro luce tenebras, pro benignitate malitiam, pro sobrietate ebrietatem, pro elemosynis rapacitatem, pro iustitiam iniquitatem restituit. Qui ergo hæc mala adiuuante domino non admittit, quantum potest munera

in se



G in se diuina custodiat: qui vero his malis se sentit obnoxium, & intelligit obuolutum, cito ad poenitentiae medicamenta recurrat, & antequam anima illa tenebrosa de corpore mortis suae discedat, elemosynis, ieiuniis & orationibus remedium sibi in die necessitatis acquirat. Sic ergo agamus fratres, ut ante tribunal Christi, & qui boni sunt coronam, & qui negligentes sunt veniam consequantur, ut illos ornet vita integra, istos valeat excusare correcta, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum: Homo erat paterfamilias, qui plantauit uincam, & cetera. Quae habentur inter sermones de uerbis domini quinquagesimo nono. Et de questionibus Euangeliorum lib. primo cap. trigesimo secundo. Et lib. secundo, capite trigesimo octauo.

Sabbato post secundam dominicam in Quadragesima, de eo quod Ioseph latuit patrem in Aegypto: Sermo I.

Sermo LXXXII.

**I**n beato Iacob fratres charissimi, & in sancto filio eius Ioseph, qui diligenter attendit rem nimis admirabilem deum fecisse cognoscit.

Primum non credo fuisse sine causa, quod dominus qui se totiens dignatus fuerat ostendere beato Iacob, per tot annos noluit ei indicare, quod Ioseph filius eius uiuere, sed permisit eum longa afflictione consumi. Si hoc quicquam sine certa & euidenti ratione factum esse credit, vel hoc consideret, quod nec filius eius Ioseph in tam proximo positus permittitur ad patrem suum mittere, ut ei nunciaret quod non solum uiuere, sed etiam in grandi honore florere. Ab illo enim loco ubi erat beatus Iacob, usque in Aegyptum vix erant trecenta miliaria. Vnde frequentissime & ex Aegypto in locis illis ubi Iacob erat, plurimi properabant, & ex illo loco ad Aegyptum infinitae multitudines assidue confluxebant. Sed forte aliquis dicit, quod beatus Ioseph paruulus exierit a patre suo, & ideo recordari eum non potuisset. Non ita est fratres charissimi. Puer enim erat sedecim annorum & nulla ratione parentes suos poterat obliuisci. Nam & intantum eos oblitus non erat, ut fratres suos ubi primum vidit, agnosceret. Sed dicit aliquis, quod licentiam aut potentiam non habuerit mittendi ad patrem suum.

**I** Etiam si hoc quasi verisimile videatur, posteaquam de carcere deductus est, & dominus factus est in omni terra Aegypti, per illos septem annos fertilitatis, & illos duos qui transacti sunt tempore inopiae antequam fratres sui ad eum descenderent. Per istos nouem annos in trecentis miliaris sine ulla dubitatione potuit mittere ad patrem suum: sed occulto iudicio hoc dominus fieri non permisit, intantum ut nec tunc se manifestaret fratribus suis, quando ad emendum triticum venerant, quin immo durissime eis loquens, & fratrem illorum in vinculis tenens, ad patrem suum eos cum grandi dolore redire iussit. Attendite adhuc ad aliud maius miraculum, & videte quomodo beatus Ioseph, qui patrem suum nouerat pro se intolerabilem amaritudinem sustinere, quasi paruum esset quod ante pertulerat, adhuc & Benjamin ei fecit auferri, quo facto utique nouerat eum multiplicem passurum esse dolorem. Haec enim omnia sine spiritu sancti dispensatione facta fuisse non credo. Deo enim, cuius iudicia plerumque sunt occulta, nunquam tamen iniusta, qui beato Iacob noluit indicare filium suum uiuere, ille etiam sanctum Ioseph non permisit ut patri suo gloriam suam nunciaret: quia immo adhuc Simeon

in vinculis tenendo, Benjamin auferendo, ipsius patris sui angustias cumulauit. Haec autem fratres charissimi, si fideliter attendamus, cum grandi misericordia dominum fecisse cognoscimus. Ab initio enim mundi hoc deus in sanctis suis exercuit, quod in beato Iacob cum grandi pietate compleuit. Sed quare sit hoc factum, diligenter attendite. Quamuis enim serui & amici dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, quia non mentitur ille qui dixit, Non est immunis a peccato, nec infans cuius est vnus diei vita super terram. Et beatus Ioannes Euangelista, qui utique meritis non erat inferior sancto Iacob, clamat & dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos decipimus, & veritas in nobis non est. Et illud quod alibi scriptum est, Iustus septies cadit & resurgit. Quia ergo, sicut iam dictum est, sine istis minutis peccatis Iacob esse non potuit, volens deus ipsa parua peccata in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in eo quod ipse per spiritum sanctum dixit, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Et illud, Flagellat deum omnem filium quem recipit. Et illud, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ut ergo sanctum Iacob deus noster velut aurum purgatum in futuro iudicio praesentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorum abstergeret, ut in eo ignis ille arberet quod exuret inuenire non posset. Quod etiam in ipso beato Ioseph factum esse cognoscimus. Cum enim, sicut dixit scriptura, dominus esset cum eo, & gratiam ei apud dominum suum & apud principem carceris dedisset, praeventus tunc est ut ab homine auxilium postularer, dicens magistro pincernarum, Memento mei cum tibi bene fuerit, & supplica Pharaoni, ut me eiciat de isto carcere. Et quia nondum scriptum erat, Bonum est sperare in domino, quam sperare in homine: cum in omnibus dei gratiam meruisset, surreptum est illi ut ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere tanquam diceret ei deus: Ego tibi ostendo, ut magis a me quam ab homine debeas auxilium postulare. Sine ulla enim dubitatione credendum est, quod pro castigatione sancti Ioseph non permisit deus magistrum pincernarum ut in mente haberet quod ei sanctus Ioseph quando de carcere dimissus est supplicauerat. Et quia etiam ipse Ioseph quantum sanctus tunc, sine peccato esse non poterat, ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, ut in eo impleretur quod scriptum est, Ego quos amo arguo, & quos diligo castigo. Si diligenter attendimus fratres charissimi, quod erga beatum Iacob deum fecisse credimus, hoc etiam Ioseph circa fratres suos exercuisse cognoscimus, qui utique tam sanctus fuit, ut eos odio habere potuisset. Vnde credendum est, quod ideo eos tantis tribulationibus fatigauerit, ut illos ad confessionem criminis, & ad medicamentum poenitentiae prouocaret. Denique cum ingenti dolore dixerunt se merito pati illa, quia peccassent in fratrem suum videntes angustiam eius. Et quia sciebat beatus Ioseph, quod fratribus suis parricidij crimen sine grandi poenitentia indulgeri non posset, & semel & secundo & tertio illos medicabili tribulatione tanquam spiritali igne decoxit, non ut se vindicaret, sed ut illos corrigeret, & de tam graui crimine liberaret. Denique priusquam peccatum suum confiterentur, & crimen quod admiserant mutua inter se castigatione consumerent, nec agnoscendum eis se dedit, nec pacis osculum eis indulsit. Cum vero illos pro peccato quod in ipso admiserant

Iob. 15.

1. Ioan. 11.

Prouer. 17.

Ecclesiastic. 27.

Hebr. 12.

Act. 14.

Gene. 39.

Gene. 40.

Psal. 117.

M

Apoc. 3.

Gene. 42.

Gene. 45.

**A** serant humiliter videret afflictos, deosculatus est singulos, & per singulos fleuit, & paucitum colla pio oculorum re perfudit, odium fratrum charitatis lachrymis abluerat. Quod ergo deus in beato Iacob fecit, & quod Ioseph erga fratres exercuit, hoc etiam & nos in illis qui in nobis peccauerint debemus implere, & non ipsos sed peccata eorum studeamus odire, & ita velimus secundum culpa merita durissima castigatione corripere, ut eos studeamus in veritate diligere. Haec si facimus fratres charissimi, impletur in nobis illud quod scriptum est, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ad extremum ut totum quod dixi breui sermone concludam, taliter indulgeamus eis qui in nobis peccauerint, qualiter volumus ut nobis indulgeat deus quotiens in illo peccamus. Haec si facimus, securi possumus dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Adhuc nos delectabat cum charitate vestra de beato Ioseph aliquid loqui, sed propter pauperes qui ad opera sua festinant, melius est hoc ut nobis in die crastina referemus. Et ideo conuersi ad dominum misericordiam ipsius deprecemur, ut desiderium audiendi verbum dei quod in nobis placatus contulit, & augere semper & conseruare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

Gala. 6.

Matt. 6.

Luc. 15.

Sermo LXXXIII.

Gene. 39.

Gene. 39.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Homo quidam habuit duos filios. Et dixit adolescens ex illis, Pater, da mihi portionem substantiae, & cetera. Quae habentur inter sermones de uerbis domini trigessimus quartus. Et de questionibus Euangeliorum libro secundo, capite trigesimo tertio. Et inter sermones ad fratres in eremo. XXXVII.

Dominica tertia in quadragesima, de Ioseph, & domina sua: Sermo I.

**B**eatus Ioseph sanctus & fidelis domini famulus tribulationibus magis iustus ostenditur, qui primo inuidia fratrum Hismaelitis in seruum additus, ab eisque uenditus a quibus se viderat adorandum, deinde Aegypto domino traditus, semper tamen ingenui animi tenuit dignitatem, docuitque exemplo suo & seruos, & liberos in peccato non conditione coaequales esse, sed mente. Cum esset decorus & speciosus facie, pulchritudinem vultus sui non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suam gratiam conseruauit, hoc se pulchriorem iudicans, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur: & illum esse verum decorem qui non alienos oculos caperet, nec mentes fragiles vulneraret. Crimen enim dominae suae fuit quae male vidit non beati Ioseph qui male videri non voluit. Nec in eo qui visus est culpa est, quia non erat in potestate seruili ut non videretur a domina: maritus debuit cauere uxoris oculos. Discant tunc & viri cauere oculos foeminarum, cum & amantur & qui nolunt amari. Denique ad amatus est Ioseph, qui amantem contempserat: & bene excusauit eum scriptura, dicens, Immisit oculos uxor domini eius in Ioseph: hoc est, non iste se ostentauit, nec illa cepit incautum, sed illa retia sua immisit, & indagine sua capta est: catenas suas sparsit, & in suis vinculis colligata est. Dixit autem illi, Dormi mecum. Prima adulterij oculorum tela sunt, secunda verborum. Sed qui non capitur oculis potest verbis resistere. Excusatur quod Tomus decimus.

ingressus est, praedicatur quod elapsus est. Nec plus fecit per vestimenta corporis quam per animi castimoniam: reliquit tanquam non sua, quae adulterae manibus detinebat, & aliena iudicauit quae tactu impudicae poterant comprehendi. Magnus plane vir, qui venditus seruire tunc nesciuit, ingenuam adamatus non redamauit, rogatus non acquieuit, apprehensus auisus: concupiscitur adolescens a domina, sed ad concupiscentiam prouocatus & rogatus refugit, vna hac in re blanditiis supplicat, quae in ceteris imperabat. Amabat illum, an potius se? Ego puto quia nec illum, nec se. Si illum amabat, quare volebat perdere? Si se amabat, quare querebat perire? Ecce probaui, quia non amabat: veneno libidinis ardebat, non flamma charitatis lucebat. Sed ille nouerat videre quod illa non nouerat. Pulchrior erat intus Ioseph quam foris, pulchrior in luce cordis quam in facie corporis: ubi illius foeminae oculus non penetrabat, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuens ergo interiorum pulchritudinem castitatis in speculo conscientiae suae, quando illam maculari, quando violari foeminae tentatione permetteret: Quod ergo videbat in se, & tu vis videre in te pulchritudinem pudicitiae interioris spiritus talem? Si habes ad illam qualescunque oculos, exempli gratia tibi aliquid propono, ipsam vis in coniuge tua: noli ergo odisse in aliena, quod amas in tua. Quid enim debes amare in coniuge tua? Utique castitatem. Hanc odisti in aliena. Serua ergo in coniuge aliena quod seruare cupis in tua, quia & in uxore castitatem potius diligis quam carnem. Sed forte existimas te amator esse carnis uxoris tuae & non castitatis. Sordida quidem cogitatio, misera & voluptuosa, sed non te dimitto sine exemplo. Tu putas quod carnem amas uxoris tuae, ego enim dico quod castitate plus amas. Denique hanc plus amas in filia tua. Quis enim hominum, qui non filias suas castiget, & non castas esse velit? Nunquid & ibi carnem amas? Nunquid concupiscis corpus pulchrum, ubi exhorrescis incestum? Si ergo amator te castitatis conuincis, quid te offendisti ut eam non ames in te? Quod amas in filia tua, ama hoc & in uxore aliena, quia & filia tua uxor erit aliena. Ama ergo & in te castitatem. Na si amas uxorem alienam, non continuo habebis castitatem si amaueris, mox habebis. Blanda castitas & sancta, in cubiculo cordis tui suauis est, eius amplexus non habet amaritudinem, conuersatio illius in nullo tibi in domo conscientiae contradicit. Ama ergo & in te & in aliis castitatem, & imitaberis beatum Ioseph, qui noluit impudicae mulieri accubitu illicito consentire, repulit concupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suam. Amator dei dilectissimi mulieris amore non vincitur, castum animum incitans adolescentia non permouit, nec diligentis auctoritas. Mirati estis castitatem, aspiciate nunc benignitatem. Ille pro odio reddit charitatem, & cum videret fratres suos, immo inimicos ex fratribus, cumque ab eis agnosci vellet, dilectionis affectu pio dolore testatus est ad eos. Osculabatur singulos & per singulos flebat, & irriguis fletibus paucitum colla perfudit. Odium fratrum charitatis lachrymis abluerat. Constat viuo patre atque mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur illum in quo ad necem fuerat deiectus in lacum, non cogitauit addictam precio germanitatem sed pro malis bona restituens, iam tunc necdum data apostolica praercepta compleuit. Ergo beatus Ioseph cogitans vere charitatis dulcedinem, venenum inuidiae, quo fratres suos nouerat fuisse percussos, deo auxiliante studuit de corde suo repellere. Et reuera fratres

E

Sapient. 8.

F

Gene. 45.

y tres,

**G** tres, quid infelici viro praestat invidia, quem in secretis conscientiae quibusdam vngulis liuor ipse discerpit, & alienam foelicitatem tormentum illius facit: Quam inquam mercedem ex odio suo recipiet, nisi horribilis anima tenebras, & confusa mentis horrorem, qui vultu semper animoq; moerente voto quo vult alij nocere, se cruciat, quem saeuissimis exagitatum stimulis ab omni consilio ac mentis sobrietate deturbat? Et ideo obseruamus fratres vitij huius incursum, ne forte participes operis diaboli inueniamur, & pari cum illo sententia coedemur, sicut scriptum est, Inuidia diaboli, mors intrat in orbem terrarum. Imitantur autem ei qui sunt ex parte eius. Quod malum laedit parum aliquid etiam eos in quos intenditur, grauius tamen & perniciosius eos prius a quibus procedit affligit. Sicut enim erugo ferru, ita inuidia illa ipsam animam in qua est interimit & consumit. Et sicut aiunt, viperas dilacerato & dirupto illo ipso materno vtero in quo concepta sunt nasci, ita & inuidia natura illam ipsam animam a qua concepta est & consumit & perdit. Qualis haec anima tinea est? Quae cogitationum tabes pectoris? Quanta rubigo zelare in homine donu dei, & in malo opprobriobona aliena conuertere aliorum gloriam facere poenam suam velut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se interstinis cruciatibus lacerent? Non cibus palustris latus: non potus potest esse iucundus. Suspiratur semper & ingemiscitur ac doletur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Et quantum ille cui inuidet successu meliorem profecerit, tantum inuidus in maius incedium liuoris ignibus exardescit: pallor in facie, tremor in labiis, stridor in dentibus. Quisquis ille est quem in zelo suo persequitur inuidus, subterfugere eum forsitan poterit & vitare: inuidus vero fugere non valebit. Vbiunque fuerit, aduersarius suus secum est hostis in pectore semper inclusus. Denique dominus in Evangelio, cum eum discipuli interrogarent, quis inter illos maior eslet, respondit: Quisquis fuerit, inquit, minimus in omnibus his, hic erit magnus. Quo verbo omnem causam & materiam mordacis inuidiae eruit & abscindit. Christiano ergo populo zelare non licet. Contra inuidiam redde humilitatem. Audi beatum Ioannem Apostolum in epistola sua dicentem: Qui odit fratrem suu, homicida est. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suu odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod vadat. Descendit enim in gehennam ignarus, & cecus praecipitatur in poenam. Recedit ipse scilicet a Christi lumine momentis & dicens: Ego sum lux mundi, & qui credit in me, no ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae. Nos vero deo auxiliante venena inuidiae fugientes, non solum cum bonis, sed etiam erga malos charitatis dulcedinem habeamus. Sit in manibus diuina lectio, in sensibus dominica cogitatio, oratio iugis omnino non cesset, & salutaris operatio perseueret, vt quotiens ad tentandum nos accesserit inimicus, semper nos bonis operibus inueniat occupatos. Consideret ergo vnusquisque conscientiam suam, & si se videt de prosperitate proximi sui inuidiae veneno percussu, euellat de pectore suo spinas & tribulos, vt in eo semen domini quasi in fertili agro multiplicata segete luminis concipiatur, vt amaritudo inuidiae, Christi dulcedine leniat. Amet eos & quos anteoderat, & de meliorum semper profectibus gratuletur. Non derogat sacerdotibus, nec praepositos suos venenatis dentibus lace- ret, faciat se illis adunata dilectione participem. Dimit-

titur ei quando & ipse dimiserit: accipientur sacrificia sua, cu & ipse pacificus ad deu accesserit. Cogitet vnusquisque paradisi delicias, regno coelesti discat adherere, ad quod nisi concordet & vniuersis spiritu no admittitur. Cogitemus ergo fratres, qd filij dei hi soli possunt vocari, qui sunt pacifici, secundu quod scriptu est: In hoc cognoscent oes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ad quod vos pius dominus bonis operibus sua protectione perducatur, cui est honor & imperiu cu patre & spu sancto in secula seculoru, Amen.

In eadem dominica, de eo quod scriptum est, Mortuus est Ioseph, & filij Israel creuerunt & cat. Sermo II.

**A** vdiuimus in lectione qua lecta est fratres dilectissimi, quod mortuo Ioseph filij Israel creuerunt, & multiplicati sunt nimis, & quasi herba germinauerunt. Quid est hoc fratres charissimi? Do nec viueret Ioseph no referuntur creuisse filij Israel, nec quod multiplicati sunt nimis: sed postquam mortuus est, sic germinasse dicuntur, cum vtique sub patrocinio vel defensione Ioseph magis debuerant crescere & multiplicari. Sed haec fratres charissimi, in illo Ioseph figurata sunt, in nostro autem Ioseph, id est, domino Christo in veritate completa sunt. Prius enim quam moreretur, id est, quam crucifigeretur Ioseph noster, pauci in eum crediderunt: postquam vero mortuus est & resurrexit, in vniuerso mundo multiplicati sunt, & creuerunt Israelita, id est, populi Christiani. Sic & ipse dominus in Evangelio dixit: Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Postea enim quam passione preciosum granum frumenti mortuum est & sepultum, per vniuersum mundum de vno illo grano messis ecclesiae pullulauit. Non enim, sicut antea, in Iudaea tantum notus est deus, nec solum in Israel nome ei colitur, sed a solis ortu vsq; ad occasum nomen illius collaudatur. Interea mortuus est Ioseph, & surrexit nouus rex in Aegypto, qui ignorabat Ioseph, & alloquitur gentem suam, vt persequerentur filios Israel. Dum rex ille viueret qui nouerat Ioseph non referuntur afflicti fuisse filij Israel, nec in luto & latere fatigati, nec masculi eorum necati & foeminae viuificatae, sed postquam surrexit rex ille qui non nouerat Ioseph, omnia illa gesta referuntur. Haec enim fratres secundum quod dicit Apostolus, in figura contingebant populo Iudaeorum, scripta sunt autem propter nos. Quod in illis carnaliter figurabatur, in nobis spiritaliter adimpletur. Et nos ergo si diligenter attendimus, intus in nobis in homine interiore haec fieri frequenter agnoscimus. Anima enim nostra aut a legitimo rege regitur, aut a tyranno vastatur. Si enim deo adiuuante pie viuimus, si de charitate, de misericordia & de patientia atque poenitentia, ceterisque his similibus cogitamus, licet adhuc in Aegypto, id est, in carne sumus, tamen a Christo rege gubernamur, & ipse regit nos in luto & latere, sed non consumit, nec nos curis terrenis vel nimis sollicitudinibus atterit & affligit. Si vero anima nostra coeperit declinare a deo, & ea qua sunt turpia & inhonesta sectari, tunc prudentia carnis qua inimica est deo, repudiato rege Christo, subdit infelicia colla tyranno. Quod cum fuerit factum alloquitur gentem suam, id est, corporis voluptates, & vitiorum ducibus ad consilium conuocatis inuit de liberatione aduersus filios Israel, id est, aduersus cogitationes sanctas & acceptabiles deo quomodo circumueniantur, quomodo opprimantur, vt luto & lateribus affligantur,

**A** affligantur, vt masculos interficiant & foeminas referuent. In masculis intelligitur sensus rationalis, in foeminis concupiscentia carnis. Vult ergo diabolus in nobis viros occidere & foeminas referuare, id est, sensum in nobis rationabilem ac deum videntem extinguere, & qua ad concupiscentiam carnis pertinent referuari. Non nobis haec ad historiam tantum scripta sunt, nec putandum est diuinos libros Aegyptiorum gesta narrare, sed qua scripta sunt, sicut Apostolus ait, ad nostram doctrinam & commonitionem scripta sunt, vt tu qui haec audis, & gratiam baptismi iam consecutus es, & annuerat es inter filios Israel, & suscepisti in rege Christum si post hoc declinare volueris & pro cupiditate opera seculi agere, actus terrae & luti, id est, luxuriosa explere ministeria agnoscas & intelligas quia surrexit in te rex alius qui nescit Ioseph. Rex Aegypti ipse te cogit ad opera sua, non iustitiae, sed iniquitati seruire: ipse faciet laterem sibi operari & lutum: ipse te sub praepositis, magistris & compulsoibus ad opera terrena & luxuriosa plagis & verberibus ager: ipse est qui te facit discurre per seculum, maris ac terrae elementis pro cupiditate turbari: ipse est rex Aegypti, qui te forum pulsare litibus facit, & pro exiguo terra cespite propinquos iurgis fatigare: ipse est qui te persequitur luxuria castitati infidari, decipere innocentiam, in domum tua qua sunt foeda, foris qua sunt crudelia, intra conscientiam qua sunt flagitiosa committere. Si ergo tales videris esse actus tuos, scito te regi Aegypti militare, id est, non Christi, sed diaboli spiritu agi. Nos fratres charissimi, qui ante aduentum domini Saluatoris, domus diaboli fuimus & per gratiam Christi de potestate ipsius liberari meruimus, quantum possumus ipso deo adiuuante laborare debemus, ne a nobis malis actibus nostris offensus Christus abscedat, & diabolus illo recedente succedat, ne forte cor nostrum vero lumine effocato tenebrosa nox occupet, ne in nobis impleatur illud quod in Evangelio scriptum est, Cum exierit spiritus immundus ab homine, vadit per loca arida, quaerens requiem & non inuenit: post haec dicit. Reuertit in domum meam vnde exiit. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & adducit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & erunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc enim charissimi de Christiano etiam baptizato intelligendum est. Per gratiam enim baptismi vacatur quisque omnibus malis, postea vero cu dei adiutorio laborare debet vt impleatur omnibus bonis. Na si aliquis liberu a malis vacuque a bonis inuenit inimicus, adducit secum alios spiritus nequiores se, & erunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Et ideo vnde expulsa est luxuria, introducat castitas: vnde eradicata est auaritia, plantetur eleemosyna: vnde malitia vel inuidia expellitur, charitas dominetur. Et quia veniens dominus noster alligauit fortem, id est, diabolu: & vasa eius, id est, nos de potestate eius eripuit, quantum possumus ipso auxiliante studeamus: vt illi a quo saluati sumus, toto corde & toto animo vsque ad vitam nostram terminum seruiamus. Et quia exptilo diabolo domum sibi de nobis vbi quiesceret, & vasa in quibus habitaret facere dignatus est Christus, in domo sua non patitur iniuriam, nihil ibi inhonestum, nihil sordidum, nihil deprehendat obscurum: sed ita domicilium cordis nostri fide plenum, & vacuum malis omnibus semper inueniat, vt nos non solum frequentius visitare, sed etiam habitare in nobis dignetur. Qui cu patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homiliae de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Erat Iesus euiciens demonium, & illud erat mutum & cetera. Quae habentur De questionibus Evangeliorum libro primo, capite quinto. Et libro secundo, capite decimo septimo. Et inter sermones de verbis domini unum decimo.

Feria secunda post tertiam dominicam in Quadragesima, de paleis Aegyptiorum, Sermo I.

**Q**uanis fratres charissimi omni tempore verbum dei cum grandi desiderio nos oporteat fideliter semper audire, in istis tamen diebus specialiter lectioni diuinae insistere, & de salute animae nostrae debemus attentius cogitare, quia per totum anni spacium Christianorum populus multis vitiorum fluctibus calliditate diaboli infectatur, qui appropinquante paschali solennitate, maiore impetu contra fideles quosque se preparare consuevit, & grauioribus stimulis corda nostra compungere vel inquietare contendit. Sicut enim in diebus istis ad similitudinem diaboli & angelorum eius Pharaon & Aegyptioru populus persequebatur filios Israel, & luto eos ac lateribus affligentes ad amaritudinem perducebant: ita & hoc tempore imminente paschali solennitate, quia veros Israelitas qui baptizandi sunt, dolet diabolus de suo exercitu vel possessione discedere, grauiores consuevit tribulationes immittere, maiora scandala concitare. Sed nos si Moysen sequimur, id est, si legem libenter audimus, retrospicere vel desiderare Aegyptum nolumus, Pharaone submerso per sacramentum baptismi, velut per transitum maris rubri de eius potestate vel seruitio liberamur. Certissimum est fratres charissimi, quia quomodo tunc Aegyptij filios Israel multis tribulationibus ad amaritudinem perducebant: ita, sicut iam diximus, & in hoc tempore diabolus & angeli eius fideles Christianos & bonis operibus deditos impugnare vel inquietare non cessant. Hoc tamen scitote fratres, quia diabolus non persequitur nisi bonos. Malos enim luxuriosos, cupidos & superbos persequi diabolus non consuevit. Amici enim sunt sui, & semper voluntates illius faciunt. Et intantum eos non persequitur, vt etiam per illos alios persequatur. Malos enim homines diabolus quasi malleos vel flagella habere consuevit. Denique non persequitur bonos, nisi per malos. Habet ergo deus minimos suos, habet & diabolus adiutores suos. Deus enim per homines bonos tanquam per ministros suos agit omne quod bonum est, diabolus vero per homines malos velut per satellites suos exercet omne quod malum est. Diabolus per malorum auaritiam vestitos expoliat, deo per homines bonos vestit nudos. Diabolus per impios & superbos etiam & eos qui pacem habere videntur, ad scandala vel lites instigat, deus per pios & humiles discordes quoque pacificat. Et quia longum est ire per singula, vt pro certo agnoscat & intelligat charitas vestra: quia sicut omne quod bonum est per bonos homines agit deus: ita omne quod est crudele & impium, per malos homines consuevit exercere diabolus. Denique considerate fratres, & corporalibus etiam oculis videbitis, quomodo populus diaboli persequitur populum Christi, dum adulteri persequuntur castos, infectantur sobrios ebriosi, humilibus insidiantur superbi, benignos inuidi, largos cupidi, & eos qui mansuetudine vel patientiam retinent affligere non desunt iracundi. Et ideo consideret vnusquisque conscientiam suam, & si se videt & in cogitatione & in opere semper quod bonu est dilige

Sapientia.

Ad fratres Ieremo ser. 18.

Math. 18.

1. Ioan. 3. 1. Ioan. 2.

Ioan. 8.

Luc. 6.

K

Math. 5. Ioan. 13.

Exod. 1.

Sermo LXXXIII. Exod. 1.

L

Ioan. 11.

Psal. 75.

Exod. 1.

1. Corin. 10.

M

Roma. 8.

D

Luc. 11.

Sermo LXXXV.

Exod. 1. E

F

Gre: & quod honestum est iugiter exercere, ministrum se dei esse cognoscat & gaudeat. Qui vero seipsum interrogans videri quod malum est, non solum cogitare, sed etiam dicere vel exercere, adiutorem diaboli se esse intelligat simul & dicat, & dum adhuc peccatrix anima in corpore suo tenetur inclusa, cum dei adiutorio de potestate diaboli se conetur erueri. Nemo se circumueniat fratres charissimi. Vnusquisque cuius opera & voluntates exercet in isto seculo, cum ipso erit postmodum in futuro. Ac sic omnis homo aut cum Christo regnatus est, aut cum diabolo in inferni supplicio cruciatus. Et ideo dum tempus est, & in nostra potestate consistimus, cum dei adiutorio vnusquisque qui se malis operibus in sinistra esse cognoscit, priusquam ab hac luce discedat, ad dexteram transire contendat, non ad sinistra, ne audiat, *Discedite a me maledicti in ignem aeternum: sed ad dexteram, ut inter agnos audire mereatur: Venite benedicti, percipite regnum.* Ut haec omnia cum dei adiutorio possimus implere, attentius de dandis eleemosynis cogitemus. Qualiter autem de sinistra transeat ad dexteram, euident & manifesta ratio demonstrat. Qui fuit ebriosus sit sobrius, sit patiens qui fuerat iracundus: qui solebat res alienas rapere, incipiat etiam proprias pauperibus erogare: qui solebat maledicere, benedicat: qui solebat periurare, etiam a iuramento abstineat: qui consueuerat detrahere, semper quod bonum est loqui studeat: qui erat superbus sit humilis. Et hoc ordine semper contrariis studeamus sanare contraria, ut destructis vitiis, virtutes festinemus instruere. Et hoc ordine qui sunt in sinistra, transire conentur ad dexteram, ut ante tribunal aeterni iudicis quicumque talis esse voluerit, audire mereatur, *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui, ad quod vos dominus perducere dignetur: cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.*

Item eodem die Sermones de Epistola & Euangelio eiusdem diei, habentur infra dominica sexta post octauas festi Trinitatis, & inter Sermones ad fratres in eremo trigesimo secundo.

Feria tertia post tertiam dominicam in Quadragesima, de natiuitate Moysi & rubo, Sermo I.

**I**n lectione diuina, fratres charissimi quae nobis recitata est audiuius, quod posteaquam sanctus Moyses natus est, propter metum Pharaonis missus sit in scellam scirpeam, & proiectus in carectum fluminis. Si diligenter attendimus fratres charissimi, sicut beatum Isaac & Iacob & Ioseph, ita Moysen typum Christi praetulisse cognoscimus. Denique considerate diligentius, & videbitis quanta in illo sint figurata mysteria. Moyses a muliere Iudaea nascitur, & a Pharaonis filia adoptatur. Filia enim Pharaonis Ecclesiam signauit, quae exierat de domo patris sui, & veniebat ut lauaretur ad aquam. Pharaon in diaboli typum accipitur, filia eius, sicut dixi, Ecclesia intelligitur. Quod autem pater eius diabolus antea fuerit, dominus in Euangelio Iudaeos increpans, ait: Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Patrem ergo diabolum habuimus, non ex eo nascendo, sed nequitias illius imitando. Exierat ergo filia Pharaonis de domo patris sui, quae quantum impium habuerit patrem, attamen ei dicitur per Prophetam: Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, Qui dicit: Audi filia, pater est. Et ille qui admonetur obliuiscendus, pater nihilominus nominatur: ac sic deus pater admonet, ut diabolum pa-

trem debeat derelinquere. Haec ergo est Ecclesia quae exiit de domo patris sui diaboli, & ad aquam, id est, ad aquam baptismi festinauit, ut lauaretur a peccatis quae in domo patris sui contraxerat. Denique statim viscera misericordiae accipere meruit, & cepit Moysen a parentibus suis proiectum in flumine. Moyses ergo a matre sua proicitur, & a Pharaonis filia inuenitur atque colligitur: & Christus dominus a synagoga de qua natus est repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur atque suscipitur. Postquam autem creuit Moyses, abiit in regionem longinquam, & accepit Aethiopsam vxorem. Agnoscite fratres hoc non paruum esse mysterium, Aethiopsa illa ex gentibus erat, quam beatus Moyses duxit vxorem, quia & Christus ex gentibus sibi sociaturus erat Ecclesiam. Moyses dereliquit populum suum in longinquis regionibus, & Aethiopsa coniungitur: & Christus derelicto populo Iudaeorum, de extremis regionibus Ecclesiae sociatur, illi vtique quae dicit in Psalmis: A finibus terrae ad te clamant. Audi ex persona Ecclesiae, in canticis canticorum ait Ecclesia: Nigra sum & formosa. Quid est, Nigra sum & formosa, nisi nigra per naturam, formosa per gratiam? Nigra originali peccato, formosa baptismi sacramento. Dum ergo pasceret Moyses oues foci sui in deserto apparuit ei dominus in rubo, & dixit Moyses: Vadam, & videbo quare rubus ardet, & non consumitur. Et appropinquanti dixit dominus: Ne appropinques huc, sed solve corrigiam calciamenti tui, quia locus in quo stas terra sancta est. Rubus ille genus est spinarum. Ardebat enim, & non consumebatur. In rubo significata est synagoga Iudaeorum. Multo enim tempore in eis feruor & flamma sancti spiritus fuit, & tamen ita contra dei gratiam rebelles semper spiritu sancto resisterunt, ut eorum peccata vel sacrilegia igne sancti spiritus consumi non possent. Dixit autem dominus ad Moysen: Veni & mittam te in Aegyptum. Et respondens Moyses dixit: Domine non sum eruditus, & tardus sum ad loquendum. Et ait illi dominus: Ego aperiam os tuum, & instruum te quae oportet te loqui, & beati sunt quorum os dominus aperit ut loquantur. Omnibus enim qui pro veritate, pro iustitia, pro castitate, pro humilitate, pro misericordia loquuntur, sine vlla dubitatione os illorum non aperit nisi dominus. Sicut e contrario qui de luxuria, de auaritia, de superbia, de rapinis, de scurrilitate vel nequitia assidue loquuntur, quis illorum os aperiat non opus est dicere, potest hoc vnusquisque sine vlla difficultate cognoscere. Et ideo fratres charissimi, auxiliante domino bona iugiter cogitemus, ut os nostrum non crudelis aduersarius, sed deus pius aperiat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Vnusquisque nostrum cuius praesentiam susceperit in corde, ipsius verba proferre consuevit ex ore. Nostrum autem cor aperiat Christo, & claudatur diabolo, ut in nobis impleatur illud quod de domino & populo sancto scriptum est: Et habitabo, inquit in eis, & inambulabo. Et iterum: Ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui semper quod iustum est loquitur, & deus in illo habitat & ipse in deo. Dixit ergo dominus ad Moysen: Quid est, inquit, quod in manu gestas? Et ille ait: Virga. Proiecit, inquit, eam in terram. Quam cum proiecit, versa est in serpentem, ita ut fugeret Moyses. Virga illa fratres charissimi, crucis mysterium praeferebat. Sicut enim per virgam Aegyptus decem plagis percussit, ita & per crucem totus mundus humiliatur & vincitur. Et sicut Pharaon

**A** Pharaon & populus eius per virgae sacramentum affligitur, ut ad seruendum deo dimittat populum Iudaeorum: ita & diabolus & angeli eius per crucis mysterium fatigantur, & premuntur, ut a dei seruitio reuocare non possint populum Christianum. Quod autem misit Moyses manum suam in sinum suum, & protulit eam leprosam, & iterum misit & protulit sanam, & carni reliquae similem non ociose debemus accipere. In manu illa typus synagoga vel ecclesiae gerebatur. Sicut prior fuit populus Iudaeorum, posterior gentium, ita ante fuit synagoga quam ecclesia. Sed quia ecclesia eligitur & synagoga repudiatur, ideo in primis manus Moysi leprosa efficitur, & postea carni reliquae similis redditur: ac sic synagoga propter infidelitatem leprosa relinquitur, ecclesia quasi manus sana ad omne opus apta praerigitur. Leuauit ergo Moyses Sephoram vxorem suam, & veniebat in Aegyptum: & asitit dominus contra eum, & volebat occidere eum. Forsitan in hoc loco possumus intelligere, quod displicerit deo, quare Moyses tanta mirabilia facturus, vxoris impedimentum secum ducere vellet in Aegyptum. Vnde datur intelligi, quod ex illo loco remiserit vxorem suam ad focerum suum. Nam intantum sine illa descendit in Aegyptum, ut postea iam in eremo constituto Moysi ipsam vxorem suam, sicut legimus, Ietro cognatus suus adduxerit. Quod autem virga proiecta in terram, versa est in serpentem, quid significet videamus. Serpens pro sapientia reputatur, sicut dominus in Euangelio: Estote, inquit prudentes sicut serpentes. Virgam crucem diximus figurasse. Crux ergo quae infidelibus stultitia esse creditur, sicut dicit Apostolus: Gentibus stultitia, posteaquam in terram missa est, id est, ad passionem domini praeparata, versa est in serpentem, hoc est, in sapientiam: & in tantam sapientiam quae omnem mundi istius sapientiam deuoraret: denique omnes serpentes quos magi incantationibus suis fecerant, deglutit. Per virgam ergo Aegyptus flagellatur, & per crucem mundus vincitur, & diabolus superatur. Oremus ergo fratres charissimi, ut & nobis Christus dominus pro sua pietate concedat mundi huius concupiscentiam vincere, & de diabolo & angelis eius ante tribunal suum felicem victoriam reportare, cui honor est & imperium in secula seculorum, Amen.

In eadem feria, de decem plagis Aegyptiorum, Sermo II.

**M**oyses ad Aegyptum veniens, fratres charissimi, desert & virgam, quae castigat & verberat Aegyptum decem plagis. Moyses, lex intelligitur, quae data est huic mundo, ut eum decem plagis, id est, decem mandatis quae in decalogo continentur, corripiat & emendet. Quod autem lex Moyses intelligi possit, dominus in Euangelio dixit, Habent Moysen & prophetas, id est, legem & prophetas. Virga vero per quam Aegyptus subicitur & Pharaon superatur, crucis Christi imaginem praeferebat, per quam mundus hic vincitur, & princeps huius mundi cum principibus & potestatibus triumphatur. Quod autem virga proicitur, & fit draco vel serpens, & deuorat Aegyptiorum serpentes. Serpens pro sapientia ponitur: sicut scriptum est, Estote prudentes sicut serpentes. Idcirco virga Moysi, id est, crux Christi posteaquam ad terras descendit: id est, posteaquam ad credulitatem & fidem hominum venit, couersa est in sapientiam, & in tantam sapientiam quae omnem Aegyptiorum, id est, huius mundi sapientiam deuoraret. Quod vero aquae fluminis vertuntur in sanguinem, Tomus decimus.

nem, satis conuenienter aptatur, ut simius cui Hebraeorum paruulos crudeli nece tradiderant, auctoribus sceleris poculum sanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis, quem parricidali caede macularant, potando sentirent. Secunda vero plaga in qua inducuntur ranae, indicari figuratim arbitror carmina poetarum, qui inani quadam & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus similes mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim animal illud vtile est, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddat. Post hoc scynifes producuntur. Hoc animal penitus quidem suspenditur per aera volitans, sed adeo subtile est & minutum, ut oculi visum nisi acute cernentis eludat: corpus tamen cum infederit, acerbissimo terebrat stimulo, ita ut quae volentem quis videre non valet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissima arti philosophiae vel haereticorum calliditati poterit comparari, quae minutis & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circūuenit, ut deceptus quisque nec videat, nec intelligat unde decipitur. Quarto quoque in loco cynomya, id est, musca canina inducitur, quae Cynicorum sectae merito comparatur, qui ad reliquas deceptionis suae improbitates, etiam voluptatem & libidinem summum praedicat bonum. Quonia igitur per haec singula prius deceptus est mundus, adueniens sermo & lex dei huiusmodi est correptionibus arguit, ut ex qualitate poenarum qualitates proprias agnoscat erroris. Quinto in loco animalium nece vel pecudum Aegyptus verberatur. Vecordia in hoc arguitur stultitiaque mortalium, qui tanquam irrationabilia pecora cultum & vocabulum dei imposuerunt figuris, non solum hominum, sed & pecorum. Vnde iusto iudicio facti est, ut in quibus cultum credebant inesse diuinum, in his viderent miseranda supplicia. Vulnera post haec & vesicae cum feruore, sexto in verbera producuntur, & videtur mihi quod in vlcibus arguatur dolosa & purulenta malitia, in vesicis tumens & inflata superbia, in feruore, ira ac furoris insaniam. Hucusque per errorum suorum figuras mundo supplicia temperantur. Post haec vero verbera veniunt de supernis voces & tonitrua, & grado, & ignis discurrens in grandine. Videte temperamentum diuinum correptionis. Non cum silentio verberat, sed dat voces, & doctrinam coelitus mittit, per quam possit culpam suam mundus castigatus agnoscere: dat & grandinem, per quam tenera adhuc vastentur nascencia vitium: dat & ignem, sciens esse spinas & tribulos peccatorum quos debet ignis ille depascere: de quo dicit dominus, Ignem veni mittere in terram. Per hunc enim incentiuam voluptatis & libidinis consumuntur. Quod autem locustarum octauo in loco fit mentio, puto per hoc genus plagae aut detraherentis, aut semper a se discordantis humani generis instantiam designari. Locusta enim cum regem non habet: sicut scriptura dicit, Vna acie ordinatum ducit exercitum. Homines vero cum rationabiles a deo facti sunt, neque semetipsos regere potuerunt, neque dei regis patienter moderamina pertulerunt. Nona plaga tenebrae sunt, ut mentis eorum caecitas arguatur, ut intelligant diuinam dispensationis & prouidentiae obsecrissimas esse rationes. Posuit enim deus, sicut Psalmista dicit, Tenebras latibulum suum. Quae superbi audacter & temere perscrutari cupientes, & alia ex aliis asserentes, in crassas & palpabiles errorum deuoluti sunt tenebras. Ad vltimum, primogenitorum inferus interitus, Primogenita Aegyptiorum non incogruis principatus & potestates mundi huius, id est, diabolus & angeli eius intelliguntur, y iij quos

Math. 25.

Math. 25. Luc. 19.

Sermo LXXXVI. Exod. 2.

Ioan. 8.

Psal. 44.

Exod. 1.

Psal. 60.

L Cant. 1.

Exod. 3.

Exod. 3.

M

Luc. 6.

Leuit. 16. Ioan. 14.

Exod. 4.

Exod. 14.

Exod. 4.

Exod. 18. Exod. 4.

Math. 10.

1. Corin. 1.

Sermo LXXXVII. Exod. 7.

Luc. 16.

Exo. 7.

Math. 10.

Exo. 7.

Exod. 8.

Exod. 8. 14. de Ciuit. dei ca. 20.

Exod. 9.

Exod. 9.

F

Luc. 12.

Exod. 10.

Prouer. 30.

Exod. 10.

Psal. 17.

Exod. 12.



G quos in aduentu suo Christus destruxisse dicitur: id est, captiuos duxisse & triumphasse in ligno crucis sue. Possumus primogenita Aegyptiorum accipere etiam omnes haereticorum authores, & inuentores falsarum quae in hoc mundo sunt religionum, quas Christi veritas cum suis extinguit authoribus. Et ut haec quae dicta sunt tenacius vestrae memoriae inhaereant, & ea velut munda animalia, in ore cordis reuoluere, & spiritaliter ruminare possitis breuiter recapitulationem facimus. Quod enim in prima plaga aquae conuertuntur in sanguinem, significantur doctrina philosophorum, quae paruulos sensu decipiunt. Quod vero in secunda plaga, multitudo ranarum, intelliguntur in eis carmina poetarum, quae nullis vniquam prodesse potuerunt. In tertia plaga scynifes, id est, muscae minutissimae producantur, grauissimo stimulo corpora compungentes, & in eis philosophiae artis astutia, & infelicitium haereticorum venena vel commenta subtilissima designantur. Quarta plaga, musca canina inducitur, & Cynicorum doctrina merito comparatur, qui inter reliqua mala libidinem summum praedicant bonum. Quinto loco animalia occiduntur, & significatur in hoc vecordia vel stultitia hominum. Sexto loco vlcera & pustulae vesicae cum feruore mittuntur. In vlcibus arguitur dolosa & purulenta malitia: in vesicis, tumens & inflata superbia: in feruore, irae ac furoris insania. Postea vero septimo loco tonitrua & voces de caelo mittuntur simul & grando vel ignis. In vocibus & tonitruis agnoscitur doctrina caelestis, in grandine disciplina quam accipiunt peccatores, in igne gratia sancti spiritus, per quam libidinum voluptates & peccatorum tribuli consumuntur. Octaua plaga, locustae introducuntur. Animal dente noxium, & significatur in eis superbia hominum malignorum, qui se inuicem falsis testimoniis & proditiionibus persequuntur. De quibus Apostolus dicit, Si inuicem morderis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Nona plaga, tenebrae inducuntur, per quas caecitas mentis vel cordis arguitur. Decima plaga, primogenita percutiuntur, in quibus aut spirituales nequitiae, aut originalia peccata intelligi possunt, quae veniente Christo per mysterium crucis & gratiam baptismi deleri vel extingui manifestissime comprobantur. Haec ergo fratres charissimi, quae illo tempore per figuras & imagines legimus facta, gaudeamus & gratias deo agamus, quia in nobis per eius misericordiam & sentimus, & videmus esse completa: regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto, per omnia saecula saeculorum, Amen.

Recapitulatio.

Exod. 7.

Exod. 8.

Vbi supra

Exod. 8.

Exod. 9.

Vbi supra

Exod. 9.

Exod. 10.

Gala. 5.

Exod. 10.

Exod. 12.

Matth. 18.

Exod. 9.

Sermo LXXXVIII Exod. 4. & 7.



Votiens lectio illa recitatur, fratres charissimi, in qua frequenter audimus cor Pharaonis dominum indurasse, non solum laicis, sed etiam aliquibus clericis solet scrupulum generare. Dicunt enim aliqui inter se. Cur enim iniquitas illa Pharaoni imputatur, cum dominus cor illius obdurasse referatur?

Item eodem die Homiliae de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Si peccauerit in te frater tuus, & cetera. Quae habentur inter sermones de uerbis domini decimo quinto & decimo sexto, Et de questionibus Euangeliorum lib. secundo. capite quinto.

Feria quarta post tertiam dominicam in Quadragesima, de eo quod scriptum est, Indurauit dominus cor Pharaonis: Sermo I.

Et quia de hac re immundissimi Manichaei sacrilego furor scripturam veteris testamenti reprehendere solent: rogo vos fratres charissimi diligenter attendite, quia etsi non quantum debemus, certe vel quantum possumus breuiter volumus charitati vestrae suggerere, qualiter obdurationem illam debeatis accipere. Primo hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam prius deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Cum enim & semel & secundo & tertio vnusquisque graui peccata commiserit: expectat tamen illum deus, sicut per Prophetam dicit, Ut conuertatur & viuat. Cum vero in peccatis suis coeperit permanere, de multitudine peccatorum nascitur desperatio, ex desperatione obduratio generatur. Dum homines negligentes in primis despiciunt peccata sua quia parua sunt crescentibus minutis peccatis adduntur etiam crimina, & cumulum faciunt & demergunt. Quod cum factum fuerit, impletur hoc quod scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum contemnit. De talibus & Apostolus dicit, Ignoras quod patientia dei ad poenitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impoentens, thesaurizas tibi iram in die irae. Et de tali obduratione etiam alibi legimus, Equus indomitus euadit durus, & filius remissus euadit praecipit, Et iterum de corrigendo filio scriptura loquitur. Vnde ait, Tunde latera filij tui dum infans est, ne induret & non consentiat tibi. Ista enim testimonia scripturarum ideo charitati vestrae insinuare volui, ut intelligatis, quia & obduratio non dei potentia compellente perficitur, sed dei remissione vel indulgentia generatur: ac sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obdurasse. Denique quotiens eum dei plaga percussit, afflictus poenituit. At vbi ei remissio diuina indulgentiam dedit, iterum se in superbia elatus erexit. Hoc ergo definitissime credite fratres, & hoc intelligite, quia quotiens dominus dixit, Ego indurabo cor Pharaonis: non aliud intelligi voluit, nisi ego, inquit, suspensio plagas meas & flagella, vnde eum per indulgentiam meam contra me obdurari permitto. Sed forte aliquis dicat, Quare illum deus parcendo indurari fecerit, & quare flagella remouerit? Hoc loco securus ego respondeo, Ideo deus totiens flagella remouit, quia Pharaonem pro ingenti cumulo peccatorum suorum non tanquam filius ad emendationem meruit corripi, sed tanquam hostis permissus est indurari. Tantae enim illius iniquitates praecesserunt, & deum totiens sacrilego ausu contempserunt, ut in illo impleretur quod de talibus spiritus sanctus dixit, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua: Prodiit quasi ex adipi iniquitas eorum. Ecce qualiter obduratur, qui ad correctionem castigari a domino non meretur. De illis autem quos indurari dei misericordia non permittit: scriptum est, Flagellat deus omnem filium quem recipit. Et iterum, Ego quos amo, arguo & castigo. Et iterum, Quem enim diligit, dominus corripit. De hac obduratione etiam Propheta ex persona populi ad dominum clamat, dicens, Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Quod vtique non est aliud, nisi deseruisti cor nostrum, ne conuerteremur ad te. Quam rem multis praecedentibus sacrilegijs in populo Iudaeorum impletam esse cognouimus. Nemo ergo cum paganis aut Manichaeis dei iustitiam reprehendere aut culpae praesumat: sed certissime credat quod Pharaonem non dei violentia, sed propria iniqui-

Ezech. 33.

Prouer. 18.

Roma. 1. L

Ecclesiasticus 30.

Vbi supra

M

Psal. 71.

Hebr. 11. Apoc. 1. Prouer. 1.

Esai. 6.

A iniquitas & indomabilis superbia contra dei praecipit fecerit obdurari. Quid est autem quod dixit, Ego indurabo cor eius, nisi cum abfuerit gratia mea, obdurat illum nequitia sua? Et ut hoc euidentius possit agnosci, aliquam similitudinem de rebus visibilibus charitati vestrae proponimus. Sicut enim quotiens nimio frigore aqua constringitur, solis calore superueniente resoluitur, & discedente eodem sole iterum obduratur: ita nimirum peccatorum frigore refrigerat charitas multorum, & velut glacies obdurantur, & cum eis iterum calor diuinae misericordiae superuenit resoluntur: Ille vtique calor de quo scriptum est, Non est qui se abscondat a calore eius. Quod etiam erga Pharaonem impletum esse cognoscimus, a quo quotiens flagella remota sunt, contra deum se obduratus erexit, quotiens vero afflictus est, humiliter supplicauit. Quare autem deus noster non omnes ita misericorditer flagellat, vt nullum contra se obdurari permittat? Aut illorum iniquitati qui obdurari merentur ascribendum est, aut ad inscrutabilia dei iudicia referendum, quae plerumque sunt occulta, nunquam tamen iniusta. Nobis ergo sufficiat pie & humiliter credere illud quod Apostolus dixit, Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Et illud quod in cantico consueuimus psallere, Deus fidelis in quo non est iniquitas. Vnde sicut iam superius suggesti de Pharaone, hoc sine aliqua dubitatione credamus, quod eum non tantae dei potentia quam dei patientia fecerit obdurari. Quam rem etiam ipso confitente euidenter agnosceamus. Sic enim ipse cum castigaretur iustitia compellente professus est, Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Qua ergo conscientia Christianus deum iniustum esse conqueritur? Nam & intantum non eum deus irremouabiliter obdurauit, vt post decem plagas populum dei non solum dimitteret, sed etiam exire compelleret. Quod enim decem plagis percussus fecisse legitur, post primam castigationem implere potuisse cognoscitur. Quam rem etiam circa vernaculos nostros exercere consueuimus, quos nimis delicate aut satis remississime nutrimus, vel quibus frequenter peccatis indulgemus. Cum enim peiores de ipsa remissione redduntur: solemus his exprobrantes, dicere, Ego te talem feci, ego tibi parcendo proteritiam tuam negligentiamque nutriui. Et haec non dicimus, quod ex voluntate nostra in tantam sint superbia deuoluti, sed quia magis de bonitate vel indulgentia nostra fuerint obdurati. Ita & deus de Pharaone fecisse dinoscitur, dum ab illo pro ineffabili bonitate plagas suspendit, ille obdurato corde contra deum superbus erigitur. Ego vobis fratres charissimi hac suggerendo quasi indicula quaedam directa & obscura insinuare curauimus: Vos vero si pio & fidei animo sicut consueuimus scripturae diuinae sacramenta percipitis, domino donante plenius quid rei veritas habeat cognoscitis. Nos vero fratres charissimi qui in veritate agnoscimus, quod ex multitudine peccatorum desperatio nascitur, & ex desperatione obduratio generatur: secundum illud quod supra dictum est, Peccator cum venerit in profundo malorum contemnit: quotiens nobis aliqua peccata surrepserint, sine vlla mora medicamentum elemosynae vel poenitentiae festinemus animarum nostrarum vulneribus prouidere. Vtiliter enim malagma vel fibula calidis adhuc vulneribus apponitur, & cito ad sanitatem vulnus reducit, quod putrescere longa abusione non finitur. Et ideo quotienscunque delinquitur, peccata nostra iudices nos sentiant non patronos, accusatores suos & non defensores esse Tomus decimus.

Exod. 4. & 7.

Math. 24.

Psal. 15.

Roma. 9.

Deut. 32.

Exod. 9.

Prouer. 18.

C

cognoscant: secundum illud quod scriptum est, Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tu agnosce, & deus ignoscit. Nam quo pacto deus dignetur ignoscere, quod in se homo indignatur agnoscere? Quomodo enim si aliqua plaga aut aliquod vulnus in corpore nostro superuenit sine aliqua mora medicameta requirimus, & medicameta apponere festinamus, ita & in animae vulneribus, exercere debemus, ne forte si plus de corporibus quam de animae salute solliciti sumus, iniusto iudicio ancillam dominicae praefereamus increpationem propheticae mereamur excipere? Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hoc enim nobis oportet vt plus de animae quam de corporis incolumitate cogitemus, & imaginem dei ita in nobis studeamus excolere, vt ante tribunal aeterni iudicis sine confusione venire possim, Qui viuunt & regnant in saecula saeculorum, Amen.

D Psal. 56.

Psal. 47.

In eadem feria, de Pharaone, Sermo II.

Aegyptiorum turmae inter maritimos fluctus alienum iter ingressae aqua vindice puniuntur, vt illos in ditionem reuocarent, qui deum habebant peculiariter defensorem. Quos in medium marini alui sinum desperata traxit audacia, inanis furor irae amplius protocabat insania, confundentibus & in naturam suam redeuntibus vendis, grauius eos per diuersa mox litus excepit, & insipientes bestiarum pastibus arena seruauit. Elegerat deus Moysen qui Pharaonem virtutibus inuitaret, signis & magnalibus admoneret, vindicta terreret, & terribili seueritate compesceret. Sed dicitis, Quomodo posset liberari admonitus, qui iam dei sententia trahebatur? Obdurabo, inquit, cor Pharaonis. Sententiam protulit quae facturum promiserat, non quam iam fecisse monstrabat. Obdurabo, inquit, non obduro. Aliud est facere, aliud est quod iam fecisse promittitur, nec tamen impletur, vt metu terribili corrigantur. Consumi Hebraeos praecipit luto, latere, paleis denegatis, vt tandem afflictis si bellum contingeret Aegyptiis, non valeret resistere ciuitati, Leuantur ergo machinae vsque ad caelum, turres eminent, & aptissime construunt fabricam, non quod deessent adificia ciuitati, sed populum perire quaerebat, qui diuino fauore pollebat. Augetur populus dum opprimitur, & dum putat minui quotidie crescit. Plus insequitur quasi posset vincere, quos diuina maiestas praedixerat esse victores. Inter haec praecipit vocari obstetrices, imperat vt Hebraeorum si nati essent masculi necarentur, & sexus inferior seruetur. O prodigia furoris audacia: Necdum natis poena mandatur, & ante principium vitae periculum concitatur. Cohibe nefarie homo insaniam tuam. Quos necdum vides insequeris. Quid scelestius? nondum natos occidis. Seruet ordinem feritas tua, nascantur ante, quos punias. Prestant tamen partum ministras, noluerunt exercere ad perniciem quod didicerant ad salutem, facilius Hebraeos mulieres quam Aegyptias parere dicentes, nec illis obstetricum ministeria sunt necessaria, quibus deus prouenit ad animas liberandas. O magnum humanitatis ingenium, & pium pro salute mendacium. Tantum timuerunt obstetrices deum, vt praepara regis contemnerent, & mulierum sacraria conuerterent. Sed incredulus Pharaon in alterum se nocendi adiutum vertit, vt quod occulte antea tentauerat in populis palam faceret, omnem Hebraeam masculinam proles iussit occidi. Quod vbi ad aures matrum rumor adiecit, pulsatae est placentibus caelum: & cum ab ipsis verberibus auulsa y iij proles

Sermo LXXXIX. Exod. 14.

E

Exod. 4. & 7.

Exod. 11. & 12.

Exod. 11.

F

Exod. 11.

G proles raperetur ad mortem, succedebat dolor vincens parturientis dolorē. Nulla tamen mater infelicioꝝ fuerat, nisi quæ fecundior erat. Optabat tamen omnes steriles esse quæ fecundæ parerēt. Quid impiè insanist quid crudeliter sequis? Licet plurimis infantium mortes acerbis inferas, & animas miserorum crudeliter cremes, tibi necis augetur & pœna non detrahitur meritū. Cum enim passim paruulorum corpuscula deicerentur in flumine, Moysen manus excepit humana, quem pro totius vindictæ causa quærebant. Nam cum Pharaonis filia vidanti in ripa tremula posceret fluenti lauacra, inuenit in oculo quem pater non posset nutrire supplicio. Ad quem educandum in nutricem mater adducitur, ad alendum occasio coniunxit affectum, quæ regis diuiserat metus. Nouum miraculum genus fecit misericordiæ filia paricidæ. Nam dum paruulum seruat ignara, patre decipit incauta. Dignum malitiæ eius sceleris erat, vt filia prouisione periret, qui genitricis indixerat parturire, Competens processit diuina vindicta, vt suis affectibus puniretur, & Moyses pro aliis exuendis exueretur. A fluctibus denique mystica lingua Moyses nomen accepit, & Pharaonis necem quam preparauerat in nomine, in flumine maris inuenit. Hic operante virga per medios fluctus ac si puluerulentos exhibet gressus, imperio suspensam in altitudine montium erigit vndam, vt dei plebem redderet saluam. Audistis nefariam crudelissimamq; vocem durissimi Pharaonis, masculos in amnem proiicite, feminas viuificate. Iubet hostis in flumen paruulos proici, iubet innocentes crudeli morte necari. Nō prohibet nasci, dum natos decernit occidi, Quos enim necdum viuere natura concesserat, eos sententia iam sustinet ad pœnam. O noua & inaudita crudelitas. Antè iudiciū celebratur, quàm reus ipse dānetur. Antè sententia profertur, quàm obnoxius sententiæ demonstratur. Vtique reorum mos est, vt reatus sui sententiam expectare soleant. Nec enim reus potest ante damnari, quàm eius culpa cæperit manifestari. Hi vero nec rei nati, nec reatus sui sententiæ merito mancipati. Nascebantur enim non vt vitæ salutis perciperēt fructum, sed vt esset quos crudelitas seculo faceret luctum. Nunc præcipis, quod factum deberes vlscisci. Non natorum pietas, non parentum dolor te flebit, qui inter infantium mortem parentumq; dolorem, scuitæ tuæ expleri sententiam gaudes. O parentum vota crudelia, lœritia luctibus immutata. Ad faciūs profuit, quicquid in eorum felicitate processit. Gaudet lætissimus hostis, inter madentes omnium fletus. Quantæ perierunt dolentium preces, quantæ incassum effusa sunt lachrymæ, quanti gemitus vlulatusque multorum, cum parentes manibus natos exponi viderēt, qui simile nihilominus mox facturi fuissent? Suos iam casus in aliis alij cernebant, alij continentes filios suos cum iam celare non possent exponebant, alij mox editos exposuerunt, ne quanto retinerent tardius, tanto emitterent crudelius. Quanti pro filiis optauerunt mori, quanti sententiam contemnere vulerunt tyranni? Satiemus, inquit, eū, & nostro mœnore eius sanctiam repleamus. Percutitur Aegyptus primogeniti affectu, vt ex sese cognoscerent quantus dolor sit filiorū qui necauerunt filios Habreorum. Percutitur, inquam, Aegyptus primogenitorum affectu, oriturq; funestus clamor. Dignitas nullum excusabat, nec alium conditio opprimebat. Non seruus ad obsequium, non dominus ad imperium. Non regem honor excusabat, nec inopem necessitas alienabat. Stabant Hebrei vindicta dominante illasi, quos non tantū pro-

pria salus lætos reddiderat, sed & hostiū plaga latiores effecerat. Exeunt læti, eunt securi domino protegēte inuicti. Tunc pœnitet Pharao quod viuat, & euasisset eū tāta eius scelera non sustinebant, vt qui in tātis plagis nullam emendauerat culpam, quæ fuerat competens exquirebat. Iungit currus, exercitum preparat, aciem dirigit, nemo relinquitur qui saluari mereatur. Includuntur persequentibus Aegyptiis Hebraei inter mare & hostes, inter vndas & gladios. Hinc mare spumat, inde arma coruscant. Hinc aquarum, inde armorum strepitus. Sic operari deus suis assuevit, vt vbi defecit humanum consilium, illic intercedat diuinum adiutorium. Quibus visis populus territus formidabat, cum conspiceret rapidos cursus in fluere littoribus mare, voluente æquora flamine collisa laxare, mox vniuersi exclamabant ad ducem Hebræorum: Dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimen, inquit, inuenimus, & cum volūtariē seruire nolumus, ad periculum peruenimus. Exhibes mala quibus adhuc vsque promittis, nece interitus nostri authorem intelligis, dum tantis malis obnoxium non agnoscis. Quibus Moyses sanctissimus ait, Ne formidetis viri, estote fide armati, credite verbum quod sentietis futurum. Credite victoriā vestrā iam properare, & gentis furentis interitum. Non consentientibus vêtis aquarū volumina imperfectis cursibus refrenantur, ne hostes vestros ante puniant quàm iubentur. Statim diuino iussu virgæ ictu rumpitur mare, & diuisis vndis campos quos natura non nouerat exhibuit. Hiantibus vndis freti, arcana & maris secreta declarat vnda. Erigitur in cumulum pelagus, & murorum instar suspensos exhibet fluctus. Fit littus vbi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, vbi populus domini mirabiliter graderetur. His nanque visis populus domini propter se cuncta gesta cognouit, & iussu diuino intrepidus introiuit. Ambulabat, inquit, securus domino pugnantè inuictus, sequitur Pharaonis exercitus aquarum supplicio periturus. Putabat illic posse se pugnare, vbi solus cum suis fuerat periturus. Sic itaque dominus locutus est Moysi, Nunc aduenit Aegypti interitus. Quos enim disperdere volui, supplicio hoc abolere disposui. Ad pristinum statum redeat maris quod fuerat, vt salutem iustis, interitum operetur iniustis. Confestim iussu diuino impetu facto Aegyptij rapiuntur, & ruina aquarum oppressi fluctu voluente in littore proiciuntur, ante mortui Aegyptij quàm incolumes peruenirent Hebrei. Hæc vindicta debebatur, vt citius periret, qui consequi denegauit salutem.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ & pharisei, dicentes, Quare discipuli tui & cetera. quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum libro primo, capite decimo septimo, & decimonono.

Feria quinta post tertiam dominicam in Quadragesima, De via trium dierum. Sermo. I. **I**n lectionibus diuinis quæ nobis præteritis diebus recitata sunt, audiuius dominum præcepisse Moysi, vt viam trium dierum pergeret in desertum, & cum omni populo sacrificaret domino. Videamus fratres dilectissimi quid sit illud quod dixit Moyses, Viam triū dierum ibimus in desertum, vt sacrificemus domino deo nostro. Hæc quidem volebat Moyses, sed cōtradicebat Pharao, & nō volebat filios Israël a se discedere. Nō volebat princeps huius mudi exerci-

A exercitum domini trium dierum sacramenta cognoscere: illa vtique sacramenta, de quibus Propheta dixit, Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos. Prima dies passio domini saluatoris est. Secunda qua descendit ad infernum. Tertia autem resurrectio nis est dies. Et ideo in die tertia deus antecedeat eos per diem in columna nubis, per noctē autem in columna ignis, duciturq; populus per mare rubrum. Tres enim dies non incongrue possumus dicere, patrem & filium & spiritum sanctum, quia & pater dies est, & filius dies est, & spiritus sanctus dies est, & hi tres vnus dies. Via trium dierum, quia exitus de Aegypto recte intelligitur ille, qui dixit, Ego sum via & veritas & vita, quia nemo venit ad patrem nisi per ipsum. Ipse est via per quā populus qui deo coniungitur de Aegypto, id est, de idololorum obseruatione educitur per mare rubrum Christi sanguine rubicundum, & quodammodo iam tunc mysterio consecratum, tāquam per baptismi sacramentum, Pharaone submerso, populus dei eripitur. Et vere ita fit fratres, quādo in salutari lauacro tertio Christiani merguntur: tunc Aegyptij, id est, originalia peccata vel actualia crimina quasi in rubro mari sepeliuntur, & filii Israël pertranscuntibus ad dei seruitium, sola patiuntur peccata naufragium. Et ne aliquis dubitet & putet non omnia peccata sopiri per baptismum, agnoscat & intelligat, quia quomodo nullus remansit Aegyptiorum, sic nihil remanet penitus peccatorū. Sed antequā mare rubrum transfretur, clamavit Moyses ad dominum. Quomodo clamat, quia nulla eius vox auditur? Et tamen dicit ad eum deus, Quid clamas ad me? Vellem scire quomodo sancti sine voce clament ad deum. Apostolus docet, Quia dedit deus spiritū filij sui in cordibus nostris, clamantem abba pater. Et alibi, Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Er iterum, Qui autem scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Sic ergo inspirante spiritu sancto, apud deum per silentium sanctorū clamor auditur. Post hæc iubetur Moyses virga percutere mare. In virga mysteriū sanctæ crucis agnoscite. Et verum est fratres, Attendite enim & videte quod nisi virga supra mare eleuetur, populus dei de Pharaonis potestate non tollitur. Sic est fratres charissimi. Si sancta crux eleuata non esset, Christianus populus in æternum perisset. Eleuata vero virga, id est, cruce erecta, cedit mare, cedit & fluctus eius, hoc est, vincitur mundus & mundi istius potestates. Cogitur ergo fluctus in cumulum, & vnda in semetipsa repressa curuatur. Soliditatem recipit liquor, & solum maris arefcit in puluerem. Bonitatem creatoris intellige: Si voluntati eius obtemperas, si legem ipsius seruaueris, ipsa tibi elementa etiam contra sui naturam seruire compellit. Oremus ergo fratres dilectissimi, vt dominus noster quod de Aegyptiis fecit in mari rubro, faciat in corde & in corpore nostro, vt det nobis virtutem & adiutoriū spiritus sancti, vt in nobis ipsis spirituales Aegyptios possumus extinguerē. Extinguit nanque spirituales Aegyptium, qui non agit opera tenebrarum. Extinguit Aegyptium, qui non carnaliter, sed spiritualiter viuunt. Extinguit Aegyptium, qui cogitationes sordidas & impuras vel depellit ex corde, vel omnino non recipit: sicut & Apostolus dicit, Assumentes scutum fidei, in quo possumus omnia tela maligni ignita extinguerē. Hoc ergo modo possumus hodie etiam Aegyptios videre mortuos & iacentes ad littus, submergi quadrigas eorum & equos. Possumus etiam Pharaonem videre submergi, si

tanta fide viuamus, vt deus pacis conterat satanam sub pedibus nostris velociter. Viam etiam trium dierū, potest intelligi, bene cogitare, bene loqui, bene operari. Et reuera qui hoc agit & tota animi virtute custodit, non in nocte sed in die ambulat, nec filius tenebrarum, sed filius lucis efficitur: & impletur in illo illud quod Apostolus dicit, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Quando fuimus tenebræ fratres? Vtique quando vias noctis ambulauimus, id est, quando malum cogitauimus, malum diximus, malum etiam operati sumus. Postea vero venientes ad Christum, per ipsius gratiam relinquamus opera tenebrarum, & bene cogitando, bene loquendo, bene operando viam lucis currere festinemus. Iste ergo sunt tres viæ per quas pertinetur ad cælum: sicut & illæ tres aliæ sunt per quas amatores mudi perteniunt in infernum, hoc est malum cogitare, malum dicere, malum facere, Ista est lata & spacioſa via quæ ducit ad perditionem: Et per istas vias diues purpuratus descendit in infernū, per illas vero alias Lazarus ad Abraham peruenire meruit sinū. Iſtas tres vias obſidet inimicus, sicut de Pharaonis exercitu legimus. Electos ascensores ternos stantes demerſit in mare rubrum. Qui sunt isti electi ascensores. Electi vtique à diabolo ad luxuriam, ad malitiā, ad omnium malorum caput superbiam. Et hi ergo terni stantes, istas tres obſident vias, vt ille aut hominem ad opera mala subuertat, aut ille sermonem malum eliciat, aut ille cogitationem iniquam extorqueat. Sed felix est qui totas tres istas vias deo adiuuante deuittans, per totum triduum de Pharaonis societate discedit, ita vt nullum illi diem subrahatur inimicus, nec splendorē fidei eius vertat in noctem. Et ideo fratres, faciamus illud quod scriptum est, Omni custodia serua cor tuum. Consideremus cum dei adiutorio, & custodiamus corda simul & conscientias nostras: & si est quisquā in nobis cui cogitationem malam inimicus eliciat, quantum potest laboret vt vel in sermone non peccet, vt si ei diabolus vnum diem rapuit & cōuertit in noctem, vel secundum diem in illo obtinere nō possit. Si vero & hoc subtilitate callidissima potuerit obtinere, vt malum & corde cogitemus & ore loquamur, si iam duos dies perdidimus, vel vnum diem cum dei adiutorio conseruemus, ne etiam nos vsque ad opera mala possit nequitia inimici subuertere. Si vero & hoc factum est, nō tamen de misericordia desperemus, sed cito per pœnitentiam de luto fecis pedes animæ nostræ excutere festinemus. Non enim vult dominus mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Sic tamen cōuertamur, ne iterum retro respiciamus, neque opera mala quæ fecimus faciamus, nec reuertamur quasi canis ad vomitum, sed ad preciosam & desiderabilem patriam tendentes, per viā bonorum operum, perueniamus ad regnum, regnante domino nostro Iesu Christo, qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de amara aqua & matina. Sermo II.

**I**n lectione quæ nobis ad missas legēda est, fratres charissimi audituri sumus, quod filij Israël post transitum maris rubri venerūt ad mara, id est, ad aquam amaram, & non poterat populus bibere aquam eo quod esset amara. Pro qua re dominus beato Moysi ostendit lignum, & misit illud in aquam, & facta est dulcis. Mirum admodum est vt lignum ostenderet Moysi quod mitteret in aquam, & faceret eā dulcem, quasi non potuisset sine ligno aquam dulcem efficiere

Exod. 2.

Exod. 1.

Exod. 14.

L

Matth. 15.

Exod. 5.

Sermo XC.

Exod. 5.

Occ. 6.

Exo. 15.

Ioan. 4.

Exo. 14.

Gal. 4.

Roma. 8.

C

Aegyptium

extinguerē

quid

Eph. 6.

D  
Roma. 6.  
Via triū  
dierum.

Eph. 5.

Matth. 7.  
Luca. 16.

E  
Exo. 14.

Prouet. 4.

Ezech. 33.

Prouet. 26.

Ser. XCI.

Exo. 15.

**G** cere deus, aut Moyses nesciebat lignum vt deus illi ostenderet. Sed videndum est, quid decoris in his interior habeat sensus, Rubrum enim mare, sacramentum baptismi significauit. Aqua amara, legis literam significauit. Denique lex si secundum literam suscipiatur, satis amara est. Quomodo non esset amara quæ occidit, dicente Apostolo, Litera occidit? Quid enim tam amarum, quam vt puer octaua die circuncisionis vulnus accipiat, & rigorem ferri tenera patiatur infantia? Amarum satis & peramarum est huiusmodi poculum legis, intantum vt populus dei non ille qui in Moysse baptizatus est in mari & in nube, sed Christianus populus qui in spiritu & aqua baptizatus est non possit bibere de ista aqua: sed ne gustare quidem de circuncisionis amaritudine potest, nec hostiarum ferre cruorem valet, nec sabbati obseruantiam custodire. Si vero ostendat deus lignum quod mittatur in hanc amaritudinem vt dulcis fiat aqua legis, potest de illa bibere Christianus. Quod est istud lignum quod dominus ostendit? Salomon demonstrat, cum de sapientia dicit, Quia lignum vitæ est omnibus amplectentibus eam. Si ergo lignum sapientia Christi missum fuerit in lege, & ostenderit nobis quomodo spiritaliter intelligi debeat circuncisio, quomodo sabbata, quomodo lex obseruata sit, tunc efficitur aqua amara dulcis, & amaritudo legis conuertitur in dulcedinem intelligentia spiritalis, & tunc potest bibere populus dei. Vt ergo possit bibi aqua amara, ostendit deus lignum quod mittatur in eam, vt qui ex ea berit non moriatur, nec amaritudinem sentiat. Vnde constat quod si quis sine ligno vitæ, id est, sine mysterio crucis, sine fide Christi, sine intelligentia spiritali bibere voluerit de legis litera, per amaritudinem moriatur. Hæc sciens Paulus Apostolus dicebat, quia litera occidit hoc est aperte dicere, quia aqua amara occidit si non per spiritum in dulcedinem conuertetur. Lignum ergo in aquam mittitur, vt in dulcedinem commutetur. Verum est fratres, Tunc amaritudo ab aqua tollitur, quando crucis lignum baptismi sacramento coniungitur. Et illud aduertite fratres, quod Iudæorum sabbato de manna nunquam omnino pluerit, nec meruerunt Iudæi vt eorum sabbato gratia illis de cælo descenderet. In nostra autem dominica die non solum semper venit manna, sed etiam ab ipso die veniendi initium fuit. Semper ergo nobis dominus pluit manna de cælo. Cælestia nãque sunt eloquia ista quæ nobis dicta sunt, & ideo nos qui tale manna suscipimus, semper nobis manna datur de cælo. Vnde infelices Iudæi dolendi & lugendi sunt, quia manna sicut patres ipsorum non merentur accipere, illi nunquam manna manducant. Non enim possunt manducare illud quod est minutum sicut femina coriandri, & candidum sicut pruina. Nihil enim in verbo dei minutum, nihil subtile, nihil infelices Iudæi sentiunt spiritale, sed totum pingue, totum crassum. Incrassatum est enim cor populi huius. Sed & interrogatio nominis, hoc idem sonat. Manna enim interpretatur, quid est hoc. Vide si non ipsa nominis virtus ad discendum te prouocat, vt cum audieris legem dei recitari in ecclesia, semper interrogas & dicas doctoribus, quid est hoc. Hoc enim est quod indicat manna. Tu ergo si vis manducare manna, si cupis suscipere verbum dei, scito illud minutum esse & valde subtile sicut semen coriandri. Habet enim in se aliquid oleris quod nutriri & recreari possit infirmus, quia qui infirmus est olera māducet. Habet aliquid rigoris, & ideo vt pruina est. Candoris autem & dulcedinis habet plurimum. Quid enim can-

didius, quid splendidius eruditione doctrina? Quid dulcius, quid suauius eloquiis domini, quæ dulcia sunt super mel & fauam? Sed quid est quod dicit, vt in die sexto duplum colligatur in repositionem quatum sufficiat etiam sabbato? Hoc secundum nostram intelligentiam non ociosi nec securi præterire debemus, sed per elemosynas recondere quantum sufficiat & in futuro die. Si quid enim hic boni operis acquiras, si quid iustitiae, misericordiae & pietatis recondas, hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Denique hoc & Apostolus admonet, dicens, Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quid ergo agimus nos, qui magis illud recondere volumus quod corrumpatur, non quod permaneat & perduret in crastinum, id est, in futuro seculo? Diuites auari & cupidissimi hæc recondunt quæ in hoc seculo, imò cum seculo corrumpantur. Qui autem bona opera recondunt, illa permanent vsque in crastinum. Denique scriptum est, quod qui infideles fuerunt, seruauerunt, inquit, de manna, & ebullierunt ex eo vermes & computruerunt. Illud autem quod pro die sabbati reponeretur non est corruptum, neque vermes ebullierunt in eo, sed permansit integrum. Et tu ergo si propter præsentem vitam tantummodo & propter amorem seculi thesaurizas, continuo vermes ebulliunt. Denique audi de peccatoribus & his qui præfens seculum diligunt, quid Propheta dicat, Vermes, inquit, eorum non moriuntur. Isti sunt vermes quos generat auaritia, isti sunt vermes quos generat diuitiarum cæca cupiditas his qui habent pecunias, & videntes in necesse fratres suos claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostolus dicit, Diuitibus autem seculi huius præcipe non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent & thesaurizent sibi veram vitam. Sed dicit aliquis, Si manna verbum dei esse dicis, quomodo vermes facit? Verum est fratres: Non aliunde fiunt vermes in nobis, nisi ex verbo dei. Sic enim ait, Nisi venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberet. Post susceptum autem verbum dei qui peccat, efficitur ei ipsum verbum vermis, qui eius semper conscientiam corodat, & arcana pectoris rodant. Nunc ergo festinemus cæleste manna suscipere. Istud enim manna prout vult quisque talem saporem sapit. Audi enim & dominum dicentem his qui accedunt ad se, Fiat tibi secundum fidem tuam. Et tu ergo si verbum dei quod in Ecclesia prædicatur tota fide & tota deuotione suscipias, fiet tibi ipsum verbum quodcunque desideras: Verbi gratia, Si tribularis, confortatur te, dicens, Cor contritum & humiliatum deus non despicit. Si lataris prospere, cumulat tibi gaudia, dicens, Latamini in domino & exultate iusti. Si iracundus es, mitigat te, dicens, Dominus sanat omnes languores tuos. Si paupertate consumeris, consolatur te, dicens, Dominus erigit de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Sic ergo manna verbi dei reddit in ore tuo saporem quemcunque volueris. Hoc tamen si quis infideliter suscipiat & non comedat, sed abscondat, putasne eoulsq; deducendum est verbum dei vt etiam vermis fieri putetur? Non te turbet auditus: audi Prophetam ex persona domini dicentem, Ego autem sum vermis & non homo. Sicut enim ipse est qui fit aliis in ruinam, aliis autem in resurrectionem: ita & ipse est qui nunc in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autem vermis efficitur. Et ideo fratres charissimi quantum possumus cum dei adiutorio lectioni diuinæ studeamus insistere, vt legem dei spiritaliter mereamur agnoscere, vt nobis verbum dei non efficiatur vermis qui nostras conscientias

**A** scientias iugiter arguat & affligat: sed illud impleatur in nobis quod scriptum est, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauam ori meo. Quam gratiam oremus vt nobis deus pro sua pietate prestare dignetur: cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

*Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Operamini non cibum qui perit etc. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.*  
 Feria sexta post tertiã dominicam in Quadragesima, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Venit Iesus in ciuitatem Samariae quæ dicitur Sichar etc. Et de non differendo baptismo:  
 Sermo I.

**N**on lectione Euãgelij infirmitatem humani generis suscepisse dominum Iesum Christum plenissime nobis sanctus euangelista monstrauit. Si quidem cum dixisset venisse dominum in ciuitatem Samariae quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo, in quo prædium erat fons Iacob: addidit, Iesus, inquit, fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum. Venit dominus noster Iesus Christus ad prædium quod sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat, quod prædium non tam Ioseph quam Christo arbitror derelictum: Cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha portauit, quem verè sol adorat & luna & omnes stellæ benedicunt. Ad hoc prædium ideo venit dominus, vt Samaritani qui hæreditatem sibi patriarche Israël vendicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, & conuerterentur ad Christum qui legitimus patriarchæ hæres est factus. Iesus, inquit, fatigatus ex itinere sedebat sic supra puteum. Videte diuersitatem mysterij. Inter apostolos exultabat in spiritu in monte positus, non solum confortabat eos, verum etiam gloriam his propriam demonstrabat: in Samaria constitutus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum: Nunquid dei virtus poterat fatigari? Non vtique, sed fatigabatur quod fidelem populum inuenire non poterat. Tunc ergo fatigatur Christus, quando nullam virtutem in suo populo recognoscit.

**H**odieq; fatigat eum inobeditia nostra, fatigat eum infirmitas nostra. Infirmi enim sumus quando non ea quæ fortia sunt atque perpetua, sed temporalia & caduca sectamur. Bene ait, Sedebat supra puteum, nõ requiescebat, quoniam in Samaritanis non poterat requiescere. Et hora, inquit, erat quasi sexta. Sexta die deus de limo terræ hominem figurauit, sexta hora venit Samaritaniam visitare, vt si in eum Samaritani crederent, ipse in his inciperet requiescere, vt verum illud quietis sabbatum celebraret. Sedebat ergo dominus supra puteum, & venit Samaritana mulier haurire aquam. Magnum mysterium. Venit mulier ad puteum, & fontem quem non sperauit inuenire. Dicit ad eam dominus, Da mihi bibere. Bonus dominus vltro se offert nõ quærenti, vt compleatur illud propheticum, Palam apparui non quærentibus me, inuentus sum ab his qui non interrogauerunt nomẽ meum. Petit bibere daturus, sedit supra puteum, vt non in altitudine quæramus aquam, sed de eo fonte qui supra omnes aquas est salutaria nobis pocula hauriamus. Quis est fons nisi dominus noster Iesus Christus, cui dicitur, Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen: Bonus fons qui nos de huius vitæ refrigerant incendio, & inundatione sua ariditatem nostri pectoris superauit. Vnde & mulier di-

Scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Non omnes sciunt donum dei, quia nõ omnes desiderant aquam viuam. Si enim desiderarent, nunquã circa se baptismi sacramenta differrent. Ipsi igitur de se pronunciant, & vitæ suæ testimonium perdunt, qui ideo volunt tardius baptizari vt flagitia & scelera multa committant. Noli differre, o homo remedia salutis tuæ, quoniam nescis quando a te anima tua repetatur. Denique Samaritana ignara mysterij, dicebat, Domine, neque hauritorium habes, & puteus est altus. Ante aduentum domini & puteus altus erat, & sine hauritorio aquam sibi vnusquisque haurire nõ poterat: Venit dominus fons viuus vt pharisæorum corda dilueret, sitim exstingueret, pectora latiret, non quærens hauritorium, sed vltro se infundens mētibus singulorum. Et, addidit, Omnis qui bibit ex hac aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Vnum baptismum docet qui post ingressum æterni fontis & cælestis poculi sacramentum, vnumquemque nõ sitim sitire non patitur. Et ideo nos quibus tanta beneficia nullis præcedentibus meritis præstitit diuina misericordia, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, vt tantæ pietatis gratia non nobis iudicium pariat, sed profectum: Quod ipse prestare dignetur, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

*Eodẽ die de Raphidin & de petra percussa & Amalech, Sermo II.*

**M**nes, inquit, apostolus, qui voluit pie vitare in Christo, persecutionem patiuntur, & ab hostibus impugnantur. Et ideo, agens quisque iter vitæ huius, auxiliante Christo indefinenter debet esse armatus, & stare semper in castris. Si ergo & tu semper vigilare volueris vt te cognoscas in domini castris militare, observa illud quod idem apostolus dicit, Nemo militans deo, implicat se negociis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. Qui si ita militas vt a rebus secularibus liber sis, & in castris dei agas semper excubias, vt dicatur de te illud quod paulo superius audiuimus, quia per verbum domini ex eas de deserto Sin, & venias in Raphidin: Sin interpretatur tentatio, Raphidin vero sanitas iudicij. Qui bene exit de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, ipse venit ad sanitatem iudicij. Saluus erit & sanitas cum eo erit, qui in tentatione vitæ presentis nunquam contra deum murmurans minime fuerit vulneratus, sicut in Apocalypsi legitimus, Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitæ quod est in paradiso. Venit ergo ad sanitatem iudicij, qui bene causam alterius audiens disponit sermones suos in iudicio: & munerata super innocentem non accipit. Quid ergo in consequentibus scriptura commemorat, Sitiuit, inquit, ibi populus aquam, & murmurauit contra Moysen. Cum enim dixisset, Sitiuit populus, quid optus fuit vt adderet aquas? Sic enim habet antiqua translatio. Quare hoc addidit, nisi aquam sitiuit qui debuit sitire iustitiam? Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Et iterum, Sitiuit anima mea ad deum viuum. Multæ enim sunt sitis. Sitiunt iusti, sitiunt & peccatores. Illi iustitiam, illi luxuriam. Iusti sitiunt deum, peccatores sitiunt aurum. Sitiuit ergo populus aquam, qui debuit sitire iustitiam. Dixit ergo ad Moysen dominus, Tolle virgam & percutite petram, vt educat populo aquam. Ecce est petra, & habet aquam. Sed hæc petra nisi percussa fuerit, aquas omnino non habet: percussa vero fontes producit & flumina,

2. Cor. 3.  
 Gen. 17.  
 1. Corin. 10.  
 Prouer. 3.  
 Exo. 15.  
 2. Cor. 3.  
 Exo. 16.  
 Esai. 29.  
 Math. 13.  
 Exo. 16.  
 Roma. 14.

Psal. 118.  
 Gal. 6.  
 Exo. 16.  
 Esai. 66.  
 1. Timo. 2.  
 1. Timo. 4.  
 Math. 17.  
 Ioan. 4.  
 Psal. 50.  
 Psal. 51.  
 Psal. 102.  
 Psal. 112.  
 Psal. 21.  
 Luc. 22.  
 Psal. 35.  
 Ioan. 4.

D  
 H  
 E  
 F  
 Exo. 17.  
 Scr. XCIII.  
 1. Timo. 3.  
 1. Timo. 2.  
 Exo. 17.  
 Apoc. 22.  
 Psal. 114.  
 Exod. 17.  
 Psal. 114.  
 Exod. 17.  
 Matth. 5.  
 Sicut multæ.  
 Exo. 17.  
 Ioan. 7.



Gmina, sicut in Euangelio legimus, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viua, Percussus enim Christus in cruce, noui testamēti fontes eduxit. Necessē enim erat vt ille percuteretur. Nisi enim ille percussus fuisset, & de sacro ei⁹ latere sanguis & aqua manasset vniuersus mundus sitim verbi dei patiens interisset. Percussit ergo Moyses virga bis filicem. Quid est hoc frater? Nec hoc puto esse sine mysterio. Quid est hoc quod nō semel, sed bis virga percussa est petra? Ideo secunda vice petra percussit, quia duo ligna in crucis patibulo eriguntur, quia in vno ligno sacras manus expandit, in alio vero à capite vsque ad pedes immaculatum corpus extendit. Bibit ergo de petra populus, & statim bellum inuit cōtra Amalech. Videte fratres, quia postea quam quisque de petra biberit, id est, Christi sacramenta susceperit, necesse est illi ad pugnam procedere. Tandiu enim aliquis diabolus contra se pugnantem non sentiet, quādiu opera illius exercere voluerit. Qui vero illum reliquerit & de petra bibens Christum sequi elegerit, necesse est vt illum patiat infestum, cui iusto iudicio conluit prapōnere Christum. Quisque ergo Christo coniungitur, non ad delicias, non ad voluptates, sed ad praelium praparetur, quia omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Et iterum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Inierūt ergo bellum filij Israhel, & Moyses vocat Iesum, & dicit ad eum, Elige tibi viros & pugna contra Amalech. Vsq̄ue ad hunc locum beati huius nominis mentio, id est, Iesus nusquam facta est. Hic primum vocabuli huius splendor obfuit. Moyses vocat Iesum, lex inuocat Christum. Elige, inquit, tibi viros potentes. Non poterat Moyses eligere viros potentes: Iesus solus est qui potest viros potentes eligere. Ipse vtiq̄ue qui dixit Apostolis suis, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Ipse est qui domū fortis intrauit, & vasa eius diripuit. Moyses autem ascendit in verticem collis. Et factum est cū eleuaret manus Moyses, vincebat Israhel. Aduertite fratres, Moyses manus quidem leuat, non tamen extendit, Cui ergo seruabatur vt manus extenderet nisi domino nostro Iesu Christo, qui extensus in cruce vniuersum orbem complexurus brachia pietatis expandit? Moyses ergo leuauit manus, & licet non expandit, tamen ipsa eleuatione mysterium crucis ostendit. Videte fratres iam tunc per sacramentum crucis superatas esse aduersarias gentes. Et nos fratres dilectissimi si adiuuante domino manus erigimus, diabolus superamus. In manibus, opera debemus accipere. Si ergo talia sunt opera tua vt illa possis in altum in conspectu domini leuare, potes etiā & tu in teipso aduersarios tuos extinguerē. Quis bene manus leuat, nisi qui per eleemosynam in celo iugiter thesaurizat? Quis ergo bene manus leuat, nisi qui assidue victum ac vestitum pauperibus subministrat? Quis bene manus leuat? Ille vtiq̄ue qui implet illud Apostoli, Eleuantes, inquit, puras manus sine ira & disceptatione. Quia ergo quotidie nobis & vobis pugna imminet contra aduersarias potestates, si volumus vincere, man⁹ nostrā, id est, actus nostri & conuersatio nostra non sit in terris, sed sicut Apostolus dicit, Super terram ambulantes conuersationem habeamus in celo. Scriptum est tamen, quia sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem, ita populus Israhel ablinget populum Amalech super terrā. Per quod indicari videtur, quia populus dei non tam manu & armis quā voce pugnabat & lingua, id est, orationem ad deum fundebat. Ergo & tu si vis vincere, audi Apostolum dicentem, Orationi infli-

stentes, & vigilātes in ea. Hęc est Christiani pugna gloriosissima, nō in suis viribus prapsumere, sed semper dei auxilium implorare, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia de eodem de quo supra in Euāgelio secundum Ioānem, quę habentur in expositione doctoris ibidem: Et in libro LXXXIII. quęstionum, quęstione. LXXIII.

Sabbato post tertiam dominicā in quadragesima, Sermo habitus ad mensam sancti Cypriani, de eo quod scriptum est in Psalmo, Erudimini qui iudicatis terram: Et de muliere adultera, Primus.

**E**rudimini omnes qui iudicatis terram. Terrā iudicare, est corpus damnare. Audiamus Apostolum iudicantem terram, Non sic pugno, inquit, tanquam aërem cadens, sed castigo corpus meū & in seruitutem redigo, ne forte aliis pradicās ipse reprobus efficiar. Audi ergo terram iudicantem terram, & iudica terram, ne sis terra. Si enim terram iudicaueris, cœlum eris, & in te factam gloriam domini enarrabis. Cœli enim enarrant gloriam dei. Si autem terrā non iudicaueris terra eris. Si autem terra fueris, ad eum pertinebis, cui dictum est, Terram manducabis. Audiāt ergo iudices terrę. Corpus castigo, libidines frenent, ament sapientiam, vincant concupiscentiam. Et vt hoc faciant erudiantur. Hęc est autem summa eruditionis, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Exulta ei non tibi. Ei à quo es quod es, & quod homo es, & quod iustus es. Si autem putaueris quod ab illo quidē homo es, à te autem iustus es, non seruis domino in timore, nec exultas ei in tremore, sed tibi in presumptione. Et quid tibi fiet nisi quod sequitur? Ne quando irascatur dominus, & pereatis, inquit, de via iusta. Non enim ait, Ne quando irascatur dominus, & non intretis in viam iustam, sed pereatis de via iusta. Iam enim videris tibi iustus non rapiēdo alienum, non adulterando, non homicidium faciendo, non falsum testimoniū aduersus proximum dicendo, patrem & matrem honorando, vnum deum colendo, in idolis & dæmoniis nō seruendo. De hac via peribis, si tibi ista à teipso esse putaueris. Infideles enim non intrant in viam iustam, Superbi pereunt de via iusta. Quid enim ait? Erudimini qui iudicatis terram. Et ne forte vires & potētiam, quia iudicatis terram, vobis tribuatis, à vobis ipsis eam vobis esse credatis, nolite sic, Seruite domino in timore, exultate non vobis in presumptione, sed ei in tremore. Ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta, cum exarserit cito ira eius. Quid ergo faciendum est ne pereamus de via iusta? Beati omnes qui confidunt in eo. Si beati qui confidunt in eo, miseri qui confidunt in se. Maledictus enim omnis qui spem suam ponit in homine. Ergo nec in te, quia & tu homo es, Si enī spē tuā posueris in alio homine, inordinate humilis eris: Si autem spem tuam posueris in te, periculose superbis. Quid autem interest? Vtrunq̄ue perniciosum. Nihil horum eligendum, inordinate humilis nō leuatur, periculose superbus prapcipitatur. Deniq; vt nouerit sanctitas vestra, propter istum sensum redarguendum & consumēdum, quod in se quisque confidit, diuturna esse ista verba. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apostolum audite hęc ipsa verba dicentem, & sententiā cur dicta sint explanantem. Ecce Apostoli verba sunt, Quas

Ioan. 4.

Psal. 2.

Ser. XCIII

Terram iudicare.

1. Cor. 4.

L

Psal. 8.

Psal. 2.

Vbi supra.

Exo. 10.

M

Psal. 2.

Hiere. 17.

De Conuētia animar. cap. 8.

Psal. 2.

Quas

Philip. 2.

**A** Cum timorē & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Quare ergo cum timore & tremore meam salutem operor, cum sit in potestate mea operari salutē meam? Vis audire quare cum timore & tremore? Deus est enim qui operatur in vobis, ideo cum timorē & tremore. Quia quod impetrat humilis, amittit superbus. Si ergo deus est qui operatur in vobis, quare dictum est, vestram ipsorum salutem operamini? Quia sic deus in nos operatur vt & nos operemur. Adiutor meus esto: Designat esse operatorem, qui inuocat adiutorem. Sed voluntas, inquit, mea bona est. Fateor tua. Sed & ipsa à quo data, à quo excitata? Noli me, ipsum Apostolū interroga, Deus est enim, inquit, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quid est ergo quod tibi arrogabas? Quid est quod superbus ibas & peribas? Redi ad cor tuum, inueni te malum, & vt sis bonus, inuoca bonum. Non enim in te placet deo, nisi quod habes ex deo. Quod autem habes ex te, displicet deo. Si bona tua cogites, quid habes quod nō accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi nō accepisti? Solus est ille qui non nouit nisi dare. Non habet datorem, quia non habet meliorem. Quo tu si inferior es, imō quia inferior es, gratulare quia ad eius imaginem factus es, vt in illo inueniaris qui in te peristi. Non enim potuisti in te nisi perdere te, nec scis inuenire te nisi ille, qui fecit te quærat te. Alloquamur tamen & eos qui secundum istā visibilem & popularem intelligentiam iudicant terrā. Iudicant enim terram reges, duces, principes, iudices. Vnusquisque pro munere quod accepit in terra, iudicat terram. Quid est autem quod dicitur, Iudicat terrā, nisi iudicat homines qui sunt in terra? Nam si terram proprie non accipias, nisi quā calcas, agricolis ergo dictū est, qui iudicatis terram? Porro autem si reges iudicant terram & qui sub regibus potestatem accipiunt à regibus, erudiātur & ipsi, quia terra iudicat terram. Et timere debet eum qui est in celo terra iudicans terram. Patrem quippe suum iudicat, homo hominem, mortalis mortalem, peccator peccatorem. Si enim procedat in medium dominica illa sententiā. Qui sine peccato est, prior in illam lapidē mittat, nōne omnis iudicans terram terramotum patitur? Euangelicum capitulum recolamus, Pharisei tentantes dominum, adduxerunt ante eum mulierem in adulterio deprehensam, De quo peccato pœna fuerat lege definita, lege scilicet data per Moysen famulum dei. Hac ergo complexione dolosa & fraudulenta ad dominum Pharisei accesserunt vt si iuberet lapidari mulierem diffamatam, perderet mansuetudinem: Si autem quod lex iusserat prohiberet, peccasse teneretur in legem. Sicut autem interrogantes de tributo Cæsari reddendo, ore suo cepit, vicissim interrogans cuius esset prolatus nummus, cuius haberet imaginem & superscriptionem: Respondentes enim ipsi qui interrogauerunt, in nummo esse imaginem Cæsaris: respondit eis secundum os ipsorum, Reddite Cæsari quę Cæsaris sunt, & deo quę dei sunt: vt admoneret sic reddendam deo in homine imaginem dei, quemadmodū in nūmo imago sua redditur Cæsari. Ita & in ista adultera interrogatores interrogauit, & ideo iudices iudicauit. Non prohibeo, inquit, lapidari, quā lapidari lex iussit, sed quero à quibus. Non enim resisto, sed legis ministerium requiro. Denique audite, Lapidare vultis secundū legem, Qui sine peccato est, prior in illā lapidē mittat. Quando autem hęc audiuit, digito scribebat in terra, vt erudiret terram. Quando autem hoc dixit Phariseis, leuauit oculos suos & inspexit terram, & fecit eā

1. Cor. 4.

Gen. 1.

Ioan. 8.

De verbis dicitur. 47.

Math. 22.

Leuitici. 10.

Ioan. 8.

tremere. Proinde cum hoc dixisset, iterum cepit scribere in terra. At illi compuncti & tremefacti, vnus post alterum discesserunt. O terramotum, vbi sic terra mota est vt etiam mutaret locum. Illis ergo discedentibus, remansit peccatrix & saluator. Remansit agra & medicus. Remansit misera & misericordia. Et aspiciens mulierem, dixit, Nemo te condemnauit: Et illa, Nemo domine. Sed tamen adhuc sollicita erat. Peccatores enim damnare non ausi sunt. Non ausi sunt lapidare peccatricem, qui seipfos intuentes similes inuenerunt. Sed adhuc mulier erat in magno periculo, quia ei ille index remanserat qui erat sine peccato Nemo, inquit, te damnauit: At illa, Nemo domine: Sed nec tunc secuta sum: Cui sollicitudini tacita dominus voce respondit, Nec ego te condemnabo. Illos à vindicta repressit conscientia, me ad subueniendum inclinat misericordia. Hęc attendite & erudimini omnes qui iudicatis terram. Omnes scilicet, qui etiam sic intelligendum est, de quibus Apostolus dicit, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo. Quę autem sunt, à deo ordinatae sunt: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Et si nō ab illa, tamen ex illa. Aut enim iuste agis, & iusta potestas laudabit te: Aut iuste agentem etiam si potestas iniusta damnet te, deus iustus coronabit te. Ac per hoc tu iustitiam tene, tu bene viuē. Et siue damnet siue absoluat, habebis laudem ex illa. Beatus ille cuius hic sanguis fusus est. Nōne ex illa potestate antequam & visus est iudicari, laudem inuenit? Confessionem prapmissit, in fide permansit. Mortem non timuit, sanguinem fudit, diabolus vicit. Vt ergo non sitis iniquę potestatis quicunque homines vultis habere in potestate, erudimini ne peruerse iudicetis, & ante anima pereatis, quā quam carne perdatis. Iudex esse vis, non potes meritis, vel pecunia, nondum reprehendo. Fortasse enim prodesse cupis rebus humanis, & emis vt prosis, vt seruias iustitię non parcis pecuniar. Prius propter te esto iudex in te. Prius iudica te de te, vt de penetranti conscientię securus procedas ad alterum. In teipsum redi, te attende, te discute, te audi. Ibi te volo probare integrum iudicem, vbi non quærās potestatem. Procedere vis cum potestate, vt alter tibi dicat de altero quod tu nescis, prius intus iudica. Nihil tibi de te dixit conscientia tua? Si nolis negare, vtiq̄ue dixit. Nolo audire quid dixerit, Tu iudica qui audisti. Dixit tibi de te quid feceris, quid acceperis, quid peccaueris. Vellem scire qualem sententiā protulisti. Si bene audisti, si recte audisti, si audiendo iustus fuisti, si tuę mentis tribunal ascendisti, si teipsum ante teipsum in eculeo cordis suspēdisti, si graues tortores adhibuisti, si timores bene audisti, si sic audisti & proculdubio penitendo peccatum punisti. Ecce & disculisti & audisti & punisti, & tamen tibi pepercisti. Sic audi & proximum tuum, si erudiaris sicut admonuit Psalmus, Erudimini qui iudicatis terram. Sic audi proximum tuum, quomodo audis & te. Peccata persequeris, non peccantem. Et si forte quisque durus est ad corrigenda peccata auersus à timore dei, hoc ipsum in eo persequeris, hoc ipsum corrigere conaberis, hoc peredere & tollere laborabis vt seruetur homo peccato damnato. Duo enim nomina sunt, homo & peccator. Hominem deus fecit, peccatorem seipse homo fecit. Pereat quod fecit homo, liberetur quod fecit deus. Noli ergo vsque ad mortem, ne cum persequeris peccatum per-

Romanzi

E

P

Psal. 2.

23. q. 4. cap. duo

G das hominem. Noli vsque ad mortem, vt sit quem pœniteat, homo non necetur vt sit qui emendetur. Hanc in corde retinens homo inter homines dilectionem, esto iudex terræ, & ama non currere, sed diligere. Si superbis, superbi in peccata, non in hominem. In illud sequitur quod tibi displicet & in te, non in eum qui factus est sicut tu. De vna officina existis, vnum artificem habuisti, vnus limus est vestra materies. Quid perdis non amando quem iudicas? Quoniam iustitiam perdis non amando quem iudicas. Adhibeantur pœnæ, non recuso, non interdico, sed animo amantis, animo diligentis, animo corrigentis. Num enim filium tuum non erudis? Et prius agis vt si fieri potest pudore & liberalitate erudiatur, & erubescat patrem offendere, non tanquam seuerum iudicem timeat: Gaudes ad talem filium. Sed si fuerit forte ista contemnens, adhibebis & verbera. In cutis pœnam, ingeris dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt, sed per tremorem timoris ad amorem peruenerunt. Erudimini qui iudicatis terram. Diligite & iudicate. Non enim sic queritur innocentia, vt pereat disciplina. Scriptum est, Disciplina qui abiicit infœlix est. Bene potest addi ad istam sententiam, Sicut disciplinam qui abiicit infœlix est sic disciplinam qui negat crudelis est. Ausus sum aliquid dicere fratres mei, quod vobis aliquanto plenius exponere ipsius rei obscuritate compellor. Repeto quod dixi, Disciplinam qui abiicit infœlix est. Hoc est manifestum: Disciplinam qui non dat, crudelis est. Teneo prorsus, teneo & ostendo, feriendo pium, parcendo crudelem: Exemplum ante oculos pono, Vbi inuenio feriendo pium? Non eo ad alios, ad patrem & filium eo, pater quando ferit amat, & non vult puer cædi. Contemnit voluntatem, consulit ad vtilitatem. Quare? Quia pater est, quia hereditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce feriendo pius est pater, feriendo misericors est. Da mihi hominem parcendo crudelem. Nō recedo a personis, eos ipsos ante oculos pono. Sed si puer imperitus & indisciplinatus. sic viuat vt pereat, & pater dissimulet, pater parcat, pater perditum filium disciplinæ asperitate offendere timeat, nōne parcendo crudelis est? Erudimini ergo qui iudicatis terram, & bene iudicando non à terra pramium, sed ab illo spectate qui fecit cœlum & terram.

Eodem die, De decem in lege præceptis, & de decem plagis. Sermo I I.

**N**on est sine causa, fratres dilectissimi, quod præceptorum legis dei numerus cum numero plagarum quibus Aegyptus percutitur exequari videtur. Nam sicut decem præcepta sunt legis quibus ad cultum dei populus admonetur, ita decem plagæ leguntur, quibus superbia Aegyptiorum affligitur. Consideremus ergo cur & ibi decem præcepta, & hic decem plagæ memorentur. Ideo sine dubio, quia in illis erant vulnera, in istis medicamenta. Et opus erat vt periculosos plagarum decem vulneribus decem præceptorum medicamina subuenirent. Primum est præceptum in lege de vno deo. Non erunt, inquit, tibi dii alij præter me. Prima plaga Aegyptiorum, aqua conuersa in sanguinē. Compara primum præceptum primæ plagæ, deum vnū ex quo sunt omnia, in similitudinem aquæ ex qua generantur omnia. Ad quam autem rem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est ergo aqua conuersio in sanguinem, nisi quia illi qui in dominum credere noluerunt: sicut dicit Apostolus, Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes se esse sapientes, stulti facti

sunt. Aqua enim in sanguinem vertitur, quia sensus Aegyptiorum obscurus & tenebrosus efficitur. Et iusto dei iudicio factum est, vt de illo fluuio sanguinem biberet, in quo Hebræorum parvulos necare consueuerant. Secundum præceptum, Non accipies nomen dei tui inuani. Qui enim acceperit nomen domini dei sui inuani, non mundabitur. Nomen enim domini Iesu Christi, veritas est. Ipse enim dixit, Ego sum veritas. Et quia veritas mundat, vanitas inquinat: videamus huic secundo præcepto contrariam plagam, ranarum abundantiam. In ranis hæretici intelliguntur atque Philosophi. Philosophi enim vel hæretici quia in Christo omnia falsa esse dicunt, ranæ sunt clamantes in paludibus limosis. Per superbiam & inanem contentionem strepitum vocis habere possunt, doctrinam verè sapientiæ insinuare non possunt, Qui enim Christianæ veritati contradicunt, & in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt tedium afferentes auribus non cibum mentibus. Tertium præceptum est, Memento, inquit, vt diem sabbati sanctifices. In isto tertio præcepto insinuatur quædam vacationis indictio, requies cordis, tranquillitas mentis quam facit bona conscientia. Ibi enim est sanctificatio, quia ibi est spiritus dei. Denique videte vacationem, hoc est quietem. Super quem, inquit, dominus requiescam, nisi super humilem & quietum & tremantem verba mea? Spiritale enim sabbatum non obseruant, nisi illi qui se ita temperatè operibus terrenis accommodant, vt tamen lectioni & orationi, & si non semper certe vel frequenter insistant, secundum Apostolum, Attende lectioni diuinæ doctrinæ. Et iterum, Sine intermissione orate, Qui enim tales sunt quotidie spiritualiter sabbatum colunt. Qui vero inquieti sunt & iugiter terrenis actibus implicentur, de quibus scriptum est, Impedimenta mundi fecerunt eos miseris, idem requiem habere non possunt. Attēdite tertiam plagam, huic tertio præcepto contrariam. Scynifes nati sunt in terra Aegypti de limo, musca minutissima, inquietissima, inordinatè volantes, in oculos irruentes, non permittentes hominem quiescere, dum abiguntur iterum irrunt, dum expulsa fuerint iterum redeunt. Quales istæ sunt muscæ, tales sunt homines inquieti, qui sabbatum spiritualiter obseruare, id est, bonis operibus studere & lectioni vel orationi insistere nolunt. Et quomodo corpus humanum ab istis muscis affligitur, ita cor illorum diuersis cogitationibus inquietatur & cōpingitur. Tene præceptum, caute plagam. Quartum præceptum est, Honora patrem tuum & matrem tuam, huic contraria quarta plaga Aegyptiorum cynomyia, id est, musca canina. Græcum enim vocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat, musca hunc canina, id est, diaboli nequitia spiritualiter affligit & cruciat, Caninū est enim parentes non agnoscere. Nihil tam caninum, quam cum illi qui genuerunt non agnoscuntur. Quintum præceptum est, Non mœchaberis. Quinta plaga mors in pecora. Omnis enim qui aut vxore propria imtemperate excepto filiorum desiderio vititur, aut certe quod est crimen grauissimum, qui vxori aut filia alienæ aut ancilla vel suæ vel alterius infidiatur, & non reuocatur pœnitendo, victus cupiditate bestiarum, tanquam amisso homine erit pecus, non quasi conuersus in naturam pecoris, sed in humana forma habens similitudinem pecoris, qui non vult audire dicentem dominum, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et illud, Homo cum in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similibus fa-

lis factus est illis. Sed si pecus esse non times, vel morti sicut pecus time. Sextum præceptum, Non occides. Sexta plaga pustula in corpore, & vesicæ bullientes & scaturientes incendia vulnerum de fauilla fornacis. Tales sunt homicidales. Ardent ira, quia per iram homicidij fraternitas perit. Ardent homines iracundia, ardet & gratia. Nam & qui vult subuenire feruet, qui vult occidere feruet. Iste præcepto, ille morbo. Iste bonis operibus, ille saniosis vlceribus. O si possemus videre animas homicidarū, sine dubio plus plangeremus quam putrescentia corpora vlceratorum. Sequitur præceptum septimum, Non furaberis. Et plaga septima grando in fructibus. Quod per furtum contra dei præceptum subducis, de cælo perdes. Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto damno. Qui furatur verbi gratia, acquirat vestem, sed cælesti iudicio perdet fidem. Vbi lucrum, ibi damnum. Visibiliter lucrum, inuisibiliter damnum. Lucrum sua cæcitate, damnum de domini nube. Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur iusto dei iudicio intrinsecus grandinantur. Octauum præceptum, Falsum testimonium non dices. Octaua plaga locusta animal dente noxium. Quid enim vult falsus testis nisi mordendo nocere, & consumere mentiendis? Et ideo nos admonet Apostolus, ne nos falsis criminibus appetamus. Si, inquit, mordetis, & comeditis iniucem, videte ne ab iniuce consumamini. Nonum præceptum, Non concupisces vxorem proximi tui. Nona plaga densa tenebræ. Si enim peccatum est vxore propriam excepta causa filiorū agnoscere, putas quale peccatum est alienam appetere? Verè densa sunt tenebræ. Nihil enim sic dolet in corde patientis, quomodo si vxor illius appetatur. Et qui hoc facit alteri, nihil tale voluisset pati. Alia mala solent homines patienter excipere. Hoc autem nescio vtrum inuenire poterit qui patienter ferat, O quam densas tenebras patiuntur, qui talia faciunt & talia concupiscunt. Vere excitantur furore horribili. Furor enim indomitus est vxorem alienam commaculare velle atque polluere. Decimum præceptum, Non concupisces vllam rem proximi tui, non pecus, non ouem, non bouem, non aliquid omnino. Huic mandato plaga decima contraria est, mors primogenitorum. Primogenita cordis nostri fides est. Non enim bene operatur nisi fides præcesserit, sicut dicit Apostolus, Sine fide impossibile est placere deo. Omnia opera bona, filij tui sunt spirituales, sed inter istos tibi primogenita est fides. Quisquis rem alienam occulte concupiscit, internam fidem perdit. Erit enim primum sine dubio simulator obsequens non charitate sed fraude. Veluti amans eum à quo se cupit fieri heredem, amare se dicit eum quem mori desiderat, & vt in re eius se videat possessorem, optat vt proprium non relinquat heredem. Hæc fratres comparatio & quodammodo contrarietas decem præceptorum, & decem plagarum cautos nos faciat, vt habeamus securi res nostras in præceptis dei. Res, inquam, nostras interioris in arca conscientie nostræ repositas. Ipsi sunt thesauri nostri quos nobis nec fur nec latro nec vicinus malus poterit auferre: vbi nec tinea nec rubigo est metuenda. Ista sunt enim veræ diuitiæ, id est, bona conscientia, iustitia, misericordia, castitas, sobrietas. Qui talibus rebus plenus est, diues erit etiam si de naufragio nudus exierit. Si diligenter hæc attenditis, & quæ mala sunt fugere, & quæ bona sunt volueritis auxiliante domino exercere, eritis populus dei, & de iniqua Aegyptiorum seruitute, id est, spiritualium nequitiarū persecutione liberati, ad ter-

ram repromissionis poteritis feliciter peruenire, præstate domino nostro Iesu Christo, cui est gloria & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die sermo de iudicibus, qui habetur inter sermones ad fratres in eremo. XXXV.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Perrexit Iesus in montem Oliueti & cetera, quæ habentur in expositione doctoris ibidem, Et inter sermones de Verbis domini. XLVII.

Dominica quarta in Quadragesima, de decem chorodis, & decem præceptis. Sermo I. qui habetur tomo nono. fo. 199. col. 1.

Eodem die, de filiis Israel. Sermo I I.

**A**Ec dicit dominus Moysi, Sine vt faciam te in gentem magnam. Graue est discutere personam qui in infidelitatem cedit, dum maius quod accepit perdit. Quis ludæorum in exilium nos nescit? Quis perfidiam & audaciam non deponit? Legunt elogia sua, quod in præuaricatione parentum non desuisset vindicta. Irata seueritas promittitur, & contumacia non emendatur. Clementia leuius irascitur, quia citius miseretur. Ipsi erit iudicium, & probare dignum, & delinquentibus indulisse peccatum. Quid dico? Deus illos horruit, aut amauit? Absit. Si horruit peccatores contempsit. Sed amauit, ideo frequenter indulget. Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad vos. Eorum quidem sunt scelera aut rea lingua, aut conscientia criminosa. Vos, inquit, de patre diabolo estis. Non potest differri vindicta, vltio, non procrastinabitur. Tanta enim sunt crimina vltio concepta, vt non pareat generi, cum rei videantur auctori. Clamauerūt, inquit, ad dominum cum tribularentur, mittitur dux qui populum Israëliticum redderet liberatum. Parantur Aegyptiis dignæ & innumerabiles plagæ ignominia, ad vindictam scynifes processerunt, vineas bruchus absumpsit, fructifera ligna locusta vastauit: terrorem ex grandine, vlcera, tumultus, voces, flammæ, addicta pecora, armenta prostrata, aquas in sanguinem mutatas, prostratas ranas, pisces & ceteros prædurantur elementa nullo rigore, siccantur fluentia in ærei miraculo curuata, & in muro suspenditur vnda, insuetum iter mirantur fluctus, miratur & populus, Quid incredule popule nō te desperas? Signum tibi erit columna, quam Christus illuminat. Securus iter quod arripis vade, antecedit te Christus. Et quia prosequitur Christus fiducia non terror debet esse, securus ad promissa peruenies atque vltiam non rebelles. Apertū intrant mare Aegyptij quos circumfusi fluctus festinanter ruentes perdūt. Medij maris arena vngulam sensit, mare cursus sustinuit equitū. Sed hæc vindicta debebatur, vt citius periret, qui consequi denegauit salutem. Quid dubitas de hoste? Tote iam procede, mortuum videbis, probabis defunctum, cui ante fueras seruus. In eremum exitur, nec contumelia differtur. Murmurant, petunt cepas & pepones, merito insulsi & quos non gratia sales condunt, vilem expectant cibum. Cepas, ait, vt extorquerentur eis lachrymæ ex delicto collectæ. Non aquarum in fluuiis natura degenerat, communem liquorem amaritudo tristauerat, lignum mittitur, dulcedo reparatur. Petra percussa sitientibus potum præbuit virga, nec veteriosa eis diffusa sunt vestimenta, & duo sterili non defuit manna. Pulmentarium poscitur, desideris omnia conferuntur. Saporem

Psal. 2.

H Sapien. 3.

Psal. 3.

Ser. XCV.

Exo. 20.

Exo. 7.

Roma. 1.

Exod. 20.

Ioan. 14.

Exo. 8.

Exo. 20.

Exo. 9.

Exo. 20.

Exo. 10.

Gal. 5.

Exo. 20.

Exo. 10.

1. Timo. 4.

1. Thess. 5.

Exo. 8.

M

Exo. 20.

Exo. 8.

Exo. 10.

Psal. 31.

Psal. 48.

Math. 6.

Ioan. 8.

Ser. XCVI.

Ser. XCVII.

Exo. 34.

E

Zach. 11.

Ioan. 8.

Psal. 106.

Exo. 7. & 8.

F

Exo. 14.

Exo. 16.

Nume. 11.

Exo. 17.

G  
Exo. 16.  
Exo. 32.  
Esa. 50.  
Exo. 20.  
Exo. 32.  
Deut. 6.  
Exo. 32.  
Gen. 15.

gorem sensit quisque quem voluit in ore dum manducauit. Petunt sibi quod colerent, atque vtinam simpliciter postulasent. Sed plebs quæ dotales tabulas lege mariti perceperat, de corruptela disponit, & de adulterio cogitat. Quid te infidelis vis iungere consortio digno? Mater tua displicuit repudiata per libellū repudij pronunciantem Esaia, nec summo charismate es digna, cum execrabilibus factis videaris ingrata. Non seruias, inquit, deo alieno. Aurum igni apponitur, & ingrati infanctum scelus expetunt, adorant imaginem quem succensus eiecerat ignis. Vbi est quod mandatum est: Audi Israēl, dominus deus tuus vnus est: Vitulus tuus vbi erat, cum tibi Christus in mari itinera preparabat, mare aperuit, sitientibus potum præbuit: fessos ieiunio reparauit? Luxuriosa gentilitas, post saturam lusum quærit. Sed dicit, inquit, populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, atque vtinam verbis fuissent dicta, non factis fuissent admissa. Ecce iam pater Abraham transfertur in gentem magnam. Ecce quid criminis admittit primitiuus, quid gratiæ meretur secundus. Vēdidisti mihi primatus tuos, delicto factus seruulus fratri tuo. Radix quidem me aliena portat, sed noua gratia meum caput impinguat. Ducem se ergo dominus ingrato populo præbebat, exercitum Christi per inaccessa loca & deuia deserta terrarum nō turbauit iter ignotum. Igitur exoritur impugnante diabolo prophana tentatio, fit repente populus diuinis beneficiis ingratus, mens eius à veritate desciscit, deseruit vitæ largitorē, & secutus est mortis authorem. Vnde simulacra colentium cæca stultitia, imò non ferenda dementia, mortali manu formatum vitulum putare diuinum? Acerbior indignitas resum est, vt pecoris sit figura terrori, & cum deus animalia omnia homini subiecerit, ipse se in famulatum pecudū sponte deiecerit. Adeo formatur vitulus stultorum collationibus inauratus: & quem nullus naturalis motus quacunque flecebat, eum dementia perfidorum subiugata ceruice portabat: & cuius aures nullus penetrabat auditus, vel aliqua commotio sensibilis agitabat, has incassum dementis populi oratio stulta pulsabat: & cui visum modulantibus palpebris vitali motu artificis phantasia non dederat, nec genitrix natura contulerat, eum I videntes ingrati deo supplices adorabant. Præcedebat in eremo populum carens spiritu vitulus figuratus, vt tali duce demens populus vteretur, qualis fuerat & ipse delictis effectus. Et ne tanti mali sine vindicta in posteros manaret exemplum, statim vindicatur in reos, Dū enim malis modus imponitur, frangitur licentia peccatorum: frequenter enim plagis disciplina corrigitur, si nihil proficiant hortamenta iustorum. A damnabilibus factis homines vindicta compescit, quos in bonis operibus beneficia dei retinere non possunt. Si enim nō inter primos peccantium lapsus consuleret, sed in futurum suspenderet vltionis occursum diuina celsura, proculdubio scelestorum omnium latius processisset audacia, Denique si vis tuorum proficere disciplinam, exerce censuram. Vbi dei futura vindicta sollicitudo versatur, illic aut non peccatur, aut tardius delinquitur. Censura enim interdum quidam suscipiunt supplicium, vt multi corrigantur in paucis, ne postmodum ita commotus incipiat grassari per multos. Risus frequens corrumpit mores, relaxat quoque nervos rigoris alitictos, seuerus autem vultus custos est disciplina. Si enim delinquentibus frequenter indulges, peccator non proficit ad salutem.

In eadem dominica homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis et cetera: quæ habetur in expositione doctoris Ibiem.

Feria secunda post quartam dominicam, de Thuribus: Sermo I.

**M**odo fratres dilectissimi cum diuina lectio legeretur, audiuius dixisse dominum ad Moysen, vt thuribula in quibus superbi illi ac rebelles incensum obtulerāt conflaret, & producta in laminas altari affigeret, vt essent in testimonium rebellium & superborum. Thuribula, inquit dominus, quæ sanctificata sunt in mortibus peccatorum, facito ea laminas ductiles & circunda ex eis altare, quia oblata sunt corā domino & sanctificata sunt. Hoc ergo per hanc figurā videtur ostendi, quod thuribula ista quæ scriptura nominat area, imaginē teneant scripturæ diuinæ, cui scripturæ hæretici ignem alienum imponentes, sensum videlicet per errorem & intelligentiam alienam à deo & veritati contrariam introducentes, incensum domino non suaue, sed execrabile offerunt. Ista ergo thuribula area, id est, hæreticorum voces, si adhibeamus ad altare dei, vbi diuinus ignis est, vbi vera fidei prædicatio, melius ipsa veritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si enim verbi gratia dicam, ponam dicta Arrianorum vel Manichæorum, aut alterius cuiuslibet hæreticorum, & ex sermonibus veritatis ac scripturarum diuinarum testimonio velut diuini altaris igne confitem, nōne euidentior eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas: Nā si doctrina ecclesiastica simplex esset & nullis extrinsecus hæreticorum dogmatum assertionibus cingeretur, nō poterat tam clara & tam examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinam catholicam contradicentiū obsidet impugnatio, vt fides nostra nō ocio torpescat, sed multis exercitationibus elimetur. Propter hoc denique & Apostolus dicebat, Oportet autem hæreses esse vt probati quique manifesti fiant inter vos. Hoc est dicere, Oportet hæreticorum thuribus altare circumdari, vt certa & manifesta omnibus fiat fidelium atque infidelium differentia. Cum enim fides catholica velut aurum coperit fulgere, & prædicatio eius vt argentum igne probatum intuentibus resplenderit, tunc maiore cum turpitudine, & dedecore hæreticorū voces obscuri aramenti vilitate fordebunt. Hæc autem diximus de thuribus eorum qui condemnati sunt, quæ altari iubentur affigi, quod ex comparatione impiorum isti clariores appareat: simul vt & posteris daretur exemplum, ne quis presumptione superbi spiritus non sibi à deo datum munus pontificatus inuaderet: sed vt illi cre datur quem non ambitio humana, nō fauor corruptus, ascuerit, nec munus oblatio prophana surrogauerit, sed meritō conscientia & dei voluntas assumpserit. Quod ergo pertulerūt superbi illi Leuitæ, qui domino non iubente sibi sacerdotium vendicabant, hoc patiuntur quicumque se aut ad episcopatus, aut presbyteratus, vel diaconatus officium vel muneribus aut adulationibus impudenter conantur ingerere. Quomodo combusti sunt illi in corpore, sic isti exuruntur in corde. Hortatur ergo Moyses pontificem magnum vt offerat incensum in castris, & exoret pro populo. Iam enim, inquit, vastari populū cœpit. In spiritu videbat Moyses quæ gerebantur. Abiit ergo Aaron vt offerret incensum pro populo, & stetit inter viuos & mortuos, & mitigatus est furor dei. Si intellexisti historię ordinem, & oculis vt ita di-

K  
Ioan. 6.

Sermo  
XCVIII.

Num. 16.

L

1. Cor. 11.

M

Num. 16.

Hebr. 2.

Math. 25.

Sermo  
XCIX.  
Num. 17.

1. Corin. 4.

**A** ita dicam cernere potuisti stantem pōtificem medium inter viuos & mortuos, ascende nunc ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodo verus pontifex Iesus Christus assumpto thuribulo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica cū qua natus est in carne, adiecto etiam incenso qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos stetit, & mortem non permisit vltra grassari, sed sicut Apostolus dixit, destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolus, vt qui in ipsum pontificem Christum credit, iam non moriatur sed viuat in æternum. Hoc fuit ergo mysterium, quod postea futurum iam tunc angelus ille qui populum vastabat expauit. Agnoscebat enim figuram thuribuli & ignis & incensi, & qualis offerenda esset deo hostia ab eo qui medius mortuorum viuorumque constituendus erat præuidebat: & illos tunc imago præfigurata saluauit, ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neque enim indumenta pontificis purpura ac lana byssoq; contexta erubuisse angelus ille vastator, sed ista quæ futura erant indumenta domini & saluatoris nostri singularis & magni pontificis intellexit, & his cessit quibus vtiq; vniuersa creatura inferior erat. Puto autem quod non solum primo aduentu domini & saluatoris nostri forma ipsa completa sit, sed eadem fortasse seruabitur & in secundo. Veniet iterum filius hominis, & cum venerit sine dubio inueniet quosdam mortuos, quosdam viuentes. Hoc loco non incongrue mortui intelliguntur, illi qui nimietate scelerum in peccatis suis mortui comprobantur, viuentes autē illi qui in operibus vitæ permanent. Veruntamen vtrolibet modo stabit etiam in futuro magnus hic pontifex & saluator noster medius viuorum & mortuorum. Sed & tunc forte medius viuorum & mortuorum stare dicendus est, cum statuet ones quidem à dextris, hædos autem à sinistris, & dicit his qui à dexteris erunt, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. His autem qui à sinistris sunt dicit, Ite in ignem æternum operarij iniquitatis, quæ preparauit pater meus diabolo & angelis eius, quoniam non noui vos. Et sunt vtiq; mortui qui in ignem mittuntur æternum: Sunt autem viui illi qui mittuntur ad regnum. Ad quod regnum vos pius dominus perducere pro sua pietate dignetur, cui est honor & imperium cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Eodem die, de virga Aaron: Sermo II.

**M**nis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum, nisi habeat virgam. Vnde & Paulus Apostolus quia princeps erat populi, idcirco dicebat: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Omnes ergo principes tribuum habeant necesse est virgas suas, sed vnus est solus, sicut scriptura dicit, verus pontifex, cuius ille Aaron sacerdos præferabat figuram. Huius ergo virga germinauit. Sicut enim virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, ita crux Christi floruit in populo gentium. Verum quoniam vt sæpe ostendimus, verus pontifex Christus est, ipse solus est cuius virga crucis non solum germinauit sed & floruit, & omnes credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem iste est fructus quem attulit? Amygdalas, inquit. Amygdalæ fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio sumentem pascit ac nutrit. Talis ergo est in Ecclesia Christi doctrina legis ac prophetarum. Tomus decimus.

Prima literę facies satis amara est, quæ quidem circumscriptionem carnis præcipit, quæ de sacrificiis mandat, & cetera quæ per occidentem literam designantur. Hæc omnia tanquam amaram nucis corticem proice. Secundum in loco ad munimenta testæ peruenies, in quo vel \* mortalis doctrina vel ratio continentia designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum quæ seruantur intrinsecus, frangenda tamen quandoque & sine dubio dissoluenda sunt: vt si verbi causa dicamus, abstinentia ciborum & castigatio corporis donec sumus in corpore isto corruptibili & passibili sine dubio necessaria est: cum autem superueniente morte confRACTUM fuerit & resolutum, & resurrectionis tempore incorruptibile ex corruptibili redditum, atque ex animali spiritale, nō iam labore afflictionis, nec abstinentiæ castigatione, sed qualitate sui nulla iam corpori corruptela dominabitur: Sic ergo & nunc durior testa nucis velut necessaria abstinentiæ ratio videtur, & postmodum non quærenda. Tertio autem loco, recōditum velut in nuce inuenies secretum mysteriorum sapientiæ & scientiæ dei sensum, quo nutriantur & pascantur animæ sanctæ, non solum in præsentī vita, sed etiam in futura. Ipse enim est pontificalis fructus, de quo promittitur his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Hoc igitur modo in omnibus scripturis triplex huius sacramenti ratio percurrit. Sic & sapientia monet, vt describamus eam nobis in corde tripliciter, ad respondendum, inquit, verbum veritatis his qui proposuerunt nobis. Nam quia sacramentum sacerdotale est virga nucis, idcirco arbitror etiam Hieremiam qui erat vnus ex sacerdotibus ex Anathot vidisse virgam nucis, & prophetaisse de ea illa quæ scripta sunt, vel de virga nucis, vel de lebetis sue olla succensa, quasi ostenderit per hæc in virga nucis esse vitam, & in lebetis succensa esse mortem. Vita enim & mors ponitur ante faciem nostram, & vita quidem Christus in sacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis succensa. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum olla succensa. Si autem iuste egeris, efficietur portio tua in virgam nucis cum magno pontifice. Sed & in canticis canticorum sponsa dicitur descendisse in hortum nucis, vbi etiam pariter cum nucibus sacerdotium quodammodo pomorū copiam perscribitur inuenisse. Diligenter attendite fratres, quia vnum promisit deus futurum in virga, sed plura dedit. Verum est fratres: Consuetudinis suæ rem fecit dominus noster. Semper enim maiora tribuit quàm promittit. Et erit, inquit, homo quemcunque elegero, virga eius germinabit: hoc est solum quod promisit deus, vt virga eius quem eligeret germinet. Vbi vero ad rem venit, vt quod promissum est ostendatur impletum, non vnum illud quod promissum fuerat effectum dicitur, sed vnde quanta addantur. Ait enim scriptura, Ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Hoc est vnum illud sine dubio quod fuerat repromissum. Sed adduntur alia, & dicitur: Et produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nucas. Cum ergo de solo germine fuisset repromissum, vnde quanta largitur deus, vt non solum germen produxerit, sed & frondes: & non solum frondes, sed & flores: & non solum flores, sed & fructus. Quid igitur est quod ex his colligi & cōtemplari possit videamus. Primum omnium resurrectionis ex mortuis sacramentum in his euidenter agnoscimus. Virga enim arida germinat, cum corpus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ sunt autem quatuor ista, quæ resurgenti corpori præstatur?

\* aliis, moralis.

E  
Math. 5.

Prouerb. 22.

Num. 17.

Hier. 1.

Hier. 22.

Cant. 6.

F

Num. 17.



**G** buntur? Vt feminatum in corruptione, surgat in incorpore: Et feminatum in infirmitate, surgat in virtute: Seminatum in ignominia, surgat in gloria: Et feminatum corpus animale, resurgat corpus spiritale. Ista sunt quatuor, quae virga arida corporis nostri in resurrectione germinabit. Sed redeamus ad ea quae de virga dicere coeperamus. Possimus adhuc sic intelligere eorum quae virga germinauerat differentias. Omnis qui in Christo credit, primo moritur, & post hoc renascitur. Et est etiam in figura quod virga arida postmodum germinat. Est ergo primum germen, prima hominis in Christo confessio. Secundo frondefcit, vbi renatus donum gratiae dei sanctificationemque suscepit. Inde affert flores, vbi proficere coeperit, & morum suauitate decorari, ac fragrantiam misericordiae & benignitatis effundere. Ad vltimum quoque affert etiam fructus iustitiae, quibus non solum ipse viuatur, sed & aliis vitam praebet. Cum autem ad perfectum venerit, & protulerit ex se verbum fidei, verbum scientiae dei, & per doctrinam suam alios lucrifecerit, hoc est attulisse fructus quibus alij nutrantur. Sic ergo singuli quique credentium de virga Aaron, quae Christus est, germinantur.

**H** Quorum quatuor istae differentiae in aliis scripturae locis velut atates quatuor designantur, quas Ioannes Apostolus in epistola sua distinctione mystica comprehendit. Ait enim: Scripsi vobis pueri, scripsi vobis adulescentes, scripsi vobis iuuenes, scripsi vobis patres. In quibus vti que non corporales atates, sed spiritualium profectuum differentias ponit. Sic etiam in hoc sacerdotalis virgae germen obseruabimus designari. Habentur ergo omnia haec non tam in virga Aaron, quam in ea virga quae exiit de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, supra quem requiescit spiritus dei. In quo nec hoc ipsum videtur ociosum, quod exire dicitur virga, & flos ascendere. Quauis enim vnus sit Christus, singulis tamen diuersus efficitur, prout indiget is qui operatur. Qui ergo segnior est & negligentior, pro disciplina Christus ei efficitur virga, & in virga non ascendere dicitur, sed exire. Exeundum nanque est ei qui inutilis & ignauus est, de eo statu in quo non recte consistit, transeundum ad alium statum tanquam virgae compulsionem, id est, seueritate doctrinae rigidioris admonitu. Qui vero iustus est, quia iustus sicut palma floret, in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum virga. Qui autem proficit ad iustitiam, ascendit ei in florem. Ascendit autem quouique afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, pax, patientia, & reliquae virtutes in Christo Iesu domino nostro.

*Item eodem die homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem: Prope erat pascha Iudeorum et ascendit Iesus Hierosolymam et cetera: quae habetur in expositione doctoris. Ibidem.*

*Feria tertia post quartam dominicam in quadragesima, de exploratoribus et de botro: Sermo. I.*

**M** Odo cum diuina lectio legeretur, audiuius quod tempore illo quo missi sunt duodecim exploratores ad considerandam terram repromissionis, duo ex illis vnam miram magnitudinis in phalanga detulerint ad filios Israel. Duo isti fratres dilectissimi, multis modis intelligi possunt. Nam & duo testamenta non incongrue significasse creduntur, & duo praecepta quibus diligatur deus & proximus. Possunt etiam in historia & allegoria intelligi. Quod au-

tem duum testamentorum typum habuerint, hinc euidenter agnoscimus, quia quomodo in medio duorum illorum vna exhibita legitur, ita in medio duum testamentorum Christus dominus euidenter agnoscitur: secundum illud quod scriptum est, In medio duum animalium cognosceris: id est, in medio noui vel veteris testamenti. Quod autem dixit, In medio, non sic intelligendum est, quod Christus inter nouum & vetus testamentum sic fuerit medius, vt nec in nouo nec in veteri contineretur. Non ita est fratres charissimi. Sed quod ait, In medio duum animalium cognosceris, hoc sciendum est quod sit in medio veteris testamenti, & in medio noui: id est, intus in interiori & spiritali intellectu, non in litera quae non solum Iudaeos, sed etiam haereticos omnes consuevit occidere, sed in spiritu qui omnes Christianos spiritaliter intelligentes viuificat. Hoc est ergo, in medio duum animalium cognosceris, in interiori sensu noui sive veteris testamenti. Exhibita est ergo vna a duobus. Isti autem duo qui vnam de terra repromissionis afferre meruerunt, sicut iam diximus, possunt intelligi etiam duo praecepta dilectionis, id est, diliges deum & diliges proximum. Denique considerate fratres, quia sicut illi duo pendentes vnam attulerunt, ita & de istis duobus, id est, dilectione dei & proximi dicitur, In his duobus praeceptis tota lex pedet & prophetae. Sicut enim vna illa Christum deum figurauit, ita & terra repromissionis in qua natus est, sancta Maria videtur imaginem praetulisse. In ipsa enim impletum est, Veritas de terra orta est. Quomodo autem beata Maria non fuit terra repromissionis, quae per prophetam multo ante promissa est? Nam per beatum Esaiam dominus eam ante multa annorum spacia repromisit. Sic enim ait, Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium. Exhibita est enim vna de terra repromissionis. Ipsa est enim de qua legimus, Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. Et de ipsa scriptum est: Petra autem erat Christus. Et illud, Cum adipe renium, & sanguine vnae. Et iterum, Lauabit in vino stolam suam, & amictum suum in sanguine vnae. Haec, inquam, vna in ligno suspensa duorum defertur obsequio, quae nobis vti que sicut iam dictum est, duum testamentorum representantur oraculis, quae in ligno crucis pependit, cuius vinum in precium nostrum passionis expressione profluxit. Sed operae precium est arcana sacramentorum aperiri effectibus rerum. Hanc vnam duo deferunt inserto vete pendente: Possunt isti duo etiam Christianum vel Iudaicum populum figurare. Isti ergo sunt duo, id est, synagoga vel Ecclesia populi. Et quia prior fuit Iudeorum populus praecedit Iudaeus, sequitur Christianus. Salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium praefert, ille contemptum. Ideo & de Iudaeis Propheta testatur, Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum illorum semper incurua. Incedunt duo sub sacro falce ordine suo. Hic semper videt, ille semper relinquit. Iudaeus autem proximum se aestimat, sed absentat. Christianus ergo presenti munere fruatur, Iudaeus solo onere praegratur. Quia Christus sicut credenti salus, ita onus est non credenti. Iudaeus enim ille specialiter annuntiatus: de quibus dictum est, In sua venit, & sui eum non receperunt: Factus est eis lapis offensionis & petra scandali: & quem Israel non cognouit, gentium fides recepit. Et ideo post sequitur iste, sed ipse suam sub oculis habens antecedit & proficit: ille prior graditur sed deserit & recedit. Portat quidem Christum in lege Iudaeus, sed a gratia quam in mysteriis portat auersus est, quia quem praedicatione

tionem suscepit electus, corde perdit incredulus: & quem vnus aspernatur in lege, alter miratur in corpore. Vnde amborum dominus & redemptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se auersantem suspenditur: Ac sic impletum est in Iudaeis: Posuerunt ad me dorsa, & non facies suas. Et quia Christum dominum quem prior populus Iudaeorum: & post dorsum reliquit & crucifixit, nos postea venientes adorare & portare meruimus: secundum illud quod Apostolus ait, Glorificate & portate deum in corpore vestro: quantum possimus cum ipsius adiutorio laboremus, ne a ceruicibus nostris tam sanctam sarcinam malis operibus deponamus. Sarcina enim Christi, leuare consuevit non premere. Sic & ipse in euangelio dixit, Iugum meum suauis est, & onus meum leue. Si enim iugum Christi subdita & humili ceruice suscipimus, magis nos portat quam a nobis portetur. Sicut enim iugum seculi semper premit, ita iugum Christi leuare consuevit. Et quia omnis homo aut Christum portando erigitur, aut iugum seculi sustinendo ad inferiora deprimitur, attendat vnusquisque conscientiam suam: & si se sanctis cogitationibus & bonis operibus iugum Christi portare cognouerit, gaudeat & deo gratias agat, & cum grandi sollicitudine vel timore perseuerare contedat. Qui vero luxuriosis cogitationibus & malis operibus durissimum mundi huius iugo se nimium grauari cognoscit, orationibus, ieiuniis vel eleemosynis proiciat iugum diaboli, vt mereatur excipere iugum Christi, & de omnibus malis actibus suis cum propheta fideliter dicat: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Tunc enim de illa spiritali vna de qua nobis vinum latitiae praesulum crucis expressit, cum secura conscientia bibere poterimus, si nos nec luxuria sordidauerit, nec iracundia combuserit, nec inflauerit superbia, nec auaritia obscurauerit, nec inuidia vipereo veneno percusserit. Omnia enim ista de corde suo debet expellere, qui ad altare desiderat vel optat accedere. Et quia spiritalis vindemia, id est, paschalis solennitas imminet, in qua festiuitate botrus ille, de quo superius diximus, per iniuriam vel pondera crucis expressus est, de tanta ac tali vna accepturi calicem salutaris & vinum latitiae bibituri, exceptoria cordis vel pectoris nostri cum grandi nitore ac diligentia, ieiuniis, vigiliis, orationibus, Eleemosynis & praecipue castitatis nitore mundemus: Contra nullum hominem odium in corde seruantes, & non solum amicos sed etiam inimicos & aduersarios diligentes, cum secura conscientia in oratione dominica dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

*Eodem die, de serpente aeneo, Sermo II.*

**A** tione suscepit electus, corde perdit incredulus: & quem vnus aspernatur in lege, alter miratur in corpore. Vnde amborum dominus & redemptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se auersantem suspenditur: Ac sic impletum est in Iudaeis: Posuerunt ad me dorsa, & non facies suas. Et quia Christum dominum quem prior populus Iudaeorum: & post dorsum reliquit & crucifixit, nos postea venientes adorare & portare meruimus: secundum illud quod Apostolus ait, Glorificate & portate deum in corpore vestro: quantum possimus cum ipsius adiutorio laboremus, ne a ceruicibus nostris tam sanctam sarcinam malis operibus deponamus. Sarcina enim Christi, leuare consuevit non premere. Sic & ipse in euangelio dixit, Iugum meum suauis est, & onus meum leue. Si enim iugum Christi subdita & humili ceruice suscipimus, magis nos portat quam a nobis portetur. Sicut enim iugum seculi semper premit, ita iugum Christi leuare consuevit. Et quia omnis homo aut Christum portando erigitur, aut iugum seculi sustinendo ad inferiora deprimitur, attendat vnusquisque conscientiam suam: & si se sanctis cogitationibus & bonis operibus iugum Christi portare cognouerit, gaudeat & deo gratias agat, & cum grandi sollicitudine vel timore perseuerare contedat. Qui vero luxuriosis cogitationibus & malis operibus durissimum mundi huius iugo se nimium grauari cognoscit, orationibus, ieiuniis vel eleemosynis proiciat iugum diaboli, vt mereatur excipere iugum Christi, & de omnibus malis actibus suis cum propheta fideliter dicat: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Tunc enim de illa spiritali vna de qua nobis vinum latitiae praesulum crucis expressit, cum secura conscientia bibere poterimus, si nos nec luxuria sordidauerit, nec iracundia combuserit, nec inflauerit superbia, nec auaritia obscurauerit, nec inuidia vipereo veneno percusserit. Omnia enim ista de corde suo debet expellere, qui ad altare desiderat vel optat accedere. Et quia spiritalis vindemia, id est, paschalis solennitas imminet, in qua festiuitate botrus ille, de quo superius diximus, per iniuriam vel pondera crucis expressus est, de tanta ac tali vna accepturi calicem salutaris & vinum latitiae bibituri, exceptoria cordis vel pectoris nostri cum grandi nitore ac diligentia, ieiuniis, vigiliis, orationibus, Eleemosynis & praecipue castitatis nitore mundemus: Contra nullum hominem odium in corde seruantes, & non solum amicos sed etiam inimicos & aduersarios diligentes, cum secura conscientia in oratione dominica dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

**N** Ectione quae nobis recitata est fratres charissimi, audiuius quod eo tempore, quo propter superbiam Iudeorum & murmuracionem eorum contra dominum a serpentibus regulis, id est, basiliscis in deserto populus versabatur, praeeperit dominus Moysi vt serpentem aeneum faceret, eumque in ligno suspenderet, quem percussi respicientes ab interitu sanarentur. Serpens iste fratres dilectissimi, licet hoc satis mirum esse videatur, tamen figurauit incarnationem domini. Durum forte alicui videri poterat ista significatio, nisi hinc ipse dominus in Euangelio suo dixisset. Sic enim ait, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Suspendus est Tomus decimus.

ergo tunc serpens aeneus in coto, quia Christus suspendendus erat in ligno. Tunc enim quicumque fuisset a serpente percussus, serpentem aeneum respiciebat & sanabatur: nunc vero humanum genus quod a spiritali serpente diabolo percussum fuerat, Christum credendo respicit & sanatur. Quicumque percussus serpentem illum aeneum non vidisset, moriebatur. Ita est fratres, nisi quisque in Christum crediderit crucifixum, diaboli veneno premitur: Tunc enim vnusquisque respiciebat serpentem mortuum, vt posset euadere vitium: Nunc vero qui vult diaboli vitare venenum, Christum respiciat crucifixum. Et quia mors a mortu nomen accepit, & generi humano morsus antiqui serpentis acciderat, & mors rursus a morte superari non poterat: ideo mortem Christus sustinuit, vt iniusta mors iustam vinceret mortem, & liberaret reos iuste, dum pro eis occidebatur iniuste. Quicquid enim diabolus in Adam exercuerat, quasi iuste videbatur egisse in homine, qui se vnus arboris delectatione vendiderat. In Adam ergo quasi in proprio seruo iure sibi domino dominium vedaui: in passione autem Christi in quo peccati maculam non inuenit, iniuste mala omnia perpetravit. Sic & ipse dominus in euangelio dixit, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quid est nihil inuenit? Nullum omnino peccatum. Et in psalmis, Quae non rapui, inquit, tunc exolvebam. Quod ergo iuste debebat Adam, Christus iniuste mortem suscipiendo persoluit. Ille expandit manum ad pomorum dulcedinem, iste ad crucis amaritudinem. Ille arborem necis, iste salutis ostendit. Ille se contra deum erexit & cecidit, Christus se humiliavit vt omnes erigeret. Adam mortem vniuersis intulit, & Christus vitam omnibus reparauit. Respiciebat ergo vnusquisque ad serpentem aeneum, & a venenatis serpentibus sanabatur. Serpens aeneus in ligno positus venena viuorum serpentium superauit, & Christus in cruce suspensus & mortuus antiqua diaboli venena refrinxit, & omnes qui ab eo percussi fuerant liberauit. Quare tamen serpens ille non de auro, no de argento sed de aeneo fuerit factus, videamus. Hoc mihi videtur quod duas significationes habere possit. Vnam propter diuturnitatem quia vasa aenea durare diutius solent. Aliam propter vocis claritatem, nam inter omnia metalla vasa aerea maiorem tinnitum reddere & longius sonare solent: Doctrina non in vna tantum gente Iudeorum innotescere, sed per vniuersum mundum clare salutifere praedicationis sono poterat peruenire: ideo serpens ille aeneus efficitur, vt doctrina Christi in vniuerso mundo clarius praedicetur: secundum illud quod de apostolis scriptum est, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Et tamen fratres etiam secundum medicorum carnalium disciplinam, quibus de morte serpentis contra viuorum serpentium venena salubria preparantur antidota, non est incongruum, vt mortuum debeat serpentem intendere, qui a viuorum serpentium venenis desiderat liberari. Haec ergo omnia ideo diximus, vt quosunque serpentis, id est diaboli & angelorum eius venena percusserint, ad Christum qui in similitudine illius aenei in ligno suspensus est fideliter aspiciant, vt cum beato Paulo apostolo dicere possint, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Et quia de beata crucis mysterio diutius loqui & dulce est & salubre, reliquas eius significationes breuiter si iubetis charitatis vestrae auribus intimamus. Quid enim dulcius, quid suauius vel cogitari vel dici

SER. C. Numc. 13.


Ioan. 3. Rom. 9.

Gal. 6.

**G** potest quam sanctæ crucis mysterium, per quam nõ so-  
lum ab inferis reuocari, sed etiam in cælos eleuari me-  
ruimus. Quia sine vlla dubitatione vbi caput nostrum  
Christum ascendisse credimus, membra illius secutura  
esse cõfidimus. Ligni crucis etiam vmbra vel figuræ, in  
veteri quoque testameto plurimum valuerunt. Nullum  
Moyfes signum sine ligni sacramento peregit. Vt enim  
Exo. 4. signa & prodigia in Aegypto faceret, virgam accepit à  
domino, & ad signa quæque diuinitus audiebat & dice-  
batur ei: Eleua virgam tuam. Non vtiq; deus virgæ au-  
xilium indigebat, sed erigebatur vt scire possimus quantũ  
esset illud futuri ligni mysterium, cuius fuerat vmbra  
figuratum virgæ illius sacramentum. Forte si rubrum  
Exo. 14. mare diuidendum est, iubetur Moyfes eleuare virgam,  
& mare cognoscens venturi ligni figuram, mox iter po-  
Exo. 15. pulo pandit insuetum. Si ad aquam merrhæ amarã ve-  
nitur, nisi lignum in se susceperit nõ dulcescit. Quæ res  
erat indicio, amaritudinem gentium per lignum crucis  
in vsum dulcedinis quandoque esse vertendam. Si autẽ  
Exo. 17. non habet aquam populus vnde bibat, petra ligno per-  
cutitur, & dat per gratiam quod non habuerat per na-  
tura. Si Amalech læus hostis occurrit, Iesus filius Naue  
Ybi supra. H virgam tenere manu iubetur, & Moyfes brachia sua in  
modum crucis extendere, ac sic per figuram crucis vin-  
4. Reg. 6. citur insuperabilis inimicus. Sed nec Helisæus ligni hu-  
ius mystici virtutem penitus ignorauit, qui securum de  
manubrio in gurgitem lapsam misso in flumine ligno  
de profundo euocauit, significans vtiq; dura corda &  
ferreas hominũ ceruices de profundo emerfas errore,  
ligno crucis esse in posterum subiugandas. O crux cuius  
tantus ac talis decerpitur fructus. Fructus autem crucis,  
gloriæ est resurrectio. Hic fructus ligni huius, vere plã-  
tatus est secus decursus aquarum. Semper enim cruci ba-  
ptisima iungitur. Dedit hoc lignum fructum in tempo-  
re suo, dedit fructum interim domini resurrectione, da-  
bit & cũ apparuerit de cælis ille qui visus est super ter-  
ram, cum precedente ipso crucis signo iam fulgido ve-  
nerit de supernis: tunc resurgent corpora sepulorum,  
tunc exultabunt sancti in gloria, tunc in suis cubilibus  
lætabuntur, qui nunc de sui regis ac domini cruce non  
confunduntur, sed potius gloriantur.

Item eodem die homilia de eo quod scriptum est secun-  
dum Ioanem: Iam die festo mediante, ascendit Iesus in  
templum & docebat: & cætera, quæ habetur in expo-  
sitione doctoris Ibidem.

Feria quarta post quartam dominicam in quadra-  
gesima: de eo quod senior populus in deserto mor-  
tuus est, & iunior in terram repromissionis ingres-  
sus est: Sermo I.

**S**eruo CII. cire & intelligere debemus fratres dilectis-  
sima, quia senior populus Iudæorum qui pro-  
pter incredulitatem in deserto mortuus est,  
Numc. 14. significauit priorem populum Iudæorum: paruuli vero  
eorũ, id est, iunior populus figurauit populum Gætium.  
Sicut enim seniore populo mortuo, iunior terram re-  
promissionis accepit, ita reprobato Iudæorum populo,  
iunior populus Christianorum gratiam diuinæ bene-  
dictionis obtinuit. Tamen fratres charissimi non trãsi-  
toriè vel negligenter, sed cum ingenti tremore consi-  
derandum est, quia de sexcentis milibus duo tantũ ter-  
ram repromissionis ingressi sunt. Hoc ergo audiãt, qui  
ita dominum misericordem esse volunt, vt iustum esse  
non credant. Si enim diligenter attẽdimus fratres cha-  
rissimi, & erga illa sexcẽta milia quæ in eremo mortua

fuerant deus noster misericors fuit, & circa illos duos **K**  
qui terram repromissionis intrauerunt iustus apparuit:  
Quomodo non fuit misericors, qui eos per quadragin-  
ta annos reseruauit & expectauit ad pœnitentiam, & nõ  
solum conuerti noluerũt, sed etiã frequenti rebellione cõ-  
tra dominum murmurantes, ad peccatorũ suorum cum-  
mulum grauiorem semper sarcinam addiderũt? Quo-  
modo non est misericors, qui nos tanto tempore expe-  
ctat vt corrigamur? Nunquid tam proluxa misericordia  
potest deo auferre iustitiam? Quanto enim diutius ex-  
pectat, tanto grauius vindicat. Quando enim proluxis  
temporibus peccamus, & nihil mali à domino sustine-  
mus, patientia est non negligentia. Non ille potentiam  
perdidit, sed nos ad pœnitentiam reseruauit. Ergo & in  
illis qui in eremo mortui sunt misericors fuit, quos tãta  
longanimitate sustinuit: & in illis duobus promissa cõ-  
pleuit, quos fidei merito in terram repromissionis in-  
duxit. Sed dicit aliquis quod etiam si egissent pœniten-  
tiam, terram repromissionis intrare nõ potuissent, quia  
deus definitam illis dederat sententiã dicens, Non in-  
trabitis terram pro qua iurãui patribus vestris, sed in so-  
litudine iacebunt cadauera vestra. Non ita est fratres  
charissimi: Atque vtinam tam cito peccator homo re-  
surgat ad pœnitentiam, quã cito deus etiam definitam  
vult mutare sententiam. Audi ipsum dominũ per Pro-  
phetam spem maximam humano generi promittentẽ.  
Repente, inquit, loquar ad gentem, vt pro peccatis suis  
faciam eis malum, & si pro iniquitatibus suis egerit pœ-  
nitentiam, & ego pœnitentiam agam super malo quod  
cogitauit vt facerem eis, & non faciam. Videte fratres  
quãta sit circa nos pietas dei nostri, & agnoscite vtrum  
velit negare misericordiam, qui de conuersione nostra  
suam dixerat mutare sententiam. Conuertamur ergo  
fratres charissimi, nec emendationem nostram ad ex-  
tremum vitæ nostræ tempus differre velimus, sed au-  
diamus Prophetam dicentem, Nolite tarde conuerti ad  
dominum, nec differatis de die in diem, quia nescitis  
quæ superuentura pariat dies. O homo quare differs de  
die in diem, forte hodiẽ habiturus vltimum diem? Sem-  
per ergo fratres charissimi cum ingenti timore atque  
tremore ad memoriam reuocemus, quod tanta sit apud  
dominum nostrum iustitia, vt sicut iam supra dictum  
est de sexcentis milibus duo tantum terram promissio-  
nis intrauerint. Hæc si humili & contrito corde assidue  
cogitare volumus, salubrem nobis metum incutientes,  
medicamenta nobis de alienis vulneribus facimus, &  
aliorum mors proficit ad nostram salutem. Iterum atq;  
iterum rogo vos fratres & admoceo vt istam seuerita-  
tem & iustum iudicium dei quo senior ille populus pro  
peccato murmuracionis in deserto cõsumptus est, cum  
grandi semper metu & sollicitudine cogitemus, & sic  
amemus dei misericordiam, vt tamẽ iustitiam timea-  
mus. Parcit modo & tacet, sed non semper tacebit. Mo-  
do enim pro ineffabili pietate sua non solum nos admo-  
net, sed etiam rogat vt nos à peccatis mortiferis reuo-  
cemus. Audiamus illum dum rogat, ne nos postea non  
audiat ille dum iudicat. Audiamus eum per Prophetam  
dicentem, Fili, inquit, misereere animæ tuæ placens deo.  
Quid ad hæc respondebit humana fragilitas? Deus te  
rogat vt tui miserearis, & non vis. Causam tuam apud  
te agit, & à te non potest impetrare. Et quomodo te at-  
dit ille in die iudicij supplicentem, cum tu eum pro te  
ipso nolueris audire rogantem? Quis enim non expa-  
uescat & metuat fratres charissimi, quod pro quadra-  
ginta dierum spatio, annis quadraginta populus Iudæo-  
rum

**A** rũ pœnã recipere meruit in eremo? Si enim pro vnus  
diei culpa vnus anni spatium reconpẽsandum est pœ-  
na, nos qui tanta quotidie peccata cõmittimus, si ele-  
mosynarum vel pœnitentiæ non subuenierint medica-  
menta, timeo ne nobis non inferantur temporalia sed  
æterna supplicia. Et quia calidis vulneribus solent me-  
dicamenta celerius subuenire, quotienscumq; peccaue-  
rimus nõ expectemus mortifera, securitate vulnera ipsa  
putrescere, nec iterũ vulnera vulneribus augeamus, sed  
continuo ad spiritalem medicinam recurrentes, salutem  
recipere festinemus. Et ideo quomodo quando in cor-  
pore vulnus accipimus, si statim medicamenta requiri-  
mus, cito sanitatem recipere potestimus: ita si morã fe-  
cerit, necesse est vt tardius ad sanitatẽ plaga ipsa redeat,  
aut aliqua feæda cicatrix in corpore nostro remaneat. Si  
hæc in corpore facimus, quanto magis in animæ vulne-  
ribus adhibere debemus, vbi ad imaginem & similitu-  
dinem dei facti sumus: Si tantam curam impendimus  
corpori quod velimus nolimus in puluere redigendũ  
est, quãtam sollicitudinem & curam erga salutem ani-  
mæ debemus apponere: vt sicut dicit Apostolus, Sine  
macula vel ruga mereamur ante tribunal æterni iudicis  
Eph. 5. apparere: Ne forte si multis peccatorum vulneribus la-  
cerati & vitiorum pannis fordentibus inuoluti ad illud  
nuptiale conuiuiũ venerimus, dicatur nobis illud quod  
ipse sponsus cœlestis in Euãgelio dixit, Amice quomo-  
do huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Auertat  
à nobis deus illud quod sequitur. Cum enim hæc pecca-  
tor ille audiens obmutesceret, dixit pater familiaris: Liga-  
te illi manus & pedes & proiците in tenebras exte-  
riores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ecce qualem senten-  
tiam accepturi sunt qui maiorem de corpore quã de  
anima sollicitudinem gerunt, & plus cogitant qualiter  
caro sua paruissimo tempore viuat in oculis hominum,  
q̃ quomodo anima sua ornata bonis operibus ad beati-  
tudinem vel similitudinem perueniat angelorum. Hæc  
ergo fratres charissimi, sicut superius supplicauit, si attẽ-  
tius voluerimus cogitare, remedia nobis in die necessi-  
tatis acquirimus: vt cum dies iudicij venerit, non cum  
impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deũ  
timentibus ad æterna præmia feliciter veniamus, auxi-  
liãte domino nostro Iesu Christo, cui est honor & impe-  
riũ cũ patre & sancto spiritu in secula seculorũ: Amen.

Item eodẽ die homilia de eo quod scriptum est in Euã-  
gelio secundum Ioanem: Præteriens Iesus vidit hominẽ  
cæcum à natiuitate & cætera: quæ habentur in expo-  
sitione doctoris Ibidem: Et in libro Quinquaginta homi-  
liarum. XLIII.

Feria quinta post quartam dominicam in quadra-  
gesima, de Balaam & Balach: Sermo. I.

**E**ctio quæ nobis hodie recitata est fratres cha-  
rissimi dicit, quod profecti filij Israël collo-  
cauerunt castra ad occidentem Moab iuxta  
Jordanẽ cõtra Hiericho, & vidit Balach filius  
Sephor, & reliqua omnia quæ de Balaã & asino scribit  
historia plena negociis. Interior vero intellectus multũ  
negociosior esse potest, vel ipsã tantum historiam explana-  
rari facit sententias, deo tamen donante breuiter quæ  
possimum enarramus. Hic Balaam famosissimus erat in  
arte magica, & in carminibus noxiis præpotens. Non  
enim habebat potestatem vel à se verba ad benedicen-  
dum, sed habebat ad maledicendum. Dæmones enim  
ad maledicendũ inuitantur, non ad benedicendum: &  
ideo quales expertus in talibus, opinioni erat omnib; qui  
Tomus decimus.

erant in Oriente. Nisi enim experimenta plurima præ-  
cessissent, quod frequenter maledictis hostem vertisset  
armatum, non vtiq; præsumpsisset rex hoc posse fieri  
sermonibus, quod ferro & acie vix posset impleri. Cer-  
tus ergo Balach de hoc & frequenter expertus, ommissis  
omnibus instrumētis & auxiliis bellicis, mittit ad eum  
legatos dicens: Veni nunc maledicere populum hunc quia  
fortior hic est quã nos, si forte possimus aliquos per-  
cutere ex eis, & eicere eos de terra. Et addidit: Scio, in-  
quit, quod quos benedixeris, benedicti erunt, & quos  
maledixeris maledicti erunt. Ego non credo, quia sci-  
ret quod quibus benedixerit benedicti sint, sed videtur  
mihi adulandi gratia hæc dicere, vt artem eius efferens  
& extollens, promptiorem reddat ad facinus. Sed tam-  
en veniunt ad Balaam legati. Venerunt enim, inquit, Numc. 22  
seniores Moab & seniores Madiã, & diuinacula in ma-  
nibus eorum. Igitur Balaam diuinaculis acceptis, cum  
solerent dæmones ad se venire, fugatis quidem vidit  
adesse dominum. Venit ergo ipse dominus ad Balaam,  
non quod dignus esset ad quem venisset deus, sed vt fu-  
garentur illi qui ad maledicendum & ad malefacien-  
dum adessee consueuerunt. Et dixit deus ad Balaam:  
Non eas cum eis neque maledicas populum: Est enim  
benedictus. Deus ire Balaam atque inuocare dæmones  
ad maledicendum prohibet: si tamen à cupiditatẽ ces-  
sasset. Sed quia perstitit in desiderio pecuniæ, indulgens  
deus arbitrij voluntatem rursus ire permisit. Ascendit  
ergo asinam Balaam, occurrit ei angelus qui excubabat  
pro Israël, de quo scriptũ est dicente domino ad Moy-  
sen: Angelus meus ibit tecum. Pertendens autem ire  
comprimitur in via, conteritur ab asina. Sed magis  
dæmones vidit, asina tamen angelum videt, non quod  
digna esset videre angelum, sicut nec loqui digna erat,  
sed vt confutaretur Balaam, vt ait scriptura in quodam  
loco, Mutum animal humana voce respondens argue-  
ret Prophetæ dementiam. Hæc asina, id est, Ecclesia  
prius portabat Balaam, nunc autem Christum ex quo  
soluta est à discipulis, & à quibus innexa erat vinculis  
relaxata, vt filius dei sederet super eam, & cum ipsa in-  
gredereetur sanctam ciuitatem Hierusalem: sicut scri-  
ptum est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi  
mitis, & sedet super subiugalem, id est, asinam. Asinam,  
credentes sine dubio ex Iudæis dicit, & pullum nouel-  
lum eos profecto qui sunt ex gentibus credentes in  
Christum. Balaam hic qui interpretatur populus vanus,  
videtur mihi habere personam scribarum & pharisæo-  
rum iudaici populi. Balach vero qui exclusio vel deuo-  
ratio interpretatur, & ipse habere personam intelligẽ-  
dus est vnus alicuius mundi huius contrariæ potesta-  
tis, quæ excludere & deuorare cupiat Israël. Primum er-  
go omnium de ipso Balaam requiramus, cur in scriptu-  
ris nunc vituperabilis est, nunc laudabilis ponitur. Nam  
vituperabilis est cum ædificat aras & victimas impo-  
nit dæmoniis & apparatu magico poscit diuinã con-  
sulta. Culpabilis est, cum consilium pessimum dat vt po-  
pulus decipiatur per mulieres Madianitas, & cultum  
idolorum. Rursus laudabilis est, cum verbum domini  
ponitur in ore eius, cum spiritus dei sit super eum, cum  
de Christo prophetat, cum Iudæis & gentibus de aduẽ-  
tu Christi mysteria futura pronunciat, cum pro male-  
dictionibus, benedictionem populo largitur, & nomen  
Israël supervisibilem gloriam mysticis excolit eloquiis.  
Hæc fratres charissimi pauca de plurimis pro tempo-  
re vobis dicta sufficiant, sed omnia in corde diligentif-  
me retinere, & corda vestra semper ad spiritalia agno-  
z iij scenda

Exo. 4.

Exo. 14.

Exo. 15.

Exo. 17.

Ybi supra.

4. Reg. 6.

Psal.

Psal. 149.

Ioan. 7.

Sermo CII.

Numc. 14.

Numc. 14.

Numc. 14.

Hiera. 26.

Ecclesiasti-  
ci. 5.  
Prouer. 17.

M

Ecclesiasti-  
ci. 30.

Gen. 1.

Eph. 5.

Math. 22.

Ioan. 9.

Numc. 22.

Sermo CIII.

Numc. 22.

Numc. 22

Exod. 32

1. Pet. 2

Math. 22.  
Ioan. 12.

Balaã quo-  
modo vitu-  
perabilis &  
quomodo  
laudabilis.





**G** sacramentum baptismi pertinetur. Denique per ipsum fluvium Iesus Israeliticum populum transire fecit. Hac enim quae vobis suggestimus fratres charissimi, velut mundam animalia spiritaliter ruminare. Scriptum itaque est: Quos deus amat, arguit & castigat. Et vasa figuli parabat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Quoties domino dispensante tribulari permittimur, vel aliquas aduersitates contra iustitiam sustinemus, patienter & aequanimiter auxiliante domino sufferamus, propter illud quod Apostolus ait: Non sunt condignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Cum tribulamur a domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Magis timere debemus, si aut nullas aut paruas tribulationes in hoc seculo patimur: quia si deus flagellat omnem filium quem recipit, sine dubio quem non flagellat non recipit. Si pro terrenis bonis tantos labores & tam grauiam pericula homines aequo animo patiuntur, quare pro fide & thesauro aeterno sumus pigri? Quare sumus timidi pro illis diuitiis, quas nec naufragia nobis possunt auferre? Iustus enim naufragus euadit diues & nudus. His diuitiis plenus erat sanctus Iob. Nihil in domo remanserat, omnia vno ictu perierat quibus opulentus paulo ante videbatur, subito mendicus in stercore sedet, a capite usque ad pedes vermibus scatus. Quid ista miseria miserius? Quid interiori felicitate felicius? Perdiderat omnia illa quae dederat deus, sed habebat ipsum qui omnia dederat deum. Nudus, inquit, exiui de utero matris meae, nudus reuertar in terram. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum in secula. Certe pauper est, certe nihil habet. Si nihil remansit, de quo thesauro ista gemmae laudis dei proferuntur? Postea tetator ad carnem accessit, omnibus sublatis tentatricem uxorem reliquit. Euam dimisit, sed Adam ille non fuit. Et ibi qualis inuentus est, quomodo respondit uxori blasphemiam suggerenti? Locuta es, inquit, quasi vna ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? O virum putrem & integrum, O saeculum & pulchrum, O vulneratum & sanum, O in stercore sedentem, & in caelo regnantem. Si amamus imitemur, ut imitemur laboremus. Adiuuat certantem, qui certamen indixit. Non te sic expectat deus in agone certantem ut populus aurigam. Clamare enim nouit, adiuuare non nouit, Coronam veniam parare potest, vires subministrare non potest. Hoc enim non deus. Et forte dum spectat, plus laborat sedendo quam ille luctando. Deus quando spectat certatores suos, adiuuat eos inuocantes. Nam vox athletae ipsius est in Psalmo, Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me. Non ergo pigri fratres mei queramus, petamus, & pulsemus. Qui querit, inuenit, qui petit accipit, & pulsanti aperietur, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Iohannem, Erat quidam languens Lazarus, & cetera: quae habentur in expositione doctoris, Ibidem. Et inter sermones De uerbis domini XLIII. & LII. Et in libro LXXXIII. quaestionum, quaestione LXXV.

Sabbato post quartam dominicam in quadragesima, de eo quod Iesus praecipit populo ut parati essent ad transendum Iordanem, Et de Raab meretrice, Et subuersione Hiericho: Sermo I.

**S**icut frequenter charitati vestrae suggestimus fratres charissimi, Moyses non solum typum Christi, sed etiam figuram legis intelligitur habuisse, Denique in monte ubi dominus transfiguratus est, Moyses & Helias loquebantur cum eo. Et in illis duobus lex & prophetia significata sunt. Mortuo ergo Moysse, Iesus suscepit imperium, & cessante lege, dominus noster verus Iesus totius mundi obtinuit principatum. Iesus ergo ille qui typum domini praeferebat, veniens ad Iordanem dixit ad populum: Parate vobis cibos ad diem tertium. Diem tertium fratres charissimi, trinitatis agnoscimus esse mysterium. Quos ergo cibos preparare debemus, ut ad diem tertium veniamus? Videtur mihi quod cibis istis fides intelligi debeat. In Christianis enim fides est, per quam in trinitatem creditur, & ad sacramentum baptismi pertinetur. Quod ergo tunc Iesus ille dixit populo suo, hoc nunc & verus Iesus per ministros suos dicit populo Christiano. Quid est enim aliud dicere, Parate vobis cibum ad diem tertium nisi, trinitatis suscipite sacramentum? Post hac Iordane transito, quasi baptismi completo mysterio, populus Israel terram repromissionis ingreditur. Verum est fratres charissimi, Nisi quis per baptismi sacramentum transierit, terram veram repromissionis, id est, aeternam beatitudinem non videbit. Mittit tamen Iesus duos exploratores ad ciuitatem Hiericho, & suscipiuntur a meretrice. Iesus duos mittit exploratores, quia verus Iesus daturus erat duo praecepta dilectionis. Quia & reuera quid nobis aliud quos mittit verus Iesus, nisi ut diligamus deum, diligamus & proximum? Dixit ergo Iesus, Parate vobis cibos, & estote parati ad diem tertium. Sicut enim tunc preparatis cibis die tertio ventum est ad Iordanem fluvium, ita & nunc in Ecclesia catholica assumptis spiritalibus cibis fidei, spei & charitatis, peruenitur ad trinitatis mysterium, & ad baptismi sacramentum. Tulit autem Iesus duodecim lapides, & posuit in Iordane. Ex ipso Iordane tulit alios duodecim, & fixit in loca castrorum. Illi duodecim qui missi sunt in Iordane, videntur mihi typum habuisse Patriarcharum. Illi vero qui leuati sunt de Iordane, figuram habuisse Apostolorum. Post mortem enim Moysi, sepultus Patriarchis, Apostoli surrexerunt. Sic & in psalmo legimus, Pro patribus, inquit, tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. Sic sepultis Patriarchis Apostoli nascuntur, quomodo sepulto seniore populo, iunior populus Iesu duce in terram repromissionis inducitur. Senior ille populus typum habuit Iudaeorum, iunior vero figuram habuit gentium. Ille populus senior transito mari rubro sepelitur in eremo, iunior vero populus ad hoc transit Iordanem fluvium, ut acciperet regnum. Verum est fratres. Nemo beatitudinem regni caelestis accipiet, nisi prius per baptismi sacramenta transierit. Nam de illo seniore non amplius quam duo meruerunt terram repromissionis intrare, & in ipsis duobus aliquid figuratum esse cognoscimus. Sicut enim supra dictum est, duo sunt praecepta dilectionis, quae Christianum populum inuitant, ut vitam aeternam accipiant. Ita illi duo fuerunt, qui Iudaeorum populo consilium dabant, quod si in deum crederent, feliciter terram repromissionis introirent. Post hac ad ciuitatem Hiericho ventum est, & muri eius ad clamorem populorum & sono tubarum usque ad fundamenta deiecti sunt. Hiericho fratres typum habuit mundi huius. Sicut enim tunc canentibus tubis muri illi ceciderunt, ita & nunc oportet ut ciuitas mundi, id est, superbia cum suis turribus, auaritia scilicet,

**A** cet, inuidia atque luxuria simul cum populis, id est, omnibus concupiscentiis malis, assidua sacerdotum praedicatione destruat atque disperat. Non ergo oportet ut sacerdotes in Ecclesia taceant, sed audiant dominum dicentem, Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Clamare ergo iubemur, & vehementer clamare, Ne parcas, inquit, id est, peccatoris iniquitati, ne tacendo pereas, & dum veritatis eius consulis, non consulas sanitati, ne vulnera illius, quae clamando refecare poteras, reticendo in peius enturias. Clamare ergo iubemur, & ne quis se non audisse dicat, aut quenquam vox lateat sacerdotis, vehementer clamare. Et ne forte hoc ipsum non sufficeret, addidit dicens, Sicut tuba exalta vocem tuam, Scitis quod tuba non tam oblationem esse solet, quam terroris: non tam delectationem praefere, quam inferre formidinem. Tuba itaque peccatoribus necessaria est, quae non solum aures eorum penetret, sed & cor concutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosque hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis. Nam sicut in praelio tuba formidolos militis mentem deicit, & animu formis accedit, ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, animos viri sancti corroborat. Nec parit vocem, ut parcat salutem, & vno eodemque sono isti adhortatione dat, quae admodum sit fortior ad vincendum, illi terrorem incutit quae admodum sit tardior ad peccandum. Haec enim consuetudo tubae est, ut delinquentium opera dissipet, & sanctorum facta confirmet. Denique sacerdotalibus tubis Hiericho muri qui intra se continebant peccatorum populum corruerunt. Non illos pulsauit aries, non expugnavit machina, sed quod mirum est, sacerdotalis sonus aut tubae terror extitit. Muri qui aduersarios ferru in expugnabiles extiterat, sacra tubarum voce collisi sunt. Quis enim non stupescat in illo facto saxa sono dirupta, fundamenta clangore esse quassata, & ita vniuersa collapsa, ut cum victores nihil manu laederent, apud aduersarios nihil stabile remaneret? Sed quauis muros illos nemo contingeret, expugnabatur tamen forinsecus sono iustorum, intrinsecus habitacula peccatorum. Sic enim aequo dei iudicio & iustis aperuerit via, & defensionem perfidis negauerit. Sed haec omnia in figura facta esse non dubium est. Nam sacerdotales illius temporis tubas quod aliud praefigurasse credimus, quae huius temporis sacerdotum praedicationes, per quas non cessant peccatoribus terribili sono austerum iudicium nunciare, tristem gehennae interitum praedicare, & quodam cominationis strepitu aures delinquentium verberare: Sicut enim tunc tubarum clangor destructis cementorum muris ad populi interiora peruenit, ita nunc praedicatione sacerdotum destructis prauis cogitationibus ad animam nuda pertransit. Et sicut sacrae vocis sonus contumacem populum destruxit & captiuauit, ita & nunc sacerdotalis praedicatione populum peccatorum subiugat. Septem ergo diebus, sicut scriptura dicit, muri Hiericho sacerdotalibus tubis circumdati ceciderunt. Unde nos spiritalibus spiritalia comparantes, dicimus quod hoc septenario numero nunc per sacerdotes dei non tam vna ciuitas destruitur, quam totius mundi iniquitas dissipatur. Nam sicut in singulari urbis nuncupatione vniuersi mundi habitus figuratur, ita septem dierum circulo totius mundi spatia distinguuntur, per quae sacerdotalium praedicationum tubae ipsi seculo excidium annunciant, & iudicium cominantur, sicut scriptum est, Quoniam mundus peribit, & omnia quae in mundo sunt. Qui autem facit voluntatem dei, manet in aeternum, sicut & Christus in aeternum manet. Cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

**I**tem eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Iohannem, Ego sum lux mundi: & cetera, quae habentur in expositione doctoris, Ibidem. Dominica in passione domini, de Sampson: Sermo I.

**I**n lectione ista quae vobis recitata est fratres charissimi, multa & nimia obscura diuina mysteria continentur. Quae quia non possunt breuiter explicari, hac sola ex causa psalmos maturius temperius volumus consummare, ne vos sermo prolixior fatigaret. Et quia hora consuetudinaria de Ecclesia exituri estis, ea quae dicenda sunt secundum vestram consuetudinem cum silentio & quiete attento animo audite. Sampson fratres dilectissimi qualem fortitudinem habuerit de gratia dei, non de natura propria, iam audistis. Nam si fortis esset natus, cum ei capillus diminueretur, fortitudo non adimeretur. Et ubi erat illa potentissima fortitudo, nisi in eo quod scriptura dixit, Incedebat cum illo spiritus domini? Ad domini spiritum pertinebat illa fortitudo. In Sampson vas erat, in spiritu plenitudo erat. Vas impleri & exinaniri potest. Videamus ergo allophylis qualem parabolam Sampson proposuit. De maducante, inquit, exiuit cibus, & de forte est egressa dulcedo. Prodata est hac parabola, delata est ad amicos, soluta est, victus est Sampson. Hic si iustus est latet valde, & in profundo est viri huius iustitia. Nam & quod legitur, victus blanditiis muliebribus, & quod ad meretricem intrauerit, videte huius meritum vacillare minus intelligentibus secreta veritatis. Requiritur fratres charissimi quid significauerit victus, quid figurauerit virtus, quid significauerit cedens blanditiis muliebribus, quid significauerit prodens secretum parabolae, quid significauerit intrans ad meretricem, quid significauerit vulpes capiens, & per caudas vulpium, quibus ignem alligauit, inimicorum fructus incendens. Quos quidem fructus de compendio incendere potuit, si non in vulpibus mysterium cogitaret. Numquid stipula arida ardere non potuit, nisi ignem per eam vulpes traxissent? Intelligamus ergo fratres charissimi grandia hic latere mysteria quae viderat. Sampson fratres dilectissimi Christum significabat. Verum mihi dicere videor, sed continuo occurrit cogitationibus, Et Christus vincetur blanditiis muliebribus? Et Christus quomodo intelligitur ad meretricem intrare potuisse? Deinde & Christus capite nudatur, capillo raditur, virtute spoliatur, alligatur, excacatur, illudatur? Enigila fides, attende quid sit Christus, non solum quid fecerit, sed etiam quid passus est Christus. Quid fecit? Operatus est ut fortis, passus est ut infirmus. In vno intelligo vtrique, video fortitudinem filij dei, video infirmitatem filij hominis. Accedit & aliud, quia Christus totus quomodo est scriptura comendat, & caput & corpus est, Sicut Ecclesiae caput est Christus, ita Christi corpus Ecclesia est. Habet ergo Ecclesia in se fortes, habet infirmos: habet iustos, habet & iniustos. Modo enim corpus Christi quod iustis area est, postea horreum erit. Tamen cum area est, non recusat paleas sustinere. Cum tempus aduenit reponet triticum, & a paleis segregabit. Quaedam ergo fecit Sampson ex persona capitis, quaedam ex persona corporis, totum tamen ex persona Christi. In eo enim quod virtutes & mirabilia operatus est Sampson, caput Ecclesiae Christum significabat, in eo autem quod prudenter fecit, illorum qui in Ecclesia iuste viuunt, imaginem gessit. Vbi forte praeventus est, & incaute egit, eos qui in Ecclesia peccatores sunt figurauit. Meretrix

Apoca. 3. Ecclesiasti. ci. 27.

Roma. 8.

1. Corin. 11.

Iob. 1.

Iob. 2.

Psal. 93.

1. Corin. 11.

1. Corin. 11.

Iosue. 1.

Iosue. 6.

Sermo CVI.

Matth. 17.

Iosue. 1.

Ibidem.

Iosue. 3.

L

Iosue. 4.

Iosue. 6.

Iosue. 4.

Psal. 44.

M

Iosue. 6.

Eliaz. 9.

B

Iosue. 6.

C

1. Corin. 2.

1. Ioh. 2.

D Ioh. 8.

Sermo CVII.

Iudicum. 4.

Iudicum. 15.

F

Ephes. 5.

Matth. 13.

**G** Meretrix quam Sampson in coniugium sumit Ecclesia est, quae ante agnitionem viuis dei cum idolis fornicata fuit, quam postea sibi Christus adiunxit. Postquam ab eo illuminata fidei suscepit, etiam hoc meruit, vt per eum salutis sacramenta cognosceret, & ab eodem reuelarentur ei mysteria caelestium secretorum. Na quaevis ipsa quae continet, De edente exiit, & de forte est egressa dulcedo, quid aliud significat quam Christum a mortuis resurgentem? De edente vtique, id est, de morte quae cuncta denorat atque consumit, exiit cibus ille qui dicitur, Ego sum panis viuis qui de caelo descendit: quae humilitate exacerbat iniquitas, ei; aceti & fellis amaritudinem propinavit, atq; ab eo plebs gentium vitae dulcedinem conuersa suscepit: ac sic de mortui leonis ore, id est, de Christi morte qui accubans dormiuit vt leo, apertum, id est, Christianorum processit examen. Quod autem dicit, Non inuenissetis propositionem meam, nisi arassetis in vitula mea: haec vitula, id est, Ecclesia reuelata sibi a viro suo secreta fidei mysteria trinitatis, resurrectionis, iudicij pariter & regni, in fines terrae Apostolorum & sanctorum doctrina, & praedicatione vulgavit, & intelligentibus atq; cognoscentibus aeternae vitae praemia promissit. Sequitur autem, Iratus est Sampson, quia duxit sodalis eius uxorem eius. Sodalis iste omnium haereticorum figuram gessit. Magnum secretum est fratres mei. Nam haeretici qui Ecclesiam diuiserunt, uxorem domini sui ducere & abducere voluerunt. De Ecclesia enim & de Euangelis exierunt, qui impietatis adulterio Ecclesiam, id est, Christi corpus in partem suam conatur inuadere. Vnde fidelis ille seruus & amicus dominicae sponsae loquitur, Despondi enim vos vni viro virginem casta exhibere Christo. Videamus mysterium, iste Sampson quid fecerit offensus. Cepit enim vulpes, id est, adulterantes sodales: de quibus dicitur in Cantico canticorum, Capite nobis vulpes paruas exterminantes vineas. Quid est capite? id est, comprehendite, conuincite, confutate, ne exterminentur Ecclesiae vineae. Quid est aliud vulpes capere, nisi haereticos diuinae legis auctoritate reuincere, & sanctorum scripturarum testimonio velut quibusdam vinculis alligare atq; constringere? Vulpes capite, ligatis caudis igne apponit. Quid sibi volunt caudae vulpium colligatae? Caudae vulpium quid sunt, nisi posteriora haereticorum, qui prima habent magna & blanda & deceptorum opera, posteriora ligata, id est, danata, & ignem in sine trahentia, vt eorum fructus & acta consumant, qui suis seductionibus acquiescunt: Quod autem intravit ad meretricem, si sine causa fecit quicunque fecit, immundus est. Si non ita intravit vt concumberet, mysterij causa fortassis intravit. Sed concubuisse non legimus. Sequitur, Inimici vero expectabant ad portas ciuitatis, vt comprehenderent eum cum de meretrice ad quam intrauerat fuisset egressus. Ille autem dormiebat. Videte quemadmodum non scriptum est, quia mixtus est meretrici: sed scriptum, quia dormiebat. Vbi surrexit, inquit, media nocte exiit, abstulit portas ciuitatis ipsius cum feris, & easdem portas in cacumine montis posuit. Ab allophylis teneri non potuit, portas ciuitatis quibus ad meretricem intravit abstulit, & in monte leuauit. Quid est hoc? Infernum & amorem mulieris, vtrunq; scriptura coniungit. Inferni ignem tenebat domus meretricis. Pro inferis ponitur domus meretricis. Recte pro inferis ponitur, quia neminem repellit, omnem intrantem ad se trahit. Agnoscamus hoc loco redemptoris nostri opera. Postquam synagoga, ad quam venerat, a se per diabolium separata est, postea quam eum decalauit,

id est, in loco caluariae crucifixus, ad inferna descendit: & inimici custodiebant locum dormientis, id est sepulchrum, & capere volebant quem videre non poterant. Ille autem dormiebat ibi. Hoc ideo dixit, quia vere mortuus erat. Et quod dictum est, Media nocte surrexit, hoc significauit, quia in secreto surrexit. A parte enim passus est, solis autem discipulis & certis quibusque resurrexisse manifestus est. Ergo quod intrauit omnes viderunt, quod surrexit pauci cognouerunt, tenuerunt & palpaerunt. Tollit tamen portas ciuitatis, id est, auferit portas inferni. Quid est portas inferni tollere, nisi mortis imperium remouere? Recipiebat enim, non remittebat. Quid autem fecit dominus Iesus Christus? Ablatis portis mortis, ascendit in cacumen montis. Nouimus enim eum & resurrexisse, & in caelos ascendisse. Quid est autem quod & in capillis virtutem habebat? Et hoc fratres diligenter aduertite. Virtute non habuit in manu, non in pede, non in pectore, non in ipso capite: sed in capillis, in crinibus. Quid sunt capilli, quid coma? Et nos videmus, & interrogatus Apostolus respondet nobis, Coma virtutem est. Et in velamento Christus habebat virtutem, quando vmbrae veteris legis eum tegebant. Coma ergo Sampson in velamento erat, quia in Christo aliud videbatur, & aliud intelligebatur. Quid sibi autem vult quod proditum est secretum, & decalauatus est Sampson? Contempta est lex, & passus est Christus. Christum enim non occiderunt, si legem non contempserunt. Nam nouerant & ipsi quia eis Christum non licebat occidere. Dicebant iudici, Nobis non licet occidere aliquem. Decalauatus est Sampson, reuelata sunt corda, remotum est velamentum, & Christus qui latebat apparuit. Capilli autem rediit caput iterum vestierunt, quia Iudaei nec resurgentem Christum agnoscere voluerunt. Fuit quidem in molendino, fuit caccatus, fuit in domo carceris. Domus carceris vel molendinum labor est huius seculi. Excacatio autem Sampson illos indicat, qui infidelitate caecati Christum nec virtutes operantem, nec ascendentem ad caelestia cognouerunt. Caecitas ergo Sampson quam intulerunt, caecitatem Iudaeorum significabat. Christus autem a Iudeis & comprehensus est & occisus. Adduxerunt ergo eum inimici vt illuderent ei. Iam hic imaginem crucis attendite, Expansus enim manus ad duas columnas, quasi ad duo ligna crucis extendit: sed aduersarios suos interemptos oppressit, & illius passio interfectio facta est persequentium. Et ideo scriptura concludit, Plures mortuus occidit, quam vitus occiderat. Nam hoc mysterium in domino nostro Iesu Christo impletum est, Redemptionem nostram quam ipse viuens minime celebrauerat, mortuus consummauit, Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Quis arguet me de peccato etc. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

Feria secunda post dominicam passionis domini, De Gedeon, Sermo I.

**O**dierna die audiuimus fratres, quod cum sub arbore quercus Gedeon filius Ioas triticam messem virga caderet, angelo promittente audire meruit, quod ipse a potestate inimicorum in libertatem dei populum vindicaret. Nec mirum si electus ad gratiam, cum sub vmbra iam tunc sanctae crucis & venerabilis sapientiae praedestinatus incarnationis future mysterio constitutus, feracis segetis sensibilia de latibus frumeta produceret, electioneque sanctorum

**A**storum a purgamentis inanis paleae sequestraret: qui tamquam virga veritatis exercitati, superflua veteris hominis. cum actibus eius deponentes, quasi in torculari ita in Ecclesia congregantur. Ecclesia enim torcular est fontis aeterni, in qua caelestis vitis fructus exundat. Gedeon vero cum audisset quod per eum dominus plebem suam a multitudine hostium liberaret, obtulit in sacrificio haedum caprarum, cuius carnem secundum praeccepta angeli & azyma supra petram posuit, & in eam ius perfudit. Quae simul virga cacumine quam gerebat angelus dei contigit, & de petra ignis erupit, atque ita sacrificium quod offerebatur absumptum est. Per quod iudicium declaratum videtur, quod petra illa typum habuerit corporis Christi: quia scriptum est, Bibebant autem de spiritali conueniente eos petra, petra autem erat Christus. Quod vtique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quae sitientium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratum est, quia dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim haedi ad culpam facti referretur, ius ad illecebras cupiditatum, sicut scriptum est, Quia concupiuit populus cupiditatem pessimam, & dixerunt, Quis nobis dabit carnem? Quod igitur extendit angelus virgam, & tetigit petram, de qua exiit ignis, ostendit quod caro domini repleta spiritu diuino, peccata omnia humanae conditionis exureret. Vnde & dominus ait, Ignem veni mittere in terram. Aduertit igitur vir doctus & praefagus futurorum superna mysteria, & ideo secundum oracula occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, & septennem alium immolauit deo. Quo facto manifestissime declarauit, post aduentum domini omnia abolenda esse gentilitatis sacrificia, solumque sacrificium deo dominicae passionis pro religione populi deferendum. Etenim vitulus ille erat in typo Christi. Septem autem annorum erat, quia in Christo septem spiritualium plenitudo virtutum, vt Elias dixit, habitabat. Hunc vitulum Abraham obtulit, quando diem domini vidit, & gauisus est. Hic est qui nunc in haedi typo, tunc in ouis, nunc in vituli offerebatur, Haedus quod sacrificium pro delictis sit, ouis quod voluntaria hostia, vitulus quod immaculata sit victima. Prauidit ergo mysterium sanctus Gedeon. Denique elegit trecentos viros ad praelium, vt ostenderet non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundum ab incursum grauium hostium liberandum. Trecenti enim in Graecia, tau similitudinem crucis ostendunt. Et licet fortis esset & fidens, pleniora adhuc de domino futurae victoriae documenta quaerebat, dicens, Si saluus in manu mea Israel, quemadmodum locutus es domine, ecce ego pono lanam vellus in area, & si ros factus fuerit super vellus, & super omnem terram siccitas, cognoscam quia in manu mea secundum promissa tua populum liberabis. Et ita factum est. Sed adiecit postea vt rursus ros profunderet per totam terram, & siccitas esset in vellere, & ita completum est. Ros enim in vellere fides erat in Iudaea, quia sicut ros verba dei descendunt. Vnde & Moyses ait, Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & sicut ros verba mea. Ergo quando totus orbis infructuoso astu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille caelestis visitationis in vellere, id est, in Iudaea. Postea vero quam oues quae perierant domus Israel, vnde puto figuram Iudaici velleris adumbratas oues, inquam, illa, fontem aquae viuae negauerunt, ros fidei exaruit in

pectoribus Iudaeorum, meatusque suos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit. Inde est quod nunc fidei rore totus orbis humescit, at vero Iudaei Prophetas suos & consiliarios perdidit. Nec mirum si perfidia subeunt siccitatem, quos dominus deus propheticis imbris vberitate priuauit dicens, Mandabo nubibus ne pluant super vineam istam. Est enim propheticis nubibus pluuia salutaris, sicut David dixit, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Hanc nobis scripturae diuinae totius mundi pluuia pollicebantur, quae spiritu diuini roris rigaret orbem sub domini saluatoris aduentu. Venit ergo iam ros, venit & pluuia, venit dominus stillicidia secum caelestia deferens, & ideo iam nos bibimus qui ante sitiebamus, & diuinum illum spiritum haustu interiore potamus. Hoc ergo prauidit sanctus Gedeon, quia verum & spiritalem rorem etiam geres nationes, quae erant fidei perceptione bibiturae, & rorem otiose Gedeon vellus nec in campo posuit nec in prato, sed posuit in area vbi messis est tritici. Messis autem multa, operarij vero pauci, eo quod per fidem domini in Ecclesia futura esset messis fecunda virtutum. Nec illud otiosum est quod exiccavit vellus Iudaicum, & rorem eius misit in peluim vt repletur aqua, non tamen ipse ex eo rore pedes lauit, Alij debebatur tanti praerogatiua mysterij. Expectabatur Christus, qui sordes omnium solus posset abluere. Non erat tantus Gedeon, qui hoc sibi mysterium videret. Non enim Gedeon, sed filius hominis venit non ministrari, sed ministrare. Aliquoties ea quae dicuntur, rogo vos fratres vt non moleste accipiatis, quod propter tardiores quosque & simplices breuiter replicam. Qui enim literati & docti sunt deo proptio sine labore intelligunt quae dicuntur, reliquis vero idiotis atque simplicibus, nisi breuis recapitulatio facta fuerit, timeo ne ex his quae dicuntur paru capere possint. Gedeo fratres dilectissimi typum gessit domini saluatoris. Et quia treceti secundum Graecum coputa crucem faciunt, ita tunc Gedeon in trecentis viris Iudaeorum populum de crudelissimis gentibus eripuit, quemodo postea Christus per mysterium crucis totum genus humanum de potestate diaboli liberauit. Torcular enim vbi messem terebat, propter assiduas tribulationes Ecclesiae typum gessit. Messis quae cadebatur, Christianum populum significauit, quae adueniens Christus virga disciplinae vel baculo crucis suae, a paleis, id est, a peccatis omnibus separauit. Na & angelus ille qui venit ad eum, & ipse in typo domini saluatoris accipitur. Arborem sub qua stetit, & virgam quam tenuit, crucem significasse manifestum est. Petra illa, super quam Gedeon obtulit holocaustum, & Christus erat. Sic enim ait Apostolus, Petra autem erat Christus. Haedus ille qui oblatas est, humanum genus peccatis obnoxium designauit. Quod angelus virga sua tetigit petram, & exiit ignis, & consumpsit haedum illum: crux tetigit Christum, & de petra quae erat Christus ignis exiit charitatis, qui humani generis peccata consumpsit. De ipso enim verus Gedeon Christus in Euangelio dixit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accedatur? Taurus vero quem occidit, & ipse dominum figurabat, qui pro redemptione generis humani oblatas est. Quod autem septem annorum erat, septeplicem gratiam spiritus sancti, quae in Christo venit, significasse videtur. Vellus quod in area posuit, & rogauit dominum vt in solo vellere esset ros, & in omni terra siccitas, & factum est ita: & iterum rogauit, vt vellus remaneret siccum, & in tota area esset ros, vellus significauit populum Iudaeorum, area autem in toto mundo populum omnium Gentium.

1. Cor. 6.

2. Cor. 11.

Iudicum 15.

Cant. 2.

Vulpes capere quid?

Caudae vulpium colligatae.

Iudicum 16.

Prover. 30.

Math. 27.

Portas inferni tollere.

Act. 1.

Iudicum 16.

1. Cor. 11.

L

Ioan. 11.

M

Ioan. 8.

Sermo C VIII. Iudicum 6.

1. Cor. 10.

Num. 11.

Iudicum 6.

Luc. 11.

Est. 11. Gen. 18. Ioan. 8.

Iudicum 6.

C

Dent. 32.

Math. 15.

Esa. 5.

Psal. 71.

Math. 9.

E

Math. 15.

Recapitulatio.

1. Cor. 10.

Luc. 12.

**G** Gentium. Et quia primo tempore ros verbi dei in sola Iudæa fuit, & totus mundus in siccitate remaserat, ideo primum ros in vellere venit, & area sicca fuit: postea vero quando Iudæi Christum dominum occiderunt, per passionis iniuriam expressum est vellus, & remansit Iudæorum populus aridus & ficcus, & in totam aream, id est, vniuersum mundum, ad omnes gentes, non solum ros, sed etiam pluuia verbi dei & Apostolorum flumina peruenierunt. Denique in vniuersa terra quasi area, rore gratiæ perseuerante in nobis, spiritalis irrigatur Ecclesia, & infelix synagoga ab omni humore vel pluuia diuini verbi sicca remansit & arida. Vt hæc ergo spiritalis pluuia, & ros diuinæ gratiæ perseueret in nobis, omnia quæ prædicantur salubriter cogitando, & nobis intencem colloquendo, velut munda animalia ruminemus: vt vtilem succinum, vnde anima nostra in æternum possit viuere, habere possimus, & talibus delictis satiari cum Propheta dicere mereamur, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Sed tunc in nobis dulcedo verbi dei poterit permanere, si hoc etiam aliis plena & perfecta charitate frequentius referendo voluerimus ingerere, vt non solum de nostra, sed etiam de aliorum salute lucra nobis spiritalia possim⁹ prouidere, auxiliante nobis domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperiū cū patre & spiritu sancto in secula seculorū, Amē.

Psal. 118.

Ioan. 7.

Psal. 67.

Sermo CIX.

Psal. 67.

Prouer. 20.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Ioan. 19.

*Item eodē die Homilia de eo quod scriptū est in Euangeliō secundum Ioannem, Miserūt principes & Pharisæi: & cetera, quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.*  
*Feria tertia post dominicam passionis, de illo uersu Psalmi, Sicut defecit fumus, deficiant &c. Sermo I.*

**A**udiuimus & cōtremuimus quod in voce Psalmi est prophetatum. Ait enim, Sicut defecit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Non dubito fratres charissimi quod omnium vestrum corda concussa sint, nec cuiusquam conscientia sub his verbis intrepida steterit. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis? Ac per hoc cum scriptura dicit, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei, quis non contremiscat, quis non pauibundus exiliat? Quid ergo faciamus, aut quæ spes nobis est? Neque enim frustra hæc cantantur. Aut vero cum hæc dicit propheta, optat ea hominibus, ac nō potius ventura præuidet? In verbis quidem figura optantis apparet, sed intelligitur præscientia nunciantis. Sicut enim quædam in scriptura Prophetarum tanquam in præteritum facta narrantur cum futura prædicantur: ita quædam tanquam voto dicuntur optantis, sed qui recte intelligunt quod audiunt, visionem prænunciantis agnoscunt. Longe autem ante natiuitatem dominicæ incarnationis, isti psalmi dicti atque conscripti sunt. Non ante deum Christum, sed ante natum ex virgine Maria Christum. Nam profecto pater Abraham longe ante Dauid regem, cuius tempore hi psalmi cātati sunt, fuit. Dominus autem dixit, Ante Abraham ego sum. Ipse enim est verbum dei, per quod facta sunt omnia, sed ipse implens prophetas, in carne se esse venturum per eos prædixit. Ad eius autem incarnationem pertinet passio. Neque enim potuit pati illa quæ in euangelio scripta sunt, nisi in carne mortali & passibili quam gerebat. Et ibi vtique legitur, quemadmodū domino crucifixo hi qui crucifixi erant cum vestimenta eius diuiserunt sibi, & cum inuenissent in eis tunicā desuper textā, noluerunt eam conscindere, sed sortem super eam mi-

serunt, vt ad quem perueniret, integra perueniret, quæ significabatur charitas, quæ diuidi non potest. Hæc ergo cum in Euangelio iam facta narrantur, longe ante multos annos in Psalmo cum futura prænunciarentur, tanquam gesta & transacta narrata sunt. Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Omnia tanquam præterita dicuntur, & futura prædicantur. Sicut ergo in verbis præteriti temporis futura facta significatur, sic in figura optantis prænunciantis mens intelligenda est. Sic & de Iuda domini traditore tanquam optat ei Propheta, quod venturum esse prædicit. Et de ipsis Iudæis, Fiat, inquit, mensa eorū in laqueum, & in venationem & in scādalum. Quod de his prædictum esse sine dubitatione exponitur, sicut de Iuda quæ sub eadem figura prænunciata sunt. Apostolus Petrus commemorat. Nec sine causa & quæ futura sunt tanquam transacta dicuntur. Deo enim sic certa sunt, vt iam pro factis habeantur, & tanquam optas videtur dicere Propheta, quod certum præuidet esse venturum, nihil aliud, quantum mihi videtur, ostendens, nisi nobis non debere displicere cognitam sententiam dei, quam fixam immobilemq; constituit. Et ideo in Actibus Apostolorum, cum quidam Propheta nomine Agabus prædiceret Apostolum Paulum in Hierosolyma à Iudæis multa esse passurum, & vsque ad vincula peruenturum, cum hoc audito fratres reuocare & retinere vellent ne illuc pergeret: quid facitis, inquit, conturbātes cor meū? Ego enim non solum alligari, sed etiam mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi. Atq; ita cū viderent fratres immobilem viri ad omnia perseverēda constantiam, dixerunt, Fiat domini voluntas. Nunquid ergo quia dixerunt, Fiat voluntas dei, optauerunt Apostolo vt talia pateretur, ac non potius mentem suam sublimi & diuino statuto deuotissime subdiderunt? Sic & Propheta cum dicit, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei: videt hoc certissime peccatorib⁹ imminere, & placet ei quod deus statuit, ne deo ipse displiceat. Quid ergo facim⁹ fratres, nisi vt dū tepus est vitam mutemus, & facta nostra si qua sunt corrigamus? Vt quod sine vlla dubitatione venturū est peccatoribus, nos nō inueniat super quos veniat: non quia nō erimus, sed vt nō tales inueniat qualibus venturū esse prædictū est. Propterea se iudex venturū minatur, vt non inueniat quos puniat cum venerit. Propterea illud cantant Prophetæ vt corrigamur. Si damnare vellet, taceret. Nemo volens ferire dicit, obserua. Totum fratres quod audiuimus per scripturas, vox est dei dicētis, Obserua. Et totum quod patimur tribulationes in hac vita, flagellum dei est corrigere volentis ne damnet in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt, horrent quando narrantur, quæ quisq; gratia valde patitur in hac vita, in comparatione autem æterni ignis non parua sed nulla sunt. Siue ergo nos flagellemur, siue cum alij flagellantur, admonemur à domino. Omnia ista fratres quæ in hac vita infliguntur à domino, admonitiones sunt & stimuli correctionis nostræ. Veniet autē ignis æternus de quo dicitur illis qui ad sinistra constituti sunt, Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc acturi sunt quidam poenitentia. Nam scriptum est in libro quodam Sapientiæ, Dicent intra se poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Quid nobis profuit superbia, & quid diuitiarū iactātia contulit nobis? Transferunt omnia illa tanq̄ vmbra, Erit enim ibi poenitentia,

Psal. 118.

Psal. 67.

Acto. 1.

L.

Acto. 1.

Psal. 67.

M.

Math. 23.

Sapi. 5.

Luc. 23.

Psal. 118.

Gene. 12.

R. 12.

**A** poenitentia, sed infructuosa. Erit ibi poenitentia, sed dolorem habens, medicinam non habens. Nunc est fructuosa poenitentia, quando correctio libera, poeniteat te ad vocem scripturæ. Nam ad vocem præsentis iudicis, sine causa poenitebit te. Tunc iam ille sententiam dicturus est, Et non erit quod reprehendas quando sententiam dicturus est. Nō enim tacuit ante sententiam. Non enim te distulit nisi vt corrigeres te, quandoquidem latroni in cruce pendenti se mutare permisit. Tunc enim latro pendens cum domino, credidit in Christum, quādo de illo discipuli titubauerunt. Contempserunt Iudæi mortuos suscitantes, non contempserunt latro secum in cruce pendente. Non est ergo quod in fine dicatur domino. Non me permisisti bene viuere, aut dilationem correctionis non mihi dedisti, aut non ostendisti quid appeterem, quid vitarem. Videte quia non tacet, videte quia differt, videte quia blāditur, hortatur, minatur. Constituit verbum suum in sublimitate, per totum mundum recitatur vniuerso humano generi. Non est qui iam dicat, Nesciui, non audiui. Impletur quod dictum est in Psalmo, Nec est qui se abscondat à calore eius. Modus ergo calor eius in verbo eius est. Mutare modo à calore eius, & non deflues sicut cera ab igne eius. Nā illud fratres mei venturū est aliquando quod modo ridet impij, quod modo contempnunt derisores, quod putant falso cantari aliquando venturū est. Si non venerint tanta, quanta prædicta sunt, desperemus & illud aliquando venturum. Si autem omnia quæ de Ecclesia futura prænunciata sunt, iam videmus exhibita & cecorum etiam oculis ferūt, quid dubitamus etiam illa ventura? Quando dicebatur Ecclesia Christi futura per totum orbem terrarum, dicebatur à paucis & ridebatur à multis. Modo iam impletum est quod tanto ante prædictum est, Diffusa est Ecclesia per totum orbem terrarū. Ante milia annorum promissum est Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Venit Christus ex semine Abraham, benedictæ sunt in Christo iam omnes gentes. Prædicta sunt schismata, & hereses futuræ, videmus illa. Prædicta sunt persecutiones, factæ sunt à regibus colentibus idola. Pro ipsis idolis aduersus nomen Christi repleta est terra martyribus. Sparsum est semē sanguinis, surrexit leges Ecclesiæ. Nec frustra orauit Ecclesia in inimicis suis. Crediderunt & qui persequebantur. Prædictum est etiam quia ipsa idola euertenda essent per nomē Christi. Nā & hoc inuenimus in scripturis, Ante paucos annos Christiani illa legebant & non videbāt, adhuc futura illa expectabant, & sic abierūt, nō illa viderunt, sed tamen credentes quod futura essent, cum fide abierunt ad dominum. Nostris temporibus etiā ipsa cernuntur. Omnia quæ ante prædicta sunt de Ecclesia, videmus impleta. Solus dies iudicij non est venturus? Ipse solus prænunciatur & non venit? Vique adeo sumus duri & lapidei cordis, vt legamus scripturas, & videamus omnia prorsus ad literam euenisse quæ scripta sunt, & de his quæ remanent desperemus? Quantum est enim quod remanet, ad ea quæ iam nobis exhibita videmus? Tam plura deus ostēdit, & de residuo nos fraudaturus est? Veniet iudicium redditurum pro meritis, Bonis bona, malis mala. Boni sumus & securi iudicem expectemus. Fratres mei, maxime nunc dicentem me audite, Nolo tecum computare præterita. Ab hodierna diē te muta, cras te alterū inueniat. Nos autem peruersitate nostra sic volumus deum esse misericordem, vt nō sit iustus. Alij rursus quasi præsumentes de iustitia sua, sic volunt iustum vt nolint misericordem. Vtrūque se ex-

hibet deus, vt vtrūque præstat, nec misericordia eius præscribit iustitiæ nec iustitia eius aufert misericordiā. Misericors est, & iustus est. Vnde misericordē probamus? Parcit modo peccatoribus, dat veniam confitentibus. Vnde probamus quia iustus est? Quia venturus est dies iudicij quem modo differt, non aufert. Et cum venerit redditurus est pro meritis. An hoc vultis vt reddat auerfis quod reddetur conuersis? Fratres, iustum videtur vobis vt ibi ponatur Iudas, vbi positus est Petrus? Et ipse ibi poneretur si se correxisset, Sed de venia desperans, potius sibi collum ligauit, quam regis clementiam supplicaret. Itaque fratres, sicut dicere cœperam, nō est vnde reprehendamus deum. Quid contra illum dicamus, nō erit cum venerit iudicare. Cogitet vnusquisque peccata sua, & modo illa emendet cū tempus est. Sit fructuosus dolor, non sit sterilis poenitudo: Tanquam hoc dicit deus, Ecce indicaui sententiam, sed nondum protuli. Prædixi, non fixi. Quid times quia dixi? Si mutaueris, mutatur. Nam scriptum est, quod poeniteat deum. Nunquid quomodo hominem sic poenitet deū? Nam dictū est, Si poenituerit vos de peccatis vestris, poenitebit & me de omnibus malis quæ facturus erā vobis. Nunquid quasi errantem poenitet deum? Sed poenitētia dicitur in deo mutatio sententiæ. Non est iniqua, sed iusta. Quare iusta? Mutatus est reus, mutauit iudex sententiam. Noli terreri. Sententia mutata est, nō iustitia. Iustitia integra manet, quia mutato debet parcere quia iustus est. Quomodo pertinaci nō parcat, sic mutato parcat. Ipse rex est indulgentiarum, qui dator est legis. Misit legem, venit cum indulgētia. Reum te fecerat lex, absoluit te qui dedit legem. Immo nō absoluit. Nam absolueret immo centem iudicare. Donat potius peccata conuerso. Omnes enim sunt rei, qui peccatis suis inuoluntati sunt. Nemo se optet absolui. Omnes veniam deprecemur. Venia vero datur mutato. Et erimus securi cū audierimus, Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereat peccatores à facie dei. Certe fratres modo pereunt peccatores, & non pereit peccatores. Si incipiant iuste viuere, peribunt vtique peccatores, sed nō peribunt homines. Homo peccator, duo nomina sunt, homo vnum nomen est, & peccator vnum nomen est. In his duobus nominibus intelligimus quia vnum horum deus fecit, alterum horum homo fecit. Hominem enim deus fecit, peccatorem se ipse homo fecit. Quid ergo contremiscis? Quando tibi dicit deus, Pereant peccatores à facie mea, hoc tibi dicit deus, Pereant in te quod tu fecisti, & seruo quod ego feci. Et modo ardet ignis in calore verbi, res est in feruore spiritus sancti, sicut diximus iam dudum, quia scriptum est in alio Psalmo, Nec est qui se abscondat à calore eius. Spiritum autem sanctum esse calorem dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Ergo pro facie dei, tibi pone interim scripturam dei. Liquesce ab illa, poeniteat te cum audis hæc de peccatis tuis. Cum autem te poenitet, & cum te ipsum excrucias sub calore verbi, cum etiam lachrymæ currunt, nonne cera tabescenti & tanquam in lachrymas currenti similis inueniris? Modo ergo fac quod in posterum times, & non habebis quod in posterum timeas. Tantum non sicut fumus deficiant. Nam vt vtrūque ibi habes positum, forte non sine causa, quia est etiam distantia peccatorum. In ipso vno verbo vtrūque posuit Psalmus, Sicut defecit fumus, deficiant: & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei. Qui sunt qui sicut fumus deficiunt? Qui sunt nisi superbi, non confitentes peccata sua, sed defendentes: Quare fumo comparati sunt? Quia fumus erigit se, extollit

Math. 27.

De poen. di.

1. c. Nouit.

Gen. 6.

Hierc. 18.

H.

Psal. 67.

23. Quest.

4. duo.

Psal. 118.

Roma. 12.

Psal. 67.



Extollit se tanquam in caelum, sed quanto fit superior, tanto facilius euanesceat & disperit. Rursus considerate quod dixi. Solidior est fumus igni proximus, & terra proximus, nondum sic euauit, nondum sic est dispersus in ventos: quando autem attenuatur, euanesceat, & disperit quando se multum extulerit. Quia ergo superbus sic se erigit contra deum, quomodo fumus contra caelum, restat ut ita deficiat & tanquam in ventos sua uanitatis elatione dissipatus intereat, quemadmodum disperit fumus elatus, tumida non solida magnitudine inflatus. Sic est enim fumus. Vides magnam molem, habes quasi quod videas, & non habes quod teneas. Talem ergo poenam fratres ante omnia detestamini, nec defendatis peccata uestra: & si adhuc facitis, nolite defendere. Subdite uos deo, & sic tundite pectora uestra, ut & ipsa quae remanserunt, non fiant. Conamini non facere, & si fieri potest, nulla facite: si autem fieri non potest ut nulla faciatis, maneat tamen illa pia confessio. Erit enim respectus misericordiae ipsius, ut te conante omnia perimere, & quantum adiuuerit perimere, de reliquis quae tibi restant in itinere in vento & in conatu comprehenso, facile ignoscat: tantum proficere affecta, non deficere. Si non re inuenit dies ultimus uictorem, inueniat uel pugnantem, non captum & addictum. Est autem misericordia abundantissima & larga eius beneuolentia, qui nos sanguine filij sui redemit, cum propter peccata nostra nihil essemus. Nam ipse aliquid magnum fecit, cum hominem ad imaginem & similitudinem suam creauit. Sed quia nos nihil fieri uoluimus peccando, & tradidit mortalitatis de parentibus duximus, & massa peccati, massa irae facti sumus, placuit tamen illi per misericordiam suam redimere nos tanto precio, dedit pro nobis sanguinem uicij sui innocenter nati, innocenter uidentis, innocenter mortui. Qui nos tanto precio redemit, non uult perire quos emit. Non emit quos perdat, sed emit quos uiuificet. Si peccata nostra superant nos, precium suum non contemnit. Deus precium magnum dedit, nec tamen nobis tantum de ipsius misericordia blandiamur, si non fuerimus conati aduersus peccata nostra, nec si aliqua maxime capitalia fecerimus, speremus ita futuram esse misericordiam, ut ei coniungatur iniquitas. Nunquid enim & eos qui nihil egerunt, quemadmodum correpti uiderent, sed in pertinacia & duritia animi permanerunt, accusauerunt etiam deum defendendo peccata sua ibi constitutus est ubi constituit sanctos Apostolos, prophetas, patriarchas & fideles suos bene de se meritos, sibi seruientes, ambulantes in castitate, modestia, humilitate, eleemosynas facientes, ignoscentes quod a quoquam perpeffi sunt. Talis est enim uia iustorum, talis est uia sanctorum tenentium deum patrem, tenentium Ecclesiam matrem, nec illum paritem, nec istam offendentes, sed in amore utriusque parentis uiuentes, & ad hereditatem aeternam properantes, non laeso patre, non laesa matre, datur unicuique hereditas. Quia duo parentes nos genuerunt ad mortem, duo parentes nos genuerunt ad uitam. Parentes qui nos genuerunt ad mortem, Adam est & Eua: parentes qui nos genuerunt ad uitam, Christus est & Ecclesia. Et pater meus qui me genuit ad mortem Adam mihi fuit, & mater mea Eua mihi fuit. Nati sumus secundum istam progeniem carnis ex munere quidem dei, quia & istud munus non est alterius sed dei: & tamen fratres, quomodo nati sumus? Certe ut moriamur. Praecessores genuerunt sibi successores, nunquid genuerunt sibi cum quibus hic semper uiuant? Sed tanquam decessuri, qui illis succede-

Partes duo ad mortem & duo ad uitam.

rent genuerunt sibi. Deus autem pater & mater Ecclesia, non ad hoc generant, generant autem ad uitam aeternam, quia & ipsi aeterni sunt. Et habemus hereditatem promissam a Christo uitam aeternam, secundum quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nutritus erexit, passus, mortuus & resuscitatus accepit hereditatem regnum caelorum. In ipso homine accepit resurrectionem & uitam aeternam, in ipso homine accepit, in uerbo autem non accepit: quia incommutabiliter manet ab aeterno in aeternum. Quia ergo accepit resurrectionem & uitam aeternam, caro illa quae resurrexit & uiuificata ascendit in caelum, hoc nobis promissum est. Ipsam hereditatem expectamus, uitam aeternam. Adhuc enim non totum corpus accepit, quia caput in caelo est, membra adhuc in terra sunt: nec caput solum accepturum est hereditatem, & corpus relinquatur, totus Christus accepturus est hereditatem. Totus secundum hominem, id est, caput & corpus. Membra ergo Christi sumus, speremus hereditatem, quia cum ista omnia transferunt, hoc bonum accepturi sumus quod non transibit, & hoc malum euasuri quod non transibit: aeterna sunt enim utraque. Non enim aliquid non eternum promissum suis, & aliquid temporale minatus est impiis. Quomodo uitam, beatitudinem, regnum, hereditatem sempiternam sine fine promissit sanctis, sic ignem aeternum minatus est impiis. Si quod promissit non amamus, saltem quod minatus est timeamus.

Item eodē die Homilia, De eo quod scriptum est in Euāgelio secundum Ioannem, Ambulabat Iesus in Galilaeam, & cetera quae habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria quarta post dominicam passionis, de illo uersu Psalmi, Tibi derelictus est pauper, &c. Sermo. I.



Antauimus domino & diximus, Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Queramus pauperem, queramus pupillum. Nec mirum sit quod admono ut queramus, quos sic abundare cernimus & sentimus. Nonne pauperibus plena omnia? Nonne pupillis plena sunt omnia? Et tamen inter omnia quero pupillum. Ac prius ostendendum est charitati uestre id, quod putamus non hoc esse quod querimus. Qui enim dicuntur pauperes & sunt, in quos a deo mandata eleemosynae sunt, de quibus fatemur scriptum, Include eleemosynam in corde pauperis, & ipsa orabit pro te dominum. Abundat quidem hoc genus hominum, sed altius intelligendus est iste pauper de quo dictum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Sunt pauperes non habentes pecuniam, victum quotidianum uix inuenientes, alienis operibus misericordia sic indigentes, ut etiam mendicare non erubescant: sed si de his dictum est, Tibi derelictus est pauper: nos quid facimus qui hoc non sumus? Ergo nos qui Christiani sumus, non sumus deo derelicti? Et quae alia nobis spes est, si non sumus illi derelicti, qui nos non dereliquit? Discite ergo esse pauperes & deo relinquere compauperes mei. Diues est, superbus est. Nam & in diuitiis istis, quae uulgo appellatur diuitia, quibus est contraria uulgaris ista paupertas, in diuitiis ergo istis nihil est sic cauedum quam superbiae morbus. Qui enim non habet pecuniam, non habet amplissimas facultates, non habet unde se extollat. Si ergo qui non habet unde se extollat, non laudatur pro eo quod non se extollit: qui habet, laudatur si se non extollit. Quid ergo laudo humilem pauperem? Unde superbiat non habet. Quis autem ferat & inopem & superbum? Lauda

Ioan. 1.

Ioan. 7.

Psalm. 9.

Sermo. C. X. Psal. 9.

M. Ecclesiasticus 29.

Math. 5.

Psalm. 9.

1. Tim. 6.

Luc. 19.

Luc. 16.

Luc. 16.

Psalm. 78.

Reddere in sinu eorum.

Gen. 11.

Gen. 11.

**A** Lauda diuitem humilem, lauda diuitem pauperem. Tales uult Apostolus Paulus, qui scribens ad Timotheum dicit, Praecepta diuitibus huius seculi, non superbe sapere. Noui quid dicam. Hoc illis praecipere. Habent diuitias intrinsecus superbiae persuadentes, habent diuitias in quibus laborare esse humiles. Da mihi Zachaeum habentem magnas diuitias, principem publicanorum, confessorem peccatorum, statura breuem, animo breuiorem, ascendentem lignum ut transeuntem uideret, qui pro illo pendebat in ligno. Da mihi dicentem, Dimidium reum meorum do pauperibus. Sed multum diues es & Zachaeus, multum diues es: Ecce dimidium dabis, Dimidium quare reseruabis? Quia si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo. Sed ait mihi quisque mendicus, debilitate fessus, pannis oblitus, fame languidus, respondit mihi & dixit, Mihi debetur regnum caelorum: ego enim similis sum illi Lazaro, qui iacebat ulcerosus ante diuitis domum, cuius canes lingeant ulcera, & querebat saturari de micis quae cadebant de mensa diuitis, ego illi similior sum, inquit. Nostrium genus est, cui debetur regnum caelorum, non illi generi qui induuntur purpura & bysso, & epulantur quotidie splendide. Talis enim erat ille, ante cuius domum iacebat pauper ulcerosus: & uidete exitus amborum. Contigit enim mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est diues, & sepultus est. Nam pauper forte nec sepultus est. Quid postea? Cum apud inferos diues ille in tormentis esset, leuauit oculos suos, uidit pauperem quem contempserat in Abraham gremio quiescentem. Desiderauit guttam, a quo ille micam. Et quoniam dilexit opulentiam, non inuenit misericordiam. Voluit subueniri fratribus suis, semper uacors, sero misericors. Nihil omnino quod postularit, accepit. Discernamus ergo, inquit mihi, pauperes & diuites. Quid me ad alia intelligenda exhortaris? Aperti sunt pauperes, aperti sunt diuites. Audi ergo me de hoc quod proposuisti domine pauper. Cum illum sanctum ulcerosum te esse dicis, timeo ne superbiendo non sis quod dicis. Noli contemnere diuites misericordes, diuites humiles: & ut citius dicam quod paulo ante dixi, diuites pauperes noli contemnere & pauper. Esto & tu pauper, pauper, id est, humilis. Si enim diues factus est humilis, quantomagis pauper debet esse humilis: Pauper non habet unde inflectit, diues habet cum quo lucretur. Audi ergo me, Esto uerus pauper, esto pius, esto humilis. Nam si de ipsa pansosa & ulcerosa paupertate gloriaris, quia talis fuit ille qui ante domum diuitis inops iacebat, attendis quia pauper fuit, & aliud non attendis. Quid, inquis, attendo? Lege scripturas, & inuenies quod dico, Lazarus pauper fuit, in cuius sinum leuatus est, diues fuit. Contigit, inquit, mori inopem illum, & auferri ab angelis. Quid? In sinum Abraham, id est, in secretum ubi erat Abraham. Nolite enim carnaliter intelligere, quod uelut in sinum tunicae Abraham leuatus sit pauper. Sinus erat, quia secretum erat. Unde dicitur, Redde uicinis nostris in sinum eorum: id est, in secreta eorum. Quid est, Redde in sinum eorum? Torque conscientiam eorum. Lege aut si legere non potes, audi cum legitur, & uide Abraham opulentissimum fuisse in terra, auro, argento, familia, pecore, possessione, & tamen diues iste pauper fuit, quia humilis fuit. Humilis autem fuit, credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Iustificatus est gratia dei non propria presumptione. Fidelis erat, bene operabatur. Filium iustum esse immolare, neque cunctatus est ei offerre quod acceperat a quo acceperat. Probatus est deo, constitutus est exemplum fi-

**B** ante cuius domum iacebat pauper ulcerosus: & uidete exitus amborum. Contigit enim mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est diues, & sepultus est. Nam pauper forte nec sepultus est. Quid postea? Cum apud inferos diues ille in tormentis esset, leuauit oculos suos, uidit pauperem quem contempserat in Abraham gremio quiescentem. Desiderauit guttam, a quo ille micam. Et quoniam dilexit opulentiam, non inuenit misericordiam. Voluit subueniri fratribus suis, semper uacors, sero misericors. Nihil omnino quod postularit, accepit. Discernamus ergo, inquit mihi, pauperes & diuites. Quid me ad alia intelligenda exhortaris? Aperti sunt pauperes, aperti sunt diuites. Audi ergo me de hoc quod proposuisti domine pauper. Cum illum sanctum ulcerosum te esse dicis, timeo ne superbiendo non sis quod dicis. Noli contemnere diuites misericordes, diuites humiles: & ut citius dicam quod paulo ante dixi, diuites pauperes noli contemnere & pauper. Esto & tu pauper, pauper, id est, humilis. Si enim diues factus est humilis, quantomagis pauper debet esse humilis: Pauper non habet unde inflectit, diues habet cum quo lucretur. Audi ergo me, Esto uerus pauper, esto pius, esto humilis. Nam si de ipsa pansosa & ulcerosa paupertate gloriaris, quia talis fuit ille qui ante domum diuitis inops iacebat, attendis quia pauper fuit, & aliud non attendis. Quid, inquis, attendo? Lege scripturas, & inuenies quod dico, Lazarus pauper fuit, in cuius sinum leuatus est, diues fuit. Contigit, inquit, mori inopem illum, & auferri ab angelis. Quid? In sinum Abraham, id est, in secretum ubi erat Abraham. Nolite enim carnaliter intelligere, quod uelut in sinum tunicae Abraham leuatus sit pauper. Sinus erat, quia secretum erat. Unde dicitur, Redde uicinis nostris in sinum eorum: id est, in secreta eorum. Quid est, Redde in sinum eorum? Torque conscientiam eorum. Lege aut si legere non potes, audi cum legitur, & uide Abraham opulentissimum fuisse in terra, auro, argento, familia, pecore, possessione, & tamen diues iste pauper fuit, quia humilis fuit. Humilis autem fuit, credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Iustificatus est gratia dei non propria presumptione. Fidelis erat, bene operabatur. Filium iustum esse immolare, neque cunctatus est ei offerre quod acceperat a quo acceperat. Probatus est deo, constitutus est exemplum fi-

dei. Iam deo notus erat, sed nobis monstrandus erat. Non est inflatus quasi in operibus bonis suis, quia pauper erat diues iste. Et ut scias quia non est inflatus tanquam in bonis operibus suis. Sciebat enim quia quicquid habebat, a deo habebat: & non in semetipso, sed in domino gloriabatur. Audi Paulum Apostolum, Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Videtis, quia cum abundent pauperes, recte querimus pauperem, in turba querimus & uix inuenimus. Occurrit mihi pauper & quero pauperem. Interim tu manum porrige pauperi quem inuenis. Ex quo quare quem queris. Tu dicis, pauper sum sicut Lazarus: diues iste meus humilis non dicit, diues sum sicut Abraham. Ergo tu te extollis, ille se humiliat. Quid inflaris & non imitaris? Ego, inquit, pauper leuor in sinum Abraham, non uides quia diues susceptor est pauperis? Si enim superbis contra eos qui habent pecuniam, negas eos ad regnum caelorum pertinere, cum in eis fortasse inueniatur humilitas quae in te non inuenitur. Non times ne tibi cum mortuus fueris dicat Abraham, Recede a me quia blasphemasti me? Admoneamus ergo diuites nostros quod Apostolus admonuit, Non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Admoniti sumus. Diuitiae illae quas putatis plenas esse deliciarum, pleniores sunt periculorum. Pauper erat, & securior dormiebat. Sic nanque alius accedebat ad duram terram, quam ad lectum inargentatum. Attendite curas diuitum, & comparate securitati pauperum. Sed audi diues iste ut non superbe sapiat, neque speret in incerto diuitiarum. Utatur mundo tanquam non utens. Sciat se uiam ambulare, & in has diuitias tanquam in stabulo intrasse. Reficiat, uiator est, reficiat se & traueat: non secum tollit quod in stabulo inuenit. Alius uiator erit, & ipse habebit, sed non auferet. Omnes hic relicturi sunt, quod hic acquisierunt. Nudus, inquit, exi de utero matris meae, nudus reuertar in terram. Audi alium pauperem, Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Qui sunt isti qui a fide pererrauerunt & inseruerunt se doloribus multis? Qui uolunt diuites fieri. Modo respondeat mihi ille pannosus. Videamus si non uult diues fieri, uideamus, interrogemus eum si non uult diues fieri. Respondeat, non mentiar. Audio linguam, sed interrogo conscientiam. Dicat si non uult fieri: si autem uult, iam incidit in tentationem & desideria multa, stulta & noxia. Non enim opes, sed desideria. Unde: Quia uult diues fieri. Quid inde? Desideria multa & stulta & noxia, quae mergunt homines in interitum & perditionem. Vides ubi sis? Quid mihi ostentas nullas facultates, cum ego uincam tantas cupiditates? Ecce iam compara duos. Iste diues est, ille pauper. Sed iste diues est, iam est, non uult fieri: iste diues est, aut de parentibus, aut de donis & hereditatibus. Ponamus, faciamus: diues est etiam de iniquitatibus, iam non uult addere, imposuit modum, fixit limitem cupiditati, iam corde militat pietati. Diues, inquis. Respondeo, diues est. Iterum tu accusator respondes & dicis, De iniquitate diues est. Quid si facit amicos de manu iniquitatis? Dominus nouerat quod dicebat: utique non errabat, quando praecipiebat, Facite uobis amicos

Rom. 4.

1. Tim. 6. E

1. Tim. 6. 1. Corin. 7.

Iob. 1. 1. Tim. 6.

Luc. 16.

G amicos de mammona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in tabernacula aeterna. Quid si hoc facit iste diues? Iam finit cupiditatem, exercet pietatem. Tu nihil habes, sed diues vis fieri, incidis in tentationem. Sed forte inde factus es pauperrimus & egentissimus, quia nescio quid habebas paternum, quod te sustentaret, & calumnia aliqua competitoris abstulit. Gemis, audio, tempora accusas. Quod gemis, si possis facis. An non videmus, an non quotidianis exemplis plena sunt omnia? Heri gemebat, quia perdebat sua: hodie pergens ad maiorem, rapit aliena. Inuenimus verum pauperem, inuenimus pitum humilem, non de se fidentem, pauperem virum, membrum pauperis, qui propter nos pauper factus est cum diues esset. Vide diuitem nostrum qui propter nos pauper factus est cum diues esset. Vide illum diuitem. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Plus est aurum facere quam habere. Diues es auro, argento, pecore, familia, fundis, fructibus, tibi ista creare non potuisti. Vide illum diuitem, omnia per ipsum facta sunt. Vide illum pauperem, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quis digne cogitat diuitias eius? Quomodo faciat qui non fit, quomodo creet non creatus, formet non formatus, mutabilia manens, temporalia sempiternus? Quis digne cogitat diuitias eius? Paupertate cogitemus, ne forte pauperes vel ipsam capiamus. Concipitur vtero virginali, includitur visceribus matris. O paupertas. In angusto diuersorio nascitur, in iolutis infantibus tegumentis in praesepio ponitur, fit cibaria iumentis pauperibus, deinde caeli & terrae dominus. Creator angelorum, omnium visibilium & inuisibilium effector & conditor, fugit, vagit, nutritur, crescit, tolerat iram, occultat maiestatem: postea tenetur, contemnitur, flagellatur, illuditor, conspuitur, colaphizatur, spinis coronatur, ligno suspenditur, lancea perforatur. O paupertas. Ecce caput pauperum quos requiro, cuius pauperis membrum inuenimus virum pauperem. Breuiter quaeramus pupillum, quia in paupere requirendo fatigati sumus. Domine Iesu, pupillum quero. Fatigatus quero, cito responde vt inueniam. Ne vobis dicatis, inquit, patrem in terra: inuentus est pupillus iste. Oret pupillus iste, audiamus eum, & imitemur eum. Quae eius est oratio? Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Si ergo beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, tibi derelictus est pauper. Si pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me: pupillo tu eris adiutor.

*Item eodem die Homilia de eo, quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Facta sunt encenia in Hierosolymis, etc. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.*

*Feria quinta post dominicam passionis, de aduersitate temporalis, Sermo I.*

**Q**uotiens, fratres charissimi, aliqua aduersitates veniunt, quotiens aut hostilitas aut siccitas aut mortalitas iusto dei iudicio nobis fuerint irrogata, non eius iniustitiae sed nostris hoc peccatis imputare debemus. Quia sicut dicit Apostolus, Non iniquus est deus qui infert iram. Multorum enim malis moribus atque clamoribus exagitatus est mundus. Et vt hoc omnes intelligere possint, apertius charitati vestrae insinuas, sic sunt boni & mali, quomodo si duo vasa sint plena, & vnum habeat putredinem, & aliud aromata preciosa cum vno ventilabro ventilata. Illud vas vbi fuerint

aromata odorem desiderabilem: aliud autem fetorem intolerabilem reddit. Ita simul boni atque mali indifferete quidem turbati, sed alto dei iudicio separati. Quotiens aliqua tribulatio in mundum venerit, qui boni sunt velut sancta vasa gratias agunt deo, qui eos castigare dignatur: illi vero qui sunt superbi, luxuriosi, cupididi, blasphemant & murmurant contra deum dicentes, O deus, quid tanti mali fecimus vt talia patiamur? Vnde saepe fit, vt infelices isti amore huius vitae obligati, nec istam tenere possint, & illam sempiternam, de qua fugiet dolor & gemitus, amittant: & quod peius est, nec ista mala praesentia possunt euadere, sed ad illa quae aeterna mala sunt, eorum crimina eos faciunt peruenire. Non insultans, sed gemens & dolens haec dico. Ecce sicut in eo qui superbo & rebelli spiritu emendare se no luerit, impletur illud quod scriptum est, Qui in fordidibus est sordescat adhuc. Iustus autem iustiora faciet, & sanctus sanctiora. Non enim spes bonorum in isto est mundo posita. Spes enim quae videtur, ait Apostolus, non est spes, quoniam & ipsa spes mundana quae videtur in amaritudine vera est. Amaram enim potionem mundus suis dilectoribus propinat. O infelicitas generis humani. Amarus est mundus & diligitur, putas si dulcis esset qualiter amaretur? Vos alloquitur veritas dilectores mundi, vbi est quod amatis, vbi est quod pro magno tenebatis, vbi est quod dimittere nolebatis, vbi sunt tot regiones, vbi tanta splendidissima ciuitates? Lugendo potius ista dicta sunt quam insultando. Magno affectu ista deputarentur, si tantummodo audiretur. At cum oculos nostros dira calamitas & obsidionis percussit, & nunc tempore mortalitatis affligit mortuorum hominum sepeliendis corporibus, vix illi qui remanere videbantur occurrerent. Considerantes etiam illa mala quae iusto dei iudicio illata sunt, quando totae prouinciae in captiuitatem ductae sunt, sustinimus matrefamilias abductas, pregnantas absconditas, & nutrices auulsas in manibus paruulis, atque in vias proiectas, nec viuos ipsos filios retinere, nec mortuos permiserunt sepelire. Cruciatu magnus & dolor, timor & horror tortores cordis pariter insisterent, maxime cum a talibus feminis hoc impia barbarica exigebat potentia, vt quae se sciebat multorum mancipiorum fuisse dominam, barbarorum se subito sine vilo precio lugeret ancillam. Sic impletum est in nobis illud quod dictum est per prophetam David, Vendidisti populum tuum sine precio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Dura a delicatis & a nobilibus mulieribus seruitia sine vlla miseratione humanitatis a barbaris exacta sunt. Strepitus clamoris huius in auribus nostris vrget, dum talia audimus atque videmus. Nunquid ferreae sunt carnes hominum, etiam si feruus ferreus in aliquibus inueniatur? Quis ista audiens vidensque non doleat? Vnde cum Propheta dicere possumus, Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiae populi mei? Non solum mortem corporum, verum etiam animarum? Christianis loquimur, multos cognouimus in ista vastatione sine sacramento baptismi ex ipsa vita fuisse ereptos atque inter vasa irae relictos. Quis lucus idoneior, quis planctus celsior inueniri potest, quando sic exaruit ira omnipotentis, vt repelleret etiam tabernaculum suum in quo habitauit in hominibus: Et ille etiam qui vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, nec precium tanti sanguinis attenderit, nulli Ecclesiae, nulli clero, nulli sacrae virgini, nulli parcere ciuitati.

**A** ciuitati. Nos vero fratres charissimi, quibus dominus non pro nostris meritis parcere, sed adhuc ad poenitentiam referuare dignatur, non sine grandi timore debemus considerare quod hac omnibus nobis praebentur exempla. Et ideo illorum mors proficiat ad nostram salutem, eorum tribulatio sit nostra correptio, de aliorum plagis faciamus medicamenta vulneribus nostris: & semper timeamus quod dominus in Evangelio dixit, Putatis quod hi Galilaei pra omnibus peccatores fuerint, quoniam talia passi sunt, non dico vobis, sed nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et ideo qui solebat esse luxuriosus sit castus, qui superbus sit humilis, qui erat inuidus sit benignus, qui per fraudes vel calumnias solebat res alienas rapere, incipiat de suis largiores elemosinas dare. Nimis delicatus est quod a nobis requirit dominus noster, fratres charissimi, non dixit nobis ieiunare plus quam potestis, & plusquam vires vestrae sufferunt vigilare. Non nobis dicit, a vino vel a carnibus abstinete. Non a nobis requiruntur, sed hoc dignatur iniungere, quod omnes homines possunt cum ipsius gratia sine grandi labore complere. Sed quod pessimum est, multi sunt qui durissimum & amarissimum auaritia iugum cum multis laboribus volunt ferre, & dulce iugum Christi & onus eius leue dissimulant humeris suis imponere: malunt cum multis peccatis sub sarcina graui succumbere, quam iugum Christi, quod eos potest in caelum eleuare, suscipere. Vos vero fratres, nobiscum sapienter & fideliter cogitantes, dirumpatis a ceruicibus vestris durum & asperum auaritia iugum, & iugum Christi suauissimum vestris humeris imponentes, secundum Apostolum, conuersationem vestram leuantem in caelum, vt cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso appareatis in gloria, quod ipse praestabit in, &c.

*Item eodem die, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Rogabat Iesum quidam Phariseus, etc. quae habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, XXXIII.*

*Feria sexta post dominicam passionis, De studio sapientiae & meditatione legis dei. Sermo I.*

**P**ortet fratres charissimi, vt mundo corde & casto corpore sapientiam diuinam discere diligatis, & intelligere appetatis, quia ipsa cognitio dei se fideliter quaerentibus & instanter meditantibus tribuit. Cognitione autem dei nihil melius est, quia nihil beatius est, & ipsa vera beatitudo est. Vnde & saluator ad patrem ait, Haec est autem vita aeterna, vt cognoscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Huius ergo sapientiae notitia qualiter adipiscatur, audite. Primo omnium quaerendum est homini quae sit vera scientia, veraque sapientia, Quia sapientia huius seculi, stultitia est apud deum. Scientia vera est: a diaboli seruitio quod sunt peccata recedere, & sapientia perfecta est deum colere secundum mandatorum illius veritatem, quia in his duobus vita beata acquiritur, sicut Psalmista ait, Diuerse a malo, & fac bonum. Nec etiam sufficit cuiquam mala non facere, nisi etiam bona faciat: nec bona facere, nisi etiam mala omittat. Omnis ergo qui sic sapiens est, proculdubio beatus erit in aeternum. Beata siquidem vita est, cognitio diuinitatis: cognitio diuinitatis, virtus boni operis est: virtus boni operis, fructus est aeternae beatitudinis. Adhuc ergo bonum habemus solatium, diuinarum lectionem scripturarum, quia sacrarum lectionum scripturarum diuina est praecognitio non parua beatitudinis. In his enim quasi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit, vel quod tenemus decimus.

dat. Lectio assidua purificat omnia, timore incutit gehennae, ad gaudia superna cor instigat legetis. Qui vult cum deo semper esse, frequenter debet orare & legere. Na cum oramus, ipsi cum deo loquimur: cum vero legimus, deus nobiscum loquitur. Geminum confert donum lectio sanctarum scripturarum, siue quia intellectu mentis erudit, seu quia a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem dei perducit. Labor honestus est lectionis, & multum ad emundationem animi proficit. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior homo nutritur & pascitur, sicut psalmista ait, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauam ori meo. Sed ille beatissimus est, qui diuinas scripturas vertit in opera. Omnes plane scripturae sanctae ad nostra salutem scriptae sunt, vt proficiamus in eis in veritatis agnitionem. Sapiens caecus offendit quem videns, sic ignorans legem dei sapiens ignoranter peccat quam ille qui scit. Sicut caecus sine ductore, sic homo sine doctore via recta vix graditur. Et ideo fratres charissimi, quicumque ex vobis lectiones sacras legere & intelligere possunt, in his studium impendat, vt earum frequenter meditatione vtantur: qui vero sensum locutionis sacrae ex lectione non possunt percipere, attentius audiatur interpretantem, vt recipiant saltem in edificatione. Cum vero magisterio caelesti instructi quid faciendum, quidve vitandum sit dilectissimi accipiat, non sit mora in faciendo, quod intus sapiatis intelligendo: quia vt beatus Paulus apostolus ait, Non auditeores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis. Et ipsa veritas ait, Seruus qui scit voluntatem domini sui & non facit, vapulabit multis. Item alibi scriptum est, Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Itaque omni diligentia studere vt cognoscatis voluntatem dei: postquam autem cognoueritis voluntatem eius summo nisu contendite, vt hac faciatis implentes mandata illius, & instanter deposcite, vt in hoc perseverantes perueniatis ad promissa illius. Ad quod nos adiuuare dignetur ipse qui per sua bonitatem nos vocauerat, & per sua gratiam liberauerat, qui quibene certatibus caelestia regna promiserat. Iesus Christus dominus noster, qui viuus & regnat cum deo patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum. Amen.

*Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in euangelio secundum Ioannem, Collegerunt pontifices & pharisaei consilium aduersus Iesum, etc. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.*

*Sabbato post dominicam passionis, De vita mortali & immortalis. Sermo I.*

**D**ixit dominus cuidam adolescenti, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Non dixit, Si vis venire ad vitam aeternam: sed, si vis venire ad vitam: eam definiens vitam quae fuerit aeterna vita. Huius ergo vitae amorem nos primitus commendemus. Etenim amatur & qualiscunque vita ista, & ipsam qualemcunque erumnosam, miseram finire homines timet & pauescunt. Hinc videndum est, hinc considerandum est, quemadmodum amanda sit aeterna vita, quando sic amatur misera ista, & quandoque finienda vita: considerate fratres, quantum amanda sit vita, vbi nunquam finies vitam. Amas ergo istam vitam, vbi tantum laboras, curris, fatigis, anhelas, & vix enumerantur quae necessaria sunt in misera vita, seminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post haec omnia finire habes vitam. Ecce quae pateris in misera ista quam diligis vita, & putas te semper victurum & nunquam moriturum. Tempora saxea, marmorea, ferro

Sermo CXI.

Roma 3.

Boni & mali, duo vasa plena.

Apoca. 11.

Roma 3.

L.

Luc. 11.

Math. 11.

Philip. 3. Col. 3.

Luc. 7.

St. CXII.

Ioan. 17.

1 Cor. 3.

Psal. 33.

Hier. 9.

Roma 2.

Roma 8.

Psal. 8.

Roma 2.

Luc. 12.

Ioan. 4.

St. CXII.

Ioan. 11.

Sermo CXIII.

Math. 19.

A plumboque

**G** plumbūq; consolidata tamen cadunt, & homo se nunquam putat moriturum. Discite ergo fratres querere eternam vitam, ubi ista non tolerabit, sed in aeternum cum deo regnabit. Qui enim vult vitam, sicut dicit propheta, diligat videre dies bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur quam vita. Nōne audiuimus & vidimus homines in aliquibus tribulationibus & angustiis, conflictationibus & aegritudinibus dum sunt constituti & videt se laborare, nihil aliud dicere, Deus mitte mihi mortem, accelera dies meos? Et quando venit aegritudo, currunt adducuntur medici, solidi & munita promittuntur. Dicit tibi ipsa mors, Ecce assum quam paulo ante a domino petebas, quid mihi modo fugere vis? Inveni te fallatorem, & miseram vitam amatorem. De his autem diebus quos agimus, Apostolus ait, Redimētes tempus quoniam dies mali sunt. Non ergo sunt mali dies quos agimus in corruptela huius carnis in tanta vel sub tanta sarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, ubi falsa volūtas, nulla securitas gaudij, timor torquens, cupiditas auida, tristitia arida? Ecce quam malos dies, & nemo vult finire ipsos dies malos, multumq; hinc rogant homines deum vt diu viuant. Quid est autem diu viuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu viuere, quam malos dies malis diebus addere? Et cum crescunt pueri quasi accedunt illis dies, & nesciunt quia minuuntur, & ipsa est falsa computatio. Crescentibus enim decedunt dies potius quam accedunt. Constituit alicui homini nato, verbi gratia, octoginta annos, quicquid viuunt, de summa minuit, & inepti homines gratulantur plurimis nataliciis tam suis quam filiorum suorum. O virum prudentem, si tibi vinum minuatur in cuppa tristarum, dies perdis & gaudes. Mali ergo sunt dies, & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus vt nemo velit finire eternam vitam. Vera enim vita vel beata haec, cum resurgimus & cum Christo regnabimus. Nam & impij resurrecturi sunt sed in ignem ituri. Vita itaque non est nisi beata. Et beata vita esse non potest nisi aeterna, ubi sunt dies boni, nec multi, sed vnus. Ex consuetudine huius vitae appellati sunt dies. Dies ille nescit ortum, nescit occasum: illi diei nō succedit crastinus, quia eum nō praecedit hesternus. Hunc diem vel hos dies & hanc vitam & veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si enim mercedem amamus in opere nō deficiamus, & in aeternū cū Christo regnabimus.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Ioannē, Subleuatis Iesus oculis in caelū dixit, Pater uenit hora, etc. quae habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Dominica in Ramis palmarum, De passione domini. Sermo I.

Ser. CXIII

**A** dmonet nos fratres charissimi, ad solennitatem dominicae passionis ipse, in quo eam nec muta elemēta tacuerunt. Celebret eam lux fidei linguis hominum, quam conclamauerunt etiam silentia tenebrarū. Hodie dominus noster in statera crucis precium nostrae salutis appendit, & vna morte vniversum mundum sicut omnium conditor, ita omnium reparator absoluit. Indubitanter enim credamus quod totum mundum redemit, qui plus dedit quam totus mundus valeret, Meritum enim redemptae mercedis dignitas insignis precij supergressa est. Inter redemptū & redimentem dispensatio fuit, compensatio non fuit. Qui ergo non habebat peccata propria, digne deleuit aliena. Solus hic pia victima pro omnibus cecidit, vt o-

mnēs leuaret. Et quia debitum solus nō habuit, recte fecerit misericordiam pro debitoribus erogauit. Perpende inter haec qui talem pro nobis dedit pecuniam, qualem a nobis sit exacturus vsurā. In hac itaque die fides prophetica annunciationis impleta est, ita dicētis, Corpus meum dedi percussitibus, & genas meas vellentibus, faciem meam nō auerti a foeditate sputorum, Suscepit mala nostra, vt tribueret bona sua. Hinc intelligamus quantum hominem diligere dignatus sit ante culpam, quem sic diligit post ruina. Agnosce homo quantum valeas, & quantum debeas, & dum tantam redemptionis tue perspicis dignitatem, ipse tibi indicito peccandi pudorē. Ecce pro impio pietas flagellatur, pro stulto sapientia illuditur, pro mendace veritas necatur, damnatur iustitia pro iniquo, misericordia afficitur pro crudeli, pro misero repletur synceritas aceto, inebriatur fel le dulcedo, addicitur innocentia pro reo, moritur vita pro mortuo, Expauit scelus hominum natura rerum, & quem creatura rebellis non agnoscit, eum mundi dominum tremens terra testatur, & caeli regem sol fugiēs confitetur. Chlamyde coccinea induitur, quia sanguine martyrum suorum Ecclesiae corpus ornatur, Corona spinea capiti eius imponitur, quia punctio peccatorum nostrorum, quorum remissione redemptoris gloria struitur, aridis tribulis comparatur. Studeamus nunc ē diuerso, vt mēbrorum vita capitis sit coronā. Quod vero sitire se in cruce positus dicit, fidē incredulā gentis concupiscit. Sed e contra acetum malitiae porrigitur, quia vinū sapientiae quod a deo acceperant peccando corruerāt. Velum templi scinditur, quia synagoga honore nudatur. Observatio antiqua dissoluitur, Ecclesiae vnitas praemonstratur. Monumenta aperiuntur, quia mortis iura iure superantur. Laxata sede tartarea a domino rerū profundae noctis claustra referantur, & quem homines nō recipiunt, inferi deū esse cognoscūt. Quod autē triginta argēteos Iudas venditor prophanus refudit, indicabat nihil sibi Christi precij profuturū, sed salutis beneficiū scelere suo aliis conferendū. Videamus quid hoc refuso precio emptum esse eloquia diuina testantur. Emerunt, inquit, ex eo agrum figuli in sepulturā peregrinorū. Figulus Christus est, ager Christi Ecclesia, acquisitio peregrinorum populus gentiū. Superest charissimi, vt agri huius, quotidiani atq; perpetui studeamus esse cultores, seminemus in eo frugē bonae conscientiae, vt cum tēpus messis, id est, consummationis, & dies reddēda rationis aduenerit, cū securitate & exultatione bonorū operum manipulos reportemus, & post contritionē ieiuniorum praesentis quadragesimae laudabiliū actum cādore vestiti, & indumento castitatis ornati, ad festa futura procedamus, & pascha illud aeternū priorū inserti cōciliis celebramus, praestāte dño nostro Iesu Christo, qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnat in secula seculorū. Amē.

In eadem dominica, De traditione Symboli,

Sermo. II.

**S**ymbolū quod vobis traditur sumus, fratres charissimi, cōprehensio est fidei nostrae atq; perfectio, simplex, breue, plenū, vt simplicitas cōsulat audientiū rusticitati, breuitas memoriae, plenitudo doctrinae. Quod enī Graece symbolū dicitur, Latine collatio nominat. Collatio ideo, quia collata in vnū totius catholicae legis fides, symboli colligitur breuitate, cuius textū vobis modo deo annuēte dicemus. Petrus dixit, Credo in deū patrem omnipotentē. Ioānes dixit, Creatorem caeli & terrae. Iacobus dixit, Credo & in Iesum Christum filiū eius vnicum dominum nostrū. Andreas

**A** dreas dixit, Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Philippus ait, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Thomas ait, Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomaeus dixit, Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Matthaeus dixit, Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Iacobus Alphaei, Credo & in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam. Simō Zelotes, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Iudas Iacobi, Carnis resurrectionem. Mathias compleuit, Vitam aeternam, Amen. Audite ergo fratres charissimi redemptoris nostri vocem per Prophetam dicentem, Venite filij, audite me, timorem domini docebo vos. Filios vocat, quos in gremio Ecclesiae collocat. Nec enim potest mater vocari, nisi filios procreauerit. Ergo charissimi, ad perenne praemium vos inuitari cognoscite, qui fideliter cum dei adiutorio lauari aquae vitalis accepistis, vel qui expetitis vt cum ad sacrum fontem vel veram poenitentiam peruenieritis, per spiritum sanctum salutaris & caelestis vos vnda perfundat. Ideo charissimi, huius mysterij sacramentum sicut fide concepimus & corde credimus, perfectis vocibus declaremus. Credo in deum patrem omnipotentem, & reliqua sicut supra. Ergo dilectissimi, haec verba nō humana, sed domini sunt caelestia sacramenta, quae in vestris cordibus ipsius misericordia praestante resideant, vt gratiam domini incorruptam & immaculatam vsq; ad finem percipiatis. Repetimus adhuc charissimi symbolum, vt cum mysterio conueniat trinitatis. Credo in deum. Credendum nobis est, fratres charissimi, in deū patrem, ita & in Iesum Christum filium eius, Pater sine filio credi non potest, quia licet distincta sit in eis personarū proprietates, tamē vna est & indiscreta maiestas. Sicut totum ergo potuit semper pater, ita totum potest semper filius. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Sacramentum hic suscepti corporis demonstratur, vt quem ante secula pater genuit, in fine iam seculi Maria virgo spiritu sancto inspirante concepit. Et ideo de ipsa domini matre angelus Gabriel dicit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ad excipiendum enim dominicae maiestatis aduentum, necesse fuit vt humana infirmitati diuinum adesset auxilium. Sancta enim Maria vt virgo peperit, ita virgo cōcepit. Qualiter haec aut quomodo salua virginali integritate perfecta sit, credere magis quam enarrare possumus. Fidei in his plurimum licet, sermoni parum. Passus ergo sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram dei patris. Sedere ad dexteram patris dicitur, non vt dicatur maior, sed vt ostēdatur aequalis. Haec omnia testimonia sunt dominicae passionis, vt dominū Iesum Christum sicut vere passum & vere mortuum, sic vere resurrexisset & triumphasse credamus. In quo nobis Christus dominus reliquit exemplum, vt sicut eum non dubitamus natum & mortuum, & resurrexisse & viuere, ita nos quoque sicut natos & mortuos esse nouimus, sic post mortem resurrecturos & in aeternum esse victuros noscimus. Sequitur, Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Credo & in spiritum sanctum: vtique vt aequalis credulitas dei patris & filij & spiritus sancti aequalis ostenderet potestatem. Credo sanctam Ecclesiam catholicam. Bene symbolum Ecclesiam catholicā nominauit & sanctam, quia multa Ecclesiae hareticorū sunt, sed quae nō est catholica, nec sancta dici potest. Sertomus decimus.

Sanctorum communionē. Credentes ergo sanctam Ecclesiam catholicam sanctorum habentes communionē, quia ubi est fides sancta, ibi est & sancta communio. Credere vos quoq; in corpore resurrectionē & remissionem peccatorum oportet. Omne sacramentum baptismi in hoc constat, vt resurrectionem corporum & remissionem peccatorū nobis a deo praestanda credamus. Superest vt cuius audistis passionē, audistis ascensionē, audistis iudicium, quotidie expectetis aduentum.

In eadē dominica, Ad Cōpetentes, Ser. III.

**O** die fratres charissimi specialiter ad Cōpetentes humilitatis nostrae sermo dirigitur. Et quāuis omnibus etiam fidelibus baptizatis admonitio nostra conueniat, & vnusquisq; qui de anima sua salute sollicitudinem gerit, vnde proficere possit, credimus quod in ista humili suggestionē nostra reperiat, peculiariter tamen eos qui nunc baptismi sacramenta desiderant, volumus admonere. Primum ergo Competentes isti, quare hoc nomine vocentur, agnoscant. Competentes dicuntur simul petentes, quomodo confedentes nihil est aliud, nisi simul sedentes, & colloquentes nihil aliud est, nisi simul loquentes, concurrentes sine dubio non intelliguntur, nisi simul currentes, ita & competentes non possunt aliud intelligi nisi simul petentes. Ecce iam quare hoc nomen cōpetentes habeant, didicerunt: nunc vero isti qui simul petunt, debent scire quid petūt. Quid ergo petunt qui baptismi sacramenta desiderant? Quid vtique nisi vt qui erant vasa diaboli, mereantur effici vasa Christi? Totum in nobis spiritualiter impletur ministerijs angelorum. Ideo rogo vos & cōmoneo omnes competentes, & confestor simul & annuncio, vt cum dei adiutorio in istis diebus vsq; ad pascha, diligenter perscrutemini conscientias vestras, ne forte sit vel vnus homo contra quem odium in corde teneatis: Si enim ille qui baptizandus est, iracundiam vel odium in corde reseruat, nescio si in eo gratia diuina proficiat. Dimitte enim, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et si hoc in eo futurum est quod ipse erat, quid superest, nisi quomodo ipse dimiserit, sic ei iustitia diuina dimittat, secūdū illud quod dominus ipse dixit, Date, & dabitur vobis, Dimitte, & dimittetur vobis: Ac sic qui non dimiserit, ipse contra se ianuā diuinā misericordiae claudit, dicendo, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus. Primo ergo hoc specialiter cōpetentes attendāt, ne vllū hominē odio habeāt. Secundo interrogent conscientias suas, & si alicui vt euenire solet, fecerunt iniuriā, cito veniā petant. Tertio si aut per furtum aut per falsum testimoniū aut per aliquā calliditatem aut per stateras dolosas vel mensuras duplices cuiusq; aliquid abstulerunt, si secundum exemplū Zachari non possunt in quadruplum, vel simplo restituant. Nā nescio qua fronte gratia diuinae misericordiae se credit posse accipere, qui res alienas quas male abstulit, dissimulat reformare. Sed forte hoc etiam oportet cōpetentibus obseruare, vt si agnoscut se persuadere diabolo furtum, homicidium, aut adulteriū cōmississe, aut si aliqua mulier competens potiones diabolicas aliquando ad abortum accepit, & filios suos adhuc in vtero positos, aut etiā natos occidit: quia satis graue peccatū est: pro omnibus his cū gemitu & cōpunctione dei misericordiae quārat & ad baptismi sacramenta per poenitentiam mundati perueniāt. Et hoc ante omnia quicunq; se has culpas habere videt, obseruet vt castitate & ante baptismū custodiāt, & post baptismum non paruo tēpore se a voluptate custodiant. Venenū inuidiae fugiant,

A ij fugiant,



**G** fugiant, ne imitatores diaboli esse videantur, de quo scriptum est, Invidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autem eum qui sunt ex parte illius Superbiam etiam per quam ipse diabolus cecidit, vitare contendant: quia Christus quem sequi desiderant, imitatus fuit & humilis corde. Et satis timendum est illud quod scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Mendacium etiam de ore suo non proferant, propter illud quod scriptum est, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et iterum, Os quod mentitur, iuramento abstineat, quia non mentitur qui dixit, Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet de domo, illius plaga. Vinum vero & istis diebus parum accipiant, & cum dies paschae venerint, cum grati se cautela a crapula vel ebrietate custodiāt, ne forte quod per sacramentum baptismi mundatum vel illuminatum fuit, si crapula surreperit, per intemperantiam obscuretur. Et ideo etiam si aliquis eos per inimicam amicitiam ad bibendum cogere voluerit, omnino refugiant & nunquam penitus acquiescant, sed quod decet & expedit Christianis, in cibo vel in potu percipiant. Et quia omnes competentes vterus matris Ecclesiae Christo inspirante concepit, nihil iniustum aut inhonestum exerceat, ne forte male agendo viscera materna concutiant, & ante legitimum partum velut abortum eos mater sancta proniciat, sed magis omnes competentes benigni sint, humiles, mansueti, sobrii, vt ad salutaris baptismi sacramentum ordine legitimo conuenientes, de haedis conuertantur ad agnos, de sinistra transferantur ad dexteram, cum illis qui ad dexteram erunt, illam desiderabilem vocem feliciter audire, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Si secundum consuetudinem suam charitas vestra diligenter attendat, agnoscere potestis admonitionem nostram, licet ad competentes dicta sit, possit tamen omnibus baptizatis fidelibus conuenire. Et ideo nos qui iam ante multa tempora in Christo renati sumus, istis qui baptizati sunt, exemplum sanctae conuersationis in omnibus praebemus, vt si nos imitari voluerint, non per latam & spatiosam viam trahantur ad mortem, sed per arctam & angustam peruenire mereantur ad vitam. Et ideo non solum exemplis, sed etiam verbis eos ad omne opus bonum admonere debetis, praecipue tamen qui filios aut filias excipere religioso amore desiderant, & antequam baptizentur, & postquam baptizati fuerint, de castitate, de humilitate, de sobrietate vel pace eos admonere vel docere non desinant, & agnoscant se fidei flores esse ipsorum. Pro ipsis enim respondet, quod abrenunciant diabolo, pompis & operibus eius. Et ideo tam illi qui excipiunt quam qui excipiuntur, id est, tam patres quam filii pactum quod cum Christo in baptismi sacramento conscribunt custodire contendant, nec vnquam aliquid de diaboli pompis vel mundi istius luxuriosis oblectationibus concupiscant, vt deo adiuuante, & illi qui filios suscipiunt si caste & iuste vixerint, & illi qui excipiuntur si eos imitari voluerint, sicut credimus, pariter ad praemia aeterna perueniant, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

*Item in eadem Dominica, de eodem alius sermo, qui habetur in libro quinquaginta Homiliarum, XLIX.*

*Item in eadem dominica alius sermo de primo versu Psalmi uicesimi primi, Deus deus meus respice in me: qui sumitur ex expositione doctoris, Ibidem.*

**D**e eodem etiam Psalmo tractatur in libro De gratia noui testamenti ad Honoratum, capite secundo & sequentibus.

*Feria secunda post dominicam Palmarum, De passione domini & Iuda traditore: Sermo I.*

**S**urgitur dominus tristitiam nostram vt nobis largiretur latitiam suam. Et vestigiis nostris descendit vsque ad mortis erumnam, vt nos suis vestigiis reuocaret ad vitam. Percutiam, inquit, passorem, & dispergetur oues gregis. Tristis erat quia nos paruulos relinquebat. Anima tristis erat, homo pro sua passione, sed pro nostra dispersione. Proditorem osculo libenter suscepit, non quia deus dei filius mortem timebat, sed quia nec malos pro se perire volebat. Iuda osculo filium hominis tradidit. Fungebaris disciplina virtutis, & discipulus factus es consilij iniquitatis. Officio sanguinem fundis, pro pignore amoris vulnus infligis, pacis argumento mortem immitis, seruus dominum tradis, discipulus magistrum prodis. Vtiliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici. Signo dato ab his qui cum fustibus venerant, detinetur. Inuicit manus turba, necuntur vincula, detinetur iustitia, & traditur ab iniustitia. Percussit ergo Petrus aurem pueri principis. Quare Petrus? Quia ipse accepit regni caelorum clauis, & soluendi ligandiq; ipse adeptus est potestate. Abscissa est pueri auricula male audientis, aure interiore Christum male intelligentis, qui passus non est se prophetam aestimari, sed dei filium docuit fideli confessione signari. Limus suum agnoscit cooperatorem, & caro suam sequitur operatricem. Iubere potuit, operari maluit, qui e limo terrae corporis membra formauit, qui hostes suos non passus est vulnerari. Illi iusto mortem inferebant, persecutorum vulnera iste sanabat. Petrus sequebatur a longe. Neque enim negare potuisset, si Christo domino adhaesisset. Ter me, inquit, negabis. In domo principis sacerdotum ignis ardebat, vbi Petrus occultus sedebat. Frigus erat vbi Christus non erat. Petrus ab ancilla proditus negat. Mallem Petrum dominum negasse, quam Iudam dominum vendidisse. Interrogatus Petrus, Et tu, inquit, ex illis es qui cum Galileo erant. Non enim erat quia in principio erat, hominem negauit, hominum consortium refutauit. Non enim hominis erat Apostolus, qui fuerat Christi discipulus. Ergo fleuit amare, maluit ipse suum accusare peccatum, vt iustificaretur fatendo quam grauaretur negando. Lachrymas lego, satisfactionem non lego. Petrus negauit in nocte, sed confitetur in die. Habebat lachrymas Petrus, quas pio fundebat affectu: non habebat proditor flentibus culpam ablueret, vt dum reus suo iudicio damnatur, spontaneum facinus expiatur. Peccauit, inquit, quod tradiderim sanguinem iustum. Et Iudaei: Quid ad nos? tu videris. Pertinacibus studiis funestam sibi vendicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacri legij quantitatem. Precium sanguinis a Iudaeorum gazophylacio separatur, & ager figuli Christi pecunia comparatur, locus humanis peregrinorum reliquiis: prophetiae testimonium adimpletur, & surgentis ecclesiae mysterium reuelatur. Ergo precium sanguinis emitur mundus: Venit enim vt saluaret mundus. Non enim cognouit mundus eum, qui fuerat in mundo mundus. Accusatur, & tacet, bene tacet qui defensione non eget. Ambiat defendi, qui timent vincii. Non vt reus excusat se tacendo, sed despicit falsidicos refellendo. Manus quidem Pilatus lauit, sed facta probauit. Vxor verberatur in nocte, admonet virum in die. Veritas fatigatur, & a seruo dominus iudicatur.

**A** Coronam de spinis annexam compungentes, caput eius coronant, & illudentes adorant. Vt rex saluatur, vt victor coronatur, & quasi deus & dominus adoratur. Pulchre crucem ascendit, iudicium victor affisit. Talis ergo ascendit, qui seculum vincere parat. Posuerunt titulum scriptum, Hic est Iesus rex Iudaeorum. Vermis in cruce, scarabeus in cruce. Bonus vermis qui haesit ligno, bonus scarabeus qui clamauit a ligno. Quid clamauit? Ne statuas illis hoc peccatum. Illis vtique petebat veniam a quibus accipiebat iniuriam. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Nec mirum si conuerso culpam ignoscebat, qui insultantibus veniam relaxabat. Potauerunt eum aceteto. Bene ad consummanda omnia corruptio sinceritatis hauritur. Itaque acetum bibitur, vinum cum felle non bibitur. Sinceritati non debuit amaritudo misceri, quia pro nobis dominum sine peccato decuit crucifigi. Pater, inquit, in manus tuas commendo spiritum meum. Bene tradidit qui non amisit. Spiritus patri commendatur vt peccatorum vincula resoluantur. Sol occidit sacri legis vt spectaculum obstraret funestis. Finduntur petrae & Iudaeorum corda durantur. Elementa fugiunt, terra concutitur. Iudaeus arguit, miles custodit, monumenta referantur, & Iudaeorum perfidia denudatur. Discipuli vigilat, & fletibus oculos mactos somnis inuidus captat. Iudaei quid curiosi estis, vbi caro crucifixa remansit? In flammis cum tribus pueris apparuit, qui postea paruulus dignatus est nasci. Stabant tamen mulieres haec videntes, stabat & mater domini suo filio testimonium perhibente. Ioseph & Nicodemus Christum sepeliunt, vnus iustus, alter in quo dolus non erat. Nam si Apostoli sepelirent, dicerent non sepulchrum, quem Iudaei nunciauerat raptum. Nicodemus nocte venit propter metum Iudaeorum. Simpliciter enim quaeritur, non ambitio desideratur. Quomodo iustus latebras periculi timeret, qui corpus non timuit sepelire? Ideo occulte postulauit vt corpus celaret, non vt periculum praecaueret. Mulieres de longe stabant quae diligenter locum seruabant. Sexus innutat, deuotio calet. Et cum discipuli fatigarentur, solae tamen ab angelo ne timeant admonentur. Noli me, inquit, tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Nondum tibi ascendi quae viuenter cum mortuis quaeris. Quare primum mulier? Per mulierem mors antea est nunciata, per mulierem vita hominibus reparatur. Mulier quid ploras? Mulier Christum videbat, sed hortulanam putabat. Deus est qui adoratur, homo est qui tenebatur. Non renuit tangi a foemina, quia non omnes possunt Christum tangere resurgentem, quae tegerant in corpore commorantem.

*In eadem feria de passione domini & Susanna: Sermo I I.*

**O**rfitan mirum videtur nobis fratres cur dominus apud praesidem Pilatum a principibus sacerdotum accusetur, nec aliquem iam eorum responsione conuincat, cum vtique ingratam accusationem non nisi repellere solet subsecuta defensio. Mirum, inquam, sit fratres quod arguatur Saluator & taceat. Taciturnitas enim negat quod obicitur, cum non vult respondere quod quaeritur. Accusationem suam dominus tacendo non firmat, sed despicit non repellendo. Bene enim tacet, qui defensione non desperat. Ambiat defendi qui metuit superari. Festinet loqui, qui timent vincii. Christus autem cum condemnatur exuperat, cum iudicatur vincit, sicut ait Propheta, Vt iustificeris in sermionibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quid ergo opus erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium e-

rat plena victoria? Vicit ergo cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus, Innocens ego sum a sanguine huius iusti. Melior est igitur causa quae non defenditur & probatur, plenior iustitia quae non verbis astruitur, sed veritate fulcitur. Taceat lingua necesse est, vbi ipsa veritas sibi adest. Taceat lingua in bono negotio, quae & in malis causis obticere consuevit. Nolo sic defendi iustitiam, sicut solet iniquitas excusari. Quod vincit Christus, non rationis est sed virtutis. Sciuit enim Saluator qui est sapientia, quomodo tacendo vinceret, quomodo non respondendo superaret, atque ideo causam suam maluit comprobare quam dicere: Ad vincendum fortasse metus eum cogeret ne salute proderet, nisi quod ipsa erat tota causa victoriae. Sua enim salutem prodidit vt salutem omnium lucraretur. In se vinci maluit, vt victor esset in cunctis. Sed quid de deo Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuicio est, sed in sancta formata tacete lingua pro eo castitas loquitur. Castitas enim Susanna affuit in iudicio, quae Eva defuit in paradiso. Ibi enim pudori eius constituit, hic saluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Castitas enim Susanna & presbyteros impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit: vixit reos facit testimonij, quos reos facit adulterij: atque tadem iudicem meretur castitas Danielem puerum iuniorem, necdum pubescentis aetatis. Multum igitur de deo pudicitia consequitur, cum iudicem virginem promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura virginitas. Pudicitiae autem causas, nisi vir pudicitiam audire non debuit. Talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Susanna negotio, cum eam falsis accusationibus vellet plebs imperita damnare, ait idem, Mundus ego sum a sanguine huius. Quo dicto, peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vitur, quae circa dominum vsus est Pilatus. Ait enim Pilatus, Mundus ego sum a sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia absoluitur pudicitia, quae est & absoluta iustitia. Sed Daniel melius quam Pilatus. Ille enim pudicum sanguinem nec condemnat & liberat, hic autem iusti sanguinem confitetur & tradit. Quid enim profuit testimonium perhibuisse innocentiae, & velut reum addixisse nequitiae, nisi quod grauius peccatum est vnum eundemq; & pronunciare iustum & tradere criminosis: ipse enim iniquitatis suae testis est, qui ore absoluit & corde condemnat. Lauerit licet manus Pilatus, tamen sua facta non diluit. Quauis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis membris, eodem tamen sanguine mes eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christum qui eum tradidit occidendum. Iudex enim bonus & constans, ne sanguine innocentis addiceret, nec inuidiae cedere debuit, nec timere. Daniel ergo melius quam Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagoga sacrilegium confirmauit.

*In eadem feria de simbolo: Sermo I I I.*

**S**ymbolum est breuiter complexa regula fidei, vt mentem instruat nec oneret memoriam, paucis verbis dicatur vnde multum acquiratur. Credo in deum patrem omnipotentem. Vide quam cito dicitur, & quantum valet. Deus est, & pater est. Deus potestate, pater bonitate. Quam felices sumus qui dominum nostrum patrem inuenimus. Credamus ergo in

Psal. 21.

Math. 27.

Psal. 50.

Math. 27.

Dante. 13.

E Gene. 3.

Daniel. 13.

Math. 27.

Ser. CXIX.

G eum, & omnia nobis de ipsius misericordia promittamus. Quia omnipotens est, ideo in deum patrem omnipotentem credimus. Nemo dicat, non mihi potest dimittere peccata. Quomodo non potest omnipotens? Sed dicis, Ego multum peccavi. Et ego dico, sed ille omnipotens est. Et tu, Ego talia peccata commisi, unde liberari & mundari non possum. Respondeo, Sed ille omnipotens est. Videte quid ei ceteris in Psalmo, Benedic, inquit, anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiis fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos. Ad hoc nobis est eius omnipotentia necessaria. Nam vniuersa creatura ad hoc erat necessaria vt crearetur. Omnipotens est ad facienda maiora & minora. Omnipotens est ad caelestia & terrestria. Omnipotens est ad facienda immortalia & mortalia. Omnipotens est ad facienda spiritalia & corporalia. Omnipotens est ad facienda visibilia & inuisibilia, magnus in magnis, nec paruus in minimis. Postremo omnipotens est ad facienda omnia quae facere voluerit. Nam ego dico quanta non possit. Non potest mori, non potest peccare, non potest mentiri, non potest falli. Tanta non potest, quae si posset, non esset omnipotens. Credite ergo in eum & confitemini. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ideo cum credideritis oportet vt confiteamini. Quando symbolum redditis, accipite modo quod temeratis, & postea reddatis, & nunquam obliuiscamini. Post hoc quid? Et in Iesum Christum. Credo dicis in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Si filium vnicum, ergo patri aequalem. Si filium vnicum, ergo eiusdem substantiae cuius est pater. Si filium vnicum, ergo eius omnipotentia cuius est pater. Si filium vnicum, ergo patri coeternum. Hoc in se & apud se & apud patrem. Propter nos quid? Ad nos quid? Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria. Ecce qua venit, quis, ad quos. Per virginem Mariam, in qua operatus est spiritus sanctus, non homo maritus, qui fecundauit castam & seruaui intacta. Sic ergo carne indutus est dominus Christus, sic factus est homo qui fecit hominem, assumendo quod non erat, non perdendo quod erat. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Non verbum in carnem versum est, sed verbum manens carne accepta. Inuisibilis semper, factus est visibilis quando voluit & habitauit in nobis. Quid est in nobis? In hominibus. Factus vnus ex hominum numero, vnus & vnus. Vnicus patri. Nobis quid? Et nobis vnus saluator. Nemo enim prater ipsum saluator noster, & nobis vnus redemptor. Nemo enim prater ipsum redemptor noster, non auro, non argento, sed sanguine suo. Ergo ipsa vbi empti sumus eius commertia videamus. Cum enim dictum esset in symbolo, Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria: iam quid pro nobis passus est sequitur. Sub Pontio Pilato crucifixus, mortuus, & sepultus. Quia filius dei vnus dominus non crucifixus, filius dei vnus dominus non sepultus est: Homo crucifixus est, homo sepultus est, deus non est mutatus, deus non est occisus, & tamen secundum hominem occisus. Si enim cognouissent, ait Apostolus, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Et dominum gloriae ostendit, & crucifixum confessus est: quia si quis etiam tua tunicam illa carne tua conscindat, tibi facit iniuriam, nec sic clamas pro veste tua vt dicas, conscidisti tunicam meam, sed conscidisti me, sicut de me fecisti. Loqueris ista integer, & verum dicis, & de carne tua nihil detraxit qui laetit. Sic

& dominus Christus crucifixus est, dominus est, vnus: K patri est, saluator noster est, dominus gloriae est, tamen crucifixus est, sed in carne, & sepultus in sola carne. Nam vbi sepultus est, & quando sepultus est, tunc ibi nec anima fuit. Sola caro in sepulchro iacebat, & tamen confiteris Iesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum: Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex virgine Maria. Qui Iesus Christus vnus filius dei dominus noster sub Pontio Pilato crucifixus: Qui Iesus Christus vnus dei filius dominus noster, sola caro iacet, & tu dicis, Dominus noster. Dico plane dico, quia vestem intueor & vestitum adoro? Caro illa illius vestimentum fuit, quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalē deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, non formam dei amittens: In similitudine hominum factus & habitu inuentus vt homo, Non contemnamus solam carnem, quando iacuit, tunc nos emit. Quare nos emit? Quia non semper iacuit: Tertia enim die resurrexit a mortuis. Hoc sequitur in symbolo. Cum confessi fuerimus eius passionem, confitemur & resurrectionem. In passione quid egit? Docuit quid toleremus. In resurrectione, quid egit? Ostendit quid speremus. Hic opus, ibi merces. Opus in passione, merces in resurrectione. Nec quia resurrexit a mortuis hic remansit. Sed quid sequitur? Ascendit in caelum. Et modo vbi est? Sedet ad dexteram patris. Intellege dexteram, ne queras ibi sinistram. Dextera dei dicitur aeterna felicitas. Dextera dei dicitur ineffabilis, inestimabilis, incomprehensibilis beatitudo atque prosperitas. Haec est dextera dei. Ibi sedet. Quid est ibi sedet? Ibi habitat. Sedes enim dicuntur vbi quisque habitat. Num enim, quando illum vidit Stephanus sanctus, mentiebatur qui dicebat, Sedet ad dexteram patris? Quomodo enim dicit Stephanus, Ecce ego video caelum apertum & filium hominis stantem ad dexteram dei. Quia ille vidit stantem, mentiebatur forte qui dicebat tunc, Sedet ad dexteram patris? Sedet ergo dictum est, manet, habitat. Quomodo? Quomodo tu. Quo statu? Quis dicit? Dicamus quod docuit, dicamus quod nouimus. Quid? Inde venturus iudicaturus viuos & mortuos. Confiteamur saluatorem, ne timeamus iudicem. Qui enim modo in eum credit & praecipua eius facit & diligit eum, non timebit quando veniet iudicare viuos & mortuos, non solum non timebit, sed vt veniat optabit. Quid enim nobis felicitius quam quando venit quem desideramus? Quando venit quem amamus. Sed timeamus quia iudex noster erit, qui modo est aduocatus noster, ipse tunc erit iudex noster. Audi Ioannem, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, dixit, Fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Haec scripsi vobis vt non peccetis. Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum. Si haberes causam apud aliquem iudicem agendam, & instrueres aduocatum, esses suscepus ab aduocato, ageret causam tuam sicut posses: & si non illam finisset, & audires illum iudicio venturum, quantum gauderes quia ipse potuit esse iudex tuus, quia fuit paulo ante aduocatus tuus? Et modo ipse pro nobis orat, ipse pro nobis interpellat. Aduocatum enim habemus & iudicem timeamus: Immo quia aduocatum praemisimus, securi iudicem venturum speremus, Transitum est in symbolo quod pertinet ad

Psalm. 102.

H

Roma. 10.

Luc. 1. & 2.

Ioan. 1.

I

1. Corin. 2.

Philip. 2.

L. Math. 23.

Acto. 7.

M

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Ioan. 8.

Psalm. 49.

1. Cor. 11.

Gene. 3.

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

A tinet ad Iesum Christum filium dei vnicum dominum nostrum: sequitur, Et in spiritum sanctum, vt coeleatur trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Sed de filio multa sunt dicta, quia filius suscepit hominem, filius verbum caro factum est, non pater, non spiritus sanctus, sed carnem filij tota trinitas fecit. Inseparabilia enim sunt opera trinitatis. Sic ergo accipite spiritum sanctum vt non credatis in maiorem esse quam filium, & maiorem esse quam patrem. Pater enim & filius & spiritus sanctus tota trinitas vnus deus. Nihil ibi distat, nihil varium, nihil defectiuum, nihil alteri contrarium, aequale semper, inuisibile & incommutabile pater & filius & spiritus sanctus. Liberet nos trinitas a multitudine peccatorum. Iam quod sequitur ad nos pertinet. In sanctam ecclesiam, Sancta ecclesia nos sumus, sed non sic dixi, nos quasi ecce qui hic sumus, qui me modo audistis. Quotquot hic sumus deo propitio Christiani fideles in hac ecclesia, id est, in ista ciuitate, quotquot sunt in ista regione, quotquot sunt in ista prouincia, quotquot sunt & tras mare, quotquot sunt & in toto orbe terrarum, quonia a solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen domini. Sic se habet ecclesia catholica mater nostra vera, vera illius sponsi coniunx: Honoremus eam, quia tanti domini matrona est. Et quid dicam? Magna est sponso & singularis dignitas, meretricium inuenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit non debet negare, ne obliuiscatur misericordiam liberantis. Quomodo non erat meretrix, quando post idola & daemonia fornicabatur? Fornicatio cordis in omnibus fuit. In paucis carne in omnibus corde. Et venit & virginem fecit. Ecclesiam virginem fecit. In fide virgo est. In carne paucas habet virgines sanctimoniales: In fide omnes virgines debet habere & foeminas & viros. Ibi enim debet esse castitas & puritas & sanctitas. Nam vultis nosse quam virgo sit? Apostolum Paulum audite, amicum sponsi audite zelatem sponso non sibi. Aptauit vos, inquit, vni viro, Ecclesiam dicebat. Et cui ecclesia? Quocumque litera ille peruenire potuerunt, Aptauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem dixit, ne sicut serpens Euam decepit astutia sua. Serpens ille nunquid corporaliter cocubuit cum Eva? Et tamen virginitatem cordis eius extinxit. Hoc timeo dicit, ne corripantur metes vestrae a castitate quae est in Christo. Virgo est ergo ecclesia, virgo est, virgo sit. Caueat seductorem ne inueniat corruptorem. Virgo est ecclesia. Dicitur es mihi forte, Si virgo est, quomodo parit filios? Aut si non parit filios, quomodo dedimus nomina nostra vt de eius visceribus nasceremur? Respondeo, Et virgo est & parit, Mariam imitatur quae dominum peperit. Nunquid non virgo sancta Maria & peperit & virgo permanse? Sic & ecclesia & parit & virgo est. Et si consideres Christum parit, quia membra eius sunt qui baptizantur. Vos estis, inquit, Apostolus, corpus Christi & membra. Si ergo membra Christi parit, Mariae simillima est. In remissionem peccatorum. Haec in ecclesia si non esset, nulla spes esset: remissio peccatorum si in ecclesia non esset, nulla futurae vitae & liberationis aeternae spes esset. Gratias agimus deo, qui ecclesiae suae dedit hoc donum. Quae vestri estis ad fontem sanctum, diluamini baptismo salutaris lauacro regenerationis. Renouamini, eritis sine villo peccato, ascendetis de illo lauacro. Omnia quae nos praeterita persequantur, ibi debentur: Aegyptiis insequentibus Israelitis similia erant vestra peccata, persequentibus sed vsque ad mare rubrum. Quid est vsque ad mare rubrum? Vsque ad fontem Christi cruce & san

guine consecratum. Quod enim rubrum est, rubet. Non vides quomodo rubeat pars Christi, interroga oculos fidei. Si crucem vides, attende & cruore, Si vides quod pendet, attende quod fudit. Lancea perforatum est latus Christi, & manauit precium nostrum. Ideo signo Christi signatur baptismus, id est, aqua vbi tingimini, & quasi in mari rubro transitis. Peccata vestra, hostes vestri sunt. Sequuntur, sed vsque ad mare. Cu vos intraueritis euadentis, illa debentur: Quomodo euadentibus per siccae Israelitis, aqua cooperuit Aegyptios. Et quid dicit scriptura? Vnus ex eis non remansit. Peccasti multa, peccasti pauca, peccasti magna, peccasti parua, quod est minus ex eis non remansit. Sed quoniam viuaturi sumus in isto seculo vbi quis non viuunt sine peccato, ideo remissio peccatorum non est in sola ablutione sacri baptismatis, sed etiam in oratione dominica & quotidiana, quam post octo dies accepturi estis. In illa inuenietis quasi quotidianum baptismum vestrum, vt agatis deo gratias qui donauit hoc munus ecclesiae suae, quod consistit in symbolo. Vt cum dixerimus, Sanctam ecclesiam, adiungamus, Remissionem peccatorum. Post haec, Carnis resurrectionem. Iste iam finis est. Sed finis sine fine erit resurrectio carnis: Sed erit postea nulla mors carnis, nulla angustia carnis, nulla fames & sitis carnis, nulla afflictiones carnis, nulla senectus & lassitudo carnis. Noli ergo horrere carnis resurrectionem. Bona eius vide, mala obliuiscere. Profrus quicquid querelarum est carnalium modo, tunc ibi non erit. Aeterni erimus, aequales angelis dei. Vnam cum angelis sanctis ciuitatem habebimus, a domino possidebimus, haereditas eius erimus, & ipse haereditas nostra erit, quonia ipsi dicimus modo, Dominus pars haereditatis meae. Et de nobis dictum est filio ipsius, Postula a me & dabo tibi gentes haereditatem tuam. Possidebimus & possidebimus, tenebimus & tenebimus. Quid dicam? Colimur & colimus. Sed colimus vt deum, colimur vt ager. Vt sciatis quia colimur, dominum audite, Ego sum vitis vera, vos estis sarmen-ta, pater meus agricola. Si agricola dicitur agrum colit, quem agrum? Colit nos. Et agricola terrae huius visibilis arare potest, fodere potest, plantare potest, rigare si aquam inuenerit potest, nunquid potest incrementum dare, germen educere in terram, radicem figere, in auris promouere, robur addere ramis, fructibus onerare, foliis honestare? Nunquid agricola potest? Agricola tamen noster deus pater omnia ista potest in nobis. Quare? Quia credimus in deum patrem omnipotentem. Ergo tenete quod & proposuimus vobis, & quomodo deus dare dignatus est exposuimus.

Ioan. 19.

Math. 22.

Psalm. 15.

Psalm. 1.

Ioan. 15.

Ioan. 12.

Ser. CXX.

2. Cor. 5.

Item eodem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum XLII.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem. Ante sex dies Pascha uenit Iesus Bethaniam etc. quae habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria tertia post dominicam Palmarum, De reparatione generis humani:

Sermo I.

Requeret audiuimus fratres dilectissimi beati Pauli Apostoli dicentem, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, id est, diuinitas operabatur in corpore. Apparebat in fragilitate humanitas, & in virtute maiestas. Ad hoc itaque nobiscum vixit in carne vt praferret exempla iustitiae. Ad hoc pro nobis mortem subiit, vt conferret munera salutis aeternae. Hominem ad hoc induit vt erudiret, ad hoc

**G** tradidit vt redimeret, ad hoc resumpsit vt in deum sumeret. Vitam ad hoc deposuit vt donaret, mortem ad hoc suscepit vt vinceret, cui tamen mortis praesumptum dominum redditur, & quasi seruus quidem succubuit, sed quasi dominus imperauit. Siquidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit sepultura, quae per illud triduum nequaquam carnem mortali corruptione violabat, quia in inferno sub eadem mora regnum mortis anima destruebat. Quid retribuemus domino pro muneribus tantae dignitatis? De plenitudine caelesti pro nobis in facturam se suam factor exinanuit, figurus in figuram suam transiit, & rex caeli homini militauit. Militauit dixi, Crux enim pugnantem indicat, resurrectione triumphantem. Quis tantam possit narrare pietatem? A summo caelo egressio eius, & vsque ad inferni profunda descensio. In vna eademque persona quam bene manifestantur humana pariter & diuina. Nam sedem tartari penetraturus hominem se confessus est dum descenderet, deum se prodidit dum rediret. Vt redimeret impios, sicut ait sermo diuinus, vt redimeret iniquos inter iniquos reputatus est, inter duos quos dextra leuauit, legimus pependisse. Seipsum confusioni & opprobrio crucis tradidit, vt latronem glorificaret. Sed si bene respicimus, non illi soli hoc praestitum esse deprehendimus. Nam dum tantum reum benigne relaxat, dum tanto debitori refundit inmanis debiti cautionem, humano generi conscripsit securitatem: vt consolatio ac spes fieret totius populi, absolutio vni<sup>9</sup> desperati, & priuatum donum in publicum cresceret beneficium. Quare indubitanter credendum est, vt quod latroni illi ad commendationem fidei suae venerat, etiam causa spei nostrae & vtilitatis accesserit. Immensa enim dei nostri bonitas libenter tribuit, quae etiam generaliter profutura praenoscit. Et ideo iuxta fiduciam tantae clementiae, si quis nostrum crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiam cum latrone in semetipso ingressum paradisi aperuisse se nouerit. Quantum autem sit in spe salutis humanae magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum misericordiae dei, & patientiae magnitudo, ostenditur, cum hominem in sceleribus inuolutum poena misit ad innocentiam, & offensa perduxit ad gloriam. Quem saluti culpa perdidit, perditio inuenit, cruciatus absoluit, damnatio cōsecrauit. Sed non sine causa tantum meruit. Videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis & acclamantibus, aliquotiens in discipulis mens iam robusta titubauit, & nunc Christi supplicii quodammodo cōtradictentibus in latrone fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiaris Christo cognitus, ita respondit, Nō noui hominem istum. Et iste qui ante non nouerat, exclamat, Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Quam singularis & quam stupenda deuotio. Sub illo tempore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilis hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, quod hominem additum & inter extrema deficientem supplicia deū credidit, quam si inter virtutum opera credidisset. Non itaque sine causa tantum meruit. Aduertamus plenius quo tempore dominum confitetur. Feruebat impietas persequentium, exultabat impietas blasphemantium, cōtritio, liuores & vulnera solum Christum hominem demonstrabant. Sacrarum manuum in ligno crucis extensio & reuerenda confixio, quae condemnabat Adā & Eux manus, ad interdictum ligni cibum ingemiscenda

Psal. 18.

Esaia. 53.

Luc. 22. & 23.

H

Matth. 26.

Luc. 23.

seculi transgressione porrectas. Hae, inquam, confixio K per omnia infirmitatem hominis afferebat. Illis per lae tus lanceae tremenda percussio quantum ostendebat hominem, tantum abscondebatur deum. Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis & mortis. Solus hic testis est maiestatis, qui socius probatur doloris. Et ideo adhuc in latronis positus, inuisibilem deū angelicis iam oculis videt. Illuminat credo nascentem fidem, lateri iam creditis in Christum propius corpore admota diuinitas, quae se largius sub momento illo pro peragēda redemptione infuderat. Videamus autem qualis fuerit ipsa deprecatio contententis, Memento, inquit, mei domine cum veneris in regnum tuum. Non dixit, si deus es de praesenti supplicio eripe me: sed magis, quia vere deus es, de futuro iudicio libera me. Quam cito eum repleuit spiritus sancti eruditio, per quam futuri examinis diem cogitans, & si intolerabile probat esse quod sentit, grauius tamen intelligit esse quod metuit. Praedicat seculis iudicem regemque seculorum, nondum vocatus & iam electus, nondum famulus & iam amicus, nondum discipulus & iam magister atque ex latrone confessor: quia & si poena ceperat in latrone, nouo genere cōsummat in martyre. Memento, inquit, mei domine. De ligno crucis clamat, sed iam tempora retributionis cogitat, Videamus quid inter ista respondeat diues & larga dei bonitas, quae sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquam si diceret, Quid me, inquit, & fidelissime comes & vnicus tanti testis triumphi, quid me tantopere exorandum putas, vt die iudicij mei meminerim tui? Quid me ad praesentem retributionem paratum, in tempora tam longa distimulas? Quid in futura secula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiso. Ergo tanquam haereditaria & paterna sedes, quae expulso Adā, quae expulsis duobus clausa est, innumeris populis te introeunte reserabitur. Ingrede illuc primus, sed ingressu felicior quam primus. Intra paradysum, nequaquam vltra cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum letalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus & vita: & ne forte verearis ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducente firmabitur. Recedat ergo infidelitas quae deum & hominem non recognoscit. Nam sicut diabolus est qui de paradiso expulsi, ita deus est qui reducit. Hae charissimi per omnem gestorum ordinē, deum sub homine agnoscamus operantem. Positus in patibulo verus arbiter in medio damnatorum, negantē repulit, suscepit contententem. Hunc deputat regno, illū relinquit inferno. Per hae ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce & misericordiam videmus exercere & iudicium. Credamus, inquam, deum, vel ex sola virtute patientiae, qui dum ab homine crucis neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur: qui illas ipsas iniurias & plagas in corpus suū, conuertit in precij nostrum. Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura, moribus suis deum loquitur. Nā in media passione domini Saluatoris, caelestia & terrena turbantur, lux cū nocte miscetur, elementa quatuntur, & ab antiquis ministeriis effugantur. Aperte rerū natura perspicitur cōmoueri, velut in vindictā authoris sui velut armari. Terra ipsa concussa a fundamentis suis, quasi quae crucem domini vix sustineat, tanquā ad scelus propriū cōtremiscit. Dies refugio lumine quomodo potest sumit lamentū, & fusco tristitū tenebrarū habitu more lugētis induitur:

Luc. 23.

L

Luc. 23.

Luc. 23.

Gen. 3.

M

**A** induitur: & vt tota caeli facies dominica natiuitatis gloriam noua luce testatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quae duritia cordis humani? Vae eis qui inter ista non credunt, quando quidem creatura irrationabilis, quae recipere non potest credulitatis affectum, dat tamen deo confessionis obsequium: & cū pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non peruenerunt beneficia passionis. Quae cum ita sint charissimi, agnoscat homo, quantum valeat, & quantum illum deo obnoxium faciat natura vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet deus, & quem tanta dignatione habuit charum, quam velit esse in conuersatione preciosum. Agnoscat homo quantum valeat & quantum debeat, & dum precium suum cogitat, vilis sibi esse desinat, & potius vicem muneris saluatoris ex ipso bono suo, id est, de seruata salute restituat. Custodiamus ergo sollicite quod tanti sui cruoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit non parui precij, sed sanguinis Christi, qui violat & commaculat animam Christi sanguine & passione mundatam, blasphemus, homicida, castitatis proditor. Hae tria capitaliter occidunt. Cōtestamur charitati vestrae causas aeternorum malorum. Blasphemus, homicida, proditor castitatis suae, expugnator alienae, id est, qui legitimi cubilis iura transgreditur, qui extra coniugem suam per mortiferos errat amplexus, reus erit aeternae mortis, quia vilem in se habuit sanguinem redemptoris. Et quia clamat Apostolus, Neque rapaces neque adulteri regnum dei possidebunt: abstinemus manus ab alienis, oculos ab aliena foemina caueamus: ne corpori illi quod de nostro Christus assumpsit, iniuriam faciamus in nostro corpore. Caueamus ita peccatis & criminibus vitam prodere, vt ad nos non respiciat prophetia illa terribilis, Non est, inquit, deus in conspectu eius, polluantur viae eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eius. Irremediabile periculum est, sic alicum vitis & cupiditatis freno laxare, vt se rationem deo non meminerit redditurum. Puto quia magna sit iam peccati poena, metum ac memoriam futuri perdidisse iudicij. Non nobis ita dulcia sint pauperum spolia, postmodum nimis amaricipura. Nihilominus sicut dictum est, refugiamus carnis alienae abominanda contagia, vitemus obscena inimica voluptatis incendia. Hae qui agit charissimi, de stipula ac lignis iniquitatum perpetuos sibi succendit ignes, & nunquam extinguendos concinnat vapores, Non tanti est vita, si ad hoc viuat homo, vt in paucis huius vitae annis, consummandae sub breui fine, congreget sibi penas aeternas & sine fine mansuras. Sed ne forte charissimi alicum nimis securum faciat aut remissum tam noua felicitas credulitatis, ne forte dicat aliquis in corde suo, Non me vsque adeo conturbet & cruciet rea conscientia, non me vsque adeo contristet culpabilis vita, video sub momento, video sub exiguo spatio latroni crimina sua donata, & mihi resoluta mente concipiuntur: Primum considerandum in latrone illo, nō solum credulitatis compendium, sed deuotio, sed temporis illius sub quo hae agebantur occasio, quo iustorum legitur titubasse perfectio. Deinde ante mihi fidem latronis ostende, & tunc tibi latronis beatitudinem pollicere. Immittit diabolus securitatem vt inferat perditionem, neque dinumerari possint, quantos hae inanissimae vmbra deceperit. Deterreat quae nos ab hac perusuaione, innumerabiles populi sub tali securitate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce precepti.

B  
Tria capita  
liter occidit.

1. Corin. 6.

Psal. 9.

Luc. 23.

**Q**uotidie expauescendo transitus nostri & commigrationis incerta, quae & modo vel insperata vel subita sit, & in aeternum remediis caritura sunt. Praueniendus est dies, qui prauenire consuevit. Ipse se seducit, & de morte sua ludit qui hoc cogitat, potest mihi extremi temporis indulgentia subuenire. Non est hoc, Primum, quia periculosissima est in vltimum diem promissa securitas: Deinde stultissimum est vt causa quae de necessitatibus agitur aeternis, inutilitatibus vitae deficientibus committatur extremis. Odibile est apud deum, quando homo sub fiducia poenitentiae in senectutem referuat liberum peccat. Credite charissimi, difficile est vt callida dissimulatio ordinandae consummationis obtinere digna sit facultatem. Apud illum cordis interpretem, ars non admittetur ad salutem. Ille autem de quo locuti sumus beatus latro, beatus, inquam, non iam iuxta viam insidias tendens, sed viam ipsam in Christo tenens, ac vitam praedam subito rapiens, immutato genere, & noua spolia de morte propria reportans, ille nec salutis tempora, sciens distulit, nec remedia status sui in momenta vltima infelici fraude posuit, nec redemptionis suae spem in desperatiōis nouissimum referuauit, nec religionem ante nec Christum sciuit. Quod si scisset, fuisset forsitan inter Apostolos non postremus in numero, qui prior factus est in regno. Ergo etiam ex hoc in extremo placuit deo, quia ad consequendam fidem, non fuit extrema hora illa sed prima. Opus est ergo vt sibi homo quotidiana actu prouideat, & procuret consummationem, opus est vt tota vita nostra talis sit in conuersatione, vt liberi mereamur esse in fine. Incessabiliter diem transitus nostri & tempus iudicij cogitantes, nos quoque cum latrone iugiter proclamemus, Memento mei domine cum veneris in regnum tuum.

Luc. 23.

H

Luc. 23.

In eadem feria de passione domini: Sermo II.



**M**nes, inquit dominus Iesus, scādalum patiemini in hac nocte. Discipuli terrētur tali auditu, & Iudam non terret tanti sceleris cogitatus. Consulite Apostoli dominum, interrogate discipuli magistrum. Qui mecum, inquit, mittit manum in paropside, ipse traditurus est me. O induratum frontē talia de se audire, & adhuc delectatur accumbere. Videt publicari suam conscientiam, & adhuc manum porrigit ad buccellam. Nunquid ego sum Rabi? O Iuda cui dicis, nunquid ego sum Rabi? Iam dic ego sum. Non est obliuio nescientis, sed pietas miserantis. Tu Iuda quem possedit cupiditas, omnia in te nouit diuinitas, sed vae tibi in quo semel perit humanitas. Omnes, inquit, scandalum patiemini in hac nocte. Et Petrus, Et si omnes scādalizati fuerint in te, ego tamen non scādalizabor. Coeperunt altercari medicus & agrotus, Ille sine agritudine se esse putabat, ille futuram accessionem videbat. Cui dominus ait, Paululum sequestremur, donec rei exitum comprobemus. Et Iudas, Quem osculatus fuero ipse est, tenete eum. O signum sacrilegum, & placitum fugiendū, vbi ab osculo incipitur bellum, & per pacis indicium pacis rumpitur sacramentum. Venerūt ad ortum qui iam antea perdidit paradysum, quærentes dominum Iesum Christum. Egre diuntur quærentes qui ante praenerant venientes. Stat Iesus & dicunt, Iesum quaerimus. Iohan. 8. Aspicit eos ipse saluator, quos praecedebat Iudas tenebrosus ducator. Ducatū praebat & magistrum non videbat, non quia Iesus mutabilis erat. Erat quod erat. Iuan. 9. Ipsi in tenebris quaerebant, sed lucem tenebrae non cōprehenderunt. Sed audiamus vocem lucis, qui dicit tenebris

Sermo CXXI. Matth. 26.

Matth. 26.

Iohan. 8.

Iohan. 9.



**G**nebris venientibus cum laternis, Quem queritis? Illi dixerunt, Iesum. Respondit Iesus, Ego sum. Audita voce abierunt prostrati in faciem cæcitatatis. Sed quia lucet lux in tenebris, excitat elisos à mortuis. Iterum dicit eis, Quæ queritis? Iesum, inquit. Et ait illis, Ego sum. O insensati Iudei, interrogastis & cecidistis, Iesuati estis, & ingrati estis. Qua vos concutiemini comminatione vel terrore, qui ad solam cecidistis simplicem vocem? Dic Israël, Venisti tenere me, quia ego defendi te à persecuentibus te? Vtinam teneres me, & non perderes te. In aquis patrietis construxi, faculam colinæ micantis erexi, Aegyptios cæcitate percussisti, tota nocte pro te pugnavi. Factum est mane, & transisti incolumis mare. Male me queritis, ideo cecidistis. Ecce qualiter cadunt, qui male dominum querunt. Tenetur interea dominus ad sacerdotum principem perducendus, & cum discipuli laberentur, Petrus promissor egregius cepit ambulare longinquus, peruenit ad principis domum, & quia Petrum frigus vigeat, calefaciendus sollicitus assistebat. Ecce ille qui nihil infirmitatis se putabat habere, paulatim cepit ad verba medicis peruenire. Negat territus Christum, qui se promiserat animam pro eo positurum. Prostravit eum ancilla decrepita, quasi grauis febricula. Pressit eum lethargicus somnus, & cepit eum prece impiger matutinus. Audit gallum cantantem, & vidit se discipulus dominum offendisse. Sub ancilla cepit pondere vergi atque demergi. Non erat qui adiunaret, nisi de interioribus prætorij Petrum dominus respexisset. Cum nox media declinatum subito teneret incursum, gallus cantauit & nocte naufragus respirauit. Contum inuenit fidei liberalem quousque impelleret nauem, vt in medio scopulorum portum quæreret lachrymarum. Vidit nauim cordis sui sine mercibus nudam, flere cepit amare, quia dominum suum cepit amare. Iesus pelago navigatorē terreat, & Petrus de gubernatore securitatem sperabat. Domine, inquit Petrus, vbi me dimisisti? Lumen tuum video, te adhuc non video. Lauisti pedes meos, terisisti linteo tuo, lumine tuo aperi oculos meos. Quando possum videre te, nisi respexeris me? Ita permansit in amaritudine lachrymarum, quousque dominus de portis erumperet inferorum. Petrus lachrymas fudit confessionis, & Iudas osculum porrigit falsitatis. Orate, inquit discipulis, ne intretis in tentationem. Inquieta nox in fugam compulsi piscatores. Pastor tenetur, & Petrus turbatur. Ipse pastor tristis erat, anima eius turbatur, diuinitas inconvulsa letatur. Orat semel, orat & iterum, tertioque precatur. Tanquam aquila tegebat nidum suum velamento pennarum, & sollicitus cum orat ad pullos reuertebatur, propter quos tristitiam patiebatur. Obtulerunt Iudæi triginta argenteos. Ille tali precio debet comparari, cui non potest aliquid aestimari. Bene synagoga triginta stateres argenti pensasti, dum dei filium suspensisti. Abiit ergo Iudas, & laqueo se suspendit. Vide Iudas sententiam diuinæ maiestatis, quæ te puniri noluit manibus alienis. Pendes in laqueo, & argentum jacet in templo. Nullus gratulatur de tali commercio, quia sacrilegium pronunciat precium. Non licet mitti in corbonam, quoniam precium sanguinis est. Ecce Iudeorum improbitas condemnat admissum, & non condemnat sacrilegium. Si tollere non licet precium, cur implere festinas homicidium? Aut precium innocentis sanguinis in corbonam non licebat mittere, ipsum innocentem licebat occidere? Emerunt, inquit, agrum in sepulturam peregrinorum. Inuenit tandem mens caeca remedium. Ad requiem peregrinorum, saluatoris deputant precium.

**L**icet non agnoscant, impletur tamen mysterij sacramentum. Interrogauit Pilatus Iesum, Tu es rex Iudæorum? Et Iesus, Tu dixisti. Qui ait vulgo, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum? Vulgus clamat, crucifigatur. O inordinata nequitia iudicantis. Pronunciat innocentem, & eligendi tribuit facultatem. Multa enim sum passa pro iusto isto hac nocte, eius mulier mandat. In natiuitate mundi, vxor ducit virum ad mortem, in passione Christi vxor prouocat ad salutem. Illic serpentis subtilitas præcipitat, hic terror angelicus reuocat, vt inde inciperet venia, vnde videtur prorupisse peccata, Aqua manus lauat, dicens, Innocens sum à sanguine huius iusti. Illuminatur per aque mysterij iudicis sensus, & Christum pronunciat iustum vt populū faceret reum. Magnum tibi delicti vendicis principatum. Ecce iudex saluatoris se amore excusat, & traditor se cum Iudæis propria voce condemnat. Omnia sunt elementa permota, cælum non est quietum, cum caput dominicum colaphis verberatur. Non curia cælestis cælo cõtenta permansit, quia in commotione fuerunt. Cæli luminaria conturbantur, & de stationibus suis stellæ sulphureæ cadunt in lapsum. Ligni cuspidis rumpitur Golgatha, resonant mallei securisque cadentes, scinduntur montis sacrati petreæ, ille solus Petrus qui fuerat super petram tantquam in mollem tenuemque arenam soluebatur ex petra. Latro veniam petiuit, deitate largiente percepit. Ille sui meminisse rogauit, saluator in paradiso secum venisse promissit.

In eadem feria: Sermo III.

**B**lestissimi fratres, dominus noster Iesus Christus nobis salutem exhibuit, diuinæ vero naturæ nihil minuit. Gratias ergo agamus pietati eius, qui infirmitati nostræ de homine suo vitale composuit medicamentum. Magnificemus eum, quia nullum diuinæ virtutis dum nobis subuenit fecerat detrimentum. Vere pius, vere Saluator, qui intantum dilexerit opus suum, qui intantum reputauerit seruum suum, id est, humanum genus vniuersum, vt culpam eius suo verberare expiaret, vulnera eius suo liuore sanaret, Denique ille peccat, hic vapulat. Ille præuaticatur, iste crucifigitur. Quis hoc existimet, & quis cogitet? Quis compenset dominum pro seruis mori dignatum? Et hoc pro quibus? Pro sceleratis, pro impiis. Quid tibi domine retribuet opus tuum bonum à te factum, propria voluntate peruersum, sed tua miseratione reparatum? Quid ab eo pro tantis beneficiis expetis? Nunquid aliquid eius egesset, aut ab eo quod ei non dedisti requires? An forte imò hoc quaris vt aptum facias cui miserearis, vt dignum constituas quem immortalitatis tuæ participem reddas, vt facias bonum quem coronas in eternum? Sed quid à nobis vt hoc retribuere accepisti? Nihil certe, an aliquid? Indulgeat dominus terræ miseræ, si quippiam terra & cinis præsumperit dicere. Non repudiat insipientem, sed respiciat contententem. Dicat terra domino suo, dicat homo factori suo. Nempe accepisti aliquid ex me, quod non habuisti in te. Volens enim subuenire terræ, sed excedere nolens modum iustitiæ, mortalem morte tua redimere cogitabas sed vnde mori posses ex te nihilominus non habebas. Tu omnipotens, ego egens. Tu immortalis, ego mortalis. Accepisti ex me egestatem pulueris, sumpsisti de me mortem carnis. Fudisti pro me precium redemptionis. O preciosum precium perditorum. Dicant nunc qui redempti sunt à domino, quos liberauit de manu hostis. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia

Matth. 27.  
Ioan. 12.

Luc. 23.

Psal. 76.

Luc. 23.

Psal. 106.

**A**sericordia eius. Dicat ei terra redempta, terra irrigata, redempta sanguine, irrigata baptismate. Magna iniquitas mea, sed maior est redemptio tua. Audiat ergo vocem domini mei humani generis aduersarius, & nihil iam sibi applaudit elatus, quia pro totius mundi facinore in cruce pependit dominus noster Iesus Christus. Nunc, inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi mittitur foras. Et ego cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. O quam bene te tuo impetu diabole percussisti: Crudelitas tua tibi exitium, nobis autem tulit commodum. Dum nulli parcis, teipsum tandem interimis. Per vnus delictum omnes captiuasti, per vnus iustitiam omnes nihilominus amisisti. Si illum qui tibi consenserat inuastisti, istum in quo nihil inueneras cur indebit occidisti: Effudisti innoxium sanguinem, redde damnatam progeniem. Tu certe ille es qui tibi diuinitatis similitudinem arrogabas elatus, nunc ab homine diuino prosterneis superatus. Et quid mirum si te vt pote creaturam suam virtus diuina vicisset? Sed hoc est magnum atque mirificum vt de puluere assumeret, vnde tuam nequitiam prostermeret atque cõtereret, vt qui supra sidera superbus erigebaris, nunc à carne supereris. Ille igitur sanguis quem effudisti, te vicit, me redemit. Denique illum bibo, & veneni tui perniciem saluatus vltra non timeo. Preualuisti in paradiso, sed victus es de patibulo. Quid mihi circumiectam paradiso igneam rompham opponis? Ecce exaltati crucifixi profuere vnda restinxit versatilem flammam. Iam iam patet humano generi paradysus, in quo latronem contententem redemit dominus Iesus Christus. O quam grande mysterium. Paradysus qui clausus fuerat præuaticatori, iam referatur latroni. An forte & in hoc latrone totum hominem, vel illum etiam primum generis humani parentem aduertere conuenit? Si enim is qui aliis interficiendo intulerat mortem latronis accepit nomen, quanto magis qui ipsam mortem crum non erat peccando inuenit, latronis non immerito quæ incurrat? Christus autem ait latroni, Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Cui aliquando charissimi tarda videatur esse cõuersio, cum latronis iam pendens, iam morientis non fuerit repudiata confessio: O ampla domini misericordia, obliuiscens iniusti crimen, facipientis penitentis fidem, pro scelere damnatum facientis electum, mortis debitorem reddentis aternitatis vitæ participem. Sed planè huius latronis extrema quidem sed non minima fides, qui dominum tunc non suscitantem mortuos, sed morientem pro peccatoribus propemodum agnoscere & confiteri promeruit. Solus denique Petrus passionis timore perterritus, quasi hominem denegat, latro crucifixum adorat. Sed Petrum dominus corripit respiciendo, latronem vero beatificauit in gloria assumendo. O latronem laudabilem, mirabilem, imitabilem, scienstem gladio, violentum cælo, rapinis inhiantem, fide fermentem. Sed hæc mutatio dextera excelsum est, vt versam vicem redderet diabolo Christus, videlicet, vt quem admodum diabolus primum deprauando hominem abstulerat de paradiso, sic Christus latronem contententem erueret de inferno, Ille præsumptem de interdito ligno decepit, iste pendente de pœnali ligno redemit. Etenim fratres assumamus & nos vocem latronis huius si non volumus esse latrones. Dicamus & nos Memento nostri domine cum veneris in regnum tuum. Hanc ergo confessionem illius sancti latronis fratres charissimi, quam decantando protulimus & respondendo propria voce fecimus, deuotione certissima pro-

feramus, & sic dicamus vt audiamur, sic confiteamur vt saluemur. Fide ergo dicamus, corde clamemus. Ipse autem dominus noster Iesus Christus audiet profecto vocem nostri clamoris, si integram deuotionem approbaverit mentis. Ipse perducet nos ad arborem vitæ, qui eruit nos de lacu miseriæ. Ipse aperiat nobis ianuas paradisi, qui confregit portas inferni. Ipse populum suum eruat à flagello, qui se contineri permisit ante præsidem Pontium Pilatum. Ipse in regnum suum perducet confidentes, qui pati dignatus est pro impiis innocens, vt sit nomen domini benedictum in secula seculorum, Amen.

In eadem feria, De expositione symboli: Sermo IIIII.



**P**ortet attendere fratres charissimi quanta dei pietas sit erga humanum genus. Omnipotens, deus creator & conditor angelorum & hominum, omnis creaturæ visibilis & invisibilis, patre se voluit vocari ab homine & pro filiis habere quos fecit ex limo terræ. Si ergo credis deo, dæmonem relinque: si deum sequi volueris, quicquid deo non placeat deuitare procura. Gaude & exulta, quia vnum eundemque deum habes & patrem, ipsum cole, ipsum dilige, ipsum fac voluntatem. Nihil de idolorum cultu vel superstitionibus Paganorum cogites, quia deus est omnipotens qui omnia quæ tibi promittit potens est reddere. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Nisi enim eundem dei filium, eundemque Christum filium hominis tota mente absque vlla hesitatione, credideris atque confitearis, nec patrem tibi proderit confiteri. Crede ergo filium dei vngentum ab ingenito deo patre, vitam à vita, verum deum de deo vero, coæternum & coessentialem, coomnipotentem, & coequallem per omnia patri, & ad æterna cum eo & cum omnibus sanctis eius gaudia mereberis pertuenire. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Cum spiritu sancto ministratorem tantæ natiuitatis audieris, nullatenus dubites virginem potuisse concipere. Cur non credis eum in vtero incorruptæ virginis potuisse hominem figurare, quem credere debes hominè fecisse de limo terræ? Nec dubites Mariam virginem mansisse post partum, quia qualiter hoc factum sit non humanus sermo neque sensus potest comprehendere: quoniam deus pater voluit filium suum coæqualem sibi per omnia, in nullòque dissimilem humanam pro hominibus suscipere carnem: vt omnibus sibi creditibus eiusque obsequentibus voluntati aternam vitam largiretur & gloriam: vt hominem ad imaginem dei factum & per inuidiam deceptum diaboli, atque à regno expulsum aeterno, per vnicum filium suum carnem assumendo & humanam naturam suscipiendo erueret à diabolo & regno restitueret aeterno. Qui passus est sub Pontio Pilato crucifixus, mortuus, & sepultus. Qui propter te humanæ carnis accepit corruptionem, ipse pro tua redemptioe & salute in humanitate quam accepit crucis pertulit passionem: quia passio illius nostra est vita, mors illius est liberatio nostra. Tertia die resurrexit à mortuis. Si te tridua domini sepultura conturbet, resurrectio gloriosa confirmet. Quicquid enim infirmitatis audis in Christo, nostræ hoc necessitatis, nostræ redemptionis est causa: quicquid gloria, eius est propria potestatis. Qui ideo mortuus est vt nos reuiuifceret, ideo resurrexit vt nos ad vitam resuscitaret aeternam. Ascendit ad cælum, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Si tibi magnum & preciosum videtur quod pro te filius dei pependit in cruce, illudque sublime quod ascendit in cælum, illud te multo magis stupere oportet quod pro te mor-

Sermo CXXIII.

Gene. 21.

B

Luc. 1. & 22.

Gene. 1.

Matth. 27.

Marci. 16.

**G**te mortuus est & sepultus. Quia ad hoc descendit, vt ea quæ humanæ displicet infirmitati, pro tua salute sufferret, & te ad æternam & ad cœlestem gloriam secū perduceret. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ipse qui ab iniuis & impiis iudicatus est ad mortem, ipse omnes bonos & iustos iudicaturus est ad gloriam, omnesque impios detrusurus ad pœnam. Et in spiritum sanctum. Sicut credidisti deum patrem omnipotentem & filium eius vnigenitum, pari fide & veneratione crede spiritum sanctum vnum deum esse patri filioque coequalē in omnibus, in nulloque dissimilem. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorū. In qua omnis qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto æternam omnium percipiet indulgētiam peccatorum, extra quam omnes iniqui & impij ad supplicia deputantur æterna. Carnis resurrectionem & vitam æternam. Quod in Christi gloriosa resurrectione audisti completum, hoc in te omnino in futuro iudicio crede esse complendum: Et carnis tuæ resurrectio te reparat in æternum. Nisi enim credideris reparandum te esse post mortem ad præmium vitæ æternæ peruenire non poteris. Si autem credideris, æternis gaudijs inseraris: Per Christum dominum nostrum viuetem & regnantē cum patre & spiritu sancto nūc & sēper, & in oēs æternitates seculorū seculi, Amē.

*Feria quarta post dominicam Palmarum, De passione domini: Sermo I.*

**I**n lectione Euangelica quæ nobis hesterno die recitata est fratres charissimi, audiimus dominum dixisse discipulis suis, Omnes vos scandalum patiemini in hac nocte propter me.

Cui beatus Petrus ait, Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor. Sed dominus inspector cordis respondit, & dixit, Amen dico tibi antequam gallus cantet, ter me negabis. Ille autem dixit, Etiam si me mori oportuerit pro te, non te negabo. Videte fratres charissimi verus & cœlestis medicus venam cordis inspexerat, & qua hora tentationis pondus vel infidelitatis frigus venturū esset prædixerat. Medicus prædicebat, & agrotus negabat. Sed vbi ad horam ventum est, falsum fuit quod promiserat homo, & verū apparuit quod prædixerat deus. Quid enim homo sine dei gratia possit, timor beati Petri Apostoli euidenter ostendit.

Per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam dei adiutorio, promiserat se pro domino moriturū. Sed quid est homo sine gratia dei, nisi quod fuit Petrus cum negaret Christum, & nisi quod ait propheta, Omnis caro fœnum: Et ideo beatum Petrum paululum dominus subdeferuit, vt in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine dei gratia præualere, & vt ecclesie rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur. Credenda enim erant Petro Apostolo clauēs ecclesie, immo credita sunt ei clauēs regni cœlorū, Credenda quoque ei erat populorū innumera multitudo quæ esset pro suæ naturæ vitijs, passionibus, culpis inuoluta atque peccatis. Denique sic ad eum Saluator dicit, Tibi, inquit, dedi clauēs regni cœlorum. Deinde sequitur, dicens, Quæcunque ligaueris super terram erunt ligata & in cœlo: videlicet vt in clauibus fidelis ianitor, in sententijs esset clementissimus dispensator. Erat enim reuera hic Petrus paulo durior & seuerus, sicut eius austeritate trūcata ob Christi iniuriam serui principis sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus tamque seuerus si donum non peccandi à domino fuisset indēptus, quæ venia commissis populis donaretur? Sed idcir-

co diuine prouidentie secretum ita temperavit atque permisit, vt primus ipse laberetur ac rueret in peccatum quo erga peccantes duriorē sententiam proprii casus intuitu temperaret. Quantum igitur diuini muneris erga salutem hominum, quantum curæ quantumque sollicitudinis impendatur aduertite. Totius corporis morbum in ipso capite curat ecclesia, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet illo qui dixerat, Etiam si me oporteat mori tecū, non te negabo. Hic est Petrus, qui diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri, dicens, Tu es Christus filius dei. Hic tantus & talis venit ad illam noctem in qua dominus tradebatur, & cum se calefacere vellet ad prunas, accessit ad eum puella & dicit ei: Et tu hesterno die cum homine hoc eras. At ille mox respondit, Nescio hominem istū. Quid agis o Petre, futuræ rector ecclesie, quid loqueris? Intuere quid sis interrogatus, vel quid interroganti responderis. Vox tua repente mutata est, hoc est, omne illud quod cito, sed non cauto sermone promiseras. Hoc est totum quod etiam omnibus negantibus te vsque ad mortem perseverare iuraueras: Nōdum fidem tuam aliquis tenuit atque discussit, nondum te ob Christi negationem aduersarius traxit ad publicum, nondum es apud reges & præsides propter nomen eius exhibitus, non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta. Quis porrò est qui te interrogat, quòd tam cito negasti? Non est seruus, non liber, non phariseus, non scriba, non sacerdos, non miles, non centurio, nō spiculator, nullus postremo eorum qui autoritate sua posset formidinem incutere cōfidenti: mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec proditura confessum: nec vero tantum mulier, sed puella: & non solum puella, sed ostiaria, vile proculdubio abiectumque mancipium. O res stupenda. Puella accedens fidem Petri discussit, & mirum si soliditatem Petri non turbo, nō imber, sed roris leuissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non sustulit, sed vbi locuta est, ille turbatur. Processit sermo puellæ, & immobilis columna concussa est. Veruntamen instabat illa interrogans, & dicebat: Et tu hesterno die cū homine hoc eras? Petrus autem eo magis oppressus formidine, hominem se scire negavit. Quem respiciens Christus suorū fecit recordari sermonum. At ille intelligens factum, conuersus ad pœnitentiā amarissime fleuit. Agnouit enim sibi vt homini peccati irrepsisse perniciem, quod totum hæcenus vt memini diuinitus pcuratū est. Videte ergo fratres charissimi, quemadmodū exiguæ culpæ permittitur subiacere tantus Apostolus, vt emendatus elationis vitio atque correctus, integro vestiatur moderatio-

nis & clementiæ indumento. Iam enim eruditus es & edoctus in Petro, quemadmodum eum dominus tui causa patitur circumscribi delicto, quemadmodum illum fidei pietatisque signiferum, & generis humani columnam permiserit metu dominante quassari, vt populorū doctoribus & magistris esset exemplum, à deo sibi non peccandi gratiam minime condonata, sicut dicit Apostolus Paulus, Considerans te ne & tu teneris. Cum forte quis fuerit in ecclesia delicto præuentus, non statim abiiciat, non cōdemnet, sed compatiatur ac lugeat, consoletur & reuocet, commodet iacenti affectum, porrigat manum, erigat lapsum, spem ei diuinæ clementiæ repromittens, sub qua etiam seruire exemplo tantorum comprobatur magistrorum. Hæc autem nos, vt supra memorauimus, non iustos culpando, sed peccatores ad spem erigendo

erigendo

**A**erigendo: protulimus, & primo quidem virtutes eius extulimus, vt & iustis formam cautelæ, & peccatoribus salutis monstrarem exemplum.

*In eadem feria, De expositione Symboli:*

*Sermo II.*



Sermo CXXV.

Redimus in vnum deum patrem omnipotentem, & in vnigenitum filium eius Iesum Christum deum & dominum saluatorem, & in spiritum sanctum deum. Non tres deos, sed patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum colimus & cōfitemur. Non sic vnum deum quasi solitarium, nec eum denique qui ipse sibi pater sit, ipse & filius. Sed patrem verum qui genuit filium verum, id est, deum ex deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, omnipotentem de omnipotente, vitam ex vita, perfectum ex perfecto, totum à toto, plenum à pleno: non creatum, sed genitum: non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiæ cum patre, quod Græce dicitur homouison. Spiritum vero sanctum deum non ingenitum, neque genitum, nō creatum neque factum, sed de patre procedentem & filio, patris & filij spiritum, semper in patre & filio cōæternum & coequalē & cooperatorem cōfitemur & veneramur. Ideoque in nomine patris & filij & spiritus sancti vnum cōfitemur deum, quia deus nomen est potestatis non proprietatis. Proprium nomen est patri pater, & proprium nomen est filio filius, & proprium est spiritui sancto spiritus sanctus. Hanc trinitatem vnum deum credimus. Et vnum esse deum patrem, & ex vno patre filium, qui est vnus cum patre naturæ vnusque substantiæ & vnus potestatis. Pater filium genuit non voluntate, non necessitate, sed natura. Filius vltimo tempore, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, ad nos saluandos & ad implendas scripturas venit à patre, qui nūquam desuit esse cum patre, quem credimus conceptum de spiritu sancto, & natum de virgine Maria, verbum carnem factum, non demutatam, sed deum permanentem, hominem natum non putatiue, sed vere inno æreum, sed corporeum: non phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum & animā habentem, hoc est, perfectum hominem, verum hominem, & verum deum intelligimus, vt verum deum verum hominem fuisse nullo modo ambigamus. Non enim amissū quod erat, sed cepit esse quod non erat, vt perfectus sit in suis, & verus sit in nostris. Nam qui deus erat, homo factus est: & qui homo natus est, operatur vt deus: & qui operatur vt deus, vt homo mortuus: & qui vt homo mortuus, surgit vt deus: qui deuicto mortis imperio, cum ea carne qua natus & passus & mortuus fuerat resurrexit. Ascēdit ad patrem, sedet que ad dexteram eius in gloriā, quam semper habuit habetque. In eius morte & sanguine credimus nos emū datos, & ab eo resuscitandos die nouissima in hac carne in qua nunc viuimus, & quam habemus, consecuturos nos aut vitam æternam pro præmio boni meriti, aut pœnas pro peccatis æterni supplicij. Hæc retinete, huic fidei animas vestras subiugate, à Christo domino præmia consecuturi regni cœlorum, Amen.

Math. 16.

Math. 16.

Ioan. 8.

Colo. 1.

Luc. 18. 2. Ioan. 1.

Marci. 16.

*In eadem feria, de Oratione dominica: Sermo III.*

Sermo CXXVI.



Voniam domino gubernante iam estis in regia constituti, & prope est dies quo ad cœlestis regis veluti consistorium veniatis, moneo vos charissimi, vt precem legitimam patri & deo offerendam antè discatis. Nam quia stupida mens hominū & ignara cœlestiū, nec scire, nec inuenire poterat quæ-

admodum deum digne præcetur, ipse verus dominus & magister ostendit & docuit, per se quidē sanctos Apostolos, per illos autem nos, quomodo debeamus orare. Sic, inquit, orabit: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua: & cætera. O vere cœlestis oratio, quæ tota est oratio. Nam si singula verba prout sunt, latius tractare voluerimus, dies antè quam sermo deficiet. Attamen breuiter percurramus. Dicim⁹: Pater noster qui es in cœlis. Sic incipiendo, bonitatem dei & gratiam protestamur. Nam quando nos terrestres & miseri, & imbecilles, & inutiles serui auderemus vultum leuantem ad cœlum dicere. Pater noster: nisi ipse per suum nobis vnigenitum hanc fiduciam præstitisset? Sicut scriptum est: Quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Accepta igitur potestate patrem vocamus deum, quia per fidem spiritum adoptionis accipimus, vt nos factos dei filios gratulemur. Deinde dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Hoc actio gratiarum est, veluti si dicatur, sanctum sit & benedictum nomen tuum. Decet ergo gratias agere, qui gratiam meruerunt. Adueniat regnum tuum. Non vtique vt incipiat ille regnare, cuius regnum est omnium seculorum: sed hoc optamus vt finem nostris faciat malis, & veniens de cœlo nos assumat in regnum. Hoc enim dicto admonemur, vbi vitam nostram & substantiam & regnum sperare debeamus. Similiter dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Quis enim obstat deo, quo minus fiat voluntas eius vbique? Sed hoc oramus, vt sicut in cœlo fit voluntas dei vbi nullus offendit, ita virtutem nostris animis tribuat, vt eius voluntatem nos equi sumus in terra facere & implere possimus. Vel certe cum dicimus, Fiat voluntas tua: docemur semper ad dei, non ad nostram respicere voluntatem, quia in nostra voluntate aliquoties contraria sunt, in domini autem voluntate vita est semper & bonitas. Consequenter iam post cœlestia etiam terrestria postulamus, sed tamen necessaria. Nam dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. O sapientia vera & diuina prouidentia, quæ docuit & panem solum petere, & hodie nominare. Hoc enim dicto & auditas cum auaritia tollitur, & humanæ vitæ insinuat incertum: secundum illud, Nolite solliciti esse in crastinum. Vere enim inconueniens esset eum in multos annos & tempora, vel certe in alium diem necessaria postulare, cui forte sub nocte esset vita finienda. Sic enim & ille auarissimus diues, qui restructis horreis & repletis dixerat ad animam suam: Habes multa bona in annos multos, epulare: audiuit à domino, Stulte, hac nocte repetunt animam tuam, quæ præparasti cuius erunt? Competenter ergo oramus, panem nostrum quotidianum hodie nobis dari, quia crastinus dies quid pariat ignoramus. Dicimus deinde: Dimitte nobis debita nostra. Debita fratres peccata intelliguntur. Nam debitum contrahitur quotienscūque delinquitur, quod debitum quandoque solum in gehenna necesse est. Et quia humanæ fragilitati non deest quotidie vnde delinquat: ideo petimus vt debita nobis dum sumus in corpore dimittantur, ne vsque ad nouissimum quadrantem defudemus. Bene autē adiungitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vides charissime quanta nos conditione diuinus sermo perstringat. Dimitte ergo, vt dimittatur tibi. Habes aliquem debitorem, qui in te peccauit, qui forte iniuriam fecit, dimitte illi rogati, indulge poscenti, parce poenitenti, ne dum denegas pietatē

Math. 6.

De verbis domini ser. 28. In lib. 50. homi. 42.

Ioan. 1.

Roma. 2.

E.

Math. 6.

Luc. 12.

Prover. 27.

Math. 6.

2. Timo. 4.

Ioan. 3.

Sermo CXXIII. Math. 26.

Homo sine dei gratia quid possit?

Esa. 40.

Math. 16.

Gala. 6.

**G** pietatem fratri, tibi claudas indulgentiam. Iam vero utilissimo sine oratio sacra completur orando contra tentationem & malum: Dicimus enim, Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Inducit deus in tentationem hominem, cum tentari permittit ut probet, non ut perimatur. Tentat autem non quasi mentium nefcius humanarum, sed ut suos fideles faciat in seculo manifestos, sicut scriptum est, Vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Sic Abraham tetrauit in filio & honorauit, sic Iob dando in tentationes varias probauit, sic sanctos Apostolos, sic beatissimos martyres per ignem quoque & gladios coronauit. Ex quo apparet, a deo tetationes huiusmodi provenire, & diabolus nihil sine dei permissione valere. Ergo deus solus adorandus est, qui potest educere de tentatione. Educit vero cum liberat a malo. A malo autem liberat, quando super id quod possumus, non nos permittit tentari. Habetis fratres ostensum, & que debetis orare, & cui gratias agere, & cuius cupere regnum, vel expectare voluntatem. Deinde contra tentationes & malum cuius sit auxilium prestolandum. Ecce in paucis omnia & in breuitate completa sunt. Quia ergo non difficile dicitur, immo facile retinetur, omnes hortor tam viros quam feminas, discite retinere, ut cum fueritis gratiam domini quam cupitis consecuti, inter omnes sanctos hanc precem ore consono proferre possitis, & corde mundo diligere, ut Christus sedens ad dexteram patris in ore vestro verba sua videns, & in corde vestro sua precepta, & hic vos custodiat, & futuro quo dignos efficiat. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

*Feria quinta in coena domini, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Surgit a coena et ponit uestimenta sua, et cetera.*

Sermo I.



Odie fratres charissimi audiuius Euangelistam dicentem, Quia cum surrexisset a coena dominus, posuit uestimenta sua, & praecinxit se linteo, & cepit lauare pedes discipulorum. Quid nos dilectissimi in hoc loco dicturi sumus? Quam exultationem praetendere poterimus, qui dedignamur impendere peregrinis, quod ille dignatus est impendere seruis suis: Sed sunt forte aliqui viri potentes & nobiles, sunt aliquae dedicate matronae, quae dedignantur se inclinare vsque ad vestigia sanctorum in hoc mundo peregrinantium, hospitem pedes non solum ipsi non dedignantur abluere, sed nec suorum quidem cuiquam ut pro se faciant imperare. Erubescunt forsitan nobiles delicatis manibus viri, vel mulieres Christianae in hoc mundo sanctorum contrectare vestigia, quia hoc natalium prerogatiua non patitur. Mala nobilitas, quae se per superbiam apud deum reddit ignobilem. Erubescunt ergo nobiles & potentes sanctis & peregrinis abluere pedes in hoc seculo, sed si se non correxerint, plus habent erubescere & dolere, cum ab illorum consortio separati fuerint in futuro. Tunc sine villo poenitentiae remedio affligentur, cum illos quos despexerant, propter humilitatem viderint accipere regnum, se propter superbiam meruisse supplicium. Timeamus ergo fratres illud quod beatus Petrus Apostolus timuit, quando audiuit dominum dicentem: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et dum Petrus recusat, negat illi Christus regnum, nisi accepisset obsequium: ne forte & nos si sanctorum pedes dedignamur abluere, partem cum illis non mereamur habere, inclinemus nos potius ad sanctorum vel peregrinorum vestigia: quia cum hoc sancta humilitate complemus, illorum quidem pedes mani-

bus nostris tangimus, sed animarum nostrarum sordes & maculas per fidem & humilitatem abluimus, & non solum minuta sed etiam capitalia peccata purgamus. Gaudete ergo dilectissimi & exultate in domino, qui nobis in hac die salutiferam consolationis mysteria consecrauit. Vnde autem commendauit dominus corpus & sanguinem suum? Vnde nisi de humilitate sua? Nisi enim esset humilis, nec manducaretur nec biberetur. Respice altitudinem ipsius, in principio erat verbum. Ecce qualis est cibus sempiternus. Sed manducant angeli, manducant supernae virtutes, manducant caelestes spiritus: manducant & saginantur, & integrum manet quod eos satiat & laetificat. Quis autem homo posset ad illum cibum ascendere? Quia ergo ad illum panem homo non poterat ascendere, dignatus est panis ipse descendere ad hominem: & hoc cum ineffabili pietate factum est, quia oportebat ut mensa illa angelorum lactesceret, & ad paruulos perueniret. Sic ergo fecit sapientia dei, sic nos per carnis assumptionem pauit pane caelesti. Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatem, quia panem angelorum, manducant homines: id est, verbum illud vnde pascuntur angeli sempiternum, quod est aequale patri manducant homines. Et ideo fratres charissimi, quia nos dominus noster patientia docuit, poena liberauit, morte redemit, speremus semper in domino, & nihil sine eius voluntate & adiutorio praesumamus. Nostis enim quid temere beatus Petrus promiserit Christo. Et si omnes, inquit, scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Dominus qui nouerat fragilitatem humanam & sciebat non esse in promissione, sed in consummatione virtutem: Amen, inquit, dico tibi, quod in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei beatus Petrus, Etiam si me mori oportuerit tecum, non te negabo. Videte fratres responsione discipuli, & intelligite dilectionis esse quod dixit. Sed quia per solum sui amoris studium, non addito etiam adiutorio domini voluit esse promissus, stare non potuit per hominem quod sub diuinitate pedebat: fuit quidem in voluntate, sed non fuit in virtute, sicut ipse dominus dicit, Spiritus promptus est, caro autem infirma. Et iterum, Sine me nihil potestis facere. Vsque ad mortem promissit, & in timore negauit: Habuerat confessionem mirabilem, si habuisset in consummatione virtutem. Vnde dilectissimi fratres, rogo & admoneo vos, ut vnusquisque recurrat ad testem idoneum, id est, conscientiam suam, & si ibi aliqua vulnera inuenerit peccatorum, confugiat ad remedium lachrymarum: poeniteat se fecisse quod fecit, incipiat vigilantissimo corde praeterita curare, praesentia vitare, futura prospicere, & deo auxiliante omnia mala repellere, quia quoadiu quis in hoc seculo viuere possit ignorat, nec licet euadere, nisi poenitentia praecurrere. Illud ante omnia dilectissimi fratres quod specialiter pertinet ad fideles, pia fide & tota animi deuotione cogitate. Accessuri ad altare domini dei nostri inspiciate vniuersa latibula cordis vestri, ne forte sint ibi aliqua peccata, quae nondum curata sint cleemosynis atque ieiuniis, & timete illud Apostoli, Qui manducauerit corpus domini & biberit sanguinem eius indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de corpore illo edat & de calice bibat. Nullus ex vobis contra vllum hominem odium referuet in corde suo, ut securi possitis dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Castitatem autem ante omnia custodite, gulam refrenate, ebrietatem fugite, pauperibus secundum quod vi-

res

**A** res suppetit eleemosynas date. Et hoc ante omnia rogo fratres charissimi, ut gaudium quod nobis hucusque de vestra deuotione fecistis, in die crastina, id est, in passione domini compleatis. Non enim qui coeperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et ideo sic agere debetis, ne per vnus diei negligentiam perdati, quod per totam quadragesimam acquisistis. Sic est enim tota quadragesima abstinere, orare vel psallere, & in passione domini, id est, in Parasceue de ecclesia se subtrahere: quomodo si aliquis cum grandi labore studeat terram colere, & messem non mereatur accipere. Et ideo rogo vos, ut nullus se de ecclesia subtrahat, nisi forte que aut corporis infirmitas, aut grandis & publica necessitas tenuerit occupatum. Ipse enim in paschali solennitate legitimum gaudium poterit celebrare, qui in passione domini se noluit de ecclesie conuentu subtrahere. Qui me in hac suggestionem libenter audierit, confido quod illi deus & in hoc seculo & in futuro gloriosa premia recompensabit: qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die de Iuda Iscarioth: Sermo II.



Retinet sanctitas vestra fratres, non vobis hoc proxima dominica praedicasse, quod Iudas Iscarioth propria sententia condemnatus, ad Phariseos dominici sanguinis mercedem reportarit, & actus poenitentia refuderit venditionis precium, sed conscientia sua non resoluerit scelus. Denique post redditum precium, laqueo se suspendit, ut qui se multauerat pecunia, multaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non suffecit ei sacrilegij carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit, quod Christum vitam omnium tradidisset. Seuerissimus igitur Iudas sui iudex, vel in vlciscendo confiteatur, quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam Phariseis, sed nec Pharisei eam libenter accipiunt. Dicunt enim illicitum sibi esse in suis eam habere thesauris, Vide igitur quanta vis dominicae sit pecuniae, quam inde Iudas reiecit, hinc Pharisei in loculis non recludunt. Iusti enim sanguinis precium pertimescit iniquitas possidere, consilium tamen ineunt Pharisei, ut ex ea ager figuli comparatur, in quo peregrinorum corpora collocentur. Quod quidem prouidentia dei factum putat, ut precium saluatoris non peccatoribus sumptum prebeat, sed peregrinis requiem subministraret: non sacrilegis sit ad luxum, sed defunctis sit ad sepulchrum, ut iam exinde Christus & viuos sanguinis passione redimat, & mortuos preciosa possessione suscipiat. Precio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus, Hoc scientes, quia non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Igitur si precium vitae nostrae sanguis est domini, vide ergo quia illo non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolumitas sempiterna. Ait namque Euangelista, Non enim venit Christus ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide, inquam, ne pecunia illa non tam comparati sit agri parua portio, quam totius mundi copiosa possessio, sicut ait Dauid Propheta, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructum boni operis germinamus. Sed si fortasse perquiras a me

si ager mundus est, quis nam sit figulus qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui vascula corporis nostri fecit ex limo, de quo dicit scriptura, Et fecit deus hominem de limo terrae. Ipse est figulus, qui carnium nostrarum caenosum lutum vapore sui spiritus animauit, & materiam fluidam atque terrenam igneo calore decoxit: ipse, inquam, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus, Ad eandem imaginem reformamur de gloria ad gloriam, scilicet ut qui a priore factura propriis vitiis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius materia repareremur, hoc est, qui per Adae transgressionem in mortem cecidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse planè est figulus, de quo dicit beatus Apostolus, Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Et iterum, Nunquid non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri deus, tamen pro meritis singulorum, alios custodit ad regnum, alios referuat ad poenam. Iuste itaque figuli ager Christi sanguine emptus est, peregrinis inquam, qui erant sine domo & patria, & his qui toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur: & quibus non est in mundo possessio, his in Christo sit sepultura. Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim qui mundum non possidet hic, totum possidet saluatorem. Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, ut qui se a carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum custodierit, in Christi requie mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sicut ait Apostolus dicens, Etenim dum sumus in corpore, peregrinamur a domino. Peregrini, inquam, sumus, & nobis saluatoris empta est sepultura. Consepulimus enim sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur & veteris hominis conscientia resoluta in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparatur. Baptismus, inquam, saluatoris nobis est sepultura, quia ibi perdidimus quod ante viximus, & ibi denuo accipimus ut viuamus. Magna igitur sepulture huius est gratia, in qua nobis & utilis mors infertur, & vtilior condonatur, Magna, inquam, sepulturae huius gratia, quae & purificat peccatorem, & viuificat morientem.

Eodem die, de fide recta: Sermo III.

Sermo III.



Redimus in vnum deum patrem & filium & spiritum sanctum, visibillum & inuisibillum factorem, per quem creata sunt omnia in caelo & in terra. Hunc vnum deum, & hanc vnam esse diuini nominis trinitatem, patrem non esse filium, sed habere filium qui pater non sit: filium non esse patrem, sed filium dei esse natum: sanctum quoque paraclitum esse, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed a patre, filioque procedat. Est ergo ingenuus pater, genitus filius, non genitus paraclitus, sed a patre & filio procedens. Pater est, cuius vox haec est audita de caelis, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hic filius est qui ait, Ego a patre exiui, & veni in hunc mundum. Paraclitus est ipse de quo filius ait, Nisi abiero ad patrem, paraclitus non veniet ad vos. Hanc esse trinitatem

Ecclesiastici 27. Gen. 22. Iob. 1.

Ioan. 13.

Sermo CXXVII. Ioan. 13.

Ioan. 11.

L

Math. 16.

Vbi supra. Ioan. 13.

M

1. Corin. 10.

Math. 6.

Math. 10.

Sermo CXXVIII. Math. 7.

1. Petri. 1.

Ioan. 3.

1. Iob. 1.

Gene. 1.

1. Corin. 3.

Roma. 9.

E

1. Corin. 5.

Roma. 6.

F

Sermo CXXIX.

Math. 3.

Ioan. 16.



G tatem personis distinctam, indifferentem: præter illam nullam diuinam esse naturam vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius quæ deus esse credatur. Hunc igitur filium dei deum natum à patre, & esse principium, patremque illum sanctificasse in vtero Mariæ virginis, atque ex ea vnum hominem sine viri semine generatum, id est, suscepisse dominum nostrum Iesum Christum non imaginarium corpus, aut forma sola compositum, sed solidum. Atque hunc & esurisse, & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnia corporis exercitia sensisse. Postremo crucifixum, mortuum & sepultum, tertia die resurrexisset, conuersatum postmodum cum discipulis, quibus sanctum paracletum misit, dum ad cælos ascendisset: hunc filium hominis nunc vocari. Resurrectionem veram humanam credimus carnis. Animam hominis non diuinam esse substantiam vel dei patris, sed creaturam diuinam voluntate prolapsam. Si quis ergo dixerit atque crediderit, à deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse atque eius omnia instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit deum patrem eundem filium esse vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit deum filium eundem esse patrem vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit paracletum spiritum, esse patrem seu & filium, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum à filio dei assumptum non fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit filium dei deum passum fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum, hominem impassibile fuisse, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit alterum deum esse præter legem, alterum Euangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit ab altero deo mundum fuisse factum, quia ab illo de quo scriptum est: In principio fecit deus cælum & terram, qui solus verus deus est, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit corpora humana non resurrectione post mortem, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit animam humanam dei portionem vel dei esse substantiam, anathema sit. Si quis aliquas scripturas præter eas quas catholica ecclesia recepit, vel auctoritatem habendas esse crediderit, vel fuerit veneratus, anathema sit. Si quis non dixerit, semper patrem, semper filium, & semper spiritum sanctum esse, anathema sit. Si quis non dixerit filium natum esse de patre, id est, de substantia paterna, anathema sit. Si quis non dixerit verbum dei filium dei esse, & deum patrem eius, & omnia posse, & omnia nosse, & patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit, quod in carne constitutus filius dei cum esset in terra, in cælis cum patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorem sentiebat filius dei, deus & non caro cum anima quam induerat formam serui quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit. Si quis non dixerit, quod in carne quam assumpsit sedet in dextera patris, in qua venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si quis non dixerit spiritum sanctum de patre esse vere ac proprie, sicut filius de diuina substantia, & deum verum, anathema sit. Si quis dixerit spiritum sanctum facturam, aut per filium factum, anathema sit. Si quis non dixerit, omnia per filium & spiritum sanctum patrem fecisse, id est, visibilia & inuisibilia, anathema sit. Si quis non dixerit patris & filij, & spiritus sancti vnam diuinitatem, parem maiestatem, potestatem, vnam gloriam, dominationem, vnum regnum atque vnam voluntatem, anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras patris & filij & spiritus sancti æquales, semper viuentes, omnia continen-

Matth. 27. & 28.

Gen. 1.

Philip. 2.

tes visibilia & inuisibilia, omnia potentes, omnia indicantes, omnia viuificantes, omnia facientes, omnia quæ saluanda sunt saluantes, anathema sit. Si quis non dixerit adorandum spiritum sanctum ab omni creatura, sicut filium & patrem, anathema sit. Si quis de patre & filio bene senserit, de spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est. Quod omnes hæretici de filio dei & spiritu sancto male sentientes, in perfidia Iudæorum & gentilium inueniuntur. Quod si quis patitur deum patrem & deum filium & deum spiritum sanctum deos dici, & non deum, propter diuinitatem & potentiam vnam quam credimus esse & scimus patris & filij & spiritus sancti, anathema sit. Si quis subtrahens aut filium, aut spiritum sanctum, ita solum existimet esse deum patrem dici, aut credi vnum deum, anathema sit.

Item in eadem feria, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem: Ante diem festum Paschæ sciens Iesus: & cetera. quæ habetur in expositione doctoris Ibidem.

Item eodem die alius sermo de Psalmo sexagesimo tertio: Exaudi deus orationem meam: & cetera. qui sumptus est de expositione doctoris eiusdem Psalms.

Item eodem die alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur vigesimo octauus.

Feria sexta in Parasceue, de cruce & latrone: Sermo I.



Odierna die dominus noster fratres pependit in cruce, & nos epulatur, vt discatis quoniam crux Christi ferie sunt & nundine spirituales. Antea nanque crux nomen condemnationis erat, nunc vero facta est res honoris: prius in damnatione maledicti stabat, nunc in occasione salutis erecta est. Hæc enim crux innumerabilium nobis honorum extitit causa: hæc nos de erroribus liberauit, hæc nos sedentes in tenebris illuminauit, hæc nos ex diabolo expugnatore reconciliauit deo, & ex alienatis restituit in domesticos, de longinquis proximis fecit, de peregrinis reddidit ciues. Hæc est inimicitiarum interemptio, pacis firmamentum, & omnium nobis bonorum thesaurus: propter hæc iam non erramus in solitudinibus, viam enim veritatis agnouimus, nec iam extra regnum sumus, ianuam enim regis intrauimus, iam ignitas diaboli fagittas non timemus. Fontem enim vitæ quo extinguerentur inuenimus. Propter hanc iam in viduitate non sumus, sponsum enim recepimus. Non expauescimus lupum, quia bonum pastorem inuenimus, Ego enim sum, ait pastor bonus. Propter hanc non formidamus tyrannum, regi enim adhæremus: propter hanc diem festum agimus, crucis memoriam celebrantes. Ita & magister gentium docet propter crucem annua festa constitui. Epulemur, inquit, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Deinde causam agendam solennitatis adiiciens, ait: Quoniam Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Vbi autem sacrificium, ibi & interemptio peccatorum, ibi reconciliatio dei fiet. Vox latitiæ & salutis in tabernaculis iustorum. Sed & omnis terra lateat, Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Et vbi immolatus est: Dicitur, in altitudine crucis. Nouum est altare sacrificij huius, quoniam & immolatio noua & admirabilis. Ipse enim & hostia erat & sacerdos. Hostia quidem secundum carnem, sacerdos vero secundum spiritum. Idem ipse & offerebat quidem se secundum spiritum, offerebatur vero secundum carnem. Audi igitur nunc

Ioan. 13.

Psalm. 63. L

Sermo CXXX. Matth. 27.

Ioan. 10.

1. Corin. 5.

Psalm. 117.

A nunc quomodo vtraque hæc manifestauerit Paulus. Omnis, inquit, sacerdos, qui ex hominibus accipitur, pro hominibus constituitur. Vnde necessarium est, vt & ipse habeat quod offerat. Ecce ipse offerebat seipsum. Alii dictum est, Quoniam dominus semel oblatum est pro oblatione sui, deinceps vt multorum auferat peccata, Secunda vero sine peccato videbitur his, qui expectant eum in salutem. Ecce istic oblatum est, ibi seipsum obtulit. Vidisti quomodo simul & hostia & sacerdos factus est, & altare erat crux. Et cuius rei causa non in templo offeratur hæc hostia, sed extra ciuitatem & extra muros, vt illud adimpleret quod scriptum est, Quoniam inter iniquos deputatus est. Cuius igitur rei causa in altitudine crucis immolatur, & non sub tegmine ædificij? Ob hoc scilicet, vt æris naturam mundaret, propterea non in altari, nec tecto superposito, sed sub cælo. Aer enim purgabatur, cum in altitudine immolaretur ovis: terra etiam purgabatur, quia stillabat sanguis domini super eam. Ideo non sub tegmine, neque in templo Iudæorum, vt non subtraherent sacrificium salutare Iudæi. Neque existimes pro illa tantummodo gente hanc hostiam offerri. Propterea enim extra ciuitatem & extra muros, vt intelligas quoniam communis est hostia pro genere humano oblata, & ideo communis est purificatio, non ex aliqua parte, quemadmodum fuerat in Iudæis. Nam Iudæis ideo præcepit deus relinquere vniuersam terram, & in vno loco offerre sacrificia & vota reddere, quoniam immunda erat tunc vniuersa terra fumo ararum & nidore bustorum, cæterorumque coquinatorum, eorum quæ de prophanis gentilium sacrilegijs inferebantur super eam. Nobis vero iam quomodo Christus adueniens vniuersam terram expiauit, omnis locus oratorium factum est. Et idcirco beatus Paulus hortatur & præcipit, sine intermissione orare vbique, dicens, Volo orare viros in omni loco, leuantes manus sanctas. Vides quomodo mundatus est orbis terrarum. Et ideo vbique sanctas manus leuare possumus, quoniam vniuersa terra sanctificata est, vt sanctior sit quam illa quæ in interioribus templi veteris erant sancta sanctorum. Ibi namque irrationabile animal ovis offerebatur, hic autem spiritalis oblata est. Et quanto maior est oblatio, tanto & eminentior sanctificatio, idcirco festiuitas epulationis est crux Christi. Vis discere & aliud crucis beneficium? Paradisum ante quinque milia vel amplius ferè annos clausum, hodie nobis aperuit. In hac enim die & in hac hora latronem introducens Christus, duplex beneficium operatus est, vnum quidem quia paradisum aperuit, aliud vero quia latronem introduxit. Hodie reddidit nobis patriam principalem, hodie reduxit nos in ciuitatem paternam, & æternam domum redonauit communi hominum naturæ. Hodie mecum eris in paradiso. Quid dicis? Crucifixus es, & clauis confixus, & paradysum promittis? Ita, inquit, vt in ipsa cruce virtutem meam agnoscas quoniam res hæc tristitia videbatur, vt non in crucis lignum attendas, sed virtutem eius qui crucifixus est discas. In cruce hoc miraculum operatus est, vnde maxime potentiam suam declarat omnipotens, non mortuum resuscitans, non mari & ventis imperans, non dæmones eiciens, sed crucifixus & confutatus in facie, clausisque confixus, cum iniurias & maledicta susciperet, derisus atque contemptus malignam illam atque longo scelere vniuersam obduratam latronis mentem immutare præualuit, vt ex vtroque virtutem eius inspicias. In eodem enim tempore passionis crucifixus vniuersam creaturam

Hebr. 6.

Hebr. 9.

Esai. 53. Luc. 22. Hebr. 13.

Deut. 12.

1. Tim. 2.

Luc. 23.

ram turbauit, & saxa dirupit, duriores vero lapidibus animam attraxit pariter & honorauit, dicens, Hodie mecum eris in paradiso. Et certe cherubin custodiuit paradisum, sed hic etiam cherubin dominus est, Flammea rhomphæa obuoluit, sed ipse & flamma, & gehennæ, & vitæ, & mortis potestatem habet. Et quidem nemo regum aliquando passus est latronem hominem, aut quenquam alium eiusdem nature conferuum secum assumens ita in ciuitatem introducere, sed Christus hoc fecit, qui mortis & diaboli victor, & sacratissimum ingrediens patriam secum latronem introducit, non conculcans paradisum istius pietatis opere, sed honorans, neque confundens latronis introitu, sed illustras. Honor namque paradisi est, talem dominum habere qui etiam latronem dignum facere posset paradisi deliciarum. Etenim cum publicanos & meretrices introduceret in regnum cælorum, non confudit sed extulit regnum cælorum, neque deiecit, sed potius honorauit paradisum. Honor enim, vt dixi, est paradisi, talem habere dominum, qui & latronem dignum facere possit delictis & possessione paradisi. Talis est enim domini regnum cælorum, vt & meretrices & publicanos ita probabiles reddat, vt digni appareant gratia & gloria quæ illic est. Quemadmodum enim medicum tunc maxime admiratur, cum viderimus eum difficiles hominum valetudines curantem, mortisque periculum edendi arte vincentem, ita & Christum admirari iustum est, quando insanabilia vulnera in corporibus & mentibus curat, quando publicanum & meretricem ad tantam sanitatem perducit, vt etiam cælo dignos ostendat. Et quid tali dignum quiete egerat latro, vt post crucem quam meruerat, repente paradiso dignus iudicaretur? Vis breuiter dicam virtutem fidei eius: Quando Petrus negauit deorsum, tunc ille confessus est sursum. Et hæc non vt accusans beatissimum Petrum locutus sum, quod absit, sed latronis magnanimitatem ostendere volens. Nam ille discipulus minas abiectæ puellæ non sustinuit, latro vero multitudinem totius populi videns circumstantem & clamantem, insanas blasphemias & opprobria atque maledicta iaculantem, non attendit illis, non cogitauit visibilem abiectio-nem eius qui crucifigebatur, sed oculis fidei hæc cuncta transcurrens, & vt abiecta & leuia virtutis impedimenta præteriens & relinquens, cognouit dominum cæli, & ait dicens, Memento mei domine in regno tuo. Ne ergo breui commemoratione dimittamus latronem istum, neque confundamur doctorem accipere, quem dominus noster non erubuit primum in paradisum introducere. Ne, inquam, erubescamus magistrum habere hominem, qui ante omnem generis humani naturam meruit dignus haberi regno cælorum: sed singula intentius disquiramus, vt virtutem crucis agnoscamus. Non dixit ad eum dominus quemadmodum ad Petrum: Veni post me faciam te piscatorem hominum. Nec dixit ad eum quemadmodum ad duodecim discipulos, Quoniam sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israël: sed ne qualecunque verbum dignatus ei dicere, nullum miraculum ostendit, non mortuum resuscitatum, non dæmonem expulsum, non mare obediens, non denique aliquid aut de regno cælorum ei locutus, aut de gehenna comminatus est, & prior omnium latro confessus est eum, & hoc alio exprobrante fecit. Improperat ei & ille alius latro. Audisti latronem & latronem, ambos in cruce, ambos conuersatione latronum, ambos ex eadem

Luc. 23.

Gen. 31.

E

F

Luc. 23.

Matth. 47.

Matth. 19.

Tomus decimus.

B malignitate

G malignitate venientes, sed iam non ambo in eisdem mentibus & meritis sunt constituti. Nam alius quidem regnum adipiscitur, alius vero in gehennam mitteretur. Ita & prius in discipulis simile discrimen fuit. Nam & Iudas quidem discipulus fuit ut illi vndecim, sed illi quidem dicebant domino, Vbi vis paremus tibi Pascha manducare: iste vero se ad tradendum dominum parabat & dicebat, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam: Et illi quidem ad ministerium diuinum se parabant, hic autem ad tradendum festinabat. Ita & in hoc loco Iatro & Iatro, sed vnus quidem improperebat, alius adorabat: alius blasphemabat, alius laudabat, & blasphemantem corripiebat: dicens, Nec times dominum tuum? Vidisti fiduciam Iatronis, vidisti liberam voluntatem in cruce. Audisti philosophiam in tribulatione, & reuerentiam diuini timoris in supplicio. Quoniam quidem in semetipso erat & clavis confixus, non saucium intellectum neque confixum sensum habebat. Quis non admittetur & compungatur? Non solum enim quod in ipso erat, sed & ea que circa seipsum erant relinquens, de altero curam gerebat in cruce, doctor effectus, & corripiens & dicens, Nec times dominum tuum? Noli, inquit, attendere iudicio huic quod deorsum est, alius iudex inuisibilis est. Ne ergo consideres, quia deorsum a iudice mortali condemnatus est, non enim talia sunt superna iudicia. Hic autem in terreno iudicio, & iusti condemnantur, & iniusti effugiunt, & rei dimittuntur, & innocentes puniuntur. Volentes nanque & nolentes multum errant qui iudicant. Ignorantes enim iustitiam seducuntur, vel certe scientes per auaritiam corrumpuntur ut sanguinem innocentem vendant. In supernis vero nihil tale. Iudex enim iustus est, & iudicium eius tanquam lumen prodit, non habes tenebras neque ignorantiam. Ut ergo non diceret, quoniam damnatus deorsum in terris, & adiudicatus est pœnæ, perduxit eum ad iudicium supernum, commemorauit tribunal illud horribile tantum non dicens sibi: Respice te, & non portabis sententiam damnationis aternæ, nec stabis in sorte iudicium corruptorum, respiciens ad salutem futurum in supernis iudicium. Vidisti philosophiam Iatronis, vidisti intellectum & doctrinam, subito in ictu oculi de cruce in cœlum transfiliuit: ita iam ex abundantia receptæ iustitiæ proximum illum vel socium quondam suum arguens, ut diceret ei: Non times, inquit, quoniam in ipso iudicio sumus, id est, in eadem damnatione: Nonne, inquit, & tu in ipsa cruce es? Quamobrem in quo socium increpas pœnæ, te ipsum pro illo reum staties? Quemadmodum enim is qui in peccatis est, si alios audeat accusare, se ipsum ante illos accusat: ita & is qui in erumna positus est, si alius eam sui oblitus exprobrat, sibi ante illos dicit opprobrium, quoniam, inquit, in ipso iudicio sumus. Quid agis o Iatro: satisfacere incipiens, socium tibi dominum fecisti? Non, inquit, emendo hæc de me opinionem in subsequenteribus. Nam ne asimes, quod propter damnationis consortium, criminis quoque consortem fecerit dominum, subtexit emendationem, dicens: Et nos quidem iuste, digna enim patimur his que commisimus. Vidisti confessionem perfectam, vidisti quomodo in cruce se exiit a peccatis. Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris. Nemo compulit, nemo vim fecit, sed ipse se divulgauit, ipse condemnauit, dicens: Et nos quidem iuste digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit: Memento mei domine in regno tuo. Non est ausus ante dicere,

Enchir. 43.

memento mei deus, quam per confessionem iniquitatis praterita sarcinam peccatorum deponeret. Vides quanta res sit confessio. Confessus est, & paradysum aperuit: confessus est, & tanta fiducia robur accepit, ut de latrocinio regnum deposceret, considerans quantum bonorum nobis causa sit crux. Dico mihi Iatro regnum petens, quid in eo tale vides ex quo petis? Dic mihi, nam quod in conspicuo est, clauos & crucem cernis. Sed hæc, inquit, crux, ipsa regni insigne est, & propter eam Iesum regem appello, quia video crucifixum. Opus enim regis est vitam suam pro his quibus regnat opponere. Vnde & ait: Quia pastor bonam animam suam ponit pro ouibus. Igitur & rex bonus animam suam ponit pro his quorum princeps est. Quoniam igitur animam suam posuit, ideo eum regem cognosco, & dominum appello. Memento mei, inquit, domine in regno tuo. Considerasti quomodo & regni insigne sit crux, quod si aliunde vis dicere, hoc ipsum non reliquit eum solum super terram, sed attraxit in cœlo. Vnde hoc ipsum scire potes, quia pariter cum ipso venit in secundo & glorioso eius aduentu, ut discas quomodo vera & magnifica est crux. Vnde & gloriosam eam dixit, in ea gloriantem Apostolo. Sed videamus quomodo cum cruce venit. Necessarium est enim & hoc ipsum ostendere. Si dixerint, inquit, ecce in promptuariis est Christus, ecce in solitudine est, nolite credere: de secunda presentia suæ gloriæ dicens, propter pseudochristos, & propter falsos prophetas, propter antichristum, ne aliquis errore præuetus in falsos incidat Christos, quoniam Christi saluatoris aduentum præueniet antichristus. Ideo sollicitè præcauendum est, ne quis pastorem quærens, lupum inueniat. Ob hoc prædico tibi, vnde dinoscas veri pastoris aduentum. Nam quia primus aduentus eius latenter factus est, ne asimes quoniam secundus aduentus eius talis erit, hoc dedit signum. Hæc enim fuit voluntas eius, ut primus aduentus latenter fieret & quæreret quod perierat, secundus vero aduentus non ita simpliciter ait: Quemadmodum, inquit, fulgur exiens ab Oriente apparet, in Occidente, ita erit aduentus filij hominis. Subito omnibus apparebit, nec erit indigens quisquam interrogare, siue hic, siue illic est Christus. Quemadmodum enim cum fulgur emiserit, non egemus inquirere si facta sit coruscatio, ita cum reuelatio presentia eius effulserit, non indigebim⁹ interrogare an venerit Christus. Sed quod quæritur, si cum cruce venit, nec enim promissæ expositionis oblitus sum, audi igitur subsequenter: Tunc, inquit, quando venturus est, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Tanta enim erit eminentia splendoris in Christo, ut etiam clarissima cœli luminaria præ fulgore luminis diuini abscondantur. Tunc stellæ cadent, quando apparuerit signum filij hominis in cœlo. Considerasti quanta virtus sit signi, hoc est crucis, sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum: crux vero fulgebit, & obscurabit luminaria cœli, delapsisq; syderibus sola radiabit, ut discas quoniam crux & luna lucidior, & sole erit præclarior, quorum splendorem diuini luminis illustrata fulgore superabit. Quemadmodum enim ingrediente rege in ciuitate, exercitus antecedit, præferens humeris signa atque vexilla regalia, & ambitu præparationis armifonæ annunciat regis introitum: ita domino descendente de cœlis præcedet exercitus angelorum, qui signum illud, id est, triumphale vexillum sublimibus humeris præferentes diuinum regis cœlestis ingressum, terrestrium mentibus nunciabunt. Tunc, inquit, commouebuntur

Ioan. 107

Luc. 23

Math. 24

Math. 24

M

Vbi supra

Math. 24

**A** mouebuntur virtutes cœlorum. De angelis dicit: Tremor enim illos apprehendet & timor magnus. Cuius igitur rei causa dic mihi? Quia tunc tam terribile erit iudicium illud, ut etiam ab angelis timeatur. Omnis enim natura generis humani incipiet iudicari, & astare terribili iudicio. Quamobrem ergo tunc angeli contremiscēt, & vnde tremor apprehendet eos? Non enim illi habent iudicari. Sed quemadmodum principe iudicante, non solum rei, sed & officia que nihil sibi conscia sunt, timore & tremore comprehenduntur propter iudicis terrorem: ita & tunc cum genus humanum iudicabitur, etiam cœlestes ministri pauebunt, & terribili apparatu de iudicis intentus horrenda formidine contremiscēt. Sed quare crux apparebit tunc, & quam ob causam in eius prælatu dominus adueniet, ratio perspicua est, ut agnoscant consilium iniquitatis suæ qui dominum maiestatis crucifixerunt. Per hoc enim signum impudens Iudeorum redarguitur impietas: & quomodo propter hoc ipsum habens crucem veniet, audi ipsum in Euangelio protestantem: Quia tunc plangent omnes tribus terrarum, videntes accusatorem suum, id est ipsam crucem, & in ipso arguente cognoscent peccatum suum sero, & frustra fatebuntur impiam cæcitatē. Quid autem miraris, si crucem afferens veniet, vbi & ipsa vulnera ostendet? Tunc videbunt, inquit, in quem compunxerunt. Quemadmodum enim in Thoma fecit, volens incredulitatem discipuli coarguere, errorēque corrigere pro multorum fide, & ingerens ostendit illi signa clauorum, & ipsa de clavis vulnera, & dixit: Mitte manum tuam, & vide, Quoniam spiritus ossa & carnem non habet, quemadmodum me videtis habere: tunc ostendet vulnera & crucem manifestabit, quoniam ipse est qui crucifixus est. Non solum autem de cruce, sed de verbis ipsis que in cruce habuit, immensam pietatem eius possumus considerare. Nam cum adhuc in cruce confixus esset, dicebat: Pater, dimitte illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Et crucifixus pro illis qui crucifixerant orabat, & quidem illi de diuerso dicebant: Si filius dei es, descende de cruce. Sed propter hoc non descendit de cruce, quoniam filius dei est. Propter hoc enim venit, ut crucifigeretur pro nobis. Descende, inquit, de cruce, & credimus in te. Hæc verba sunt & occasionis & incredulitatis. Nam plus fecit, quam si de cruce descendisset. Multo enim maius fuit lapide ad monumentum apposito resurgere, quam de cruce descendere. Lazarum etiam quatuoriduanum iam funere foetidum de sepulchro resuscitasse maius fuit, quam de cruce descendere. Et illi quidem dicebant: Si filius dei es, salua te ipsum. Hæc autem omnia faciebant, & improperebant ei pariter. Dimitte, inquit, illis peccatum. Vtique dimisit, si vellet penitere. Si enim non dimisisset illis peccatum, non utique statim post assumptionem eius tria milia & quinque milia credidissent. Quoniam, inquit, multa milia Iudeorum crediderunt. Audi quid dicunt Paulo Apostolo, Vides, inquit, frater, quot milia sunt Iudeorum qui crediderunt? Imitatores ergo domini esse debemus, & pro inimicis orare exemplo ipsius, qui cum esset crucifixus pro crucifigentibus se patrem postulabat ut dimitteret illis peccatum, Et quomodo, inquit, possum dominum imitari? Si volueritis poteritis. Si enim impossibile erat imitari eum, nunquam Paulus dixisset: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quod si dominum imitari non vis, imitare seruum eius. Ste-

Vbi supra

Zach. 12

Ioan. 19

Ioan. 20

Luc. 24

Luc. 23

Ioan. 11

Act. 2. & 4

A. 10. 21

Luc. 23

Math. 11

1. Corin. 4

phanum, quem & Apostolum dico, nam ille dominum imitatus est. Et quemadmodum Christus inter crucifigentes se relinquens crucem, relinquens propriam percutiōnem, pro crucifigentibus se deprecatur patrem, ita & seruus eius inter lapidantes se, suscipiens iacula saxorum & dolores qui ex ipsis fiebat dicebat: Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Audisti quomodo secundum dominum locutus est seruus. Ille ait: Pater, dimitte illis peccatum, nesciūt enim quid faciunt. At iste dicit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et ut discas quoniam cum omni sollicitudine orauit: Positis, inquit, genibus orabat dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, qui viuus & regnas in secula seculorum, Amen.

Act. 7

Luc. 23

Act. 7

Eodem die, de expositione Symboli, ad Competentes:

Sermo II.



Vaso vos fratres charissimi, ut nobis reserantibus expositionem Symboli attentius audiat. Quæ doctrina Symboli virtus est sacramenti, illuminatio animæ, plenitudo creditiūm in eo quod docetur aut discitur, & vnitas trinitatis, & trinitas distincta personis, & opulentiā creatoris, & redemptio passionis, Hoc nexus infidelitatis absoluitur, hoc vita ianua panditur, hoc gloria confessionis ostenditur. Symbolū dilectissimi breue est verbis, sed magnū est sacramentis: paruum ostendens immunitate latitudinis, sed totum continens compendio breuitatis: exiguum est, ut memoriam non obruat, sed diffusum ut intelligentiam supercedat, confirmans omnes perfectione credendi, desiderio confitendi, fiducia resurgendi. Digne ergo & attentiores & frequentiores, & pro ratione temporis ipsius puriores ad audiendum symbolum conuenitis. Quicquid enim præfiguratum est in patriarchis, quicquid nunciatum est in scripturis, quicquid prædictum est in prophetis vel de deo ingenito, vel ex deo dei vnigenito, vel de spiritu sancto, quantum latenter ostensum sit, vel de suscipiendi hominis sacramentum, vel de morte domini resurrectionisque mysterio, totum hoc breuiter iuxta oraculum propheticum, symbolum in se continet confitendo. Tenendo ergo fratres charissimi collationem fidei & gratiam, professionis mysterium memoriæ commodatum, iam ad istius symboli professionis sacramentum textumq; veniamus, quod in hunc modum incipit: Credo in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum, dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & sepultus. Descendit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Credo in spiritum sanctum, sanctā ecclesiam catholicā, sanctorū cōmunio nem, remissionem peccatorum, hui⁹ carnis resurrectionē, vitam æternam, Amen. Repetendus est nobis dilectissimi sermo symboli huius, qualiter ea que dicimus vestris sensibus melius inseramus. Credo in deum patrem omnipotentem, creatorē cœli & terræ. Tertia igitur vice repetitur, ut ad reliqua capiēda fidei cursu peruenire possimus. Et quia lex fidei nostræ in trinitate cōsistit, ut ipse numerus repetitionis cū signo veniat trinitatis, tertia vice ordo symboli recedendus est. In primis dilectissimi qualis sermo sit, in capite symboli diligēter aduertite, & quali principio inchoetur sollicitus pertractate. Ergo in primo habet. Credo. Vide quod dominus noster non nos iubet discutere diuina iudicia, sed credere, nec rationē requirere, sed fidē simpliciter & im-

Sermo CXXXI.

E

F

B ij mobilitat

G mobiliter exhibere. In deū patrē. Aduertite, quod cū dei patris nomen in confessione coniungit, ostendit quod non ante deus esse cœperit & postea pater, sed sine vlllo initio & deo semper & pater est. Quia ergo semper fuit pater, semper habuit filium cui pater est. Omnipotentem vero ideo dicit, quia omnipotens est, cuius nihil impossibile est, qui cœlum, terram, mare, homines, atque omnia animalia & reptilia non aliquo operis actu, sed solo verbi creauit imperio. Et ideo non nobis veniat in cogitationem quomodo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentem præcipimus confiteri. Creatorem cœli & terræ. Hoc ait quod superius dixi, quia omnia sola verbi potestate perficit. Credo & in Iesum Christum filium eius. Aduertite, quod quomodo in patrem, sic & in filium credendum sit. Et quia cum patre æqualis est maiestate, tantum ipsi quantum & patri honoris nos debere no uimus, & seruitutis obsequium. Iesum Christum. Iesus saluator interpretatur, Christus vero à chrismate dicitur, quia sicut antiqui reges à sacerdotibus oleo sacro perfundebantur, sic dominus noster Iesus Christus spiritu sancti infusione repletus est. Qui conceptus est de spiritu sancto. Non poterat aliunde quam de deo concipere, quæ deum meruit procreare. Natus ex Mariâ virgine. Non potuit non talem habere conceptum, quæ virgo erat permanens post partum. Passus sub Pontio Pilato. Ille Pilatus iudex erat in illo tempore, ab imperatore positus in Iudæa, sub quo dominus passus est, cuius mentio ad temporis significationem, non ad personæ illius pertinet dignitatem. Crucifixus est & sepultus. Crucem illam in qua ille crucifixus est in corpore, nos gestamus in fronte. Sepultus est. Sicut in veritate natus, ita in veritate mortuus & sepultus. Tertia die resurrexit. Triduanæ sepulturæ mora euidenter ostendit quod dum corpus in sepulchro iacuit, anima illa de infernis triumphauit. Ascendit ad cœlos. id est, conditionem naturæ nostræ, quæ de homine matris natus assumpsit, super cœlos in dexteram dei patris collocauit. Inde venturus iudicare viuos & mortuos. In ipso corpore venturus est ad iudicium, in quo ascendit ad cœlum. Christianos iudicat & Paganos, iustos & peccatores, fideles & impios. Credo & in spiritum sanctum. Aduertite, quod sicut in patrem, ita & in filium & in spiritum sanctum sit credendum. Nam qui vel in vnâ de trinitate personam non crediderit, in duabus illi credidisse non proderit. Sanctam Ecclesiam catholicam. Sciendum est quod ecclesiam credere, non tamen in ecclesiam credere debeamus, quia ecclesia non est deus, sed domus dei est. Catholicam dicit toto orbe diffusam quia diuersorum hæreticorum ecclesiæ ideo catholica non dicuntur, quia per loca atque per suas quasque prouincias continentur, hæc vero à solis ortu vsque ad occasum vnus fidei splendore diffunditur. Sanctorum communionem. id est, cum illis sanctis qui in hac quam suscipimus fide defuncti sunt, societate & spei communionem teneamus. Remissionem peccatorum. Oportet enim, vt post remissionem quæ nobis præstatur munere redemptoris in baptismo, plenæ credulitatis teneamus affectum. Carnis huius resurrectionem. Carnem quæ in hac vita sub mortali conditione portamus, resurrectionem esse immortalem, ac rationalem redituram pro animæ consortio credimus. Vitam æternam. Absq; vlla dubitatione fatemur vos vitam æternam consecuturos, si hæc quæ vobis exponimus sacramenta fideliter teneatis, ac bonis actibus conseruetis. Hunc breuem sermonem de vniuerso symbolo vobis debitum

Lucæ. 1.  
Lucæ. 2.  
Math. 27.  
Marci. 16.  
Acto. 1

reddidi, quod symbolum cum audieritis, totum istum sermonem nostrum breuiter collectum recognoscetis, nec vt eadem verba teneatis vlllo modo scribere debetis, sed audiendo perdiscere, & memoria semper tenere atque recollere. Quicquid enim in symbolo audistis, diuinis scripturarum sanctarum literis continetur. Commemoratio fit promissionis dei, vbi per Prophetam pronuncians testamentum nouum dixit. Hoc est testamentum quod ordinabo eis post dies illos dicit dominus, dans legem meam in mente eorum, & in corde eorum scribam ea. Huius rei significanda causa, audiendo symbolum non in tabulis vel in villa materia, sed in cordibus scribitur: præstabit ille qui vos vocauit ad regnum, vt eius gratia regeneratis vobis, etiam spiritu sancto scribatur in cordibus vestris, vt quod creditis diligatis, & fides in vobis per dilectionem operetur, ac sic domino deo largitori bonorum omnium placeatis, non fertuliter timendo penam, sed liberaliter amando iustitiam. Hoc ergo symbolum quod vobis per scripturas & sermones ecclesiasticos insinuatum est, sub hac breui forma fidelibus confitendum & profitendum est.

Hieros. 31.  
Gala. 5.

Sabbato in vigilia Pasche, de Ioseph qui corpus domini petiit à Pilato & cetera. Sermo I.



Eracta passione domini nostri Iesu Christi & resurrectione in qua fidei nostræ omnis summa consistit, emergit quidam Ioseph, cuius quidem amator & discipulus domini, & qui pro ratione temporis defuncto exequias occultas impendebat, quia & noti misericordiam furor persequendum prohibebat. Quod factum, ita Ioannes Euangelista narravit. Rogauit, inquit, Pilatum Ioseph occulte, propter metum Iudæorum, & petiuit corpus Iesu, & permisit Pilatus. Cum in animo religioso metus cum deuotione certaret, excogitat statim quod & fidei satisficeret & timori, & occulte postulans vt & humo maderet occisum, & declinaret insaniam Iudæorum. Iudex vero eundem seruans animum mortuo, quem impedit auditio: nam quem coactus dederat penam, libens tradidit sepulturæ. Postquam vero corpus Iesu humatum est, statim potetiam suam repetit, quæ venerat reditura maiestas. Nam cuius natiuitas hominis ostenderat filium, mors prodidit deum. Cum enim Mariâ Magdalene venisset ad monumentum, quam memorem saluatoris amissa fide deuotio in lachrymas compellebat, videns reuolutum à foribus lapidem, cum non inuenisset in sepulchro dominum, cepit acrius dolere quod perdidit & defunctum. Mox autem ad Petrum eius discipulum peruenit, quæ pro meriti qualitate vel fidei, maior de eius obitu cura tangebatur, nunciat inane sepulchrum, quæratur corpus ablatum. Petrus vero resurrectionis filij dei & ante crucem conscius quæ prædixerat ipse passurus, sub tali nuncio non fletit aut doluit, sed morem suum in diuinis virtutibus seruans, properat experiri quod credidit. Ad sepulchrum itaque domini celeri cursu festinat, lætior rediturus, si non inueniret quem quærebat. Beatus autem Euangelista & ex consequentibus probat potentiam resurgentis. Venit, inquit, Simon Petrus, & introiit in monumentum: & cum non inuenisset dominum, vidit linteamina posita & sudarium quod fuerat super caput eius. Nam manifestius deus perlatum quem viuificauerat in cœlum & mortem vacuat & sepulchrum. Nam linteamine quo funus tegebatur exposito, reliquit terræ exuias, vitali iam corpore induta manebat. Petrus igitur videns resurrectionem quam dei

L  
Sermo CXXXII.  
Ioan. 19.  
Ioan. 20.  
Ioan. 21.

A filius pronunciauerat impletam; qui sollicitus venerat, securus abscellit. Maria tamen resurrectionis ignara non cessat lachrymas fundere, nesciens hanc esse domini corporis gloriam quam putabat iniuriam. Cuius inanes merores angelus magis prohibet quam consolatur, vt Euangelista testatur: Maria, inquit, quid ploras? Si spiritali prudentia intentionem diuini sermonis intelligas lachrymarum causam non tanquam ignarus interrogat, sed importunos fletus dolentis obiurgat. Maria, inquit, quid ploras, cum vacuato monumento non damno funeris, sed merito resurgentis Iesu Christi corpus virtus sibi non facinus vendicasset? Culpat eodem tempore à Maria lachrymas fundi, quo debuit gloriarum. Quid ploras, aut quem quæris? Angelus instruit nescientem sano consilio, ne viuentem quæreret in sepulchro. Quæ mulier quia reuixisse quem flebat, nec correctæ cognouit, à superfluis postmodum lachrymis reuocatur vocibus resurgentis similibus. Et enim Iesus Mariam verbis alloquitur: Mulier, inquit, quid ploras, aut quem quæris? Hoc est dicere, me iam viuente pro quo mortuo lachrymas fundis? Aut me præfente quem quæris? At illa Iesum secundo appellata cognoscens diuinæ maiestatis operante potentia viuam inuenit, quem quærebat occisum Iesum Christum dominum nostrum, cui semper in patre gloria in secula seculorum, Amen.

Eodem die de sepulchro domini. Sermo II.

Sermo CXXXIII.  
Ioan. 19.



Ideamus fratres de domini corpore posteaquam de cruce deponitur quid geratur. Accipit illud Ioseph ab Arimathia, vir iustus, sicut ait Euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nōdum quisquam positus fuerat. Beatum ergo corpus domini nostri Iesu Christi, quod cum nascitur ex vtero virginis gignitur, cum recedit iusti tumulo commendatur. Beatum planè corpus quod virginitas peperit, & iustitia custodit. Custodit enim illud Ioseph tumulo incorruptum, sicut seruauit illud Mariæ vterus illibatam. Sicut enim pollutione ibi nō tangitur, sic mortis corruptione non leditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbiq; virginitas. Nouus illud venter concepit, nouus tumulus conclusit. Dominica ergo est virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturam vuluam dixerim, est enim similitudo non parua. Sicut enim dominus de matris vulua viuus exiuit, ita & de Ioseph sepultura viuus surrexit. Et sicut de vtero tunc ad prædicandum natus est, ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior est ista quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale inuenit, hæc ædificat immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos. Religiosior est planè ista quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, totius mundi dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit, hæc autem triduo tantum tumuli gremio custodit. Illa cum totum spem tardius protulit, hæc omnium salutem citius suscitauit. Fortasse quis dicat de priori dominicæ natiuitatis prædicatione, in qua prædicauimus, non minorem esse gloriam, quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, quam quod eum sancta Mariæ vterus procreauerit. Quæ comparatio ventris & tumuli, cum ex intimis visceribus illa ædiderit filium, hic autem solummodo locum præstiterit, sepultura? At ego dico, non minorem Ioseph affectum fuisse quam Mariæ. Siquidem illa vtero dominum, hic corde concepit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum sui cordis non negauit. Illa dominum pannis inuoluit cum

natus est, hic linteis cum recessit: illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, conuenit & affectus. Inde necessesse est etiam meritum conuenire, nisi quod Mariam ad obsequium angelus admonuit, Ioseph autem iustitia sola persuasit. Igitur Ioseph in suo sepulchro posuit dominum. Legimus in propheta: Sepulchrum patens est guttur eorum: Si ergo sepulchrum patens est guttur hominum, vide ne forte secundum hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in terrena posuerit sepultura, quam in monumento sui cordis collocauerit, & custodiendum illum susceperit, non tam memoria fragili mortuorum quam memoria sancta virtutum. Hæc enim virtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum, lædi eum hæreticorum corruptione non patitur. De qua memoria in sacramentis Quotienscunq; feceritis hæc, in memoria mei facietis donec veniam. Quotienscunq; enim Christum loquimur, totiens eum sanctiori memoria commendamus. Sepulchrum ergo patens, guttur hominum recte planè dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est Euangelistarum beatum guttur, per quod illud æterno literarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud nisi per Euangelicæ scripturæ secretum. In literarum enim secreto quasi quoddam nouo vasculo commedatus est dominus: Quisque igitur illum videre desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inueniet, & resurrectionis gloriam recognoscet. Patens ergo guttur sanctorum est. Vnde Apostolus ad Corinthios ait: Os nostrum patet ad vos o Corinthij: inuitans eos vt per prædicationis suæ apertam ianuam ingrediamur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur dominus à Ioseph, vt in iustitiæ sede requiescat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulturam: Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. Mors enim ista non illi accidit, sed nobis proficit: mors ista non illi illata est, sed nobis delata. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? Et quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spacio non tam in sepulchro mortuus iacuit, quam veluti in lecto conquieuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat potius somnum fuisse quam mortem. Sepulchrum autem mortis est habitaculum. Necessarium ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est, nec opus habebat semper viuens habitaculo defunctorum. Recte autem hanc vitam nos in nostro sepulchro condimus, vt viuificet mortem nostram, vt cum ipso à mortuis resurgamus. Vnde & illa Maria Magdalene, quæ dominum inter ceteros defunctos in sepulchro requirebat arguitur, & dicitur illi: Quid quæris viuentem cum mortuis? Hoc est, quid quæris in tumulo, quem adorare debes in cælo: Quid quæris apud inferos, quem redisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc non intelligens nec cognoscens, respondit illi: Domine, si tu susulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Aestimabat enim eum, sicut dicit scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo & simplex femina Christum requirit à Christo, ac deuotione mentis prophetat & nescit. At enim domino de semetipso: Si tu susulisti eum, dicito mihi. Recte interrogat, si tu susulisti

Psalm. 8. 13.  
1. Corin. 11.  
E  
F  
Lucæ. 24.  
Ioan. 20.



G stulisti eum. Ipse enim tulit corpus suum, qui illud protulit de sepulchro: ipse tulit corpus, qui illud iacens & dormiens sua aspiratione collegit: ipse tulit corpus suum, qui illud diuinitatis virtute gestans portauit ad caelos. Atque ideo mulier sapienter interrogat & requirit: Si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: hoc est, si illud auferens de sepulchro ad paradysum traxulisti. Audierat enim illum dicentem latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Aut certe si de inferno in patris dextera collocasti, sicut ait Apostolus: Quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Beatus ergo qui ita quaerit Christum dominum, ut credat eum & in paradiso constitutum, & in caelestibus collocatum. Na qui eum in inferno requirit aut in tumulo, dicitur ei: Quid quaeris uiuentem cum mortuis?

Item eodem die alius sermo de eodem, de quo supra, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, Homilia trigesima sexta.

Eodem die de eo quod scriptum est in Genesi: In principio creauit deus caelum & terram, &c. Sermo III.

H **M**ULTA sunt & magna veneranda paschae mysteria, quae diuinis libris sunt consecrata, & in antiquis Iudaeorum archiuis fuerant reueruata, quorum admirabilis ratio & mira, fides pura, religio sincera ueluti quodam uelamine tecta sua sanctitatem in abditiis occultabant, & prisci antistites aduibrata cernebant, & sacrificia cruenta muneribus offerebant. Hanc artifex non terrenis coloribus, sed caelestibus uirtutibus clypeo deuotionis auro coruscante depinxit, & animum tenaciter diligens in ipso templo humani corporis dedicauit integris & acerrimis sensibus officia distribuit, & amorem in eius corde conclusit. Et cum ille clarus rector astrorum, poli genitor, dux diei, luminis imperator, interiectus germinis, autumnus temperies, anni cursum & quadripartita temporum spacia compleuerit, diei huius solennitatem nos docuit celebrare. Quanta nobis bona dominicae passionis admirabiles triumphu cotulerint, mortali & humana uoce nec praedicare nec memoriter ualeo numerare. Ex illo itaque beneficiorum aceruo, quae caelestis munificentia humano generi largita est, unum granum fidei quod in se continet multiplicem uitae rationem in gremio sapientiae collocabo, ut in ipso prudentiae sulco coalescat diuini sermonis imbre fatum, magnaue & admiranda ex modica praebeat stirpe, & orationis opacitate exuberantia praestet. In principio, inquit, fecit deus caelum & terram. Excluit omnium infelicium errores, unum imperatorem deum patrem ostendit, unum conditorem uniuersitatis filium indicauit. Fiat lux: Et facta est lux. Et uidit deus lucem quia bona est: non quod deus lucem ante non nosset, quam non nisi uisam laudaret, cum sit lux solus omnium ipse, sicut Euangelista testatur: Ego sum lux mundi. Et Apostolus: Qui habitat lucem inaccessibilem, quam nemo hominum uidit, nec uidere potest. Hanc lucem dixit in seculo, quia bona est secundum hominem, non secundum deum. Deus enim non tantam hanc lucem tribuit quam poterat ipse largiri, sed quantum mortalibus oculis capere potuit. Nec qui uniuersum orbem illuminat tribueret splendorem, nisi quem mortalibus capere aut sustinere utique posset. Terra erat inuisibilis & incomposita. Sed terra inuisibilis esse non poterat. Cui ergo inuisibilis erat: Si angelis, ubi tanta moles abscondi poterat: Si hominibus adhuc homo non erat,

Deus quippe fundauit terram super aquas, & medietatem aquarum super caelos imposuit, & medietate abyssi demersit, & in maria congregauit, & sic terra apparuit. Et dixit deus: Fiat firmamentum inter aquam & aquam. Et uocauit deus firmamentum caelum. Videtis quia aquam super firmamentum caeli imposuit, & per separationem aquarum arida terra apparuit, & recedentibus aquis uisibilem significauit. Quod autem inuisibilis & incomposita, necdum fuerat ordinata, necdum diuersis fructibus plena, Tenebrae, inquit, erant super abyssos, & spiritus dei ferebatur super aquas. Si enim facultas in tenebris inferas, continuo illuminantur uniuersa: quanto magis ubi deus erat, tenebrae esse non poterant: Hic spiritus quidem res est dei, non tamen ipse deus intelligitur esse. Nam etsi spiritus dicitur, non omnis spiritus deus est. Sic enim spiritus dei dictus est, quomodo & angelus dei, hoc est, res dei, non tamen ipse deus qui spiritus dei. Hic ergo spiritus qui superferebatur aquas, feminarius est animandae conditionis. Unde & aquae & terrae mox iussu dei emerferunt, quia nec aqua nec terra uiueret aut aliquid generaret, nisi hoc dei spiritus animaret. Unde & terra fruges, & aqua produxit pisces. Duos autem spiritus esse unum dei, alterum huius mundi Apostolus dicit: Nos iam non habemus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex deo est, ut ostenderet alterum esse spiritum dei qui deus est, alterum spiritum huius mundi quo animantur uniuersa. Amos propheta dicit: Qui solidat tonitruum, & condidit spiritum, eum utique qui deus dici non poterat generatus. Fecit ergo in principio caelum & terram. Caelum spiritum, terram carnem hoc est, hominem spiritalem. In principio, hoc est, in Christo. Interrogauerunt eum Iudaei: Quem te dicis? Respondit: Principium, qui & loquor uobis. Terra, inquit, inuisibilis & incomposita. Quia carnem hominis Christus assumere disponebat, incomposita dicebatur. Composita nec dum erat, quia necdum Gabrielis angeli annunciatione composita, necdum assumptione domini uisibilis facta, necdum uirtutum frugibus plena. Diuisio aquarum, Iudaeorum populorum & Christianorum, sicut Apocalypsis: Aquas quas uidisti, populi sunt & nationes. Cum aquas dicit super caelos impositas. Christianum populum nunciat. Tertia die germinat terra herbam pabuli secundum suum genus, & omne lignum faciens fructum. Cum igitur terram germinare iubet, in ecclesia catechumeni sunt quasi herbae. Cum credunt, uel in culmo se erigunt. Fideles quoque in spica maturi accrescunt, unde & sanctorum grana in horreis caelestibus reconduntur. Lignum enim fructiferum, diuersa sunt genera sanctorum. Quas arbores nec turbines cupiditatum possunt euertere, nec ardentis libidinis flammam exurere. Fiat, inquit, luminare maius in inchoatione diei, & luminare minus in inchoatione noctis. Sol Christus est. Luna ecclesia in orbe completa, solis claritate quotidie illustrata. Stellae quoque lucentes, sanctorum sunt milia, id est, Apostoli, patriarchae, martyres, uirgines, sacerdotes, cuncti iusti pariter & fideles uirtutum suarum flamma radiantes. Quinta die foetus suos pisces & aues factum est ut producerent. In comparatione piscium sanctos dicimus, qui in aqua baptismatis uiuunt. Ideo pisces benedictionem primo consequi meruerunt, quia fideles in sacramento baptismatis benedicti potuerunt, Sexta uero die fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.

Eodem die, de expositione orationis dominicae post reditum symbolum, Sermo IIII.

Reddidistis

A **R**eddidistis quod creditis, audistis quod oretis, quomodo intocare non possitis in quem non credidistis. Apostolo dicente: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ideo prius symbolum didicistis, ubi est regula fidei uestrae breuis & grandis: breuis numero uerborum, grandis potere sententiarum. Oratio autem quam hodie accepistis tenendam, & ad octo dies reddendam, sicut audistis cum Euangelium legeretur, ab ipso domino dicta est discipulis ipsius, & ab ipsis peruenit ad nos, quoniam in omni terram exiit sonus eorum. Ergo nolite inharrere terrenis, qui patrem inuenistis in caelis. Dicturi enim estis: Pater noster qui es in caelis. Ad magnum genus pertinere coepistis. Sub isto patre fratres sunt dominus & seruus, sub isto patre fratres sunt imperator & miles, sub isto patre fratres sunt diues & pauper. Omnes Christiani fideles diuersos in terra habent patres, alij nobiles alij ignobiles, unum uero patrem inuocant qui est in caelis. Si ibi est pater noster, ibi nobis praeparatur haereditas. Talis est autem iste pater, cum quo possideamus quod donat. Dat enim haereditatem, sed non moriens illam nobis derelinquit. Non enim ipse discedit, sed ille permanet ut nos accedamus. Quia ergo audiuimus a quo petamus, sciamus & quid petamus, ne forte talem patrem mala petendo offendamus. Quid ergo nos docuit dominus Iesus petere a patre, qui est in caelis? Sanctificetur nomen tuum. Quale beneficium est dum petimus a deo, ut sanctificetur nomen dei? Semper sanctus est. Quare ergo petimus ut sanctificetur, nisi ut nos per ipsum sanctificemur? Quod ergo semper sanctum est, ut in nobis sanctificetur oramus. Sanctificatur in uobis nomen dei, quando baptizamini. Ut quid hoc orabitis cum baptizati fueritis, nisi ut quod accepitis perferuerit in uobis? Sequitur alia petitio: Adueniat regnum tuum. Siue petamus, siue non petamus, uetustum est regnum dei. Quare ergo petimus, nisi ut ueniat & nobis quod uenturum est omnibus sanctis, ut & nos deus in numero sanctorum suorum habeat, quibus uenturum est regnum eius? Dicimus tertia petitione: Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Quid est hoc? Ut quomodo tibi seruiunt angeli in caelo, & nos tibi seruiamus in terra. Angeli ipsius sancti obediunt illi, non illum offendunt, faciunt iussa amando eum. Hoc ergo oramus, ut & nos praecipuum dei charitate faciamus. Iterum uerba ista & aliter intelliguntur. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. Caelum in nobis anima est, terra in nobis corpus est. Quid est ergo, fiat uoluntas tua. Sicut & nos audiuimus praecipua tua, sic nobis consentiat caro nostra, ne dum contendant caro & spiritus, praecipua dei minus implere possimus. Sequitur in oratione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Siue exhibitionem corpori necessariam petamus a patre, in pane significantes quicquid nobis est necessarium, siue quotidianum panem illum intelligamus quem accepturi estis de altari, petimus bene ut det nobis eum. Quid est enim quod oramus, nisi ne male aliquid admittamus, unde a tali pane separemur? Et uerbum dei quod quotidie praedicatur, panis est. Non enim quia non est panis ventris, ideo non est panis mentis. Cum autem ista uita transierit, nec panem illum quaerimus quem quaerit fames: nec sacramentum altaris habemus accipere, quia ibi erimus cum Christo, cuius corpus accepimus: nec uerba ista nobis dici habent quae dicimus uobis, nec codex legendus est quando ipsum uidebimus quod est uerbum dei, per quod facta sunt omnia, quo pascentur angeli, quo illum Tomus decimus.

minantur angeli, quo sapientes fiunt angeli, non quaerentes uerba locutionis anfractuosa, sed bibentes unicum uerbum, & inde impleti ructant laudes, & non deficiunt in laudibus. Beati enim, ait Psalmus, qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Ergo in hac uita petimus quod sequitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In baptismo omnia debita, id est, peccata prorsus dimittuntur nobis. Sed quia nemo hic potest uiuere sine peccato: & si non magno crimine unde separetur ab illo pane, tamen nemo potest sine peccatis esse in hac terra, & non possumus accipere nisi unum baptismum, semel in oratione accipimus, unde quotidie lauemur, ut nobis peccata nostra quotidie dimittantur: sed si faciamus quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Itaque fratres mei, moneo uos in dei gratia filios meos, & sub illo patre fratres meos moneo uos, ut quando aliquis offendit & peccat in uos, & uenit & confitetur, & petit a uobis ueniam, ut ignoscatis illi, & continuo ex corde dimittatis, ne uobis a deo ueniam uenientem prohibeatis. Si enim non dimittitis uos, nec ille dimittet uos. Ergo & hoc in ista uita petimus, quia & hic possunt dimitti, ubi possunt haberi peccata. In illa autem uita non dimittuntur, quia nec habentur. Deinde petimus, dicentes, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Et hoc in ista uita nobis necessarium est petere, ne inferamur in tentationem, quia hic sunt tentationes, & liberemur a malo, quia hic est malum. Ac per hoc omnes istae petitiones septem, tres ad uitam aeternam pertinent, quatuor ad uitam praesentem. Sanctificetur nomen tuum semper erit, Adueniat regnum tuum hoc regnum semper erit. Fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra: semper erit. Panem nostrum quotidianum da nobis, hodie non semper erit. Dimitte nobis debita nostra: non semper erit. Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo: non semper erit. Sed ubi est tentatio & ubi est malum, ibi necessarium est ut petamus. Unde deus omnipotens ita a nobis orandus est, ut quicquid humana fragilitas cauere & uitare non prauelet, hoc ille propitius nobis conferre dignetur Iesus Christus dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die alii sermones de eodem de quo supra, qui habentur in libro Quinquaginta Homiliarum quadragesimo secundo. Et de uerbis domini uigesimo octauo.

In die sancto Paschae, de eo quod scriptum est in Psalmo: Hac est dies quam fecit dominus, &c. Sermo I.

**N**ON quoque fratres charissimi, quod mente concipio, ore proferre, & cordis mei latitiam lingua non explicat. Hoc autem non solum ego patior, qui cupio narrare quae sentio, sed etiam uos mecum patimini, plus exultantes in conscientia quam in eloquio proferentes. Videtur mihi hac die ceteris diebus esse lucidior, sol mundo clarior illuxisse, astra quoque omnia uel elementa latari, & quae patiente domino proprium lumen retraxerant, & noluerunt creatorem suum aspicere crucifixum, ecce nunc uictorem illum, & ab inferis resurgentem nouo claritatis suae uenerantur obsequio. Credit caelum, credit terra, & sagena quae totum mundum piscata est, Iudaeos tenere non potuit. Hac est dies quam fecit dominus exultemus & laetemur in ea. Quomodo Maria uirgo mater domini inter omnes mulieres principatum B iiii tenet,

Luc. 23.

Colo. 3.

Sermo CXXXIII

Gen. 1.

Ioan. 3. 1. Tim. 6.

Gen. 1.

Sermo CXXXV. Roma. 10.

Psal. 2.

De uerbis domini ser. 2. 3. In lib. 50. homi. Homi. 42.

Math. 6.

1. Corin. 4.

Ioan. 1.

Apoca. 17.

M Gen. 1.

Ioan. 1.

Psal. 82.

Math. 6.

E

Math. 6.

F

Psal. 117.

Sermo CXXXVI.

Psal. 117.

**G** tenet, ita & inter ceteros dies hac omnium dierum mater est. Rem nouam dico, sed quae scripturarum uocibus comprobatur. Hec dies una de septem, & extra septem est. Hec dies quae appellatur octaua. Vnde & in quibusdam Psalmorum titulis superferibitur pro octaua. Hac est in qua synagoga finitur, & ecclesia nascitur. Hac est in cuius numero octo animae seruatae sunt in arca Noe. Et quid mihi necesse est infinita replicare: dies me deficiet, si uoluerim omne diei istius exponere sacramentum, hoc tantum dico, quod uniuersa sabbati gratia & antiqua illa festiuitas populi Iudaeorum diei istius solemnitate mutata est. Illi in sabbato non faciebant opus seruale, nos in die dominica, hoc est, in die resurrectionis opus seruale non facimus, quia peccatis & uitiis non seruiamus. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Illi de domibus suis non egrediebantur, & nos de domo Christi non egredimur. Sumus enim in ecclesia. Illi non accendebant ignem in die sabbati, nos e contrario accendamus in nobis ignem spiritus sancti, & omne uicium excoquamus peccatorum. De quo igne dominus ait: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Desiderat dominus istum ignem ardere in nobis, secundum Apostolum. Spiritus sancti feruere, ut non refrigescat charitas dei. Illi per diem sabbati non ambulant in itinere, perdidit enim eum qui dixit: Ego sum uia. Nos autem dicimus: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Et iterum: Viam ueritatis elegi, & uiam iustificationum tuarum doce me. Illi de spinis dominum coronauerunt, nos autem si fuerimus lapides preciosi, nostrum dominum coronabimus. Caput imperatorum seculi istius ornant diademata, nos ideo in capite nostri regis imponimur, ut ornemur a capite. Illi non receperunt Christum, & suscepturi sunt antichristum: nos recepimus humilem filium dei, ut habeamus postea triumphantem. Et ad extremum, noster hircus ante dominum immolatur in altari, illorum hircus antichristus consputus & maledictus proicitur in solitudinem. Noster latro cum domino ingressus est paradisum, illorum latro, homicida atque blasphemus moritur in suo peccato. Illis Barrabas latro dimittitur, nobis Christus occiditur. Pro quibus uniuersis fratres charissimi consona pariter uoce cantemus: Hac est dies quam fecit dominus, exultemus & letemur in ea. Igneam illam romphaeam & paradisi ianuam quam nullus potuit effringere, hodie Christus cum latrone referauit. Hodie dixit Christus ad angelos: Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor domino. Quae cum semel aperta est, nunquam credentibus clauditur. Ex eo tempore quo passus est dominus usque ad praesentem diem, haec porta clausa est & reuerata: clausa est peccatoribus & incredulis, reuerata est iustis & credentibus. Per hanc ingressus est Petrus, per hanc ingressus est & Paulus, per hanc omnes sancti martyres intrauerunt, per hanc quotidie de toto mundo iustorum animae ingrediuntur. Duae enim sunt portae, porta paradisi, & porta Ecclesiae. Per portam Ecclesiae intramus in portam paradisi. Ita ergo debemus uiuere, ne eiciamur de domo illa, & eieci foras a bestiis deuoremur, quas in alio loco propheta formidans commemorans ait: Ne tradas bestiis animam confidentem tibi. Ecce nunc dominus stans in paradisi ianuam loquitur ad nos, qui sumus in domo ipsius congregati, & dicit: Hac est porta domini, iusti intrabunt per eam.

In eodem festo, de descensu Christi ad inferos,  
Sermo II.

**R**ationem vel resurrectionem domini & saluatoris nostri fratres dilectissimi, licet omnia ueteris testamenti uolumina multo antea praedixerint, tamen etiam per os Dauid prophetae spiritus sanctus euidenter ostendit, dicens: Deus uictorum dominus, deus uictorum libere egit. Solus etenim ipse libere egit, qui nobis hodie ostendit quid egerit. Libere enim egit, de quo multo antea fuerat prophatum, quia factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Uultis tamen audire quid egerit? Audite quid fecerit. Nulla necessitate, sed propria uoluntate in ligno se suspendi permisit, clauis corpus suum perforari non renuit, animam ponendo mortem sustinuit, carnem in sepulchro posuit, & comitante secum anima ad inferna descendit. Per hanc electi, qui quauis in tranquillitatis sinu, tamen apud inferni claustrum tenebantur, ad paradisi amoenam redacti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utique electa. Neque enim infideles quosque & pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad ueniam dominus resurgendo reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actibus recognouit. Vnde recte etiam per Osee dicitur: Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Id nanque quod occidimus, agimus ut penitus non sit. Ex eo autem quod mordemus, parte abstrahimus, partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia uero ex inferno partem abstulit & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua o mors. Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus inferne, quia sublatiis meis te in parte transigo. Tunc etenim dominus noster Iesus Christus illum tenebrarum & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni uectes ferreas confregit, omnes iustos qui originali peccato astricti tenebantur absoluit, captiuos in libertatem pristinam reuocauit, peccatorum tenebris obcaecatos splendida luce perfudit. Ecce audistis, quod defensor noster uictor dominus libere egerit describitur. Postquam enim exaltatus, id est, a Iudaeis in cruce suspensus est, ut haec breuiter cuncta perstringam, mox ut spiritu reddidit, uita sua diuinitati animam ad inferorum profunda descendit. Cumque tenebrarum terminum quasi quidam depradator splendidus ac terribilis attigisset, aspicientes eum impiae ac tartaricae legiones, territae ac trementes inquirere coeperunt, dicentes: Quis nam est iste terribilis, & niueo splendore coruscus? Nunquam noster talem excepit tartarus, nunquam in nostram cauernam talem euomuit mundus. Inuafor iste non debitor, exactor est non peccator. Iudicium uidemus, non supplicem: uenit iubere, non succumbere: eripere, non manere. Vbi iam ianitores nostri dormierunt, cum iste bellator claustra vexabat? Hic si reus esset, tam potens non esset. Si eum aliqua peccata susceperant, nunquam nostra tartara suo dissiparet fulgore. Si deus, ut quid uenit? Si homo, quid praesumpsit? Si deus, quid in sepulchro facit? Si homo, quare peccatores soluit? Nunquid cum aetere nostro foedus composuit, aut forte congressus & ipsum uicit, & sic ad nostra regna ascendit? Certe mortuus erat, certe illusus erat. Praelior noster nesciuit, quam hic stragem procuraret inferno cruce illa, fallens gaudia nostra, parturiens dana nostra.

K  
Sermo  
CXXXVII.

Psal. 99.

Psal. 37.

Marc. 7.

Ioan. 11.

L

Osee. 4.

Psal. 99.

M

**A** Per lignum ditati sumus, per lignum euertimur. Perit potestas illa semper populis formidata. Nullus hic uiuus intrauit, nemò carnifices terruit, nunquam huic caecolento loco & nigra semper caligine caecato iucundum lumen apparuit. Aut forte sol de mundo migravit? Sed nec caelum nubes atraque; apparent, & tamen infernus lucet. Defendere contra ipsam custodiam carceris nostri non ualemus. Male intrauimus, lumen obtenebrare nequiuimus, insuper & de nostro interitu formidamus. Vnde est iste tam splendidus, tam fortis, tam praclarus, tamque terribilis? Mundus ille qui nobis subditus fuit, semper nostris uisibus mortis tributa persoluit, nunquam nobis talem misit, nunquam talia inferis munera destinauit. Quis ergo iste est, qui sic intrepidus nostros fines ingreditur, & non solum nostra supplicia non ueretur, insuper & alios de uinculis nostris absoluit? An forte ipse est ille, de quo princeps noster paulo antea dicebat, quod per eius mortem, totius mundi acciperet potestatem? Sed si iste est, in contrarium est nostri praelioris uersa sententia, & dum sibi uincere uisus est, ipse potius uictus atque prostratus est. O princeps noster, hic ne est ille de cuius tibi semper futura morte plaudebas? Ipse ne est in cuius cruce omnem mundum tibi subiugandum esse credebas? Ipse ne est in cuius exitu nobis tanta spolia promittebas? Quid est quod egisti? Quid est quod facere uoluisti? Ecce iam totas tibi tenebras suo splendore fugauit, & omnes tuos carceres fregit, captiuos eiecit, ligatos soluit, luctus eorum in gaudium commutauit. Ecce ipsi qui sub nostris solebant suspirare tormentis, insultant nobis de perceptione salutis, & non solum iam nihil uerentur, insuper & mirantur. Nunquam hic ita superbi erant mortui, nec aliquando sic potuerunt lati esse captiui. Ut quid huc istum adducere uoluisti, qui ueniente omnes sunt latitiae restituti, qui antea fuerant desperati? Nullus hic iam solitus eorum mugitus auditur, nullus resonat gemitus. Factum est autem captiuus redemptionis commercium. O princeps noster, illas tuas diuitias quas primum acquiseras per paradisi amissionem, nunc perdidisti per crucem: perit omnis latitiae tua, in luctum conuersa sunt gaudia tua. Dum tu Christum suspendis in ligno, ignoras quanta damna sustineas in inferno. Prauidere non poteris, quia euerforem regni tui in mortem sine reatu aliquo perducebas? Attenderes causam, requireres culpam. In quo nihil mali cognoueris, quare eum ad nostram patriam perducebas? Liberum huc adduxisti, & tot obnoxios perdidisti. Post istas crudelium ministrorum infernalium uoces, sine aliqua mora ad imperium domini & saluatoris nostri omnes ferrei contracti sunt uectes: & ecce subito innumerabiles sanctorum populi, qui tenebantur in morte captiui, saluatoris sui genibus aduoluti, lachrymabili eum uoce cum obsecratione deposcunt, dicentes: Aduenisti redemptor mundi, aduenisti quem desiderantes quotidie sperabamus. Aduenisti quem nobis futurum lex nunciauerat & prophetae. Aduenisti donans in carne uiuus indulgentiam peccatoribus mundi, solue defunctos inferni. Venisti post longas lachrymas, eripe solus qui passus es pro nobis. Caeli conditor, ad inferos intrare dignatus es. Te enim nostra uocabat suspiria, te larga requirebat lameta. Nostre spes desperatis, uide consolatio in tormentis? In aduentu tuo catena nostra cecidit, nox effugit. Vita ueniente mors moritur, nec tortor instat, nec percussor. Damna uota capiunt, creator imperat non inuafor. In tyranno catena innectitur, & tortor noster poena torquetur. Solue redemptor mundi defunctos captiuos in-

B

C

ferni. Descendisti pro nobis ad inferos, non nobis deesse cum fueris reuersurus ad superos. Possidisti titulum gloriae in seculo, pone signum uictoriae in inferno. Nec mora postquam audita est postulatio atque allegatio innumera merabilium captiuorum statim a domini iussu omnes antiqui iusti iura potestatis accipiunt, atque in suos tortores ipsi protinus tormenta conuertunt, humili supplicatione cum ineffabili gaudio clamantes domino, atque dicentes: Ascende domine Iesu spoliato inferno, & auctore mortis suis uinculis irretito, redde iam latitiam mundo. Iucundetur in ascensu tuo fideles tui, aspicientes cicatrices corporis tui. Fecit hoc Christus sicut iam superius dictum est: Facta praeda in inferno, uiuus exiit de sepulchro. Ipse salua potentia suscitauit, & iterum se immaculata carne uestiuit. Discipulis suis apparuit, ut dubitationem auferret incredulis. Clauorum uulnera demonstrauit, ut nullam suspicionem relinqueret Manichaeis. Manifeste maducauit & bibit, postea uero in conspectu multorum apparuit. Per nubem caelos ascendit, in sede suam carnem ad patris dexteram, unde nunquam uerbum dei discesserat, collocauit. Exultent ergo populi Christiani, pro quibus sanguis effusus est Christi. Iucundemur in domino, qui resurrectionem carnis solemniter celebramus in Christo. Omnis per totum mundum catholica gratuletur Ecclesia, quia Christus dominus & de sua diuinitate nihil minuit, & hominem quem creauerat liberauit. Vnde exultantes uoce humili supplicemus, ut pro quibus ista pertulit cum uenit in mundum, liberatos nos de manu inferi attollere secum dignetur in caelum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, de resurrectione, Ser. III.

**A**udete fratres charissimi, quia redemptionis nostrae precium persolutum est. Non modica quantitate constamus, pro quibus ipse factus est precium qui redemit. Christus enim dominus & saluator ideo natus est ut doceret, ideo mortuus est ut sanaret. Crux fuit mortifera Christo, sed saluifera Christiano. Surrexit saluator charissimus, cunctis diuinitatis suae manifestus iudicium. Nam secuta sunt eum stella post uerum, gloria post sepulchrum. Regressum custodit angelus, qui nunciauerat nasciturum. Reddunt inferna uictorem, & superna suscipiunt triumphantem. Sustulit errorem natus, mortem calcauit occisus. Reuocauit ab inferis quem creauit, in illius cruce precium nostrum pendit & regnum. Redit in lucem creatura cum domino. Lumen enim ex lumine suscipere meruisti, quod cum Christus oculos clauderet perdidisti. Proiciant superi tenebras, quas saluator inferis denegauit. Congaudeant hic elementa quae planxerant, quia Christus de sua maiestate nihil perdidit, & hominem quem fecerat liberauit. Iudaei tamen perfidi, monumenti lapidem signauerunt, ut non haberet Christus egressum: sed sicut eum mundus non capit, nec sepultura custodit. Tenetur ibi, sed ubique regnat. Difficile surget, si non antequam resurgeret regnaret. Nam quomodo de sepulchro exire non posset, qui ex incorruptis matris uisceribus salua uirginitate processit? Fefellit custodes, exiit de sepulchro, apparuit discipulis ianuis non apertis. Inde clausus exiit, huc exclusus intrauit. Immensa maiestatis arcanum, fecit etiam in morte ministerium. Crucifixus? Redit ab inferis & triumphat. Infer manum tuam Thoma lateri saluatoris, tange uulnera quae nostra peccata fecerunt, scrutare uide sanguis effluxit, ut nobis sanitatis poculum propinaret. Intuere Thoma precium nostrum, signa clauorum diligenter attende, & in ipsis uulneribus medicamentum

Ioan. 2.6.

Act. 11.

E

Sermo  
CXXXVIII.

F

Math. 27.

Luc. 2.

Ioan. 2.6.

G mentum vel thesaurum humani generis recognosce. Nisi hoc ligno figeretur, ligni illius prauaricatio mini me tolleretur. Sed ideo se ille percepti voluit, ne nos diu- tius peccata percuterent. Innocentem tradidit, vt reum abfolueret. Quis tantam digne possit eloqui pietatem? Innocens affligitur, vt noxius liberaretur. Vt redimatur seruus, occiditur filius. Vt iur pij & fortissimi regis of- ficio, dum cicatrices quas pro salute populi sui excepit, ostendit. Aspice pharisæi vacuum monumentum, & impietatis vestra cognoscite sacrilegium. Clauos quos fixeratis agnoscimus, & quem occidistis adoramus. Vi- dete quem compunxistis. Poterat fixuras clauorum do- minus resurrectione sua componere, sed ideo referauit vt qui hoc sacrilegium commiserant, videant & cofun- dantur. O crudelissimi pharisæi, impios vos videtis & perfidos. Vni mors data est, vt omnibus tolleretur. Sed Christus dominus quando mortem suscepit, ita corrup- tionem nõ sensit, quomodo quando natus est integri- tatem Mariæ virginitas non amisit. Properate discipu- li, & accepta potestate per omnes gentes excurrite. Re- nascantur in spiritu, qui nascitur in carne. Salutare la- uacrum diluat, quicquid prauaricatio fordidauit. Bapti- zentur omnes gentes in nomine patris & filij & spiri- tus sancti, vt impleatur illud quod scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest intrare in regnum dei. Nos vero charissimi, qui nullis prace- ditibus meritis de inferni carcere & de tenebris ater- næ noctis meruimus liberari, ita sobrie, caste, ac pie vi- uere studeamus, vt stolam baptismi sine aliqua luxuriæ macula integram illibatamq; seruantes, ad æterni spõsi thalamum, & ad illud cœleste ac nuptiale conuiuium cha- ritate spediãdi, bonorum margaritis operum ornati fee- liciter veniamus, ipso adiuuante qui cum patre & spiri- tu sancto viuut & gloriatur deus, per omnia secula secu- lorum, Amen.

In eodem festo, de resurrectione corporum contra Gentiles: Sermo IIII.

**D**ER hos dies sicut recolit charitas vestra fratres, solenniter leguntur Euangelicæ lectiones ad resurrectionem domini pertinentes. Omnes enim Euangelistæ quatuor, neque de passione do- mini, neque de resurrectione tacere potuerunt. Nã quia multa fecit dominus Iesus, non omnes omnia conscri- pserunt, sed alius ista, alius illa, summa cum concordia veritatis. Multa etiam commemorat Ioannes euange- lista facta esse à domino Iesu Christo, quæ à nullo alio- rum conscripta sunt. Tanta facta sunt, quanta tunc fieri debuerunt: tanta scripta sunt, quanta nũc legi debuerunt. Vt autem ostendantur Euangelistæ omnes quatuor in eo quod simul omnes dicunt, & non prætermittunt: id est, de passione vel de resurrectione Christi non inter se dixisse contraria, valde operosus est labor. Nonnulli enim putauerunt eos inter se esse contrarios, cum essent contrarij animæ suæ. Et ideo data est opera ab eis qui po- tuerunt adiuuante domino, vt ostederentur inter se nõ esse contrarij. Sed sicut dixi, si hoc vobis ostendam, & in populo velim ista tractare, multitudo audientium prius obruitur tẽgio quàm reueletur sciẽtia veritatis. Sed scio fidem vestram, id est, fidem huius totius multitudinis, & eorum qui hodie hic non sunt, & tamen fideles sunt: noui fidem eorum sic esse certam de veritate Euange- listarum, vt expositione mea non indigeant. Qui nouit quomodo ista defendat, doctior est, non fidelior. Habet fidem, habet facultatem defendendi fidem. Alius non habet facultatem & copiam & doctrinam defendendi

Math. 28. Ioan. 3.

Sermo CXXXIX.

Retra. 16.

fidem, sed habet ipsam fidem. Ille autem qui nouit de- fendere fidem, titubantibus est necessarius, non creden- tibus. In defensione enim fidei curantur vulnera dubi- tationis vel infidelitatis. Qui ergo defendit fidem, bo- nus est medicus. Sed in te non est infidelitatis morbus. Quando ille nouit curare quod non habes, nouit ille po- nere medicamentum, sed in te non est vitium. Non est sanis opus medicus, sed male habentibus. Tamen quæ possunt expeditius dici pro tempore, & commodius au- diri, subicere vobis nõ est consilij. De ipsa resurrectio- ne domini, cuius in seipso dominus præmisit exemplũ, vt sciremus quod etiam in corporibus nostris in fine seculi sperare debeamus, multi multa disputant, aliqui fideliter, aliqui infideliter. Qui fideliter disputant, scire volunt diligentius quid respõdeant infidelibus: qui au- tem infideliter disputant, argumentantur contra ani- mas suas, disputantes contra potentiam omnipotentis, dicentes: vnde fieri potest, vt mortuus resurgat? Dico e- go: Deus est qui facit, & tu dicis fieri non potest. Nõ di- co: Da mihi Christianum, da mihi Iudæum: sed, da mi- hi paganus multorum idolorum cultorem, demonũ L seruum, qui non dicat deum esse omnipotentem, nega- re Christum potest, negare omnipotentem deum non potest. Quem tu ergo credis: quasi pagano loquor. Quæ tu credis deum omnipotentem, ipsum ego dico mor- tuorum suscitatore: Si dixeris, Non potest fieri: deroga- gas omnipotenti. Si autem credis illum omnipotentẽ, me quare respõs ista dicentem? Si diceremus carnem resurrectionem vt esuriat & sitiãt, vt agrotet, vt laboret, vt corruptionibus subiciatur, merito credere non debe- res. Habet enim modo caro ista has necessitates vel calamitates. Et hoc vnde? Causa peccatũ est, in quo pecca- uimus, & omnes ad corruptionem nati sumus. Malo- rum omnium nostrorum causa peccatum est, nõ enim sine causa homines mala ista patiuntur. Iustus est deus, omnipotens est deus, nullo modo ista pateremur si nõ mereremur. Sed cum essemus in pœnis, ad aquas veni- mus de peccatis, dominus noster Iesus Christus voluit esse in pœnis nostris sine peccatis suis, sustinendo sine culpa pœnam & culpam soluit & pœnam. Culpam sol- uit peccata donando, pœnam soluit à mortuis resurgẽ- do. Hoc promisit, & nos in spe ambulare voluit: perse- ueremus, & ad rem perueniemus. Caro resurget in- corruptibilis, caro resurget sine vitio, sine deformi- tate, sine onere ac pondere: quàm nunc tibi facit tor- mentum, postea tibi erit ornamentum. Ergo si bonum est habere corpus incorruptibile, quare hoc factũ deũ volumus desperare? Philosophi seculi huius, qui magni fuerunt & docti & ceteris meliores, animam humanã immortalem esse senserunt, nec solum senserunt, sed quantis potuerunt argumentationibus defenderunt, & ipsas defensiones conscriptas posteris reliquerunt. Sunt libri, leguntur. Ideo istos philosophos dixi aliis fuisse meliores in comparatione peiorum, quia fuerunt phi- losophi qui dicerent, homini cum mortuus fuerit, nullã vitam postea remanere, Talibus ille vtique præponen- di sunt. Et in quo illi meliores erant, quãuis in multis à veritate deuiantes, tamen in quo erant isti superiores, veritati fuerant propinquantes. Hi ergo qui senserunt atque dixerunt animas humanas immortales, de malis hominum, de ærumnis erroribusq; mortalium quæse- runt causas quantum homines potuerunt, & dixerunt si- cut potuerunt præcessisse nescio quæ in alia vita pecca- ta, quorum peccatorum merito ista corpora velut car- cerem animæ mererentur. Deinde quæsitum est ab eis, quod

Math. 9.

Calamitati temporalium peccatum causa est.

M

quod

**A** quod postea cum fuerit homo mortuus quid erit. In hoc controuerunt ingenia sua, & laborauerunt quantum in- genia potuerunt reddere hominibus rationem vel sibi vel aliis: & dixerunt, animas hominum male viuentiũ immundas pessimis moribus, cum exierint de corpo- ribus, rursus continuo reuolui ad alia corpora, & pœnas hic luere quas videmus: eas vero animas quæ bene vi- xerunt, cum exierint de corporibus, ire ad superna cœ- lorum, requiescere ibi in stellis & luminibus istis con- spiciuis, vel quibuscunque cœlestibus abditisq; secretis, obliuisci omnium præteritorum malorum, & rursus de- lectari redire ad corpora, & venire iterum ad ista pati- enda. Hoc ergo interesse voluerunt inter animas pec- catorum & animas iustorum, quia peccatorum animas de proximo statim cum exierint de corporibus, dicunt reuolui ad altera corpora, iustorum autem animas diu esse in requie, non tamen semper, sed rursus delectari corporibus, & de summis cœlis post tantam iniustitiam ad ista mala facere ruinam. Hoc dixerunt valde magni philosophi mundi huius, de quibus dicit scriptura no- stra: Stultam fecit deus sapientiam huius mundi. Si sapientiam, quanto magis stultitiam? Si sapientia mundi stultitia est apud deum, stultitia mundi quàm longe est à deo? Est tamen quædam stultitia mundi huius, quæ per- uenit ad deum, de qua dicit Apostolus: Quoniam in sa- pientia dei non cognouit mundus per sapientiam deũ, placuit deo per stultitiã prædicationis saluos facere cre- dentes. Et dicit: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus stultitiam, ipsis au- tem vocatis Iudæis & Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Venit dominus Christus sapientia dei, cœlum tonat, rana taceant. Quod dixit veritas, verum est. Quod dixit in malo quidem esse genus humanum causa peccati, manifestum est. Sed qui crediderint in mediatorem, qui constitutus est medius inter deum & homines, inter deum iustum & homines iniustos, me- dius homo iustus, humanitatem habens de imo, iustitiã de summo, & ideo medius, hinc vnum & vnum inde, quia si vtrumque inde ibi esset, si vtrumque hinc nobiscũ iaceret, medius non esset. Qui ergo crediderit in me- diatorem, & fideliter ac bene vixerit, exit quidem de corpore, & erit in requie, postea vero recipiet corpus nõ ad tormentum, sed ad ornamentum, & viuẽt cum deo in æternum. Non est quod eum delectet vt redeat, quia secum habet corpus. Ergo charissimi, qui proposui vo- bis hodie quid dicant etiam philosophi mundi huius, quorum deus sapientiam tanquam veram stultitiam reprobauit, craftino adiuuante domino exponere po- terimus.

1. Cor. 1. 1. Cor. 3. 1. Cor. 11.

Item in eodem festo alius sermo de resurrectione domini ex cantatione Halleluia, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum decimo sexto. Feria secunda paschæ, de eo quod scriptum est in Euang- elio secundum Lucam, Duo ex discipulis Iesu ibant etc. Sermo I.

Luc. 24.

Scr. CXL.

Math. 28.

Luc. 24.

**H**esterno die, id est, nocte, lecta est ex Euang- elio resurrectionis saluatoris. Lecta est autem ex euã- gelio secundum Matthæum. Hodie vero sicut audistis pronũciare lectorem, recitata est nobis domi- ni resurrectio, sicut Lucas Euangelista conscribit. Quod sæpe admonedi estis, & memoriter tenere debetis. Nõ vos debet mouere quod alius Euangelista dicit, si quid alius prætermittit, quia & ille qui prætermittit quod alius dicit, dicit aliquid quod ille prætermiserit. Aliqua

verò singuli dicunt, alij tres non dicunt: aliqua duo di- cunt, alij non dicunt aliqua tres dicunt, & vnus non di- cit. Authoritas autem tanta est euangelij sancti, vt quia in eis loquebatur spiritus vnus, verum sit etiam quod di- xerit vnus. Hoc ergo quod modo audistis, quia domi- nus Iesus, posteaquam resurrexit à mortuis, inuenit du- os in via ex discipulis suis colloquentes inuicem de his quæ contigerant, & dixit illis, Qui sunt sermones isti quos loquimini vobiscum, & cetera: solus dicit Lu- cas Euangelista, Breuiter hoc attigit Marcus, quia ap- paruit duobus in via: sed quid illi dixerint domino, vt quid eis dixerit dominus, prætermisit. Quid ergo ista le- ctio contulit nobis? Magnum aliquid si intelligamus. Apparuit Iesus, videbatur oculis, & non agnoscebatur. Magister ambulabat cum illis in via, & nondũ illi am- bulabant in via: inuenit enim eos exorbitasse de via. Quando enim cum illis fuerat ante passionem, omnia prædixerat passurum se fuisse, moriturum, tertia die re- surrecturum. Omnia prædixerat, sed sermo illius illorũ obliuio fuit, sicut perturbati sunt quando eum viderunt in ligno pendentem. Nos, inquit, sperabamus quia ip- se erat redempturus Israël. O discipuli sperabatis, ergo iam nõ speratis? Ecce Christus viuut, spes mortua est in vobis. Prorsus viuut Christus. Mortua discipulorũ corda inuenit, quorum oculis, apparuit & non apparuit, & vi- debatur & abscondebatur. Nam si non videbatur, quo- modo illum interrogantem audiebant, interrogati res- pondebant? In via cum illis tanquam comes ambula- bat, & ipse dux erat. Vtique videbant, sed non agnosce- bant. Tenebantur oculi eorum, sicut audiuius, ne eum agnoscerent. Eia, fratres, vbi voluit dominus agnosci? In fractione panis. Securi sumus, panem frangimus, & do- minũ agnosceimus. Noluit agnosci nisi ibi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen mandu- caturi eius carnem. Quisquis ergo fidelis es, quisquis nõ inaniter Christianus vocaris, quisquis Ecclesiam nõ si- ne causa ingrederis, quisquis verbum dei cum timore & spe audis, consolatur te fractio panis, absentia domi- ni non est absens. Habeto fidem, & tecum est quem nõ vides. Illi quando cum eis dominus loquebatur, nec fi- dem habebant, quia eum resurrexisse non credebant, nec resurgere posse sperabant. Perdiderant fidem, perde- rant spem, ambulabant mortui cum viuente, ambulabant cum ipsa vita. Cum illis ambulabat vita, sed in eorum cordibus nondum erat vita. Tu vero si vis habere vitã, fac quod fecerunt vt agnoscas dominum, hospitio sus- ceperunt. Similis enim erat dominus tanquam in lõ- ginqua pergenti, illi vero tenuerunt eum. Posteaquam uenerunt ad locum quod tendebat, dixerunt, iam hic no- biscum mane, declinauit in vesperam dies. Tene hos- pitem, si vis agnoscere saluatorem. Quod tulerat infi- delitas, reddidit hospitalitas. Dominus ergo presenta- uit seipsum in fractione panis. Discite vbi dominum queratis, discite vbi habeatis, discite vbi agnoscatis quã- do manducatis. Norunt enim fideles aliquid quod me- lius intelligunt in ista lectione quàm illi non nouerunt. Dominus his cognitus est, & postea quàm cognitus est, nusquam comparuit ab eis. Affuit corpore, dum teneba- tur fide. Ideo enim dominus noster absentauit se corpo- re ab omni Ecclesia, & ascendit in cœlum vt fides ædi- ficetur. Si enim non nosti nisi quod vides, vbi est fides? Si autem credis & quod non vides, cum videris gaude- bis. Aedificatur fides, quia redditur species, veniet quod videmus. Veniet fratres veniet, vide quomodo te inue- niat. Nam veniet quod dicunt homines, vbi est, quando est, quo-

Marci. 16.

Math. 28.

E Luc. 24.

Luc. 24.

est, quo-



Est, quomodo est, quando erit, quando venturum est. Certus esto, veniet, non solum veniet, sed & si nolis veniet. Vae qui non crediderunt, & magnum gaudium eis qui crediderunt. Gaudebunt fideles, confundentur infideles. Fideles dicuntur, Gratias tibi domine, vera autem diuinitas, vera credidimus, vera sperauimus, vera cernimus. Infideles autem dicuntur, Vbi est quod non credebamus, vbi est quod illa quae legebantur in medacia per tabanus ista fiet, ut confusio reddatur supplicium. Ibi enim illi in combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam.

Eodem die, de resurrectione. Sermo II.

**R**esurrectio domini nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnibus libris sancti Euangelij. In hac lectioe animaduertimus, quomodo discipulos suos prima membra sua, haerentes lateri suo obiurgauit dominus Iesus: quia quem dolebant occisum fuisse, non credebant viuunt esse patres fidei, nondum fideles magistri: ut crederet totus orbis terrarum quod praedicaturi fuerant, & propter quod fuerant morituri, nondum credebant. Quem viderant mortuos suscitasse non credebant resurrexisse. Merito ergo obiurgabantur, ostendebantur sibi ut innotescerent sibi qui essent per seipso, quid futuri essent per illum. Sic etiam Petrus demonstratus est sibi, quando de imminente passione praesumpsit, & veniente ipsa passione titubauit. Vidit se in se, doluit se in se, fleuit se in se, conuersus est ad eum qui fecerat se. Ecce isti nondum credebant: Quales illius dignatio qui nobis dedit credere quod nondum videmus, non credimus verbis eorum, illi non credebant oculis. Resurrectio autem domini nostri Iesu Christi noua vita, & vita est credentium in Iesum, & hoc sacramentum est passionis & resurrectionis eius, quod valde nosse & agere debetis. Non enim sine causa vita venit ad mortem. Non sine causa fons vitae unde bibitur, bibit hunc calicem qui ei non debebatur. Non enim Christo debebatur mori, Unde venerit mors, originem ipsius quaeramus. Pater mortis peccatum est. Si enim nunquam peccaretur, nemo moreretur. Legem dei, hoc est, praecceptum dei cum conditione homo primus accepit: ut si seruaret, viueret: si corruperet, moreretur. sese credendo moriturum fuisse, quod dixerat qui legem dederat, inde mors, inde labor, inde miseria, inde etiam post mortem primam mors secunda est, post mortem temporalem, mors sempiterna. Huic ergo traditioni mortis obnoxius, his legibus inferni obstrictus nascitur omnis homo, sed propter illum hominem deus homo factus est ne periret homo. Non enim legibus obstrictus venit: ideo dicitur in Psalmo, Inter mortuos liber. Quae sine concupiscentia virgo concepit, quem virgo peperit, & virgo permansit, qui vixit sine culpa, qui est mortuus propter culpam non suam. Nam mortuus est propter nostram. Poena culpa mortis dominus noster Iesus Christus mori venit, peccare non venit, communicando nobiscum sine culpa poenam, & culpam soluit & poenam. Poena quam soluit quae nobis debebatur post istam vitam. Ergo crucifixus est, ut in cruce ostenderet veteris hominis nostri occisum. Et resurrexit ut in vita sua ostenderet nostram vitam nouitatem. Sic enim docuit doctrina apostolica, Traditus, inquit, est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Huius rei signum circumcisio data erat patribus, ut octaua die circumcideretur omnis masculus. Circumcisio fiebat ex cunctis petrinis, quia petra erat Christus. In ista circumcisioe significabatur expoliatio carnalis vitae octaua die per

Math. 25.

Ser. CXXII.

Luc. 24.

H

Math. 26.

Peccatum mortis patet.

I

Psal. 97.

Roma. 4.

Gen. 17. Iosue. 5. 1. Cor. 10.

Christi resurrectionem, Septimum enim dies hebdomadis sabbato completur. Sabbato dominus iacuit in sepulchro: octauo autem die resurgendo nos innotauit. Nos ergo octauo die resurgendo circumcidit, nos in ipso spiritum viuimus. Audiamus Apostolum dicentem, Si conresurrexistis cum Christo. Quomodo resurgimus qui nondum mortui sumus? Quid est ergo quod voluit dicere Apostolus, Si conresurrexistis cum Christo? Nunquid ille resurrexit, nisi prius mortuus fuisset? Viuentibus loquebatur, nondum morientibus iam resurgentibus. Quid sibi vult? Videte quid dicat. Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite vbi Christus est in dextera dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae supra terram. Mortui enim estis. Ipse dicit, Non ego, sed tamen verum dicit: & ideo dico & ego, Credidi propter quod locutus sum. Si bene viuimus, mortui fuimus & resurreximus. Qui autem nondum mortuus est, nec resurrexit, male adhuc viuunt. Et si male viuunt, non viuunt: moriatur ne moriatur. Quid est, moriatur ne moriatur? Mutetur ne daretur. Si resurrexistis cum Christo, verba repeto Apostoli, quae sursum sunt quaerite, vbi Christus est in dextera dei sedens: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria: haec sunt verba Apostoli. Et qui nondum mortuus est, dico ut moriatur: & qui adhuc male viuunt, dico ut mutetur. Si enim male viuere, & iam male non viuunt, resurrexit. Sed quid est bene viuere? Quae sursum sunt sapere, non quae super terram. Quamdiu terra es, in terram ibis: quamdiu lingis terram? Amando terram, lingis utique terram, & efficietis eius inimicus: de quo dicit Psalmus, Et inimici eius terram lingent. Quid erratis filij hominum? Quid estis filij dei? Filij hominum visque quo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & quaeritis medacium? Quod mendacium quaeritis? Mundum. Beati esse vultis, scio. Da mihi hominem latronem, sceleratum, fornicatorem, maleficum, sacrilegum omnibus vitis inquinatum, omnibus flagitiis seu facinoribus obrutum qui non velit beatam vitam viuere. Scio omnes vultis beatam viuere, sed unde homo beatam viuat, hoc non vultis quaerere. Quaeris aurum, quia putas te de auro beatum futurum, sed aurum te non facit beatum. Quare quaeris mendacium? Quare vis esse in isto seculo sublimatus? Quia honore hominum & pompa seculi putas te beatum futurum, sed pompa seculi non te facit beatum, Quare quaeris mendacium? Et quicquid hic aliud quaeris cum seculariter quaeris, cum amando terram quaeris, propterea quaeris ut sis beatus. Sed nulla res terrena te facit beatum. Quare non cessas quaerendo mendacium? Unde ergo eris beatus? Filij hominum visque quo graui corde? Non vultis esse graui corde, qui terrene mendacio oneratis cor vestrum? Quousque fuerunt graui corde homines? Antequam veniret Christus, antequam resurgeret Christus, fuerunt homines graui corde. Quousque graui corde: ut quid diligitis vanitatem & quaeritis mendacium? Volentes beati esse, eas res quaeritis unde miseri sitis. Fallit vos quod quaeritis, mendacium est quod quaeritis. Beatus vis esse? Ostendo tibi si vis, unde habes beatus esse. Sequitur ibi, Visque quo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & quaeritis mendacium? Scitote, Quid? Quoniam dominus magnificauit sanctum suum. Venit Christus ad miseras nostras, esuriuit, sitiuit, fatigatus est, dormiuit, mira fecit, mala passus est, flagellatus est, spinis coronatus est, sputis illitus, alapis li-

Col. 3.

Psal. 115.

Colos. 1.

Viueret bene quid Gene. 3.

Psal. 71.

Psal. 4.

Mendacium quaerite.

M

Psal. 4.

Psal. 4.

Asus ligno fixus est, lancea vulneratus est, in sepulchro positus, sed tertia die resurrexit. Finito labore, mortua morte. Ecce ibi oculum habete in eius resurrectione, quia ita magnificauit sanctum suum ut resuscitaret eum a mortuis, & daret ei honorem in caelo sedenti ad dexteram suam. Ostendit tibi quid debeas sapere si vis beatus esse. Hic enim beatus esse non potes, quia nemo hic beatus esse potest. Bonam rem quaeris, sed terra ista non est regio eius quam quaeris. Quid quaeris? Beatam vitam. Sed non est hic. Aurum si quaereres in illo loco vbi non est, ille qui nouit, quia non est ibi, nonne diceret tibi, quid fodis, quid terram sollicitas? Fossam facis quae descendas, non vbi aliquid inuenias, quid es responsurus admonenti te? Aurum quaero. Et ille. Non tibi dico, nihil est quod quaeris, sed non est ibi quod quaeris. Sic & tu quando dicis, Beatus esse volo, bonam rem quaeris, sed non est hic. Si habuit illud hic Christus, habebas & tu in regione mortis tuae. Quid ille inuenit hic attende, veniens de alia regione, & quid inuenit, nisi quod hic abundat? Manducauit tecum, quod abundat in cella miseriae tuae. Acetum hic bibit, fel hic habuit. Ecce quid in cella tua inuenit. Sed ad magnam mensam suam te inuitauit, mensam caeli, mensam angelorum, vbi ipse panis est. Descendens ergo & ista mala inueniens in cella tua, & non indignatus est talem mensam tuam, & promissit suam. Et quid nobis dicit, Credite credite vos venturos ad bonam mensam meam, quando non sum indignatus mala mensam vestram. Malum tuum tulit, & bonum suum dabit. Vitam suam promissit nobis. Sed incredibilis est quod fecit: Mortem suam praerogauit nobis, tanquam diceret, Ad vitam meam vos inuito, vbi nemo mori, vbi nemo deficit. Ecce ad quod vos inuito, ad regionem angelorum, ad amicitiam patris & sancti spiritus, ad caenam sempiternam, ad fraternitatem meam postremo ad me ipsum. Ad vitam meam vos inuito. Non vultis credere, quia dabo vobis vitam meam? Tenete pignus, mortem meam. Modo ergo cum in ista morte corruptibili viuimus, morum mutatione cum Christo moriamur, a morte iustitiae cum Christo viuamus, beatam vitam non accepturi nisi cum ad illam venerimus qui venit ad nos, & cum illo esse coeperim quod mortuus est pro nobis.

Eodem die. Sermo III.

**S**aluti humanae fratres charissimi, & mundi rediuita libertas non modica taxatione requiritur, sed Christi sanguine temperatur. Sed quantum venerabilis diei huius officium credentibus contulit gaudium, tantum incredulis interitum portauit & luctum. Confert iustitiam Christianis ex fide, ingerit poenam Iudeis desperantibus ex cruce. Illis iniuria filij dei aeternam contulit mortem, nobis ad perpetuam proficit salutem. Quis rogo diuinae pietatis excessus est, vel quanta amoris amplitudo monstratur? Ad hoc deus propter hominem perditum de caelo voluit descendere non ut mortem in mundo accipere videretur, sed ut suspenderetur in cruce. Et dum voluit deceptum laqueis mortis eximere, ipsam subire non indignatus est mortem. Et qualem mortem? Quae detestabilior omni morte extitisset. Hoc Apostolus asseruerat dicens, Humiliauit, inquit, se usque ad mortem, mortem autem crucis. Unde post mortem veteris resurrectionis parabatur. Dicamus fratres. Haec est dies quam fecit dominus, gaudeamus & epulemur in ea: hoc est pascha quod colimus, in hoc peregrinamur, hoc praeritum reddit, hoc voluitur in futurum.

Ser. CXXIII.

Philip. 2.

Psal. 117.

Eodem die sermo, de Resurrectione corporum contra infideles. Sermo IIII.

**P**ropria fides est Christianorum, resurrectio mortuorum. Hanc in seipso, id est, resurrectionem mortuorum caput nostrum Christus ostendit. Et exemplum fidei nobis praestitit, ut hoc sperent membra in se quod praecessit in capite. Hesterno die vobis insinuauimus, sapientes gentium quos philosophos dicunt, ipsos qui in eis excellentissimi fuerunt; scrutatos fuisse naturam, & de operibus artificum cognouisse: Prophetam non audierunt, legem dei non acceperunt, sed eis deus quodammodo silens ipsis mundi operibus loquebatur, & eos ad quaerendum artificem rerum, mundi species inuitabat. Nec potuerunt in animum inducere, caelum & terram sine auctore constare. De his beatus Paulus apostolus ita loquitur, Reuelatur, inquit, ira dei de caelo super omnem impietatem. Quid est super omnem? Non solum super Iudaeos qui dei legem acceperunt, & legis datorem offenderunt, verum etiam super impietatem gentium reuelatur ira dei de caelo. Et ne quisquam diceret, quare cum ipsi legem non acceperint? secutus adiuit, Et iniustitiam eorum qui veritatem dei in iniquitate detinent. Iam tu responde, Quam veritatem? Non enim acceperunt legem, non enim audierunt Prophetam. Audi quam veritatem. Quoniam quod notum est, inquit, dei, manifestum est in illis. Unde manifestum? Adhuc audi, Deo enim illis manifestauit. Si adhuc quaeris, quomodo manifestauit quibus legem non dedit? Audi quomodo, Inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Inuisibilia enim eius, hoc est, inuisibilia dei a constitutione mundi, id est, ex quo constituit mundum, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, illa per haec intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque, verba Apostoli dico, ipsa attexo. Sempiterna quoque virtus eius & diuinitas subaudi, intellecta conspiciuntur, ut sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Non dicit, nescientes deum, sed cognoscentes. Unde cognoscentes? Ex his quae fecit. Interroga pulchritudinem terrae, interroga pulchritudinem maris, interroga pulchritudinem dilatati & diffusi aeris, interroga pulchritudinem coeli, interroga ordinem siderum, interroga solem fulgore suo diem clarificantem, interroga lunam fulgore suo sequentis noctis tenebras temperantem, interroga animalia quae mouentur in aquis, in terris, quae volant in aere, latentes animas, perspicua corpora, visibilia regeda, inuisibiles regetes: interroga ista. Respondent tibi omnia, Ecce vide pulchra sumus, pulchritudo eorum, confessio eorum est. Ista pulchra mutabilia quis fecit, nisi incommutabilis pulcher in seipso? Denique homines ut possent intelligere & cognoscere deum vniuersi mundi creatorem, in ipso homine interrogauerunt haec duo, corpus & animam, hoc interrogabant quod & ipsi gestabant, videbant corpus, animam non videbant. Sed corpus nisi de anima non videbant. Videbant enim per oculum, sed intus erat qui per fenestras aspiciebat. Denique discedente habitatore, iacet domus. Discedente qui regebat, cadit quod regebatur. Et quoniam cadit, cadauer vocatur. Nonne ibi oculi integri? Et si pateant, nihil videt. Aures assunt, sed migravit auditor. Lingua organum manet, sed abscessit musicus qui mouebat. Interrogauerunt ergo ista duo, corpus quod videtur, & animam quae non videtur, & inuenerunt melius esse illud quod non videtur, quam illud quod

D

Sermo CXXIII.

Roma. 1.

E

Roma. 1.

F

**G** quod videtur: maiorem esse animam latetem, deterio-  
rem carnem apparentem. Viderunt ista, intuiti sunt, di-  
scusserunt vtrunque, & inuenerunt vtrunque mutabile  
in ipso homine. Mutabile corpus per etates, per corru-  
ptiones, per alimenta, per refectioes, per defectiones,  
per vitam, per mortem. Transferunt ad animam quam  
vtrique comprehenderat meliorem & inuisibilem, mi-  
rabantur, & inuenerunt & ipsam mutabilem, modo vel-  
le, modo nolle, modo scire, modo nescire, modo me-  
minisse, modo obliuisci, modo timere, modo audere,  
modo ire in sapientiam, modo in stultitiam deficere.  
Viderunt & ipsam mutabilem, transferunt & ipsam.  
Quaerunt enim aliquod immutabile. Sic ergo perue-  
nerunt ad cognoscendum deum qui fecit, per ista quae  
fecit: sed non sicut deum honorauerunt aut gratias ege-  
runt: ut ipse dicit Apostolus, Sed euauerunt in cogita-  
tionibus suis, & obcuratum est insipientibus cor eorum, di-  
centes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et quod peruene-  
runt: Et immutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis  
dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.  
**H** Idola dicit. Et parum erat facere idolum ad speciem ho-  
minis, & ad sui operis similitudinem addicere artificis,  
parum fuit hoc. Sed insuper quid? Et volucrum & qua-  
drupedum & serpentium. Omnia quippe ista quasi mu-  
ta animalia & irrationabilia illi quasi magni sapientes  
deos sibi fecerunt. Reprehendebam: quando adorabas  
imaginem hominis, quid tibi faciã quãdo adoras ima-  
ginem canis, imaginem colubri, imaginem crocodili?  
Peruenerunt vsque ad ista. Quantum quaerentes in su-  
perna euecti sunt, tantum cadentes in ima demersi sunt.  
Altius enim mergitur quod de alto cadit. Hi ergo sicut  
hodie vos commonui quaerunt quod postea, id est,  
quod post hanc vitam sit futurum. Quaerunt sicut ho-  
mines, sed quando inuenirent cum homines essent, do-  
ctrinam dei non habuerunt, prophetas non audierunt,  
non potuerunt inuenire, suspicati sunt. Retuli heri vobis  
suspitiones illorum. Exeunt animam mala, inquit, &  
quia immunda sunt, continuo in alia corpora reuoluuntur.  
Exeunt animam sapientium atque iustorum: & quia bene  
vixerunt, volant ad caelum. Age bene, bene inuenisti il-  
lis locum, volantes ad caelum peruenerunt. Et quid ibi?  
**I** Ibi erunt, inquit, & requiescent cum diis. Sedes eorũ  
erunt stellae. Non malum habitaculum illis inuenistis,  
vel ibi illas dimittite, nolite illas deiicere. Sed, inquit,  
Post tempora longa, facta penitus obliuione veterum  
miseriarum, incipiunt velle reuerti ad corpora, & de-  
lectabit eas venire: & rursus veniunt ad ista patiẽda,  
ad ista toleranda, ad obliuiscendum deum, ad blasphemandum  
deum, ad sequendas corporis voluptates, ad  
pugnans contra libidines. Veniunt ad istas miseras, vn-  
de & quo? Dic mihi quare? Quia obliuiscuntur, Obliuiscuntur  
& delectationem carnis, hoc solũ mali sui me-  
minerunt vnde ruerunt. Veniunt. Quare? Quia delectat  
eos rursus in corporibus habitare. Vnde delectat eos,  
nisi per memoriam, quia ibi aliquando habitauerunt?  
Dele totam memoriam, & forte residuam facies sapiẽ-  
tiam. Nihil remaneat quod reuocet. Et horruit quidam  
author ipso cui demonstrabatur, vel qui inducebat  
apud inferos demonstrantem patrem filio suo. Nostis  
enim proprie omnes hæc, atque vtinam pauci noscere-  
tis. Sed pauci nostis in libris, multi in theatris, quia Ae-  
neas descendit ad inferos, & ostendit illi pater suus a-  
nimas Romanorum magnorum venturas in corpora:  
expauit ipse Aeneas & ait, O pater an ne aliquas ad cœ-  
lum hinc ire putandum est, Sublimes animas, iterumq;

Roma. 1.

Vergil. li. 6.  
Aeneidos.

ad tarda reuerti Corpora. Sentendum ne est, inquit, K  
quod eant ad caelum & iterum redeant? Quae lucis mi-  
seris tam dira cupido? Melius filius intelligebat quam  
pater exponebat. Reprehendit cupiditatem animarum  
rursus in corpora redire volentium. Dixit diram cupi-  
ditatem, dixit eas miseras, nec erubuit eas. Ad hoc phi-  
losophi perduxistis, vt purgentur animae, perueniant ad  
summam mundiciam, & per ipsam mundiciam obli-  
uiscantur omnia, & per obliuiones miseriarum redeant  
ad miseras corporum. Dicite obsecro, Nonne etiã hæc  
si vera essent, in qua, quae sine dubio falsa, quia fœda sunt,  
nonne melius nescirentur? An forte dicitur es mihi,  
non eris sapiens si ista nescieris. Vt quid illa sciam, pos-  
sum ne esse modo melior, quam tunc ero in caelo? Si in  
caelo quando ero melior & perfectior, obliuiscar om-  
nia quae hic didici, & hæc ibi melior nesciturus sum, si-  
ne modo illa nescire. In caelo habitantem dicis omnia  
obliuiscentem, sine in terra esse horum omnium nesciẽ-  
tem. Deinde rogo te, an sciant se istae animae in caelo,  
passuras esse rursus huius vitae miseras, an nesciunt? Elige  
quod volueris. Si sciunt se passuras esse tantas misera-  
rias, quomodo sunt beatae miseras suas futuras cogita-  
tes? Quomodo sunt beatae, vbi sunt sine securitate? Sed  
video quid eligas, dicitur es nesciunt. Laudas ergo ibi  
hanc ignorantiam quam me nunc habere nõ finis, do-  
cendo me in terra, quod me nesciturus dicis in caelo.  
Nesciunt, inquit. Si nesciunt, & se non putant passuras,  
errando sunt beatae. Quod enim passuræ putant se non  
passuras, quod falsum putare, quid est aliud quam errare?  
Erunt ergo errore fœlices, erunt beatae non aternitate  
sed falsitate. Liberet nos veritas vt beati vere esse  
possimus, quoniam non vacat sermo redemptoris no-  
stri, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Ipse  
enim dixit, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli  
mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit  
vos. Deinde audite aliud peius, aliud dolendum, vel po-  
tius irridendum: hic sapiens, hic philosophus, hoc est in-  
terrogatus: Verbi gratia, Pythagoras, Plato, Porphyrius,  
& nescio quis alius ipso, Quare philosopharis? Propter,  
inquit, beatam vitam. Quando habebis istam bea-  
tam vitam? Cum hoc corpus, inquit, reliquero in terra. M  
Modo ergo misera vita geritur, sed spes est beatae vitae:  
ibi beata vita geritur, sed spes est miserae vitae. Ergo si  
spes nostrae infelicitatis est fœlix, & fœlicitas infœlix,  
abiiciamus hæc, & vel rideamus quia falsa sunt, vel do-  
leamus quia magna existimantur. Sunt enim ista fra-  
tres mei magna, magnorum deliramenta doctorum.  
Quanto melius tenemus magnorum sacramenta do-  
ctorum? Amore corporum dicunt redire animas pur-  
gatas, mundatas, sapiẽtes, purgatas animas amore cor-  
porum redire ad corpora. Ergo anima purgata si sic a-  
mat, nonne amor iste magnæ sunt sordes? Sed corpus  
est omne fugiendum, magnus eorum Porphyrius phi-  
losophus, fidei Christianae acerrimus inimicus, quia iã  
Christianis temporibus fuit, sed tamen ab ipsis delira-  
mentis erubescendo, à Christianis ex aliqua parte cor-  
reptus, dixit, Corpus est omne fugiendum. Omne dixit,  
quasi omne corpus vinculum erumnosum sit animae. Et  
prorsus si corpus qualecunque est fugiendum, non est vt  
laudes eius corpus: & dicas, quomodo deo docente fi-  
des nostra laudat corpus: quia & corpus quod modo ha-  
bemus, quantum habeamus hinc de peccato pœnam, &  
corpus quod corrumpitur aggravat animam: tamen ha-  
bet corpus istud speciem suam, dispositionem mem-  
brorum, distinctionem sensuum, erectam staturam, &  
cetera

Ioan. 8.

1. Rem. 4.

22. de Clir-  
tate dicitur.  
26.

Sapient. 9.

cetera

**A** cetera quae bene considerantes stupent. Veruntamen il-  
lud omnino incorruptibile, omnino immortale, om-  
nino ad mouendum agile & facile erit. Sed ait Por-  
phyrius. Sine causa mihi laudas corpus. Qualecunque  
corpus, si vult esse beata anima, corpus est omne fugiẽ-  
dum. Hoc dicunt philosophi, sed errant, sed delirant. Ci-  
to probo, nolo diutius disputare, libros vestros lego,  
quia illa quae praedicata sunt, debent habere subditum.  
Duo enim sunt inuicem sibi connexa, praedicata & sub-  
dita. Superat omnia deus, huic cuncta sunt subdita. Et  
anima si habet aliquem honorem apud deum, debet ha-  
bere aliquod subditum. Sed nolo hinc diutius disputare,  
libros vestros lego, mundum istum animal dicitis, id  
est, caelum & terram, maria, omnia quae sunt ingentia  
corpora, & immensa vsquequaque elementa. Totum hoc  
vniuersum corpus quod ex his elementis omnibus cõ-  
stat, dicitis esse animal magnum: id est, habere animam  
suam, sed sensus corporis non habere, quia extrinsecus  
nihil est quod sentiri possit: habere tamen intellectum,  
harere deo: & ipsam animam mundi vocari Iouem vel  
vocari Hecatem, id est, quasi animam vniuersalem mũ-  
dum regentem, & vnum quoddam animal facientem:  
eundemq; mũdum aeternum esse dicitis, super futurum,  
finem non habiturum. Si ergo aeternus mundus, & sine  
fine manet mundus, & animal est mundus, anima ista  
semper tenetur in mundo, certe corpus est omne fugiẽ-  
dum. Quid est quod dicebas, Corpus est omne fugiẽ-  
dum? Ego dico beatas animas incorruptibilia corpora  
semper habituras. Tu qui dicitis, corpus omne fugiẽdi,  
occide mundum. Tu dicitis, vt fugiam de carne mea, fu-  
giat Iupiter tuus de caelo & terra. Quodq; inuenimus  
eundem Platonem magistrum istorum omnium, in li-  
bro quodam suo quem scripsit de constitutione mundi,  
inducere deum factorem deorum, facientem scilicet  
deos caelestes, stellas omnes, solem & lunam, Dicit er-  
go deum opificem deorum caelestium, dicit ipsas stel-  
las habere animas intellectuales quae intelligunt deum,  
& corpora visibilia quae cernuntur. Dico vt intelligatis,  
Sol iste qui videtur nõ videretur nisi corpus esset. Hoc  
verum est: stella vlla vel luna non videretur nisi cor-  
pus esset, verum dicit, Ideo dicit & Apostolus, Et cor-  
pora caelestia, & corpora terrestria. Et sequitur, Alia glo-  
ria caelestium, alia & terrestrium. Et rursus dicens de  
gloria caelestium corporum. Apostolus adiunxit & ait,  
Alia gloria solis, alia gloria lunae, alia gloria stellarum.  
Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio  
mortuorum. Videtis quia promissa est sanctorum cor-  
poribus claritas, & diuersa species claritatis, quia di-  
uersa sunt merita charitatis. Sed illi qui dicunt, stella  
istae quas videtis, corpora sunt quidem, sed habent suas  
animas intellectuales, & sunt diuiterum de corporibus,  
quia corpora: verum dicunt, Sed vtrum habeant ani-  
mas suas, vt quod discutio modo veniamus ad rem: In-  
ducitur deus à Platone ipso alloqui deos quos fecit de  
corporali & incorporali substantia, atque inter cetera  
dicere illis, Quoniam estis orti, immortales esse & in-  
dissolubiles non potestis. Iam ad istam vocem illi in-  
tremiscere poterant. Quare? Quia immortales esse cu-  
piebant & mori nolabant. Ergo vt eis auferret timorẽ,  
secutus adiunxit atque ait, Nõ tamen dissoluemini, ne-  
que vos vlla mortis fata periment, nec erunt valentio-  
ra quam consilium meum, quod maius est vinculum ad  
perpetuitatem vestram, quam illa quibus colligati es-  
tis. Ecce deus securitatem dat diis à se factis: securita-  
tem illis dat immortalitatis: securitatem illis dat quod

1. Cor. 15.

C

non relinquunt globos corporum suorum. Certe cor-  
pus est omne fugiendum. Quantum existimo respon-  
sum est illis, sicut intelligere potestis, sicut & nos loqui  
possumus, quantum hora sermonis permittit, quantum  
capacitas nostra sinit, responsum est eis. Iam vero quod  
& ipsi dicant de resurrectione corporum quasi acute, &  
non eis, sicut arbitrantur, etiam nos respondere possumus,  
multum est vt hodie vobis dicam. Sed quia semel  
promisi vobis, per istos dies istam de resurrectione car-  
nis quaestionem esse versandam, ad ea quae restant, ad-  
iuuante domino, & aures & corda in castissimo pra-  
parate.

Feria tertia paschae. Sermo I.

**R**esurrectio domini nostri Iesu Christi, & ho-  
die recitata est: sed de altero libro Euangelij  
qui est secundum Lucam. Primo enim lecta  
est secundum Matthaeum, hesternam autem die secundum  
Marcum, hodie secundum Lucam. Sic habet ordo euã-  
gelistarum. Sicut enim passio ipsius ex omnibus euã-  
gelistis conscripta est, sic dies isti septem vel octo durat  
ipacium, vt secundum omnes euangelistas resurrectio  
recitetur. Passio autem quia vno die legitur, non solet  
legi nisi secundum Matthaeum. Volueram aliquando  
vt per singulos annos secundum omnes euangelistas  
etiam passio legeretur, factum est, non audierunt homi-  
nes quod consueuerunt & perturbati sunt. Qui autem a-  
mat literas & non vult semper esse idiota, omnia no-  
uit, & omnia diligenter inquirat. Sed sicut cuique à deo  
parata est mensura fidei, sic quisque proficit. Nunc attẽ-  
damus quod hodie cum legeretur audiuiamus. Nã quod  
heri commendavi charitati vestrae expressimus, hodie  
audierimus infidelitatem discipulorum, vt intelliga-  
mus quantum eius beneficio nobis praestitum est. Si cre-  
damus quod nos audiuimus, vocauit eos, instruxit eos,  
vixit cum eis in terra, fecit ante oculos eorum tanta mi-  
rabilia vsque ad mortuos suscitandos. Mortuos resusci-  
tauit, carnem suam non credebatur resuscitare: Vene-  
runt mulieres ad monumentum, corpus in monumento  
non inuenerunt, resurrexisset dominum ab angelis  
audierunt, fœminae viris nunciauerunt: Et quid scriptum  
est, quid audistis? Visa sunt ista ante oculos eorum quasi  
deliramenta. Magna infidelitas conditionis humanae. F  
Quando locuta est Eva quod dixerat serpens, audita est,  
cito mulieri creditum est, fœmina vera dicentibus vt  
viueret Christus min⁹ creditum est. Nam hoc est quod  
egit dominus Iesus Christus, vt prius illud sexus fœmi-  
neus nunciaret. Quia ergo per sexum fœmineum ceci-  
dit homo, per sexum fœmineum reparatus est homo:  
quia virgo Christum peperit, fœmina resurrexisset nũ-  
ciabat: per fœminam mors, per fœminam vita. Sed nõ  
crediderunt discipuli quod dixerant fœminae, delirare  
putauerunt, quando veritatem nunciabant: Ecce alibi,  
Duo ambulabant in via, & loquebantur secum de his  
quae acciderant in Hierusalem, de iniquitate Iudaeorum,  
de morte Christi, ambulabant fabulantes, & quasi mor-  
tuorum dolentes, resurrexisset nescientes. Apparuit & ipsis  
factus est tertius viator, miscuit cum eis amica collo-  
quia, oculi eorum tenebantur ne agnoscerent eum. O-  
portebat enim vt meli⁹ cor instrueretur. Cognitio dif-  
fertur, quaerit ab eis quid inter se loquerentur, vt quod  
ipse sciebat illi faterentur. Et quod audistis, mirari ce-  
perunt, quia de re clara & tam manifesta velut à nesciẽ-  
te interrogabantur. Turbulus, inquit, peregrinus es in  
Hierusalem, & nescis quae ibi gesta sunt? At ille dixit,  
Quae?

Sermo  
CXLIII.

Math. 28.

Marci. 16.

Luc. 24.

Roma. 12.

Luc. 24.

Gene. 3.

Luc. 24.

**G** Quare De Iesu Nazareno qui fuit propheta potens factis & dictis. O discipuli, Propheta erat Christus dominus prophetarum, iudici nomen praconis imponunt, ab alienigenarum verba deuenerant. Quid est quod dixit? Recolite quod quando ipse Iesus ait discipulis suis. Quae dicunt homines esse filium hominis? Responderunt opinioniones alienas. Alij dixerunt quod Helias es, alij quia Ioannes baptista, alij quia Hieremias, aut vnus ex Prophetis. Verba ista alienorum erant, non discipulorum. Ecce ad ista verba discipuli venerunt. Nunc ergo vos quem me esse dicitis? Respondistis mihi opiniones alienas, fidem vestram volo audire. Tunc Petrus vnus pro omnibus, Tu es Christus filius dei viui, Non quicumque vnus ex prophetis, sed filius dei viui, adimpletor prophetarum, creator angelorum. Tu es Christus filius dei viui. Audiuit quod decuit eum audire ex hac voce & tali voce, Beatus es Simon bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi, Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praualebunt aduersus eam. Tibi dabo claves regni caelorum, & quaecumque solueris super terram, soluta erunt & in caelo. Fides hoc meruit audire, non homo. Nam ipse homo quid erat, nisi quod ait psalmista, Omnis homo mendax? Denique continuo post haec verba denunciavit eis passionem suam & mortem. Expauit Petrus & ait, Absit a te domine non fiet istud. Tunc dominus, Redi post me satanas. Petrus satanas, vbi sunt illa verba, Beatus es Simon bar Iona? Nunquid beatus satanas? Beatus de deo, satanas de homine. Denique ipse dominus exposuit quare illum dixerit satanam. Non enim sapius quae dei sunt, sed quae sunt hominis. Vnde tunc beatus? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in caelis. Vnde postea satanas? Non sapius quae dei sunt, quae quando sapietas beatus eras, sed sapius quae hominis sunt. Ecce quomodo alternabat anima discipulorum quasi ex ortu & occasu, modo stabat, modo iacebat, modo illuminabatur, modo tenebrabatur, quia de deo illuminabatur, de suo tenebrabatur. Vnde illuminabatur? Accedite ad eum & illuminamini. Vnde tenebrabatur? Qui loquitur mendacium de suo loquitur. Filium dei eum dixerat & timebat ne moreretur cum filius dei esset. Nisi ille venisset vt moreretur, nos vnde viueremus? Vnde nos habemus vitam, inde ille habuit mortem. Ipsum Euangelium attende, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quare ibi mortem? Vbi Vnde? Quomodo? Erat verbum, verbum apud deum, deus verbum. Si inuenis ibi carnem & sanguinem, inuenis mortem: ergo ille verbum. Vnde illi mors? A nobis hominibus in terra positis, mortalibus, corruptibilibus, peccatoribus. Vnde vita? Non erat illi vnde haberet mortem, non eramus nos vnde haberemus vitam. Accepit ille mortem de nostro, vt daret nobis vitam de suo. Quomodo ille mortem de nostro? Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Accepit hinc a nobis quod offerret pro nobis. Vita autem vnde nobis? Et vita erat lux hominum. Ipse nobis vita, nos illi mors. Sed qualis mors? Dignatione, non conditione, quia dignatus est, quia voluit, quia misertus est. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Haec Petrus nesciebat, quando audita morte domini expauit. Sed ecce iam dixerat dominus moriturum se & resurrecturum tertia die. Factum est quod praedicabat,

& non credebant quod audierant. Ecce iam triduum K est ex eo quo ista facta sunt, & nos putabamus quod ipse erat redempturus Israel. Sperabatis, iam desperatis, de spe cecidistis, leuat vos qui vobiscum ambulat. Discipuli erant, ipsum audierant magistrum, nouerant ipsum, ab illo instructi erant, & non potuerunt imitari & habere fidem latronis pendens in cruce. Sed forte aliqui vestrum nesciunt quid dixi de latrone, non audiendo passionem secundum omnes euangelistas. Iste enim euangelista Lucas narrat quod dico, quia duo latrones crucifixi sunt cum Christo: dixit & hoc Matthaeus, Sed vnus eorum latronum qui insultauit domino, & alter eorum qui credidit Christum: Matthaeus non dixit, Lucas dixit. Recolamus fidem latronis quam non inuenit Christus post resurrectionem in discipulis suis. Pendebat in cruce Christus, pendebat & latro. In medio ille, illi a lateribus. Insultat vnus, credit alter: iudicat melius ille. Ille enim qui insultabat hoc dixit, Si filius dei es libera te. Et alius ad illum, Tu non times deum. Si nos propter facta nostra merito patimur, ipse quid fecit? Et conuersus ad eum, Memento, inquit, mei domine dum veneris in regnum tuum. Magna fides, huic fidei quid addi possit ignoro. Titubaerunt qui viderunt Christum mortuos suscitantem, credidit ille quem videbat secum in ligno pendentem. Quando illi titubaerunt, tunc ille credidit. Qualem fructum Christus de arido ligno percepit? Quid enim dominus dixerat, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso; Tu differis te, ego agnosco te. Quando hoc speraret latro, adductus de latrocinio ad iudicem, a iudice ad crucem, de cruce ad paradysum. Deinde ipse attendens merita sua non dixit, Memento mei vt liberares me hodie, sed cum veneris in regnum tuum, tunc memor mei esto; si mihi tormenta debentur, vel quousque veneris in regnum tuum. Et ille, non sic inuasiisti regnum caelorum, vim fecisti, credidisti, rapuisti, hodie mecum eris in paradiso. Non te differo. Tanta fidei hodie reddo quod debeo. Latro dicit, Memento mei domine cum veneris in regnum tuum. No solum credebatur resurrecturum, sed etiam regnaturum. Pendenti crucifixo, cruento ligno horrenti, cum veneris, inquit, in regnum tuum: & illi, nos sperabamus. Vbi latro inuenit, discipulus perdidit. Deinde iam charissimi magnum sacramentum quod cognouimus, audite, Ambulabat cum illis, suscipitur hospitio, panem frangit & cognoscitur. Et nos non dicamus, quia Christum non cognouimus, nouimus si credimus. Verum est, Nouimus si credimus, habemus si credimus. Habebant illi Christum conuiuio, nos intus in animo. Plus est Christum habere in corde, quam in domo. Cor enim nostrum interius nobis est, quam sit domus nostra. Iam vero vbi debet eum fidelis agnoscere? Agnoscit qui fidelis est, qui autem catechumenus est, ignorat. Sed ianuam contra eum nemo claudat, vt nouerit. Hesternam die admonui charitate vestram, quia resurrectio Christi est in nobis si bene viuamus. Si vita nostra mala moriatur, & quotidie noua proficiat. Abundat hic poenitentes. Quando illis imponitur manus, fit ordo longissimus. Orate poenitentes, & est orare poenitentes. Quomodo poenitet quod fit, si poenitet no fiat. Si autem fit, no nomen erat, crimen manet. Aliqui ipse sibi poenitentiae locum petierunt, aliqui excommunicati a nobis in poenitentiae locum redacti sunt, nolunt inde surgere, quasi electus sit locus poenitentium. Qui debet esse locus humilitatis, sit locus humilitatis. Vobis dico qui vocamini poenitentes & non estis: Vobis dico, Quid vobis dicam? Laudo

**A** Laudo vos, in hoc non laudo, sed gemo & plango: Et quid faciam fratres, immutate vitam in melius. Mutate, quia finis incertus est. Omnis homo cum casu suo ambulat. Quid differtis bene viuere, cum putatis quia longa erit vita? Longam vitam putatis, & mortem subitaneam non timetis. Sed ecce longa sit: & quare vnum poenitentem, & non inuenio. Quanto melius bona loqui quam mala vita erit? Longam vitam malam ferre nemo, longam vitam malam omnes habere volunt. Vtique si grande quod vitium, bonum sit ipsum grande. Quid enim vis mali, dic mihi in omnibus actibus tuis, cogitationibus, cupiditatibus: In terram no vis segetem malam, non vis vtiq; malam, sed bonam arborum, equum, seruum, bonum amicum, bonum filium, vxorem bonam. Et quid haec magna comemorem, quando non vis vestem malam habere, sed bonam, caligam postremo ipsam non vis nisi bonam? Aut da mihi aliquid te velle quod malum est, nec te velle aliquid bonum: puto villam malam non vis, sed bonam, solam animam malam vis? Quid te offendisti? Quid de te tu ipse male meruisti? Inter bona tua non vis esse malum nisi te solum. Puto, quia dico quod soleo, & facitis quod soletis. Ego coram deo excutio vestimenta mea. Timeo ne mihi imputetur quia non dico, officium meum impleo, fructum vestrum quero, de bonis operibus vestris gaudium habere volo, non pecuniam. Non enim qui bene viuit, diuitem me facit: & tamen diuites me non nisi spes vestra est, in Christo gaudium meum, solatium meum, & respiramentum periculum in his tentationibus nullum est nisi bona vita vestra. Obscuro vos fratres, si oblitis estis vestri, miseremini tamen mei.

Eodem die, de resurrectione domini: Sermo II.

**D**E resurrectione domini quod sequebatur in Euangelio secundum Lucam, hodie terminatum est, vbi audiuius apparuisse dominum in medio discipulorum suorum discrepantium & non credentium. Tam vero inopinatum fuit & incredibile, vt nec videntes viderent. Videbant enim viuum quem planxerat mortuum, videbant in medio sui stantem, quem doluerant in cruce pendentem. Videbant ergo & quia suis oculis non credebant, vt verum viderent, falsum putabant. Aestimabant sicut audistis se spiritum videre. Quod postea crediderunt de Christo pessimi haeretici, prius hoc crediderunt titubantes Apostoli. Sunt enim hodie qui no credunt carnem habuisse Christum, quia & partum virginis destruant, & nolunt eum natum ex foemina credere. Verbum caro factum est: prorsus a sua fide vel potius a sua infidelitate, totam istam dispensationem salutis nostrae, quod factus est homo pro inueniendo homine qui deus fecerat hominem: totum hoc quod Christus in remissionem peccatorum nostrorum verum non falsum sanguinem fudit, & de vero suo sanguine chirographum peccatorum nostrorum deleuit: hoc totum haeretici damnabiles euacuare conantur, totum hoc Manichaei no credunt, Ecce loquitur & Euangelium, Stabat dominus inter discipulos suos, nondum credentes quod resurrexerat. Videbant eum & putabant se spiritum videre. Si nihil mali est credere Christum fuisse, non carnem: si nihil mali est, dimittantur in ista opinione discipuli, Attendite vt intelligatis quod volo dicere, deus autem donet vt dicam, vt sic dicam, quomodo vos audire expedit. Ecce hoc ipsum repeto. Aliquando ipsi detestabiles carnem detestantes, & secundum carnem viuentes: aliquando Laudo

hoc dicunt, & sic decipiunt. Qui melius credunt de Christo, illi qui dicunt quia carnem habuit, an nos qui dicimus, deus erat spiritus, & oculis hominum no corpus, sed deus apparebat? Quid est melius, caro an spiritus? Quid responsum sumus, nisi spiritum carne esse meliorem? Si ergo dicis, Confiteris quia spiritus melior est quam caro. Melius ergo de spiritu sentio, qui eum spiritum fuisse dico, non carnem. O infelix error. Quare ergo spiritum & carnem dico fuisse Christum? Tu dicis spiritum, ego spiritum & carnem. Non tu melius dicis, sed minus dicis, Audi ergo totum quod dico ego, id est, catholica fides, & quod dicit fundatissima fides & serenissima veritas. Tu qui dicis spiritum tantum fuisse Christum quod est & spiritus noster, id est, anima nostra, hoc dicis tantum fuisse Christum. Audi quid dicas, Dico quod dicas. Erat ipse spiritus ex ea natura & substantia vnde & noster est spiritus. Quanto minus dicas, attende. Erat ibi verbum, tu dicis humanum spiritum solus. Ego dico, verbum, spiritus, corpus, deus & homo. Si duo nolo dicere, isto vtor compendio, Deus & homo, & verus deus, & verus homo. Sed de ipso homine si quaeris a me, duo iterum dico, Anima humana, caro humana. Tu homo es propter animam & carnem, ille Christus propter deum & hominem. Ecce quod dico. Sed tu melius te dicere putas, quia dicis, spiritus erat, spiritus apparebat, spiritus videbatur, spiritus in homine conuersabatur. Hoc dicis, hoc dixi, hoc putabant & discipuli. Si nihil malum dicis, si bonum est quod dicis, bonum erat quod discipuli putabant. Si dominus eos dimittit vt sic putent, dimittendus es & tu. Hoc enim credebant quod & tui si bonum est quod tu credis, bonum erat quod illi credebant. Sed non erat bonum. Ait illis dominus, Quid turbati estis, & cogitationes ascendant in cor vestrum? Cogitationes istae terrena sunt. Si enim caelestes essent, descenderent in cor, no ascenderet. Quare enim dicitur nobis, Sursum cor vestrum, nisi vt terrena cogitationes non ante se inueniant cor nostrum quod sursum posueramus? Ergo quid turbati estis, & cogitationes ascendant in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte. Parum est vobis attendere, Manus mittite, si parum est attendite. Nec sufficiat attedere, palpate. Nec tangere solum dixit, sed palpate & contrectate. Probenit sibi manus vestrae si mentiuntur oculi vestri, palpate & videte, oculos & manus habete. Quid palpate, & quid videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Errabas cum discipulis, corrigere eum discipulis. Humanum est, concedo. Putatis spiritum Christum, hoc & Petrus, hoc & caeteri qui spiritum putauerunt se videri: sed in isto errore non remanserunt, vt scias prorsus hoc fuisse in cordibus eorum: medicus non dimisit, accessit, medicamentum adhibuit, vulnera in cordibus videbat, & vnde vulnera cordium curaret in corpore cicatrices ferebat. Sic ergo credamus, scio quia creditis sic: sed ne forte in agro isto domini sit herba mala, etiam eos alloquor quos non video. Nemo credit de Christo, nisi quod de se credi voluit Christus. Antequam nobis expedit vt credamus quod credi de se voluit, qui nos redemit, qui salutem nostram quaesit, qui pro nobis sanguinem suum fudit, qui pro nobis Christus est filius dei, verbum dei. Quid est verbum dei? Quod dicere non potest verbum hominis, hoc est verbum dei. Quare a me, quid sit verbum dei? Si tibi velle dicere quid sit verbum hominis, non explicor, fatigor,



**G** rigor, hesito, succumbo, non possum explicare vim verbi humani. Ecce antequam dicam vobis, quod volo dicere iam verbum est in corde meo, nondum a me dictum est, & apud me est: dicitur a me & peruenit ad te, & non recedit a me. Intenditis vt audiat verbum a me, mentes vestras pasco cum loquor. Diuideretis inter vos cibum si afferrem ventribus, nec totus perueniret ad singulos. Sed quanto plures estis, tanto in plura frustra quod ponerem diuideretis, & tanto minus quisque acciperet, quanto maior esset multitudo accipientium. Modo autem cibum attuli mentibus, Dico accipite, sumite & comedite. Accepistis, comedistis, & non diuistis. Quicquid loquor, & omnibus totum est, & singulis totum est. Ecce quomodo non potest satis explicari quantam vim habet hominis verbum, & dicitis mihi, quid est verbum dei? Verbum dei pascat angelorum tot milia. Mente enim pascentur, mete replentur. Implet angelos, implet mundum, implet virginis vterum, nec ibi spaciatur, nec hic angustatur. Quid est verbum dei? Ipse breuiter de se dicit, sed magnum est quod dicit, Ego & pater vnus sumus. Nolo murmures, verba appende. Quid ergo? Plura verba de vno verbo non sufficiunt explicando verbum. Ergo quod non potest explicari verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Suscepit totum quasi plenum hominem, animam & corpus hominis. Et si aliquid scrupulosus vis, animam & carnem habet & pecus. Cum dico animam humanam & carnem humanam, totam animam humanam accepit. Fuerunt enim qui hinc heresim facerent & dicerent, quia anima Christi non habuit mentem, non habuit intellectum, non habuit rationem, sed verbum dei illi fuit pro mente & pro intellectu & pro ratione. Nolo sic credas. Totum redemit qui totum creauit, totum suscepit, totum liberauit verbum. Vbi mens hominis & intellectus, ibi anima viuificans carnem. Caro vera & integra erat ibi, peccatum solum non erat ibi.

Ioan. 10.

Ioan. 1.

Marci. 16.

Sermo CXLVI.

Ioan. 4.

*Eodem die, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Post hec autem duobus ex his ambulanti, apparuit in alia effigie etc.*

Sermo IIII.

**I** Odierno die iam ecce tertio audiuius ex Euangelio domini nostri resurrectionem, quemadmodum me vobis locutum esse meministis quoniam hoc moris est, vt secundum omnes euangelistas resurrectio domini recitetur. Marci Euangelium est, quod modo cum legeretur audiuius. Marcus autem meruit istam dispensationem, cum in numero illorum duodecim non fuisset, quemadmodum & Lucas, Nam cum sint quatuor euangelista, Mattheus, Ioannes, Marcus & Lucas, duo sunt ex illis duodecim Apostolis, id est, Mattheus & Ioannes. Sed illorum precessio infœcunda non fuit, vt consequentes comites non haberent. Marcus & Lucas Apostolorum non pares, sed suppare fuerunt. Ideo iam voluit spiritus sanctus etiam ex his qui inter duodecim non fuerunt, eligere ad Euangelium conscribendum duos, ne putaretur gratia euangelizandi vsque ad Apostolos peruenisse, & in illis fontem gratiæ defecisse. Cum enim dicat dominus de spiritu suo, & de verbo suo: quod si quis perceperit dignèq; habuerit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: fons vtique manando se indicat, non remanendo. Per Apostolos peruenit gratia ad alios, & missi sunt euangelizare, quoniam qui vocauit primos, ipse vocauit secundos, ipse vocauit etiam vsq; ad nouissimum tempus corpus vniuersi sui, id est, Ecclesiam toto orbe

diffusam. Quid ergo audiuius Marcum dicentem? Quod apparuerit dominus in via duobus, sicut dixit & Lucas, cuius Euangelium heri audiuius. Apparuit, inquit, duobus in via in alia effigie. Lucas autem hoc ipsum aliis verbis dixit, sed ab eadem sententia non deniauit. Lucas enim quid dixit? Tenebantur oculi eorum, ne eum agnosceret. Marcus quid dixit? Apparuit eis in alia effigie. Quod ille dixit, Tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent: hoc iste dixit, In alia effigie. Alia enim effigies visa est, retentis oculis non apparentis. Quid ergo fratres, quoniam Lucas dixit, quod credo vos de lectione hesternâ recentissime meminisse, quod cum benedictum frangeret panem, aperti sunt oculi eorum? Ergo clausis oculis in via cum illo comitabantur, & poterant scire vbi gressus ponerent, si clausos oculos haberent? Aperti sunt ergo ad cognitionem, non ad visionem. Dominus itaque noster Iesus Christus, ante panis fractionem ignotus loquitur cum hominibus, in panis fractione cognoscitur, quia ibi percipitur vbi vita æterna percipitur. Hospitio suscipitur, qui diuini parat in celo. Ait enim secundum euangelistam Ioannem, Multa mansiones sunt apud patrem meum, alioquin dicerem vobis, ibo parare vobis locum. Sed si iero & parauero, iterum veniens assumam vos. Hospes in terra esse voluit dominus cœli, peregrinus in mundo, per quem factus est mundus. Hospes esse dignatus est, vt tu haberes suscipiendo benedictionem, non quia ille indigebat, cum hospes intrabat. Heliam sanctum famis tempore per corium dominus pascebat, & quem persequebantur homines, ei seruebat aues. Afferrebat seruo dei coruus mane panes, ad vespertinam carnes. Non indigebat ergo ille quem deus ministris auib; pascebat, & tamen quannis Helias non indigeret, mittitur ad viduam Sareptanam, & dicitur ei, Vade, illa vidua pascat te. Defecerat ei deus, vt ad viduam mitteretur? Sed si deus seruo suo sine humano ministerio semper præberet panem, vidua vnde haberet mercedem? Mittitur ergo non indigens ad indigentem, non esuriens ad esurentem, & dicit ad eam, Vade & affer mihi pusillum vt manducem. Illa modicum habebat quod consumptura erat, & moriendo defectura. Respondit, quantum haberet, Propheta intimauit: & ait illi Propheta, Vade prius affer mihi. Illa non dubitauit, sed obtulit. Obtulit refectioem, sed meruit benedictionem. Benedixit sanctus Helias hydriam farinæ, capsaem olei. Illud in domo repositum erat consumendum, & illud oleum in palo pendebat finiendum. Accessit benedictio, & vasa illa thesauri facti sunt. Laguncula olei facta est fons olei, farina parua vberimas segetes superauit. Si Helias non indigebat, Christus indigebat? Ideo fratres mei admonet nos scriptura sancta, quia plerunque seruos suos quos potest pascere deus, ideo facit indigentes, vt inueniat operantes. Nemo superbiat, quia dat pauperi, Christus pauper fuit, Nemo superbiat, quia hospitem suscipit, Christus hospes fuit. Melior est susceptus quam suscipiens, ditior accipiens quam tradens. Qui accipiebat cuncta possidebat, qui dabat ab illo cui dabat acceperat quod dabat. Nemo ergo superbiat fratres mei, quando dat pauperi, non dicat in animo suo: Ego do, ille accepit, Ego suscipio, ille indiget te. Forte quem suscipis iustus est, ille indiget pane, tu veritate, Ille te cœlo, tu cœlo, ille indiget pecunia, tu iustitia. Fœnerator esto, eroga quod recipias, noli timere, ne te fœnerator iudicet deus. Prorsus esto fœnerator, sed deus tibi dicit: Quid vis? Fœnerari vis. Quid est fœnerari? Minus dare, & plus accipere, Ecce mihi

Marci. 16.

Luc. 24.

Ioan. 14.

3. Reg. 17.  
De verbis domini, ser. 1.

2. Corin. 8.

Ioan. 1.

Luc. 2.

Luc. 24.

Math. 25.

Actuum. 9.

Math. 23.

Ioan. 20.

Sermo CXLVII.

**A** mihi da, ego accipio minus, & do plus. Quem quæris cui des, vnde crescat pecunia tua? Hominem quæris, quando accipit gaudet, quando reddit plorat. Vt accipiat precatur, ne reddat calumniatur. Da quidem & homini, & noli te auertere ab eo qui mutuum petit. Sed tu dedisti, non ploret cui dedisti: & si hoc ipsum quod daturus est, vel quod accepit exigitur, forte ad manum nondum habet: pertulisti petentem, expecta habentem, cum habuerit reddet tibi. Sed auarus es, dicit tibi deus, Me conueni, ego filium dititem, pauperem propter te feci. Propter nos enim pauper factus est cum diues esset. Aurum quæris, ille fecit. Familiam quæris, ille fecit. Pecora quæris, ille fecit. Possessiones quæris, ille fecit. Argentum quæris, ille fecit. Quid quæris tantum quæ fecit? Ipsum accipe qui fecit, cogita quemadmodum te dilexit. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Omnia per ipsum, & ipse inter omnia. Qui fecit hominem factus est homo, factus est quod fecit, ne periret quod fecit. Qui fecit omnia, factus est inter omnia. Attende diuitias: quid ditius eo per quem facta sunt omnia? Et tamen ille cum diues esset, mortalem carnem accepit in vtero virginis. Infans natus est, parvulus in infantilib; inuolutus est, in præsepio positus est, patienter expectauit etates, patienter tempora pertulit, per quem facta sunt tempora. Suxit, vagiuit, infans apparuit. Sed iacebat & regnabat, à matre nutriebatur, & ab angelis nunciabatur, & stella fulgente declarabatur. Tales diuitiæ, talis paupertas: diuitiæ vt creareris, paupertas vt restituereris. Quod ille ergo pauper susceptus est hospitio quasi pauper, dignatio fuit suscipientis, non miseria egentis. Forte dicis tibi, O beati qui meruerunt Christum suscipere. Si ego tunc fuisset, O si vnus fuisset de duobus illis quos inuenit in via. Tu esto in via, non deerit hospes Christus. Putas enim iam non tibi licere suscipere Christum? Vnde, inquis, licet? Iam resurgens manifestatus est discipulis suis, ascendit in cœlum, ibi est ad dexteram patris, non est venturus nisi in ultimo seculo ad iudicandum viuos & mortuos. Venturus est autem in claritate, non in infirmitate, daturus regnum non quaesiturus hospitium. Quando dabit regnum, excidit tibi quod dicturus est, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? Ille diues, egens est vsque in finem seculi. Eget prorsus, non in capite, sed in membris suis, vbi dolebat quando dixit, Saule Saule quid me persequeris? Obsequamur ergo Christo. Nobiscum est in suis, nobiscum est in his: nec frustra dixit, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Hæc faciendo agnoscimus Christum in bonis operibus, non corpore, sed corde: non oculis carnis, sed oculis fidei. Quia vidisti, credidisti, ait cuidam discipulo suo incredulo, qui dixerat, Non credo nisi tetigero. Veni tange, & noli esse incredulus. Tetigit & clamauit, Dominus meus & deus meus. Quia vidisti credidisti, ipsa est tota fides tua, quia credis quod vides: laudo eos qui non vident & credunt, quia cum viderint gaudebunt.

*Eodem die, de resurrectione corporum contra Gentiles:*

Sermo IIII.

**I**ebus his sanctis resurrectioni domini dedicatis, quantum donante ipso possumus de carnis resurrectione tractemus. Hæc enim fides est nostra, hoc donum in domini nostri Iesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso præcessit exemplum. Voluit enim nobis quod promissit in fine, non solum pronuntiare, sed etiam demonstrare. Illi quidem qui

tunc fuerunt cum illum viderent, & cum expauescerent, & spiritum se videre crederent, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum, partumq; erat se præbere cernendum, nisi etiam offerret pertractandum atque palpandum. Ait enim, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Putauerunt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos: Palpate & videte, quia spiritus ossa & carne non habet sicut me videtis habere. Contra istam euidentiam disputabant homines. Quid enim aliud facerent homines qui ea quæ sunt hominibus sapient, quam sic disputare de deo contra deum? Ille enim deus est, isti homines sunt. Sed deus nouit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi. Quod solent videre credunt, quod non solent non credunt. Præter consuetudinem facit deus miracula, quia deus est: Maiora quidem miracula sunt tot quotidie homines nasci qui non erant, quam paucos resurrexisse qui erant: & tamē ista miracula non consideratione comprehensa sunt, sed assiduitate viluerunt. Resurrexit Christus, absoluta est res. Corpus erat, caro erat, pendit in cruce, emisit animam, posita est caro in sepulchro. Exhibuit illam vitam, qui viuebat in illa: Quare miramur? Quare non credimus? Deus est qui fecit. Considera authorem, & tolle dubitationem. Quærunt ergo homines, vtrum corruptio ista corporis quæ sentiunt in carne sua, futura sit in resurrectione mortuorum? Dicimus non futuram. Respondent nobis, Si corruptio non erit, quare manducabitur? Aut si non manducabitur, quare post resurrectionem dominus manducauit? Modo Euangelium cum legeretur audiuius, quia cum exhiberet se viuum oculis manibusq; discipulorum suorum, parum illi visum est ad demonstrandam euidentiam corporalem: sed addidit, Habetis hic aliquid quod manducetur? Et obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis, manducauit & reliquias dedit eis. Dicitur enim nobis, Si corruptio corporis non resurget, quare manducauit dominus Christus? Legistis quia manducauit, nunquid legistis, quia esurauit? Quod manducauit Iesus, potestatis fuit, non egestatis. Si desideraret manducare, egeret. Rursus si manducare non posset, minus valeret. Nunquid & angeli quando suscepti sunt hospitio à patribus nostris non manducauerunt, & tamen corruptibiles non fuerunt? Rursus dicunt, Resurgent vitia quæ erant in corpore humano cum quibus moritur homo? Respondemus. Non resurgent vitia. Et dicitur nobis: Quare ergo dominus cum suorum vulnerum cicatricibus resurrexit? Quid adhuc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit non necessitatis. Sic resurgere voluit, sic voluit quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vulneris, vt sanaret vulnus incredulitatis. Adhuc disputant & quærunt à nobis: Paruuli qui moriuntur, paruuli resurrecturi sunt, an ætas erit plena reuiuiscientium, quorum erat parua morientium? Hoc quidem in scripturis definitum non inuenimus. Incorruptibilia corpora & immortalia resurrectione promissa sunt. Sed si parua ætas redditur, si statura pusilla reuocatur, nunquid & propterea infirmitas reuocatur? Si parui erunt, nunquid iacebunt & ambulare non poterunt? Credibilis tamen accipitur & probabilis & rationabilis, plena ætates resurrectiones, vt reddatur munere, quod accessurum erat tempore. Nec enim credituri sumus senectam resurrectionem anhelam

Luc. 24.

Math. 27.

Luc. 24.

Gene. 1.

Tobit. 12.

**G** & curiam. Postremo corruptionem tolle, & quod vis adde. Sed, inquis, Quomodo erit terrenum corpus in caelo? Philosophi enim gentium illi valde magni, quorum vobis iam vel insanas certe vel humanas sententias intimaui, quaesierunt quippe ista non spiritu dei sed coniectura cordis humani: hinc maxime faciunt quaestionem, tractant subtiliter de momentis ponderum & ordine elementorum: & dicunt quod etiam videmus mundum sic esse dispositum, vt ima sit terra tanquam in fundo eius, secunda aqua superfundatur terrae, tertius aer veniat, quartus aether cuncta cooperiat. Illud elementum supernum quod aethera appellant, ignem dicunt esse liquidum & purum, inde sydera esse formata, ibi nihil esse posse terrenum, quoniam ordo ponderum non admittit. Si dicamus eis nostra corpora in terra esse noua victura & in caelo non futura audaciter & temere immo infideliter dicimus. Credere enim debemus talia corpora nos habituros, vt vbi velimus quando voluerimus ibi simus. Nam si respondemus, ad absolutam de ordine ponderum quaestionem, in terra nos esse victuros, de ipso corpore domini nobis est quaestio cum quo ascendit in caelum. Audistis quod de Euangelio modo recens sonuit in auribus nostris, quia eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est vt benediceret eis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. Christus dominus. Qui ferebatur in caelo? Dominus Christus. Qui dominus Christus? Quid enim, separaturus es hominem a deo, & facturus es aliam personam dei, aliam hominis, vt iam non sit trinitas sed quaternitas? Quomodo tu homo anima es & corpus, & sicut anima & corpus vnus est homo, ita deus & homo vnus est Christus. Sed verbum non recessit a patre, & ad nos venit, & patre non deseruit, & in vtero carnem accepit & mundum rexit. Quid ergo leuatum est in caelum, nisi quod sumptum est de terra? Id est caro illa, corpus illud: de quo loquitur ad discipulos ait, Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere. Credamus hoc fratres, & si argumenta philosophorum difficile soluimus, illud quod demonstratum est in domino sine difficultate fidei teneamus. Illi garriant, nos credamus. Sed non potest, inquit, esse terrenum corpus in caelo. Quid si hoc velit deus? Responde contra deum, & dic, non potest dens. Nonne & tu quicumque paganus, dicis omnipotentem deum? Nonne in libro Platonis quod hesterno die declarauit legitur dixisse deus non factus diis a se factis, Quoniam estis orti, immortales quidem esse & indissolubiles non potestis: non tamen dissoluemini, neque vlla vos mortis fata periment, nec erunt valentiora quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis colligati? Totum ad voluntatem suam redegit deus, qui potest & quod impossibile est. Nam quid est aliud, non potestis esse immortales, sed vt non moriamini ego facio, nisi & quod fieri non potest ego facio? Volo tamen aliquid etiam de diuinitate disputare. Rogo dic mihi, Terra terra est, Aqua aqua est, Aer aer est, Aether est caelum, Et ignis ille liquidus caelum est. Quatuor nempe ista grauida quasi construxerunt & edificauerunt mundum: hoc est, ex his quatuor edificatus est mundus. Quod in imo sit, terra est. Quod desuper, aqua. Quod super aquam, aer est, Quod super aethera, caelum est, aether est, Corpora solida quae tenentur atque tractantur, non humida dico quae labuntur & fluunt, corpora dico, tractabilia, vnde sunt? Terra deputanda sunt, an aqua, an aer, an aether? Responsum es, Terra. Terrenum ergo corpus est lignum? Planè terrenum. In terra nascitur, in

terra alitur, in terra crescit. Tractabile est non fluxibile. Redi mecum ad illum ordinem ponderum. Terra est in fundamento. Ordinem sequere. Quid super terram? Aqua. Quare lignum natat super aquam? Terrenum est corpus. Si reuocet ad illum ordinem ponderum, sub aqua esse debuit non supra. Inuenimus inter terram & lignum aquam mediam, super terram aqua, & super aquam iterum terram, quando quidem lignum terra est. Perdidisti illum ordinem, tene fidem. Ergo terrena corpora inuenta sunt super elementum quod secundum est in ordine elementorum, quando natant ligna neque merguntur. Attende aliud quod plus mireris. Corpora ipsa grauissima & tamen terrena mox vt dimissa fuerint super aquam, continuo demerguntur & ad ima profunda perueniunt, sicut est ferrum, postremo sicut est plumbum. Quid enim plumbum grauius? Accedit tamen manus artificis ad plumbum, facit inde aliquod vas concauum, & natat plumbum super aquam. Ergo ne non deus dabit corpori meo, quod dat artifex plumbum? Deinde aquam ipsam vbi ponitis? Redite ad ordinem elementorum. Certe respondebitis, quod aqua sit super terram. Quare ergo antequam in terra currant, pendent in nubibus flumina? Reuocam nunc considerationem tuam & cogitationem ad ea quae dicturus sum, si domino adiuuante explicare potero. Quid facilius mouetur, quid velocius agitur, grauius corpus an leuius? Quis non respondeat, leuius? Leuiora enim corpora facilius mouentur, velocius aguntur, grauiora difficilius atque tardius. Certe regulam fixisti, certe considerasti, & circumspicis omnibus respondisti, quia facilius mouentur, & aguntur velocius corpora leuiora quam grauiora. Ita est, dicis. Responde ergo mihi: Quare leuissima aranea tarde se mouet, & grauis equus velociter currit? De ipsis hominibus loquar, maius corpus hominis grauius est, breuius corpus quod minus habet ponderis leuius est. Ita vero est, si alius portet. Si autem ipse homo corpus suum portat, validus currit, macer languore vix ambulat. Appende macrum & robustum hominem, illum languore vix paucas libellas appendentem, illum salubritate corporis multa pondera in carne sua gerentem. Tenta tu ambos tollere, grauis est validus, leuis est macilentus. Recedat portator, appareat ambulator, ipsos dimitte sibi, ferant corpora sua, video validum robustumque currentem. Si hoc valet sanitas, immortalitas quid valebit? Dabit ergo deus miram facilitatem, miram leuitatem. Non sine causa illa corpora spiritalia nuncupata sunt, non ideo dicta sunt spiritalia quia erunt spiritus non corpora. Nam ista quae modo habemus dicuntur animalia corpora, & tamen animae non sunt sed corpora: sic illa spiritalia dicuntur, sed non sunt spiritus, nisi quia ad nutum spiritus seruiunt. Nihil tibi contradicit ex te, nihil in te rebellat aduersus te: non ibi erit quod Apostolus gemit, Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem: non ibi erit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. Haec bella ibi non erunt, pax ibi erit, pax perfecta ibi erit. Vbi volueris, eris, sed a deo non recedes. Vbi volueris, eris: sed quocumque ieris, deum tuum habebis. De quo beatus eris, semper cum illo eris. Nemo ergo fallat, nemo argumentetur, nemo sua suspitione deliret: Quid nobis promisit deus? Venturum esse certissimè teneamus. Quando videbatur Christus fratres mei, quando spiritus putabatur, vt se corpus esse persuaderet, non solum praebat oculis videndum, sed etiam manibus contrectandum. Quibus ad exhibendam fidei veritatem in corpore dignatus est etiam non necessitate

**A** necessitate sed potestate cibum sumere. Tamen adhuc illis praegaudio trepidantibus, firmamentum cordis adhibuit de sanctis scripturis: & ait illis, Haec sunt verba quae locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Moyse & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: sicut Euangelium loquitur quod modo lectum est, vt intelligerent scripturas: & dixit eis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis tertia die, & praedicare in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierosolymis. Illud non vidimus, sed hoc videmus. Quando ista promittebantur, nondum videbantur. Apostoli Christum praesentem videbant, sed toto orbe terrarum diffusam Ecclesiam non videbant. Videbant caput, & de corpore credebant: habemus vices nostras, habemus gratiam dispensationis & distributionis nostrae ad credendum certissimis documentis, tempora nobis in vna fide sunt distributa. Illi videbant caput & credebant de corpore, nos videmus corpus credamus de capite.

**B** FERIA QUARTA PASCHAE, DE EO QUOD SCRIPTUM EST IN EUANGELIO SECUNDUM IOANNE, MANIFESTAUIT SE ITERUM IESUS AD MARE TYBERIADIS ETC.

Sermo CXLVIII.

Ioan. 21.

Luc. 5.

Marci. 1. Luc. 5.

**H**odie lectio recitata est de his quae facta sunt post resurrectionem domini, secundum Euangelium Ioanne. Audiuit nobiscum caritas vestra dominum Iesum Christum ad mare Tyberiadis ostendisse se discipulis suis: & qui eos iam fecerat piscatores hominum, inuenit eos adhuc piscatores piscium. Per totam noctem nihil ceperunt, viso autem domino & eo iubente, retia mittentes ceperunt quantum numerum audistis. Nunquam hoc dominus iuberet, nisi aliquid significare vellet, quod nobis nosse expediret. Quid ergo pro magno potuit ad Iesum Christum pertinere, si pisces caperentur, aut si non caperentur? Sed illa piscatio, significatio nostra erat. Recordamini ergo vobiscum duas istas piscationes discipulorum factas esse iubente domino Iesu Christo, vnam ante passionem, alteram post resurrectionem. In his ergo duabus piscationibus tota figuratur Ecclesia, & qualis modo, & qualis erit in resurrectione mortuorum. Modo habet enim sine numero multos bonos & malos, post resurrectionem autem habebit certo numero solos bonos. Recordamini ergo primam piscationem, vbi videamus Ecclesiam qualis est isto tempore. Dominus Iesus inuenit discipulos suos piscantes, quando primus eos vocauit vt sequerentur eum. Tunc tota nocte nihil ceperunt: Eo autem viso audierunt ab illo, mittite retia. Domine, inquit, per totam noctem nihil cepimus, sed ecce in verbo tuo mittimus. Miserunt, iubente omnipotente. Quid potuit aliud fieri, nisi quod ille voluisset? Sed tam eodem ipso facto, aliquid nobis vt dixi quod nosse expediat significare dignatus est. Missa sunt retia. Adhuc dominus nondum erat passus, nondum resurrexerat, missa sunt retia, ceperunt tantum piscium vt duo nauigia implerentur, & ipsa retia eadem piscium multitudine scinderetur. Tunc illis dixit, Venite & faciam vos piscatores hominum. Acceperunt ab illo retia verbi dei, miserunt in mundum tanquam in mare profundum, ceperunt quantam multitudinem Christianorum cernimus & miramur. Duo autem illa nauigia, duos populos significabant, Iudaeorum & gentium, synagoga & Ecclesia, circumcisionis & praepitij. Illorum enim duorum nauigiorum tanquam

duorum parietum de diuerso venientium, lapis angularis est Christus. Sed quid audiuiimus? Ibi premebantur nauigia praegmultitudine, sic fit modo, multi Christiani qui male viuunt Ecclesiam premunt. Parum est quia premunt, & retia dirumpunt. Nam si non essent retia scissa, schismata non essent commissa. Tamen iam erigo ab ista piscatione quam toleramus, & ad illam veniamus. Ardentem optamus, & fideliter exoptamus. Ecce dominus mortuus est, sed resurrexit, apparuit ad mare discipulis suis, iubet eos retia mittere. Non quomodocumque intendite. Nam in prima piscatione non illis dixit, Mittite retia in dexteram aut sinistram. Ne soli mali vel soli boni significarentur si diceret, in dexteram, ideo non dixit, vel in sinistram, quia permixti erant capiendi boni cum malis. Iam modo post resurrectionem qualis erit Ecclesia audite, discernite, gaudeate, sperate, comprehendite. Mittite, inquit, retia in dexteram partem. Iam dexteri capiuntur, nulli mali timeantur. Scitis enim qui dixit se separaturum esse oues a dexteris, dicitur: Accipite regnum: Ecce vnde mittit retia? In dexteram partem miserunt, ceperunt, certus est numerus, nemo est ibi super numerum. Modo autem quanti super numerum accedunt ad altare, qui in populo dei videntur, & in libro vitae non scribuntur. Ibi ergo certus numerus est. De quibus piscibus & vos esse affectate, non audiendo tantum & laudando, sed intelligendo & bene viuendo. Mittuntur ergo retia, capiuntur pisces magni. Quis est enim ibi tunc parvus, quando erunt aquales angelis dei? Capiuntur ergo pisces magni, centum quinquaginta & tres. Dicit mihi aliquis. Et tot erunt sancti? Absit a nobis, vt tantam paucitatem esse sanctorum & in illo regno futurorum etiam de sola ista Ecclesia suspicemur. Certus numerus erit, sed milia milium erunt de populo Israelitico. Ioannes sanctus in Apocalypsi de solo populo Israel duodecies duodena milia dicit futuros, qui se cum mulieribus non coquinauerunt, virgines enim permanserunt. At vero de ceteris gentibus venire dicit cum stolis albis tanta milia hominum, quae numerare nemo potest. Aliquod ergo signum vult iste numerus, & anniuersaria solennitate sermonis huius commemorare vobis debeo, quod omni anno soletis audire. Centum quinquaginta & tres pisces, numerus est significans milia sanctorum atque fidelium. Quare ergo isto numero tot milia quae futura sunt in regno caelorum, dominus significare dignatus est? Audite quare. Scitis legem datam esse per Moysen populo dei, & in ipsa lege praecipuum commemorari decalogum, id est, decem praecipua legis. Quorum est vnum praecipuum de colendo vno deo, secundum praecipuum de obseruatione sabbati, quod Christiani spiritaliter obseruant, Iudaei carnaliter violant. Ista tria praecipua ad deum pertinent, reliqua septem ad homines, propter illa duo principalia, Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus mandatis, tota lex pendet & propheta. Quia ergo duo sunt ista praecipua in illo decalogo, tria pertinent ad dilectionem dei, & septem ad dilectionem proximi. Quae sunt septem pertinentia ad hominem? Honora patrem tuum & matrem, non moechaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dixeris, non concupisces uxorem proximi tui, non concupisces rem proximi tui. Haec decem praecipua nemo implet viribus suis, nisi adiuuetur gratia dei. Si ergo legem nemo implet viribus suis, nisi deus adiuuet spiritu suo, iam recolite quemadmodum spiritus sanctus se-

Præcepta nullus implet nisi adiuuetur gratia dei:

**G**ptenario numero commedatur sicuti sanctus Propheta dicit, implendum hominem spiritu der sapientie & intellectus, consilij & fortitudinis, scientie & pietatis, spiritu timoris dei, ista septem operationes commendant septenario numero spiritum sanctum, qui quasi descendens ad nos incipit a sapientia, finit ad timorem: Nos autem ascendentes incipimus a timore, perficimur in sapientia: Initium enim sapientie timor domini. Si ergo spiritu opus est vt lex possit impleri, accedant septem ad decem, sit numerus decem & septem. Si coputes ab vno vsque ad decem & septem, fiunt centum quinquaginta & tres. Non opus est omnia annumerare, apud vos numerate, sic coputate, vnum & duo & tria & quatuor sunt decem. Quomodo decem sunt vnum & duo & tria & quatuor, sic adde ceteros numeros vsque ad decem & septem, & inuenis numerum sacratum fidelium atque sanctorum in caelestibus cum domino futurorum.

Sermo CXLIX.



Eodem die, Sermo II.

**E**odie terminatum est de his que narrat Ioannes, quomodo apparuerit dominus post resurrectionem discipulis suis. Compellauit ergo Apostolum Petrum illum presumptorem & negatorem, cum loqueretur iam viuus morte deuicta, & dicebat, Simo Ioannis. Sic enim appellabatur Petrus, Amas me. Respondebat ille quod erat in corde ipsius. Si Petrus respondebat quod in corde habebat, dominus quare quarebat qui corda videbat? Denique ipse etiam Petrus mirabatur, & cum volo manere donec veniam, tu me sequere. Hanc ergo opinionem qua putabatur Ioannes non esse moriturus, abstulit ipse Ioannes verbis suis consequentibus, ne hoc credatur: & ait, Non hoc dixit dominus, sed hoc dixit. Quare autem hoc dixerit, Ioannes non exponit, sed nobis reliquit, ppter quod pulsamus si forte aperiat nobis: Quantum mihi dominus donare dignatur, quantum mihi videtur, videtur autem & melius melioribus, sic puto istam solui questionem duobus modis: aut de passione Petri dixit dominus quod dixit, aut de Evangelio Ioannis quod est de passione: vt hoc, sequere me, sit patere pro me, patere quod ego. Crucifixus est enim Christus, crucifixus est & Petrus. Expertus est clauos, expertus est cruciatus. Ioannes autem nihil eorum expertus est: hoc est, Sic eum volo manere, sine vulnere, sine cruciatu, dormiat & expectet me, tu me sequere. Patet quod ego, sanguine sudi pro te, funde pro me. Vno ergo isto modo exponi potest quod dictum est: Sic eum volo manere donec veniam, tu me sequere. Nolo vt ipse patiat, tu patere. Secundum autem Evangelium Ioannis, hoc modo videtur intelligi: quod Petrus scripsit de domino, scripserunt & alij, sed scripta eorum magis circa humanitate domini videntur occupata. Dominus enim Christus & deus est & homo. Quid est homo? Anima & caro. Quid autem Christus est? Verbum, anima & caro. Sed qualis anima? Nam & pecora habent animas. Verbum, rationalis anima & caro, hoc totum Christus. Sed de diuinitate in literis Petri non alud: In Evangelio autem Ioannis multum memini. In principio erat verbum, ipse dixit. Transcendit nubes, & transcendit sydera, transcendit & angelos, transcendit omnem creaturam, peruenit ad verbum per quod facta sunt omnia. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt. Quis videt, quis cogitat, quis digne suscipiat, quis digne pronunciet? Tunc hunc qui bene intelligit quando Christus venerit: Sic eum volo manere donec veniam. Expositum sicut potui, potest ipse melius in cordibus vestris.

**I**tem eodem die homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem: Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis &c. que habetur in expositione doctoris. Ibidem.

**A**tem eodem die homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem: Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis &c. que habetur in expositione doctoris. Ibidem.

Sermo. CL. Exod. 12.



1. Corin. 5. Eiaze. 53.

Math. 9.

Ioan. 12.

Pal. 84.

Gen. 11.

Gen. 9.

Feria quinta Pasche: Sermo I.

**A**gnus ille legalis cuius immolatione antiquus Hebraeorum populus Aegyptie seruitutis iugum abiecit, quomodo multimodis sacramentis veriore sancta Ecclesia hostiam in figura sui contineat, tunc potissimum ipsa rerum veritate probatur est, quando pascha nostrum immolatus est Christus, qui sicut omnis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondeute se sine voce, sic non aperuit os suum. Ille est agnus qui in altari crucis hostia viua deo patri pro nobis in odorem suauitatis oblatu transitum nobis de regione vmbrae mortis ad terram repromissionis patefecit. Ille est, inquam, qui simul victima & sacerdos, omnem veteris sacerdotij & sacrificij vmbra clara luce reuelando, figuris & anigmatibus finem imposuit: nouo autem Ecclesia populo notum sacerdotium & nouum sacrificium inuitauit, vt videlicet nouum vinum in vres nouos mitteretur. Quod si granum frumenti cadens in terram & mortuum tam mirabiliter omnia in nouauit, multo magis in seipso rediuuauit cum fructu multiplicato resurgens cuncta fecundauit, & non solum spiritalibus rationabilibus terre incrementis, sed & ipsis quoque terrenis seminibus hoc tempore ampliore prouentum dedit. Vnde modo in germine erumpentis terrae tota hilarior facies, vario suorum fructuum ornatu omnem hactenus quasi mortuam rerum naturam resurgenti suo domino conresuscitat: vbi arborum & herbarum grata venusta, diuerso quidem germinu munere, pari tamen gestu laetitiae, singulari huic solennitati festiua occurrit. De caeli autem nunc vsque quodammodo tristi, tandem vero lata facie quid dicam, quae aliquandiu iam densa caligine nubium adoperta aeris huius spatium omne turbauit? Et ecce repente quasi iulitia de caelo in terram prospiciente mira serenitas mundo arridet, & in vnam laetitiam caeli & terrae vota concurrunt vt deum & hominem Christum communi exultatione excipiant, qui communem vtriusque pacem afferre venerat, & medium parietem maceriae soluens, fecit vtraque vnum. Hinc astrotrom omnium fomes, splendor ille solaris suam frotem admodum rugatam iam iamque expurgat: & quasi rex conspicuus in diademate capitis sui, in die desponsationis suae, & in die laetitiae cordis sui ceteris stellis velut comitibus suis largiora luminis sui dona impendit. Luna enim ab ipso ortus sui die semper in quoda sui dispendio posita, ad paschalia gaudia pleno se lumine parat. Et vt cuncta breuiter perstringam, sicut omne quod in rebus subsistit diuina dispensatione hominis imperio feruit, sic de salute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cum igitur pro homine omnis creatura tantis indicis sua gaudia monstret, cosequens est vt ab hominibus ipsis testimonia tali laetitiae non desint. Prafigurata est in protoplasto Adam Christi resurrectio, quia sicut ille post soporem surgens, Euam de latere suo fabricata agnouit, ita Christus a morte resurgens ex vulnere lateris sui adificauit Ecclesiam. Noe quoque vir agricola cum plataisset vineam, & inebriatus vino obdormisset, & discooperitus iaceret in tabernaculo suo, expergefactus a somno filio suo verecundiam suam non celanti maledictum perpetuae seruitutis imponens, Christum significauit: qui vineam suam fecit Ecclesiam, cuius amore poculo passionis inebriatus, & assumpta carnis tegmina

**C**oscipuus in diademate capitis sui, in die desponsationis suae, & in die laetitiae cordis sui ceteris stellis velut comitibus suis largiora luminis sui dona impendit. Luna enim ab ipso ortus sui die semper in quoda sui dispendio posita, ad paschalia gaudia pleno se lumine parat. Et vt cuncta breuiter perstringam, sicut omne quod in rebus subsistit diuina dispensatione hominis imperio feruit, sic de salute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cum igitur pro homine omnis creatura tantis indicis sua gaudia monstret, cosequens est vt ab hominibus ipsis testimonia tali laetitiae non desint. Prafigurata est in protoplasto Adam Christi resurrectio, quia sicut ille post soporem surgens, Euam de latere suo fabricata agnouit, ita Christus a morte resurgens ex vulnere lateris sui adificauit Ecclesiam. Noe quoque vir agricola cum plataisset vineam, & inebriatus vino obdormisset, & discooperitus iaceret in tabernaculo suo, expergefactus a somno filio suo verecundiam suam non celanti maledictum perpetuae seruitutis imponens, Christum significauit: qui vineam suam fecit Ecclesiam, cuius amore poculo passionis inebriatus, & assumpta carnis tegmina

**D**ne nudatus a mortuis resurrexit, sicut ipse ait in Canticis, Expoliam me tunica mea, quomodo induar illa? Ioannes vero qualiter & ipse in se domini mortem & resurrectionem expresserit, Euangelicus sermo aperte declarat. Quia igitur fratres omnis creatura quodam charitatis officio nostrae salutis congaudet, nostrum est ex hoc nobis in vltima viuendi aliquid trahere: ne communis omnium letitia ius suum in nobis amittat, quos causa totius summa in capite spectat. Et primum quidem velut oues pascae domini, in ara cordis igne charitatis assati, nosmetipsos offeramus hostiam viuentem, sanctam, deo placentem: & azymis continentiae, mortificata iam habentes membra nostra quae sunt super terram, id est, fornicationem, immunditiam, & cetera vitiorum ergastula declinemus, & in statione virtutum sedem nobis aptemus: mortuis quoque operationibus abrenunciantes, fructum optimum vt terra bona afferamus, exemploque bonae arboris in omni bonitate & iustitia fructificemus. Ne vero & claritas solis nostrae desit coterfationi, luceat lux nostra coram hominibus, vt videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in caelis est. Si igitur ita agentes vltimus nos dies inuenierit, erit nobis quandoque in praemio ipsa quoque corporum resurrectio, vbi cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria, qui uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eodem die, Sermo II.

**S**ic se habet fratres charissimi: Sic se habet miseria nostrae conditionis & dei miseria, vt tempus maestitiae, tempus laetitiae praecedat: id est, vt prius sit tempus maestitiae, posterius tempus laetitiae. Prius sit tempus laboris, posterius quietis, prius sit tempus calamitatis, posterius felicitatis. Sic se habet miseria nostrae conditionis vt diximus & diuina miseria. Tempus enim maestitiae, laboris, miseriae, peccata nostra nobis repererunt. Tempus vero laetitiae, quietis, felicitatis, non venit de meritis nostris, sed de gratia saluatoris. Aliud meremur, aliud speramus. Meremur mala, speramus bona. Hoc facit misericordia eius qui creauit nos. Sed tempore miseriae nostrae & sicut scriptura loquitur, diebus natiuitatis nostrae nosse debemus vnde debeat esse ipsa tristitia. Tristitia enim sic est, quomodo stercus. Stercus non loco suo positum immunditia est. Stercus non loco suo positum, immundam facit domum: loco suo positum, fertilem facit agrum. Videte stercoris locum ab agricola prouisum. Ait Apostolus, Et quis est qui me laetificet, nisi qui contristatur ex me? Et alio loco, Tristitia, inquit, secundum deum poenitentiam in salutem impoentendam operatur. Qui secundum deum tristis est, in poenitentiam tristis est de peccatis suis. Tristitia de iniquitate propria iustitiam parturit. Prius tibi displicet quod es, vt possis esse quod non es. Quae secundum deum est, inquit, tristitia, poenitentiam in salutem impoentendam operatur. Poenitentiam, inquit, in salutem. Qualem salutem? Impoentendam. Quid est impoentendam? Cuius te omnino poenitere non possit. Habuimus enim vitam cuius nos debuimus poenitere, habuimus vitam poenitentiam, sed non possumus peruenire ad vitam impoentendam nisi per mala vitae poenitentiam. Nunquid fratres vt dicere coeperam in massa tritici purgata inuenies stercus? Tamen ad illum nitorem, ad illam speciem & pulchritudinem per stercus peruenitur, reipublice foeditas via fuit. Merito etiam dominus dicit in Evangelio de quadam arbore infructuosa, iam ecce triennium est quod venio ad eam, & fructum in ea non inuenio,



G præcidam illam, ne mihi agrum impediatur. Intercedit colonus: Intercedit iam securi imminente infructuosus radicibus, & penè feriente, intercedit colonus, quomodo intercessit deo Moyses. Intercedit colonus & dicit, Domine dimitte illam & hoc anno: Circumfodio ei & adhibeo copinum stercore: si fecerit fructum, bene: si quo minus, præcides eam. Arbor ista genus est humanum, Visitauit istam arborem dominus tempore Patriarcharum, quasi primo anno. Visitauit eam tempore Legis & Prophetarum, quasi secundo anno. Ecce in Evangelio tertius annus illuxit. Iam quasi præcidi debuit, sed interpellat misericors misericordem. Qui enim se volebat exhibere misericordem, ipse sibi opposuit intercessorem. Dimittatur, inquit, hoc anno, circumfodiatur ei fossa ligni est humilitatis, adhibeatur copinus stercore, si forte det fructum: immo quia dat fructum, ex parte non dat fructum, veniet dominus eius & diuidet eam. Quid est diuidere? Quia sunt boni & sunt mali. Modo autem in vno coetu tanquam in vno corpore sunt constituti. Ergo fratres mei ut dixi, Stercoris locus opportunus dat fructum, importunus autem locum facit immundum. Nescio quis tristis est, Inueni nescio quem tristem: Stercus video, locum quero, dic amice unde tristis es? Perdidit, inquit, pecuniam. Locus immundus, fructus nullus, audiat Apostolum, Tristitia mundi mortem operatur. Non solum fructus nullus, sed magna perniciosa. Sic & de ceteris rebus ad gaudia secularia pertinētibus, quas res longum est enumerare. Video alium tristantem, gemētem, flentem: Multum stercoreis video, & ibi locū quero. Et cum viderem tristem, flentem, inspexi & orantem. Orans nescio quid mihi bonæ significationis ingessit. Sed adhuc locum quero. Quid enim si iste orans, gemens, magno fletu mortem roget inimicis suis: Etiam sic iam plorat, iam rogat, iam orat, locus immundus, fructus nullus. Plus est quod inuenimus in scripturis: Rogat ut moriatur inimicus ipsius, incidit in maledictione Iudæ. Oratio eius fiat in peccatum. Inspexi alium rursus gemētem, flentem, orantem, stercore agnosco, locum quero. Intendi autem orationi eius, & audito dicente, Ego dixi domine miserere mei, sana animā meam quia peccavi tibi: Gemit peccatum: Agnosco agrum, exspecto fructum: Deo gratias. Bono loco est stercore, non ibi vacat, fructum parit. Hoc est vere tempus fructuosæ mœstitiæ, ut conditionem mortalitatis nostræ, abundantiam tentationum, surreptiones peccatorū, aduersitates cupiditatum, rixas concupiscentiarum contra bonas cogitationes semper tumultuantium doleamus, hinc tristes sumus. Hoc tempus miserie nostræ & gemitus nostri, quadraginta dies illi significat ante pascha. Latitia vero quæ posterior erit, quietis, felicitatis, vitæ æternæ, regni sine fine, quod nondum est, his diebus quinquaginta quibus diebus deo laudes dicuntur, significatur. Significatur enim nobis tempora, vnum ante resurrectionem domini, alterū post resurrectionem domini. Vnum in quo sumus, alterum in quo nos futuros esse speramus. Tempus mœroris quod significant dies quadagesimæ, & significamus & habemus. Tempus autem latitiæ & quietis & regni quod significant dies isti, significamus per hallelu ia, sed nondum habemus laudes. Sed nūc suspiramus ad hallelu ia. Quid est hallelu ia? Laudate deum. Sed nondum habemus laudes, in Ecclesia frequentantur laudes dei post resurrectionem, quia nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram. Domini passio tempus nostrū significat in quo nunc stemus. Flagella, vincula, contu-

1. Corin. 7.

Psal. 108.

Psal. 40.

Hallelu ia quid?

Math. 25.

melia, sputa, spinea corona, vinum fellitum, in spongia K acetum, insultationes, opprobria, postremo ipsa crux, in ligno membra sacra pendencia, quid nobis significant nisi tempus quod agimus, tempus mœroris, tempus mortalitatis, tempus tentationis? Ideo fœdum tempus, sed fœditas ista stercoreis sit in agro, non in domo. Mœror sit de peccatis non de cupiditatibus fructuatis. Fœdum tempus, sed si bene vtatur, fidele tempus. Quid fœtidius agro stercoreato? Pulchrior fuit ager antequam copinum stercoreis haberet, perductus est ager ad fœditatem ut veniret ad vbertatē fidei. Ergo fœditas huius temporis signum est, sed nobis sit ista fœditas tempus fertilitatis. Videamus ergo cum Propheta quid dicat: Vidimus eum. Qualem? Non habentem speciem neque decorem. Quare? Alium prophetam interroga: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Dinumerata sunt ossa pendentes. Fœda species, crucifixi species, sed ista fœditas pulchritudinem parit. Quam pulchritudinem? Resurrectionis: Quia speciosus forma præ filiis hominū. Laudemus ergo fratres dominum, quia eius fidelia promissa retinemus, nondū accepimus. Parum putatis, quia promissorem tenemus, vt iam debitorem exigamus? Promissor deus debitor factus est bonitate sua, nō prærogantia nostra. Quid ei debemus, vt eum debitorem teneamus? An forte quod audistis in psalmo: Quid retribuam domino. Primo quādo dicit, Quid retribuam domino, verba sunt debitoris, non debitum exigentis. Prærogatum est illi, Quid retribuam domino. Quid est, quid retribuam? Rependam. Pro qua re? Pro omnibus quæ retribuit mihi. Quid retribuit mihi? Primo nihil eram & fecit me, perieram quæsiuit me, quærens inuenit me, captiuum redemit me, emptum liberauit me, de seruo fratrem fecit me. Quid retribuam domino? Non habes quid retribuas. Quando ab illo totum expectas, quid habes retribuere? Sed expecta. Nescio quid vult dicere. Cur querit? Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Circumspiciens vndiq; quid retribuat, quasi inuenit. Quid inuenit? Calicem salutaris accipiam. retribuere cogitabas, adhuc accipere quærebās. Vnde rogo? Si adhuc accipere quæris, adhuc debitor eris, quando retributor. Si ergo semper debitor eris, quando retribues? Non inuenis quod retribuas, nisi quod dederis non habebis. Vide quando dicebas: Quid retribuam, ad illud pertinet quod dixisti: Omnis homo mendax. Qui enim voluerit dicere, quia retribuet aliquid deo, mendax est: (Omnia ab illo speranda sunt, à nobis ipsi præter illum nihil nisi forte peccatum,) & mendacium de suo loquitur. Vere plene de suo abundat homo, mendacium omnino hic habet & thesaurum mendaciorum, cor suum mentiatur quantum potest nō deficit, fingat quicquid potest, mentiatur quicquid potest. Quare? Quia quod gratis habet, de se habet, non illud emit. Quando venit ad veritatem, si verax vult esse, non erit de suo. Mendax Petrus de suo. Vbi mendax? Præmisit nobis dominus passionem, & dicit, Absit à te, non fiat illud. Omnis homo mendax. Vnde mendax? Ipsum dominum audi: Non sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominis. Verax autem Petrus. Quando? Tu es Christus filius dei viui. Vnde ista veritas homini mendaci? Ecce homo dicit, Tu es Christus filius dei viui. Quis dicit? Petrus. Quid erat Petrus? Homo qui dixit verum. Certe omnis homo mendax. Ecce, ecce lingua eius, ecce lingua de lingua eius. Quomodo omnis homo mendax? Audi, quia omnis homo mendax, quia de suo. Ergo vnde Petrus verax? Audi ipsam veritatem, Beatus

Esa. 53.

Psal. 41.

Psal. 44.

Psal. 105.

Math. 16.

Psal. 115.

Psal. 83.

Ioan. 20.

Sermo. CLII.

Ioan. 20.

Math. 23.

Luc. 8.

Ioan. 20.

A Beatus es Simon bar Iona. Vnde beatus? De suo? Absit, quia tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in caelis est. Laudemus ergo dominum fratres charissimi, laudemus deum, dicamus hallelu ia. Significemus istis diebus diem sine fine. Significemus locū immortalitatis, tempus immortalitatis. Festinemus ad domum æternam. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Lex dicit, scriptura dicit, veritas dicit: Venturi sumus ad domum dei quæ est in caelis. Ibi non quinquaginta diebus deum laudabimus, sed quemadmodum scriptum est: In secula seculorum; Videbimus, amabimus, laudabimus. Nec quod videbimus deficit, nec quod amabimus peribit, nec quod laudabimus tacebit. Sempiternū totum erit, sine fine erit. Laudemus, laudemus, sed non solis vocibus, laudemus & moribus, laudet lingua, laudet vita, sed habeat charitatem infinitam cum vita: per Iesum Christum dominum nostrum, qui &c.

Item eodem die, homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Maria stabat ad monumentum etc. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

B FERIA SEXTA PASCHAE. SERMO I.

**N**arrationem resurrectionis domini nostri Iesu Christi secundum euangelistam Ioannem hodie lectam scitis, & commendaueram vobis secundum omnes quatuor Euangelistas istis diebus resurrectionem domini recitari. De his ergo quæ audistis illud tantum solet moueri, quare dixerit dominus Iesus mulieri quærenti corpus eius, & eum iam vitium agnoscenti, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Dixi autem vobis & meminisse debetis, non omnia omnes dicere, sed dici ab aliis quæ ab aliis prætermissa sunt: non tamen ita vt inter se repugnare credendi essent, sed absit contentio, & assit pietas intelligentis. Nam sicut legitur apud Euangelistam Mattheum, postea quàm resurrexit occurrit duabus mulieribus, in quibus & ista erat: & dixit eis, Auete. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Et vtique ad patrem nondum ascenderat. Quomodo huic dicitur: Noli me tangere, Nondum enim ascendi ad patrem meum? Sic enim verba ista videntur sonare, quasi tunc eum posset tangere Maria, quando ascendisset in cælum. Si in terra positum non tangit, in cælo sedentem quis mortalium potest tangere? Sed ille tactus, fidem significat. Tangit Christum, qui credidit in Christum. Nam & illa mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, apud seipsam ait: Si tetigero subriam vestimenti eius salua ero. Fide tetigit, & sanitas subsecuta est quam præsumpsit. Denique vt nos sciamus quid sit vere tangere, dominus continuo dixit discipulis suis: Quis me tetigit? Et dixerunt discipuli: Turba te comprimunt, & dicis quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Quasi diceret: Turba premit, fides me tangit. Videtur ergo ista Maria cui dixit dominus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: Ecclesia gestare personam, quæ tunc in Christum credidit, cum ascendisset ad patrem. Ecce vos interrogo quando credidistis, interrogo Ecclesiam toto orbe terrarum diffusam, cuius persona erat in vna femina: & vna voce mihi respondet, Tunc credidi cum Iesus ascendisset ad patrem. Quid est tunc credidi, nisi tunc tetigit? Multi carnales Christum tantummodo hominem putauerunt, diuinitatē in illo latentem non intellexerunt: & ideo bene non tetigerunt, quia non bene crediderunt. Vis bene tangere? Intellige Christum vbi

est patri cœternus, & tetigisti. Si autem hominē putas & nihil amplius putas, tibi nōdum ascendit ad patrem. Adhibuit ergo dominus Iesus speciem corporis hominis sensibus, ad confirmandam carnis resurrectionem. Nihil nos docere voluit ostendendo se vitium in corpore post resurrectionem suam, nisi vt credatur à nobis resurrectio mortuorum, donec veniat dominus & illuminet abscondita tenebrarum. Quid est hoc? Audi quod sequitur: Et manifestabit cogitationes cordis. Cor videre dei est, hominum autem non est, nisi de his quæ manifesta sunt iudicare. Modo ergo cogitationes nostræ nobis ipsi singulis quibusque in luce sunt, quia nouimus eas, sed proximis nostris in tenebris sunt, quia non vident eas. Ibi quod nostri te cogitare, & alter sciturus est. Quid times? Modo vis abscondere, modo times publicare cogitationes tuas. Forte enim aliquid mali aliquādo cogitas, forte aliquid turpe, forte aliquid vanū. Nihil ibi nisi bonū, nihil ibi nisi honestum, nihil ibi nisi verū, nihil ibi nisi purum, nihil ibi nisi syncerum. Quādo ibi fueris, quid cogitabis? Quomodo vis videri modo faciem tuam, sic tunc voles videri conscientiam tuam. Nam & ipsa agnitio charissimi, nōne omnium nostrū erit? Ibi erit inuicem agnitio. Sic videbūt omnes & multo excellentius, quomodo hic solent videre Prophetæ. Diuine videbunt, quando de deo pleni erunt, nec quod offendant erit, nec quod lateat cognitorem. Erunt ergo ibi membra integra, etiam quæ hic pudenda, ibi tamen pudenda non erunt. Non ibi erit sollicitum integritatis decus, vbi nō erit libidinis dedecus. Ecce etiam hic vbi omnium nostrorum operum necessitas mater est, quæ necessitas tunc non erit, tamen inuenimus aliqua quæ deus posuit in corporibus ad nullos vsus, sed ad solum decus. Nulla ibi erit corruptio, nihil deformis prauitas, nulla erummosa necessitas, sed interminata æternitatis pulchra veritas, summa felicitas. Sed dicis mihi: Quid acturus sum? Nulla actio tibi videtur stare, videre, amare, laudare? Ecce dies sunt sancti, qui post resurrectionem domini celebrantur, significant futuram vitam post resurrectionem nostram. Sicut enim quadagesimæ dies ante pascha significauerunt laboriosam vitam in hac erumna mortali, sic isti dies lati significant futuram vitam vbi erimus sine fine cū domino regnaturi. Vita quæ significatur quadagesima ante pascha, modo habetur: vita quæ significatur quinquaginta diebus post resurrectionem, nō habetur sed speratur & sperando amatur. Et in isto amore deus qui promisit ista laudatur, & ipsæ laudes hallelu ia sunt. Quid est enim hallelu ia? Verbum est Hebræum. Hallelu ia, laudate dominum: Hallelu ia: laudate deum. Canamus & inuicem nos excitemus ad laudandum deum, nec non cordibus melius quàm cithara cordis dicimus laudes. Deo canamus hallelu ia, & cum cantauerimus, propter infirmitatem recedimus vt corpora reficiamus. Quare reficimus nisi quia deficiamus? Deinde tanta est infirmitas carnis, tanta huius vitæ molestia, vt quælibet magna res veniat in fastidio. Quomodo desideramus istos dies ad annum venturos cum modo abierunt, & quanta auiditate ad illos venimus per temporis interuallum? Si diceretur nobis sine cessatione dicite hallelu ia, excusaremus. Quare excusaremus? Quia lassī nō possumus, quia & ad ipsum bonum fastidio fatigaremur, vbi nullus est defectus, nulla fastidia. State, laudate qui statis in domo domini, in atris domus dei nostri. Quid queris, quid ibi facturus sis? Beati ait qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

1. Corin. 4.

B

F

Psal. 133.

Psal. 85.

**G** Eodem die, Sermo I I.  
 Sacramentum dilectissimi dominicæ resurrectionis diuina uoluit prudentia uariis figuris rerum & prophetarum oraculis aliquotiens præsignari, quatenus per omnes seculi labentis atates omnis sanctorum spes ad illum tenderet solum qui est expectatio omnium gentium. Vnde illud quod in ipso mundi nascentis exordio mater omnium uiuentium Eua de costa uiri dormientis est producta, matrem credentium Ecclesiam ex latere Christi in cruce orientis monstrat exortam, sicut in actu euigilantis Adæ figura est domini resurgentis à morte. Vnde dicit Apostolus, Factus est primus homo in animam uiuentem: secundus homo in spiritum uiuificantem. Noë uero qui in opere arcæ & ipso suo nomine requiem dei in sanctis significat, in eo uel maxime redemptoris nostri figuram repræsentat, quod cum esset agricola vineam plantauit, & uini poculo ebriatus, in isto tabernaculo est denudatus. Quæ res ad illum proprie spectat, qui calice passionis adeo factus est ebrius, ut ipso tegmine corporis nudaretur ad tempus, & statim in resurrectione euigilans, illis daret benedictionem qui in mysterio uenerantur eius passionem, irrisoribus autem suis dignam maledictionem. De quo calice dicit Psalmista, Calix meus inebrians, quam præclarus est. Et in Euangelio dominus, Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum: Virga quoque Moyse in terram proiecta & in draconem conuersa, cum teneretur per caudam rediit iterum in uirgam: quia illa potestas diuina maiestatis de cælo descendens ad terram pro nobis uoluit esse mortalis, sed post peractam carnis assumptionem dispensationem, recepit se ad paternam dexteram sedem. De Iona quem absorptum piscis euomuit in aridam, euidentem habemus ipsius domini sententiã, quod sicut ille fuerit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita foret hominis filius in corde terræ. Extant & alia quam plurima de hac solennitate solennitatum sancta præconia, quibus omnibus astipulatur & ipsa temporum ratio, quæ paschalem terminum uernali dedicauit æquinoctio, expectato duntaxat sequente primi mensis plenilunio: ut sicut ab inferioribus sol in altum proficiens, primo nunc adæquat longitudine noctes, luna etiam per diuina suæ lucis incrementa uidetur esse plenissima: ita resurgens ab inferis sol iustitiæ, Ecclesiam eatenus in tenebris constitutam suo illustraret lumine. Hæc sunt sacrosancta huius diei paschalia gaudia, hæc seculis omnibus desiderata & prædicata solennia, quæ nos semper animo uenerari, semper opere pro modulo nostro iustum est imitari, sicut dicit Apostolus Ioannes, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et ille quidem pro nobis ad tempus crucifixus, nos quotidie crucem tollere, & ipsum sequi oportet. Mortem ille ad horam gustauit, nos semper debemus mortificare membra nostra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, & cætera. Resurrexit ille à mortuis, resurgere nos iubemur à uitiis, dicente Apostolo, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quod si modo carnem nostram pro Christo cum uitiis & concupiscentiis crucifixerimus, complantati etiam similitudini mortis eius, mortificatione uitiorum fuerimus, cum Christus appaerit uita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

**K** Eodem die, Sermo I I I.  
 DE VS misericordiæ & iustitiæ hodie resurrexit à mortuis per potentiam patris, ut Paulus ait, Qui suscitauit eum à mortuis. Et propheta, Inter mortuos liber est. In quo & nos omnes post resurgemus & uiuemus. Quia enim præstitit nobis ducatum ad regnum suum, iubemur & nos præparare uiam domino, hoc est, humilitatem, dilectionem dei & proximi, iustitiam, bonitatem, integritatem, patientiã, charitatem, prudentiam, pietatem & innocentiam. Hæc omnia præcepit nobis dominus per semetipsum exemplis, qui per agnum significatur. Quaritur ergo, quare agnus iste non die, sed ad uesperã immoletur? Hæc causa manifesta est. Dominus enim noster ac saluator in cõsummatione seculorum passus est, ut Ioannes ait, Filioli mei, nouissima hora est. Hodie fides Ecclesiæ confirmata est in Christo, & in semine Abraham omnes gentes benedicuntur, ac saluator mundi innotuit, & plenam supernis ciuibus & hominibus lætitiã contulit, cum uiuum se post passionem suam præbuit iuxta promissum suum. Bene quoque dominicus sermo ac resurrectio domini coniunguntur. Venerabilis est hæc dies, qui dominicus dies, & dies primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo uisa est prima lux. In quo transgressi sunt filij Israël mare rubrum siccis pedibus, & in quo pluit manna filiis Israël in deserto, & quo dominus baptizatus est in Iordane, Quo uinum de aqua in Chana Galilææ factum est. Quo benedixit dominus quinque panes, quibus satiati sunt quinque milia hominum. In quo resurrexit dominus à morte. Quo intrauit dominus in domos clausas, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum. In quo spiritus sanctus descendit in Apostolos. Et in quo speramus dominum nostrum Iesum Christum ad iudicium venturum. In quo die omnis creatura reformabitur in melius, ut sol & luna septuplum lumen accipiant, & sancti homines uitam æternã propter merita bonæ obedientiæ recipiant à deo.

Sabbato post diem sanctum Paschæ: Sermo I.  
**L** hodie resurrectio domini recitata est de sancto Euangelio, Lectum est enim Euangelium secundum Ioannem, audiuiimus quæ in aliis libris Euangelij nõ audiueramus. Omnibus quidem communis est prædicatio ueritatis, & de fonte uño omnes biberunt. Sed in prædicatione Euangelij, sicut sæpe commonui charitatem uestram, alia omnes, alia tres, alia duo, alia singuli posterunt. Modo ergo quod audiuiimus secundum Ioannem Euangelium, quia Maria uidit dominum, & dixit ad eam dominus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, solus Euangelista Ioannes commemorat. Hinc ergo loquendum est sanctitati uestræ. Visis enim linteaminibus in sepulchro, dominum non resurrexisse crediderant, sed ablatum esse. Ipse Ioannes, seipsum enim dicit, quem diligebat Iesus, cum audisset denuntiantibus mulieribus & dicentibus, Tulerunt dominum meum de monumento, cucurrit cum Petro, & attendit in monumentum, uidit sola linteamina, & credidit non quia resurrexerat, hoc sequentia uerba testantur. Sic enim scriptum est, quod modo audiuiimus. Attendit, uidit & credidit, nõdum enim sciebat scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Ergo qui credidit quod fidei non erat hoc credidit: credidit, sed falsum credidit. Apparuit ei postea dominus, fugauit falsum, inseruit uerum. Tamen illud quod solet mouere lectorem & auditorem non incuriosum neque negligentem, quomodo sit dictum, Noli

**A** Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: hic uideamus domino ipso adiuuante, quid dictum sit. Mouet enim hoc quidem, Noli tangere, nondum enim ascendi ad patrem. Quando enim ascendit ad patrem? Sicut indicant Actus Apostolorum, quadagesimo die post resurrectione suam, quem diem in nomine ipsius celebraturi sumus: tunc ascendit ad patrem, tunc eum discipuli qui manibus tetigerunt, oculis deduxerunt. Tunc sonuit angelica uox, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à uobis, sic uenit quomodo eum uidistis euntem in cælum. Si ergo tunc ascendit ad patrem, quid dicimus fratres mei? Maria non poterat eum tangere in terra stantem, & poterat tangere in cælo sedentem? Si hic non poterat, quanto minus poterat ibi? Quid est ergo, Noli me tangere, non enim ascendi ad patrem? Sic enim sonant uerba, tanquam diceret, tunc me tange cum ascendero, antequam ascendam noli me tangere. O domine hic es & non tango, cum ascenderis tangam? Deinde si antequam ad patrem ascenderet tactum horrebat humanum, quomodo se discipulis non solum uidentem, sed etiam contrectandum præbuit quando dixit, Quid cogitatis in cordibus uestris? Videte manus meas, & pedes meos, palpate & uidete, quia spiritus carnem non habet, sicut me uidetis habere. Incredulus etiam ille discipulus Thomas tetigit latus perforatum, & exclamauit, Dominus meus & deus meus. An forte aliquis insipiens dixerit, antequam ad patrem ascenderet, uiri eum poterant tangere, mulieres autem non poterant, nisi cum ad patrem ascenderet. Absurda est ista cogitatio, & peruersa sententia. Prorsus quod audiuit Maria, audiat Ecclesia. Hoc omnes audiant, deum intelligant, omnes faciant. Quid ergo est, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem? Quod me uides, hominem solum putas, patri æqualem esse adhuc nescis: noli me tangere, noli in hominem solum credere, sed uerbum æquale genitorum intellige. Quid ergo est, Noli me tangere? Noli credere? Quia hoc solum sum quod uides. Ascendam ad patrem, & tunc tange. Tibi ascendo, quando intellexeris æqualem. Quando me putas minorem, nondum ascendo tibi. Tangere autem, credere esse puto: quia facile possumus intelligere de illa muliere quæ tetigit simbriam uentimenti Christi, & salua facta est. Recordamini Euangelium, Dominus Iesus Christus ibat ad uisitandam archisynagogi filiam, quæ primò nunciata fuit infirma, postea mortua. Illo pergente, ecce mulier de transuerso uenit, quæ fluxum sanguinis patiebatur per duodecim annos, & in medicis frustra curantibus, & non sanantibus, omnia sua consumpserat, dixitque in corde suo, Si tetigero simbriam uentimenti eius, salua ero. Hoc ipsum dicere, iam tangere fuit. Denique audi sententiam, cum salua facta esset secundum fidem suã, ait dominus Iesus Christus, Tetigit me aliquis. Et discipuli, Turba te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis, nam ego scio uirtutem exiisse de me. Gratia præcessit ut illa sanaretur, non ut ille minueretur. Dicunt ergo discipuli, Premunt te turba, & tu uñ aut vnã sensisti. Et ille, Tetigit me aliquis, illa premunt, ista tetigit. Quid est, ille premunt, ista tetigit? Iudei affligunt, Ecclesia credidit. Secundum hunc ergo intellectum, quoniam uidemus mulierẽ tetigisse, quod est credidisse, secundum hoc ergo dictum est ad Mariam, Noli me tangere, ascendam & tange. Tunc enim tange, quando cognoueris, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.

Verbum quidem caro factum est, uerbum incontaminatum, immaculatum, immutabile manet, integrum. Sed quia tu hominem solum uides, uerbum non uides, nõ credas in carne, & relinquo uerbum, totus Christus tibi appareat, quia æqualis est patri in uerbo. Noli ergo, inquit, modo tangere, scio quia nondum uides quid sim. Ecclesia ergo, cuius figuram Maria gerebat, audiatur quod audiuit Maria. Tangamus omnes, si credamus, iam ascendit ad patrem, sedet ad dexteram patris. Confiteatur hoc hodie uniuersa ecclesia, Ascendit in cælum, sedet ad dexteram patris. Hoc audiunt qui baptizantur, hoc credunt antequam baptizentur. Quando ergo credut, Maria tangit Christum. Intellectus obsecurus & sanus, incredulis clausus, fide pulsanti est apertus. Ipse ergo dominus Iesus Christus, & ibi est, & nobiscum est, & cum patre est, & in nobis est, & ab illo non recedit, & nos nõ deserit, & orare docet ut magister, & cū patre exauit ut filius.

Eodem die, Sermo I I.  
**D**igne fratres charissimi piis studiis exultemus in Christo sub præsentis solennitate, in qua nobis inferorum dominus diues spoliis redditus est, in qua rediit celsitudo de profundis, lux de tenebris, uita de mortuis. Ecce quantum pro salute omnium perditurum benigna pij pastoris sollicitudo discurrit. Sub uño eodemque tempore & hominem usque ad paradisum reuocare dignatur, & mortem usque ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo, & magnificentius in suis sedibus triumphandam. Ad descendit itaque celestis domini profundum inferi panaditur, peregrinum sibi lumen inferni nox æterna miratur. Expauit ergo nox subito nõ suum mortuum, immo expauit mortem suam. Aderat enim ille qui dudum per prophetam suum dixerat, O mors ero mors tua, eromorsus tuus inferne. Et ideo non solum in eo inuenire non potuit quod teneret, sed eos quos antea retinebat reuocari ad superos se nolente conspexit, & quem debitorem suum putabat, exactorem potius experta est. Et quem quasi captiuum inferni uinculis astringendum esse credebat, quasi liberatorem cum recepta captiuitate redire mirata est: ac sic quem descensione hominem iudicauerat, deum regressione cognouit. Potuerat quidem dominus noster fratres charissimi hostem humani generis sola maiestate prosternere sine incarnationis humilitate, sine certamine passionis: sed homo qui proprio transgressionis crimine tenebatur obnoxius, qui per culpam suam incurerat seruitutem, non uolentia liberandus fuit, sed misericordia redimendus. Et quia deus equitas & iustitia est, ipse sibi lex est. Et quia homo iudicij & iuris sui ac liberi arbitrij præditus uoluntate, qui uoluntarius ruerat, iniustum erat ut erigeretur iniquus, æquius & salubrius fuit, ut qui per superbiam à diabolo persuasus fuerat ad mortem, à deo per humilitatem solidaretur ad uitam. Iusto ergo ordine qui per calliditatem maleuoli serpentis non impulsus sed seductus fuerat ad perditionem, rursum per sapientiam beneuoli redemptoris non compellitur, sed ducitur ad salutem, ut qui cum sua uoluntate corruisse uidebatur, cū sua rursus uoluntate repararetur, ut esset uirtuti ac remunerationi locus. Non enim præripuit eum per uolentiam suam, sed potius per iustitiam & beneuolentiam solidat & eruit ad uitam: quia benignitas prouocantis etiam meritum desiderat acquiescentis, & dignantissimi medici studium, infirmi requirit assensum. Cuius ineffabilem ad eruendos nos dignitatem, etiam præsens Euangelij lectio declarauit. Ait enim, sicut audistis, Cū esset sero die illo

**G**illo vna sabbatorum, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum suorum. Quid mirum si dominus ad discipulos glorificatum corpus claustris stupentibus introuisset, qui illæso materni pudoris signaculo, ianuam mundi huius intravit? Cuius ortum naturæ nesciunt, nō dubites si potentiam exercere videas triumphantem, quem tam stupenda perspicias egisse nascentem. Quid hic respondebunt Iudei, sepulto domino descendentes & signantes lapidem cum custodibus? Quæ cum ita sint, quomodo eum repellere potuit obiectus repaguli, quem non coërcuerat pondus sepulchri? Immo quomodo eum obserata domus excludere potuit, quem includere mortis porta non potuit. Quid mirum si substantiâ corporis nostri per clausa ostia transmisit, cui etiam penetralia supernorum, & solis angelis familiare secretum patere consuevit? Cum ergo dixissent alij discipuli, vidimus dominū, respondit Thomas & dixit eis, Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Quam bona ignorantia quæ eruditur ignaros, quæ instruit incredulos. Quam bona infidelitas, quæ seculorum fidei militauit. Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum. Vox ista inquirentis est, non negantis. Dum hoc dicit, doceri voluit, confirmari desiderauit: & ideo ad eum dominus ita ait, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, Dum benignum præbet veritas moderata responsum, in Apostolo suo non dubitationis vitium, sed sollicitudinis instruit affectum. Quia ergo illo in tempore tanti mysterij nouitas versabatur, merito curiosæ persequutionis non est, sed utilitas exclusa accedit, quod in his Apostoli verbis mūdi utilitas agitur. Vnius interrogatio vniuersitatis est instructio. Ostendit ergo manus & latus. Necessarium enim erat, vt manifestatum præsens expressio cicatricū crucifixi corporis faceret fidem, quia splendor nouæ lucis pristinum obduxerat veritatē, & cognitionem quodammodo claritas obscurauerat. Visus ergo cicatricibus, respondit Thomas & dixit, Dominus meus & deus meus. Nouo genere vestigia vulnerum diuinitati perhibent testimonium, quia templum erat dei indumentum corporis vulnerati. Duas hoc loco in Christo mirare substantias. Fixuram perspicit corporis, & deum prædicat maiestatis. Vbi sunt qui dicunt animas nouis, in quibus antea non vixerunt, corporibus induendas? Ecce in resurrectionis auctore hoc ipsum video resurrexisse quod cecidit, & ideo mortui dormire dicuntur, iuxta prophetam, Nunquid qui dormit nō adiciet vt resurgat? Quare mortem somno assimilauit? Quia in vno eodemque homine, nunquid alter est qui in somno resoluitur, alter vero qui in eiusdem somni stupore ad vigilandi officia suscitatur? Non utique, sed ipsa absque dubio membra euigilasse credenda sunt, quæ dormitionis stupore laxata sunt. Ita mors corporis quod in puluere confectura susceperit, idem ipsum discussa restituit, nec rude, sed rediuitiuū vas cognatus spiritus recognoscit. Et propterea mysterium resurrectionis etiam de minimis exponens, ita Apostolus loquitur, resurrectionem grano tritici comparans. Etenim tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Si quando, vt moris est, fruges botri sulcis agricola fœnerante creduntur, nunquid aliud est quod sepelitur in femina, aliud quod virefcit in germina? Sed singula quæque corpora non de nihilo, sed sui origine produciuntur, & recentia de veteribus in-

nouantur. Cum autem de resurrectione loqueretur Apostolus, dicens, Quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur: vides quia mors quod susceperit, hoc refundit? Et vnicuique, inquit, seminum proprium corpus. Non utique à genere suo alienum, sed naturæ suæ proprium, & de materiæ suæ qualitate reparatum. Reuocabitur ergo in contubernium pristinum animæ & corporis vnitatis, & nullis vnquam seculis dissocianda germanitas. Nostrum est gratia auctoris & redemptoris inuiti, vt ad illorum numerum pertinere videamur, de quibus Apostolus dicit, Simul rapiemur obuiam Christo in aëra & in nubibus, & sic semper cum domino erimus. Dignum enim esse iudicauit, vt germana corporis animæque substantia cum Christo simul regnet in cœlis, quæ Christo seruiuit in terris.

*Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Vna sabbati Maria Magdalene uenit mane: & cetera, quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.*

*Item eodem die alius sermo de epistola, qui habetur in libro Quinquaginta homiliarum X X.*

*Dominica in octauis Pasche, ad competentes:*

Sermo I.

**R**aschalis solennitas hodierna festiuitate concluditur, & ideo hodie neophytorum habitus commutatur, ita tamen vt candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. In qua quidem primum nobis agendum est, vt quia paschales dies sunt, id est, indulgentiæ ac remissionis, ita à nobis sanctorum dierum festiuitas agatur, vt relaxatione corporum puritas non obscuratur, sed potius abstinentes ab omni lusu, ebrietate, lasciuia, demus operam sobriæ remissioni ac sanctæ sinceritati, vt quicquid modo corporali abstinentia nō acquirimus, mentium puritate queramus. Ad omnes quidem pertinet sermo, quos cura nostra complectitur: veruntamen hodie terminata sacramentorum solennitate, vos alloquimur nouella germinis sanctitatis, regenerata ex aqua & spiritu sancto, germen pium, examen nouellum. Flos nostris honoris, & fructus laboris, gaudium & corona mea, omnes qui stantis in domino. Apostolicis verbis vos alloquor, Ecce nox præcessit, dies autem appropinquabit, Abiicite opera tenebrarum, & induite vos arma lucis, sicut in die hodie ambulemus. Non in comestationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & emulatione, sed induimini dominum Iesum Christum. Habemus, inquit, certiore prophetici sermonem, cui benefacitis intendentes tanquam lucernæ in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Sint ergo lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs. Ecce dies adueniunt, in quibus dominus dicit, Pusillum, inquit, & nō videbitis me, & iterum pusillum, & videbitis me. Hæc est hora de qua dixit, Vos tristes eritis, seculum autem gaudebit: id est, vita ista tentationibus plena in qua peregrinamur ab eo. Sed iterum, inquit, videbo vos, & gaudebit cor vestrū, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cuius spei tam gratum & tam gratuitum etiam pignus sanctum spiritum accepimus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus operatur sanctorum desideriorum. Concepimus enim, sicut ait Esaias, parturimus spiritum salutis. Et mulier cum parturit, ait dominus, tristitia est illi quia venit dies eius, sed cū peperit fit gaudium, quoniam natus est homo in seculo.

**A** Hoc est gaudium quod nemo aufert à nobis, quo in æternæ vitæ lucem ex hac fidei conceptione transfundimur. Nunc ergo ieiunemus & oremus, cum dies parturitionis est. Hoc totū corpus Christi, in toto orbe diffusum, id est, tota hæc agit Ecclesia, & illa vnitatis quæ dicit in psalmo, A sinibus terræ ad te clamaui, dum anxietur cor meum. Vnde iam nobis elucet, cur quadragesima instituta sit huius humiliationis solennitas. Qui enim à sinibus terræ clamat cum anxietur cor eius, à quatuor orbis terræ partibus clamat, quas frequenter etiam scriptura commemorat, Oriente & Occiduo, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille decalogus legis, iam non per literam tantummodo metuendus, sed per gratiam charitatis implendus, indictus est. Vnde quater multiplicatis decem, videmus quadraginta compleri. Sed adhuc in labore tentationis cum venia delictorū.

*Quis enim perfecte implet, Non concupisces? Vnde ieiunandum & orandum à bono tamen opere non cessandū. Cui labori merces illa redditur in fine, quæ denarii nomine nuncupatur. Sicut autem ternarius à ternario, quaternarius à quatuor, ita denarius à decem nomen accepit. Qui coniunctus quadragenario, tanquam merces labori redditur. Quinquagenarij numeri figura tempus illius gaudij significat, quod nemo aufert à nobis. Cuius in hac vita nondum perfectionem habemus, sed tamen post solennitatem dominicæ passionis, à die resurrectionis eius per dies quinquaginta, quibus ieiunia relaxamus, hoc in dominicis laudibus perforante halleluia celebramus. Nunc itaque in persona Christi, vt non possideamur à satana, exhortor vos dilectissimi, vt quotidianis & largioribus elemosynis, frequentioribus orationibus dominū propitiemus. Nunc tempus est vt vnusquisque abstineat se non tantum ab illicitis, sed etiam à quibusdam licitis, & orationibus atque ieiunijs vacet. Quauis & per totum annum certis diebus hoc facere debeat, & quanto crebrius, tanto utique melius, quia & qui concessa immoderate appetit, eum qui concessit offendit. Oratio quippe spiritualis res est, & ideo tanto est acceptior, quanto magis suæ naturæ implet affectum. Tanto magis autem spirituali opere funditur, quanto magis animus qui eam fundit à carnali voluptate suspenditur. Quadraginta dies ieiunauit Moyses legis administrator, quadraginta Helias Prophetarum excellentissimus, quadraginta ipse dominus, testimonium habens à lege & Prophetis. Baptismus ille præponitur. Ioannes enim baptizauit Christum, cum se Christo profiteretur minorem. Christus autem baptizauit Christianum, qui se ostendit & Ioanne esse maiorem, sicut circuncisione carnis, quauis eam & Christus accepit, & nemo Christianus accepit. Melius est sacramentum resurrectionis Christi, quod ad expoliandam carnalem hanc veteremque vitam corde circuncideretur Christianus, vt audiat Apostolum dicentem, Sicut Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus: sicut ipsum vetus pascha quod agni occisione celebrare præceptum est, non ideo quia hoc cum discipulis celebravit Christus, iam melius est pascha nostrum quod immolatus est Christus. Pertinuit enim ad præbendū nobis humilitatis & deuotionis exemplum, vt illa etiam sacramenta veniens suscipere dignaretur, quibus venturus ipse prænucciabatur: vt hinc ostēderet quanta religione nos oportet accipere hæc sacramenta, quibus iam venisse nunciatur. Non ergo quia Christus post acceptum baptismum continuo ieiunauit, tanquam regulam obseruationis dedisse credendus est,*

vt post ipsius Christi baptismum acceptū continuo ieiunare necesse esset: sed planè illo exemplo docuit ieiunandum esse, quando forte acriore luctamine cū tentatore configitur. Ob hoc enim & Christus qui sicut homo dignatus est nasci, non respuit sicut homo tentari, vt Christianus magisterio eius instructus, nō possit à tentatione superari. Siue ergo continuo post baptismum, siue quolibet interuallo temporis interposito, quādo simile prælium tentationis inferitur homini ieiunandum est, vt & caro impleat de castigatione militiam, & anima impetret de humilitate victoriam. In illo ergo dominico exemplo illius causa ieiunij non Iordanis inunctio, sed diaboli tentatio fuit. Cur autē nos ante solennitatem passionis dominicæ ieiunemus, & illa ieiuniorum relaxatio quinquagesimo die perficiatur, hæc ratio est. Omnis qui recte ieiunat, aut animam suam in gemitu orationis & castigatione corporis humili, & ex fide nō ficta affligit: aut ab illecebra carnis inopia aliqua spiritali veritatis, & sapientiæ delectatione suspensa, ad famē sitimque sitientiam descendit. Interrogatibus pharisæis cur discipuli eius nō ieiunarent, Nam de illo primo quod habet animæ humiliatione. Non possunt, inquit, lugere filij spūs, quamdiu cū eis sponsus est, sed veniet hora, quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. De illo autem altero quod habet epulas mentis ita consequenter locutus est, Nemo assuet pannum nouum vestimēto veteri, ne maior scissura fiat: neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, ne rumpantur, & vinū effundatur: sed vinum nouum in vtres novos mittunt, & ambo cōseruabuntur. Proinde quia iam sponsus ablatus est, utique nobis forma præ filiis hominum, cuius diffusa gratia in labijs eius. Inter manus persequentium non habuit speciem neque decorē, & ablata est de terra vita eius. Et recte lugemus, si flagramus desiderio eius. Beati quibus eum licuit ante passionē tunc habere presentē, interrogare sicut vellet, audire sicut audire deberent. Illos dies cōcupierunt videre patres ante aduentū eius, neque viderunt: quia in alia dispensatione fuerat ordinati, per quos venturus annūciaretur, nō quibus veniens audiretur. De his enim Apostolus loquitur dicens, Multi iusti & Prophetae voluerunt videre quæ videtis, & nō viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. In nobis autem illud impletum est quod idem ipse dicit, Venient dies, quādo desiderabitis videre vnum de diebus istis, & nō poteritis. Qui sancti desiderij flamma vritur, quis hic non lugeat, quis nō laboret in gemitu suo, quis non dicat, Facta sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Credimus quippe eum iam sedentem ad dexterā patris, sed tamen quādiu sumus in corpore, peregrinamur ab eo, nec de eo dubitatibus vel negantibus & dicentibus, vbi est deus tuus, valemus ostendere. Merito Apostolus eius cōcupiscebatur dissolui, & esse cum illo: manere autē in carne nō sibi optimū dicebat, sed necessariū propter nos: vbi cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentia nostræ, quoniam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē: inde tentatio est vita humana super terram, & in hac nocte seculi circuit sicut leo quærēs quē deuoret. Non leo de tribu Iuda rex noster, sed leo diabolus aduersarius noster. Ille enim quatuor animalium de Apocalypsi Ioannis figurā in se vno exprimit, natus vt homo, operatur vt leo, immo latus vt vitulus, volauit vt aquila. Volauit super pennas ventorū, & posuit tenebras latibulū suū. Posuit tenebras, & facta est nox, in qua pertrāseunt omnes bestia syluæ.

Lucæ. 2.

Matthæ. 7.

Ioan. 20.

H

I

Psal. 40.

1. Corin. 15.

K  
1. Theol.  
Ioan. 16.  
L  
Sermo CLVII.  
Philip. 4.  
Roma. 19.  
M  
1. Petri. 1.  
Lucæ. 11.  
Ioan. 16.  
1. Corin. 5.  
Esaiæ. 26.  
Ioan. 16.  
Hoc

Psal. 60.

Exod. 20.

B

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Matth. 4.

Matth. 3.

Lucæ. 2.

Roma. 6.

1. Corin. 5.

Matth. 9.

E

Psal. 44.

Esaiæ. 53.

Matth. 33.

Psal. 46.

1. Corin. 5.

Philip. 1.

Sapient. 9.

1. Petri. 5.

Apoc. 5.

Apoc. 2.

Psal. 17.

Psal. 109.

Catuli



**G** Catuli leonum rugientes, tentatores videlicet, per quos diabolus querit quem denoret. Non quidem habentes potestatem, nisi in eos quos receperint: quia & in Psalmo ipso ita sequitur, *Quarētes à deo escam sibi.* In tam periculosa & tetationibus plena huius seculi nocte, quis non timeat: quis non medullis omnibus contremiscat, ne dignus iudicetur, qui deuorandus dimittatur in fauces tam crudelis inimici? Vnde & ieiunandū & orandum est, & tanto potius, tanto instātius, quanto propinquius & ipsa dominicæ resurrectionis solennitate passionisq; celebritate anniuersaria, quodammodo nobis eiusdem noctis memoria resculpitur, ne obliuione deleatur, & nos nō corpore sed spiritu dormientes ille rugiens deuorator inueniat. Nam & ipsa dominica passio quid nobis aliud in capite nostro Iesu Christo, quam ipsam vitē huius tetationem maxime commendauit? Vnde adueniente iam mortis suę tempore Petro dixit, *Postulauit satanas vexare vos sicut triticū, & ego orauit pro te, ne deficiat fides tua.* Vnde & tu conforta fratres tuos. Et planē confortauit nos per Apostolū, *Vnde cum his duobus in monte se ostendit. Nos autem quia tam longum ieiunium perpetrare non possumus, vt per tot dies & noctes nihil alimentorum sicut illi accipiamus, saltem quantum possumus faciamus, exceptis diebus, per quos certis de causis mos Ecclesię prohibet ieiunare, Domino deo nostro vel quotidiano vel crebro ieiunio placeamus. Sed nunquid sic à cibo & potu abstinentia, per tot dies non potest esse continua? Quanquam tempus humiliandę animę quantum potui maxime commendauit, tamen propter hominum errores, qui per vaniloquas seductiones, & prauas cōsuetudines nobis molestam pro vobis curam inferre nō cessant, tacere non possumus. Sunt quidam obseruatores quadragesimę delitiosi potius quam religiosi, exquirentes nouas suauitates, magis quam veteres concupiscentias castigantes, qui preciosis copiosisq; apparatusibus fructuum diuersorum quorumlibet varietates & sapes superare contendunt. Vasa in quibus coctę sunt carnes tanquam immunda formidant, & in carne sua ventris & gutturis luxuriam non formidant. Ieiunant nō vt solitam temperando minuant edacitatem, sed vt immoderatam differendo augeant auaritatem. Nam vbi tempus reficiendi aduenerit, optimis mensis tanquam pecora præsepibus irruunt, ventresq; distendunt, artificiosis & peregrinis condimentorum diuersitatibus tantum capiunt manducando, quantum digerere nō sufficiunt ieiunando. Sunt etiam qui vinum ita nō bibunt, vt aliorum expressionem pomorum, aliosq; sibi liquores non salutis causa sed iocunditatis exquirant, tanquam non sit quadragesima pię humiliationis obseruatio, sed nouę voluptatis occasio. Quantum enim honestius esset, vt qui propter infirmitatem stomachi aquam potare non poterat, vino vsitato & modico sustentaretur. Quid autem absurdus, quā tempore quo caro arctius est castiganda, tantam suauitatē carni procurare, vt ipsa faucium concupiscentia nollet quadragesimam præterire? Quid inconuenientius, quam diebus humilitatis, quādo parum victus omnibus imitandū est, ita vitare, vt si toto tempore sic viuatur, vix possint victū patrimonia sustinere? Cauete ista dilectissimi, cogitate quid scriptum est, *Post concupiscentias tuas nō eas. Quod saluberrimum præceptum, si omni tempore obseruandum est, quanto amplius his diebus, quando ita turpe est, si cupiditas nostra ad inusitatas relaxetur illecebras, vt merito culpetur qui non restrinxerit vsitatas? Præcipue sane pauperum**

mementote, vt quod vobis parcius viuendo subtrahitis, K in cœlesti thesauro reponatis. Accipiat esuriens Christus quod ieiunans minus accepit Christianus. Castigatio volentis, fiat sustentatio non habentis. Copiosa voluntatis inopia, fiat necessaria inopis. Copiosa sit etiā in animo placabili & humili misericors ignoscendi facilitas. Petat veniam, qui fecit iniuriam. Det veniam, qui accepit iniuriam, vt non possideamur à satana, cuius triumphus est dissensio Christianorū. Et hæc enim magni lucri elemosyna est, debitum relaxare conseruo, vt tibi relaxetur à domino. Vtrunq; opus bonum celestis magister discipulis commendauit, dicens, *Dimittite & dimittetur vobis, Date & dabitur vobis. Memetote serui illius, cui omne debitū dominus eius quod donauerat replicauit, quia conseruo sibi debenti centum denarios misericordiam non rependit, quam de talentorum decē milibus quæ debebat accepit. In hoc genere operis boni nulla est excusatio, vbi sola voluntas tota facultas est. Potest quisque dicere, Ne stomachus doleat ieiunare non possum. Potest etiam dicere, Volo dare pauperi, sed vnde non habeo, aut tantum habeo, vt timeam egere si dederō. Quanquā & in his operibus excusationes plerique sibi homines falsas faciunt, quas veras non inueniunt: veruntamen quis equidem dicat, ideo nō ignoui veniam petēti, quia me valitudo impediuit, aut quia manus qua porrigerem non fuit? Dimitte vt dimittatur tibi. Cordis hoc opus est, nullum vel carnis suę membrū in adiutorium animæ assumitur, vt hoc impleat quod regatur. Voluntate agitur, voluntate perficitur. Fac securus, nihil in corpore dolebis, nihil in domo minus habebis. Iam vero fratres videte quid malum sit, vt pœnitenti fratri non ignoscat, cui præceptū est, vt inimicum adhuc diligit. Quę cum ita sint, & cum scriptum sit, *Sol non occidat super iracundiam vestrā, considerate fratres vtrum Christianus sit dicendus, qui aut his diebus inimicitias non vult finire, quas nunq; debuit exercere.**

*Edam dominica, Sermo I I.*

**Q**uantum domino donante possumus, de carnis resurrectione tractemus. Hæc est enim fides nostra, hoc donum domini nostri Iesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso præcessit exemplum. Voluit enim nobis quod promissit in fine non solum pronunciare, sed etiam demonstrare. Illi quidem qui tunc fuerunt cum illum viderent, & cum expatrescerent, & spiritum se videre crederent, soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum, sed etiam specie ad oculos eorum. Parumque erat se præbere cernendum, nisi etiam offerret pertractandum atque palpandum. Ait enim, *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? putauerūt enim se spiritum videre. Quid turbati estis, inquit, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Contra istam euidentiā disputabāt homines. Quid enim aliud facerent homines, qui ea quæ sunt hominum sapiunt, quam sic disputare de deo cōtra deum? Ille enim deus est, isti homines sunt. Sed dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula est intelligendi, cōsuetudo cernendi. Quod solent videre credunt, quod nō solent nō credunt. Præter consuetudinē facit deus mirabilia, quia deus est. Maiora quidem mirabilia sunt, tot quot die homines nasci qui non erant, q̄ paucos resurrexisse qui erant. Et tamen ista mirabilia nō consideratione cōprehensa*

**A**hensa sunt, sed assiduitate viluerunt. Resurrexit Christus, absoluta res est. Corpus erat, caro erat, pependit in cruce, emisit animam, positus est in sepulchro, exhibuit illam vitam, qui viuebat in illa. Quare miramur? Quare non credimus? Deus est qui fecit. Considera auctorem, & tolle dubitationem. Quarunt ergo homines, vtrum corruptio ista corporis, quam sentiunt in carne sua futura sit in resurrectione mortuorum. Dicimus nō futuram. Respondent nobis, Si corruptio non erit, quare manducabitur? Aut si non manducabitur, quare post resurrectionem dominus manducauit? Modo cum Evangelium legeretur audiuius, quia cum exhiberet se viuum oculis manibusque discipulorum suorum, parum illi visum est ad demonstrandam euidentiā corporalem, sed addidit, *Habetis hic aliquid quod manducetur? Et obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam mellis. Manducauit & reliquias dedit eis. Dicitur enim nobis, Si corruptio corporis non resurgit, quare manducauit dominus Christus? Legitis quia manducauit, nunquid legitis quia esuriuit? Quod manducauit Iesus, potestatis fuit, non egestatis. Si desideraret manducare, egeret: rursus si manducare non posset, minus valeret. Nunquid & angeli quando suscepti sunt hospitio à patribus nostris non manducauerunt? Et tamen corruptibiles non fuerunt. Rursus dicunt, resurgunt vitia? Et respondetur à nobis, Non. Quare ergo, inquit, dominus cum suorum vulnerum cicatricibus resurrexit? Quid adhuc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit nō necessitatis? Sic resurgere voluit, vt quibusdam dubitantibus exhiberet in illa carne cicatrices vulneris, & sanaret vulnus incredulitatis.*

*Edam dominica, Sermo I I I.*

**A**ctio euangelica fratres charissimi, quæ nuper auribus nostris insonuit, continet magnum miraculum. Quauis ubiq; sit dominus, in quo acciperunt discipuli spiritum sanctum. Miraculum est, quod dominus noster Iesus Christus in carne vera intrauerit ad discipulos per ostia clausa. Requiris à me forsitan rationem, & argumentum requiris. Si vera, inquit, caro fuerat quæ resurrexit, quomodo ipsa clausis ianuis ad discipulos introiuit? Ita ne vero, inquit, cuiuspiam capit auditus, quod non obseruatur opus, & intrare quisquam limen in corpore potuit? Redde mihi, inquit, rationē. O homo si rationem à me poscis, non erit mirabile. Exemplum queritur, non erit singulare. Credis nempe dominū Christum super aquas maris firmis gressibus ambulasse? Credis vtiq;? Dicis igitur mihi, Si per ostia clausa Christus intrauit, vbi est corporis pondus? Recedant paulisper modus & pondus. Ille hæc fecit, cui nihil impossibile est, Christus qui carnem suam potuit de sepulchro producere, non potuit clausis ianuis ad discipulos introire? Quando audis miraculū, serua fidem, non inquirat animus rationem. Hinc est quod & Thomas discipulus titubauit, nec credidit, sed eum dominus postea confirmauit. Dixerant enim & condiscipuli eius, Vidimus dominum. Ille autem, Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorū, & mittam digitum meum in latus eius, non credam. Sciebat enim clausis in cruce cōfixum, sciebat lancea latus percussum. Hæc signa quærebat, ideo non credebat. Manus quærebat & latus, & dū curiosus existit in vulnere, mortem incurerat in fide. O beate Apostole, ante oculos tuos Iesus Lazarum potuit suscitare, & ipse non poterat de sepulchro surgere? Quaris loca clauorum, &

oblitus es miracula tanta signorum? Nonne ante oculos D tuos cecos illuminauit, paralyticos sanauit, leprosos mundauit? Sic perdidisti in triduo memoriam magistri, vt potentia non crederes Christi? Mors Christi in carne, vita tua debet esse in fide. Vidisti quidem percutientem lancea, sed diuinam nō penetravit potentiam. Ecce iterum venit dominus, ne periret discipulus, & dicit Thomæ, *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. O pietas saluatoris, quæ non dedignatur locum ostendere cicatricis.* Respondit Thomas & dixit, *Dominus meus & deus meus.* Modo est dominus & deus tuus, quia voluit vt videres, ne incredulitate animam perderes. Merito ad eum dominus sic loquitur, *Quia vidisti me credidisti, beati qui non viderunt & crediderūt. Ecce discipulus trepidauit, ecce Ecclesia quod non vidit credidit. Beatum meritum nostrum fratres, si in Ecclesia catholica teneatur acceptū. Hic accipitur merces, vbi vera tenetur & cognoscitur fides. Hanc igitur Ecclesiam Christus sua resurrectione constituit, in hac æterna præmia collocatur. Credite fratres, ille speret requiem, qui non discesserit à radice, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.*

*Edam dominica, Sermo I I I I.*

**A**uidit charitas vestra, cum sanctum Evangelium legeretur, dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum post resurrectionem suam clausis ostiis introisse ad discipulos suos. Magnū miraculum, sed mirari desinis, si deum cogitaueris. Mirum enim esset, si solus homo hoc fecisset. Refer ad omnipotentiam, nō ad phantasiam. Ostiis clausis intrauit, Respondeo tibi, vt scias quia vera caro fuerat, cicatrices tangendo monstrauit. Sed sicut non est, inquit, naturæ corporalis per ianua clausam intrare, sic non est naturæ corporalis super fluctus maris ambulare. Intrauit per clausa ostia, responde mihi, da mihi soliditatem carnis. Ambulauit super aquas maris, da mihi & tu pondus carnis. Vis nosse hoc omnipotentia fuisse? Et Petro dedit. Qui quod voluit dedit, quod proprium erat sibi seruauit. Ille enim viuens per clausas ianuas intrauit, qui nascendo integritatem matris non violauit. Ergo fratres admirati credamus, credentes obaudiamus, obaudientes speremus promissa, si facimus iussa, quia vt faciamus iussa, ipse adiunat à quo speramus promissa. Hodie octauæ dicuntur infantium, reuelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritalis natiuitas, propria autem carnis natiuitas seruitutem. Duæ sunt vtiq; hominis natiuitates, nasci & renasci. Nascimur ad laborem, renascimur ad quietem. Nascimur ad miseriam, renascimur ad æternam felicitatē. Nam illi pueri, infantes, paruuli, lactantes, maternis vberibus inherentes, & quantum in eos gratiæ referatur nescientes, vt ipsi videtis quia infantes vocantur, & ipsi habent octauas hodie. Et isti senes, iuuenes, adulescētuli, omnes infantes. Vna quippe illorum infantia pertinet ad vetustatē, altera ad nouitatē. Nam quos videtis recentes à partu, veteres nascuntur. Vetus homo noster dictus est Adam, ex quo nascimur: nouus homo noster, per quē renascimur. Isti ergo & noui sunt, & renati sunt ad aliam vitam, & est in illis, si dici potest, quando nascuntur noua vetustas. Ecce miscetur hodie fidelibus infantes nostri, & tanquam de nido volāt. Necessè est ergo, vt parturientes eos alloquamur. Sicut enim recolitis fratres mei, Hirundinum vel domesticorum passerum pullos quando volare de nido ceperint,

1. Petri. 5.

Luc. 22.

H

1. Tim. 5.

Ecclesiasti. 1. 8.

Luc. 6.

Matth. 8.

Luc. 22. 4.

B

Gen. 18. & 19.

Luc. 6.

Eph. 4.

Sermo CLIX.

Ioan. 10.

Matth. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 11.

Sermo CLVIII.

Luc. 22.

Psal. 9.

Ioan. 20.

E

Sermo CLX.

Ioan. 20.

Matth. 14.

Luc. 22.

F

Natiuitates hominis duæ.

Vetus homo noster & nouus.

ceperint,

G coeperint, matres cum strepitu circumuolant, & uocibus piis testantur pericula filiorum. Scimus ergo multos qui appellantur fideles male viuere, & gratia quam acceperunt moribus suis non conuenire, laudare deum lingua, blasphemare uita. Scimus autem alios inter istos multos tanquam inter multam & abundantem paleam uelut grana gementes in tritura, sed spe horrei se collocantes. Duo ista genera hominum scimus esse in Ecclesia. Aream dominicam Ecclesiam nouimus, uentilationem in die iudicii speramus, massam frumenti in resurrectione desideramus, horreum in uita aeterna sumere cupimus. Ibi nulla palea erit, sicut in gehenna nullum granum erit. Nunc ergo fratres mei cum sciamus duo ista genera hominum esse in Ecclesia, piorum & impiorum, bonorum & malorum, timentium & contemnentium, quibus coniungantur isti nescimus. Quod autem uelimus & ipsi sciunt: utrum de illis uota nostra compleantur, humana ignorantia sollicitudine fatigatur aliquando, & falsis suspicionibus agitur. Ex his dicitur in hac terra, ubi sine tentatione non uiuitur. Admoneo ergo uos sancta germina, admoneo uos nouella in agro dominico planta, ne de uobis dicatur quoddam de uinea domus Israel dictum est, Expectaui ut faceret uuas, fecit autem spinas. Botrum in uobis inueniat, qui botrus pro uobis calcatus est. Uuam ferte, bene uiuite. Fructus enim spiritus est, sicut dicit Apostolus, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, continentia, castitas. Quando ad nos uenerit agricola noster, cuius nos operarij sumus, ille qui intus dat incrementum: nam nos forinfecus plantare nouimus & rigare, sed ait Apostolus, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed deus qui incrementum dat, Qui modo uidet quomodo audiatis, qui modo inspicit quomodo timeatis, aut iam continere incipiat, cum ad uos ille agricola uenerit, inueniat in uobis quod dixit Apostolus, Gaudium meum & corona mea, omnes qui statis in domino. Fratres, filij dulcissimi, filij charissimi, imitamini bonos, caute malos. Scio enim quia uenturi sunt ad uos homines mali, & persuasuri uobis uolentiam, & dicturi sunt uobis, Quare Nonne & nos sumus fidelissimi? Scio, inde doleo, inde timeo. Iam tu si dixeris constanter: frater nec te uelle facere quod facis, sed si te non possum ducere in bonum meum, uel noli me trahere ad malum tuum, Homini uisus, ut fieri solet, caput dolebit: Dicitur est tibi uicinus tuus aut uicina, Est hic incantator, est hic remediator, & nescio ubi mathematicus. Tu dicis, Christianus sum, non licet mihi. Et si ille dixerit tibi, quare? Nonne ego Christianus sum? Tu diciturus es, Sed ego fidelis sum. Et ille tibi, Et ego baptizatus sum. Fiunt angeli diaboli, membra Christi. Quia ipsum possidet inimicus, trahere querit & alium. Inueniat uos paratos, qui ista uobis preparauit. Ideo loquor, ideo contestor, ideo non taceo, ideo uerba mea excutio, ideo in tribunali dei mei excusatum me habeo. Dicam deo meo, Domine non tacui, domine talentum quod mihi dedisti non abscondi, sed erogavi. Hoc poterit mihi dicere, Serue nequam, tu dares, ego exigerem. Ecce domine dedi, tu exige. Et si forte uos uetus titillauerit consuetudo, habetis quem interpellatis. Maior est adiutor quam oppugnator. Ideo gemitis, ideo oratis, ideo dicitis, Ne nos inferas in tentationem. Obseruate illud etiam fratres mei, quod supra dicitis, Dimitte nobis debita nostra: ut faciatis quod sequitur, Sicut & nos dimitimus debitoribus nostris. Eleemosynam facis, eleemosynam

accipis. Ignosceis, ignoscetur tibi. Erogas, erogabitur tibi. Deum audi dicentem, Dimitte, & dimittetur uobis, Date, & dabitur uobis. In mente habete pauperes. Omnibus dico, Facite eleemosynas fratres mei, facite & non perdetis. Deum credite. Non solum dico uobis, non perditis quod facitis cum pauperibus: sed plane dico uobis, hoc solum non perditis, cetera perditis. Ecce uideamus si exhilaratis pauperes hodie, horrea ipsorum uos estis, ut det uobis deus unde detis, & dimittat quod forte peccatis. Includite eleemosynam in cordibus pauperum, & ipsa pro uobis exorabit dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Eadem dominica, Sermo VI.

Retinet sanctitas uestra fratres superiorem tractatum, in quo scripsimus sanctum Thomam Apostolum ad confirmandam fidem omnium, post resurrectionem dominici corporis membra palpasse, & ad repellendam ambiguitatem uniuersorum, uulnerum eius cicatrices scrutari uoluisse. Non enim propter se tantum hoc operatus est beatus Apostolus, sed quod sibi gessit, cunctis proficit. Cum suam enim exercuit sollicitudinem, fidem omnium confirmauit.

Quis enim ex hoc dubitet redisse a mortuis saluatore, cuius post inferos presentiam agnoscat oculus, atretet manus, digitus percutetur? Quamuis igitur modicæ fidei homo, quamuis imbecillis ingenij Christianus, nunquam sollicitudinem suam inquisitioni Thomæ equiparare potuisset. Nunquam enim post agnitionem ac conuersionem loquela ausus esset petere, ut etiam tactu Christum percuteretur in Christo, & in ipso homine quem cerneret hominis corpus inquireret, & resurrectionem eius non tam mirabilium gloria crederet, quam passionis iniuria comprobaret. Thomas ergo cum esset sanctus, fidelis & iustus, hæc omnia sollicitè requisit: non quod ipse aliquid dubitaret, sed ut omnem suspensionem incredulitatis excluderet. Nam sustererat illi ad fidem propriam uidisse quem nouerat, sed nobis operatus est, ut tangeret quem uidebat: ut si forte diceremus delusos esse oculos, non possemus dicere manus illius fuisse frustratas. In resurrectionis enim manifestatione de aspectu ambigi potest, de tactu non potest dubitari. Constat enim ueritatis ipsius testimonio redisse ab inferis saluatore. Quis non spem suam in Christo collocet? Quis non fidem suam ponat in domino, ut dum illum credit ab inferis, ipse resurgat a mortuis? Dicit beatus Apostolus, Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quia ergo surrexit Christus, suscitabuntur & mortui: quia resurrexit dominus, & seruuus reuiuiscunt. Ipse enim est, sicut ait Apostolus, primogenitus ex mortuis. Sicut enim est apud superiores idem primogenitus in multis fratribus, ita & ab inferis est primogenitus ex defunctis. Primogenitus autem dicitur quis, ex eo quod secuturis alius primus gignitur. Primogenitus ergo Christus uocatur ex mortuis, quod primum illi ex inferni tenebris in lucem resurrectionis partis adiderit. Partus enim dicitur est, ubi per mutationem quadam anima tartari legibus moritur, ut reditu corporis usui renascatur. Natiuitas enim resurrectionis apud superiores, mors quadam inferorū est. Unde ipsa mors mortem quodammodo patitur, dum ei inuita defunctorum multitudo subtrahitur. Nam sic beatus Apostolus dicit, Nouissima autem inimica destruetur mors. Et iterum, Absorpta est mors in uictoria. Cum ergo absorbitur mors in uictoria, defectionis quadam suæ internitione destruitur. Defectionē autem patitur,

Duo genera hominū in ecclesia.

Esai. 5.

Galat. 5.

1. Corin. 5.

Philip. 4.

Matth. 25.

Matth. 6.

Ecclesiast. 1.29.

Sermo CLXI.

1. Corin. 15.

Coloss. 1.

Primogenitus quis.

1. Corin. 15.

Mortem in uictoria esse consumptam quid?

Roma. 8.

Ser. CLXII.

Mortes duæ.

Resurrectio nes duæ.

1. Cor. 15.

A patitur, cum potestas eius cunctis resurgentibus uacatur. Videamus autem quid sit quod ait, Mortem in uictoria esse consumptam. Consumpta est planè mors in uictoria sua, dum Christum inferni legibus subiiciens, ipsa se, cum eum uincit, obruit. In eo enim, in quo illum quæ se superasse credebatur possedit, ab eo uicta est, cum resurrexit. Totam ergo fidem nostram in resurrectionis gloria collocare debemus, & in futura magis uita sperare de domino. Sic enim ait sanctus Apostolus, Si in hac uita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Miser ergo est qui in hac uita tantum sperat in domino. Miser planè est, quia cito spes eius subducitur, dum cito hæc breuis uita finitur. Nā spes illius caduca efficitur, dum temporali transitu dulcedinis eius uoluptas elabatur. De tali enim spe dicit Apostolus, Spes autem quæ uidetur non est spes. In futura igitur uita speremus in domino, quæ solida est atque perpetua, ut non miserabiliores cunctis hominibus, sed meliores esse possim.

Eadem dominica, De resurrectione, Sermo VI.

Ertissima est fiducia Christianorum diuinitus promissa, resurrectio mortuorum. Hanc enim ueritas ipsa promittit. Veritas enim metiri non potest. Alioquin ueritas non est, si metiri potest. Vera est igitur de resurrectione corporum promissa ueritas, quia ueritas quæ mentiri non nouit, totum necesse est ut impleat quod promittit. Hanc enim resurrectionem corporum, ut futura certissime nouerimus, ipse dominus nobis in suo corpore dignatus est demonstrare. Resurrexit Christus, ut resurrexerent se non dubitet Christianus. Quod enim præcessit in capite, sequetur in corpore. Nosse enim debemus dilectissimi fratres, duas esse mortes, & duas esse resurrectiones. Dicitur enim mors prima, dicitur & secunda. Porrò prima mortis duæ sunt partes. Una qua peccatrix anima per culpam discessit à creatore suo. Altera qua iudicāte deo, exclusa est per peccatum de corpore suo. Mors autem secunda, ipsa est corporis & animæ punitio sempiterna. Per mortem uero secundam anima solius mali hominis in æternum cum corpore suo cruciatur. Vtraque ergo mors omnē hominē tenebat obstructū, quia naturæ transgressio unumquēque peccatis propagat obnoxium. Venit autem dei filius immortalis & iustus, ut moreretur pro nobis, in qua carne quia nullum potuit habere peccatum, sine reatu pertulit peccati supplicium. Secunda itaque prima mortis partem, id est, solius corporis mortem, dei filius pro nobis accepit, per quam à nobis & dominationem peccati, & poenam aeternæ punitiois exclusit. Hoc ergo Christus in suis fidelibus misericorditer operatur, ut hic eos primo in anima resuscitet, donans fidem ut recte credant, tribuens charitatem, ut bonis operibus libenter insistant. In nouissimo uero die ad hoc eis corpora resuscitare dignabitur, ut eis aeternam beatitudinem largiatur. Resuscitati ergo in anima per fidem dilectissimi fratres, cum iustitia uiuamus, ut etiam corpore ad aeternam latitudinem resurgamus. Discedamus ab operibus malis, quæ mortificant animam, etiam dum uiuit corpus, ut in aeternis bonis & anima nostra mereatur esse & corpus. Seruemus primæ resurrectionis munus, quod nobis per fidem largitus est Christus, ut cum resurrexerimus corpore, mereamur cum Christo saluatore sine fine regnare. Tunc absorbebitur mors in uictoria. Tunc dabitur fidelibus uera uita, ueraque læticia. Tunc deus pro meritis fidei atque bonorum operum dabit suis fidelibus regnū cælorum, Qui uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto in uirtute deus, &c.

Tomus decimus.

Eadem dominica, Sermo VII.

D Alcha Christi dilectissimi regnum est cæli, salus mundi, uita credentium, occasus inferni, gloria supernorum, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis diuinæ, precium redemptionis humanae, cognitio mortis abolitæ. Quæ festiuitas dei sacra mysterio & cognita sacramento, uirtutem dominicæ resurrectionis per angelos indicat, per Apostolos manifestat, per corda credentium bona multiplicat. Hic igitur est dies dilectissimi quem fecit dominus, ut audistis, celsior cunctis, lucidior uniuersis, in quo domino resurrexit, in quo sibi nouam plebem, ut ipsi uidetis, regenerationis spiritu conquisiuit, in quo singulorum mentes gaudio & exultatione perfudit. Hic ergo dies resurrectionis Christi, defunctis uita, peccatoribus uenia, sanctis est gloria. Siquidem operatione uirtutis eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis, consummat iustos, firmat dubios, damnat incredulos. Ad hoc enim dominus hodie resurrexit, ut imaginem nobis futuræ resurrectionis ostenderet, & ideo hodie ut uitali lacuacro resurgens dei populus ad instar resurrectionis Ecclesiam nostram splendore uite candoris illuminet, gratias agere deo nostro debemus, quod dum sancti Pasche solennitatem colimus, futuræ resurrectionis speciem iam uideamus: resurrexerunt est humanum genus in seculi consummatione post mortem, nunc resurgit in baptismo: suscitandus est tunc dei populus post soporem, nunc suscitatur post infidelitatem: liberandus est tunc à mortali conditione, nunc liberatur ab ignorantia caritate: renascitur est ad aeternitatem, nunc nascitur ad salutem. Omnes enim qui olim in Christo baptizati, assumere non possunt candidam uestem, conuersionem saltem candidam non relinquant. Solet sub nigro habitu anima satis pura latitare, nec multū interest, si quis non habet candidam uestem. Talis latro fuit ille qui in Euangelio crucifixus cum saluatore clamasse dicitur. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Attendite ergo charissimi & uidete, quid fidelis obtinet, quid meretur? Regnum saluatoris latro poscit in cruce, & dum poenæ multitudinem patitur, ad premia aeterna perducitur. Imitamini ergo eius deuotionem, imitamini amare regnū Christi: quod poscit latro moriendo, uos desiderate bene uiuendo. Illius creditati paradisi aperitur, & nostræ spei aeternorum monstratur firmitas præmiorum. Latemur ergo & exultemus in hac die, in qua dominus resurgens intulit pacem, intulit salutem. Hoc itaque admoneo fratres dilectissimi, ut quotiens paschalis solennitas uenit, quicumque uiri, quæcumque mulieres de sacro fonte filios spiritualiter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiuissores apud deū extitisse, & ideo semper illis sollicitudinem ueræ charitatis impendant, & admonent ut castitatem custodiant, uirginitatem usque ad nuptias seruent, à maledicto uel perurio linguam refrignent, cantica turpia uel luxuriosa ex ore non proferant, non superbiant, non inuideant, iracundiam uel odium in corde non teneant, auidia non obseruent, phylacteria & characteres diabolicos nec sibi nec suis aliquando suspendant, incantatores uel ministros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad Ecclesiam frequētius curant, cōtempta uerboitate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos accipiant, & secundū quod ipse in baptismo dictū est, hospitiū pedes lauent, pacem & ipsi teneant, discordes ad cōcordiam reuocare cōtendant, sacerdotibus & paratibus honorē amore ueræ charitatis impendant.

Sermo CLXIII.

Psalm. 17.

E

Luc. 23.

De col. d. 4. Vos autem.

D

G impendant. Hec ergo omnia & his similia si filios & filias vestras admonere contenditis, cum ipsi ad aeternam beatitudinem feliciter pervenerint. Nemo se circumveniat, fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo vivat: & sicut frequenter suggesti, quanto scunquc aliquis exemplo sanctae vitae edificaverit, cum tantis & pro tantis mercedem beatae vitae retributionis accipiet: & quantum scunquc exemplum male conversationis etiam si non etiam illi sequantur preberit, pro tantis se malis ratione noverit reddendum. Et ideo sicut iam supra suggesti, neophytis nostris auxiliante domino exemplum bonae conversationis, quantum possumus debemus ostendere, ut non pro illorum destructione poenam recipere, sed potius pro edificatione ad indulgentiam peccatorum mereamur pervenire, praestare domino nostro Iesu Christo.

Eadem dominica, ad baptizatos, ut bonos non malos in Ecclesia imitentur: Sermo VIII.

Sermo CLXIII.

Psal. 34.

Gratia dicitur quia gratis datur.

Odierna die qui baptizati sunt in Christo & regenerati, alloquamur eos & vos in eis, & ipsos in vobis. Ecce facti estis membra Christi. Si cogitatis quid facti estis, omnia vestra ossa dicet, Domine quis similis tibi? Non enim digne cogitari potest illa dignatio dei, defecit omnis sermo, sensusque humanus, venisse vobis gratuitam gratiam nullis meritis praecedentibus. Ideo & gratia dicitur, quia gratis datur. Quam gratiam? Ut sitis membra Christi filij dei, ut sitis fratres unicus. Si ille unicus, unde vos fratres, nisi quia unicus natura, vos gratia fratres facti? Quia ergo membra Christi facti estis, admoneo vos, timeo de vobis, non tantum a Paganis, non a Iudeis, non ab haereticis, quantum a malis catholicis. Eligite vobis de populo dei quos imitemini. Nam si turbam imitari volueritis, inter paucos angustam viam ambulantes non eritis: abstinete vos a fornicatione, a rapinis, a fraudibus, a periuriis, ab illicitis rebus, a iurgiis: ebrietas repellatur a vobis: adulterium sic timeate, quomodo mortem, mortem non quae animam soluit a corpore, sed ubi anima semper ardebit cum corpore. Fratres, fratres mei, filij mei, filiae meae, sorores meae, scio agere diabolus partes suas, nec quiescere loqui in cordibus eorum, quos obligatos suis vinculis tenet, scio fornicatoribus, adulteris qui contenti non sunt coniuge sua, dicere diabolus in cordibus eorum, non sunt magna carnis peccata. Contra hanc diaboli suggestionem debemus habere Christi incarnationem. Hoc est unde Christianos decipit inimicus per carnis illecebras, cum eis facit leue quod grave est, leue quod asperum est, dulce quod amarum est. Sed quid prodest quia satanas facit leue, quod Christus ostendit grave: Nunquid novum aliquid facit diabolus dicere Christianis fidelibus, nihil grate est quod facis in carne tua peccans? Nunquid in spiritu facile deletur carnis peccatum, facile a deo venia datur? Quid facit magnum? Artificio suum facit, quod & in paradiso dixit, Manducate, & eritis sicut dii, nequaquam moriemini. Deus dixerat, Qua die manducaveritis, morte moriemini. Monet inimicus & ait, Non moriemini, sed aperietur oculi vestri & eritis sicut dii. Dimissa est iussio dei, & audita est persuasio diaboli: tunc inuenta est vera iussio dei, & falsa deceptio diaboli. Nunquid profuit, obsecro vos, quia dixit mulier, serpens seduxit me: Nunquid valuit excusatio? Si valuit excusatio, quare secuta est damnatio? Ideo vobis dico fratres mei, filij mei, qui habetis uxores, ut nihil aliud noveritis: & qui non habetis & ducere vultis, integri vos ad eas servate, sicut integras vultis invenire. Vos qui continentiam deo vouistis, nolite retrospicere. Ecce dico vobis,

Genes. 3.

bis, ecce clamo vobis, ego me absolvo: erogatore me possuit deus, non exactorem, sed tamen ubi possumus, ubi datur locus, non cessat: ubi scimus, corripimus, obiurgamus, anathematizamus, excommunicamus, & tamen non corrigimus. Quare? Quia neque qui plantat, aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Modo qui loquor, quia moneo, quid opus est nisi exaudiat me deus pro vobis, hoc est, in cordibus vestris: Breuiter dico, & vobis comendo, & fidei terreo, & vos edifico. Membra Christi estis, nolite me, sed Apostolum audite, Tollens, inquit, membra Christi, faciam membra meretricis: Sed dicit aliquis, Meretrix non est quam habeo, concubina mea est. O sancte Episcopo, meretricem fecisti concubinam meam. Nunquid ego dixi? Apostolus clamat, & ego incurri calumniam. Ego volo te esse sanum, quare in me furis sicut insanus? Habes uxorem qui hoc dicit: Habeo, inquit. Bene, velis nolis illa quae praeter uxorem tecum dormit, meretrix est. Ecce vade & dic ei, quia iniuriam tibi fecit Episcopus. Habes uxorem legitimam tuam, & alia tecum dormit, quaecunque est illa, iam dixi, meretrix est. Sed servat tibi vxor tua fidem, nec novit alium nisi te solum, & non disposuit se nosse alterum. Cum ergo illa sit casta, tu quare fornicaris? Si illa te unum, quare tu duas? Sed dicitis, ancilla mea concubina mea est, nunquid ad uxorem alienam vado? nunquid ad meretricem vado publicam? an non licet mihi facere in domo mea quae volo? Dico tibi, non licet. In gehennam vadunt qui hoc faciunt, in sempiternum igne ardebunt. Vel hic liceat mihi loqui & dicere, Corrigant se qui tales sunt dum vivunt, ne postea velint & non possint, quia subito venit mors & non est qui corrigatur, sed ut in ignem mittatur. Nam quando veniat illa novissima hora nescitur, & dicitur, corrigo, quando corrigis, quando mutaris? Cras, inquit. Ecce quotiens dicitis, cras cras, factus es coruus. Ecce dico tibi cum facis vocem coruinam, occurrit tibi ruina. Nam ille coruus cuius vocem imitaris, exiit de arca & non rediit. Tu autem frater redi in Ecclesiam, quam tunc illa arca significabat. Sed vos me audite, O baptizati, audite me per sanguinem Christi qui estis renati, obsecro vos per nomen quod super vos invocatum est, per illud altare ad quod accessistis, per sacramenta quae accepistis, per iudicium futurum vivorum & mortuorum. Obsecro vos, obstringo vos per nomen Iesu Christi, ut non imitemini eos quos infideles esse cognoscitis, sed illius sacramentum maneat in vobis qui de ligno descendere noluit, sed voluit de sepulchro resurgere, Amen.

Genes. 8.

M

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Iohannem, Cum sero esset die illa una sabbatorum. &c. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

Ioh. 10.

Dominica prima post octavas Paschae, De pastoribus, Sermo unus, qui habetur in Tomo. 9. folio. 229. co. 4.

Ser. CLXV.

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Iohannem, Ego sum pastor bonus, &c. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

Ioh. 10.

Dominica secunda post octavas Paschae, De pace & unitate, Sermo I.

Egimus in Evangelio fratres charissimi, quod saluator & dominus noster cum appropinquaret passioni, & transitum suum de hoc mundo ad patrem discipulis insinuat, inter alia verba quae ob sui commemorationem dilectis comitibus suis impenderat, maxime

Ser. CLXVI.

A maxime pacis bonum & unitatis quasi speciale munus illis commendavit, dicens, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: ac si diceret, In pace vos dimisi, in pace vos inveniam. Proficiens voluit dare, quae desiderabat rediens in omnibus invenire. Hac suis hereditatem dedit, dona omnia suae pollicitationis & praemia, in pacis conversatione promisit. Atque ideo fratres, si haeredes Christi esse voluerimus, in eius pace esse & manere debemus. Pacem nobis sicut audistis, Christus dedit, corderes atque unanimiter esse praecipit, dilectionis & charitatis foedera incorrupta atque iniolata mandavit. Cuius pacis ornamenta mirabiliter alio ostendit loco dicens, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Et si filius dei incipit vocari qui pacificus esse iam coepit, non vult filius dei dici, qui pacem noluerit amplecti, negat deum sibi patrem, qui pacificus esse contemnit. Pacificos ergo esse oportet dei filios, corde mites, sermone simplices, affectione corderes, fideliter sibi unanimiter nexibus coherentes. Sed hac pax cum bonis & dei precepta servantibus custodienda est, non cum iniquis & sceleratis, qui pacem inter se habent in peccatis suis. Pax Christi ad salutem sempiternam proficit, pax qua in diabolo est, ad perpetuam venit perditionem. Pax cum bonis, & bellum cum vitis semper habendum est, mala siquidem impiorum hominum odio habenda sunt. Nam homines ipsi, quantum mali sint, amandi sunt, quia creatura dei sunt: pax vero quae in bonis est, concordiam fratrum & charitatem copulat proximorum. Pax spiritum specialiter dei promeretur, pax dilectionis mater est, pax indicium est sanctitatis, de qua dominus per Prophetam ait, Pacem & veritatem diligite. Pax plebis sanitas, gloria sacerdotis, & patriae laetitia, & terror hostium siue visibilibus siue invisibilibus. Omnibus viribus pax est custodienda fratres, quia semper in domino manet qui in pace sancta manet, & cum sanctis dei societatem habet. Sacerdotis est, in pace populum admonere quid debeat agere: populi est, in humilitate audire quae monet sacerdos. Quicquid non licet, pastoris est prohibere ne fiat: peccatis est adire ne faciat: atque unitatis vinculum omnes debent praelati simul & subditi in fide & dilectione per omnia servare, quia sine pace non suscipitur sacerdotis oratio, nec plebis oblatio. Si ergo volumus velociter a deo exaudiri, & grater munera nostra ab eo accipi, debemus utique in pace conversari. De qua nos ipsa veritas instruere dignata est. Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Quia ergo unitatem nostram & concordiam deus desiderat, ostendit ipse saluator in Evangelio ad patrem ita loquens, Pater, inquit, sancte, serva eos in nomine tuo quos dediisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Unde & Apostolus, fideles hortatur dicens, Obsecro vos fratres, ut id ipsum sapiatis, & unum dicatis omnes. Et ite, Non sit, inquit, inter vos zelus & contentio. Omnis amantudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tolleratur a vobis cum omni malitia. Item alibi ait, Sustinetes inuicem in charitate, solliciti servate unitatem spiritus: in vinculo pacis. Unum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae. Hec itaque: unanimitas sub Apostolis olim fuit. Sic novus credentium populus, domini mandata custodiens, charitatem suam tenuit, probat scriptura quae dicit, Turba autem eorum qui crediderat, vna anima & mente agebant. Et iterum, Erant perseverantes omnes unanimiter in oratione, cum Tomus decimus.

Ioh. 14.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Math. 5.

Zach. 8.

Math. 5.

Ioh. 17.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

Eph. 4.

Ibidem.

Act. 2.

Act. 1.

mulieribus & Mariae quae fuerat mater Iesu, & fratribus eius. Et ideo efficacibus precibus orabant, ideo impetrare cum fiducia poterant quocunquc de dei misericordia postulabat. In nobis vero sic unanimitas diminuta est, ut & largitas operationis infracta sit. Domos tunc vendunt, & thesauros sibi in caelo reponentes, distribuenda in usus indigentium praecia Apostolis offerebant: at nunc de patrimonio nec decimas damus. Et cum vendere iubear dominus, emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credentium robur elanguit. Et idcirco dominus tempora nostra respiciens, in Evangelio suo dicit: Filius hominis cui venerit, putas inveniet fidem in terra? Videmus fieri quod ille praedixit, in dei timore, in lege iustitia, in dilectione, in opere fides est. Nemo futurorum metu cogitat. Die & iram domini, & incredulis ventura supplicia & statuta perfidis aeterna tormenta nemo considerat, quae metuerit conscientia nostra si crederet: quia non credit, omnino non metuit: si autem crederet, & caueret: si caueret, & etaderet. Excitemus nos quantum possumus dilectissimi fratres, & somno inertiae veteris abrupto ad observanda & gerenda domini precepta vigilemus. Simus tales quales nos esse ipse praecipit dicens: Sint sibi vestri praecordia & lucerna ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit & pulsaverit, aperiant ei. Et, Beati serui illi, quos adveniens dominus invenit vigilantes. Accinctos nos esse oportet, ne cum expeditionis dies venerit, impeditos & implicatos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrum lumen & fulgeat, ut ipsum lumen nos ad lucem claritatis aeternae de hac seculi nocte perducat, quo cum Christo, qui est verae pacis author, & cum sanctis angelis eius aeterna pace & perpetua felicitate fruamur, praestare domino nostro Iesu Christo qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Luc. 11.

Luc. 11.

Math. 5.

Ioh. 16.

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Iohannem, Modicum est iam videbitis me, &c. caetera: quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

Dominica tertia post octavas Paschae: Ser. I. F  
Ox domini est fratres charissimi, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. De pace dicitur primum quae pacis sunt comoda videmus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animae, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis. Hac est quae simultates tollit, bella coepcit, comprimit iras, superbos calcat, humiles elevat, discordes sedat, inimicos concordat: cunctis est placita, non querit alienum, nihil deputat suum: docet amare quae odisse non novit nescit extolli, nescit inflari. Hac ergo qui accipit teneat, qui perdidit reparaet, qui amisit exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit inventus, abdicatur a patre, exheredatur a filio, nihilominus a spiritu sancto alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum qui datae legis contempserit bonum: nec poterit ad haereditatem domini pervenire, qui testamentum noluerit observare. Non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumacia ergo est, crimen est quod iubetur contemnere, quod praecipitur nolle fieri, quod imperatur declinare. Quid tibi commune cum discordia Christiane? Quid simultates amas, quae athoni placere non possunt? Quid exerceas inimicitias? Quis eas primo invenit? In initio namque inimicitias in protoplastum dum serpens exierit, interficitur: dum homini invidet, ipse pro- D ij sternitur.

Genes. 3.



**G** sternitur: dum Adam cupit decipere, ipse primus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordia auctori de similitudine operum parem te ipsius cognosce.

*Eadē dominica, de dilectione inimicorū: Ser. II.*



**N** diuinis voluminibus fratres charissimi, ita dispensauit spiritus sanctus vt & sanis ornāmēta, & agrotis spiritalia medicamēta deesse nō possint. Quam rem ego domino donante cognoscens, vnde animarū remedia possitis accipere, spiritalia antidota studui prouidere. Collegi ergo quantum potui paucos de amoenissimis scripturarum montibus flores, vnde sicut iam dictum est, & agrotis medicamenta cōficerem, & de thesauro cœlesti preciosissimas margaritas à peccatorum corruptione liberis ornamenta componerem. Primum medicamentum est animæ agrotati plena & perfecta dilectio, per quam possit nō solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Quā rem qualiter fidelis Christianus credere, tenere & obseruare debeat, de veteri ac nouo testamento, prout potuimus, vnicum ac singulare remedium animarum pro amore inimicorum pauca capitula excerpsimus, quæ vnusquisq; si nō discutiendo, sed credendo suscepit, & peccatorum suorum indulgentiam accipiet, & ad æternam beatitudinē deo auxiliante perueniet. In primis considerandum est quanta in beato Iacob fuerit charitas, vt odientē se fratrem suum maluerit in longinquis regionibus fugere q̄ vicem odij repensare, quem sicut vitare sciuit, ita odisse nesciuit, & reuersus multis muneribus vt eum sibi placatum faceret, honorauit. Deinde attendendū est quā benigna fuerit etiam erga inimicos antiquorū sanctorū charitas. Nā beatus Ioseph pro parricidij crimine impiis & inimicis fratribus suis nō odij amaritudinē, sed charitatis dulcedinē repensauit. Osculabatur enim singulos, & per singulos flebat, quibus nō solum nihil mali rependit, sed omnia bona retribuens tā viuo quā mortuo patre, germano semper amore dilexit. Beatus quoq; Moyses cum frequenter eum populus rebellis non solum eō, emnere, sed etiam lapidare vellet, diuinæ charitatis memor, ita pro illis domino supplicabat vt clamaret & diceret, Si nō dimiseris peccatū populi tui, dele me de libro tuo quem scripsisti. In ipso enim veteri Testamēto legitimis scriptum, Itinera eorum qui iniuriam retinent malefacti in mortem. Et iterum, Ne memor, inquit, sis iniuriæ proximi tui. Et iterū, Si videris asinum inimici tui iacentem in luto, nō prateribis nisi prius alleues eū. Quo loco diligenter vnusquisq; consideret, quōd si asinum inimici nō licet in luto dimitti, quanto magis homo ad imaginē dei factus non debet odio haberi neq; negligi. Beatus quoq; Iob ita veram & perfectā charitatem etiam cū inimicis fideliter retinebat, vt gaudens & libera conscientia ad deū diceret, Si gauisus sum ad ruinas inimici mei, & exultati in eo quōd inuenisset eum malum, vel si in corde dixi, bene. Beatus quoq; David, licet virtutibus multis fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiaris deo coniunxit quā dilectio inimicorum suorum. Cui cum inimicus suus in faciē malediceret, maluit tamen parcere & dei iudicio referuare, quā suæ iracundiæ satisfacere. Et intantum nō fuit simulata nec vel falsa dilectio sua, vt ipsos etiam aduersarios suos fleret, & in illis qui eos occidere præsumperant vindicaret. Ideo securus in psalmo dicebat illud, quod omnes homines satis attento & trementi animo dicere debent, Si reddidi, inquit, retribuetibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanīs. Persequatur

inimicus animā meā & comprehendat, & conculet in terra vitam meā, & gloriam meam in puluerem deducat. Ecce quali maledicto seipsum condēnat, qui de inimicis diligendis dei præcepta contemnens, odium in corde seruare non meruit, Vnde considerandū est qua fronte vel qua conscientia versiculum istum ex ore suo proferre poterit qui inimicis suis mala pro malis retribuit. Per Salomonem quoq; spiritus sanctus clamat & dicit, Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne forte videat deus & displiceat illi, & auertat iracundiam suā ab eo, & vtiq; cum ab illo auerterit, ad illum dirigat qui de inimici ruina gaudebat: secundum illud, Qui in ruina latatur alterius, non erit impunitus. Item ibi, Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelā: Et in hominem similem sibi nō habet misericordiam, &c. Ipse cum caro sit reseruat iram, & propitiationem quærit à deo, quis exorabit pro delictis ipsius: Dicitur quidem in veteri Testamento, Diliges proximū tuū & odio habebis inimicum tuū. Sed qui sano intellectu scripturæ diuinæ sensum agnoscere cupit, sentētiam istam hoc modo intelligat, vt diligat omnem hominem proximum suum, odio habeat diabolum inimicum suū. Quod etiā in vno homine malo impleri potest. In ipso enim vno qui malus est, & proximū habes & inimicum. Nam q̄ homo est, proximus tuus est: q̄ malus est, nō solum tuus sed etiam suus inimicus est: dilige ergo in eo carnem & animam, hoc est, proximū tuum quē deus fecit, & odio habe malitiam quam ipso consentiente diabolum intro-misit. Quod cū sancto & pio animo feceris, vices cœlestis medici agis, odio habens morbū, & diligens agrotum. Item per Salomonem loquitur spiritus sanctus, Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illum, si sitit potū da illi, hoc enim faciēs, carbores ignis cōgeres super caput eius. Hoc ergo loco cum grandi diligentia obseruandū est, ne forte dum eum bene nō intelligimus, de medicamētis nobis vulnera faciamus. Solent enim nonnulli hoc præceptū quasi ad satianūdū furorē suum assumere. Dicit enim apud se, Ecce cibo inimicū meum vt ardeat in æternū. Auertat deus huiusmodi intelligentiā ab animis nostris. Qualiter ergo accipi debeat locus iste, sancti & antiqui patres reuelante spiritu sancto definierūt, si esurierit inimicus tu⁹, ciba illū, &c. hoc enim, inquit, faciēs carbores ignis cōgeres super caput ei⁹. Caput in homine sensus rationalis intelligitur: qui sensus cū à seruire charitatis recedens factus fuerit frigidus, vnde scriptū est, Quia abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum: necesse est vt quod obest salutī cōtrariū sapiat, vt cui deberet esse amicus, inimicus existat. Ad sanandum ergo talem phreneticū, homines sanctos & charitatis igne succensos hortatur spiritus sanctus dicens, Carbores ignis cōgeres super caput ei⁹. Cū enim inimico tuo pio animo frequētius bene feceris, quā libet sit impius & crudelis, barbarus & crudēsus: tamen tandē aliquando erubescet & dolet & pœnitere incipit quod admisit. Nā cū pœnitentiā cœperit agere, sensus rationalis, hoc est, caput ipsius incipit charitatis igne succēdi, & qui prius quasi frigidus & phreneticus cōtra te cōstauerat iracundiā retinere, spiritali calore de tua bonitate succēsus incipit toto corde diligere. Ecce quō sancti patres hūc scripturæ locū intelligendū esse dixerūt. Nā absit à sensu catholicō, vt eo animo quisq; boni aliquid inimico suo conetur impendere, vt eū pro hoc beneficio velit æterno incēdio cōcremari. Vnde cū grādī cautela de pace fidei cōsiderandū est, & timēdū ne sequamur literā occidētē, sed magis spiritū viuificantē diligamus. Et illud fratres charissimi,

Sermo CLXVIII.  
Gene. 28.  
Gene. 45.  
Exod. 32.  
Leui. 19.  
Exod. 23.  
Iob. 31.  
1. Reg. 16.  
2. Reg. 1.  
Psal. 7.

Prouer. 24.  
Prouer. 17.  
Ecclesiastic. 28.  
Leuiti. 19.  
Matth. 5.  
Prouer. 14.  
Roma. 12.  
M  
Matth. 44.

Plal. 147.  
Matth. 23.  
Roma. 8.  
Ioan. 14.

**A** charissimi, cum grandi tremore considerare debemus, quod in psalmo terribiliter spiritus sanctus dixit, Cum enim illam cœlestem Hierusalem, id est, congregationem omnium sanctorum, quæ cum Christo est regnatura, ad laudādum dominum protocaret, cum dixisset, Lauda Hierusalem dominum: addidit, Qui posuit fines tuos pacem. Ergo vt ipsi videtis, Hierusalem illa cœlestis muros de pace constructos habet. Qui enim talem pacem & talem charitatem habet, vt omnes homines diligat, & pro bonis oret vt meliores fiāt, pro malis supplicat vt cito se corrigant, de qua parte voluerit intrare, illius cœlestis Hierusalē portas apertas merebitur inuenire: qui autem non vult habere talem charitatem, qualem & Christus præcepit & Apostolus docuit, ex omni parte Hierusalem portas clausas inueniet. Et quia oleū charitatis habere noluist, clausis ianuis spōsi cum illis fauis virginibus illam metuendam audiet vocem, Amē dico vobis, nescio vos vnde sitis. Quomodo enim illis quinque virginibus quæ charitatis oleum habuerūt, illa cœlestis Hierusalē aperiet ianuas suas, vt intret in gaudium domini sui: sic illis econtrario qui sine charitate veniūt claudet, & æterna à se separatione repellet, & implebitur illud quod in psalmo dicitur de Hierusalem, Quoniam, inquit, confortauit feras portarum tuarum. Clausis portis & confirmatis seris nunquam exiet amicus, nunquam intrare poterit inimicus, quia sicut iustus nunquam erit exiturus à gloria, ita & peccator nunquā poterit liberari à pœna. Et ideo si volum⁹ vt ab istis malis nos dignetur diuina pietas liberare vt feliciter ad illam cœlestem Hierusalem mereamur intrare, totis viribus laboremus, vt in nobis impleatur illud quod Apostolus dixit, Quis nos separabit à charitate Christi: Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius: Et illud, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neq; angeli, neque principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundum, neque instantia, neque futura, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Ecce sicut audistis, beatum Apostolum & apostolicos viros tanta ac tam terribilia à charitate dei separare non poterant. Vnde nimis dolendum est, quod cum illi à charitate dei nec tormentis poterāt separari, nos interdum ociosis fabulis separamur, & nonnūquam ob paruissimum conuiuium & cuiuscunq; miseri hominis detractiōnem, ita derelinquimus charitatem, vt nō solum cum eo multis diebus, sed etiam mē-sibus fortassis & annis nec loqui nec ad cōuiuium peruenire velimus, & non attendimus quia dum nos inuicem odio habemus, ita muros ciuitatis Hierusalē contra nos claudimus, vt nullus nobis aditus remaneat per quem intrare possimus. Et quia ciuitas illa habitatorē deum habet, dicente Ioanne Euangelista, Deus charitas est: qui charitatem habere noluerit, qua fronte vel qua conscientia ad dominum qui est charitas præsumit accedere: Hæc omnia fratres charissimi, dū vobis paterna pietate frequenter insinuo, absoluo apud deum conscientiam meam. Et quia nullus vnquam erit qui se in veritate valeat excusare quōd veram pacem & veram charitatem tenere non possit, totis viribus misericordiam dei deprecemur, vt nobis illam charitatē, sine qua nullus vnquam deum videbit, insinuare & donare dignetur, vt nullis nec tormentis nec dānis ac persecutionibus ab illius dilectione vel dulcedine separetur. Si iubetis, iam non est opus vt proluxiori vos sermone diutius fatigemus: & ideo iā ista quæ ad præsens dicta sunt, vobis Tomus decimus.

**D** stræ charitati sufficiant, dum hæc deo placito quæ accepistis sanctis cogitationibus velut munda animalia assidue ruminatis, & qualiter ea cum dei adiutorio possitis adimplere, in vestris animis definitis. Ea quæ sequuntur de amore inimicorū, aut die crastino, aut certe die dominico absque aliqua lassitudine corporis opportunius audietis.

*Item in eadē dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Vado ad eū qui me misit, &c. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidē, Et inter sermones De verbis domini, L. XI.*

*Dominica in Rogationibus, de pace: Sermo I.*



**P** OELICES pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Meritum Christiana virtutis vilescit incunctis, si vnitatem non habet pacis, nec peruenit ad vocabulum filij nisi per nomē pacifici. Pax est quæ expoliat hominem seruitute, dat nomē ingenuum, mutat cum conditione personam, ex famulo liberum, filium facit ex seruo, deum patrem vocat, & commutat seruum in filio, amicum facit ex deo, patrem reddit ex domino. Sic sic facit, qui non vult perire quod facit, scilicet pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. En filius dei esse incipit, qui pacificus esse cœpit. Non vult filius dici, qui pacificus noluerit inueniri: negat sibi patrem deum, qui hæres pacis esse nequiuit. Seuerum sensurus est deus, quem clementem blandumq; dedignatus est patrem. Felices pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Gaudeamus hoc nomine quasi filij & hæres dei, cohæredes autem Christi. Quanta est huius pacis retributio, hæreditatem possidere cum Christo, substantiam patris habere cum filio, cœleste regnum participari cum domino, & in consortium perpetuitatis admitti cum domino: Quæ sit hæc prauitas mortum, inuidere melioribus atque in sordidioribus inhære, adoptati victoriā perdere, ac nolle hæreditatem regnorum cœlestium possidere: Etenim filium se dei & cohæredem denegat Christi, qui recusauerit patris regimine gubernari. Pax, concordia fratrum, sicut scriptum est, In tribus placuit spiritui meo quæ sunt probata coram deo & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier consentientes sibi. Concordia ergo fratrum, voluntas dei est, iucūditas Christi, perfectio sanctitatis, iustitiæ regula, materia doctrinæ, morum custodia, atque in rebus omnibus laudabilis disciplina. Pax suffragiū precum & supplicationum, facilis atque impetrabilis, quia desideriorum omnium competens est plenitudo, sicut scriptum est in Apostolo, Pax conuentionis amabilem deo facit in fratribus: quæ charitatis indicat testimoniū. Pax ergo dilectionis mater est, concordia vinculum, ac puræ mētis indicium manifestum, quia sibi exigit de deo quod velit, quicquid voluerit petat, & quicquid voluerit sumat. Pax præceptis regalibus conseruanda est, domino Christo dicente, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Qui discipulus Christi est, Christi præcepta seruat. Seruare mandatū, est pacē in omnibus custodire. Nā diuidere vnitatem, nō est magistrum sequi, sed eius mādātū calcare. Sequi enim Christi, est habere pacē: & non sequi quod pacis est, hoc est hoc habere in magistro ex parte quod diligas, & ex parte quod dānes. Illud est amare doctorem, doctorem mandata in omnibus custodire, dicentis, Pacem meam do vobis, pacem meā relinquo vobis. Licet fratres in pace præteriter moras, delectat hoc dixisse frequenter, & iterū atq; iterum præconari, Pacem meam do vobis, pacem meā dimitto vobis, In pace vos dimitto, in pace vos dimissi, in pace

Ioan. 16.  
Sermo CLXIX.  
Matth. 5.  
Pacis laudes  
Ecclesiastic. 25.  
Concordia fratrum.  
Ioan. 14.  
D iij vos

G vos inueniam. Proficiscens uoluit dare, quod desiderabat rediens in omnibus inuenire. Consultum uoluit esse cui dederat, qui usque ad regressum suum seruare quod praestiterat, imperabat. Quid ergo facturus est homo cum uenerit deus, & quaesitum non inuenit quod donauit: qua excusatione usurus, qui pacem seruare non potuit? Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis, In pace vos dimisi, in pace vos inueniam. Regale mandatum seruare, diuina vox est, Inueniam quod dimisi. Plantare pacem, radicibus dei est: euellere, penitus inimici. Amor fratris ex deo est, odium ex diabolo constat. Propter quod damnanda sunt odia, quia scriptum est, Qui oderit fratrem suum, homicida est. Cohibeamus iram, quia scriptum est, Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Amanda est pax & diligenda concordia. Ista sunt quae generant charitatem, & scitis secundum Apostolum, quod deus charitas est. Sine deo est, qui non habet charitatem. Paternus affectus non potest non amare quod docet. Pax plebis, gloria sacerdotis: & parentum latitia, perfecta charitas filiorum. Sacerdotis est quod debet admonere, Plebis est audire quod admonet. Quicquid non licet, pastoris est prohibere ne fiat, gregis est audire ut faciat. Vtraque conueniant, & vniuersa saluata sunt: nec deus inuenit in plebe quod puniat, nec sacerdos potest habere quod doleat. Seruamus mandata quae vitae sunt, teneat se profunda pacis nexibus colligata fraternitas, & salutari vinculo charitatis, mutua se dilectione constringat, quia dilectio magnanimum facit. Suauis est dilectio, non zelatur, non amulatur. Dilectio non est falsiloqua, non inflatur, nihil decoris admittit, non querit quae sua sunt, non exacerbatur, non cogitat malum, non gaudet in iniustitia, cogaudet autem ueritati. Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Dilectio ergo omnibus uotis ac desideriiis amplectenda est, quae tot bona potest habere quot praemia. Custodienda omnibus uiribus pax est, quonia deus semper in pace est. Non habeat locum quo obrepant inimicus, ne in tritico segetem valeat zizania seminare, & securo iam rustico spe longi laboris elusis spectatus, in ipsa messis maturitate subducatur, aut uinum uetustate suauius, in acriori subito perfidia demutatatum

1. Ioan. 3. Math. 5.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 13.

H in effusa facis se permixtione coniungat, aut inter dulcia mella, fellis uenena amariora suffundat, aut inter uariantes floribus campos ac pratorum uarietate gemmatos, tribulorum interiectione animas grati odoris occidat. Procul contentiones, procul lites & odia, procul maledicta mutantur: & quia laqueus mortis est lingua, susurro ac bilinguis pareat animae suae, ne in supplicium suum vincula sibi mortis adducat. Amate pacem, & tranquilla sunt omnia, ut & vos praemia & nobis gaudia referuetis, ut electa dei pacis unitate fundata, perfectam teneatis disciplinam, per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Ser. CLXX Math. 5.



Attendite fratres mei ad charitatem, quam sic laudat scriptura diuina, ut nihil ei coaequet. Cum nos moneat deus ut nos inuicem diligamus, nunquid hoc tantum monet ut diligas diligentem te? Haec est mutua dilectio, hoc non sufficit deo, peruenire enim uoluit usque ad inimicos diligendos, dicens, Diligite inimicos uestros, benefacite eis qui oderunt uos, & orate pro eis qui uos persequuntur, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, qui pluit super iustos & iniustos. Quid

dicis, diligis inimicum tuum? Respondebis forte, per infirmitatem non possum. Sed profice & age ut possis, maxime quia oraturus es iudicem, quem fallere nemo potest, qui acturus est causam tuam. Interpella ergo hunc iudicem, ubi nullus tabellarius conturbat, nullus officialis remouet, nullus emittitur aduocatus, qui possit pro te preces effundere, aut uerba dicere, quae non didicisti: sed ipse filius dei unicus aequalis patri, sedens ad dexteram patris, illius assessor, tuus iudex est, docuit te pauca uerba, quae quibus idiota potest tenere & dicere, & in eis constituit tibi causam tuam, docuit te ius caeleste quomodo preceris. Sed forsitan respondebis, per quem peto, per me, an per alium? Qui te docuit orare, ipse pro te allegat precem, quia tu reus eras. Gaudet quia ille erit tunc iudex tuus, qui modo aduocatus tuus est. Ideo ergo quia oraturus es, acturus es causam tuam, paucis uerbis uenturus ad illa uerba, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dicit enim tibi deus, Quid mihi das, ut ego dimittam tibi debita tua? Quale munus offers, quale sacrificium conscientiae tuae imponis altaribus meis? Continuo docuit te, quid petas & quid offeras. Petis, dimitte nobis debita nostra: & tu offers. Quid? Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, debitor es ei qui falli non potest. Habes & tu debitor. Dicit tibi deus, Tu debitor meus es, ille debitor tuus: hoc facio ergo tibi debitori meo, quod tu feceris debitori tuo. Inde offers mihi munus, unde pepereris debitori tuo. Rogas me pro misericordia tua, noli esse piger in misericordia, attende quod scriptura dicit, Misericordiam uolo magis quam sacrificium. Noli offerre sacrificium sine misericordia, quia non remittitur tibi peccata tua nisi offeras cum misericordia. Sed forte dicis, non habeo peccata. Quantum uis cautus sis frater, tamen in carne uiuens in seculo, agis inter pressuras & angustias, & inter innumerabilia tentamenta uersaris, non poteris esse sine peccato. Certe dicit tibi deus, Securus esto de peccato, noli dimittere si non habes quod ego tibi dimittam, sed magis exige si nihil debes: si autem debitor es, magis gratulare te habere debitorum, in quo facias quod fiat in te. Audi me, & discute te, quia vel de paucis pedit qui possunt ueraciter orare, orationem dominicam ueraciter dicere, Domine dimitte mihi, sicut & ego dimitto. Non fallaciter, non ficte, ex corde uero fac, ut & in te uerum fiat. Si enim qui te laetit, qui in te peccauit, petit a te ueniam, & ignoscis, iam potes securus dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nam si resistis roganti, conteneris & tu cum rogaueris. Clausisti contra pulsantem, clausum inuenies cum pulsaueris. Nam si aperueris viscera indulgentiae roganti te, aperiet & tibi deus cum rogaueris eum. Modo enim illos alloquor qui petunt ueniam a fratribus suis Christianis, & non accipiunt. Ecce tu si concesseris, securus orabis. Ille uero si te rogauerit, & si non concesseris, quomodo securus eris? Quisquis enim es qui peccasti & ueniam non meruisti, noli timere, interpella deum ipse & tuum, debita enim sunt. Nunquid poterit debita exigere seruus quae donauerit dominus? Si forte non te rogauerit qui in te peccauit, si ueniam non deprecatur, si peccauerit insuper adhuc & irascitur, tu quid facies? dimittis an non dimittis? Ecce non dimisisti. Quare? Quia non rogauit. Si propterea non dimisisti quia non rogauit, noli titubare in dominicam orationem, securus illam dic, non tibi pectus percutias, quia non roganti non dimisisti. Ergo ille qui non rogauit remanet. Exigitur prorsus, exigitur ab illo: ueruntamen in te sit perfecta charitas,

Math. 6.

De uerbis dicit ser. 1.

Osca. 4. Math. 5.

M

A ritas, roga pro non rogante, quia rogas pro multum periclitante. Hic iam attende magistrum & dominum tuum, non in cathedra sedentem, sed in ligno pendente circumspicis undique turbis inimicorum & dicentem, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Vide magistrum, audi imitatorum. Nunquid tunc dominus Christus pro rogantibus rogauit, & non potius pro insultantibus & interficientibus? Nunquid deseruit medicus officium suum, quia phreneticus sauebat? Dic enim, Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Saluator occidit, quia salutem non quaerunt. Econtra & tu forsitan dicturus es, Et quando ego hoc possum quod dominus potuit? Quare hoc dicis? Attende ubi hoc facit, attende quia in cruce hoc fecit, non in caelo. Semper enim deus in caelo cum patre, in cruce autem pro te homo, ubi se imitandum praebuit omnibus. Pro te enim sit ipsam uocem, ut ab omnibus audiretur. Nam potuit pro illis orare in silentio, sed tu non haberes exemplum. Sed si multum est ad te dominus, non sit ad te multum seruus. Non potes imitari dominum tuum cum penderet in cruce. Stephanum seruum eius cum lapidaretur attende. Primum ait tanquam seruus ad dominum. Domine Iesu, accipe spiritum meum: & post haec genu flexo ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixisset obdormiuit in requie dilectionis. Pacem pinguisimam inuenit, quia pacem inimicis optauit. Nunquid & ipse tunc pro rogantibus rogauit, & non pro sequentibus, pro lapidantibus & interficientibus? Habes exemplum, discere uide quomodo pro se stans orauit, & pro illis genu flexit: putamus fratres quia plus eos diligit quam seipsum? Pro se uero stans tanquam iustus facile exaudiebatur. Nam pro iniquis genu figendum erat. Ostendite ergo dilectionem usque ad inimicos ueniam rogantes. Ergo fratres propter securitatem dominicae orationis, rogantibus ex corde dimittite, ut & dominus uobis uestra peccata dimittat in hoc mortali corpore & futuro usque in secula seculorum, Amen.

Luc. 22. 34.

Act. 7.

Ioan. 16.

Luc. 11.

Sermo CLXXI.

Luc. 11. Ioan. 16.

Item in eadem dominica alius sermo, De pace: qui habetur inter sermones, ad fratres in eremo, secundus.

Item in eadem dominica alius sermo, De dilectione inimicorum: qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum. VI.

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen amen dico uobis, Si quid petieritis etc. qua habetur in expositione doctores, Ibidem.

Feria secunda in Rogationibus, De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Quis uestrum habebit amicum, etc.

Sermo I.

Uanis dominus & mitis fratres charissimi, habet ianuam pietatis, nec repellit inde pulsantes, sed culpam potius negligentes. Neque enim aliquid petitur quod non habeat, ut cum non dederit erubescat. Diues est & pius, affluens & benignus, dat & non impropert, imo tunc thesauri domus eius tristitia patiuntur, quando desunt delectabilia fastidia petitionum. Ipse dominus dicit, Usque modo nihil petistis. Petite & accipietis, pulsate & aperietur uobis. Ego sum ostium & ianua. Quare trepidat pulsando manus uestra, & dormitat in mendicitate conscientia uestra? Ego sum ianua uiae, non horreo sordidum pulsatorem, non pauperem repudio petentem, tantum nemo suam negligat paupertatem. Pulsate & aperietur. Stant angeli ad ianuam

Luc. 11. Ioan. 10. Gen. 22.

Psal. 110.

Math. 11.

Apoc. 1.

ut introducant non ut repellant, ut suggerant non ut terreat. Nulla est pompa in ianua mea. Ego sum ianua, qui sustinui crucis ignominiam. Quare timeant petentes egentiam, cum nulli aliquando denegauit misericordiam? Quis sperauit in domino & confusus est? Si pulsant qui desiderant castitatem, dat eis continuo gratiam & sanctitatem, & dicit eis, Nolite ambulare polluti, nolite incedere maculosi. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Si accedat pupillus parua manu pulsare ianuam paternam, nunciant eum angeli domino, pupillus pulsare, defensionis pietatem expectat, responde illi domine, Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Respondet illi qui diues est, misericordia plenus, qui miseris pater est. Ego sum iudex uiduarum, & pater orphanorum. Nemo laedat quos ego suscipio, nemo expoliet quos ego defendo. Et qui accesserint ad ipsam ianuam, quanuis diuidant uocem disparis precis, tamen ab uniuersis diuitis patrisfamilias domo omnes accipiunt pietatem. Hoc amat ianua saluatoris, ut pulsatoribus semper abundet opportunis, importunis. Propterea ipse dominus uidentis ianuam suam a petitorum uoce, pulsantium clamore flere, inuitat omnes ad orationem, omnibus paratus tribuere pietatem. Petite, & si non acciperitis adhuc petite, & perseuerate pulsare. Nolite desicere, quia non necat deus fame animam iusti. Qui tamen uoluerit esse dulciter humilis & benignus, securus tanquam in tutissimo portu consistit. Opponit ergo parabolam cuiusdam hominis, cuius hospes improbilis aduenit, & hospes hospitem excepit: passus est uerecundiam, abiit continuo ad domum diuitis magnam, non sine sacramento tres petiuit panes, quia unus hospes erat gratia pietatis, sed substantia trinitatis. Nonne unus hospes erat in tribus qui uenit ad patrem Abraham? Hospes & amicus, pransor & mansor, & omnia illi in trinitate sunt exhibita humanitatis obsequia, quia trinitatis gloria resfulget. Trimum attulit vitulum pater, tres mensuras similaginis conspersit futura mater, paritura filium pro quo pater mactaret agnum, & ipsa corpus Christi in trinitate iam fecerat sacramentum. Ita & iste amicus ueniente hospite pergit ad domum diuitis, & trium panum allegat necessitatem: pulsat & nullus respondet de ianitoribus, quia omnes tenuerat somnus. Non angeli, non archangeli, non prophetae, non ministri. Et ille pulsant, quanuis nemo respondeat. Quandoque paterfamilias ad importunitatem pulsantis respondit, ille de interioribus sacris, de throno quietis, quid pulsas sine tempore, qui piger fuisti cum tempore? Dies fuit, & in lumine non ambulasti, nox superuenit, & pulsare coepisti. Excusat tempus quod improbus quaerit affectus. Iam pueri quiescut, & non est dignum ut propter te iniuriam patiantur, antequam uenires diutius uigilauerunt, modo pro tempore quieuerunt, non est qui possit tibi dare responsum. Et ille, Domine a te peto, ad te pulso, imo te pulso, tu es ianua, tu surge, da mihi misericordiam, qui non es indignatus de luto limi formare viscera mea. Ministerio non indiges, quia omnia potes. Sed si pueri tui dormiunt, tu non dormis qui custodis Israel. Gratis peto, sub gratia mendico, non sub lege praesumo. Sed si lex & propheta usque ad Ioannem, sed tua gratia non habet finem. Quod euenit pueri tui, prophetae tui, & ego noui. Sed tu domine qui es initium & finis, primus & nouissimus, noli ad me tediare nouissima hora noctis petentem, qui nocte media captiuam duxisti captiuitatem. Quid faciet paterfamilias tanti perseuatoris uoce constrictus: Non excitat Prophetam, non immittit angelum, non archan-

Ecclesiasticus

Luc. 19.

Psal. 9.

E

Luc. 11.

Gen. 11.

Luc. 11.

Ioan. 10.

Gen. 22.

Psal. 110.

Math. 11.

Apoc. 1.

gelum, ipse surgit & dabit illi quantum desiderat. Bene pertinax ille petitor & nocturnus mendicator ad hospitem proprium repedavit, diues factus refecit, nec hospes ab hospite irrefectus discessit. **Q**uis est iste hospes rogo vos fratres qui in nocte venit, & imparatum hospitem inuenit, imò ideo nocte venit hospes in perpetua & deficiente paupertate? In nocte venit hospes, gratia in summa ignorantia, in magna egentia, immittit tristitiam, quòd dicit nocturnus petitor, In tribulatione inuocavi dominum & exaudiuit me in latitudine. Et iterum, Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberavit eos dominus, quoniam proximus est. Ideo hospes superuenit improuisus subito, cū quispiam tædio afficitur pressurarum. Superuenit illi orandi desiderium, flendi arripens votum. Illa hora hospes venit gratia ut compungat conscientiam, ne in sua moriatur egentia, sed eat & petat ad diuitem, nō suis meritis, sed meritis hospitis venientis, & accipiat tres panes, ut in patre & filio & sancto spiritu possit & ipse pascere ceteros indigentes. **Q**uicquid boni cogitauerit homo subito corde percussus, sciat quia hospes ille venit de cælo, & benè venit qui nocte uenit. In tribulatione subuenit, non ingrens tædium, sed affectum. Et quia dominus Christus ad discipulos suos clausis ostiis in tribulatione venit, non speratus sed optatus, salutauit in pace, & hospes hospites suos refecit in pace. Nōne est iste hospes qui dicit, Ecce sto & pulsio, si quis aperuerit mihi, intrabo & cenabo cum illo ego & pater meus? Quam bona domus, ubi pater & filius ingreditur hospes amicus, qui & spiritus sanctus. Ipse ibi exhibet in domo pauperis, in hospitio puritatis diuersa pulmentaria, propter cenam dominicam, Quæ sunt ista pulmentaria? Gaudium, longanimitas, continentia, fides, castitas. Tantummodo non pigeat hospitem suscipere dominum, ipse secum portat dulcedines deliciarum, ut pascat ibi lactes exercitus angelorum. Cum illo hospite pax est & in cunditas, qui uenit ad hospitem suum, non torquere, sed pascere, non expoliare, sed vestire, non percutere sed sanare. Ipsum hospitem semper apertis cordis nostri ianuis suscipiamus, & nunquam nobis dominetur tyrannus inimicus, & in omnibus Christo donante eius mādā data seruemus.

*Item eadem feria Homilia, De eodē de quo supra, quæ habetur inter sermones De uerbis domini, XXIX. Et libro, II. De questionibus Euangeliorū, cap. XXI. §. XXII.*

*Item eadem feria alius sermo de epistola diei, qui habetur in libro Quinquaginta homiliarū, XII. §. XLVI. §. XLVII. Et ad fratres in eremo. XXX.*

*Feria tertia in Rogationibus: Sermo I.*



**V**omodo ieiuniorum tempus est fratres charissimi, de ieiunio cum sanctitate uestra tractandum est, ut sciatis quemadmodum ieiunetis. Ieiunia enī Christianorū spiritualiter potius quam carnaliter obseruanda sunt. Vnde à peccatis nostris principaliter ieiunemus, ne ieiunia uestra sicut Iudaorum ieiunia à deo respuantur. Quale est enim ut à cibis quos dominus creauit, nescio quis impostor abstineat, & peccatorum sagina pinguescat? Non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus. Nam si fleetas, inquit, ut circuli ceruicem tuam, cilicium autem & cinerem substernas, nec sic uocabis, inquit, ieiunium acceptum. Sed quid? Solue, inquit, omnem nodum iniquitatis, & obstinationē maiorum. Dimitte confictos in requiem, & omnem conuentionem dissipā. Paruum est enim ieiunium, abstine-

Psal. 117.

Psal. 33.

H

Ioan. 20.

Apoca. 3.

Sermo CLXXII.

Esai. 58.

re tantummodo à peccatis, nisi addamus & bona. Fran-  
 ge esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in  
 domum tuam. Si uideris nudum, uesti. Porro autem ieiunium uestris etiam illud oportet accedere, quod dominus in Euangelio præcipit, Cū ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amē dico uobis, receperūt mercedem suam: vos autem cum ieiunatis uingite capita uestra, ne appareatis hominibus ieiunantes, & pater uester qui uidet in absconso, reddet uobis in palām. Quare fratres non prauideat sanctitas uestra, aliter ieiunia acceptari non posse, nisi contigerit le galiter ieiunare. Secundum Apostoli dictum fratres, me quidem hæc eadem uobis dicere non piget, uobis autē tutissimum. Sed dominus in Euangelio, Omnis, inquit, scriba doctus, in regno cælorum similis est homini patrifamiliās, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ut ergo sciat sanctitas uestra fratres, non solum noua dicenda, sed & uetera repetenda, legimus spiritum sanctum per Esaiam Prophetam taliter perfectos increpātem, Neomenia uestra & sabbatum & dies magnus nō sit in eo dicit dominus. Ieiunium est quod probat altissimum, non solum intermissa corporis refectio, uerum etiam à malis actibus facta discessio. Itaq; si neque mēs tua grauetur oppressa peccatis, neq; animus tuus uitorū illecebris delectetur, digna deo exoluisti ieiunia. Ceterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserint, atq; illi subtraxeris cibum, cum non detrahis uitia in malis perseuerans, magis horres quā placeas deo. Tunc erūt deo accepta ieiunia, si operib; sanctis fuerit expiata cōscientia. Cur enim corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? Principaliter ergo animus ieiunet à malis, & sic corpus subeat exercendo ieiunia. Nam cū sit ieiunium animæ humiliatio, quale est humiliari cibo & augeri peccato? Qui igitur corpori suo ieiunia deuotus indicit, principaliter renunciet uitiis, cupiditatū fomites comprimat, frangat impetus mentis, libidines vincat, faces auaritiæ ardentes extinguat, latiusq; vim dilectionis extendat, atq; in alimentis pauperum abrupti apparatus stipendia largiatur. Omnia enim corporis nefanda peccata animi uirtute calcantur, ut & anima sanctitate corporis adiuuetur. Tunc enim & impetrari poterit quod optatur, si casto corpore animoq; deuoto ad officia sanctitatis implenda per curam obseruationis quisque incedat. Hæc sunt quæ diuinam commouent pietatem, quæ ad impetrandam precibus sanctitatem semper aditum faciunt. Ceterum si caput substernas atque cineres desuper spargas, si denique collū tuum uelut circulum torqueas, atq; ad exorandam clementiam dei largos fletus effundas, nihil proficis. Commouere enim diuinam non poteris pietatem, qui circa proximos tuos debitam neglexisti charitatem. Scriptū est enim, Non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus. Nec si fleetas ut circulum ceruicem tuam, cilicium autem & cinerem substernas, nec sic uocabo, inquit, ieiunium acceptabile. Sed quid? Solue, inquit, omnem nodum iniquitatis & obstinationem malorum. Dimitte quassatos in requiem, & omnem iniquam conuentionem dissipā. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum uesti, & domesticos seminis tui ne despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & uestimenta tua cito orientur, & præbunt ante te iustitia, & claritas dei circundabit te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, dum adhuc loqueris dicet, Ecce assūm. Hæc sunt enim

Math. 6.

Philip. 3.

Math. 13.

Esai. 2.

I

Ieiunium.

M

Esai. 58.

**A**nim quibus homo & refectus cibo frequenter impetrat quod exoptat, & ieiunans maiora præmia consequitur sanctitatis. Tale ieiunium delectat Christum, tali denique delectatur cunctipotens, quem ad ieiunandum non immanium delictorum frequens reatus impellit, ad quem non denique adipiscendæ gloriæ temporalis uel cumulandi patrimoniū cupiditas inanis ascendit, sed urget semper religionis affectus & deuotā sinceritas, quam cum fuerint comitata plena pietatis officia, quantum ille ualebit, tantum ille proficiet. Taliter agēdo merebitur, statim presentē dñm propitiūq; sentire. Imple ergo miserationis officia, & sanctificasti ieiunia. Sagina pauperū viscera, & anima tua muneribus sanctitatis pinguescit. Vesti nudum, & tua peccata conteſta sunt. Peregrinum hospitio tuo contende suscipere, ut & te deus in cælorum regna suscipiat, Per omnia secula seculorum, Amen.

*Item in eadem feria Homilia, De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Nolite sanctum dare canibus, & cetera, quæ habetur in lib. primo de sermone domini in monte, capi. XXIII. & sequentibus. Et inter sermones de uerbis domini. V.*

Math. 7.

B

*In uigilia ascensionis domini: Sermo I.*

Sermo CLXXIII.



**S**cire debemus & intelligere fratres charissimi, quia dies compunctionis & poenitentia celebramus, & ideo non nos oportet nimio risu uel in aliquo minus cauto & cōgruo cachinno dissolui, timentes illud quod dominus in Euangelio dixit, Væ uobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis: & illud quod alibi scriptum est, Extrema gaudij luctus occupat. Nec aliquibus durum esse uideatur, quod magis ad tristitiam uel planctum quā ad letitiam uos prouocare uidemur. Si enim diligenter attenditis fratres, in omnibus scripturis hoc dominus hortatur & admonet, ut sic in hoc seculo debeamus esse solliciti, ut in futuro possimus esse securi, sicut ait Psalmista, Qui seminant in la chrymis, in gaudio metent: & in Euangelio, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia arcta & angusta uia est quæ ducit ad vitam, lata & spatiosa quæ trahit ad mortem: Melius est nobis post paucas angustias ad eternam beatitudinem peruenire, quā post breuē latitiam ad inferni profunda descendere. Vnde totis uiribus elaborare debemus, ut penam purpurati diuitis possimus euadere, & ad beatitudinem pauperis Lazari peruenire. Quid enim illi profuit superbia diuiti, quod hic paruo tempore luxuriosus pascebatur delictis suis, & nunc sine ullo termino inferni flammam pascit medullis suis? Melius est ergo ut uos paruo tempore ad salubrem iustitiam prouocemus, & postea uobiscū ad eternam latitiam peruenire mereamur: quā si uobis ad tempus falsam dulcedinem uelimus ingerere, & postea uobiscum perpetuam amaritudinem sentire. Et licet omnino tempore fratres charissimi uobis oporteat dei misericordiam corpore contrito & corde compuncto requirere, & ab illo indulgentiam peccatorum fideliter postulare, nunc tamen propter imminentem peccatis nostris debitam & grauissimam seueritatem, cum ingenti rugitu uel gemitu assiduus orationibus & largioribus elemosynis debemus dei misericordiam implorare: ut ipse nobis misericordiam & benedictionem aquarum cælestium tribuat, pacem reddere dignetur, peccatorum indulgentiam dare, & prospera dignetur pro sua pietate concedere. In his præcipue diebus

Luc. 6.

Prover. 14.

Psal. 125.

Math. 5.

Math. 7.

Luc. 16.

ociosis fabulis sine conemur imponere, & quantum uires suppetunt orare studeamus, & psallere, Et si pacem temporum desideramus accipere, non dissimulemus pacem cum proximis custodire. Si enim in ueritate uis ut uincatur diabolus inimicus tuus, cito tibi recõcilietur proximus tuus. Contra nullum hominem desaniat ira tua, & cito à te indignatio diuina cessabit secundum illam promissionem domini & saluatoris. Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cælestis peccata uestra. Nullus sibi de industria aliquas occupationes inquirat, per quas se de ecclesia cõuentu subducatur. Sine dubio peccatorum suorum uulnera diligit, qui in istis tribus diebus ieiunando, orando & psallendo medicamēta sibi spiritualia non requirit. Abundant & nimium abundanti negligentia, quas per rotum anni spatium congregauimus, & ideo uel in istis tribus diebus quod ad nitorem uel purgationem animæ pertinet agere studeamus. Nolite uos de ecclesia conuentu subtrahere, quia non tam longo spatio fatigamur, ut hoc sustinere non ualeamus. Sicut qui in istis sex horis de conuentu ecclesie non subducit se, magnam remedium animæ suæ noscitur prouiderē: ita econtrario qui aut per cupiditatem, aut pro alia qualibet minus necessaria occupatione a se se noluerint, inde sibi faciūt crudelia uulnera, unde habere potuerant medicamenta salubria, & inde se grauat unde subleuare potuerāt. Sed credo de dei misericordia quod ita uobis inspirare dignabitur, ut non negligentiam peccatorum acquirere, sed magis per compunctionem ieiunando, orando, psallendo, & elemosynas faciendo ad remedium possitis indulgentiæ peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorū, Amē.

Math. 6.

E

Ioan. 17.

*Item in eadem uigilia, Homilia de eo quod scriptū est in Euangelio secundum Ioannem, Subleuatis Iesus oculis & cetera, quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.*

*In festo ascensionis domini: Sermo I.*



**G**lorificatio domini nostri Iesu Christi resurrexerit & ascendendo cõpleta est. Resurrectionem ipsius Paschæ dominico celebrauimus: Ascensionem hodie celebramus. Festus nobis dies uterque. Ideo enim resurrexit ut nobis exemplū resurrectionis ostenderet. Et ideo ascendit, ut nos desuper protegeret. Habemus ergo dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum prius pendentem in ligno, nunc sedentem in cælo. Precium nostrum dedit cum penderet in ligno, collegit quod emit cum esset in cælo. Cum enim omnes collegerit quos utique per tempora collegit, in fine temporis ueniet, & quomodo scriptū est, Deus manifestus ueniet: non quemadmodum primitus uenit occultus, sed sicut dictum est, manifestus: occultum enim oportebat eum uenire ut iudicaretur, manifestus autem ueniet ut iudicet. Si enim prius manifestus uenisset, iudicare manifestū quis auderet? Quandoquidem dicit Apostolus Paulus. Si enim cognouisset, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed si ille non occideretur, mors non moreretur. Trophæo suo diabolus uictus est. Exultauit enim diabolus quando hominem primum seducendo deiecit in mortem. Seducendo primum hominem occidit, occidendo nouissimū primum de laqueis perdidit. Facta est ergo uictoria domini nostri Iesu Christi cum resurrexit & ascendit in cælum, & impletum est quod audistis cum Apocalypsis legeretur, Vicit leo de tribu Iuda. Ipse leo dicitus est, ipse

Sermo CLXXIII.

III.

Act. 17.

Math. 27.

Psal. 49.

1. Corin. 12.

Apoc. 5.



**G**agnus occisus est, Leo propter fortitudinē, agnus propter innocentiam. Leo quia inuictus, agnus quia mansuetus. Et ipse agnus occisus morte sua vicit leonē qui circuit quærens quē deuoret. Dicitur enim diabolus leo, feritate, non virtute. Apostolus quippe ait Petrus, Vigilare vos oportet aduersus tentationes, quia aduersarius, inquit, vester diabolus circuit, quærens quem deuoret. Sed quomodo circuit, dixit, Sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Quis non incurreret in dentes leonis huius nisi viciisset leo de tribu Iudæ? Contra leonem leo, contra lupum agnus. Exultauit diabolus quando mortuus est Christus, & ipsa morte Christi est diabolus victus, tanquam in muscipula escam accepit. Gaudebat ad mortem, quasi prepositus morti. A quo gaudebat, inde illi tensum est. Muscipula diaboli crux domini: esca qua caperet, mors domini. Et ecce surrexit dominus noster Iesus Christus: Vbi est mors quæ pependit in ligno? Vbi est insultatio Iudæorum? Vbi est typhus & superbia, caput ante crucē agitantium & dicentium; Si filius dei est descendat de cruce? Ecce plus fecit quam illi insultando exigebant. Plus enim est de sepulchro resurgere, quā de ligno descendere. Iam vero quanta gloria est quod ascendit in cælum, quod sedet ad dexteram patris: sed oculis non videmus, quia nec pendentes in ligno vidimus. Totum hoc fide tenemus, oculis cordis intuemur. Hodie enim sicut audistis fratres, dominus Iesus Christus ascendit in cælum, ascendat cum illo & cor nostrum. Audiamus Apostolum dicentem, Si confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Quæ sursum sunt sapite non quæ super terram. Sicut enim ille ascendit nec recessit à nobis, sic & nos cum illo ibi iam sumus, quanuis nondum in corpore nostro facti sit quod promittitur nobis. Ille iam exaltatus est super cælos. Neque enim propterea nobis desperanda est perfecta & angelica cælestis habitatio, quia dixit, Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo: sed hoc dictum est propter vnitatem qua caput nostrum est, & nos corpus eius. Cum ascendit in cælum, nos ab illo non separamur. Qui de cælo descendit, non nobis inuidet cælum, sed quodammodo clamat. Mea membra estote, si ascendere vultis in cælum. In hoc ergo ipsi interim roboremur in hoc votis omnibus astuemus. Hoc meditetur in terris, quod computatur in cælis. Tunc exuturi carnem mortalitatis, nunc exuamus animi vetustatē. Facile corpus leuabitur in alta cælorum, si non premat spiritum sarcina peccatorum.

In eodem festo, Sermo II.

**A**luator noster dilectissimi fratres ascendit in cælum. Non ergo turbemur in terra. Ibi sit mens, & hic erit requies. Ascendamus cum Christo interim corde, cum dies eius promissus aduenerit, sequemur & corpore. Scire tamen debemus fratres, quia cum Christo non ascendit superbia, non auaritia, non luxuria, nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro. Et ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia vel peccata deponere. Omnes enim quasi quibusdā cōpedibus nos premunt, & peccatorum nos retibus ligare contendunt, & ideo cum dei adiutorio secundum quod ait Psalmista, Dirumpamus vincula eorum, vt securi possimus dicere domino, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Resurrectio domini spes nostra est, ascensio domini gloria nostra est. Ascensionis hodie solennia celebramus. Si ergo recte, si fideliter, si deuote, si sancte, si pie

ascensionem domini celebramus, ascendamus cum illo & sursum corda habeamus. Ascendentes autem non extollamur, nec de nostris quasi de propriis meritis præsumamus. Sursum autem corda habere debemus ad dominum. Sursum enim cor ad dominum, non superbia vocatur. Sursum autem cor ad dominum refugium vocatur. Videte fratres magnum miraculum. Altus est deus, erigit te, & fugit à te. Humilia te, & descendit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est & humilia respicit, & alta de longe cognoscit. Humilia de proximo respicit vt attollat, alta, id est, superba de longè cognoscit vt deprimat. Resurrexit enim Christus vt ipse nobis daret, quia surgit homo qui moritur: ne moriendo desperaremus, & vitam nostram in morte finitam putaremus, securos nos fecit. Solliciti enim eramus de ipsa anima, & ille nobis resurgendo de carnis resurrectione fiduciam dedit. Crede ergo vt munderis. Prius te oportet credere, vt postea per fidem deum merearis aspicere. Deum enim videre vis, audi ipsum, Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Prius ergo cogita de corde mundando, quicquid ibi vides quod displicet deo, tolle. Venire ad te vult deus: audi ipsum dicentem, Ego & pater vnus sumus, & mansionem apud eum faciemus. Ecce quid promittit deus: Si ego qualiscunque fragilis homo venturum me ad domum tuam promitterem, sine dubio mundares eam, superflua proiceres, quæ erant necessaria preparares: Deus ad cor tuum venire vult, & piger es ei domum mundare: Omnia vitia inimica sunt deo, & ideo ipso auxiliante proiice illa, si vis excipere deum. Non enim amat deus habitare cum auaritia immunda, fordida & infatigabili, cui infideles homines seruire volunt, & deum videre cupiunt. Et tu ergo munda cor tuum. Si potes id age, id operare, vt Christus mundet vbi maneat: Roga, supplica, humiliare: audi scripturam dicentem, Deus superbis resistit. Esto humilis, vt in te requiescat deus. Idem ipse Christus tibi est via & patria. Secundum hominem via, secundum deum patria. Si fideliter curris, per ipsum vadis, & ad ipsum peruenies. Etenim tibi æterna via assumptis quod non erat, non amisit quod erat. Ipsius ergo misericordiam deprecemur, vt nobis fidem rectam & intellectum sibi placitum ad exercenda opera bona concedat: Quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo III.

**M**nia charissimi quæ dominus Iesus Christus in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula addidit, nobis proficiunt: qui dum humanam conditionem syderibus importauit, credentibus cælum patere posse monstrauit, & dum victorem mortis in cælestia eleuauit, victoribus quod sequantur ostendit. Ascensio ergo domini, catholice fidei confirmatio fuit: vt securi in posterum crederemus miraculi illius donum, cuius iam in presenti percepissemus effectum: & fidelis quisque cum iam tanta perceperit, per ea quæ cognoscit præstita, discat sperare promissa, ac dei sui præteritâ presentemque bonitatem, quasi futurorum teneat cautionem. Super excelsa ergo cæli terrenum corpus imponitur, ossa intra sepulchri angustias paulo ante conclusa angelorum cœtibus inferuntur, in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur, & ideo sacra Apostolice lectionis testatur historia. Cum hæc dixisset, inquit, videntibus illis eleuatus est. Dum audis eleuatum, agnosce militiæ cælestis obsequium. Vnde hodierna festiuitas hominis nobis & dei sacramenta manifestauit. Sub vna eademque persona in eo qui eleuatur diuinam

**A** diuinam potentiam, in eo autem qui eleuatur humanam cognosce substantiam. Ideoque omnimodis detestanda sunt venena orientalis erroris, qui impia nouitate præsumit asserere filium dei ac filium hominis vnus esse naturam. In alterutra enim parte vel qui solum hominem fuisse dixerit, negabit conditoris gloriam, vel qui solum deum, negabit misericordiam redemptoris. Quo genere non facile Arrianus euangelicam poterit habere veritatem, vbi filium dei nunc æqualem legimus nunc minorem. Qui enim vnus naturæ saluatore nostrum tiferam persuasionem crediderit, solum hominem aut solum deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus deus sentire, nec solus homo sustinere potuisset. Nos ergo nouerimus in Christo duplicem geminamque substantiam. De patre cœlestem, de matre terrenam. Quam vtranque in vno eodemque redemptore suis promptum est testimoniis explicare. Quasi homo dicebat, quia pater maior me est: sed idem quasi deus pronuntiabat, Ego & pater vnus sumus. Quasi homo dicebat, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed quasi deus fiducialiter loquebatur, Testestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quasi homo in cruce pende

In Christo duplex substantia.

Ioan. 14. Ioan. 10. Math. 26.

Ioan. 10.

Luc. 23.

Psal. 109.

Eccl. 9.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

Ioan. 14. I. Petri. 5.

studeat, ac super eas stare consuescat, ex ipsis sibi gradum construit, quod possit ad superiora conscendere. Eleuabit nos si fuerint infra nos. De vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus. Nam cum bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cum filio virginis libido atque luxuria. Non, inquam, ascendunt vitia post virtutum parentem, peccata post iustum, nec infirmitates ac morbi possunt ire post medicum. Igitur si intrare ipsius medici regnum volumus, prius vulnera nostra curremus. Ordinemus & custodiamus in nobis statum virtutis: que substantia, ne animam nobiliorem vtique hominis portionem tartaro pars deuoluat inferior, sed secum potius cælo sanctificatum corpus acquirat natura gloriosior, ipso adiuuante, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo III.

**A**scensionis domini nostri Iesu Christi sanctus & solennis dies hodie illuxit, exultemus & iocundemur in eo. Christus descendit, inferiora patuerunt. Christus ascendit, superiora claruerunt. Christus in sepulchro, mentiantur custodes. Christus in inferno, visitetur quiescentes. Christus in cælo, credant omnes gentes. Ipse ergo debet esse auctor nostri sermonis, qui est largitor nostre salutis. Nam de quo aliquid loquamur vobis nisi de illo qui modo ex Euangelio loquebatur omnibus vobis. Ascensus enim ad patrem, dicebat discipulis suis, Hæc locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commonebit vos omnia quæcunque dixi. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia dixi vobis, vado ad patrem meum, quia pater maior me est. Ascensurum enim se dixit ad patrem, & contristati sunt discipuli, quod eos corporali forma desereret, & ait illis, Quia dixi vobis, vado ad patrem, tristitia impleuit cor vestrum: Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem, quia pater maior me est: hoc est ac si diceret, Ideo subtraho vestris oculis istam serui formam in qua pater maior me est, vt ab oculis carnis serui forma remota dominum spiritualiter videre possitis. Ergo & propter veram formam serui quam susceperat, verum dixit, Pater maior me est, quia vtique homine maior est deus: & propter veram formam dei in qua permanet cum patre: verum dixit, Ego & pater vnus sumus. Ascendit ergo ad patrem per id quod homo erat sed mansit in patre per id quod deus erat, quia in carne ad nos processit, & à patre non recessit. Ascendit, inquam, ad patrem verbum quod caro factum est vt habitaret in nobis, & suam presentiam repromisit, dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Secundum formam serui, dicit de illo Ioannes Apostolus, Ipse est verus deus, & vita æterna. Secundum dei formam dicit de illo Apostolus Paulus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinanituit formam serui accipiens. Secundum formam dei ipse de se loquitur. Ego & pater vnus sumus: secundum formam serui dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vnde illa fiducia, vnde ista formido? Illa vtique vox ex proprietate substantie, ista vero ex participatione infirmitatis assumptæ. Hæc ergo charissimi prudenter intelligentes de scripturis sanctis, dum legimus discernamus, sed dum discernimus ne fortasse erremus, intellectum ab ipso domino postulemus, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem

Sermo CLXXVII.

Ioan. 14.

Vbi supra.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Sermo CLXX. VII.

Pfal. 112.

Acto. 1.

Pfal. 23.

Efa. 53.

**A** Scensionis ergo dominice in clytum & regale mysterium quod Christus terram leuauit ad caelum, canit etiam totus mundus & festis agit gaudiis triumphos domini sui, quia erexit a terra in opem: & de stercore exaltauit pauperem, eumque leuauit ad patrem. Quis igitur illuc potest ascendere, & aereos demones transire, nisi ille solus qui peccatum non potuit habere? Crux ergo illa non obscurat sed profuit, quia & nobis Christus uicit, & ille in ea superari non potuit. Non sepulchra, non inferi uicticem domuere carnem, expendit deus pro homine quod decreuerat, & rapuit quem volebat. Vident hoc praesentes Apostoli, & paulatim semetipsam ad superna tollentem, pectore patidi, mente confusi, oculis trepidi consequuntur, donec vltro solutam nubem serena dies exciperet, & fulgore coruscato vallatum humanis conspectibus occultaret. Cum ergo eum discipuli tanto lumine percussi non viderent, & curiosos oculos iubar rubidum coruscis ictibus euitaret, confestim ex uictoribus angeli directi duo, metu & dolore prostratos Apostolos uerbis talibus consolantur, Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum. Iste Iesus qui assumptus est a uobis in caelum, ita ueniet quem admodum uidistis eum euntem in caelum. Sic ueniet, inquit, manifestus, quemadmodum nunc extollitur super astra preclarus, & poli secreta suscipiunt quem refundant, sanctificatur diuino comitatu, immensus aer, & omnis illa uoluntas turba per auras Christo ascendente transingit, pauet omne caelum, mutantur astra, concurrit confestim fulmineus ille militiae caelestis exercitus: Vident regem suum uia carnis manibus reportare, atque hoste debellato hominem in superna conscendere, agnoscunt in cicatricibus signa bellorum, adorant in carne uulnera iam sanata, ubi nihil peccati macula extinxerat, nec quippiam sua uolentia grauidus ille ueni draco uomuerat. Serpens enim uestigium in petra non figebat. Plaudunt agmina, tubae sonant, laetis se miscencia blanda modulamina choris funduntur. Ecce confestim splendidus ille senatus caelestis ex regnis soluitur. Namque in imis poli lata carminibus regia ampla dei referatur, vndique syderei repagula caeli, atque astriferi orbis arcana soluta penitus compage patefecit. Recessit in geminam arcem diuisus aer, & lati ardua caeli latera concisis marginibus dependunt. Fit vnus ibi sine caelo dies, & claris titubant fulgoribus, & tunc alternis inter se ita resonant obsequia lata carminibus, Tollite portas principes uestras & eleuamini portae aeternales & introibit rex gloriae. Ascendebat enim cruoris rubore perfusus a tropheis uictoribus laureatus. Viderunt caelites cuncti speciosum uulneribus Christum, spolia castris tyrannicis reportata: & admirantes fulgentia diuinam uirtutis vexilla, talibus concrepant hymnis, deducuntque laetantes, Quis est, inquit, iste rex gloriae? Et aiunt, Dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Hic est ille candidus & roseus compunctus a multitudine, Hic est ille qui non habuit speciem neque decorem, infirmus in laqueo, fortis in spolio, uilis in corpufculo, armatus in praelio, foedus in morte, pulcher in resurrectione, candidus ex uirgine, rubicundus in cruce, fuscus in opprobrio, clarus in caelo. Quando id quispiam fratres nosset, ut deus lateret in carne, maestas habitaret in corpore & ita in mundo gereret praedium ut ipsum corpus post sepulchra mox leuaret ad caelum? Recepit igitur se intra uelamina diuina cum carne maestas, didicit caelum portare hominem, atque sub pedibus Christi famulantia

ethera iacuerunt. Ecce iam porta patet quam clauserat K Adam, claustrum quod caelo iniquitas infixerat reparatum est. Si quis se ad Christum tenuerit & unius substantiae patrem & filium & spiritum sanctum confessus fuerit, caeli ianuas per ipsum securus intrabit, Amen.

**A** Vantis ornatibus gaudiorum refulsit hodie aula caelorum? Angeli enim uota sua sperata diutius receperunt & hymnum dixerunt. In alleuatione portarum lux in caelis, splendor in ianuas, quia Christus rursus ascendit, procedens de thalamo suo, ascensus in throno suo. Vnde sanctus Dauid posuit organum suum in foribus caelorum, cantans canticum nouum, Quoniam qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes caelos. Latioribus ergo fistulis organum tangens resulat, & dicit protoferum aeterni consilii cernens, non auro gemisque decorum, sed nubium glacie candidatum. Qui ponit, inquit, nubem ascensum suum, qui ambulat super pennas uentorum. Iam enim super aspidem & basiliscum ambulauit, & conculcauit leonem & draconem: Pede mortis, plausu resurrectionis. Mirabilis in oculis nostris clarificatus coruscant ascensionis uirtutibus, sedens super nubem leuam, complures Apostolos pacis hereditate & testamentaria charitate: Pacem, inquit, meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ad hanc melodiam sonantium organorum ante aulam regiam caelorum inuitati sequuntur Apostoli, benedictionis gratiam petunt: gradiuntur cum domino filij sponsi pignus accepturi spiritu sancti. Leuans autem manus suas benedixit eos, dedit eis arram sponsalem muneris preciosam, non ex auro gemisque distinctam, sed charitatis anfulis contextam catenam, qua alligati sequantur eum ad sponsam agni Hierusalem patriam sempiternam. Domine, inquit, quare nos derelinquis ascendens, qui nos elegisti in ripa praecedens? Domine quando sumus uerba tua super mel & faui eminus percepturi, & stillantis rorantisque gratiae balsamum de tuis labiis ac faucibus libaturi? Aut instrue quod ascendis, aut ne deseras cum ascendis: quasi scuto benignitatis tuae remansimus in aperto nudati, tanquam pupilli matris amplectentis pennatae uelamine destituti. Quando uenies ad nos, qui redemisti nos? Mors tua fuit peccatum nostrum, sit ascensus tuus pignus nostrum, ne nimis absorpti mero mergamur, quos eleuasti de gemitibus inferorum. Ascendens ergo dominus alumnorum suorum tristitiam excessa de nube suspiciens, emittit consolatores merois, nuncios ascendens & indices reuertentis. Viri, inquit, Galilaei quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Sic ueniet. Vna erit euectio, una laetitia nubifera, una species mansueta, sed iustis clarifica & peccatoribus metuenda. Non vos terreat aduentus, quos consolatur eius ascensus. Sic ueniet, clauorum uulnera illa sa demonstrans, & foraminum cruenta monilia. Vobis filiis sponsi cum coronam caelestis exhibebit imperij, crucis uulnera non mutabit, quia signum filij hominis fulgebis. Accepto ergo Apostoli ascendens mandato, desuper uenturo sancti spiritus pignore precioso, in templo erant unanimes collaudantes dominum, ut una eos inueniret corona ignea aduentantium gratiarum. In templo ergo fratres semper unanimes demoremur, & in domo domini ambulantes cum concordia pacis eius speremus aduentum, & in templo eius omnes dicamus gloriam, ut etiam ignis gratiae insidat super nos, Amen.

Sermo CLXXIX.

Pfal. 18.

Epha. 4.

Pfal. 103.

Pfal. 50.

Ioan. 14.

Acto. 1.

Pfal. 1.

Pfal. 1.

In eodem

Sermo CLXXX.

Luce. 24.

Pfal. 134.

Acto. 1.

Pfal. 1.

**A** In eodem festo, Sermo VII. Elestat aspicere Christum dominum portatoris nubibus ascendentem, cum resurgens a mortuis reuerti cepit ad caelum, unde uenerat saluare genus humanum. Qui sunt qui expectant ascendentem, qui uiderunt resurgentem, fugerunt pendentes, & sequuntur oculis ascendentem? Timor in cruce, amor in nube, uisus delectabilis in aere. O dulcis descendens affectus, o delectabilis euolantis aspectus. Facit uale, & benedicit in pace. Illi se commendant, & ille benedictionis gratiam relinquit. Benedicit eos extensis manibus, & praeparatis in occursum imponitur nubibus. Finit eloquium & iam repetit caelum. Cauda enim subito apparuit nubis euectio, parata in caelo. Apparuit nubes, intrauit in eam, qui educit nubes ab extremo terrae, ut oblectaret oculos eorum nubis amoenitas, & irroraret eos ascendens de caelo suauitas, ne sola desiderantium inanitas remaneret anxietas. Ecce in clipeo actuum Apostolorum pendentium uiuunt picta lumina piscatorum, adest consolator qui ascendit saluator. Mittit continue duos caelestes praetores, ut alumnos suos securos redderet metuentes, & in gaudium conuerteret lachrymantem. Oportebat enim caelestes mitti consolatores, ne remaneret trepidi piscatores. Nam & cum Imperator de urbe transit ad urbem & eius nunciatur aduentus, non mittuntur nisi domestici praetores ac palatini, ut nuncient provincialibus quod est regis aduentus aut reditus: Ita & domino ascendente praetorum caelestium turba resplenduit decantantium, ut tanquam provincialium respirare facerent a timore corda pastorum. Quando etiam patitur ac resurgit, domestici angeli destinantur, ut a nube ac praetorio monumenti resurrexissent nunciarent dominum caeli: & nunc cum ascendit, de choro praecedentium potestatum, de multitudine cantantium in aere castrorum, duo palatini caelestis imperij diriguntur, ut & flebilis requiescerent lumina piscatorum, hymnum caelestem recitant: Piscatores uiri, inquit, Galilaei, quid aspicitis in Iesum euntem in caelum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Profectus est desiderabilis, non ueniet uobis terribilis, nubes in occursum, nubes in reditu. Uulnera portauit, ipsa iterum reportabit. Crucem reuoluit cum triumpho, signum filij hominis uobis parebit in caelo: Sic ueniet in ipso corpore, in ipsa nube, in ipsa ueritate, uobis in amore, in tremore. Beati quibus uere dicitur, Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Nunquid sic ueniet oculis peccatorum? Ipsa erit ueritas, sed non erit ipsa securitas. Dies erit tremendi iudicij, descensus angelorum, resurrectio mortuorum. Ascendent angeli & quodam digito tubae sonantis, tangent sepulchra terrae tremantis, ut pignora restituunt throno igneo iudicantis, A secedent angeli ad sepulchra prophetarum & ipsorum Apostolorum omniumque sanctorum, & dicent eis, Ecce est qui sic iterum redit quomodo ascendit. Nos diximus, quia sic ueniet quomodo eum uidistis euntem in caelum: qui deduxistis euntem, suscipite redeuntem. Ista allocutio non est linguarum septuaginta, sed patenter nubes dicuntur pluuiales, ut occurrant in rore & refrigerosa amoenitate qui conscientiae non continent questionem. Petamus ergo a domino deo nostro, ut sicut hodie ascensionis celebramus tempus & diem, ita reuertentis mereamur matutinam suscipere pietatem, ut dicamus ei, Mane adorabo domine, mans astabo tibi & contemplabor te.

**N**otum est dilectissimi charitati uestrae quod milites seculi beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi, prius sacramentis militaribus obligantur, & dominis suis fidem se seruatos profitentur: Quanto magis ergo aeterno regi militaturi & aeterna praemia percepturi, debent sacramentis caelestibus obligari, & fidem per quam ei placituri sunt publice profiteri: dicit enim Apostolus, Sine fide impossibile est placere deo. Hanc in cordibus nostris agnoscit qui scrutatur renes & corda. Sed propter confertandam ecclesiae unitatem, dispensationi huius temporis cum fide cordis necessaria est oris confessio: Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, non tantum praedicatorum sed etiam eruditorum. Non enim aliter frater de fratre sentiret, nec pax ecclesiae seruaretur, nec alium docere aut ab alio discere saluti necessaria posset, nisi quod in corde habet, signis uocum tanquam suis uehiculis ad corda aliorum transmitteret. Est ergo fides & corde seruanda & ore promenda. Fides namque omnium bonorum est fundamentum & humanae salutis initium. Sine hac nemo ad numerum filiorum dei poterit peruenire, & sine ipsa in hoc seculo nec iustificationis consequitur gratiam, nec in futuro possidebit uitam aeternam. Et si quis non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem. Hoc attendentes sancti Apostoli certam regulam fidei tradiderunt, quam secundum numerum Apostolicum duodecim sententiarum comprehensam, symbolum uocauerunt, per quam credentes catholicam tenerent unitatem, & per quam haereticam conuincerent prauitatem. Symbolum ergo tali ratione institutum maiore nostri dixerunt. Tradit enim, quod post ascensionem domini & Saluatoris nostri ad patrem, cum per aduentum spiritus sancti discipuli eius inflammati linguis omnium loquerentur ad singulas quasque nationes, ut dei uerbum praedicarent, ituri ac discessuri ab inuicem, normam prius sibi futurae praedicationis in commune statuerunt, ne localiter ab inuicem discedentes, diuersum uel dissonum praedicarent his qui ad fidem Christi inuitabantur. Omnes igitur in vno positi & spiritu sancto repleti, breue suae praedicationis indicium conferendo in unum, quod sentiebant uniusquisque computabat, atque hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt. Symbolum breue est uerbis, sed magnum est sacramentis. Quicquid enim praefiguratum est in patriarchis, quicquid denunciatum in scripturis, quicquid praedictum est in prophetis, uel de deo ingenito, uel ex deo in deum nato, uel de spiritu sancto, uel de suscipiendo omni sacramento, uel de morte domini resurrectionisque eius mysterio, totum breuiter hoc symbolum continet, & continendo habet & confitendo. Discat ergo quisque fidem Apostolicam professus per ora gestans in baptismo, cum ad annos intelligibiles uenerit. Iam ad istius symboli professionis sacramentum textumque, quod in hunc modum incipit, Credo in deum patrem omnipotentem & creatorem, In primis dilectissimi qualis sermo sit in symboli capite, diligenter attendite. Ergo in primo habet credo. Vide quod dominus noster non nos iubet discutere diuina iudicia sed credere, nec rationem requirere sed fide simpliciter & immobiliter exhibere. Non dicit, credo deum, uel credo deo, quauis & haec saluti necessaria sint. Aliud enim est credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi, est credere uera esse quae

Sermo CLXXXI. Praefatio.

Hebr. 11.

Pfal. 7.

Roma. 10.

Fides. E

F Symbolum breue uerbis, sed magnum sacramentis.

Caput. I.

Credere deo & credere in deum, differunt.

**G** qua loquitur. Credere illum, credere quia ipse est deus. Credere in illum, diligere illum. Credere vera esse quae loquitur, multi & mali possunt. Credunt enim esse vera & nolunt ea facere sua, quia ad hoc pedum pigri sunt. Credere autem ipsam esse deum, & daemones possunt. Credere vero in deum, soli nouerunt qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis & vita, quia sine dilectione fides inanis est. Cum dilectione fides Christiani, sine dilectione fides daemones. Qui ergo non volunt credere Christum, adhuc nec daemones imitantur. Iam credit Christum, sed odit Christum, habet confessionem fidei in timore poenae, non in amore coronae. Nam & illi puniri timebant: denique beatus Petrus cum domino confitens, diceret, Tu es Christus filius dei viui; eadem penè verba quae & daemones proferre videtur ex ore: sed illorum confessio quia cum odio prolata est Christi, merito damnata est: Illius quia ex interna dilectione processit, aeterna beatitudine remunerata est. Nos ergo qui per adoptionem gratiae filij dei sumus, dicendo, Credo in deum patrem omnipotentem, hoc est sic ei credamus ut ei per dilectionem adhaeramus. In deum patrem omnipotentem. Aduertite quod cum dei patris nomen in confessione coniugit, ostendit quod non ante deus esse cepit & postea pater, sed sine vilo initio & deus semper & pater est. Patrem autem cum audis, agnosce quod habet filium veraciter genitum: quomodo possessor dicitur qui aliquid possidet, & dominus qui alicui dominatur. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulum est, cuius vere filius est verbum. Nequaeratur quomodo genuit filium, quod & angeli nesciunt, Prophetis est incognitum. Vnde illud dictum est, Generationem eius quis enarrabit? Nec à nobis discutiendus est deus sed credendus. Sed ut breuiter dicamus, sufficit nobis scire quia genuit lux splendorem. Omnipotentem vero ideo dicit, quia omnipotens est, cui nihil impossibile est, qui caelum & terram, mare, homines, atque omnia animalia & reptilia non aliquo operis actu sed solo verbi imperio creauit. Et ideo non nobis veniat in cogitationem quomodo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentem precemur cõfiteri. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum.

**A**duertite quomodo in patrem sic & in filium credendum est. Et quia cum patre aequalis est maiestate, factum ipsi quantum & patri honoris nos debere nouimus & seruitutis obsequium. Iesus autem saluator interpretatur. Iesus autem dicitur quod saluet populum. Christus à chrismate dicitur, quia sicut antiqui reges oleo sacro perfundebantur, ita dominus noster Iesus Christus spiritu sancti infusione repletus est. Vnicus ideo, quia nec comparationem recipit cum creaturis, nec similitudinem, quia omnium rerum summus ipse creator est. Homines autem filij dei vocantur per gratiam, ille solus filius genitus per naturam. Ostendunt ista in eum iure credendum esse, qui propter hoc quod aequalis patri est saluator noster est redimens nos, & Christus est rex regens nos, & vnicus dominus noster spoliato antiquo hoste singulari dominio suo asciscens nos. Qui conceptus est de spiritu sancto, id est, cuius conceptionis solus author fuit spiritus sanctus, Sicut enim vermis calefaciente sole de puro limo formatur, sic spiritus sancto illustrante & sanctificante cor virginis, caro Christi de sola carne virginis nulla semetipua carnis origine operante concepta est. Vnde se vermi cõparans, per Psalmistam dicit, Ego sum vermis & non homo, id est, non conceptus more humano. Natus ex Maria virgine. Qui

veniebat inueteratam peccatis hominum renouare naturam, nouam legem voluit habere nascendi. Vnigenitus igitur dei factus est hominis filius, ut qui creator mundi erat, fieret & redemptor. Quod vero maiestatis deus de Maria incarnatus est, non est fordidatus nascendo de virgine, qui non fuit pollutus hominem condens ex puluere. Denique sol aut ignis si lutum tangat, quod tetigerit purgat, & se tamè non inquinat. Nec fuit deo iniuria causa misericordiae, neque sit incredibile quod ipse natus de virgine, qui Adam de virgineo puluere & primam mulierem potuit de costa formare. Deus filium suum quem solum de corde suo aequalem sibi genitum tanquam seipsum diligebat, ipsum dedit Mariae ut naturaliter esset vnus idemque communis filius dei & Mariae. Omnis natura à deo creata est, & deus est ex Maria natus. Deus omnia creauit, & Maria deum generauit. Deus qui omnia fecit, ipse se ex Maria fecit, & sic omnia quae fecerat refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, noluit ea violata sine Maria reficere. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & sepultus. Iste Pilatus iudex erat in illo tempore ab imperatore positus in Iudaea, sub quo dominus passus est. Cuius mentio ad temporis significationem, non ad personam illius pertinet dignitatem. Crucifixus. Hinc multa prophetae praedixerunt, qualiter crucifixus in cruce in conspectu populi maligni manibus extensis pependerit. Tamen ut breuiter dicatur, in cruce suspensus est, ut nos à damnatione ligni vetiti dissoluere, & à morte liberaret. Sed quaeritur, quid sit crucis significatio, & quare dominus in patibulo se pati elegerit? Ad quod tripartita ratio redditur, Prima, ut Christus pro reatu mundi redemptio daretur, & antiquus hostis velut hamo crucis pateretur, scilicet, ut quos absorberat euomeret, non potentia victus sed iustitia. Secunda causa est, ut secutoribus hominibus vitæ magisterium praerberet. Ad hoc enim ascendit in crucem, ut nobis passionis & resurrectionis praerberet exemplum. Tertia causa est susceptæ crucis, ut superbia seculi & inflata sapientia, per crucis stultam, ut putatur, praedicationem humiliata corrueret, & sciret id quod stultum est dei sapientius esse hominibus. Sed adhuc videndum est, quare dominus tale genus mortis elegerit. Legimus enim in Euangelio quod Pharisei voluerunt eum praecipitare de monte. At ille transiens, per medium illorum ibat. Alibi quoque legimus quod Iudaei tulerunt lapides ut iacerent in eum, ipse vero abscondit se, & exiit de templo. Quare noluit dominus praecipitari, vel lapidari, aut etiam gladio truncari? Vtique causa nostræ salutis hoc fecit. Mors enim Christi signum est nostræ salutis. Noluit ergo lapidari aut etiam gladio percuti, quia videlicet nos semper nobiscum lapides aut ferrum ferre non possumus quibus defendamur, Elegit vero crucem, quæ leui motu manus exprimitur, qua & contra inimici versutias munimur. Hoc enim signo crucis cõsecratur corpus dominicum, sanctificatur fons baptismatis, inicianur etiam presbyteri & ceteri gradus ecclesiastici, & omnia quaecumque sanctificantur, hoc signo dominicæ crucis cum inuocatione Christi nominis consecrantur. Nam & ipsa crux magnum in se mysterium continet, cuius positio talis est, ut superior pars caelos petat, inferior terræ inhareat, fixa in infernorum ima contingat, latitudine autem eius partes mundi appetat. Qua & Christus per passionem crucis angelis profudit in caelo, quorum numerus quia per apostatam angelum imminutus fuerat, ex animabus fidelium quotidie adimpletur, & nobis qui sumus in terra, & illis qui

**K**  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**

**A** propter originale peccatum detinebatur apud inferos, sed & ipsis qui in diuersis mundi partibus habitabant. Iacens vero crux quatuor mundi partes appetit, Orientem videlicet & Occidentem, Aquilonem & Meridiem: quia & Christus per passionem suam omnes gentes ad se trahit, & omnia sibi subiugauit, iuxta quod ipse surgens à mortuis, dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Continetur etiam in hac crucis figura altius sacramentum, quod quanto est altius, tanto attendendum diligentius. Intelligitur namque in latitudine crucis dilectio proximi, quæ non tantum vsque ad amicos, sed etiam extendenda est vsque ad diligendos inimicos. Intelligitur quoque in eiusdem longitudine longa & perseverans laborum & persecutionum sustinentia, quam patienter ferre debet ad patriam suspirans nostra peregrinatio tam pro dilectione proximorum quam pro exhibitione omnium bonorum operum. Figuratur simili ratione in altitudine eius eminentia spei, penetrans vsque ad interiora velaminis: vbi visione patris perfuerunt qui hic à ciuibus Babylonia multipliciter exercentur, donec in libertatem gloriae filiorum dei à seruitute corruptionis huius liberentur. Attendenda est etiam crucis profunditas, quia profundum est mysterium crucis, in quo multorum qui sapientes dicuntur ingenia defecerunt: quod ausi sunt reprehendere quod non potuerunt humana ratione comprehendere: videlicet cur verbum deo patri coaeternum omnia continens omnia implens, in assumpto homine totum se conclusit, & tamen totum mundum regere, complere & continere non desierit. Nulla ergo sit nobis de cruce Christi confusio, quia habemus de eius passione victoriam.

**S**icut enim sempiternus dei filius non sibi sed nobis natus: ita immaculatus dei agnus non sibi sed nobis passus est. Quis autem non mirificum aduertat esse mysterium, vbi ipse homo praedicatur qui deus est, & vbi idem dominus annunciat qui adscribitur crucifixus? Nec incogitata ei quod peremptus est, aut improvisa res accidit, qui diuinitatis suæ consilio idcirco suscepit hominem, ut pro homine posset occidi. Supplicium autem crucis elegit, ut sublimiorem victoriam pararet poena deterior, & qui inuenerit bono patiebatur, quasi in conspectu mundi in altum sublatus occumberet, simul ut qui crucifixum videbant mirabilia cernerent crucifixi.

**N**am satis abundeque gloriam patientis offendit repetita solis obscuritas, tremor terrarum, saxorum diuisio, resurrectio mortuorum. Illud autem quanti est testimonij, quod etiam pariter crucifixus latro memoriam sui in caelesti regno fieri à consorte supplicij precabatur. Hinc est charissimi quod illustres & probra quæ pertulit Christus, crucem mortemque eius non suspensum ingemiscimus, sed continuis celebramus laudibus. Mors domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in sola carne: mors vero nostra non solum in carne sed etiam in anima. In anima propter peccatum, in carne propter poenam peccati. Ille vero quia peccatum non fecit, nec habuit in anima, non est mortuus nisi in carne tantum, & hoc per similitudinem carnis peccati quam de Adam traxit. Igitur simpla eius mors profuit duplæ morti nostræ, & simpla eius resurrectio, resurrectioni animæ & corporis. Resurrectio quippe eius duas mortes nostras soluit, & duas resurrectiones nostras formauit. Nec immerito vno die & duabus noctibus iacuit in sepulchro, quia videlicet lucem suæ simplæ mortis, tenebris nostræ duplæ mortis adiunxit. Venit enim ad nos qui in morte carnis & spiritus detinebamur, & suam vnam

mortem carnis detulit, duasque nostras soluit. Si enim ipse vtranque susciperet, à nulla nos liberaret. Sepultus est, ut ad consolationem sepulcorum benedictionem corporis eius & terra susciperet. Infirma incarnati verbi commemorantur, de quibus Apostolus dicit, Quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Natus est ex virgine, ut nos nasceremur ex ecclesiæ virginis utero. Tentatus est, ut à tentatione liberaret. Tentus, ut dimitteremur. Ligatus, ut nos à nodo maledictionis absolueremur. Illusus est, ut nos ab illusionibus daemorum liberaret. Venudatus est, ut nos redimeret. Humiliatus est, ut nos exaltaret, Captus est, ut nos à captiuitate daemorum auferret. Spoliatus est, ut nuditas primi hominis per quam mors ingressa est tegetetur. Spinis coronatus est ut nos liberaret à spinis peccatorum, vel potius ut monstraret se cum eis coronandum, illosque caput & coronam ecclesiæ futuros, qui spinosi erant amando vitia. Aceto est potatus, ut nos inebriaret dulcedine caelestis desiderij & aeterni gaudij. Postremo in altari crucis sacrificatus est, ut totius mundi peccata deleteret. Mortuus est, ut mortis captiuaret imperium. Sepultus est, ut sepultura sanctorum benediceret, & ut nos sibi vitis & concupiscentiis sepeliret. Hac ergo infirmitas Christi superauit omnem firmitatem mundi. Descendit ad inferna, ut Adam protoplastum, & patriarchas, & prophetas, omnesque iustos qui pro originali peccato ibidem detinebantur liberaret: & ut de vinculis peccati absolutos, de eadem captiuitate & inferni loco, suo sanguine redemptos, ad supernam patriam, & ad perpetuam vitæ gaudia reuocaret. Reliqui qui supra originale peccatum principalem culpam commiserunt, ut asserit scriptura, in personali tartaro remanserunt: sicut in persona Christi dictum est per Prophetam, Ero mors tua o mors: id est, morte sua Christus humani generis inimicam mortem interfecit, & vitæ dedit. Ero mors tua inferne. Partim mordit infernum pro parte eorum quos liberauit, partem reliquit pro parte eorum qui pro principalibus criminibus in tormentis remanserunt. Tertia die resurrecti à mortuis. Si credidisti de Christo quod dedecoris est, crede quod gloriae est. Si credidisti quod mortis est, crede quod vitæ est. Sicut enim in passione mysterium pietatis est, ita in resurrectione operatio potestatis, ut ipse ait, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Ascendit ad caelos, id est, conditionem naturæ nostræ quam ex homine matre natus assumpsit, super caelos in dextera dei patris collocavit. Ascendamus & nos cum Christo interim corde, ut cum dies eius promissus aduenerit sequamur & corpore. Scire tamen debemus fratres, quia cum Christo non ascendit superbia, non auaritia, non luxuria, nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro: ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia vel peccata deponeere. Omnes enim quasi quibusdam compedibus nos premunt & peccatorum retibus nos ligare contendunt, & ideo cum dei adiutorio secundum quod ait Psalmista. Dirumpamus vincula eorum: ut securi possimus dicere domino. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Sedere iudicantis est: Et quia redemptor noster assumptus in caelum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium veniet, sedere describitur.

**I**nde venturus iudicare viuos & mortuos. In ipso corpore venturus est ad iudicium, in quo ascendit ad caelum: Christianos iudicaturus & paganos, iustos & peccatores, fideles & impios. Omnes enim, ut ait Apostolus,

**D**  
**E**  
**F**  
**G**  
**H**  
**I**  
**J**  
**K**  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**

Matth. 16.

Roma. 8.

Esai. 53.

Caput II.

Luc. 11.

Psal. 27.

Luc. 2.

Caput III.

Crucis significatione. Et quare dominus in patibulo passus sit.

1. Corin. 15.

Luc. 24. Ioan. 8.

Caput VIII.

Crucis figura quid.

Matth. 28.

De verbis apostoli ser. 7. In lib. 50. Homi. 3.

Caput V.

Luc. 23.

1. Petri. 2.

Roma. 8.

Caput VI. 1. Corin. 1.

Luc. 2.

Matth. 4. Matth. 26.

Caput VII.

Osee. 13.

Matth. 28.

Ioan. 10. Marci. 16. Acto. 11.

Psal. 2.

Caput VIII.

2. Corin. 5.



**G**lus, astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis sui prout gessit siue bonū siue malum. Quam rem etiam dominus in Euangelio denunciat, dicens, Filius hominis venturus est in gloria sua cū angelis suis, & tunc reddet vnicique secundum opera sua. Diligenter quæso attendite fratres, & mecum pariter expauescite, quia non dixit, vt reddat vnicique secundum misericordiam suam: sed, secundum opera. Hic enim est misericors, ibi iustus. Nam quod non statim in peccatores vindicat, patientia est non negligentia. Non ille potentiam perdidit, sed nos ad poenitentiam referant. Vnde valde timendum est, ne quanto diutius sperat vt corrigamur, tanto grauius vindicet si emendari noluerimus. Scire & intelligere debemus fratres charissimi, nihil esse nobis salubrius quam vt damnatis omnium presentium rerum voluptatibus, id potius cogitemus quando erimus de hoc seculo transitori, vel quando tabernaculum corporis vltimo die superueniente deponitur, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodem recipiamus prout gessimus, siue bonum siue malum. Et ideo rogo fratres vt quotidie cogitemus, quales erimus in die iudicij purissimis angelorum conspectibus offerendi, & aeterno iudici rationem de libris conscientiarum reddendi, remotis omnibus probationibus. Certum est in die illa ipsum ante se hominem constitutum, & ipsam sibi vitam in cordis speculo demostrandam, & testes contra eam non de foris aliquando sed intus de ipsa anima proferendos. Adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimum nota testimonia, id est, opera sua. Ordinabuntur ante infelicem animam peccata vel crimina sua, vt eam & conuincat probatio, & confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est, Arguam te & statuam contra faciem tuam. Quicumque se modo dum licet emedare neglexerit, ante illum caelestem populum primum exceptorum multitudinem ad dexteram regis & ad gloriam segregata, peccati populus in profundo tartari sine vlla miserationis ac veniarum spe demersus, excludi se tenebris suis à beata sanctorum luce viderit: & in profundum sinum sine fine descendens vrgente os suum pteo aeterna supplicia & perpetuam mortem non moriturus aspexerit: Frustra autem à paupere, quem in hac vita despexit: misericordiam postulat: frustra extremum Lazari digitum, quo ardens refrigeretur, ardentibus labiis rogabit apponi. Quam vellet miser, cum pauperum gloria viderit, duris quondam paupertatis subiactum se laboribus, & illa quæ cum vita morentur mala portasse, ne ad illa aeterna mereretur supplicia peruenire. Vt ergo tam dura & tam terribilia ante illud tribunal aeterni iudicis non mereamur audire, dum adhuc licet & cū dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia, necdum elemosynis & orationibus purgata, nobis adhuc dominari cognoscimus, portum poenitentiarum deuictis peccatorum fluctibus Christo iuuante festinemus intrare. Et si quid in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorum fluctibus, aut per superbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, componere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sentinam. Non enim nocent peccata præterita, si non placent presentia. Sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, si non perseverauerit vsque in finem, ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si antequam de corpore isto discedat, ad elemosynarum remedia vel ad poenitentiam

ueritate iudicis, contemptæ misericordiarum reos cæperit acculare & dicere, Ego te homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artibus infudi spiritum, ego tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delicias collocaui: tu vitalia mandata contemnens, deceptorem sequi quam deum maluisti. Cum expulsus de paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalem vterum sine dispendio virginitatis pariendus introiui. In præsepio expositus, & pannis obuolutus iacui: infantiarum contumelias humanosque dolores, quibus tibi similis fierem, ad hoc scilicet vt te mihi similem facerem pertuli: irridendum palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi: flagellis casus, vepribus coronatus, cruce affixus, vulnere perfossus, vt tu eripereris morti, animam in tormentis dimisti: En clauorum vestigia quibus affixus pependi, en perfossium vulneribus latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi gloriam da rem, suscepi mortem vt in aeternum viueres. Conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in celo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingratis redemptionis tuæ munera renunciauisti? Non te ego de morte tua quaero, redde mihi vitam tuam pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indefinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te sacraueram, luxuriam sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa in qua quondam pependeram afflixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est in qua inuitus pendeo: quam illa in qua tu misertus mortem tuam occisurus ascendi. Cum essem impassibilis, pro te pati dignatus sum: sed tu despexisti in homine deum, in infirmo salutem, & quia post omnia mala tua ad medicamenta poenitentiarum confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit stridor dentium, cum sanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriam segregata, peccati populus in profundo tartari sine vlla miserationis ac veniarum spe demersus, excludi se tenebris suis à beata sanctorum luce viderit: & in profundum sinum sine fine descendens vrgente os suum pteo aeterna supplicia & perpetuam mortem non moriturus aspexerit: Frustra autem à paupere, quem in hac vita despexit: misericordiam postulat: frustra extremum Lazari digitum, quo ardens refrigeretur, ardentibus labiis rogabit apponi. Quam vellet miser, cum pauperum gloria viderit, duris quondam paupertatis subiactum se laboribus, & illa quæ cum vita morentur mala portasse, ne ad illa aeterna mereretur supplicia peruenire. Vt ergo tam dura & tam terribilia ante illud tribunal aeterni iudicis non mereamur audire, dum adhuc licet & cū dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia, necdum elemosynis & orationibus purgata, nobis adhuc dominari cognoscimus, portum poenitentiarum deuictis peccatorum fluctibus Christo iuuante festinemus intrare. Et si quid in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorum fluctibus, aut per superbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, componere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sentinam. Non enim nocent peccata præterita, si non placent presentia. Sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua, si non perseverauerit vsque in finem, ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si antequam de corpore isto discedat, ad elemosynarum remedia vel ad poenitentiam

**A**nitentię medicamenta confugerit. Sed quia quando vel qua hora de hoc seculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Non sanitati, non etati credendum est. Non in remedium salutis suę semper finis tardandus est, qui vitæ suę semper incertus est, quia qui securus facit dicendo, Peccator in qua die cõuerlus fuerit, omnes iniquitates illius obliuioni traditur: ipse nos etiam cautos voluit, dicens, Nolite tardare conuerti ad dominum, nec differatis de die in diem. Conuertamur ergo ad meliorem, dum in nostra sunt potestate remedia. Hic extinguiamus mortem moriendo peccati, hic vitam vitæ meritis acquiramus. Hęc ergo fratres dilectissimi sapienter ac fideliter cogitantes, ad poenitentiarum remedia confugere festinemus, & per castitatem vel humilitatem, per opera iustitię ac misericordiarum, aeterna nobis apud deum comparemus. Sed vt ad id redeamus vnde digressi sumus, sequitur in hoc sancto symbolo, Credo in spiritum sanctum. Aduertite quod sicut in patrem, ita & in filium & in spiritum sanctum sit credendum. Nam qui vel in vnam de trinitate personam non crediderit, in duabus illi credidisse non proderit. Fides nanque catholica hæc est, vt vnum deum in trinitate, & trinitatem in vnitatem veneremur, credamus & colamus & confiteamur. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, quia sicut nunquam pater sine filio, nec filius sine patre, sic & nunquam fuit pater & filius sine spiritu sancto. Coæterna ergo est sancta trinitas, & inseparabilis vnitatem, sine initio & sine fine. Nihil maius aut minus, Aequalitatem personarum dicit, quia sancta trinitas æqualis est, & vna est deitas, Apostolo dicente atque docente. Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & per creaturam creator intelligitur, secundum has comparationes & alias quàm plures. Sol, candor & calor, & tria sunt vocabula, & tria vnum. Quod cædet, hoc calet, & quod calet, hoc cædet: tria hæc vocabula, res vna cognoscitur: ita pater & filius & spiritus sanctus, tres personæ in deitate vnum sunt, & indiuidua vnitatem recte creditur. Item de terrenis, vena, fons, fluius, tria hæc vocabula, & tria vnum in sua natura: ita trium personarum patris & filij & spiritus sancti substantia & deitas vnum est. Neque patris persona, neque spiritus sancti, sed sola filij suscipit carnem. Et vt hoc intelligas, cõparationibus vtar. Certe vt intelligas ex creatura creatorem, in anima est & ratio: & cum sint vnum, aliud agit anima, aliud ratio: anima viuimus, ratione sapimus. Ita pater & filius & spiritus sanctus, cum sint vna substantia, tota trinitas operata est hominē, quæ assumpsit non tota trinitas, sed sola persona filij. Et licet ipse dei filius deus & homo esset, homo tantum passioni subiactus. Sicut verbi gratia, videmus arborem splendorem solis in se habentem, & cum inciditur, videmus quia ictus ferientis ferri splendorem solis excipit priusquam pertingat lignum: sed splendor cū ibi sit, non potest nec incidere, nec à dolore separari. Sic etiã diuinitas nec separari potest nec incidere. Illud autē passioni subiactus, quod sicut lignum & ligari possit & teneri. Igitur sicut in patrem & filium, ita & in spiritum sanctum credere debemus. Hęc est charissimi inoffensa regula veritatis, vt quorum vnum est & vnum sunt, à nobis non separantur in terris. Nam sicut diuinitati nihil de creaturis æquari potest, ita omnem diuisionem & inæqualitatem natura diuinitatis excludit. Secundum enim Euangelicam veritatem, sicut filius à patre exiuit, ita & spiritus sanctus à patre procedit: & sicut vnigenitus filius dei est, ita & spiritus sanctus

dei est: & sicut pater cui vult miseretur, & filius cui vult patrem reuelat, ita etiam spiritus sanctus & inspirare legitur pro vt vult, & dona caelestium gratiarum diuidere pro vt vult. Vnde bene eiusdem spiritus gratia septiformis à Propheta describitur, quia nimirum & per eius inspirationem ad requiem peruenitur, & in eius plena perceptione ac visione requies vera possidetur. De quo recte promittitur, Ipse vos docebit omnia, quia nisi idē spiritus cordi assit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius inuacuum laborat. Vnde quia sine eo nihil boni agere possumus, ipso opitulante tales nos reddamus ad quos spiritus sanctus aduenire, & in quibus habitare dignetur. Sanctam ecclesiam catholicam. Sciendum est quod ecclesiam credere, non tamen in ecclesiam credere debemus, quia ecclesia non deus, sed domus dei est. Catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hæreticorum ecclesiarum ideo catholica non dicuntur, quia per loca atque per suas quasque provincias continentur. Hęc vero à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splendore diffunditur. Nulla sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior substantia quam est catholica fides, quæ peccatores homines saluat, caecos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, poenitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat regnis caelestibus præparat, & in aeterna hereditate cum angelis sanctis communicat. Quisquis ille est, & qualiscunque ille est, Christianus non est qui in Christi ecclesia non est. Sola quippe est per quam sacrificium dominus libenter accipiat, sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hostia dominus præcepit dicens, In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna nanque domo agnus comeditur, quia in vna catholica ecclesia vera hostia redemptionis immolatur. De cuius carnibus diuina iustitia iustis offerri prohibet, quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua opus bonum fructuose peragitur, vnde mercedem denarij non nisi qui intra vineam laborauerant acceperunt. Sola est quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcæ quidem ad sublimiora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit, extinxit. Sola est in qua mysteria superna veraciter contemplantur. Vnde ad Moysen dominus dicit, Est locus apud me, & stabis supra petram. Et paulo post, Tollam manum meam & videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica ecclesia veritas conspicitur, apud se esse locum dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur vt dei speciem contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, diuinam presentiam non agnoscit. Auelle, inquit, radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitatem non capit. Frange ramum ab arbore, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum, præcisius arefcit. In his Cypriani verbis intelligimus lucem non capere diuisionem, nisi in sanctis regno dei prædestinatis, qui diuidi ab ecclesia nullo modo possunt: & non germinare ramum fractum salutis aeternæ germine accipimus. Ariditatem vero riuus à fonte præcisi, in eo quod spiritus sancto vacuantur qui ab vnitatem separantur agnoscimus. Sanctorum communionem: id est, cum illis sanctis qui in hac quæ suscipimus fide defuncti sunt, societate & spei communionem teneamur. Si igitur cum sanctis in aeterna vita

Math. 16.

Psal. 49.

Caput IX.

Math. 25.

Gen. 2.

Luc. 11.

Math. 27.

L

Math. 29.

Psal. 66.

Luc. 16.

Caput X.

Math. 10.

Ezec. 3. & 33.

Ecclesiasti. 5.

Caput II.

Roma. 1.

Ioan. 16.

Ioan. 15.

D

Exod. 33. Math. 11. 1. Corin. 12.

Esaia. 11.

Ioan. 14.

Caput XII.

E

Exod. 12. 24. q. 1. Quia ex sola.

Math. 7.

Math. 20.

F

Gen. 7.

Exo. 33. 24. q. 1. Quia ex sola.

Cyprianus.

Cap. XIII.

**G** communionem habere volumus, de imitatione eorum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, ut pro nobis dignentur domino supplicare. Si enim tormenta quae sancti pertulerunt ferre non possumus, vel contra malas concupiscentias, ipsis intercedentibus repugnemus. Nam nec Abraham nec Isaac nec Iacob occisi sunt, & tamen fidei & iustitiae meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad quorum conuiuium congregatur, quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur. Unde & nos fratres charissimi etiam si nil tale perpetiamur, si non vincula, non verbera, non carceres non supplicia corporis alia, nullam hominum persecutionem propter iustitiam toleramus, societatem tamen sanctorum obtinere valebimus, si castigare corpus nostrum & seruituti subicere curamus, si in spiritu humilitatis & in anima contrita domino supplicare assuescimus, si illatas a proximo contumelias placida mente suscipere satagimus, si & eos qui nos odio habent qui iniurias nobis inferunt, diligere, his benefacere, & pro horum vita & sospitate gaudeamus exorare, si cum virtute patientiae bonorum quoque operum fructibus adornari contedimus. Taliter etenim conuersantibus nobis, & corpora nostra, iuxta Apostoli vocem, hostiam viuentem, sanctam, deo placentem exhibentibus, caelesti dignatione donabimur, ut communi cum eis qui membra sua in mortem pro domino dederunt gloria remunerentur: quia sicut mors illorum, sic & vita nostra preciosa sit in conspectu domini, diruptisque vinculis carnis & ipsi atria supernae ciuitatis intrare atque inter choros beatorum martyrum vota gratiarum redemptori nostro reddere merebimur. Haec sunt vestigia quae nobis sancti qui que reuertentes in patriam reliquerunt, ut illorum semitis inherentes sequeremur ad gaudia. Cur non properamus & currimus, si patriam nostram videre possimus? Magnus illic charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secunda, adhuc de nostra salute sollicita. Ad eorum complexum & conspectum venire, quanta illis & nobis in commune letitia est: illic Apostolorum gloriosus chorus. Illic Prophetarum exultantium numerus insignis. Ibi martyrum populus innumerabilis ob certaminum victoriam coronatur. Illic clarissima virginum turba latatur, illic etiam confessorum fortitudo laudatur. Sed etiam illorum remuneratio censetur, qui praeccepta dominica seruantes, ad caelestes thesauros terrena patrimonia transfulerunt. Quae autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernae ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum chorus interesse, cum beatissimis spiritibus gloriae conditoris assistere, praesentem dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuae munere latari? Ad hos electos dei auidia cupiditate properemus, ut cum his cito esse, & cito nos ad Christum conuenire contingat, ad eum quem huius itineris ducem habemus, salutis auctorem, lucis principem, laetitiae largitorem. Remissionem peccatorum. Credenda est praecipue fratres peccatorum remissio, quia hoc vnum remedium est, quod hominum genus a sententia perpetuae mortis absoluat. Idcirco vniuersus altissimi dignatus est carnem assumere, contentus est cruce, ut te qui crimina tua euadere non poteris, indulgentia faceret innocentem. Ideo immaculatus occisus est agnus, ut eius cruore humani generis macula tergeretur. Miror autem quos-

dam sic obstinatos esse ut dandam non putet lapsis poenitentiam, aut poenitentibus existiment veniam dene-gandam, cum scriptum sit, Memento unde excideris Apoca. 2. & age poenitentiam, & fac priora opera. Vtique ei dicitur, quem constat excidisse, & quem dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est, Eleemosyna a morte liberat: & non vtiue ab illa morte qua semel Christi sanguis extinxit, & aqua nos salutaris baptismi & redemptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea qua per delicta postmodum surrepsit. Nam cum scriptum sit, Dominus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum: vtiue qui neminem vult perire, cupit peccatores poenitentiam agere, & per poenitentiam denuo ad vitam redire. Ideo & per Iohel prophetam clamat & dicit, Et nunc dicit dominus deus vester, Reuertimini ad me ex toto corde vestro, simulque in ieiunio, & fletu & planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra, & reuertimini ad dominum deum vestrum quia misericors & pius est & patiens & multae miserationis, & qui sententiam flectat aduersus malitiam irrogatam. Dominus quoque in Evangelio pietatem dei patris ostendens ait, Quis est ex vobis homo quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si pisces postulauerit, nunquid serpentem illi porrigit? Si ergo vos cum sitis mali, scitis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus eum? Comparat hic dominus carnalem patrem, & dei patris aeternam largamque pietatem. Quod si iste in terris nequam pater offensam grauius a filio peccatore & malo, si tamen eum postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitae delictis, ad sobrios & bonos mores, ad innocentiae disciplinam poenitentiae dolore correctum, gaudet & gratulatur, & susceptum quem ante perdidit cum voto paternae exultationis amplectitur: quanto magis vnus ille & verus pater bonus, misericors, pius, immo ipsa bonitas & misericordia & pietas, latatur in poenitentia filiorum suorum: nec iram poenitentibus aut plangentibus & lamentantibus nec poenam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur? Si enim tantum potuit diabolus ut de excessis virtutum fastigiis in profundum te duceret malorum, quanto magis poterit deus te ad summum bonorum verticem reuocare: & non solum in id reuocare quod fuisti, sed & beatiorum multo quam prius videbaris efficere?

Tantum ne concidas animo, neque spem tibi abscidas bonorum, ne queso accidat tibi quod impiis solet. Non enim peccatorum multitudo adducit in desperationem, sed impietas. Et propterea Salomon non dixit, quia omnis qui venerit in profundum malorum contemnit: sed impius, inquit, si venerit in profundum malorum contemnit. Impiorum ergo est desperare salutem, & contemnere cum in profundum venerint malorum, non peccatorum. Impietas enim non finit eos ad deum respicere, & illuc redire unde dilapsi sunt. Ista ergo cogitatio quae spem conuersionis abscidit, ab impietate descendit, & sicut lapis grauissimus ceruicibus animae incumbens, semper eam deorsum in terram cogit aspiceret, ad deum vero suum oculos non finit leuare. Sed virilis animi est & praeclare mentis delicta a ceruicibus animae suae inimicum pondus: immo deprimentem se diabolum abicere, & imperare animae suae ut canens verba prophetica dicat ad dominum, Sicut oculi seruatorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillae in manibus domine suae, ita oculi nostri ad dominum

**A** dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Praeclara vere in his verbis & caelestis philosophiae doctrina est. Repleti sumus, inquit, despectione, hoc est quod docere nos voluit, quia & si peccatorum nostrorum multitudinem repleti sumus, despectione atque opprobriis cooperti, oculi tamen nostri ad dominum deum nostrum sunt, donec misereatur nostri. Nec prius ab obsecratione cessemus, quam impetrare peccatorum veniam mereamur. Hoc enim vere constantis animae est & pertinacis, ut nequaquam repellatur de perseverantia poscendi desperatione impetrandi, sed perseveret ac perscitat in obsecrationibus donec misereatur ei. Et ne forte arbitreris te offensam magis contrahere apud deum, si cum non merearis auri importunus perscitas in precibus, recordare Evangelij parabolam, & ibi inuenies quod perseverantes & importunos precatores dominus non sibi ostendit ingratos. Ait enim, Et si non dabit ei propter quod amicus eius est, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quantum opus habet. Intellige charissime ergo quia propterea diaboli desperationem subiicit impetrandi, ut spem bonitatis dei nobis abscidat, quae est dux itineris quo itur ad caelum. Sicut autem pro morte conimuni philosophicum est a lachrymis temperare, ita in animae morte consolationem recipere & insipiens & irreligiosum duco. Quinimmo & ignaviae nos arguendos puto, si cum lamentatores corporum mortisque communis tam dure & tam vehementer hoc faciant, cum sciant & certi sint nihil prodesse fletus suos ad vitam defuncti, nos nihil tale pro animae lamentatione faciamus, quam restitui in statum suum per poenitentiam nouerimus. Scimus enim plures prolapso ab itinere recto, & praecipitatos ab ingressu viae angustae: & ita rursus reparatos esse, ut posterioribus priora transferint, atque ad palmam peruenerint & coronam, numeroque rursus & choro adscripti credantur esse sanctorum. Et nolo putes quia de his sermo mihi sit tantum qui in paucis & leuibus peccauerunt: de illo loquor qui omnibus succubuit malis, qui immanitate scelerum viam sibi excludit regni caelorum, & non de infidelibus sed de fidelibus fuerit, & ex his qui prius placuerunt deo, post haec autem ceciderunt, vel in adulteria, vel in omnes impudicitias, quae, ut Apostolus ait, turpe est dicere. Nunquam enim spernit poenitentiam si ei sincere & simpliciter offeratur, suscipit, libenter accipit, amplectitur, facit omnia quatenus eum ad priorem statum reuocet: quod quia est adhuc praestitius & eminentius, etiam si quis non potuerit explere omnem satisfaciendi ordinem, quatumalacumque tamen & quamlibet breui gestam non respuit poenitentiam, suscipit etiam ipsam nec patitur quauis exiguae conuersionis perire mercede. Hoc enim mihi videtur indicare Esaias, vbi de populo Iudaeorum quaedam talia ait, Propter peccatum modice contristauit te, & percussit te, & averti faciem meam a te, & contristatus es, & ambulasti tristis, & consolatus sum te. Haec igitur habentes exempla poenitentiae non perseveremus in malis, nec desperemus recconciliationem sed dicamus, Etiam nos redeamus ad patrem & approxinemus deo. Nunquam crede mihi auersabitur ad se conuersum. Ipse enim dicit, Deus appropians ego sum, & non deus de longe. Et iterum per eundem Prophetam, Peccata, inquit, separant inter me & vos. Si ergo peccata sunt quae nos separant a deo, auferamus medium istud obstaculum, & nihil est quod

non prohibeat coniungi deo. Propterea enim creauit nos deus, & esse nos fecit qui non eramus, ut aeterna in nos conferat bona, & praestet regna caelorum. Non enim nos ad hoc fecit, ut gehenna nos tradat ignique perpetuo. Regnum caelorum propter nos, gehenna propter diabolum facta est. Et haec ita esse ex Euangelis doceam. Ipse enim dominus dicit his qui a dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Illis autem qui a sinistris eius erunt, dicit, Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Si ergo gehenna ignis propter diabolum, propter hominem autem regnum caelorum a constitutione mundi praeparatum est: tantum est ne nosmetipsos ab ingressu bonorum persistendo in malis pertinaciter excludamus. Donec enim sumus in hac vita quantumcunque nobis acciderint peccata, possibile est omnia ablui per poenitentiam. Cum autem abducti fuerimus ab hoc seculo, ibi iam etiam si poenitebit nos: valde enim nos poenitebit, sed nulla erit utilitas poenitentiae: licet sit stridor dentium, licet ululatus & fletus, licet fundamus preces & innumeris obsecrationibus proclamemus, nemo audiet, nemo subueniet, nec extremo quidem flagito aequam quis infundet linguae nostrae postea in dignitas: sed audiemus illud quod diues ille audiuit ab Abraham, Quia chaos magnum firmatum est inter nos & vos, & neque hinc illuc transire quis potest, neque inde huc. Respicamus ergo tandem, & recordemur quid profuerit illis qui in luxuria corporis & praesentis vitae voluptatibus usque in diem, vltimum permanserunt. Intuere nunc sepulchra eorum, & vide si est in eis aliquid iactantiae suae vestigium, si aliqua diuitiarum vel luxuria signa cognoueris. Require nunc ubi vestes & odora-menta peregrina, ubi spectaculorum voluptas, ubi assellarum turba, & conuiuium celsit opulentia, risus, iocus, & immoderata atque ineffrenata latitia quod abiit, quod abscellit. Vbi illa nunc, & vbi ipsi. Quis finis vtrorumque. Intuere diligentius, & accede propius ad singulorum sepulchra. Vide cineres solos, & vermium foetidas reliquias, & recordare hunc corporum esse finem, etiam si in delitiis & latitia, si in labore & continentia transegerint vitam. Nam si res omnis omnisque causa usque ad cineres veniret & vermes, parua penderentur haec damna, & quae facile possit excusare natura conditio. Nunc autem conuerte tuos oculos ab istis cineribus & sepulchris, & reuoca cogitationem tuam ad illud diuini iudicij tribunal horrendum, quod ardens fluminis flammis amabit fluentis, ubi fletus & stridor dentium, ubi tenebrae exteriores, ubi ille vermis conscientiae qui nunquam moritur, & ignis qui nunquam extinguitur. Recordare parabolam Lazari, & diuitis illius qui opum tantarum dominus, qui purpura indutus & bysso vnam nunc aequae guttam inuenire non potuit, cum esset in ardoris necessitate constitutus. Dic quaso te, quid plus habet vita ista quam somnium? Sicut enim hi qui in metallis constituti vel condemnati, vel in alia qualibet poena positi, cum forte post multum durae vitae paululum relaxati fuerint in somnium, & vident se inter plures dapes positos, epulis copiosissimis perfrui, ubi vero surrexerint, nihil sibi gratiae delectatione somnij inuenierint resedisse: ita & diues ille quasi somnium habuit huius vitae: ubi discessit, nihil cum illo nisi praeteritorum poenitudo & praesentium poena permansit. Haec recordare, & ignem illum gehennae his qui se nunc exagitat flammis libidinis & cupiditatis oppone. Ignis hic qui in praesenti

Roma. 12.

Psal. 115.

I

Cap. XIII.

Apoca. 2.

Tobia. 4.

Sapient. 1.

Iohel. 2.

L

Matth. 7.

M

Capit. XV.

Prover. 8.

Esai. 54.

Psal. 123.

Luc. 11.

Capit. XVI.

Eph. 5.

Esai. 54.

Esai. 59.

Matth. 25.

E

Luc. 16.

Cap. XVII.

Matth. 25.

Esai. 66.

Marci. 9.

Luc. 16.

Cap. XVIII

**G** est vita absumit cuncta quae recipit, ille vero quos suscepit semper cruciat, & poenae suae semper integros seruat. Propterea enim & inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse non extinguitur, sed quia nec eos quos suscepit extinguet aut perimet. Scriptura etenim dicit, quia & peccatores induent incorruptionem, scilicet non ad honorem vitae, sed ad diuturnitatem supplicij profuturae. Huius autem poenae & ignis illius potentiam, nulla vox exponere, nullus poterit sermo explanare. Nihil est enim in rebus corruptibilibus quod conferri possit incorruptilibus siue bonis siue malis. Ibi quid agemus? Quid respondemus? Nihil erit nisi stridor dentium, nisi ululatus & fletus, & fera poenitentia, cessantibus videlicet auxiliis, & vndique inualescentibus poenis: sed solatium quidem nullum. Nullus ibi occurret oculis nostris, nisi soli poenarum ministri, & facies dira tortorū. Verum has poenas hos cruciatum non solum euadere, sed etiam aeternam beatitudinem, si modo de malis nostris poenitentiam agimus, possumus acquirere. Vides quanta est virtus poenitentiae: Vides quantum meriti conuersio reparauit: Corruptum autem poenitentia, si eisdem quis pro quibus confiteatur, rursus inuoluatur malis. Vnus enim, inquit, aedificans & alius destruens, quid consequentur nisi laborem? Et qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit in lauacro suo? Ita & homo qui ieiunat pro peccatis suis, & iterum vadit & eadem agit, orationem eius quis exaudiet? Et iterum dicit, Qui redit a iustitia ad peccatum, dominus praecipit eum in gladium. Et sicut canis cum reuertitur ad vomitum odibilis fit, ita & stultus cum reuertitur ad peccatum suum. Sed nunc quid dicamus auscultate. Saepe accidit ut per poenitentiam quis multa & magna correxerit, inter haec tamen bona quae per poenitentiam correxit & peccata commisit. Et hoc est quod maxime desperationem inducit animo, quia videtur hic destruxisse quod aedificauerat, & omnes illos labores inaniter effudisse. Et haec est cogitatio quae precipue animae pondus desperationis imponit. Sed illud rursus oportet cogitari, per quod pessima & inimica vitae nostrae cogitatio ista repellatur, quia illa bona quae egimus, & emendatio illa quae per poenitentiam quaesita est nisi fuisset, & velut contrarium pondus ponderi huic quod ex peccato nobis introductum est obstisset nihil fuerat quod in profundum malorum nos decidere prohiberet. Nunc autem sicut fortis quaedam lorica iaculum graue & amarum non permittit usque ad vitalia viscerum penetrare, sed vim letalis teli maximam fregit. Certum est enim quia qui fert secum illuc plura opera bona & plura opera mala in ipsis poenis habebit aliquid refrigerij: qui autem bonorum operum nihil habet, malorum autem secum multam copiam defert, quid eum maneat non opus est dicere. Erit enim ibi sine dubio copulatio bonorum malorumque, & velut in statera posita vtraque pars. Quae demeruerit, illa sibi eorum quod momentum vergitur operarium vendicabit. Si ergo malorum multitudo superauerit, operarium suum pertrahit ad gehennam. Si vero maiora fuerint opera bonorum, summa vi obsistent & repugnabunt malis, atque operatorem suum ad regionem viuorum ex ipso etiam gehennae confinio reuocabunt. Haec ergo fratres charissimi si attentius voluerimus cogitare, remedia nobis in die necessitatis acquiramus, ut cum dies iudicij venerit, non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deuotimentibus ad aeterna praemia feliciter veniamus. Amen.

In eadem vigilia, De expositione orationis dominicae ad neophytos: Sermo II.

**D**e sunt charissimi quae principaliter attendere debet humana circumscriptio, & dignitatem suae conditionis, & excellentiam suae reformationis. Dignitatem suae conditionis, ut peccare timeat: excellentiam redemptionis, ut gratiae redimentis ingratus non existat. Sola quippe voluntate redemptoris homo de terra vilitate subleuatus est, & ad dei similitudinem privilegio rationis sublimatus est. Hanc miser homo perdidit, cum diabolica persuasione seductus, a conditoris sui instituto superbiendo recessit. Quem lapsus psalmista considerans, quasi dolendo dicebat, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. De summa erectione proprio arbitrio corruens merito vltima deiectione damnatus est, qui per se cadere potuit, sed per se resurgere non valuit. Hinc casum plangere habet quotidianis lamentis humana fragilitas, quatenus eum redeat per quotidiana lamenta, unde corruit per vana oblectamenta, & quae cecidit pede superbiae, resurgere studeat pede obedientiae. Hoc attendens psalmista dicebat, Non veniat mihi pes superbiae, & ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Expulsi sunt ab intima quiete, nec potuerunt stare, id est, perseuerare, sicut per eundem psalmistam de eisdem dicitur, Quia caro sunt spiritus vadens & non rediens. Ad hanc ergo reuersionem siue resurrectionem necessaria fuit medicinalis gratia redemptoris, quae sanaret humilitate quod corruptum fuerat elatione superbiae. Assumpsit ergo verbum dei formam serui in qua posset conseruus verbo instruere, & ad exemplum vitae suae morum disciplina informare. Humilitatem quippe & obedientiam verbo & exemplo insinuabat, quando discipulis exhortando dicebat, Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Iugum enim eius obedientiae merito est suauis, cui seruire est regnare: & onus praceptorum leue, quod non premento grauat, sed adimplendo per gratiam adiuvat. Insinuauit etiam verbo sobrietate, ubi dixit, Non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Docuit exemplo qui turbam se comitantem non refecit sumptuosos delictis, sed panibus hordeaceis. Docuit etiam intentionem nostram ad interna bona dirigens qualiter esset ieiunandum quando dixit, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Illos notans qui luctuosus sordibus rigorem simulant abstinentiae, ut videantur hominibus ieiunantes. Qualiter etiam sit facienda elemosyna, silentio praeterire noluit ubi dixit, Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Hoc documento insinuans, quia elemosyna & omne opus misericordiae quod facimus non venando laudes hominum, sed propter intentionem vitae aeternae, quae per dexteram significatur, facere admonemur. Qualiter quoque esset orandum admonuit ubi ait, Tu autem cum oraueris intra in cubiculum, id est, habeto cor quietum & ab omni tumultu exteriorum liberum, & clauso ostio, id est, exclusa phantasmatum turba, ora patrem tuum. Ecce dictum est qualiter sit orandum, addit etiam quid sit orandum, ita subiungens, Sic autem orabitis, Pater noster qui es in caelis & caetera. Haec oratio compendiosis verbis, id est, septem petitionibus omnes species orationis comprehendit, quibus deum interpellamus, aut pro appetendis bonis, aut pro vitandis malis, aut pro delendis commissis. Harum septem petitionum tres prius positae pertinent ad aeternitatem,

K Sermo CLXXXII.

Dno attendere debent.

Psal. 48.

Psal. 37.

L

Psal. 77.

Matth. 11.

Luc. 11.

Ioan. 6.

M

Matth. 6.

Matth. 6.

Amos 9.

Eccl. 11.

Psal. 18.

Matth. 6.

**A** nitatem, quattuor sequentes ad vitae praesentis necessitatem. Nam nominis dei sanctificationem & aduentum eius quo in claritate venturus est, & completa voluntate eius sicut in caelo & in terra, siue iustus & peccatores, siue animam & corpus, siue Christum & ecclesiam intelligamus, quantum ab humili aduentu Christi exordium sumant, tamen non nisi seculi terminatione complebuntur. Et omnia tria in aeternum manebunt. Reliqua autem quattuor ad hanc vitam temporalem pertinere videntur, quia & panis quotidianus & spiritalis, licet sit sempiternus, ad hoc tantum tempus pertinet in quantum ministratur animae quibusdam signis & dictis vel scriptis, & ideo panis dicitur, quia laborando & differendo discitur, & ita quasi mandendo glutitur. Nunc quoque peccata dimittuntur nobis, & nos dimittimus aliis, quae est inter quattuor secunda petitio: & nunc tentationes vitam nostram infestant, & ipsa liberatio a malo ad hanc vitam pertinet, quia dei iustitia mortem incurrimus, unde ipsius misericordia liberandi sumus. Quae cum ita sint, ipsarum petitionum verba diligentius pertractanda sunt, ut intellecta & maiore generet cordis affectum, & quod petitur ad velocitatem perducatur effectum. Dicamus ergo, Pater noster, cui non timore sed amore famulamur. Non hoc populo prior dictum est ut patrem oraret, sed dominus insinuatus est eis, cui non filiali obediebant amore, sed seruili subiiciebantur timore. Admonentur autem hoc verbo diuites & nobiles, cum Christiani facti fuerint, quatenus se non extollant aduersus pauperes & ignobiles, quoniam simul dicunt, Pater noster, quod vere ac pie dicere non possunt nisi se fratres esse cognoscant. Hoc nomine & charitas excitatur, quia filius nihil charius debet esse quam pater: & simplex affectus cum homines dicunt, Pater noster: & quaedam impetrandi praesumptio quod petitur, cum etiam ante petitionem tam magnum donum accepimus, ut possimus dicere, Pater noster. Quid enim iam non det filiis petentibus pater, qui iam hoc ipsum dedit ut essent filij? Postremo quanta cura animam eius tangit qui dicit, Pater noster, ut tanto patre non sit indignus? Utatur ergo populus noui testamenti voce, populus nouus ad aeternitatem vocatus, Pater noster. Oratio fraterna est, non dicit, pater meus tanquam pro se tantum orans, sed, Pater noster, omnes videlicet vna oratione complectens qui se in Christo fratres esse cognoscunt. Qui habitas in caelis, id est, in his quorum conuersatio est in caelis. Et accommodatissima est ista similitudo, ut tantum spiritaliter distaret corporaliter inter caelum & terram. Peccatori enim dictum est, Terra es & in terram ibis. Cuius rei significanda gratia cum ad orandum stamus, ad Orientem vertimur unde caelum surgit, non ideo quod ibi sit deus tanquam caeteris mundi partibus relictis, sed ut admoneretur animus ad excellentiorem naturam consurgere, id est, ad deum. Iam quid petendum sit, attendamus. Sanctificetur nomen tuum. Quod non sic petitur quasi non sit sanctum dei nomen, sed ut sanctum habeatur ab hominibus, & ita innotescat illis deus ut existimant aliquid sanctius non esse, quo magis timeant eum offendere, quia iustum est nomen dei sanctificare & deum timere, de quo dicitur, Dominus nomen illi. Hic timor primo gradu est inter beatitudines, de quo dicitur, Initium sapientiae timor domini. Et alibi, Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Sequitur, Adueniat regnum tuum: id est, manifestetur mundo. Sicut pra-

**D** fens lux absens est caecis, ita dei regnum quantum ubique fit, deest tamen ignorantibus: vel ita, ut tu in nobis, & nos in te, te donante regnemus. Haec petitio ad pietatem pertinet, quae est secundo gradu inter beatitudines. Sic enim pietas est, quae beati sunt mites. Petamus ut veniat regnum dei in nos, id est, mitescamus & non resistamus. Sequitur, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra: id est, sicut in angelis, ita in hominibus: & sicut in iustis, ita & in peccatoribus: vel ita consentiat caro tuae voluntati, sicut consentit spiritus. Haec petitio ad scientiam pertinet, quae tertio gradu est inter beatitudines. Nam scientia est, quae beati sunt qui lugent. Oremus ut fiat voluntas dei sicut in caelo, ita & in terra, id est, ut consentiat caro spiritui, quia non aliunde tantum dolorem habet humana miseria, quantum inde quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut cum Apostolo exclamare cogamur, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore huius mortis? Sequitur quarta petitio, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Potest & simpliciter intelligi de corporali cibo, & spiritaliter de pane diuini verbi. Si de corporali agitur, non extendit petitionem suam in longum iste orator, sed praecipuum sequitur Evangelicum, ubi dicitur, Nolite cogitare de crastino. Crastinus enim dies ipse cogitabit tibi. Sic & beatus Apostolus monet, Habentes victum & tegumentum, his contenti simus. Si vero spiritaliter accipias panem istum, vel ipsum Christum intellige qui est supersubstantialis animae panis, quia omnem superat substantiam, qui de seipso ait, Ego sum panis viuus qui de caelo descendi. Vel ipsum intellectum verbi diuini qui nobis necessarius est ad reficiendas ruinas animae, donec cognominatur hodie. Haec petitio ad fortitudinem pertinet, quae quarto loco ponitur ascendentibus ad summam beatitudinem. Sic enim fortitudo est, quae beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Orandum nobis est ut detur nobis iste panis quotidianus, quo confortati ad illam perfectam saturationem venire possimus. Sequitur, Et dimitte nobis debita nostra. Forte peccauit in te aliquis, dimitte illi veniam a te petenti, ne dum fratri negas misericordiam, tibi claudas patris indulgentiam, dicente Iacobo Apostolo, Iudicium enim sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Petitio haec refertur ad consilium, quod quinto loco ponitur inter gradus beatitudinum. Sic enim consilium est, quo beati sunt misericordes. Dimittamus ergo debitoribus nostris debita sua, & sic oramus ut dimittantur nobis debita nostra, id est, peccata nostra, propter quae differimus ab impetranda venia nisi eam acceleret fratrum indulgentia. Sequitur, Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne patiaris nos induci in tentationem. Aliud est enim tentari, sine quo nullus probatus est iustus: aliud in tentationem induci, id est, a tentatore induci. Hoc est ergo quod oramus, ut non permittat nos deus tentari supra id quod possumus sed faciat cum tentatione prouentum ut possimus sustinere. Petitio haec pertinet ad intellectum, qui sexto loco ponitur in numero beatitudinum. Sic enim intellectus est, quo beati sunt mundi corde, id est, qui purgatum habent oculum mentis terreno puluere. Oremus non induci in tentationem, id est, non habere duplex cor, sed vnum & simplex appetere bonum. Sequitur, Sed libera nos a malo, non tantum in quod induci possumus, sed etiam ab illo in quo induci sumus, quo peracto nihil restabit lugendum. Hinc petitioni cognuit sapientia, quae septimum inter beatitudines obtinet locum. Nam sic sapientia

E iij est,

Matth. 5.

Matth. 6.

Matth. 5.

Gala. 5.

Roma. 7.

E

Matth. 6.

1. Timo. 6.

Ioan. 6.

Matth. 5.

Matth. 6.

Iacob. 2.

F

Matth. 5.

Matth. 6.

Aliud est tentari & aliud in tentationem duci.

1. Corin. 10.

Matth. 5.

Matth. 6.



**G** est, qua beati sunt pacifici, id est, qui ordinatis moribus suis cogunt omnia seruire spiritui. Orandum est itaque nobis ut liberemur a malo. Ipsa enim liberatio liberis nos facit, id est, filios dei, ut spiritu adoptionis clamemus, abba pater. Amen autem in his petitionibus significat indubitanter a domino conferri quod petitur, si vltimæ conditionis pactum firmiter teneatur. Hæc tria remedium genera spiritaliter commendauit nobis celestis medicus, eleemosynam videlicet & ieiunium & orationem, quibus tanquã medicinalibus antidotis possemus inueterata mala curare, præsentanea pellere, & seruando salutem futura cauere. Et congrue tria sunt genera curationis, sicut tria præcedunt genera corruptionis. Omne enim peccatum aut fit in anima per consensum prauæ suggestionis ad violandum dei templum: aut fit male vtendo corpore ad ledendum proximum, quod est facinorosum: aut fit male vtendo corpore ad corruptendum seipsum, quod est flagitiosum. Facinora enim licet per corpus fiant, qualia sunt homicidia, rapina, furta, non tamen corpus facientis afficiunt vel corrumpunt. De quibus dixit Apostolus, Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Flagitia vero & per corpus fiunt, & corpus afficiunt & inficiunt. De quibus dicit Apostolus, Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Merito ergo facinora quæ extra corpus fiunt, eleemosyna tanquam exteriori purgatur medicina: quia sicut facinus nocuit proximo, sic eleemosyna quæ extra nos est, & per corpus tamen datur, prodesse debet proximo. Flagitia vero congrue medicinali mundantur parsimonia, quia sicut caro lata traxit ad culpam, afflicta reducere debet ad veniam. Si qui vero sunt quibus hæc medicamenta non congruant, vt vel eleemosynam dare non possint propter nimiam paupertatē, aut ieiunare propter stomachi imbecillitatem, habet tertium genus medicina, a quo se excusare non poterint, nisi qui morbos animæ suæ sanare contempserint. Hoc ergo medicamento quod nulli sanæ menti deesse potest, studiose & pie frequentemus, implentes illud Apostolicum præceptum, Sine intermissione orate. Hoc enim antidotum ita omnibus morbis occurrit, vt assiduatum morbos omnes depellat, & omnia corrupta integritati restituat, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

*Item in eadem uigilia alius sermo de eodem qui habetur in libro Quinquaginta homiliarum, XLII.*  
*Item in eadem uigilia, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Si diligitis me mandata mea seruare: quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.*  
*In festo Pentecostes, de missione spiritus sancti. Sermo I.*

**A**ncitanti vestræ charissimi uotorum iam nota debet esse festiuitas. Quid enim qua ratione curemus, ex ipsa annua celebritate condiscimus. Nam cum in uestigia sua iterum reuoluitur transacta solennitas, doctores efficitur dum eã sæpius celebramus. Pentecosten ergo agamus hodie, hoc est quinquagesimum diem a resurrectione dominica, non quod hac die sicut plerique putant, ad cælos Saluator ascenderit. Nam post resurrectionem cum Apostolis conuersatus, quadragesima die ad dei patris dexteram remeauit, sicut Lucas Euangelista ait, Quibus etiam exhibuit seipsum uiuum post passionem suam, per dies

quadraginta apparens eis. Quadraginta ergo temporum curriculo conuersionem suam discipulis suis saluator exhibuit, scilicet ut tanto numero resurrectionis eius gratia latereur, quanto & passionis eius iniurias fleueramus, totidemque temporum spacio eo reficeremur præsentem, quo ieiunauimus absente. Non igitur hodie Christus ascendit ad cælum, sed Christi spiritus descendit de cælo, sicut ipse dominus promittens ait, Cum autem ascendero ad patrem mittam uobis paraclætum spiritum ueritatis, & ipse uos docebit omnia, Magna planè gratia, duplex gaudium, quod abeuntem Christum non amisimus, & uenientem spiritum possidemus. Nã illum retinemus fidei merito, hunc sanctificationis accessu. Cum abiero, inquit, ad patrem, mittam uobis paraclætum. Credimus enim ad patrem peruenisse filium, cum uidemus ad Apostolos descendisse paraclætum. Credimus namque eum regnare in cælis, quem cernimus munera sancta donare in terris, sicut scriptum est per Prophetam, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Victor utique muneratur, victor dona largitur. Vnde & saluator victor diaboli, post triumphum discipulos quos liberauit a captiuitate, etiam benedictione ditauit. Liberauit autem nos cum ad resurgendum per seipsum tartara nobis aperuit, ditauit nos cum ad regnandum per paraclætum nobis cælestia reserauit. Quibusdam enim quasi profectuum gradibus tunc de morte ad uitam didicimus remeare, modo autem de terris ad cælos docemur ascendere, sicut scriptum est, Ipse uos docebit omnia. Quid docet spiritus sanctus? Utique hoc nouit docere quod sanctum est. Quid docet nos paraclætus? Illud utique docet quod dicit saluator, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo: cum uenerit ille spiritus ueritatis, ipse uos docebit omnia. Bonus itaque magister est paraclætus, quia dicit quæ Christus dicenda seruauit. Hoc enim docet spiritus sanctus, quod dominus docendum habere se dicit. Bonus planè magister est qui præceptorum executor est saluatoris. Necessè est igitur ut unius sit substantiæ natura cum Christo, quem uidemus unius cum Christo esse doctrinam. Et ideo charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis, ut spiritum sanctum promereri & accipere possimus. Si hunc mundum relinquimus, nos similem paraclætum sicut Apostoli, id est, spiritum ueritatis quem mittet nobis pater, accipiemus. Quoniam nõ est personarum acceptio apud deum patrem, sed promissa Apostolorum nobis proficiunt, si opera & desideria & actus gerimus quos Apostoli fecerunt. Si uero legem domini immaculatam & conuertentem animas implendo mãdata eius perficiamus, nosmetipsos hæredes domini & cohæredes Christi ad hæreditatem sempiternam, & ad commemorationem angelorum cum gratia Christi committimus, quod ipse præstare dignetur, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

*In eodem festo, de missione spiritus sancti. Sermo II.*  
**D**ilcensus è mundo isto & ascensus in cælum dominus noster atque saluator, fratres charissimi, promisit Apostolis suis quod spiritum sanctum ad eos mitteret quando ad deum patrem ipse remeasset. Sic enim ut nunc audistis ad discipulos suos locutus est dicens, Cum autem uenerit paraclætus quem ego mittam uobis spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Impleta est charissimi fratres promissio saluatoris, Ascendit dñs Iesus Christus,

**A** Christus, descendit spiritus sanctus. Superest ut utrumque hoc impleatur in uobis, id est, ut habeatis spiritum sanctum qui descendit, & per bonam uitam Christum sequamini qui ascendit. Misit ergo nobis saluator spiritum sanctum, sicut discipulis suis ipse promisit dicens, Expedi uobis ut ego uadam: si enim non abiero, paraclætus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod dixit, mittam eum, ne forte aliquis uestrum cogitet quod quasi de inferiore dixerit mittam: uel sicut hæretici dicunt, quod spiritus sanctus quasi subiectus ac seruans deo pareat imperanti. Absit a uobis ista suspitio. In trinitate enim non minus aliquid aut maius, quia si in deo aliquid minus dicitur, imperfecta diuinitas accusatur. Vnde obsecro uos fratres charissimi, ut fide integra unum deum in trinitate, & trinitatem in unitate credatis, ne pedes uestrorum sensuum claudicent, aut oculi parum uideant, aut manus aride fiant. Omnis enim qui fidem catholicam non bene sequitur, pedes debiles habet. Qui ueritatis lucem non uidet, oculorum caliginem patitur. Qui misericordiam fructum non habet, manuum ariditate sicatur. Id ergo agite, id elaborate, ne aliqua membrorum uestrorum portio hac debilitate uitiatur, ne aut gula in uos horreat, aut auaritia displiceat, aut infidelitas languat, ut emundati penitus ac purificati, habitaculum dei efficiamini, ut spiritus sanctus qui descendit in Apostolos hodie legitur, in uobis semper esse dignetur, præstante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

*Item in eodem festo, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Si quis diligit me sermonem meum seruabit & cetera. Quæ habetur in expositione doctoris, ibidem.*  
*Feria secunda Pentecostes de missione spiritus sancti. Sermo I.*

**O**st illam singularem insignemque uictoriam qua publicus propugnator mundo & militauit & uicit, postquam fragilitatem conditionis nostræ non solum de inferis eruit, sed etiam in regni sui excelsa subuexit, in hac die iuxta uerbum suum sanctum spiritum donauit, de quo iam Apostolis suis dixerat, Et ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit uobis. Alium utique non minorem, alium paraclætum, id est, similes gloriæ uel naturæ eiusdemque substantiæ, ut discipulorum fides ueridica sponcione ad expectationem tanti muneris præparata, illum quem sibi a domino in locum dei promissum esse meminisset, uerum deum esse cognosceret. Et alium, inquit, paraclætum: maiestatis intellige socium, quem maiestati prospicis comparatum. Et ego rogabo, inquit, patrem, & alium paraclætum dabit uobis. Quam bene sub titulo promissionis, distinctionem applicuit trinitatis. Pater est qui indicatur rogandus, filius est qui intelligitur rogaturus, spiritus sanctus qui promittitur a patre mittendus. Quanta & quam ineffabilis pietas redemptoris: Hominem portauit ad cælum, & deum misit ad terras. Quanta est auctori cura pro institutione facturæ suæ: Ecce iterum noua de supernis medicina mittitur, ecce iterum infirmos suos per seipsam maiestatis uisitare dignatur. Ecce iterum humanis diuina miscetur, id est, uicarius redemptoris: ut beneficia quæ saluator dominus inchoauit, peculiari spiritus sancti uirtute consummet, & quod ille redemit, iste sanctificet, quod ille acquisiuit, iste curat. Tomus decimus.

stodiat: sic uitas dicitatis per unitatem gratiæ ac ueneris approbatur, ut spiritus sanctus deus in substantiã unus, in persona alius, æquali miseratione unicus, æquali reuerentia sit colendus. Ergo spiritus sanctus in hac die ad præparata sibi Apostolorum suorum templa; uelut imber sanctificationis illapsus est. Non iam uisitor subitus, sed perpetuus consolator, & cohabitator æternus. Nam sicut de semetipso Apostolis suis dixerat, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: ita etiam de spiritu sancto, paraclætum, inquit, dabit uobis pater, qui uobiscum sit in æternum. Assuit ergo in hac die fidelibus suis non iam per gratiam uisitationis & operationis, sed per ipsam præsentiam maiestatis: atque in uasa non iam odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit unguenti, ex cuius fragrantia latitudo totius orbis impleatur, & appropinquantes ad eorum doctrinam, dei fierent capaces atque participes. Sed dicit ergo super singulos quasi ignis, de quo saluator noster testatur, Ignem ueni mittere in terram. De quo dicitur, Deus noster ignis consumens est. Ipse itaque Apostolos suos uisus lucis fonte perfudit, ut ipsi post modum uniuersum mundum tanquam duodecim solis radij ac totidem lampades ueritatis illuminent, & inebriati nouo uino repleant atque irrigent sitientia corda populorum. Inquiramus hoc loco post resurrectionem uel ascensionem domini, quid adhuc adici possit Apostolorum perfectioni per participationem spiritus sancti. Erat quidem in eis fides, sed fiducia constantia deerat. Iam quidem Christum per uniuersa poterant predicare, sed adhuc pro Christo usque ad mortem certare non poterant, uique adeo ut nullum ex discipulis coronauerit palma martyrij ante aduentum spiritus sancti. Præterea iam recesserat ex oculis eorum dominus Iesus qui eos prædicatione uisibili os ad os loquens corroborabat, & uirtutum miraculis instruebat, & dum cum eo erant, facile credabant quæ uidebant. Fides adiuuabatur aspectibus, presentibus confirmabatur operibus, signis ac uirtutibus pascebatur. Postquam uero dominus Iesus sublatus ex oculis eorum recessit in cælum, non sufficiebant attonita ac trepidæ eorum mentes, non sufficiebant ut digni erant cælestia & eterna cogitare: nec præualebant adhuc portare angusta eorum pectora diuinorum sensuum magnitudinem ut possent intelligere Christum, quomodo erat uerbum deus apud deum: sic ut eis ipse dominus adhuc in corpore constitutus euidenter insinuat dicens, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis ea portare modo: cum uero uenerit spiritus ueritatis ipse uos docebit omnem ueritatem. Vides quod post discessionem adorandæ summæque uirtutis discipulorum pectora dilatata sunt, ad sustinendam magnitudinem diuini luminis, & intelligentiam ueritatis? Deus itaque est qui potest post munificentiam suam accumulare gratiam, augere sapientiam, confirmare constantiam. Videamus ergo ante uisitationem cælestis consolatoris, quantum eis de magnanimitate, quantum de perfectione defuerit. Nam primum cum eum supra timentia maris dorsa uisidissent substratis fluctibus ambulantes, & cum aquarum iter instabile sub diuinis solidaret: uida famula uestigis, turbati sunt dicentes, Phantasma est, & præ timore clamauerunt. Post infusionem uero spiritus sancti iam non dicunt quia phantasma est, sed in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et iterum, Erat, inquit, lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et Apostolus dicit, Quia ipse est ante omnes & omnia per

**G** ipsum constant. Vnus autem ex discipulis Thomas nō-  
 dum huius muneris benedictione ditatus, cum in corpore iam glorificato, in corpore iam cœlesti per carnis vulnera deum quæreret, & ad credendam incorruptibilem diuinitatem fixuris clauorum & cicatricum testimonio indigeret, Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam. Alius vero iam sancti spiritus eruditione repletus, confidenter exclamat, Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus, & manus nostre palpauerunt, de serbo vitæ, & annūciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Et iterū alio loco Paulus Apostolus tantæ maiestatis locupletatus illapsus, fiducialiter protestatur, Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Beatus Petrus domini passione iam proxima, nondum diuina paracleti inspiratione fundatus, nolens à se Christum corporaliter separari, in traditorem & gladiatores gladium stringit, & vim vi æstimat repellendam. Stephanus autem plenus spiritu sancto, iam non in terra Christum requirit, sed aperto cœlo vidit gloriam dei, neque iam de vindicta cogitat, sed pro persecutoribus suis exorat & supplicat, Domine ne status illis hoc peccatum. Ante aduentum vero spiritus sancti sub ipso crucis dominicæ tempore, alij ex discipulis effugantur, alij vnus ancillæ vocis terrentur, & metu corda trepida penetrante, dominum suum negare coguntur. Post illustrationem vero spiritus sancti & confirmationem, custodiis excruciat, verberibus afflicti, ibant gaudentes, quia digni essent pro Christi nomine contumeliam pati. Et qui ante negauerant cum iuramento, quia non nouimus hominem istum, nunc propter eum in suppliciis gloriatur, & operante in se spiritu sancto, parū putant esse quod pro Christi amore patiuntur. Et qui ante verbis deturbantur, nunc pœnis & cruciatibus roborantur & Christum dominum non iam vocibus sed moribus confitentur, ac dilectionis magnitudinem sanguinis effusione testantur. Et inter hæc calefacti & accēsi mero dominicæ charitatis exclamant, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ergo beati Apostoli illo fidei igne feruentes, de quo ipse dominus dicit, Ignem veni mittere in terrā, & quid volo, nisi vt accedatur: ab impia multitudine putabatur ebrius & musto plenus. Et dicebant ad inuicem, quia musto pleni sunt isti. At vero nouo vino repleti erant, quia spiritu sancto iam fuerant innouati, & apparebat in eis quod ipse dominus dixerat, Nouum vinum in vtres novos mittendum est. Istud vero nouum vinum non putemus solos tunc Apostolos suscepisse. Hoc musto inflammantur, & hoc præclaro poculo quotidie inebriantur etiam corda fidelium, & animæ conuertentiū. Quod frequenter fieri videmus, quando pro desiderio salutis suæ parentes & patriam suam fugiunt, Exeunt nullo compellente de terra & de cognatione sua, & mortui huic mundo, alios spiritualiter animarum inquirunt parentes & liberi sub iugo veniunt, & paulo ante elati atque sublimes humilia affectant, superba fastidiunt, & cupiūt esse quod ante despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant. Præsentium hospites, futurorum appetitores, æternam illam patriam contempta temporalium falsitate suspirant. Hoc itaque musto spirituales animæ inebriatæ, & penitus commutatæ, abstinentiam delictis vigiliis dulcibus somnis, paupertatem diuitiis anteponunt. Arduū contra vitia laborem, iocundissimam computant volu-

pratem. Dulcescunt eis vitia, & quæ prius fuerant preciosa, vilescunt. Diligunt inimicos suos, & benefaciūt his qui se oderunt, non conuincuntur indignantibus, non iritantur in opprobriis, non franguntur in iniuriis, profusus horum nihil sentiunt propter feruorem spiritus sancti, & propter æternam retributionē. Hoc spiritali mero calebant martyres, quando abiicientes & post se iactantes omnia seculi blandimenta, ibant ad passiones, obliuiscētes facultates & affectiones, patrimonia ac matrimonia sua, & vincentes armatam cōtra se paruulorū pignorum fletibus pietatem, vociferantes quidem parētes, puluerem mittentes in capita sua, & matres facies suas auulsis crinibus dilacerantes. Sed illi hæc omnia tanquam ebrii non videbant, nec cognoscebant suos, quia infuso præcordiis suis spiritu sancto ad dolores, ad supplicia, tanquam ad consolationes & ad præmia festinabant. Itaque anniuersarium quidem diem celebramus de aduentu spiritus sancti, sed nos ita agamus, vt quotidie eum ad nos castis operibus & castis pectoribus inuitemus. Ita enim puri atque purgati sensibus & cogitationibus esse debemus, ita nos oportet ori & cordi adhibere custodiam, vt nos dignos eius visitatione & illuminatione faciamus, & videamur liberi esse ab omni immundicia cogitationum, quia vt dixi, Peruersæ cogitationes separant à deo. Studeamus liberi esse ab omni obtreptione omniq; malitia, quia in maleuolam animam non ingreditur sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis. Per iram ac superbiam, animæ negligentium spiritus sancti custodia & protectione nudantur. Non ergo per huiusmodi passiones contristemus spiritum sanctum, sed potius eum ad sedem cordis nostri per gratiam humilitatis & pacis mansuetudinem euocemus, ac latificemus eum operibus & profectibus nostris: quia ipse dicit, Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos: Si ergo promereri cupimus tati visitatoris ingressum, mūdemus primum domum animæ nostræ ab indignis carnalis concupiscentiæ passionibus, à superbiæ dominatione, à factore iactantiæ, à teporis horrore: de quo ipse dominus dicit, Vtinam, inquit, frigidus esses aut calidus: nunc vero quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: id est, ex visceribus mei intimi cordis expuere. Præparemus itaque hanc domum quotidie ad sacri regis aduentum, eamq; diuersis probabilium morū floribus adornemus. Repleamur iucundis preciosisq; odoribus castitatis, fidei & compunctionis incenso, balsamo beneuolentiæ, & thymiamate charitatis, vt amputatis vitis & virtutibus infertis, destructa in nobis habitatione diaboli, mutemur in templum dei, vt tam beatus hospes nitido delectatus hospitio, stabilem ac perpetuam in nobis faciat mansionem. Propter hoc enim ad nos ille descendit, vt nos ad illum possimus ascendere: Cui est gloria cū patre & spiritu sancto in secula seculorū, Amē.

Eodem die, de aduentu spiritus sancti: Sermo II.



**O**dierni diei solennitas domini dei magni & magnæ gratiæ quæ superflua est super nos, recordationem facit. Deo enim solennitas celebratur, ne quod semel factum est, de memoria deleatur, Solennitas enim ab eo quod solet in anno, nomen accepit: quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totum annum fluit: ideo perenne, id est, per annū, sic & solēne quod solet in anno celebrari. Celebramus hodie aduentū spiritus sancti. Dominus enim spiritu sanctū de cœlo misit quē in terra promisit, & quia sic pmiserat de cœlo esse missurū, Non

**I**oan. 16. Non potest ille venire, ait, nisi ego abiero, dum autem abiero mittam illum ad vos: Passus est, mortuus est, resurrexit, ascendit, restabat vt impleret quod promisit. **Math. 27.** Hoc expectantes discipuli eius, animæ, vt scriptum est, centum viginti decuplo numero apostolorum, Duodecim enim elegit, & centum viginti spiritum misit. **Act. 1.** Hoc ergo promissum expectantes in vna domo erant, orabant, quia desiderabant iam ipsa fide, quod ipsa oratione, ipso spiritali desiderio: vtres noui erant, vinū nouum de cœlo expectabatur & venit. Iā enim fuerat magnum botrus ille calcatus & glorificatus. Legimus enim in Euangelio, Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Iam quid respondit, audistis, magnum miraculum, Omnes qui aderant, vnā linguam didicerant. Venit spiritus sanctus, impleti sunt, ceperunt loqui linguis variis omnium gentium, quas non nouerant nec didicerant, sed docebat ille qui venerat, intravit, impleti sunt, fudit. Et tūc hoc erat signū, quicumque aspiciebat spiritum sanctum, subito impletus spiritu linguis omnium loquebatur, non illi solum centum viginti. Docent nos literæ ipsæ, postea crediderunt homines, baptizati sunt, acceperunt spiritum sanctum, linguis omnium gentium locuti sunt. Expauerunt qui aderant, alij admirantes, alij iridentes: ita vt dicerent, **B** Isti ebrii sunt, musto pleni sunt. R. idebant, & aliquid verum dicebant. Impleti enim erant vtres nouo vino. Audistis cum Euangelium legeretur, Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: spiritalia non capit carnalis. Carnalitas vetustas est, gratia nouitas est. Quantocunq; homo in melius fuerit innouatus, tanto amplius capit, quod verum sapit. Bulliebat musto, & musto bulliente linguæ gentium profleebant. Nunquid modo fratres nō datur spiritus sanctus? Quisquis hoc putat, non est dignus accipere. Datur & modo. Quare ergo nemo loquitur linguis omnium gentium, sicut loquebatur qui tunc spiritus sancto implebatur? Quare? Quia quod illud significabat impletum est. Quid est illud? Quando celebrauimus quadragesimam, recolite, quia cōmendauimus vobis dominum Iesum Christum Ecclesiam suam commendasse & ascendisse. Querebant discipuli, quando erit finis seculi: Et ille, Nō est vestrum scire tempora vel momenta quæ pater possit in sua potestate. Adhuc promittebat quod hodie compleuit, Accipietis virtutē spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ. Ecclesia tunc in vna domo erat, accepit spiritum sanctum, in hominibus paucis erat, in linguis totus orbis erat. Ecce quod præteudebat modo. Nam quod illa Ecclesia parua linguis omnium gentium loquebatur: Quid est quod Ecclesia ista magna à solis ortu vsque ad occasum linguis omnium gentium loquitur? Modo impletur quod tunc promittebatur. Audiuimus, videmus. **Psal. 44.** Audi filia & vide: ipsi reginæ dictum est, Audi filia & vide. Audi promissum, vide cōpletum, nō te fefellit deus, non te fefellit sponsus tuus, non te fefellit qui suo sanguine te dotauit, non te fefellit qui de foeda pulchra, de immunda virginem fecit. Tu tibi promissa es, sed promissa in paucis, impleta in multis. Nemo ergo dicat, accepi spiritum sanctum: Quare non loquor linguis omnium gentium? Si vultis habere spiritum sanctum, intendite fratres mei, spiritus noster quo viuunt omnes homines, anima vocatur, spiritus noster quo viuunt singulis quisque homo, anima vocatur, & videtis quid faciat anima in corpore. Omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam lo-

quitur, per manus operatur, per pedes ambulat, omnibus simul adest membris vt viuant, vitam dat omnibus, officia singulis. Non audit oculus, non videt auris, nō videt lingua, nec loquitur auris & oculus, sed tamē viuunt, viuunt auris, viuunt lingua, officia diuersa sunt, vita communis. Sic est Ecclesia dei, in aliis sanctis facit miracula, in aliis sanctis loquitur veritatem, in aliis sanctis custodit virginitatem, in aliis sanctis custodit pudicitiam conjugalem, in aliis hoc, in aliis illud, singuli propria operantur, sed pariter viuunt. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est spiritus sanctus corporis Christi, quod est Ecclesia: hoc agit spiritus sanctus in tota Ecclesia, quod agit Ecclesia in omnibus mēbris vnus corporis. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid timeatis. Contingit vt in corpore humano, imō de corpore aliquod præcidatur membrum, manus, digitus, pes, nunquid præcisum sequitur anima? Cum in corpore esset viuēbat, præcisum amittit vitam. Sic & homo Christianus catholicus est dum in corpore viuunt, præcisus hæreticus factus est membrū amputatum, non sequitur spiritus. Si ergo vultis viuere de spiritu sancto, tenete charitatem, amate veritatem, desiderate vnitatē, vt perueniatis ad æternitatem, Amen.

Item eodem die Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Sic deus dilexit mundū, etc. quæ sumpta est de expositione doctoris, Ibi dem.

Ioan. 3.



**B**les nobis fratres gratus illuxit, quo sancta Ecclesia fidelium fulget aspectibus, feruet in cordibus. Celebramus quippe istum diem, quo dominus Iesus Christus post resurrectionem, ascensione glorificatus misit spiritum sanctum. Sic enim scriptum est in Euangelio cum diceret, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ. Euāgelista secutus exponit & ait, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erāt credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Restabat ergo vt clarificato Iesu cum resurrexit à mortuis & ascēdit ad cœlos, iam daretur spiritus sanctus ab eo missus à quo promissus, sicut & factum est. Quadraginta enim dominus post resurrectionem diebus cum discipulis conuersatus, ascendit in cœlum, & die quinquagesimo, quem hodie celebramus, misit spiritum sanctum, sicut scriptum est, Factus est subito sonus de cœlo, quasi ferretur flatus uentis, & visæ sunt illis linguæ diuise sicut ignis, qui infudit super vnumquemque, & ceperunt linguis omnibus loqui quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Flatus ille à carnali palea corda mudabat, ignis ille fœnū veteris concupiscentiæ consumebat, linguæ illæ quibus loquebantur à spiritu sancto impleti per omnium gentium linguas futuram Ecclesiam designabant. Sicut enim post diluuium impietas superba hominum turrim contra dominum edificauit excelsum, quando per linguas diuersas diuidi meruit gen<sup>o</sup> humanum, vt vnicaque gens lingua propria loqueretur ne ab aliis intelligeretur: sic humilis fidelium pietas earum linguarū diuersitate Ecclesiæ contulit vnitatem, vt quod discordia dissipauerat, colligeret charitas, & humani generis tanquam vnus corporis membra dispersa ad vnū caput Christum compaginata redigeret, & in sancti corporis vnitatem dilectionis igne conflaret. Ab hoc itaque dono spiritus sancti prorsus alieni sunt, qui oderunt gratiam, qui societatem non retinent vnitatis. Licet enim etiam

Sermo CLXXXVII.

Ioan. 7.

Act. 2.

Gene. 11.

G etiam ipsi hodie sollemniter congregentur, licet istas audiāt lectiones quibus spiritus sanctus promissus & missus est, ad iudicium audiunt, non ad primum. Quid enim eis prodest percipere auribus quod cordibus respiciunt, & eius diem celebrare cuius lumen oderunt? Vos autem fratres mei, membra corporis Christi, germina veritatis, filij pacis, hunc diem agite læti, celebrate securi. Hoc enim in vobis impletur quod illis diebus quando venit spiritus sanctus præsignabatur. Sicut enim tunc qui spiritum sanctum percipiebat etiam vnus homo linguis omnibus loquebatur: sic & nunc per omnes gentes omnibus linguis ipsa veritas loquitur, in qua constituti spiritum sanctum habetis, qui Christum Ecclesia loquente omnibus linguis, à nobis schismate non dissidetis.

Ioan. 10.

Item eodem die, Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium, &c. que habetur in expositione doctoris, Ibidem. Et inter sermones de verbis domini, XLIX.

H

Feria quarta Pentecostes, de missione spiritus sancti. Sermo I.

Sermo CLXXXVIII.



Ratres charissimi, hodierna die anniuersaria solennitas agitur, qua die dominus noster Iesus Christus spiritum sanctum paracletum misit quem discipulis antè promissit. Dixerat enim, Non potest ille venire nisi ego abiero. Quadragesimo itaque die post resurrectionem suam, cuius solennitatem ante decem dies egimus, ascendit in cœlum, nec in memor pollicitationis suæ hodie misit spiritum sanctum, quo impleti sunt prius centum viginti, qui simul fuerant congregati, eandemque domini promissionem fideliter expectabant. Scriptum est enim, Subito de cœlo sonus factus est, quasi ferretur flatus vehemens, & visæ sunt illis lingue diuisæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque illorum, & cœperunt linguis omnibus loqui quomodo spiritus sanctus dabat eis pronuntiare. Flatus ille à carnali palea corda mundabat, ignis ille fœnum veteris concupiscentiæ consumebat. Ita quippe tunc placuit spiritus sancti significari præsentiam, vt qui eum acceperunt linguis omnibus loquerentur. Prius itaque videamus breuiter quare dixit quando eum promissit: nõ potest ipse venire nisi ego abiero. Neque enim separabilis est à filio dei spiritus sanctus, aut impotens eum præsentem venire à quo nõ potest omnino discedere. Sed quoniam discipulis adhuc infirmis formam serui dominus demonstrabat, in qua verbum caro factum est & habitauit in nobis: causam vero serui, id est, carnem domini etiam carnales poterant intueri: forma autem dei in qua non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, non potest nisi à spiritalibus cogitari, propterea dixit, Non potest ille venire nisi ego abiero: tanquam diceret, quandiu circa carnem meam occupatur vester carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus. Dono enim spiritus sancti promiserat eos introducendos in omnem veritatem, sicut scriptum est, Fide in mundans corda eorum. Beati autem mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Abscessit itaque corporalis forma domini à corporalibus oculis eorum, vt per spiritum sanctum diuinitas domini infunderetur cordibus eorum. Nunc deinde videamus, quare tum hoc erat signum præsentia spiritus sancti vt qui eum acceperunt, linguis omnium loquerentur. Neque enim etiam nunc cum datur spiritus sanctus, qui eum accipiunt, loquuntur linguis omnibus, quo euidenti mi-

Ioan. 1.

Philip. 2.

Ioan. 16.

A 3o. 15.

March. 5.

A 3o. 2.

raculo se illo tempore demonstrabat. Hic intelligendū est fratres charissimi, hunc esse spiritum sanctum, quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris, & quo Ecclesiam dei congregatura fuerat toto orbe terrarum: & quod tunc etiam vnus homo poterat vt spiritum sanctum accipiens linguis omnium loqueretur, nunc spiritus sancto congregata ipsa vnitas Ecclesie linguis omnibus loquitur. Proinde si quisquam dixerit alicui nostrum. Accepisti spiritum sanctum, quare non linguis omnibus loqueris? Respondere debet, Loquor omnibus linguis, quia in eo sum Christi corpore, hoc est, in Ecclesia, qua loquitur omnibus linguis. Quid enim tunc aliud significat deus per spiritum sancti præsentiam, nisi Ecclesiam suam linguis omnibus locuturam? Impletum est itaque quod promiserat dñs, Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, sed vinum nouum in vtres novos mittit, & vtraque seruabitur. Merito ergo cū audirent, linguis oibus loqui, nonnulli dicebant, Hi musto pleni sunt. Iam enī facti fuerat vtres noui sanctitatis gratia renouati, vt vino nouo, hoc est spiritus sancto repleti linguis omnibus loquendo feruerent, & Ecclesiam catholicam per omnium gentium linguas futuram euidentissimo illo miraculo præsignaret: ac per hoc recte creduntur hæretici spiritum sanctum nõ habere qui diuiduntur à corpore, quod per omnes gentes linguis omnibus meruit personare. Hunc itaque diem dilectissimi sic celebrate tanquam membra vnitatis corporis Christi, Non enim frustra celebratis, si hoc estis quod celebratis, illi ecclesie cohærentes, quam dominus implens spiritu sancto toto mundo crescentem cognoscit suam & agnoscitur à sua, & tanquam sponsus sponsam non perdit propriam, quia nemo supponit alienam. Vobis enim in omnibus gentibus constitutis, hoc est Ecclesie Christi, membrum corporis Christi, sponsa Christi, Apostolus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Videte quia vbi præcepit vt sustineamus inuicem, ibi posuit dilectionem: vbi spiritum nominauit vnitatis, ibi ostendit vinculum pacis. Hæc est domus dei de viuis lapidibus fabricata, in qua talem patrem familiam delectat habitare, cuius oculos ruina diuisionis non debet offendere.

Item eodem die, Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum, &c. que sumpta est de expositione doctoris, Ibidem. Et ex sermonibus de verbis domini, XLVI. In festo sancte Trinitatis, quod celebratur dominica in octauis Pentecostes, de sancta Trinitate, Sermo I.

Vdio fratres, quod quidam inter se disputant, quomodo pater & filius & spiritus sanctus & tres sunt, & vnus sunt. Videtis ex questione quam periculosa sit disputatio. Lutum & vas figuli de creatore disputat, & ad naturam suam rationem non potest peruenire, & curiose querit scire de mysterio trinitatis, quod angeli in cœlo scire non possunt. Quid enim dicunt angeli in cœlo, Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Similiter in Esaia dicitur, Quis est iste qui ascendit de Edom, candida vestimenta eius? Vide quid dicunt, pulchritudinem prædicant, & de natura tacent. Ergo & nos simpliciter dicamus. Vis scire naturam dei, hoc scito quod nescias, nec in hoc contristeris quia nescias, quia & angeli nescierunt, & similiter omnes creaturæ. Sed dicit aliquis, Quomodo ergo credo quod nescio? Quomodo Christianus sum, qui

Roma. 5.

Math. 5.

A 3o. 2.

L

Eph. 4.

M

Ioan. 6.

Sermo CLXXXVIII. XLIX.

Psal. 3.

Esaia. 4.

Ioan. 14.

A qui nescio quomodo sum Christianus? Dicam simpliciter antequam aliqua de scripturis proferam: O Christiane qui tibi videris nihil scire, si scias hoc ipsum quod nescias, nõne magis plus videris à cæteris scire? Gætilis homo videt lapidem, & deum putat: philosophi vident cœlum, & deum putant. Alij vident solem, & deum putant. Tu vero vide quantam super istos habeas scientiam qui dicis, deus lapis esse non potest. Sol deus esse nõ potest, quia alterius imperio currit. Vides quod in eo quod dicis nihil te scire, magis nosti. Gætilis autem in eo quod se dicunt scire, nesciunt, quia falsa sunt quæ nouerunt: simulque considera quod voceris fidelis non rationalis. Denique accepto baptismo hoc dicimus, Fidelis factus est, sine factus sum, credo quod nescio, & propterea scio, quia me scio nescire quod nescio. Sed dicit aliquis, Hoc non est exponere, sed expositionem fugere. Et nos sciebamus scire quod nesciebamus, tu nos dicebas scire quod ignoramus. Nõne meum est pie ignorantiam confiteri, quam temere mihi scientiam vendicare? In die iudicij non damnor, quia dicam nesciui naturam creatoris mei: si autem aliquid temere dixerò, temeritas penam habet, ignorantia veniam promeretur. Dicamus aliquid de scripturis rationem nõ sequentes, sed auctoritatem domini saluatoris. Christus enim dicit ascendens in cœlum ad Apostolos loquens, quibus prædicat vt magister & dominus. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere quomodo ipse qui deus est: nobis autem sufficiat scire de trinitate, quod dominus exponere dignatus est. Quod ergo dicit ad Apostolos, Ite & baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: tria nomina auctore, & vnum dicitur nomen. Non enim dixit, in nominibus: sed, in nomine. Tria nomina dicit, & quomodo vnum ponit? In nomine patris & filij & spiritus sancti vnus est, sed trinitas est nomen quod dicitur, in nomine patris dei, in nomine filij dei, in nomine spiritus sancti dei, pater & filius & spiritus sanctus vnus nomen est diuinitatis. Sed requiris à me quomodo vno nomine tres appellatur? Nescio & libere me nescire profiteor, quod Christus voluit indicare hoc solum scio, quia in hoc Christianus sum, quia vnus deum in trinitate confiteor. Si autem dixerò vnam personam esse patris & filij & spiritus sancti, Sabellianus appellor, & incipio non esse Christianus, sed Iudæus: quia & Iudæus vnus deum dicit, & quia patrem nescit & filium & spiritum sanctum, propterea quod mysterium non nouit trinitatis. Ergo si sic dicimus vnus deum vt patrem & filium & spiritum sanctum excludamus à mysterio trinitatis, Iudæi efficiuntur. Ergo libere dico non ex me, sed ex sententia saluatoris, scandalum esse quod in animo nascitur auditoris, quomodo tres vnus sint, quomodo pater & filius & spiritus sanctus non diuidantur in diuinitate, sed in personarum qualitate. Quandocunque personas appello, rogo vos ne me putetis personas hominum dicere, ego personas in patre & filio & spiritu sancto non dico quasi personas hominum, personam patris dico quia pater est, & filij quia filius est, & spiritus sancti quia spiritus sanctus est. Non est pater filius, nec filius pater, nec spiritus sanctus pater aut filius. Diuiduntur enim proprietatibus, sed natura sociantur. Videte hoc ipsum scandalum. Philippus quondam Apostolus sustinebat, quando dixit ad ipsum dominum: Domine, ostende nobis patrem. Cui respondens dominus ait: Philippe tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me. Qui videt me, videt & patrem: Quid ipse pater, est ipse filius? Hoc impium est dicere, sed hoc dicit, in eo quod filium vi-

des, intellige patrem. Non enim potest appellari filius, nisi habuerit patrem. Quando dicitur pater, non dicitur nisi habuerit filium. Multa sunt quæ dici possunt, sed sufficiat fidelibus pauca de mysterio trinitatis audisse. Rogo vos, hoc maius inter nos certamen sit quomodo aduersarium superemus, quomodo ieiuemus, quomodo peccata nostra plangamus, quomodo pro tanto scelere fatiffaciamus, quomodo elemofynis insistamus, quomodo cogitatio nostra non nos captiuos in libidinem trahat, quomodo contra omnem iniuriam patientiam habeamus, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eum in humilitate, quæ à Christo didicimus, quicum pateretur non comminabatur. Quando venerit cogitatio, & proposuerit quid est deus, & quæ est ratio trinitatis, nobis sufficiat credere quia est: & non temere ratione querere trinitatis, sed timere & orare dominum semper debemus, & sibi soli scientiam nostram in hac parte exhibeamus, vt diebus ei ac noctibus laudes canamus, cui sit gloria in secula seculorū, Amen.

In eodem festo, de eo quod scriptum est: Splendor est enim lucis æternæ & imago inuisibilis dei etc. Sermo II.



Postoli lectionem mecum pariter audistis dilectissimi. Ait enim de domino Iesu Christo: Splendor est enim lucis æternæ, & imago inuisibilis dei, eo quod & imago solis lux sua sit quæ de eo sole procedit. Quippe cum constat, lumen istud diuinitatis æstimari, cõprehendi & definiti non posse, ideo præmoneo, vt tantum de vnitate substantia spiritaliter credatis, & filium verum de vero patre cognoscatis. De qualitate autem rei querere non debetis, quia deus credi se voluit, nec examinari, quia quantum sit sciri nõ potest. Hoc enim prophetæ, hoc Apostoli prædicauerunt. Denique pro capti, pro viribus, pro fide nostra intueamur, deus quid sit, & videamus an aliquid possit ei comparari. Certe hoc est deus, quod & cum dicitur non potest dici, cum æstimatur non potest æstimari, cum comparatur non potest comparari, cum definitur ipsa definitione crescit: quia cœlum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum claudit, quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa sibi elementorum succedat momentanea vicissitudo seruicium testatur. Videte ergo, si aliquid esse possit, cui pater & filius possit comparari, quia talis est filius qualis & pater. Nõ enim ipse cum patre vnus se diceret, nisi talem se de patre qualis est pater sciret. Ratio quidem quæ apud Græcos logos nuncupatur, inter patrem vel filium personas vel vocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur: quæ tamen ratio multis nominibus appellatur, modo verbum, modo virtus, modo sapientia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo homo, modo agnus, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas & vita, cum sit deus omnia in omnibus, vt per hæc vocabula diuinarum dispositionum mysteria cognoscantur, nõ vt ipsa maiestas filij dei proprie definita demonstraret. Hoc enim filius dei quod pater est non aliud, id est, per quem omnia facta sunt. Nam & hoc verbum nuncupatur, quia semper in patre, & de patre & nihil pater sine eo iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia proprie de deo est, & omnis potestas in ipso consistit. Sapientia appellatur quia non aliunde quam de patre veniens credentibus

1. Pet. 1.

Sapient. 7.

E

Ser. CXC.

Sapient. 7.

Colof. 1.

Heb. 1.

De quid sit

Esaia. 40.

F

Ioan. 10.

Ioan. 1.

1. Cor. 1.

arcana



G etiam ipsi hodie solemniter congregentur, licet istas au- diat lectiones quibus spiritus sanctus promissus & mis- sus est, ad iudicium audiunt, non ad praemium. Quid e- nim eis prodest percipere auribus quod cordibus re- spiciunt, & eius diem celebrare cuius lumen oderunt? Vos autem fratres mei, membra corporis Christi, germina veritatis, filij pacis, hunc diem agite laeti, celebrate secu- ri. Hoc enim in vobis impletur quod illis diebus quan- do venit spiritus sanctus praesignabatur. Sicut enim tunc qui spiritum sanctum percipiebat etiam vnus homo lin- guis omnibus loquebatur: sic & nunc per omnes gentes omnibus linguis ipsa veritas loquitur, in qua constituti spiritum sanctum habetis, qui Christum Ecclesia loque- re omnibus linguis, a nobis schismate non diffiditis.

Item eodem die, Homilia, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium, etc. que habetur in expositione doctoris, Ibidem. Et inter sermones de verbis domini, XLIX.

Feria quarta Pentecostes, de missione spiritus sancti. Sermo I.



Ratres charissimi, hodierna die anniversaria solennitas agitur, qua die dominus noster Iesus Christus spiritum sanctum paracletum mi- sit quem discipulis ante promissit. Dixerat enim, Non potest ille venire nisi ego abiero. Quadagesimo itaque die post resurrectionem suam, cuius solennitatem ante decem dies egimus, ascendit in caelum, nec immemor pollicitationis suae hodie misit spiritum sanctum, quo impleti sunt prius centum viginti, qui simul fuerant con- gregati, eandemque domini promissionem fideliter ex- pectabant. Scriptum est enim, Subito de caelo sonus fa- ctus est, quasi ferretur flatus vehemens, & visae sunt illis linguae diuisae sicut ignis, qui & infedit super vnumque- que illorum, & coeperunt linguis omnibus loqui quo- modo spiritus sanctus dabat eis pronunciare. Flatus ille a carnali palea corda mundabat, ignis ille foenum vete- ris concupiscentiae consumebat. Ita quippe tunc placuit spiritus sancti significari praesentiam, vt qui eum acce- pissent linguis omnibus loquerentur. Prius itaque vi- deamus breuiter quare dixit quando eum promissit: no- potest ipse venire nisi ego abiero. Neque enim separa- bilis est a filio dei spiritus sanctus, aut impotens erat eo praesente venire a quo no potest omnino discedere. Sed quoniam discipulis adhuc infirmis formam serui do- minus demonstrabat, in qua verbum caro factum est & habitauit in nobis: causam vero serui, id est, carnem domini etiam carnales poterant intueri: forma autem dei in qua non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, non potest nisi a spiritalibus cogitari, propterea di- xit, Non potest ille venire nisi ego abiero: tanquam di- ceret, quandiu circa carnem mea occupatur vester car- nalis affectus, tamdiu meam diuinitatem non suscipit spiritalis vester obtutus. Dono enim spiritus sancti pro- miserat eos introducendos in omnem veritatem, sicut scriptum est, Fide mundans corda eorum. Beati autem mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Abscessit itaque corporalis forma domini a corporalibus oculis eorum, vt per spiritum sanctum diuinitas domini infi- nuaretur cordibus eorum. Nunc deinde videamus, qua- re tum hoc erat signum praesentiae spiritus sancti vt qui eum accepissent, linguis omnium loquerentur. Neque enim etiam nunc cum datur spiritus sanctus, qui eum ac- cipiunt, loquuntur linguis omnibus, quo euidenti mi-

raculo se illo tempore demonstrabat. Hic intelligendu- est fratres charissimi, hunc esse spiritum sanctum, quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris, & quo Ec- clesiam dei congregatura fuerat toto orbe terrarum: & quod tunc etiam vnus homo poterat vt spiritum sanctu- accipiens linguis omnium loqueretur, nunc spiritus san- cto congregata ipsa vnitas Ecclesiae linguis omnibus lo- quitur. Proinde si quisquam dixerit alicui nostrum. Ac- cepisti spiritum sanctum, quare non linguis omnibus lo- queris? Respondere debet, Loquor omnibus linguis, quia in eo sum Christi corpore, hoc est, in Ecclesia, qua lo- quitur omnibus linguis. Quid enim tunc aliud signifi- cat deus per spiritum sancti praesentiam, nisi Ecclesia sua linguis omnib' locuturam? Impletu est itaque quod pro- miserat dñs, Nemo mittit vinum nouu in vtres veteres, sed vinu nouu in vtres novos mittit, & vtraq; serua- buntur. Merito ergo cu audirent, linguis oibus loqui, nonul- li dicebat, Hi musto pleni sunt. Ia eni facti fuerat vtres noui sanctitatis gratia renouati, vt vino nouo, hoc est spiritu sancto repleti linguis omnibus loquendo ferue- rent, & Ecclesiam catholicam per omnium gentiu lin- guas futuram euidenti illo miraculo praesignaret: ac per hoc recte creduntur haereticis spiritum sanctu no habere qui diuiduntur a corpore, quod per omnes gen- tes linguis omnibus meruit personare. Hunc itaque die dilectissimi sic celebrate tanqua membra vnitatis cor- poris Christi, Non enim frustra celebratis, si hoc estis quod celebratis, illi ecclesiae coherentes, quam domin' implens spiritu sancto toto mundo crescentem cogno- scit suam & agnoscitur a sua, & tanquam sponsus spon- sam non perdit propriam, quia nemo supponit aliena. Vobis enim in omnibus gentibus constitutis, hoc est Ec- clesiae Christi, membris corporis Christi, sponsae Chri- sti, Apostolus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Videte quia vbi praecipit vt sustineamus inuicem, ibi po- suit dilectionem: vbi spiritum nominauit vnitatis, ibi ostendit vinculum pacis. Hac est domus dei de viuus la- pidibus fabricata, in qua talem patrem familiars dele- ctat habitare, cuius oculos ruina diuisionis non debet offendere.

Item eodem die, Homilia, de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum, etc. que sumpta est de expositione doctoris, Ibidem. Et ex sermonibus de verbis domini, XLVI.

In festo sanctae Trinitatis, quod celebratur dominica in octauis Pentecostes, de sancta Trinitate, Sermo I.



Vdio fratres, quod quidam inter se disputant, quomodo pater & filius & spiritus sanctus & tres sunt, & vnum sunt. Videtis ex quaestione quam periculosa sit disputatio. Lutum & vas figuli de creatore disputat, & ad naturae suae rationem non potest peruenire, & curiose quaerit scire de mysterio trinitatis, quod angeli in caelo scire non possunt. Quid enim di- cunt angeli in caelo, Quis est iste rex gloriae? dominus virtutum ipse est rex gloriae. Similiter in Esaiâ dicitur, Quis est iste qui ascendit de Edom, candida vestimen- ta eius? Vide quid dicunt, pulchritudinem praedicant, & de natura tacent. Ergo & nos simpliciter dicamus. Vis scire naturam dei, hoc scito quod nescias, nec in hoc contristeris quia nescias, quia & angeli nescierunt, & similiter omnes creaturae. Sed dicit aliquis, Quomodo ergo credo quod nescio? Quomodo Christianus sum, qui

A qui nescio quomodo sum Christianus? Dicam simplici- ter antequam aliqua de scripturis proferam: O Christiane qui tibi videris nihil scire, si scias hoc ipsum quod nescias, none magis plus videris a ceteris scire? Gētilis ho- mo videt lapidem, & deum putat: philosophi vident coe- lum, & deum putant. Alij vident solem, & deum putant. Tu vero vide quantam super istos habeas scientiam qui dicis, deus lapis esse non potest. Sol deus esse no potest, quia alterius imperio currit. Vides quod in eo quod di- cis nihil te scire, magis nosti. Gētilis autem in eo quod se dicunt scire, nesciunt, quia falsa sunt quae nouerunt: simulque considera quod voceris fidelis non rationalis. Denique accepto baptismo hoc dicimus, Fidelis factus est, siue factus sum, credo quod nescio, & propterea scio, quia me scio nescire quod nescio. Sed dicit aliquis, Hoc non est exponere, sed expositionem fugere. Et nos scie- bamus scire quod nesciebamus, tu nos dicebas scire quod ignoramus. None meum est pie ignorantiam confite- ri, quam temere mihi scientiam vendicare? In die iudi- cij non damnor, quia dicam nesciui naturam creatoris mei: si autem aliquid temere dixerō, temeritas poenam habet, ignoratia veniam promeretur. Dicamus aliquid de scripturis rationem no sequentes, sed auctoritatem domini saluatoris. Christus enim dicit ascēsurus in cae- lum ad Apostolos loquens, quibus praedicat vt magister & dominus. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere quomodo ipse qui deus est: nobis autem sufficiat scire de trinitate, quod domin' exponere dignat' est. Quod ergo dicit ad Apostolos, Ite & baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: tria nomina au- dio, & vnum dicitur nomen. Non enim dixit, in no- minibus: sed, in nomine. Tria nomina dicit, & quomo- do vnum ponit? In nomine patris & filij & spiritus san- cti vnum est, sed trinitas est nomen quod dicitur, in no- mine patris dei, in nomine filij dei, in nomine spiritus sancti dei, pater & filius & spiritus sanctus vnum nome est diuinitatis. Sed requiritur a me quomodo vno nomi- ne tres appellantur? Nescio & libere me nescire profi- teor, quod Christus voluit indicare hoc solum scio, quia in hoc Christianus sum, quia vnum deum in trinitate confiteor. Si autem dixerō vnam personam esse patris & filij & spiritus sancti, Sabellianus appellor, & incipio non esse Christianus, sed Iudaeus: quia & Iudaeus vnum deum dicit, & quia patrem nescit & filium & spiritum sanctum, propterea mysterium non nouit trinitatis. Er- go si sic dicimus vnum deum vt patrem & filium & spi- ritum sanctum excludamus a mysterio trinitatis, Iudaei effimur. Ergo libere dico non ex me, sed ex sententia saluatoris, scandalum esse quod in animo nascitur au- ditoris, quomodo tres vnum sint, quomodo pater & fi- lius & spiritus sanctus non diuiduntur in diuinitate, sed in personarum qualitate. Quandocunque personas ap- pello, rogo vos ne me putetis personas hominum dice- re, ego personas in patre & filio & spiritu sancto non di- co quasi personas hominum, personam patris dico quia pater est, & filij quia filius est, & spiritus sancti quia spi- ritus sanctus est. Non est pater filius, nec filius pater, nec spiritus sanctus pater aut filius. Diuiduntur enim pro- prietatibus, sed natura sociantur. Videte hoc ipsum sca- dalum. Philippus quondam Apostolus sustinebat, qua- do dixit ad ipsum dominum: Domine, ostende nobis patrem. Cui respondens dominus ait: Philippe tanto te- pore vobiscum sum, & non cognouisti me. Qui videt me, videt & patrem: Quid ipse pater, est ipse filius: Hoc impium est dicere, sed hoc dicit, in eo quod filium vi-

des, intellige patrem. Non enim potest appellari filius, nisi habuerit patrem. Quando dicitur pater, non dicitur nisi habuerit filium. Multa sunt quae dici possunt, sed sufficiat fidelibus pauca de mysterio trinitatis audisse. Rogo vos, hoc maius inter nos certamen sit quomodo aduersarium superemus, quomodo ieiunemus, quomo- do peccata nostra plangamus, quomodo pro tanto sce- lere satisfaciamus, quomodo eleemosynis insistamus, quomodo cogitatio nostra non nos captiuos in libidi- nem trahat, quomodo contra omnem iniuriam patien- tiam habeamus, quomodo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eum in humilitate, qua a Chri- sto didicimus, qui cum pateretur non comminabatur: Quando venerit cogitatio, & proposuerit quid est deus, & quae est ratio trinitatis, nobis sufficiat credere quia est: & non temere ratione quaerere trinitatis, sed timere & orare dominum semper debemus, & sibi soli scientiam nostram in hac parte exhibeamus, vt diebus ei ac no- ctibus laudes canamus, cui sit gloria in secula seculorū, Amen.

In eodem festo, de eo quod scriptum est: Splen- dor est enim lucis aeternae & imago inuisibilis dei etc. Sermo II.



Postoli lectionem mecum pariter audistis di- lectissimi. Ait enim de domino Iesu Christo: Splendor est enim lucis aeternae, & imago in- uisibilis dei, eo quod & imago solis lux sua sit quae de eo sole procedit. Quippe cum constet, lumen istud diui- nitatis aestimari, comprehendi & definiti non posse, ideo praemoneo, vt tantum de vnitate substantiae spiritaliter credatis, & filium verum de vero patre cognoscatis. De qualitate autem rei quaerere non debetis, quia deus cre- di se voluit, nec examinari, quia quantus sit sciri no po- test. Hoc enim propheta, hoc Apostoli praedicauerunt. Denique pro capti, pro viribus, pro fide nostra intuea- mur, deus quid sit, & videamus an aliquid possit ei co- parari. Certe hoc est deus, quod & cum dicitur non po- test dici, cum aestimatur non potest aestimari, cum co- paratur non potest comparari, cum definitur ipsa defi- nitione crescit: quia caelum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum claudit, quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipsa sibi elementorum succede- tium momentanea vicissitudo seruiedum testatur. Vi- dete ergo, si aliquid esse possit, cui pater & filius possit comparari, quia talis est filius qualis & pater. No enim ipse cum patre vnum se diceret, nisi talem se de patre qualis est pater sciret. Ratio quidem quae apud Graecos logos nuncupatur, inter patrem vel filium personas vel vocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur: quae tamen ratio multis nominibus appellatur, modo ver- bum, modo virtus, modo sapientia, modo dextera, mo- do brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia, modo aratrum, modo fons, modo petra, modo la- pis angularis, modo homo, modo agnus, modo vitulus, modo aquila, modo leo, modo via, modo veritas & vi- ta, cum sit deus omnia in omnibus, vt per hac vocabu- la diuinarum dispositionum mysteria cognoscantur, no vt ipsa maiestas filij dei proprie definita demostretur. Hoc enim filius dei quod pater est non aliud, id est, per quem omnia facta sunt. Nam & hoc verbum nuncupa- tur, quia semper in patre, & de patre & nihil pater sine eo iussit aut fecit. Virtus dicitur, quia proprie deo est, & omnis potestas in ipso consistit. Sapientia appellatur quia non aliunde quam de patre veniens credentibus

Ioan. 10.

H

Sermo CLXXXVIII.

Ioan. 16.

Ato. 2.

Ioan. 1.

Philipp. 2.

Ioan. 16.

Ato. 15.

Matth. 5.

Ato. 2.

Roma. 5.

Matth. 5.

Ato. 2.

L

Eph. 4.

M

Ioan. 6.

Sermo CLXXXIX.

Psal. 39.

Esai. 6.

Ioan. 14.

1. Pet. 2.

Sapient. 7.

Scr. CXIX.

Sapient. 7.

Colof. 1.

Heb. 11.

Deo quid sit

Esai. 40.

Ioan. 10.

Ioan. 11.

1. Cor. 1.

arcana

**G** arcana cœlestia reuelauit. Dexterâ nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appellatur, ut nihil eo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur, quia in ipso omnes opes, diuitiâ cœlestium regnorum reconditæ cognoscuntur. Retia dicitur, quia per ipsum & in ipso de mare seculi diuersarum gentium multitudo more piscium per baptismum in Ecclesia congregatur, ubi bonorum malorumq; discrimen agnoscitur. Aratrum nuncupatur, quia signo crucis eius dura pectora subiugantur, ut necessario semini præparentur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo sitientia corda cœlestis aquæ gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam præstat. Lapis angularis dicitur, quia utrosque parietes noui & veteris testamenti, ipse vnus & mediator in semetipso continens copulauit. Agnus appellatur, ut innocetia & passio Christi demonstraretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem immolari sustinuit.

**H** Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem ad patris sui reuolauit sedem. Leo est dictus, quia ipse est rex regum, qui mortem ac diabolus virtutis suæ potestate comminuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas est, quia mendacium nescit. Vita est, quia dat vitam. Ipse vniuersa significat. Est ergo pater, deus immensus, æternus, incomprehensibilis, inestimabilis. Est & filius deus & dominus noster tantus quantum est pater, sed non aliunde quam de patre: quia ego, inquit, de patre exiui: hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquam hæreticus capiat, cum duo nomina vel duas personas, id est, patris & filij statuo, quasi duos ex diuersitate confingam, nos patrem & filium ita nominamus, ut vnum deum in his personis & in omnibus assignemus. Porro pater & filius estis duæ personæ creduntur, ratione tamen & substantia vnum sunt, quia inæqualium societas melioris offensa est, & iniuria est eius qui verus est deus, si non verus alius comparetur. Deum enim qui iniuste comparat, violat. Cum autem ego patrem & filium statuo, vnitatem generis assigno, & si illam in personis diuido, discretionem tamen personarum rursum eadem nomina in vnitatis sui naturalis foederis lege consigno.

In eodem festo, de sancta Trinitate contra  
Arianos. Sermo IIII.

Ser. CXCI.



**M** vltâ quidem & frequenter auli sunt. Arianis hæretici aduersus seruos dei, qui fidem rectâ & catholicam custodiunt per adulterinam doctrinam asserere, & orthodoxos persequi tentarunt. In tantum autem nunc exurrexerunt contra fidem, ita ut multos ex nobis polluerint, & aures nostras commouerint, ut animas laniarent. Scelerate autem hæresis suæ perfidiam tegunt, sed non diutius hic vel facere permisum est. Est enim gubernator ecclesiarum suarum dominus, qui pro omnibus nobis mortem sustinuit. Et ideo indeficiens nobis est oratio dilectissimi fratres. Primo, ut sancta domini & catholica Ecclesia dissensionibus omnibus & hæresibus carens, vnitatem spiritus in vinculo charitatis vbique conseruet, quam per fidem rectâ & vitam immaculatam tenere, amplecti, seruare, custodire omnibus inuocantibus dominum est quidem iustum, præcipue episcopis qui ecclesiis præsunt. Secundo, ut ecclesiæ regula sanctaq; patrum traditio atque iudicia in perpetuum firma solidaq; permaneant. Est autem

Ephes.

patrum nostrorum fides hæc: Credimus in deum patrem omnipotentem, cunctorum visibilium & inuisibilium conditorem. Credimus & in dominum Iesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum deum vnigenitum, verum dei filium, non factum aut adoptiuum, sed genitum, vnus cum patre substantiæ, quod Græci dicunt homouision, atque ita per omnia æqualem deo patri, ut nec tempore, nec gradu, nec potestate esse possit inferior. Tantumq; esse confitemur illum qui est genitus, quantum est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum à patre filium, diuinæ & ineffabili generationi aliquid tempus ascribimus, sed nec patrem dicimus aliquando coepisse, nec filium. Non enim possumus aliter confiteri æternum patrem, nisi confiteamur etiam & filium cœternum. Ex filio pater dicitur, & qui semper pater fuit, semper filium habuit. Credimus & in spiritum sanctum, deum verum ex patre procedentem, æqualem per omnia patri & filio, natura, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusq; dici possit. Ideo tota deitas sua perfectione æqualis est, ut exceptis vocabulis quæ proprietatem personarum indicant, quicquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque ut confutantes Arianos, vnam eandemq; dicimus trinitatis substantiam esse, & vnum in tribus personis fatemur deum, ita impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sui proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, ipsum filium, ipsum spiritum sanctum esse dicentes, sed aliam patris, aliam filij, aliam spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas confitemur. Nec pater filij aut spiritus sancti, personam aliquando excludit, nec rursum filius aut spiritus sanctus patris nomen, personamq; recipit, sed pater semper pater, filius semper filius, spiritus sanctus semper sanctus: itaque substantia vnum sunt, persona ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem dei filium, qui absque initio cum patre & spiritu sancto est, dicimus in fine seculorum perfectum naturæ nostræ hominem suscepisse ex Maria semper virgine, & verbum carnem esse factum, sed assumendo hominem non permittendo deitatem. Nec, ut quidam sceleratissimi opinantur, spiritum sanctum dicimus pro semine fuisse, sed potentia & virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo vnâ filij esse personam, ut discamus duas atque integras esse substantias, deitatis scilicet, & humanitatis, quæ ex anima constat & corpore: atque ut condemnamus Photinum, qui solum & nudum hominem confitetur in Christo, ita anathematizamus Apollinarem & eius similes, qui dicunt dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quoniam absque sola peccati macula quæ naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoq; execramur similiter blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, à tempore acceptæ carnis omnia quæ erant diuinitatis in hominem demigrasse, & rursum quæ humanitatis erant in deum esse transfusa: ut quod nulla vnquam hæresis ausa est dicere, vincatur hac confusione vtraque exinanita esse substantia, & deitatis scilicet & humanitatis, & amisso proprio statu in aliud esse mutata: ut qui tam deum profectum in filio quam hominem cõfitemur, nec deum vere nec hominem temere credamus. Nos autem ita dicimus susceptum à dei filio hominem, ut deus tamen impassibilis

Fides patris  
nostrorum.  
K

L

M

**A** sibilis permaneret. Passus est etenim dei filius non putatiue, sed verè omnia quæ scriptura testatur, id est, eluriam, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cætera huiusmodi: sed secundum illud passus est quod pati poterat, non secundum illam substantiam quæ assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est. Ipse enim dei filius secundum deitatem suam impassibilis est ut pater, incorruptibilis ut pater. Et quauis proprie persona filij, id est, dei verbum suscepit passibilem hominem, tamen eius inhabitatione secundum suam substantiam deitas verbi nihil passa est, ut tota trinitas quam impassibilem esse necesse est. Mortuus ergo est dei filius eadē natura carnis in qua natus est & passus, in qua & resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata in æternum cum deitate mansura. Venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum: ut & iustos remuneret & puniat peccatores. Resurrectionem carnis ita credimus, ut dicamus nos in eadem in qua nunc sumus veritate membrorum esse reparandos, qualesq; semel post resurrectionem fuerim⁹ effecti, in perpetuum mansuros. Vnam esse sanctorum vitam omnium, sed præmia pro labore diuersa, & e contrario pro modo delictorum peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma vnum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis infantibus quibusve etiam maioribus dicimus esse celebrandum. Hominem si post baptismum lapsus fuerit, primo per reconciliationem, deinde per penitentiam credimus posse saluari. Nouum & vetus Testamentum recipimus in illo librorum numero, quem sanctæ Ecclesiæ catholicæ tradidit authoritas. Animas à deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animam, quasi partem dei, diuinæ dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas antè peccasse, vel in cælo conuersatas esse dicunt, quàm in corpora mitterentur. Execramur etiâ blasphemiam eorum, qui dicunt impossibile aliquid homini à deo esse præceptum, & mandata dei non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari, vel qui primas nuptias cum Manichæo, vel secundas cum Cataphrygis damnant. Anathematizamus etiam illos, qui dei filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & tunc propter assumptum hominem non omnia facere potuisse quæ voluit. Iouiniani quoque damnamus errorem, qui dicit nullam in futuro meritorum distantiam. Nos quoque habituros esse virtutes, quas hic habere negleximus. Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos dei semper indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrij libertatē. Nos vero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc est fides dilectissimi fratres quam in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenuimus & tenemus, quam credimus & à nobis deinceps posse teneri.

In eodem festo, de symbolo ac deitate & omnipotentia patris. Sermo IIII.

Ser. CXCVII.



**S** tendimus fratres dilectissimi, ut vestra certe dilectio recordatur, deum in quo vos credere promissistis, & creditis verum esse deum, ita etiâ verum patrem, hunc vero eundem etiam omnipotentem. Hic enim ordo symboli monstratur esse. Nam licet hoc ipso quod verus esse probatur, sine dubio omnipotens intelligatur: tamen magis hoc fidei proficit,

sicut scripturis sanctis omnipotentia eius asseritur. Magna enim credentibus oritur confidentia, cum agnoscunt illum omnia posse quem credunt. Omnipotentem ergo dominum ac deum nostrum ipsa eius in primis opera testantur, qui fecit hunc mundum totum de nihilo, & totam quæ magna est pulchritudinem, tamq; speciosas rerum formas, ex nulla materia extante composuit. De ipso enim dicit scriptura diuina: In principio fecit deus cœlum & terram. Et rursum: Quoniam ipse est mare, & ipse fecit illud. Quis ergo neget omnipotentem esse, quem tam clara cognoscit operatum? Sed multo magis eum esse omnipotentem fatebitur, cum hæc ipsa quàm facile operatus sit, agnouerit. Propheta loquitur in Psalmo: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Absque vilo labore, absq; difficultate aliqua verborum res condidit: quicquid ratio humana miratur non labore deus, sed iussione reformauit. Imperio eius extiterunt omnia, quæ antè non fuerat: cum ex nihilo tanta procedunt, omnipotentem loquantur authorē. Neq; vero à deo ista sola creata sunt quæ videmus, sed maiores potentia diuinæ diuitias, inuisibilia eius opera testantur. Si quidem ab ipso creata sunt omnes angelicæ potestates, quæ quauis non videantur à nobis, tamen ut ex scripturis diuinis agnoscimus, deo militat: & ipsi seruiunt, throni, dominationes, ac virtutes omnes, & spiritalis substantiæ potestates. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrent. Vnde vrentem tanti regis exercitum Propheta describens: Millia, inquit, millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebat ei. Certe si breuiter agnoueritis ex creatione ista visibilibus & inuisibiliū omnipotentia dei, nunc & eandem eius virtutē ex administratione cognoscite. Cum enim toto sub Noë peccante mundo diluuium induxit, cum Sodomam & Gomorram pluuia ignis exurit, cum populo suo de Aegyptiorū seruitute liberato siccā in mari præbet viam, quid aliud quàm se omnipotentē testatur, & seipsum qui mare fecit, qui illud etiam siccauit ex ea parte qua voluit? Cum vero ipsum populum per quadraginta annos in solitudine cibauit, id est, manna, ineffabilem virtutē suæ diuinitatis asseruit, ut ostenderet quia non in solo pane viuunt homines, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et ut innumeras virtutes dei pauca cõmemorando præteream, ostendit etiam nunc omnipotentiam suam deus, cum filium suum quem secundum hominem mori voluit pro salute nostra, solutus inferni legibus à mortuis suscitauit, ut in Christo ostenderet se esse à quo mortales homines sunt creati: qui etiam immortalem fecit ex mortuo. Ad ipsius omnipotentia virtutem pertinet, ut istum mundum quem aliquando fecit ex nihilo, in fine seculorum dissoluat. Vnde Propheta, Cœlum, inquit, plicabitur reuolutum ut liber, & omnia sydera cadent ut folia de vite, & sicut folia cadent de ficu. Et saluator in Euangelio, Quia cœli & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Eadem omnipotentia omnes homines qui sunt mortui, quiq; morientur in finem, ad diem iudicij suscitabit, ut Propheta dicit, Reddet vniciq; iuxta opera sua. Et alios quidem in cœlorum regno consortio copulabit angelorum, alios vero in gehennâ supplicio diabolo iunget. In hunc credentes deum dilectissimi fratres, omnipotentem, iustum, seuerum, & his tamen benignum qui hic seueritatem eius timendo peccata vitauerunt: In hunc, inquam, credentes deum, cum omni timore & tremore, ut ait Apostolus, Vestram salutē operamini, & ab omni peccato, & ab omnibus criminibus & vitis recedentes: ad sola opera iustitiæ festinate:

Gen. 1.  
Psal. 94.Psal. 32. &  
148.

E

Psal. 103.

Dan. 7.

Gen. 7.

Gen. 19.

Exo. 14.

Exo. 16.

Deute. 8.

F

Acto. 2.

Esaie. 34.

Math. 24.

Psal. 61.

Philip. 2.

**G** stinate ambulantes, sicut Saluator ait, In luce dum habetis lucem, ne tenebra vos comprehendant. Caueat a malorum consortiis atque colloquiis, & ad sola verba dei audienda fidelium praepraetur auditus, & ad res sanctas solas loquenda lectorum lingua moueatur, ut auditum bonum & sermonem bonum bona opera subsequantur. Quod dominus noster Iesus Christus in nobis secundum bonae voluntatis studium perficere dignetur: Cui est honor & gloria cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

*In eodem festo, de domino Iesu Christo quod ab initio sit cum patre secundum deitatem, qui secundum hominem nobis a certo initio natus est ex uirgine:*

Sermo V.

Sermo CXCIIL.

**V**icique fratres dilectissimi de deo patre in quem creditis locuti sumus, ut quod ipse sit verus deus, quod verus pater, quod omnipotens diuinarum scripturarum autoritate monstratur: nunc vero iuxta ordinem symboli transimus ad filium. Postquam diximus in symbolo, Credo in deum patrem omnipotentem. Sequitur, Et in Iesum Christum filium eius, qui natus est ex Maria uirgine, conceptus de spiritu sancto. Hic iam sollicitus auditor attendat, ut sciat uenam filij dei, eandemque personam iuxta suscepti hominis ueritatem. Hic enim cum dicimus credere nos in Christum filium dei, qui natus est ex Maria uirgine, non eo modo dicimus, ut in hominem tantum uerum nos fidem habere fateamur, sed in deum uerum qui suscepit hominem uerum. Vnus enim & idem est dominus noster Iesus Christus, qui & uerbum dei est, & sine initio genitus est ex patre, & homo uerus in fine seculorum natus ex uirgine. Gemina enim in hoc loco haereticis contrariis nos nititur impugnare sententia. Inde Apollinarius, hinc Arrius qui sic in Christo hominem perfectum suscipit, ut deum illum neget esse perfectum, dum ipsum dei uerbum principio ipsi conatur includere, & eum non creatorem sed creaturam fatetur. Apollinarius uero ita dei filium e contrario perfectum credit esse deum, ut ei uerum hominem timeat copulare, dum metuit ne suscipientis dignitatem suscepti hominis obfuscat infirmitas. Nos autem catholici contra utrunque diuinarum scripturarum autoritate muniti, aduersus Arrium ueram & perfectam uerbi diuinitatem, aduersus Apollinarem perfectam hominis in Christo defendimus ueritatem. Itaque sicut contra Arrium superiore tractatu perfectionem deitatis in Christo asseruimus, ita nunc contra Apollinarem perfectum hominem comprobauimus. Unde lucidissima pro nobis est Apostoli autoritas dicentis, Misit deus filium suum factum ex muliere. In primis dicendo, factum, distinguit humanam a uerbi diuinitate substantiam. Factum enim uel creatum dei uerbum dici omnino non potest, per quod omnia facta sunt, sicut beatus Ioannes ait, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Misit, inquit, deus filium suum factum ex muliere. Cum ergo dicit factum, ostendit se hic non de diuinitate tractare. Cum autem addidit, ex muliere, substantiam ueri hominis expressit: ut haec sit natura facti hominis, quae fuit ipsius unde factus est: id est, ut ea credatur esse natura Christi, qui est factus ex uirgine, quae fuit natura uirginis, ex qua Christus formatus & natus est. Inde est quod alibi idem Apostolus de dei filio dicit, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Nam etsi non intercessit semen hominis in conceptione uirginis, tamen quia ex carne Christus for-

matus est quae constat ex semine, dicitur factus ex semine. Quemadmodum ergo secundum diuinitatem una est patris & filij natura, ita etiam iuxta humanitatem eadem est matris & filij, id est, Mariae Christi; natura: ex utraque substantia & diuinitatis & humanitatis unum atque idem est dei filius dominus noster Iesus Christus, ut deus uerus, ita etiam homo uerus: attestante Apostolo atque dicente, Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Et alibi, Vnus est enim deus, unus est mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Vnum ergo atque eundem dominum nostrum Iesum Christum, cum ex aliis, tum ex his apostolicis sententiis & deum uerum comprobauimus & hominem. Qui cum essentiam equalem impassibilem & immortalem cum patre possideat, propter nostram tamen salutem, passibilem atque mortalem suscepit hominem: non ut permutaretur in humanitatem diuinitas, sed ut diuinitati sociaretur humanitas. Secundum ergo huius hominis ueritatem, dei filius ad redemptionem nostram natus est ex uirgine, conceptus de spiritu sancto. Sic enim ad Mariam in Euangelio angelus loquitur: Spiritus sanctus superueniet in te & uirtus altissimi obumbrabit tibi: & propterea quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei, Quam mirabilem natiuitatem olim Esaias propheta praedixit. Ipse, inquit, dominus dabit uobis signum, Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Quod interpretatur ab euangelista, Nobiscum deus. Nam hoc quoque ex effectu rerum dominus noster Iesus Christus nomen accepit: qui assumpto naturae nostrae homine nobiscum esse dignatus est: qui pro nobis fecit omnia, passus est omnia, esuriem, sitim, lassitudinem, fletum, dolorem, ad extremum etiam mortem: qui a Pontio Pilato praeside flagellatus atque crucifixus, mortuus est & sepultus. Condemnatus est enim iustus pro iniustus, & poenam quae peccatoribus debebatur sine peccato ipse suscepit, ut illorum pro quibus punitus est & poenam auferret & peccata deleret. Mortuus est morte breui ac temporali, ne nos mortem subiremus aeternam. Sed usque ad hanc rerum seriem in Christo naturae humanae infirmitas intelligatur: nam qui fuit passibilis usque ad mortem, incorruptionis gloriam & ipsius mortis imperium accepit. Siquidem hoc iam in carne Christi praecium, quod iuxta Dauid prophetiam, caro exanimis & usque ad tertium diem sepulta, tamen incorrupta permansit. Sic enim ex persona Christi legimus in Psalmo dicentis ad patrem, Quoniam non derelinques in inferno animam meam, nec dabis sanctum tuum uideri corruptionem. Unde & beatus Petrus, Iesum, inquit, Nazarenum uirum approbatum a deo in uobis, in uirtutibus, prodigiis & signis quae per illum fecit deus in medio uestri sicut uos scitis, hunc definito consilio & praescientia dei traditum in manus iniquorum affigentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo. Mortuus est Iesus Christus pro nobis, & die tertio resurrexit. Nam si mors quoque eius pro nobis facta est, quae magis eius uita pro nobis est? Qui post resurrectionem accepta a patre omni potestate, discipulos consolatur & dicit, Ecce data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et alibi, Euntes, inquit, in mundum uniuersum, praedicate Euangelium omni creaturae, Qui crederit & baptizatus fuerit saluus erit, qui uero non crederit condemnabitur. Post haec per quadraginta dies inter discipulos esse dignatus est, & immortalis mortalium

Luc. 2.

Gala. 4.

Ioan. 1.

Gala. 4.

Roma. 1.

Acto. 1.

Marci. 16.

Acto. 1.

Sermo CXCIIL.

Math. 28.

Acto. 5.

1. Cor. 12.

**A** talium tamen non est aspernatus habere consortium, utique ut docens Apostolos, fide & ueritate completeret, quae ad nos illorum quoque testimonio pertineret. Confirmatis uero discipulis eleuatus est in caelum, & tunc de peccatis quam etiam de morte ad patrem uictor ascendit, quod manifeste in Euangelio legimus; Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in caelum, & sedet a dexteris dei. Quo sermone non humana in deo membra significantur, sed honor quod Christum pater suscepit, exprimitur. Unde illum descendurum esse credimus ad uiuorum mortuorumque iudicium, non in infirmitate quam habuit, sed in sublimitate quam possidet. Qui enim in infirmitate uenit ut redimeret, in potestate uenturus est ut iudicet. Sic enim legimus in actibus Apostolorum, Cumque intraretur in caelum euntem illum, ecce duo uiri asciterunt iuxta illos in uestibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum, hic Iesus qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Ad hunc ergo aduentum domini nostri Iesu Christi parati sumus fratres dilectissimi, & imeamus ne ille nos non tales inueniat quales uoluit inuenire, qui omnia pro nobis est passus, ut nos inueniret tales, quibus non supplicia inferret, sed praemia redderet sempiterna, Ad quae nos dominus ac deo gratia sua adiutus dignetur adducere, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

*In eodem festo, De symbolo et spiritu sancto, quod eiusdem sit substantia atque deitatis cuius est pater et filius, Sermo VI.*



**R**edine symboli fratres dilectissimi, in quo totius fidei nostrae sacramenta consistunt, nos adiuuante deo statuimus absolueret. Et quod bene uos ineminisse arbitror, quid de patre deo sentire, quid etiam de filio aequae deo sentire debeatis, quantum instructioni uestrae, ut puta opus est, sufficere ostendimus: nunc restat ut etiam de sancto spiritu deitate dicamus. Hic enim est ordo symboli, ut post patris, & filij personam spiritus sancti confessio subsequatur. Tunc enim prodest in patrem & filium credidisse, cum etiam spiritum sanctum eadem fidei ueneratione credideris. Hanc siquidem sanctae fidei normam ipse dominus noster Iesus Christus instruxit, & nemo nisi impius de ea fidei catholicae regula dubitat quam ille dictauit, cui fides ipsa debetur. Ipse ergo dominus noster Iesus Christus, cum iam glorificatus resurrexisset a mortuis, in caelum ascendens ad patrem, haec sacramenta fidei discipulis, id est, Apostolis dereliquit. Ait enim, Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruari quaecumque mandauimus uobis. Rerum ipsarum docet effectus, ut in una deitate personarum potestiam credamus, & quemadmodum pater in cuius nomine baptizamur deus est, ita etiam spiritus sanctus, in cuius nomine baptizamur deus est. De quo certe beatus Petrus Apostolus absolutissime pronunciauit dicens ad Ananiam, Cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Et paulo post, Non es mentitus homini, sed deo. Apertissime quem spiritum sanctum dixerat, hunc postea deum nominauit. Et beatus Paulus Apostolus, Nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones gratiarum sunt, idem uero deo qui operatur omnia in omnibus. Hic quoque quam euidenter uas electionis, quem spiritum sanctum nouerat, eundem esse deum dixit ac dominum operantem ex propria po-

testate quod uult. Hic est spiritus sanctus, in quem peccare adeo sacrilegum est, ut nec hic, nec in futuro iudicio remittatur. Sic enim ipse dominus noster Iesus Christus in Euangelio loquitur. Quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur illi: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in futuro. Hic est spiritus sanctus quem dominus ascendens ad patrem discipulis suis reppromittit dicens, Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam a patre spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ipse testimonium perhibebit de me; de quo superius ait, Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ipse uos docebit omnia. Ipse ergo spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, qui ex patre procedit, ostenditur unius cum patre & filio esse substantia. Et diligenter attendite quod ad discipulos suos rursus idem dominus ait, Expedi uobis ut ego uadam. Nam si non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Hoc quod dicitur, mittam, non minorem quod absit, in dicit spiritum sanctum, sed simpliciter absque adulatione unitatem atque concordiam indicat uoluntatis. Attendite autem quod dixit, Expedi uobis ut ego uadam. Nam si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Quomodo expedit discipulis ut ab illis Christus ascendat ad patrem, si minor est ille qui pro Christo ad discipulos est mittendus? Sed expedit discipulis ut ab eis Christus ascendat, quia aequalis est patri & filio spiritus sanctus, qui ad discipulos uenturus esse promittitur. Quod autem paracletus dicitur spiritus sanctus, proprietatis operationis eius exprimitur. Paracletus enim Graece, Latine dicitur consolator. Et bene ipse pro Christo ad discipulos mittitur, ut eos consoletur inter omnes tribulationes quas ipsi erant confessione passuri. His ergo fratres dilectissimi, diuinarum scripturarum testimoniis instructi, spiritum sanctum deum esse aequale patri & filio tota fidei perfectione fateamur. Quia enim deum patrem, deum filium, deum spiritum sanctum in scripturis diuinis legimus quemadmodum non possumus de patris & filij, ita nec de sancto spiritu deitate dubitare. Absit autem longe a Christianis mentibus polluta gentilis erroris impietas, ut trium in una confessione personarum tres deos uideamur fateri. Absit hoc, inquam, & procul a piorum mentibus excludatur. Et nos enim iuxta scripturae sanctae auctoritatem nominum tantummodo ac personarum distinctionem in trinitate facimus, deitatem uero unam indiuisibilem confitemur, ipsa est in patre, ipsa in filio, ipsa in spiritu sancto, una & perfecta diuinitas. Non ergo tres deos dicimus, quia unam deitatem fateamur. Non enim obliuimus diuinam scripturam dicentem, Audi Israel, dominus deus tuus unus est. Et rursus, Dominus deus unus hic est in caelo sursum & in terra deorsum, & non est alius nisi ipse. Non, inquam, obliuimus unum deum esse, quem utique scriptura dicente cognouimus. Sed inter duos errores & maxime haereticos ad fidei ueritatem dirigimus, ut nec cum gentilibus numerum in deitate faciamus, nec cum Iudaeis mysterium in trinitate negemus, sed existere patrem, existere filium, existere spiritum sanctum in personarum proprietate, credentes unitatem deitatis in trinitate ueneremur, id est, ut tres personas patris scilicet & filij & spiritus sancti unum esse dicamus deum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

*In eodem festo, De fide catholica, Sermo VII.*

Rogo



Ser. CXCIV

**R**ogo & admono vos fratres charissimi, vt quicumque vult saluus esse, fidem rectam ac catholicam discat. Ita ergo oportet vnicuique obseruare vt credat patrem & filium & spiritum sanctum. Pater deus, filius deus, spiritus sanctus deus, sed tamen non tres dii, sed vnus. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Attamen credat vnusquisque fidelis quod filius aequalis est patri secundum diuinitatem, & minor est patre secundum humanitatem carnis, quam de nostro assumpsit, spiritus vero sanctus ab vtroque procedens. Credite ergo charissimi in deum patrem omnipotentem, credite & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum, credite eum conceptum esse de spiritu sancto, & natum ex Maria virgine, qua virgo ante partum semper fuit, & absque contagione vel macula peccati perdurauit. Credite eum pro nostris peccatis passum sub Pontio Pilato, credite crucifixum, credite mortuum & sepultum, credite eum ad infernum descendisse, diabolum obligasse, & animas sanctorum qua sub custodia detinebantur, liberasse, easque ad celestem patriam perduxisse. Credite eum in caelis cum carne quam de nostro assumpsit, ascendisse. Credite quod in dextera sedet patris, credite quod venturus sit iudicare viuos & mortuos. Credite in spiritum sanctum, credite sanctam Ecclesiam catholicam, credite sanctorum communionem, credite remissionem peccatorum, credite vitam aeternam. Igitur si quis vult discipulus Christi esse, mandata sua custodiat, humilitatem discat, vt ipse ait, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Deum corde roget. Quam multi sunt qui foris videtur se humiliare, intus autem pleni sunt tumore superbiae. Christus pro nobis humiliatus est, formam serui accepit, factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Pro nobis fratres, vt peccata nostra deleteret, carnem humanam assumpsit, natus est ex virgine, positus in praesepe, pannis inuolutus, a Iudaeis reprobatus, ab ipsis persecutus, comprehensus, flagellatus, sputis sordidatus, spinis coronatus, clauis crucifixus, lancea perforatus, cruci appensus, aceto cum felle potatus, & inter iniquos reputatus. Et haec omnia fratres charissimi sustinuit, vt nos de faucibus inferni liberaret. Ergo fratres charissimi, dum tanta & talia dominus pro nobis sustinuit, si ad eum volumus peruenire, vestigia eius debemus sequi, exempla sanctorum imitari. Dominus in Evangelio dicit, Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Et alibi dicit, Vade vende omnia qua habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Sancti martyres, fratres charissimi, secuti sunt vestigia illius, & calicem quem ipse bibit biberunt. Petrus apostolus pro nomine Christi crucifixus est, Paulus decollatus, Stephanus lapidatus, & reliqui quam plures pro nomine ipsius sic passi sunt. Ergo fratres crucifigite & mortificate membra vestra qua sunt super terram, vt possitis placere illi qui vos creauit. Qui fuit superbus, sit humilis. Qui fuit incredulus, sit fidelis. Qui fuit luxuriosus, sit castus. Qui fuit latro, sit idoneus. Qui fuit ebriosus, sit sobrius. Qui fuit auarus, sit largus. Qui fuit bilinguis, sit beniloquus. Qui fuit detractor aut inuidiosus, sit purus & benignus. Qui aliquando ad Ecclesiam tarde veniebat, frequentius ad eam currat. Eleemosynarum copia vnusquisque se redimat, quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. Decimas annis singulis de omni fructu quod colligitis Ecclesis & pauperibus erogate. Ieiunium amate, voracitatem & crapulam vini deuitate. Esurientes pa-

scite, sitientes potate, nudos vestite, & qui positi sunt in carcere requirite, infirmos visitate. Hospites in domos vestras colligite, & pedes eorum lauate, linteo extergite, ore exosculamini, & lecta ipsorum praeparate. Non homicidium vllus faciat, non furtum, non adulteria, non periurium, non falsum testimonium dicat, honoret patrem & matrem vt sit longeuus super terram. Diligat deum plusquam se, amet proximum sicut semetipsum. Quicumque de his supradictis commiserit, cito emendet, confessionem donet, veram poenitentiam agat, & remittuntur ei peccata sua. Si haec qua suggessi fratres implere volueritis, remissionem peccatorum promerebimini, & vitam aeternam.

Item in eodem festo alius sermo, de indiuidua trinitate & inseparabili unitate, incipiens: Sancta & diuina eloquia & cetera: qui sumptus est ex sermonibus de Verbis apostoli I.

Item in eodem festo alius sermo, incipiens: Extorsisti mi dilecte fili & cetera: qui sumptus est ex libro contra Felicianum. L

Item in eodem festo: homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Erat homo ex pharisaeis Nicodemus nomine & cetera: qua sumpta est de expositione doctoris, Ibidem. Et ex sermonibus de Verbis apostoli, xliii.

Item in eodem festo: alia homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Ioannem, Cum uenerit paracletus quem ego mitam uobis & cetera: qua sumpta est de expositione doctoris, Ibidem.

Dominica prima post festum sanctae trinitatis, de auaritia uitanda.

Sermo I.

**V**i deum timetis, non dubito quin verbum eius cum timore audiat, & cum hilaritate faciat, vt quod promissit modo speretis, post accipiatis. Dominum modo audiuimus praecipientem nobis Christum Iesum filium dei. Praecipit nobis veritas qua non fallitur. Audiamus, timeamus, caueamus. Quid ergo praecipit? Dico, inquit, vobis, ab omni auaritia. Quid est ab omni? Quare addidit, ab omni? Potest enim & sic dicere, Cauete ab auaritia. Pertinuit ad eum vt adderet ab omni & diceret, Cauete ab omni auaritia. Quare hoc dixerit velut occasio ipsa, vnde natus est sermo, apparet in sancto euangelio. Interpellauit enim eum quidam contra fratrem suum qui totum patrimonium abstulerat, & fratri suo partem suam non reddebat. Quam bonam ergo causam habuerit interpellator iste aduertitis. Non enim rapere quaerebat aliena, sed sua a parentibus sibi derelicta quaerebat, & ipsa domino interpellato & iudicante poscebat. Habebat inimicum fratrem, sed iustum iudicem inuenerat contra inimicum fratrem. Deberet ergo perdere in tam bona causa istam occasionem? Aut quis diceret fratri eius, redde partem suam fratri tuo, si Christus non diceret? Ille iudex hoc dicturus erat, quem forte frater ditor & raptor praemio corrumpebat? Miser ergo & patris opibus destitutus, tali ac tanto iudice inuenit accedens, interpellat, rogat, causam suam breuissime exponit. Vt quid enim opus erat causam protelare, quando ei loquebatur qui cor poterat videre? Domine, inquit, dic fratri meo vt diuidat mecum haereditatem. Non ei dixit dominus, veniat frater tuus, sed nec misit vt adesset, aut cum adfuisset interpellator dixit, proba

Sermo CXCVI

Luc. 12. M

Luc. 12.

**A** proba quod dicebas. Petebat dimidiam haereditatem. Petebat in terra dimidiam, in caelo dominus offerebat rotam. Plus dominus dabat quam ille postulabat. Dic fratri meo, vt diuidat mecum haereditatem. Causa iusta, causa breuis. Sed audiamus & iudicantem & docentem. Homo ait, homo. Qui enim pro magno habes istam haereditatem, quid es nisi homo? Volebat illum facere aliquid plusquam est homo. Quid plus illum volebat facere, cui volebat auaritiam tollere? Quid eum plus volebat facere? Dico vobis, Ego dixi dii estis & filij excelsi omnes. Ecce quid eum volebat facere. Inter deos numerare, qui auaritiam non habent. Homo quis me constituit diuiforem inter vos? Et Paulus apostolus seruus ipius quando dicebat: Obsecro vos fratres vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, nolebat esse diuifor. Denique doluit eos qui ad ipsius nomen currebant, & Christum diuidebant. Vnusquisque vestrum dicit: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha, ego Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Videte ergo quam mali sunt homines qui volunt esse diuifor. Qui noluit esse diuifor, quis me, inquit, constituit diuiforem inter vos? Petis beneficium, audi consilium. Ego dico vobis, Cauete ab omni cupiditate. Forte, inquit, tu auarum & cupidum dices, si quaereret aliena. Ego autem dico, Cupide & auare non appetas nec tua: hoc est, ab omni. Cauete, inquit, ab omni auaritia. Magni pondus. Si forte hoc pondus infirmis imponitur, rogetur vt qui imponit vires dare dignetur. Non enim leuiter habendum est fratres mei, quando dominus nofter, redemptor hoster, saluator nofter, qui mortuus est pro nobis, qui sanguinem suum precium dedit vt redimeret nos, aduocatus & iudex nofter, no est leue quando dicit, Cauete. Nouit ille quantum mali sit, nos non nouimus. Illi credamus, Cauete, inquit. Quid vnde? Ab omni auaritia, Meum seruo, non alienum tollo. Cauete ab omni auaritia. Non solum auarus est qui rapit aliena, sed ille auarus est qui cupidè seruat sua. Sed si sic culpatur qui cupidè conseruat sua, quomodo iudicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quaeris aliena? Da mihi hominem qui cum timore audiuit, Cauete ab omni cupiditate: & non mihi dicat, Ego homo pauper sum, plebeius, mediocris, gregalis: quando me spero ante iudicem futurum, non timeo istam tentationem, cuius periculum ante oculos posuisti. Ecce dico & pauperi, quod timere debeat. Vocat te diues & potens, vt pro illo dicas falsum testimonium. Quid facturus es? Modo dic mihi, Habes bonum peculium, laborasti, acquisisti, seruasti. Exigit ille, Dic pro me falsum testimonium, & tantum & tantum dono tibi. Tu qui non quaeris aliena, dic abis a me, non quaero quod mihi noluit deus dare, non accipio, recede a me. Non, inquit, vis accipere quod do, quod habes tollo. Ecce modo te proba, modo te interroga. Quid me attendis? Intus attende, intus vide, intus examina; & constitue te ante te, & in eculeo praeccepti dei extende te, & timore torque te, & noli te palpare. Responde tibi, Ecce si hoc quisquam mi netur quid facies? Credo tibi, quia quod cum tanto labore acquisisti minimè perdere vis. Minatur tibi, Nisi pro me falsum testimonium dixeris, tollo illud: Sed si pro me falsum testimoniū dixeris, do illud. Cauete ab omni auaritia. O serue meus dicit tibi deus, quem redemi & liberum feci, quem de seruo fratre adoptaui, que in corpore membrum posui: audi me, Tollat quod acquisisti, me tibi no tollit. Ne pereas, seruas tua: Non tibi Tomus decimus.

Phil. 1.

Luc. 12.

1. Cor. 15.

Vbi supra.

**B** cauete ab omni cupiditate. Forte, inquit, tu auarum & cupidum dices, si quaereret aliena. Ego autem dico, Cupide & auare non appetas nec tua: hoc est, ab omni. Cauete, inquit, ab omni auaritia. Magni pondus. Si forte hoc pondus infirmis imponitur, rogetur vt qui imponit vires dare dignetur. Non enim leuiter habendum est fratres mei, quando dominus nofter, redemptor hoster, saluator nofter, qui mortuus est pro nobis, qui sanguinem suum precium dedit vt redimeret nos, aduocatus & iudex nofter, no est leue quando dicit, Cauete. Nouit ille quantum mali sit, nos non nouimus. Illi credamus, Cauete, inquit. Quid vnde? Ab omni auaritia, Meum seruo, non alienum tollo. Cauete ab omni auaritia. Non solum auarus est qui rapit aliena, sed ille auarus est qui cupidè seruat sua. Sed si sic culpatur qui cupidè conseruat sua, quomodo iudicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quaeris aliena? Da mihi hominem qui cum timore audiuit, Cauete ab omni cupiditate: & non mihi dicat, Ego homo pauper sum, plebeius, mediocris, gregalis: quando me spero ante iudicem futurum, non timeo istam tentationem, cuius periculum ante oculos posuisti. Ecce dico & pauperi, quod timere debeat. Vocat te diues & potens, vt pro illo dicas falsum testimonium. Quid facturus es? Modo dic mihi, Habes bonum peculium, laborasti, acquisisti, seruasti. Exigit ille, Dic pro me falsum testimonium, & tantum & tantum dono tibi. Tu qui non quaeris aliena, dic abis a me, non quaero quod mihi noluit deus dare, non accipio, recede a me. Non, inquit, vis accipere quod do, quod habes tollo. Ecce modo te proba, modo te interroga. Quid me attendis? Intus attende, intus vide, intus examina; & constitue te ante te, & in eculeo praeccepti dei extende te, & timore torque te, & noli te palpare. Responde tibi, Ecce si hoc quisquam mi netur quid facies? Credo tibi, quia quod cum tanto labore acquisisti minimè perdere vis. Minatur tibi, Nisi pro me falsum testimonium dixeris, tollo illud: Sed si pro me falsum testimoniū dixeris, do illud. Cauete ab omni auaritia. O serue meus dicit tibi deus, quem redemi & liberum feci, quem de seruo fratre adoptaui, que in corpore membrum posui: audi me, Tollat quod acquisisti, me tibi no tollit. Ne pereas, seruas tua: Non tibi Tomus decimus.

**C** cauete ab omni cupiditate. Forte, inquit, tu auarum & cupidum dices, si quaereret aliena. Ego autem dico, Cupide & auare non appetas nec tua: hoc est, ab omni. Cauete, inquit, ab omni auaritia. Magni pondus. Si forte hoc pondus infirmis imponitur, rogetur vt qui imponit vires dare dignetur. Non enim leuiter habendum est fratres mei, quando dominus nofter, redemptor hoster, saluator nofter, qui mortuus est pro nobis, qui sanguinem suum precium dedit vt redimeret nos, aduocatus & iudex nofter, no est leue quando dicit, Cauete. Nouit ille quantum mali sit, nos non nouimus. Illi credamus, Cauete, inquit. Quid vnde? Ab omni auaritia, Meum seruo, non alienum tollo. Cauete ab omni auaritia. Non solum auarus est qui rapit aliena, sed ille auarus est qui cupidè seruat sua. Sed si sic culpatur qui cupidè conseruat sua, quomodo iudicaturus est te, cum non solum seruas tua, sed etiam quaeris aliena? Da mihi hominem qui cum timore audiuit, Cauete ab omni cupiditate: & non mihi dicat, Ego homo pauper sum, plebeius, mediocris, gregalis: quando me spero ante iudicem futurum, non timeo istam tentationem, cuius periculum ante oculos posuisti. Ecce dico & pauperi, quod timere debeat. Vocat te diues & potens, vt pro illo dicas falsum testimonium. Quid facturus es? Modo dic mihi, Habes bonum peculium, laborasti, acquisisti, seruasti. Exigit ille, Dic pro me falsum testimonium, & tantum & tantum dono tibi. Tu qui non quaeris aliena, dic abis a me, non quaero quod mihi noluit deus dare, non accipio, recede a me. Non, inquit, vis accipere quod do, quod habes tollo. Ecce modo te proba, modo te interroga. Quid me attendis? Intus attende, intus vide, intus examina; & constitue te ante te, & in eculeo praeccepti dei extende te, & timore torque te, & noli te palpare. Responde tibi, Ecce si hoc quisquam mi netur quid facies? Credo tibi, quia quod cum tanto labore acquisisti minimè perdere vis. Minatur tibi, Nisi pro me falsum testimonium dixeris, tollo illud: Sed si pro me falsum testimoniū dixeris, do illud. Cauete ab omni auaritia. O serue meus dicit tibi deus, quem redemi & liberum feci, quem de seruo fratre adoptaui, que in corpore membrum posui: audi me, Tollat quod acquisisti, me tibi no tollit. Ne pereas, seruas tua: Non tibi Tomus decimus.

dixi, Cauete ab omni cupiditate? Ecce turbatis, ecce fluctuas. Cor tuum quasi nauis tepstatibus quatitur. Dormit Christus. Excita dormientem, & non patieris tepstatem saeuientem, ipsum excita qui nihil habere voluit, & totum habes, qui vsque ad crucem pro te peruenit, cuius nudi atque pendentes ossa ab insultantibus numerata sunt, & caue ab omni auaritia. Parum est auaritia pecuniae, caue ab auaritia vitae. Horrenda auaritia, metuenda auaritia. Aliquando homo contemnit quod habet: & dicit, Non dico falsum testimonium. Non dico, dicis mihi? Tollo quod habes. Tolle quod habeo, no tollis quod intus habeo. Non enim pauper remanserat qui dicebat, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: Ergo sit nomen domini benedictum: Nudus exi de vtero matris meae, nudus reuertar in terram. Nudus foris, intus vestitus. Nudus foris a pannis & putribilibus pannis, intus vestitus. Vnde: Sacerdotes tui induantur iustitia. Sed quid si dicat, cum contempseris ea qua possides, quid si dicat, occido te? Responde illi si Christum audisti: Occidis me? Melius tu carnem meam, quam ego per linguam falsam, animam meam. Quid facturus es mihi? Occisurus es carnem: Exiet anima libera, in fine seculi & ipsam quam contempserit carnem receptura. Quid ergo mihi facturus es? Si autem falsum testimonium dixeris pro te, lingua mea occido me, & non in carne occido me. Os enim quod mentitur, occidit animam. Forte hoc non dicis. Vnde non dicis? Vitare vis. Vis vitare, cum deus hic linitem viuendi constituit? Certe caue ab omni auaritia. Hucusque deus voluit vt viuas, quousque iste ad te accesserit. Forte occisurus est te, vt martyrem faciat. Noli, habere cupiditatem viuendi & no habes aternitatem mouedi. Videtis quia vbiq; auaritia illa cum plus volumus quam opus est, facit nos peccare. Cateamus ab omni auaritia, si volumus frui aeterna sapientia.

In eadem dominica, de David & Isai patre suo, & de

Goliath spurio: Sermo II.

**I**n scripturis diuinis fratres charissimi vna eademque persona prout tempus & locus fuerit, diuersam significationem habere potest. Nam beatus Isaac quod optime nouit sanctitas vestra, quando a patre oblatus est, Christum dominū figurauit: cum vero filio suo Iacob benedixit, & ad accipiendam uxorem in Mesopotamiam misit, Iacob typum habuit Christi, & Isaac dei patris imaginem gessit. Iterum beatus Iacob qui typum Christi habuit quando uxorem accepit, dei patris figuram gessit. Quando enim beatum Ioseph plus omnibus filiis diligebat, & tunicam ei polymitam fecit, incarnationem domini saluatoris significauit. Quomodo ergo tunc factum est fratres charissimi in beatis patriarchis, in Isaac videlicet & in Iacob, ita in Isai patre David figuratum esse cognoscimus. Quando enim Isai David filium suum mittebat vt requireret fratres suos, typum dei patris habuisse videtur. Isai misit David vt requireret fratres suos, & deus pater misit vnicgenitum suum, ex cuius persona scriptura est, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Ad requirendos enim fratres suos venerat Christus, quando dicebat, Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Dixit ergo Isai ad David filium suum, Accipe ephi lentae & decem formellas cafei, & vade require fratres tuos. Ephi, trium modiorum mensura est: Et tribus mensuris, mysterium intelligitur trinitatis. Bene nouerat hoc mysterium etiam & beatus Abraham. Denique quando sub ilice Mambrē in tribus personis sacramen-

Math. 8.

Iob. 1.

Psalm. 131.

Sapient. 1.

Sermo CXCVIII.

Gene. 22.

Gene. 24.

Gene. 27.

1. Reg. 17.

Psalm. 21.

1. Reg. 17.

Gene. 12.

G tum videre meruit trinitatis, tria fata simula misceri precepit. Tria fata, tres mensurae sunt. Hanc ergo mensuram & Isaac dedit filio suo. In decem formellis casei, intelligitur decalogus veteris testamenti. Venit ergo David cum tribus mensuris & decem formellis casei ut fratres suos in praelio positos visitaret, quia venturus erat Christus cum decalogo legis & mysterio trinitatis, ut genus humanum de potestate diaboli liberaret. Veniente autem David, vnus e fratibus increpauit eum dicens, Quare dimisisti pauculas oues illas, & venisti ad praelium? Frater iste senior qui David typum Christi gerentem per malitiam increpauit, significauit populum Iudaeorum, qui per inuidiam Christo domino qui pro salute humani generis venerat detraxerunt, & multis frequenter iniurias affecerunt. Quare, inquit, dimisisti oues illas & venisti ad praelium? Quasi non tibi videtur per os eius saluti hominum inuidens diabolus loqui: tanquam si diceret Christo, Quare dimisisti nonaginta & nonem oues quae non errauerunt, & venisti ut vnam requireres quae perierat, & eam de manu spiritalis Goliath, id est, de potestate diaboli per crucis baculum liberatam ad ouile proprium reuocares? Quare, inquit, dimisisti paucas oues illas? Malo quidem & superbo animo, sed tamen verum dicebat, quia Iesus, sicut iam dictum est, dimissurus erat nonaginta & nonem oues, ut quareret vniam, & ad ouile proprium, id est, ad angelorum consortium reuocaret. Prius tamen quam veniret David cum iam vnctus esset a beato Samuele, sicut & ipse Sauli regi suggessit, & leonem & vrsum sine armis occidit. Sed & leo, & vrsus ambo typum diaboli praeferebant. Qui pro eo quod de ouibus David aliquid inuadere ausi sunt, ipsius David virtute sunt suffocati. Hoc totum fratres charissimi quod tunc in David legimus figuratum, in domino nostro Iesu Christo cognoscimus esse completum. Tunc enim & leonem & vrsum strangulauit, quando ad inferna descendens, omnes de eorum faucibus liberauit. Denique audi prophetam ex persona domini supplicantiem, Erue a framea animam meam, & de manu canis vniam meam. Libera me ex ore leonis. Et quia vrsus in manu fortitudinem habet, & leo in ore, in istis duabus bestiis idem diabolus figuratus est. Hoc ergo ex persona Christi dictum est, ut vnica eius Ecclesia de manu, id est, de potestate, vel de ore diaboli tolleretur. Venit ergo David, & inuenit Iudaeorum populum in valle Terebinthi positum ut contra Allophylos dimicaret, quia venturus erat verus David Christus, ut de costualle peccatorum siue lachrymarum humanum genus erigeret. Stabant autem in valle contra Allophylos. In valle erant, quia eos peccatorum pondus oppresserat. Stabant enim, & pugnare contra aduersarios non audebant. Quare non audebant? Quia David qui typum Christi gerebat nondum venerat. Verum est fratres charissimi. Quis enim contra diabolum pugnare poterat, antequam Christus dominus genus humanum de potestate diaboli liberaret? David enim interpretatur manu fortis. Quid eo fortis fratres qui vnuerfum mundum vicit, armatus non ferro sed ligno: Stabant ergo filij Israel contra aduersarios quadraginta diebus. Quadraginta dies, propter quatuor tempora, & quatuor partes orbis terrae vitam praesentem significant, in qua contra Goliath vel exercitum eius, id est, contra diabolum & angelos eius, Christianorum populus pugnare non desinit. Nec tamen vincere posset, nisi verus David Christus cum baculo, id est, cum crucis mysterio descendisset. Ante ad-

uentum enim Christi fratres charissimi solutus erat diabolus; Veniens Christus fecit de eo quod in Evangelio dictum est, Nemo potest intrare in domum fortis & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Venit ergo Christus, & alligauit diabolum. Sed dicit aliquis, Si alligatus est, quare adhuc tantum praevalet? Verum est fratres charissimi, quia multum praevalet, sed tepidis & negligentibus, & deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquam innexus canis catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte fratres quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per voluntates & cupiditates seculi noli coniungere, & ille ad te non praesumit accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Non enim cogendo sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. Venit ergo David & inuenit Iudaeorum populum contra diabolum praerantem, & cum nullus esset qui praesumeret ad singulare certamen accedere, ille qui figuram Christi gerebat processit ad praelium, tulit baculum in manu sua, & exiit contra Goliath. Et in illo quidem tunc figuratum est, quod in domino Iesu Christo completum est. Venit enim verus David Christus, qui contra spiritalem Goliath, id est, contra diabolum pugnaturus crucem suam ipse portauit. Videte fratres vbi David Goliath percussit, in fronte vti que vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille de quo percussus est, Christum dominum figurabat. Ipse est enim lapis viuus: de quo scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Quod autem David non habens gladium ascendit super Goliath, & suo eum proprio interfecit gladio, designatum est quod in aduentu Christi suo gladio diabolus victus est, qui per nequitiam suam & iniustam persecutionem quam exercuit, in Christo omnium in eum credentium perdidit principatum. Quod autem arma Goliath David posuit in tabernaculo suo, arma diaboli nos fuimus. Sic enim dicit Apostolus, Sicut enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato, ita & nunc exhibete membra vestra arma iustitiae deo. Et iterum, Nolite, inquit, exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato. Arma enim inimici nostri misit Christus in tabernaculo suo, quando nos qui domus diaboli fueramus, per ipsius gratiam templum dei esse meruimus. Nam & vicissim nos in Christo, & in nobis Christus habitare cognoscitur. Quod autem Christus in nobis habitat, Apostolus probat dicens, In interiori homine per fidem habitare Christum. Quod autem iterum nos habitemus in Christo: idem Apostolus designat dicens, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et dominus in Evangelio ad discipulos suos, Ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Quod vero non in alio membro, sed in fronte percussus est: hoc significat quod modo in nostris competentibus exercetur, quia quando catechumenus in fronte signatur, spiritalis Goliath percussus, & diabolus effugatur. Et quia de cordibus nostris per gratiam Christi diabolus effugatus esse cognoscimus pariter & sentimus, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne malis operibus nostris & impiis vel luxuriosis cogitationibus iterum eum in nos inuitare velimus, ut eo inspirante ad aeterna premia feliciter venire mereamur. Quod ipse praestare dignetur. Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

1. Reg. 17.

Math. 17.

1. Reg. 16.

1. Reg. 17.

Psal. 21.

1. Reg. 17.

Math. 21.

1. Reg. 17.

Psal. 117.

1. Reg. 17.

Roma. 6.

Vbi supra.

Ephes. 3.

Galat. 3.

Ioan. 14.

Item

A Item in eadem dominica alius sermo de eodem, qui habetur in libro Quinquaginta homiliarum XXXI. Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura &c. quae habetur inter sermones de verbis domini, XXXIII. & XXXV. Et in libro Quinquaginta homiliarum VII. Et libro secundo de questionibus Euangeliorum XXXVIII.

Sermo CXCVIII.

1. Reg. 24.

Acto. 13.

1. Corin. 3.

1. Reg. 24.

Acto. 2.

Luci. 25.

Dominica secunda post festum sanctae Trinitatis, De plaga dei: Sermo I.

**D** M regum lectio legeretur, audiuius quod cum dei plaga sauiet in populo Iudaeorum, angelus domini qui percutiebat steterit iuxta aream Areuna Hiebusati. Et dixit dominus ad angelum, Extende manum tuam super Hierusalem, ut disperdam eam. Cumque extendisset manum angelus, miseratus est dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populum, Sufficit nunc, contine manum tuam. Et cessauit plaga a populo. Areuna fratres charissimi rex erat Hiebusaeorum, & partem aliquam possidere videbatur in Hierusalem, quia licet omnes in circuitu nationes subdita fuerint regi David, non tamen permisit deus ut Hiebusaei ad integrum delerentur. Rex ergo ille Paganus populū gentium figurabat. Aduertite fratres, quia in Iudaeorum terra non inuentus est locus dignus vbi altare domini poneretur, sed in terra gentium locus eligitur, vbi & angelus videtur, & domini altare construitur, & sic ira omnipotentis domini mitigatur. Iam tunc figurabatur quod in Iudaeorum cordibus ad offerendas spirituales hostias locus dignus non possit inueniri, sed gentium terra, id est, Christianorum conscientia eligitur, vbi templum domini collocetur. Quam rem Apostolus euidenter ostendit, dum Iudaeos increpat dicens, Vobis, inquit, oportuit loqui primum verbum dei, sed quia vos indignos iudicatis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes: hoc est dicere, Quia Christum repulistis & dignum locum non preparastis in quo altare domini poneretur, in terra gentium, id est, in cordibus populorum altare domini collocabimus. Et inde est quod nobis idem Apostolus clamat, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Et ideo attendite fratres charissimi, quia tunc gentilis regis terra eligitur, quado populus Iudaeorum dei plaga percutitur, quod in passione domini videmus esse completum. Nam quando Iudaeorum populus crucifigens dominum reprobatur, tunc in area gentium, id est in omni terra altare domino consecratur. Angelus ergo domini in area regis gentilis stetit, & verus angelus, id est, Christus gentium populum visitauit. Rex ergo ipse obtulit beato David aream & bones ad holocaustum, sed rex David accipere noluit, nisi prius precium daret. Et hoc in aduentu domini saluatoris impletum est, qui gentium corda sibi assumere noluit, nisi prius pro eis preciosum sanguinem daret. Quid ergo dedit? Quinquaginta, inquit, siclos argenti. In quinquagenario numero, & gratia spiritus sancti intelligitur, & peccatorum remissio designatur. Nam quinquagesimo die spiritus sanctus Apostolis mittitur: Et in veteri testamento quinquagesimus annus remissioni & indulgentiae consecratur. David quidem ille argentum dedit, noster vero David cuius ille typum tenebat, preciosum sanguinem fudit. Ergo ut aream Pagani regis David emeret, siclos quinquaginta obtulit: & verus David Christus ut in area gentium altare sibi construeret, quinquagesimo die Tomus decimus.

gratiam spiritus sancti & peccatorum indulgentiam dedit. Et ideo fratres quia in nobis & de nobis templum sibi dignatus est facere, in domo sua non patitur iniuriam: quia si de peccatis nostris iniuriam pertulerit, cito discedit, & vae miserae animae de qua ille discesserit. Sine dubio enim qui a lumine deseritur, a tenebris occupatur. Ita ergo cum ipsius adiutorio agere studeamus, ut tam piū dominum non solum hospitem recipere, sed etiam perpetuum habitatore habere mereamur, praestante eodem domino nostro Iesu Christo, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Sermo CXCI. In eadem dominica sermo. 2. de quinq; Haeresibus. Hunc sermonem habes to. 6. fo. 8. B. & c. Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Homo quidam fecit canam magnam & cetera: quae habentur inter sermones de verbis domini, XXXIII. Et libro secundo de questionibus Euangeliorum cap. XXX.

Dominica tertia post festum sanctae Trinitatis, de iudicio Salomonis & duabus meretricibus: Sermo I.

**D** E duabus meretricibus dilectissimi fratres quae ad iudicium Salomonis venerunt, vnde nobis ad vesperam lectio recitanda est, ex quibus vna quae erat non solum luxuriosa, sed etiam crudelis & impia clamabat ad regem ut diuidi iuberet infantem: Nunc si libenter accipitis, de ipsis quid sancti patres nostri exposuerunt, charitatis vestrae auribus cupimus intimare. Illa enim quae clamabat, ut puer interger seruetur, Ecclesiae catholicae typum gerebat: illa alia crudelis & impia quae clamabat ut puer diuideretur, Arrianam haeresim designabat. Catholica enim quasi mater piissima, omnibus haereticis clamabat: Nolite Christum minorem facere patre, nolite vnitatem diuidere, nolite vnum deum diuersis gradibus diuidendo veluti idola gentium in vestris cordibus fabricare, totum nobiscum possidete, si vultis habere pacem, nolite vnitatem scindere. Non enim si vos totum tenueritis, nobis nihil remanet. Tanta est illius omnipotentia, ut eum omnes totum possideant, & singuli totum. Sed impia & crudelis haeresis clamat, non, sed diuidatur. Quid est diuidatur, nisi non filius aequalis sit patri? Dum enim filio subtrahit aequalitatem, & bonum omnipotentemque denegauit patrem. Deus enim pater si potuit filium sibi similem gignere & noluit, non est bonus. Si voluit & non potuit, non est omnipotens. Certi estote fratres mei, quia huic sententiae nullus vnquam Arrianorum poterit respondere, sed quotiens constrikti fuerint verissima ratione, velut anguis lubricus ad alias quascunque quaestiones callidas & tortuosas: refugiant. Ergo fratres charissimi, testamentum profero, verba testatoris refero. Si habet quod diuidatur, ibi inuenio. Si non habet quod diuidatur, ex ipso testamento illis relicto. O infelix haeretice, quid habet testamentum audi, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Haec est Christianorum haereditas, & quis est ipse testator? Lege testamentum & inuenis. Cum Propheta de domino loqueretur ait, Magnificabitur usque ad terminos terrae, & iste erit pax. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Non diuisoribus sanctae vnitatis, sed hominibus bonae voluntatis. Ipse est haereditas, ipse testator, ipsum quaeris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnum diuiseris, F ij integrum

Luc. 14.

1. Reg. 3.

E

Sermo. CC.

1. Reg. 3.

F

Ioan. 14.

Mich. 5.

Luc. 2.

3.Reg.3. G integrum nihil habes. O Arriana hœresis crudelis & impia erubescere. Iudicâte Salomone, meretrix ne vnum vitium, ne vndeunque conceptum etiam natum proderet, nō dimisit diuidi filium suum, & tu diuidis deum tuum? Illa etsi meretrix, tamen pia, quia mater: Tu hœresis impia, quia non mater. Quod paris p̄focas, quod non parturis congregas. Viscera tua duruerunt, illius tremuerunt. Quid dicit illa, quæ typum gerebat catholicæ matris? Date illi puerum, & nolite diuidere eum. Filius meus est, sed melius apud illam migret natus, migret totus, tamen apud me maneat maternus affectus. Date illi puerum, non auferantur vota, membrorum illius integritas non diuidatur, ne mihi pietas auferatur. Quod dicit, date illi puerum, & nolite diuidere, ecce & ego dico: Totum posside, & noli diuidere deum. Non, inquit, sed si vis habere pacem, diuide hœreditatem. Sine præiudicio dico. Et quomodo habeo diuidere? Audi, Pater maior me est, filius minor, spiritus creatura. O partes, o iustitia, o æquitas. Facio partem, quia diuido pacem: Si enim fracta fuerit pax, iam non est pax. Sed quomodo apud te pax illibata est, apud quem fides integra non est? Vnde quia mecum vis possidere, & pacem vis diuidere, hœreditatem non vis diuidere? Postremo si more tuo non paci sed perfidiæ studes, vade interpella iudicem Christum, videamus quid tibi diciturus est. Dic ei quod in Euangelio dictum est, Domine dic fratri meo, vt diuidat mecum hœreditatem. Sine dubio respondet tibi: Amice, quis me constituit iudicem aut diuisorem? Vis diuidere pacem, & quæris habere iudicem pacem, iudex tuus nolo esse. Pax sum, consentientibus assideo, litigantes fugio. Si enim omnibus Christianis meis per vnam voluntatem vnum cor habere concedo, quomodo inter me & patrem diuido vnitatem, qui omnibus fidelibus meis vnum cor & vnam tribuo charitatem? Quid ait dominus Philippo? Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me: Philippe, ego veni patri meo te adiungere, tu noli me separare. Quid quæris quasi alterum præter me? Qui me videt, videt & patrem. Tanta est in nobis similitudo, tanta vnitas, tanta charitas, vt ego in patre sim, & pater in me. Per quam vnitatem vos dominus sibi iungere & conseruare dignetur: Præstante eodem domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amén.

Ioan.14. H

Luc.12.

Acto.4.

Ioan.14.

3.Reg.19.

In eadem dominica, de Helia:  
Sermo II.  
N lectionibus quæ nobis diebus istis recitantur fratres charissimi, frequenter admonui vt non sequamur literam occidentem, & viuificantem spiritum relinquamus. Sic enim Apostolus ait, Litera enim occidit, spiritus viuificat. Si enim hoc tantum volumus intelligere quod sonat in litera, aut paruam aut propè nullam ædificationem de diuinis lectionibus capiemus. Illa enim omnia quæ recitantur, typus erant & imago futurorum. In Iudæis enim figurata, in nobis gratia dei donante completa sunt. Beatus enim Helias typum habuit domini saluatoris. Sicut enim Helias à Iudæis persecutionem passus est, ita & verus Helias dominus noster ab ipsis Iudæis reprobatus est & contemptus. Helias reliquit gentem suam, & Christus deseruit synagogam. Helias abiit in desertum, & Christus venit in mundum. Helias in deserto coruis ministrantibus pascebatur, & Christus in deserto mundi huius gentium fide reficitur. Corui enim illi qui beato Helia iubente domino ministrabant, gentium

populum figurabant. Propterea & de gentium Ecclesia dicitur, Nigra sum & formosa filia Hierusalem. Vnde est Ecclesia nigra & formosa? Nigra per naturam, formosa per gratiam. Vnde nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Vnde formosa? Asperges me hisopo & mundabor, lanabis me, & super niuem dealbabor. Vnde nigra? Apostolus dicit, Video aliam legem in membris repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Vnde formosa? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Vere Ecclesia gentium coruis similis erat, quando viuentem dominum contemnebat, & ante acceptam gratiam velut morticinis cadaueribus idolis ministrabat. Post hæc iubetur Helias proficisci in Sareptam Sidoniorum, vt ibi pascat à vidua. Sic enim ad eum dominus dixit, Vade in Sareptam Sidonia, ego mandauit viduæ, vt te pascat ibi. Quomodo & per quem mandauit deus viduæ cum propè nullus tunc alius esset propheta cum quo deus manifestus loqueretur nisi beatus Helias? Quia licet essent eo tempore aliqui de filiis prophetarum, ita persecutionem Iezabel metuebant, vt vix vel absconditi euadere possent. Ego, inquit, dominus mandauit viduæ. Quomodo mandat dominus, nisi inspirado quod bonum est intus in anima per gratiam suam? Ac sic omnis homo qui boni aliquod operatur, deus illi loquitur intus. Nemo ergo de se, sed de domino gloriatur. Nunquid tunc in Iudæa non erant multæ viduæ? Et quid fuit quod nulla Iudæorum vidua beato Helia cibum meruit ministrare, sed ad viduam gentilem mittitur vt ab esca pascat? Vidua enim ista ad quam propheta mittitur, typum Ecclesiæ gerebat, sicut & corui illi qui Helia ministrauerat, figuram gentium habuerunt. Venit ergo Helias ad viduam, quia Christus venturus erat ad Ecclesiam. Sed videamus fratres dilectissimi vbi beatus Helias viduam illam inuenit. Exierat enim vt aqua se lauaret, & ligna colligeret. Quid enim aqua & quid ligna significet, videamus. Satis enim ista duo Ecclesiæ & amica & necessaria esse cognoscimus, id est, lignum & aquam. Denique sic scriptum est, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarū. Nam in ligno crucis mysterium, in aqua ostenditur baptismatis sacramentum. Exierat ergo vt colligeret duo ligna. Sic enim respondit beato Helia, cum ab ea cibum peteret. Dixit enim, Viuit dominus, quia non habeo nisi pugillum farina, & modicum olei in vase, & ecce ego exeo vt colligā duo ligna, & faciam mihi cibum & filio meo, & manducabimus & moriemur. Sicut ergo supra dixi, vidua illa typum habebat Ecclesiæ, filius viduæ figuram gerebat populi Christiani. Veniente ergo Helia, exiit vidua colligere duo ligna. Videte fratres, quia non dixit tria, nec quatuor, nec vñ tantummodo lignum, sed duo ligna colligere voluit. Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Helia Christum excipiebat. Duo ligna volebat colligere, quia crucis mysterium desiderabat agnoscere. Crux enim domini saluatoris duobus lignis aptata est. Ideo duo ligna colligebat vidua illa, quia in lignū qui in duobus lignis pependit creditura erat Ecclesia. Dixit ergo vidua illa, Colligo duo ligna vt faciam cibū mihi & filio meo, & manducabimus & moriemur. Verum est fratres dilectissimi, nemo in Christum crucifixum credere merebitur, nisi huic seculo moriatur. Nam quicumq; corpus Christi digne manducare voluerit, necesse est vt moriatur præteritis & viuat futuris. Vidua ergo illa, sicut diximus, Ecclesiam

M

A Ecclesiam figurabat, filius viduæ typum gentilis populi præferabat. Filius viduæ defunctus iacebat, quia & filius Ecclesiæ, id est, populus gentium multis peccatis & criminibus mortuus est. Orante Helia filius viduæ suscitatur, veniente Christo filius Ecclesiæ, id est, populus Christianus, de carcere mortis reducit. Helias inclinatur in oratione & viuificatur viduæ filius, & Christus procumbit in passione, & suscitatur populus Christianus. Quod autem tribus vicibus beatus Helias ad resuscitandum puerum incurritus est: hoc etiam antequam ego dicam, credo quod charitatis vestrae præuenit intellectus. Natū quod tribus vicibus inclinatur, mysterium trinitatis ostenditur. Viduæ enim filium, id est, populum gentium, nec solus pater sine filio, nec pater & filius sine spiritu sancto, sed tota trinitas suscitauit. Denique hoc etiam in sacramento baptismatis demonstratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, vt nouus surgere mereatur. Post hæc ostendit se beatus Helias regi, & ascendit in montem Carmeli, & posuit caput suum inter genua sua, & orauit vt dominus daret pluuiam super terram. Et dixit ad puerum suum, Respice contra mare. Et renunciauit puer se penitus nihil vidisse. Et ait illi, Vade & considera septies. Septima autem vice renunciauit & dixit, Video nubeculam paruulam quasi vestigium hominis ascendentem de mari. Et subito cōtenebrati sunt cœli, & facta est pluuiā magna. Helias ergo, sicut diximus, figuram habuit domini saluatoris. Helias orauit & sacrificium obtulit, & Christus pro vniuerso mundo seipsum immaculatam sacrificium tradidit. Helias orauit in monte Carmeli, & Christus in monte Oliueti. Helias orauit vt pluuia in terram veniret, & Christus vt in cordibus humanis gratia diuina descenderet. Quod autem dixit Helias ad puerum suum, Vade & considera septies: septiformem sancti spiritus gratiam quæ danda erat Ecclesiæ designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nubeculam paruulam ascendentem de mari, carnem Christi figurabat, quæ in mari mundi istius nascitura erat. Quam ob rem ne forte aliquis dubitet nubem illam vestigium hominis habuisse, dixit: illius vtique hominis qui dixit, Quem dicunt homines esse filium hominis? Sicut ergo orante Helia post tres annos & sex menses pluuiā de cœlo descendit: ita & in aduentu saluatoris tribus annis & sex mensibus, quibus prædicare dignatus est, pluuiā verbi dei totum mundum feliciter irrigauit. Et sicut tunc in aduentu Helia omnes sacerdotes idolorum interfecti sunt & deleti, ita in aduentu veri Helia, id est, domini nostri Iesu Christi observatio sacrilega Paganorum destructa est. Hæc breuiter charitatis vestre sensibus intinantes, velut pauca capitula quasi quedam indicula fidei vestrae oculis demonstramus, per quæ sancta desideria vestra ad perscrutanda diuina mysteria salubriter incitentur, & vt spiritale pabulum sanctis animabus vestris iugiter ruminandum salubri consilio procuremus, ne forte de memoria excidat, si iubetis recapitulationē ex his quæ dicta sunt faciamus. Sicut ergo supra diximus, sanctum Heliam intelligite typum habuisse domini saluatoris. Deniq; sicut dominus postea quam multas virtutes exercuit, postea quam passus est resurrexit & ascendit in cœlum, ita & Helias post mirabilia quæ per eum deus fecit igneo curru eleuatur ad cœlum. Quod Helias deseruit Iudæam, significat quod Christus reliquerit synagogam. Corui qui Helia ministrauerunt, sicut iam dictum est, figuram gentilis populi monstrauerunt. Vidua illa quæ eum in Sarepta suscepit, typum gessit Ecclesiæ. Duo ligna quæ

C

colligebat, crucis mysterium figurabant. Hæc ergo fratres charissimi si sincera, sicut credimus, benignitate suscipitis, & velut munda animalia assidua cogitatione in vestris cordibus ruminatis, implebitur in vobis illud quod scriptū est, Thesaurus desiderabilis requisit in ore sapientis: Regnate ipso deo nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Dominica quarta post festum sanctæ Trinitatis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Nolite iudicare ut non iudicemini &c.

Sermo I.  
V diuimus euangelistam dicentem fratres charissimi, Nolite iudicare vt non iudicemini, Quid est hoc fratres cum ipse dominus in alio loco Euangelij dixerit, Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Et alibi dicitur, Iudicium verum iudicate: Non enim sibi digna lectio contraria esse potest, sed intellectum sobrium querit. In conuersatione humana dilectissimi fratres sunt aliqua quæ rationabiliter reprehendantur: Sunt vero quedam quæ non sine peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debent. Illa vero quæ ignoramus, & vtrum bono an malo animo fiant scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Verbi gratia: Vides hominem frequentius ieiunantem, congaude & noli nimis laudare, quia potest hoc & pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare, quia potest & pro deo & pro animæ remedio ieiunare. Vidisti alium indico publico ieiunio velle prandere, cum dilectione admonere. Si dixerit pro stomachi lassitudine se ieiunare non posse, crede & noli iudicare, quia vtrunq; potest fieri, vt per gulam vel luxuriam prandere velit, & præ infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alterum subditis suis cum seueritate disciplinam imponere, & indulgentiam tardius dare, noli iudicare crudelem, quia forsitan non hoc facit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinæ & amore iustitiæ: propter illud quod scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Forte aliquis vicinus aut amicus tuus dum animum suum habet in rebus factis sibi necessariis occupatum, tardius te salutauerit, aut tardius occurrerit quam debuit, noli eum superbū iudicare, noli malignū credere, sed magis hoc aut per obligationem aut per negligentiam, quam per defectum vel superbiam factum crede: quia forte & tibi hoc vt est humana fragilitas frequenter euenit, vt in rebus aliis nimis intentus, aliquid minus caute ac minus sollicitate fecisse videaris, & tamen nolueris te pro hac re malo animo iudicari. In istis ergo & in his similibus quæ vtrum bono an malo animo fiant scire non possumus, melius est vt ad partem dexteram nostrum animum declinemus: quia tolerabilius est nos in hoc præiudicari, vt eos qui mali sunt bonos esse credamus, quam ex consuetudine iudicandi etiam de bonis quod malum est suspicemur. De istis ergo quæ sunt deo nota & nobis incognita, periculose nostros proximos iudicamus. De ipsis enim dominus dixit, Nolite iudicare, vt non iudicemini. De illis vero quæ aperta sunt & publica mala, iudicare & redarguere cum charitate tamen & amore & possumus & debemus, odio habentes non hominem sed peccatum, non vitiosum sed vitium detestantes morbum potius quam agrotum. Nam publicus adulter, raptor, assidue ebriosus, proditor, superbus, si iudicati vel castigati non fuerint, implebitur in eis illud quod beatissimus martyr Cyprianus de talibus dixit:



**G** Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccati fomitem subministrat. Ad hanc rem pertinet fratres charissimi etiam illud quod in hac ipsa euangelica lectione audiuitis. Quid enim vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Vidisti hominem subito irasci, noli continuo iudicare, sed expecta paululum, forsitan quam velociter irascitur, tam celeriter mitigatur. Quid tamen festuca, quid trabes significet videamus. Subita enim iracundia festuca est, ira vero quae in longum tempus protrahitur, dum per odium falsis suspicionibus nutritur trabes efficitur. Cito ergo irasci & cito placari, festuca est: iracundia diu in corde tenere ac seruire, trabes est. Ergo iracundia inueterata conuertitur ad trabem. Et qua fronte ille qui odium seruat in corde illum iudicare praesumat, in cuius oculo non trabem sed festucam esse cognoscit? Nam cordis oculum festuca turbat, trabes excacat. Quod dixi charissimi, scripturarum debeo testimoniis approbare. Quomodo ira cordis oculum turbat, audi Psalmistam dicentem, Turbatus est, inquit, praeter ira oculus meus. Quomodo autem odium oculum cordis excacat, Ioannes euangelista testatur, Qui, inquit, odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod vadat, quoniam tenebrae obcauerunt oculos eius. Secundum hanc ergo per subitanam iram cordis oculus turbatur, per odium lumen charitatis extinguitur. Ergo fratres charissimi capitula vobis quaedam & indicula qualiter hanc intelligere & accipere debeatis insinuo. Nam vos deo propitio melius hanc capere & obseruare potestis. Ut hanc quae dixi tenacius vestris cordibus inserantur, breuiter repeto quod suggesti. In his enim rebus sicuti iam supra dixi, periculose alios iudicamus, de his quae dubium est vtrum bono vel malo animo fiant, id est, ieiunare, vigilare, eleemosynas facere, a vino & carnibus vel abstinere vel non abstinere, & reliqua his similia, quae & pro deo & pro humana gloria fieri possunt. Et quia ignoramus quo animo fiant, iudicare penitus non debemus. Propterea hanc dicit dominus, Nolite iudicare ut non iudicemini. Propter apertam vero iniquitatem dictum est: Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia & doctrina. Et illud quod supra memorauimus, iustum iudicium iudicate. Hanc enim fratres charissimi si diligenter sicut credimus considerare & cum grandi sollicitudine deo donante obseruare volumus, non de paruo peccato cum dei adiutorio liberamur. Maxima enim pars generis humani indiscreto iudicio ad reprehendum prompta & parata esse probatur, cum tamen non ita se velit ab aliis iudicari quomodo vult alios iudicare. Propter hoc scriptura diuina admonet dicens: Prius quam interrogas, ne vituperes quenquam, & cum interrogaueris corripe iuste. Omnis homo prius se vult interrogari, & postea si reus est patienter tolerat reprehendi. Et quicquid nobis omnes volumus ab aliis fieri, iustum est ut hoc in aliis studeamus implere. Prius cum patientia interrogemus & solliciti simus, & cum aliquid certius agnouerimus, tunc aut si mala sunt reprehendere, aut si bona defendere valeamus: propter illud quod scriptum est, Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Hanc est enim lex & propheta. Et ideo conuersi ad dominum, eius imploremus auxilium, ut ipse nobis & veram discretionem & perfectam charitatem praestare pro sua pietate dignetur: cui est gloria & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Math. 7. & Luc. 6.

Psal. 6.

1. Ioan. 2.

Repetitio.

Math. 7.

2. Tim. 4.

Ioan. 7.

Ecclesiastici. 11.

Math. 7.

In eadem dominica, de misericordia & indulgentia:

K

Sermo I I.

**I**NTER omnia quibus humana indiget fragilitas maxime necessaria est misericordia: quia quanto fragilior est corrupta natura, tanto maiore indiget prouidentia beneficii. Et ideo fratres, quia sine hac vita nostra subsistere non potest, discamus quomodo in nos primam diuinam prouocemus clementiam, ut secundum multitudinem miserationum suarum, nostrae miseriae subuenire dignetur, quatenus in praesentis vitae cursu vitemus nostrae salutis damnium, & in futuro interitum possimus euadere perpetuum. Ad hoc enim impetrandum dilectissimi, sicut nobis scriptura sacra ostendit, praecipuum est misericordiae bonum: de qua ipse Saluator ait, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Non potest peccator misericordiam a deo sperare, qui misericordiam non facit peccantibus in se. Ergo dimittat homo temporale debitum, ut mereatur recipere aeternale bonum. Si animas nostras cupimus peccatorum sordibus emundari, misericordiam in nos peccantibus non negemus, ut in die retributionis ad promerendam dei misericordiam, misericordiae operibus adiuuemur. Quomodo misericordiam a deo expectat vel sperat, qui crudelis est in seruos suos? Si quis cupiat deum sibi misereri, ita & misereatur debitoribus suis. Certissime indulgentiam spectare poterit, qui aliis indulgere nouit. Ad misericordiae opus optime nos in Euangelio domini exemplo roborauit: ubi ait, Estote ergo misericordes, sicut pater vester caelestis misericors est, Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Omnis misericordia facit locum vicini quae secundum meritum operum suorum. Qui facit misericordiam, deo offert sacrificium satis placabile. In iudice misericordia & disciplina debet esse, quia vna sine altera bene esse non poterit. Misericordia sola si fuerit, securitatem faciet peccandi subiectis. Iterum si disciplina semper aderit, vertitur animus delinquentis in desperationem, & iudex non merebitur a deo misericordiam, sed hanc misericordiam a seipso debet homo incipere. Quomodo in aliis est misericors, qui in seipso crudelis est? In seipso crudelis est, qui sibi perpetuas peccatis suis praeparat flammam. Bene misericors est, qui a seipso incipit, & se diligenter custodit ne puniatur cum diabolo, & sic aliis praestet quod sibi bonum esse prospicit. Per indulgentiam autem docuit nos dominus, quomodo possimus impetrare misericordiam ab illo, cum in Euangelio ait, Dimittite & dimittetur vobis. Item, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater caelestis peccata vestra: Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra. Hanc quoque vera sententia, magnam super nos misericordiam sonat his qui eam recte intelligere possunt. Igitur ex nostro iudicio iudicat nos deus. Quodammodo in potestate nostra est, quomodo iudicemur a iudice. Si misericorditer iudicemus in nos delinquentibus, misericorditer iudicat deus de nobis in se peccantibus. Intendamus ergo in exemplum illius: sicut doctor gentium nos admonens ait, Donate vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut deus in Christo donauit vobis, ita & vos facite: hoc est, quomodo deus in Christo nobis peccata donauit, sic etiam nos qui in nos peccant dimittamus. Item alibi idem Apostolus ait, Nulli malum pro malo reddentes. Et alio loco, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Sermo. CCIII.

Math. 5.

Luc. 6.

Math. 5.

Luc. 6.

Math. 5.

Coloss. 3.

Roma. 12.

**A** malum. Sciendum est certissime quod vnusquisque talentum indulgentiam accepturus est a deo, qualem & ipse dederit proximo suo. Tunc oratio nostra pro peccatis nostris ad aures omnipotentis dei cito perueniet: si delinquentium preces in nostris auribus acceptabiles erunt. Quae clementer peccantibus ignoscere nouit, clementiam diuinam pietatis certissime accipiet. Vnde & scriptum est, Qui pronus est ad misericordiam, benedictus a domino. Sic enim remittitur nobis, ut nos remiserimus eis qui nobis quacumque malignitate nocuerunt. Multa itaque genera sunt miserationum, quae cum facimus adiunamur ut dimittantur nobis nostra peccata. Sed ea nihil est maius, quae ex corde dimittimus quod quisque peccauit. Non solum enim qui dat esurienti cibum, sitiienti potum, nudo vestimentum, peregrinantibus hospitium, & cetera huiusmodi, verum etiam qui dat veniam peccanti eleemosynam dat: Et qui emendat verberem in quem potestas datur, vel coeuret aliqua disciplina: & tamen peccatum eius qui ab illo laesus aut offensus est dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur: non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit & aliqua emendatoria pena plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam praestat. Proinde fratres obsecro ut ante omnia misericordiae operam detis, & in quibuscumque possitis proximos vestros adiuuatis. Ad indulgendum quoque proximis vestris delicta eorum prompti sitis, ut peccatorum vestrorum veniam pro hoc ab omnipotente iudice adipisci valeatis, & vitam aeternam cum sanctis omnibus in caelesti regno perpetuo habere mereamini, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant deus per omnia secula seculorum, Amen.

Proverb. 22.

4. Gen. dist. 15. cap. Multa.

Math. 25.

45. dist. cap. Et qui.

In eadem dominica, de eo quod scriptum est de sancto Helisaeo, Ascende calue &c.

Sermo I I I.

**V**M diuina lectio legeretur, audiuitis quod praetereunte beato Helisaeo, pueri irridentes, clamauerunt. Ascende calue. Ob quam rem orante Helisaeo, egressi sunt duo viri de saltu, & lacerauerunt quadragintaduos pueros. Inimici dei & hostes animae suae immundissimi Manichei, qui scripturam veteris testamenti non solum recipere nolunt, sed etiam rabido ore blasphemare praesumunt, solent dicere: Quae fuit tanta crudelitas in Helisaeo, ut propter iocularia verba infantum, quadragintaduos pueros fecerit lacerari? Et ideo qualiter eorum insaniam respondendum sit, breuiter charitati vestrae suggeremus. Tempore illo quo beatus Helisaeus in Iudaea fuit, tam ille quam reliqui prophetae, non solum non honorabantur ex maxima parte populi, sed etiam irrisui & opprobrio habebantur, & velut insani atque arreptitij credebantur: in tantum ut eo tempore, quo beatus Helisaeus vnum de filiis prophetarum mitteret, ut Iehu vngeret in regem, principes qui sedebant cum Iehu dixerunt: Quid ad te venit insanus iste? Prophetam domini videbant, & eum esse arreptitium blasphemabant. Nam illo tempore sancti prophetae ita in grandi contemptu & opprobrio habebantur, ut etiam beato Helisaeo qui tanta miracula faciebat, sicut supra diximus, pueri indisciplinati clamarent, Ascende calue, ascende calue. Quam rem etiam parentibus suis instigantibus fecisse credendi sunt. Manifeste pueri illi non clamarent: si hoc eorum parentibus displiceret. Dolens ergo beatus Helisaeus de interitu populi, immo sanctus spiritus per beatum Helisaeum volens reprimere superbiam Iudaeorum, Tomus decimus.

4. Reg. 2.

Sermo. CCIII.

4. Reg. 2.

4. Reg. 9.

4. Reg. 2.

fecit venire duos viros, & lacerauerunt quadragintaduos pueros: ut percussis parulis, maiores reciperent disciplinam, & mors filiorum fieret disciplina parentum, & prophetam quem mirabilia facientem nolebant amare, discerent vel timere. Sed ita perseverauerunt Iudaei in malis suis, ut sibi de medicamentis vulnera facerent, & inde acquirerent mortem, unde poterant obtinere salutem. Conuerterunt enim sibi lucem in tenebras, & dulcedinem in amaritudinem commutauerunt. Denique impletum est in illis quod scriptum est, Percussi filios vestros, & disciplinam non receperunt. Nemo ergo beato Helisaeo ore vipereo derogare praesumat, quia hoc quod de pueris illis factum est, non tam ipse propria virtute quam per illum spiritus sanctus fecisse credendus est. Sed hoc, sicut dixi, pro grandi pietate & ineffabili misericordia factum est, ut quia deo humiliter praedicantibus prophetis Iudaei nolebant credere, vel cum seueritate vindictam irrogantem metueret, & timentes mortem corporum vel sic salutem requireret animarum. Quam rem non solum in veteri testamento, sed etiam in nouo per beatum Petrum apostolum in Anania & Saphyra legitur fuisse completam. Quos ideo Petri sententia damnauit, ut nullus in oblationibus vel muneribus suis spiritui sancto mentiri praesumat. Et quidem fratres charissimi secundum literam ita credendum est, ut supra suggestimus, quod beatus Helisaeus non iracundiae morbo commotus, sed zelo dei succensus, ad corrigendum populum Iudaeorum paruulos permisit lacerari, non ut vindicaret, sed potius ut illos corrigeret: tamen in hoc facto etiam passio domini saluatoris praefigurata fuisse euidenter ostenditur. Nam quomodo pueri illi indisciplinati clamauerunt beato Helisaeo, Ascende calue, ascende calue: ita & insensati populi Iudaeorum, Helisaeo Christo tempore passionis voce sacrilega clamauerunt, Crucifige crucifige. Quid est, ascende calue, ascende calue, nisi ascende crucem in loco Caluarie? Et hoc attendite fratres, quia sicut sub Helisaeo quadragintaduos pueri lacerati sunt, ita & post quadragintaduos annos passionis dominicae, venerunt duo viri, Vespasianus & Titus. Et hoc considerate fratres, quia in solennitate paschali facta est obsidio Iudaeorum, ut iusto dei iudicio ex omnibus prouinciis congregati Iudaei, in ipsis diebus poenam sibi debitam sustinerent, in quibus verum Helisaeum dominum & saluatorem nostrum in cruce suspenderant. Illo enim, id est, quadagesimo secundo anno, a die passionis domini nostri, quasi diuina manu acti Iudaei, Hierosolymis sicut solebant ad celebrandum Pascha conuenerant. In historiis legitur, quod tunc tricenis centena milia hominum ex Iudaea Hierosolymis fuerint congregata, ex quibus ferro & fame vndecies centena milia leguntur esse consumpta, & centum milia iuuenum Romam perducti sunt in triumphum. Duobus enim annis obsessa est ciuitas illa, & tanta multitudo mortuorum de ciuitate proiecta est, ut muris ipsa cadauera coaequantur. Istam ergo vastationem figurabant illi duo viri, qui quadragintaduos pueros propter irrisum beati Helisaei lacerasse dicuntur: Et impletum est quod dixerat Psalmus, Exterminauit eam aper de fylua, & singularis ferus depastus est eam. Quia sicut dictum est, post quadragintaduos annos a duobus viris, Vespasiano & Tito, gens illa sacrilega quod merebatur excepit. Et quia infelices Iudaei propter superbiam repudiari & despici, ac per totum mundum dispergi meruerunt, nos quibus tanta beneficia pietas diuina concessit, cum omni humilitate fidem rectam tenentes, & ut superbia in nobis locum inuenire

Hier. 2.

Act. 5.

4. Reg. 2.

Luc. 23.

† nota

Psal. 79.

F iij inuenire

G inuenire nō possit, charitatem integram cum omnibus hominibus conferuantes, vsque ad finem vitæ nostræ mundo corde & casto corpore seruire domino laboremus, vt post laborem bonorum operum, illam desiderabilem vocē audire mereamur, Euge serue bone & fidelis, intra gaudiū domini tui: Quia bene administrasti vitam temporaneam, accipe sempiternam. Quia custodisti precium sanguinis mei, sume cōsortium regni mei. Ad quod regnum vos pietas diuina perducere dignetur, Quæ viuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Remittite et remittetur uobis etc. quæ habetur in libro Quinquaginta homiliarum, XXXIX.

Dominica quinta, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Si uis uenire ad uitam, serua mandata etc. Sermo I.

Vangelica lectio quæ modo personuit in auribus uestris fratres, auditorem magis atque factorem, quàm expositorem desiderat. Quid hac luce clarius, Si uis uenire ad uitam, serua mandatum? Quis est qui nolit uitam, & tamen qui uelit seruire, mandatum? Si mandata seruire non uis, quare uitam queris? Si ad opus piger es, quare ad mercedem festinas? Dixit se ille diues adulescens seruasse mandatum, Audiuius præcepta maiora, Si uis perfectus esse, unum tibi deest, uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, nec perdis, sed habebis thesaurum in cælo, & ueni sequere me. Nam quid tibi prodest, si feceris, & non sequeris me? Abscessit tamen mœstus, sicut audistis, habebat enim multas diuitias. Quod audiuit ille, audiuius & nos. Os Christi Euangelium est. In cælo sedet, sed in terra loqui nō cessat. Non simus surdi, nam ille clamat. Non simus mortui, nam ille tonat. Si maiora non uis facere, minora fac. Onus maiorum ad te multum est, uel minora prende. Quid ad utraque piger es? Quid ueritque aduersaris? Maiora sunt, uende omnia quæ habes, da pauperibus, & sequere me. Minora sunt, Non homicidium facias, non adulteres, non falsum testimonium quæras, nō fureis, honora patrem & matrem, diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ista fac. Quid ad te clamo, ut vendas res tuas, cui extorquere nō possum ne rapias alienas? Audisti, non furaberis, tu rapis. Ante conspectum tanti iudicis, iam te nō furem teneo, sed ereptorem. Parce tibi, miserere tui. Adhuc uita ista dat tibi dilationem, noli abiicere correptionem. Fuisisti heri fur, noli & hodie. Iam forte & hodie fuisisti, cras noli. Aliquādo fini malum, & pro mercede exige bonum. Bona habere uis, & bonus esse nō uis? Contraria est uita tua uotis tuis. Si magnū bonum est habere uillam bonam, quantum malum est habere animam malam? Discellit diues cōtristatus, & ait dominus, Quam difficile est, ut qui diuitias habet, intret in regnum cælorum. Et quam esset difficile, similitudine proposita, ostēdit tam esse difficile, ut omnino sit impossibile: omne enim impossibile difficile est, sed non omne difficile est impossibile. Quale difficile est, similitudinem attende, Amen dico uobis, facilius est camelū per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Camelum intrare per foramen acus, si diceret pulicem, impossibile esset. Deniq; hoc audito, contristati sunt discipuli & dixerūt, Si ita est, quisnam poterit saluus fieri diuitum? Pauperes audite Christum, populo dei loquor,

Plures estis pauperes, uel uos apprehendite, & tamen audite. Quicumque de paupertate gloriamini, cauetis superbiam, ne uincat uos humiles diuites. Caueat impietatem, ne uincant uos sobrii diuites. Caueat ebrietatem, ne uincant uos sobrii diuites. Nolite de paupertate gloriari, si nō debent illi de diuitiis gloriari. Audiunt diuites, si tamen sunt, audiant Apostolū, Præcipe diuitibus huius mundi, quia sunt diuites alterius seculi, pauperes. Sunt diuites alterius seculi Apostoli, Sunt diuites alterius seculi qui dicebant, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Ut sciat de quibus loquatur diuitibus, addidit, huius mundi. Audiunt ergo Apostolū diuites huius mundi, Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi, non superbe sapere. Primus uermis diuitiarum superbia, Mala tineæ, totum rodit, & ad cinerem vsq; perducit. Præcipe ergo non superbe sapere, ne forte diues dormias, & pauper surgas. Neque sperare in incerto diuitiarum, Apostoli uerba sunt, sed in deo, inquit, uiuo. Fur tibi tollit aurum, quis tollit deum? Quid habet diues, si deum non habet? Quid non habet pauper, si deum habet? Non ergo in diuitiis sperare ait, sed in deo uiuo, qui præstat nobis abundanter omnia ad fruendum, cum quibus omnibus & seipsum. Si ergo non debent de diuitiis sperare, non in eis confidere, sed in deo uiuo, de diuitiis quid facturi sunt? Audi quid, Diuites sint in operibus bonis. Quid est hoc? Expone Apostole. Multi enim quod nolunt facere, nolunt intelligere. Expone Apostole. Noli dare occasionem mali operis per obscuritatem sermonis. Dic quid dixeris? Diuites sint in operibus bonis. Audiunt, intelligant, non permittantur se excusare, sed se potius incipiant accusare, & dicere quod audiuius modo in Psalmo, Quoniam peccatum meum ego cognosco. Dic tu, quid est, Diuites sint in operibus bonis? Quid est, Facile tribuant? Nunquid & hoc intelligitur? Facile tribuant, communicent. Habes tu, non habet alius, communica ut communicetur tibi. Communica hic, & communicabis ibi. Communica hic panem, & accipies ibi panes. Quem hic panem? Quem colligis cum sudore & labore, ex maledicto primi hominis. Quem ibi panem? Qui dixit, Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi. Diues es hic, sed pauper es ibi. Habes aurum, sed nondum tenes præsentem Christum. Eroga quod habes, ut accipias quod non habes. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent. Ergo perdituri sunt res suas. Communice dicit, non totum dicit. Teneant sibi quantum sufficit, teneant plus quàm sufficit. Demus inde quandam partem. Quam partem? Decimam partem. Decimas dabant Scribæ & Pharisei. Erubescamus fratres. Decimas dabant, pro quibus Christus nondum sanguinē fuderat. Decimas dabant Scribæ & Pharisei, ne forte aliquid magnum facere te putet, quia frangis panem pauperi, & uix est millesima ista facultatum tuarum, & tamen non reprehendo. Vel hoc fac. Sic sitio, sic esurio, ut & ad istas micæ gaudeam. Sed tamē quid dixerit uiuus, qui pro nobis mortuus est, non tacebo, Nisi abundauerit iustitia uestra, inquit, super Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Ille nos non palpat, Medicus est, vsq; ad uinum peruenit. Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Scribæ & Pharisei decimas dabant. Quid est? Interrogate uos ipsos. Videte quid faciatis, de quanto faciatis, quid detis, quid uobis relinquatis, quid misericordiæ impendatis, quid luxuriæ referetis? Ergo facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum

De uerbis Apostoli, sermo 22. 2. Corin. 6.

In li. 50. Hom. 1. Ho. 1. 1. Timo. 6.

Vbi supra.

Psal. 50.

Ioan. 6.

Math. 19.

Math. 5.

1. Timo. 6.

Vbi supra.

Prouer. 22.

Sermo CCVI.

4. Reg. 4.

3. Reg. 17.

A. mentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Admonui diuites, audite pauperes. Vos erogate, vos rapere nolite. Vos tribuite facultates, vos frenate cupiditates. Audite pauperes eundem ipsam Apostolum, Est autem questus magnus. Questus est acquisitio lucri. Est autem questus magnus, inquit, pietas cum sufficientia. Communem habetis cum diuitibus mundum, non communem habetis cum diuitibus domum, sed commune habetis cælum, comunem lucem, sufficientiam querite. Quod sufficit querite, plus nolite. Cetera grauant, non subleuant: onerant, nō honorant. Questus magnus, pietas cum sufficientia. In primis pietas. Pietas est dei cultus, pietas cū sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, Pauperibus loquitur, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his contenti sumus. Nam qui uolunt diuites fieri, qui uolunt, nō qui sunt. Nam qui sunt, sunt. Quod ad illos pertinet audierunt, ut diuites sint in operibus bonis, Facile tribuant, communicent. Audierunt ipsi, uos qui nōdum estis audite. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem & laqueos, & desideria multa & noxia. Non timetis? Audite quod sequitur, Quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Non times? Radix est omnium malorum auaritia. Auaritia est esse uelle diuitem, non iam esse diuitem. Ipsa est auaritia. Mergi non times in interitum & perditionem? Non times radicem omnium malorum auaritiā? De agro tuo stirpas radicem spinarum, & non extirpas de corde tuo radicem malorum cupiditatum? Purgas agrum tuum unde fructum capiat uenter tuus, & non purgas cor tuum ubi habitat deus tuus? Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam sequentes, a fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Audistis quid faciatis, audistis quid timeatis, audistis unde ematur regnum cælorum. Omnes in uerbo dei concordate, & diuitem & pauperem deus fecit. Scriptura loquitur, Diues & pauper occurrerunt sibi, Fecit autem ambos dominus. Diues & pauper occurrerunt sibi, In qua uia nisi in ista uita? Natus est diues, natus est pauper. Occurrerunt uobis pariter ambulantes uiam. Tu noli premere, tu noli fraudare. Ille eget, ille habet. Fecit autē ambos dominus. Per eum qui habet uiuat egentem, per eum qui non habet probat habentem. Audiuius, diximus, timeamus, caueamus, oremus ut perueniamus ad regnum, præstante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto deus, per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, De Heliseo,

Sermo II.

CVT de beato Helia diximus fratres charissimi, quod typum habuerit domini saluatoris, ita & sanctum Helisæum confidenter & secure asserimus saluatoris nostri imaginem prætulisse. Clamauit enim ad beatum Helisæum, sicut in lectione diuina audistis, uida quædam, & uoce flebili supplicauit dicens, Vir meus mortuus est, & ecce creditores ueniunt & uolunt mihi tollere filios meos. Ille autem interrogauit eam quid haberet in domo sua, Respondit mulier & ait, Viuit dominus, quia non habeo nisi modicum olei quo ungar. Et dixit Helisæus, Pete uasa a uicinis tuis, & clauso ostio, mitte ex illo oleo in omnia uasa, & cū plena fuerint, uende & redde creditoribus tuis. Uida ista fratres charissimi typū Ecclesiæ præferbat, sicut & illa quæ meruit beatum Heliam excipere. Uida ergo ista, id est Ecclesia debitum graue cōtraxerat non solidorum, sed peccatorum. Debitum habebat, & credi-

torem crudelissimum sustinebat, quia se diabolo multo peccatis obnoxia fecerat. Sic enim & Propheta prædixit, In peccatis uestris uenditi estis, & in sceleribus uestris dimisi matrem uestram. Uida ergo illa pro tam grandi debito captiua quodammodo tenebatur. Captiua erat, quia redemptor nōdum uenerat. Sed postea quæ uida uiam istam uerus redemptor Christus dominus uisitauit, ab omnibus debitis liberam fecit. Unde enim illa uida liberata sit uideamus. Unde, nisi de augmento olei? In oleo misericordia intelligitur. Ergo uide illi ideo debitū crenerat, quia oleum misericordiæ peccando perdidit. Considerate fratres. Defecit oleum, & debitum creuit. Creuit oleum, & periit debitum. Creuerat cupiditas, & periit charitas. Redit charitas, & periit iniquitas. Veniente uero Helisæo Christo domino, uida, hoc est, Ecclesia per augmentum olei, id est, donum gratiæ & misericordiæ, uel charitatis pinguedine, de peccatorum debito liberatur. Quid tamen ei beatus Helisæus dixerit, uideamus. Pete uasa multa a uicinis, & proximis tuis, & clauso ostio infunde in uasculis uicinarum. Qui erāt isti uicini, nisi Gentium populi? Et licet uida illa Ecclesiæ typum habuerit, tamen uida erat, & ideo uicini illi unde uasa petebantur, populum Gentium figurabant. Quæ tamē uasa uacua exhibebantur, ut oleum misericordiæ accipere mererentur, quia omnes gentes antequam donum gratiæ cōsequantur, fide & charitate, & bonis operibus uacua esse probantur. Deniq; omnes qui ad salutare baptismum consequendū Ecclesiæ offeruntur, & christina & oleum benedictionis accipiunt, ut iam non uasa uacua, sed deo plena, & templum dei esse mereantur. Considerate ergo fratres charissimi, Quandiu uida illa oleum in uasculo proprio habuit, nec sibi sufficiebat, nec debitū reddere poterat. Verū est charissimi. Qui se solum diligit, nec sibi sufficit, nec peccatorum suorum debitum reddit. Cum uero in alienis uasculis, id est, omnibus uicinis & propinquis, & omnibus omnino hominibus cōperit oleum charitatis infundere, tūc & sibi sufficere, & ab omnibus se debitis poterit liberare. Et uere fratres talis est natura. sancti amoris & ueræ charitatis, ut erogando crescat, & quantum in aliis plus expenditur, tantum in se abundantius cumuletur. Cibum corporis si uolueris egredi tribuere, ad præsentem quod illi dederis tu habere nō poteris. Panem charitatis si dederis centum hominibus, integer manet. Si uis uero mundo largiri uolueris, tibi nihil deficit, immo non solum non deficit, sed omnium illorum quibus largitus fueris, lucrum tibi multipliciter crescit. Verbi gratia, Unum panem charitatis habebas, si nemini dedisses, ipsum solū haberes. Mille hominibus dedisti, mille panes acquisisti, quia tanta est possessio charitatis, ut & singulis tota sit, & omnibus integra esse possit. Ergo & aliis dedisti, & tibi nihil penitus perdidisti. Immo non solum non perdidisti, sed sicut iam dixi, quicquid aliis a te collatum est, tu centupliciter acquisisti. Ergo fratres charissimi, agnoscite uida non alio nisi de oleo a suis creditoribus absolutā, & intelligite Ecclesiam catholicam nō aliunde, nisi per oleū misericordiæ dei de suis fuisse criminibus liberatā. Sed hoc attendite fratres, quod mulier illa quandiu habuit uasa ubi oleū infunderet, tandiu oleum creuit. Nam dixit filio suo: Affer mihi uasa. Et ille respondit: Non habeo. Et ait scriptura sterisse oleum, posteaquam ubi poneret nō inuenit. Sic dilectissimi fratres tandiu charitas augeatur quandiu tribuitur. Et ideo etiam ex industria debemus uasa querere ubi oleum possumus infundere: quia probauimus quod dum aliis infundimus plus habemus.

Esai. 50.

4. Reg. 4.

Amoris sancti & ueræ charitatis natura.

F

Vasa

G Vasa charitatis, homines sunt. Si charitatis oleo volumus abundare, non solum bonos, sed etiam malos debemus diligere. Bonos, quia boni sunt. Malos, ut boni fiant. Habet enim hanc virtutem oleum charitatis, ut & bonos meliores faciat, & malos de peccatorum tenebris ad lucem veritatis reducat. Quod autem ait scriptura clauso ostio viduam illam oleum in vasculis infudisse, hoc significavit ut vnusquisq; eleemosynam clauso ostio faciat, id est, pro solo dei amore, non ideo ut laudetur ab hominibus, sed ut apud deum inuenire gratiam mereatur. Qui enim pro laude humana eleemosynam facit, aperto ostio facit, quia apertum omnibus patet. Qui vero pro sola vita eterna & pro remissione peccatorum bona opera fecerit, etiam si publice faciat, clauso ostio facit: quia de illa eleemosyna non hoc querit quod videtur, sed quod non videtur. Laus enim humana videtur, aeternum premium non videtur. Sed audi quid dicit Apostolus, Quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna. Securus ergo vnusquisq; eleemosynam faciat, tantum est vt pro illa gloriam humanam non requirat. Post haec audiuius quod dum beatus Helisaeus transiret per Sunam, quaedam mulier magna susceperit eum, & dixerit ad virum suum, Animaduerto quod homo iste vir dei sit, faciamus illi cenaculum, & ponamus ei in eo lectum, mensam, sellam & candelabrum, ut quando venerit maneat ibi. Et mulier illa sterilis erat, sed orante Helisaeo genuit filium. Sic & Ecclesia antequam Christus veniret sterilis fuit, Et sicut illa orante Helisaeo genuit filium, ita & Ecclesia veniente ad se Christo, genuit populum Christianum. Sed filius mulieris illius dum Helisaeus absens esset, mortuus est: sic & filius Ecclesiae, hoc est, populus Gentium antequam Christus veniret, peccatis mortuus erat. Descendente de monte Helisaeo, filius viduae huic vitae reddidit: descendente de caelo Christo, filius Ecclesiae, id est, populus Gentium suscitatur. Sed hoc qualiter factum sit, videamus. Mortuo enim filio suo mulier illa abiit, & vestigijs sancti Helisaei prostravit, Beatus vero Helisaeus dedit baculum suum puero, & dixit ad eum, Vade & mitte baculum tuum super faciem pueri. Si te salutauerit homo, non resalutes eum, Hoc loco fratres videte, ne alicui surrepat impia cogitatio, & dicat quod augurium beatus Helisaeus observare voluerit, & ideo inserit puero suo ut salutantem se in via non resalutare. Frequenter hoc in scripturis legitimus, sed pro celeritate est dictum, non pro aliqua superstitia & sacrilega observatione preceptum. Ac si diceret, ita velociter ambula, ut nullis fabulis in via occupari aut retardari praesumas. Abiit ergo puer, & misit baculum super faciem pueri, & penitus non surrexit. Puer iste typum habuit beati Moyse. Misit enim eum deus cum baculo in Aegyptum: sed baculus sine Christo flagellare Aegyptum potuit, de originali vero vel actuali peccato liberare vel resuscitare non potuit. Nihil enim, dicente Apostolo, ad perfectum adduxit lex. Opus erat ut qui baculum miserat, ipse descenderet. Baculus sine Helisaeo nihil valebat, quia crux sine Christo nihil poterat. Venit ergo beatus Helisaeus, & ascendit in cenaculum, quia venturus erat Christus, & ascensus crucis patibulum. Inclinauit se Helisaeus, ut puerum resuscitaret: humiliavit se Christus, ut mundum in peccatis iacentem erigeret. Misit Helisaeus oculos super oculos, manus super manus. Videte fratres quantum se vir ille perfectae aetatis contraxit, ut parvulo mortuo & iacenti congrueret. Quod enim Helisaeus in puero praefiguravit, hoc in toto genere humano Christus implevit. Audi Apostolum dicentem,

2. Corin. 4.

4. Reg. 4.

Exod. 4.

Hebraeo. 7.

4. Reg. 4.

Matth. 27.

Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem. Quia paruuli eramus, paruulum se fecit. Quia mortui iacebamus, pius se medicus inclinavit, quia & reuera fratres nemo potest iacentem erigere, si se noluerit inclinare. Quod autem puer oscitavit septies, septiformis gratia sancti spiritus ostenditur, quae humano generi vt resuscitetur in adventu Christi tribuitur. De ipso spiritu dicit Apostolus, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipsum etiam spiritum dominus dedit discipulis, quando insufflauit & dixit, Accipite spiritum sanctum. Os enim quodammodo super os posuit, quando insufflauit spiritu dedit. Gratias ergo agamus piissimo redemptori, qui nos nullis precedentibus meritis suscitauit, & non solum de morte perpetua eripuit, sed etiam adiuuante gratia ipsius, si bene egerimus, aeterna premia repromisit, quod ipse praestare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

Roma. 8.

Ioan. 12.

Dominica sexta, De Naaman Syro.

Sermo I.



V M Naaman regis Syriae princeps perfrustus lepra fuisse, & sibi vel cunctis horret, dolerebat rex Syria virum, per quem plurima confecerat bella, gentes domuerat, & victorias perpetrarat. Tunc audit Naaman apud Israel esse Prophetam Helisaeum mirandis virtutibus praeditum, & stupendis operibus nominatum, per quem posset & cause periculo liberari, & perniciose varietate tergi. Mox suum pergat ad regem, & commedatitias literas ad Israelitarum regem deposcit. Confestim rex ad regem literas mittit dicens, Misi ad te Naaman seruum meum, ut cures eum a lepra ipsius. Cum rex a rege literas accepisset, scidit vestimenta sua dicens, Videte quoniam malitiam querit iste, qui misit ad me hominem ut cures eum. Nunquid ego deus? O fides, Naaman princeps fideliter festinat ad deum, & rex perfidus suum dissipat vestimentum. Rex Syriae credit posse fieri quod audierat, & rex Israel non credit fieri posse quod nouerat. Tunc ad Helisaeum cum regis commotio perferretur, Mitte, inquit, ad me Naaman Syrum, ut sciat quia est deus in Israel. Adducitur itaque ad ostium hominis dei. cum quadrigis & equitibus, Ad quem ait, Vade baptizare in Iordane septies, & mundaberis. Quo audito Naaman commotus dixit, Ego putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini dei sui, & tangeret locum lepra, & curaret me. Si enim aquis me mundari oportet, nonne meliores sunt apud nos aquae? Tunc vnus ex suis ait, Nunquid hoc difficile verbum est quod locutus est Propheta ad te? Quare non facis quod dixit? Tunc Naaman reuersus & in Iordane septies baptizatus, ascendit inde mundatus. Tunc miratur Naaman, tunc stupet, tunc Prophetam conspicit, tunc caelum attendit, miratur vno iussu affuisse virtutem, miratur operatum domini, miratur detersum tanti temporis vitium. Miratur Naaman se mutatum corpore & mente perniciose, ab illo contagium pelitur, & optata sanitas reparatur. Gaudet Naaman, Prophetam letatur, & ab vtriusq; dominus collaudatur. Gaudet Naaman quod optauerat se percepisse, & quod crediderat inuenisse. Gaudet Propheta in opere, letatur populus in virtute. Gaudet Iudaea quae venientibus praesentur auxilia, discunt in Israel quod apud se inuenire non poterant. Qui curatus est praedicat, qui sentit nunciat, nemini dubium habetur quod in Naaman mirabilia protestantur. Tunc latus Naaman Helisaeo offert munera, tunc sanitatis voto obtulit dona. Non enim precium curationis est quod offero, nec sanitate percepta isto munere redimo sanitatem

Sermo CCVII.

4. Reg. 5.

M

A sanitatem quam merui. Nec precio poterit redimi, nec villo munere inueniri. Mihi, inquit Helisaeus, quod offers non accipio, quod ingeris ut alientum recuso. Nec enim tibi sanitatem praestiti, nec perniciosum in te vitium ego ipse correxi. Est potes in caelestibus deus, cuius imperium seruo, officio pareo, seruituti insisto, cui soli praeparandus est sensus, dicandus animus, tribuendas in omnibus famulatus. Huic enim si soli serueris, aut obsequia debita mancipaueris, antequam reddas seruitia, ante meliorem mereberis medicinam. Mox Naaman diuinam sibi disciplinam indicit, superstitiosa abscedit. Continuo se deum venerari testatur, & detestari idolum profitetur. Nunc, inquit, cognoui, quia deus colendus est solus, nunc primum addidici quia vnus, venerandus est dominus. Caeterum dii gentium nec saluare poterunt, nec nocere merentur, aut sanum quempiam facere, qui se non possunt de non contentibus vindicare. Tunc Naaman profiscitur in Syriam latus, tunc ad suos properat sanus. Latantur omnes qui cum eo tristes aduenierant, gaudent cuncti qui eius inualetudinem exhorrebant. Magnalia dei cuncti secum loquuntur, & virtutes eius vniuersi inuicem fabulantur. Statim Prophetae puer secum loquitur dicens, A Naaman Syro noluit quicquam accipere, pergam ut quod ille noluit suscipere ego sumam. Nec cessauit, pergit festinanter. Quem cum puer videret concurrentem, ut domino nunciaret, mox Naaman suorum statuit currus in obuiam redit, causam exquiri. Ille auarus iactat mendacium. Dicit a Propheta esse mandatum, ut argenti aliquid mitteret, quod aduenientibus ad se Prophetarum liberis tribuisset. Continuo Naaman puero duplum quam petierat dedit, quod Propheta ipse supplex ut acciperet extorqueri non meruit. In sequestri ergo deposito, in Helisaei conspectu solito more consistit. Vbi, inquit, fuisti, vel quid negocii gessisti? Nusquam, inquit, discessi. Tunc Propheta sanctissimus ait, Nonne cor meum tecum fuit, quando Naaman tibi in obuiam properauit? Argentum accepisti, & eius lepram sumpisti. O meritum Helisaei, Vno tempore duplex virtus ostenditur, & gemina potestas Prophetae sanctissimi demonstratur. Curatur Naaman Syrus, & lepra Giezi perfunditur. Seruo Syro fidei gloriam attollit, & seruo perfido intulit penam. Ille de Syria veniens quod desiderauit accepit, hic puer Prophetae plagam sibi de perfidia sumpsit. In aquis Naaman curatur & gaudet Giezi vulneratur & deslet. Alius suis redditur sanus, alius cunctis ostenditur maculatus. Deus in Naaman laudatur, quod deposita lepra integer reuersus est & sanus.

22. de Ciuitate dei, cap. 29.

Item in eadem dominica, de eodem de quo supra alius sermo factus est ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur. XXXII.

In eadem dominica, De Helisaeo & Giezi puero.

Sermo I I.

Sermo CCVIII, 4. Reg. 5.



Requerent charitati vestrae suggestimus fratres charissimi, beatum Helisaeum typum habuisse domini saluatoris: Giezi autem discipulus non incongrue Iudam traditorem, vel Iudaeorum populum intelligitur figurasse. Sicut enim Giezi ideo seruiebat beato Helisaeo, ut pecuniam posset acquirere, ita & Iudas propterea adhaeserat domino saluatori ut fraudem faceret, & terrenas diuitias congregaret. Denique sic in Euangelio scriptum est, Quia fur erat, & oculos habebat, & ea quae mittebantur a portabat. Nam Giezi qui gratiam magistri poterat promereri,

Ioan. 12.

sicut & dominus suus consecutus fuerat beati Helisaei cupiditate victus meruit in aeternum crudeli lepra perfundi. Iudas vero pro amore pecuniae & Apostolatus gratiam perdidit, & laqueo vitam finiuit. Ac sic intelligimus omnes auaros & cupidos, intus in anima peccati lepra esse perfusos. Naaman vero princeps militiae, qui leprosus erat, & suggerentem ancilla ad beatum Helisaeum sanandus aduenit, populum gentium figurauit, Puella illa quae captiua fuerat de Iudaea ducta & suggererat dominam suam, quod si ad beatum Helisaeum suus dominus pergeret, sanitatem reciperet, puella, inquam, illa prophetiae imaginem gessit, quia licet tempore illo in sola Iudaea gratia prophetiae floruerit, tamen non potuit fieri, nisi ut etiam ad vicinas gentes beata eius noticia perueniret. Audiuit ergo Naaman puellam, & venit ad Helisaeum: Audiuit populus gentium prophetiam, & venit ad Christum. Naaman veniens ad Helisaeum sanatur a lepra: & populus gentium veniens ad Christum, ab omni peccatorum lepra purgatur. Potest tamen, sicut iam dixi, Giezi etiam Iudaeorum populum figurare, qui eo tempore peccati lepra percutitur, quo ab ea gentium populus liberatur. Denique sic infelices Iudaei in passione domini clamauerunt, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc enim peccati lepra perfundi meruerunt, quando contra caelestem medicum ore sacrilego clamauerunt, Tolle tolle, crucifige eum. Ergo eo tempore in illis remansit lepra, quo ad gentes domini transit gratia. Denique sic & Apostolus Petrus ad eos locutus est dicens, Vobis, inquit, oportuit primum loqui verbum dei, sed quia vos indignos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad gentes. Quando doctrina Apostolorum ad gentes transit, tunc in miseris Iudaeis peccati lepra remansit. Quid tamen mandauerit beatus Helisaeus Naaman Syro videamus, Vade, inquit, & lauae septies in Iordane. Quod autem audiens Naaman, ut lauaretur septies in Iordane, indignatus est, & nolebat annuere, & ab amicis suis consilio accepto, acquieuit ut lauaretur, & purgatus est: hoc significauit, quia populus gentium antequam Christus crucifigeretur, ipsi per se Christo loquenti non credidit, sed postea praedicantibus Apostolis ad sacramentum baptismi fideliter venit. Naaman munera obtulit beato Helisaeo, & ille accipere noluit, Christi in hoc gratiam figurata intellige, quae ideo gratia dicitur, quia gratis datur. Sic enim dominus in Euangelio discipulis dixit, Infirmos curate, mortuos suscite, daemonos expellite. Gratis accepistis, gratis date. Et quia omnia sacramenta & mysteria domini nostri quae in Iudaeis erant praefigurata, in nobis videmus esse completa, quantas possumus deo gratias referamus, vt cum dies iudicij aduenierit, ab auditu malo liberati, illa ad nos vox desiderabilis dirigatur, Venite benedicti, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad quod vos dominus sua protectione perducatur, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

4. Reg. 5.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Acto. 13.

4. Reg. 5.

Matth. 10.

Matth. 25.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Amen dico vobis, Nisi abundauerit iustitia uestra, &c. quae sumpta est ex libro primo, de sermone domini in monte, cap. V I. & V I I. Et ex libro Quinquaginta homiliarum, X L.

Matth. 5.

Dominica septima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, &c.

Marci. 8.

Sermo I.

Altitudinem



Sermo CCIX.

Matth. 7.

Marci. 8.

Marci. 7.

Ibidem.

Marci. 8.

Matth. 10.

Marci. 8.

Vbi supra.

**A**litudinem diuinitatis suae, & misericordiam humanitatis multis & variis modis in scripturis sanctis dominus noster Iesus Christus ostendit, quemadmodum solet in mysteriis & sacramentis, ut & petentes accipiant, & quærentes inueniant, & pulsantibus aperiat. Omnia enim quæ in hoc mundo sub fragilitate nostra exhibuit miracula, nobis proficiunt. Non utique sine causa faciebat ea dominus, vel quasi frustra & inaniter. Verbum dei est Christus, qui non solum sonis, sed etiam factis loquitur hominibus. Hoc enim etiam quod hodie de sancto Euangelio lectum est, quærit intellectorem, & cum fuerit intellectum, spiritale facit gaudium. Et in hac lectione simul consideranda est in vno eodemque redemptore nostro diuisa operatio diuinitatis & humanitatis, atque omnimodis detestandus error Eutychemis, qui vnam tantum in Christo dogmatizare presumpsit operationem. In alterutra enim parte vel qui solum hominem fuisse dixerit, gloriam negabit conditoris: vel qui solum deum, negabit misericordiam redemptoris. Nempe quod super turbam miseretur dominus, ne vel inedia, vel longioris via deficiat labore, nouerimus affectum esse atque compassionem humane fragilitatis.

**Q**uod autem de septem panibus & paucis piscibus satiavit quatuor milia hominum, credimus diuinum opus esse virtutis. Attendat ergo sanctitas vestra, quia hoc nobis propositum est, quod cum vestra charitate tractemus, quid sibi velit huius rei tantum mysterium, quod eo modo se deum discipulis demonstrasse sancta testatur scriptura, quomodo Euangelium narrat. Ait enim Euangelista in hodierna lectione, Cum multa turba esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor turbæ huic. Sed requiramus quod ait superius. In illis diebus cum turba multa esset, Superius enim accesserunt Iudæi ad saluatorem, accusantes discipulos eius, eo quod non lotis manibus manducarent. Quos dominus redarguit, quia quæ de corde mala procedunt, ea potius hominem inquinant. Et relictis illis, venit in finibus gætiæ, ubi mulier Chananæ, quæ est mater gentiliæ, pro filia sua, id est, Ecclesia dominum deprecatur. Quæ tandem postulauit donec acciperet quod petebat. Post hæc iterum curauit mutum & surdum. Ergo in his diebus cum multitudo populi concurrisset, nec haberet quod manducaret. Turbas enim hic omnes gentis significare creaturas intelligimus, pro quibus ipse dominus misericordia commouetur, quod non haberent quod manducarent. Hic spiritualiter debemus intelligere, quod ideo non habebant quod manducarent, quia gentes legem non habebant, id est, quinque libros Moysi, non prophetas, non prædicationem sancti Ioannis, quia gentes non per legem, sed per fidem venerunt ad redemptorem. Ideo triduo perseverant, hoc est, in natiuitate, in passione, in resurrectione domini, siue in patre, & in filio, & in spiritu sancto. Perseuerare enim permanere est in confessione, sicut ipse dominus ait, Qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Dicit ergo dominus, Non habent quod manducarent. Quia legem non habent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiat in via: ut qui per fidem Christi crediderunt, per fidem Christi saluentur. Quidam autem ex his, de longe venerunt. Longe enim erant gentes à deo, errando per idola. Et modo omnis qui peccat longe est à deo. Dicunt discipuli eius, Vnde istos quis poterit saturare panibus in solitudine? Adhuc apostolos tenebat incredulitas, donec mysteria reuelarentur, nec recordabatur quod fecerat de quinque panibus & duobus piscibus. Et interrogauit eos Iesus quot panes haberent. Qui di-

xerunt, septem. Et precepit turbæ ut discumberent super terram. Et accipiens panes gratias egit, & dedit discipulis suis ut apponeret. Et pisces similiter benedixit, & posuit ante illos. Et manducauerunt & saturati sunt, & sustulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia extramulieres & infantes. Et virtutes quidem domini manifestissime credimus esse factas in presenti, sed quæ lateat in mysterio, ipsius gratia donante requiramus. In superiori enim lectione de quinque panibus & duobus piscibus quinque milia hominum satiavit: hic septem panibus satiavit quatuor milia hominum. Ibi discipuli suggerunt domino dicentes, Locustis desertus est, & hora præterit, dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Hic penitus tacent discipuli, sed ipse dominus pro eis sollicitus est. Videamus quare tacent. Quia necdum missi fuerant predicare gentibus, sed potius ad oues perditas domus Israël. Prior ergo illa parabola pertinet ad Iudæos, ista vero ad gentes. Ibi quinque panes fuerunt, hoc est quinque libri Moysi. Hic vero septem panes, qui sunt septiformis spiritus dona, sicut ait sanctus Esaias propheta, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Ibi duodecim cophini pleni spiritu sancto, hic septem Ecclesie siue septem candelabra aurea. Ibi duo pisces, qui sunt duo testamenta, siue vnus liber omnium prophetarum, vel sancti Ioannis prædicatione: hic indefinitus numerus ponitur, quæ sunt dona gratiarum, sicut ait Apostolus, Alij per ritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij prophetia, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum, omnia vero hæc operatur vnus atque idem spiritus. Ibi super scænum recumbunt, & hic super terram. Vtrinque vna cõuersatio, vna gratia, vna virtus, vna deitas. Ibi super scænum discumbunt, hoc est, mortificata opera carnis: quia, Omnis caro scænum, ait propheta. Hic super terram discumbunt, id est, opera terrena cõculcat. Ibi quinque milia refecti, qui numerus pertinet ad Iudæos. Nam post ascensionem domini loquente sancto Petro, quinque milia sunt baptizati. Hic autem quatuor milia, hoc est, de tota terra omnes gentes à quatuor cardinibus cœli, de septiformis sancti spiritus gratia esse repletas in vitam eternam. Et ideo dilectissimi nos qui non per legem, sed per fidem credimus in domino nostro Iesu Christo, qui non ex operibus, sed ipsius gratia sumus redempti, qui non ex quinque panibus, id est, ex quinque libris Moysi, sed ex septiformis gratia spiritus sancti sumus repleti, sicut beatus Esaias prophetauerat dicens, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit illum spiritus timoris domini. In hac ergo septiformi spiritu sancti gratia maneamus, in qua vocati sumus, repleti dono spiritus sancti, per dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat in vnitatem eiusdem spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, de Heliseo & securi in gurgite lapsa.

**Sermo III.**  
**V**M diuina lectio legeretur fratres charissimi, audiuius quod eunte beato Heliseo cum filiis Prophetarum ad Iordanem fluitum, dum sibi ligna conciderent cecidit securis in aquam. Et ille de cuius manu ceciderat clamauit ad beatum Heliseum, Heu domine mihi, & ipsam mutuo susceperam. Post hæc in loco ubi securis illa corruerat, beatus Heliseus misit lignum, & natauit ferrum. Heliseum fratres dilectissimi typum habuisse domini saluatoris frequenter charitati vestre suggestimus. Sed & in puero, qui erat de filiis Prophetarum,

**A**rum, cui securis de manu lapsa est, non incongrue Christus dominus intelligitur. Securis illa quæ cecidit Adam, siue totum genus humanum significasse dicitur. Tenebat ergo filius Prophetarum securim in manu sua, & dominus ac saluator noster humanum genus quod creauerat in manu potentia sua. Sed quomodo securis illa de manu Prophete in profundum corruit, ita & genus humanum de manu domini omnipotentis per superbiam se excussit & cecidit, & in fluuio luxurie vel omnium peccatorum gurgite se submersit. Securis illa in profundo iacebat, quia genus humanum in omnium criminum abyssum infelici ruina corruerat, sicut scriptum est, Infixus sum in limo profundi. Et iterum, Deueni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Fluuius enim ille ubi securis cecidit, significat præterfluentem & fugitiuam, & in abyssum descendentem voluptatem, vel luxuriam seculi huius. Fluuius enim à fluendo nomen accepit. Et quia omnes peccatores transitoriis voluptatibus inherentes fluere dicuntur, ideo securis illa in fluuio & in limo iacebat oppressa. Veniens vero Heliseus, misit lignum & natauit ferrum. Quid est lignum mittere, & ferrum in lucem producere, nisi patibulum crucis ascendere, & de profundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorum limo per crucis mysterium liberare? Postquam vero natauit ferrum, misit manum propheta & recepit illud, & rediit ad vtilis usus domini sui. Ita & de nobis factum est dilectissimi fratres, qui de manu domini superbiendo cecideramus, per crucis lignum iterum ad manum vel ad potestatem domini redire meruimus. Et ideo quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne iterum superbiendo de manu domini corruamus. Et quia nullis præcedentibus meritis de tenebris producti sumus ad lucem, de morte ad vitam reuocati, de multis erroribus in viam reducti, curramus dum lucem habemus, nec prætereuntia salutis tempora negligamus, nec nos delectet mundi huius male dulcis & nimium periculosa lætitia, ne iterum de operibus sanctis, & de iustitiæ via quasi de manu domini corruentes, ad luxuriosum mundi huius fluitum recurramus, & in omnium peccatorum limum infelici iterum ruina mergamur, sed audiamus apostolum dicentem. Si cõsurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt querite. Quare dicit, Si resurrexistis, nisi quia cecideramus: Et alibi idem Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quasi non tibi videtur ad securim in limo iacentem clamare: Surge, inquit, qui in profundo gurgite dormis, & per crucis mysterium illuminabit te Christus. Iam ista omnia fratres charissimi per baptismi sacramentum, deo auxiliante, sic agere studeamus, ut nobis beneficia domini nostri non iudicium pariant, sed profectum. Et ita dulcedinem charitatis, puritatem cordis, & castitatem corporis teneamus, ne in nobis dei sacramenta patiantur iniuriam, si enim verum est, imò quia verum est quod dicit apostolus, Quia templum dei sumus, & spiritus dei habitat in nobis, quoties aliquod peccatum aut cogitatio, aut loquendo, aut etiam operando perficimus, templum dei destruius, & ei qui in nobis habitat iniurias irrogamus, Et ideo si quis in se templum dei aut turpibus cogitationibus sordidauit, aut luxurioso sermone polluit, vel quibuscumque criminibus forte iam usque ad fundamenta destruxit, dum tempus est cum dei adiutorio studeat reparare perditam, erigere lapsam, destructamque construere, ut cum dies iudicij aduenerit, etiam coronam

non mereamur accipere, vel ad peccatorum mereamur indulgentiam peruenire. Quod autem dixi, vel ad peccatorum indulgentiam, pro humilitate quæ nobis satis est necessaria videor suggestisse. Nam medicus ille celestis compunctis penitentibus, & elemosinas largius facientibus, non solum veniam, sed etiam coronam recompensare consuevit. Ego fratres charissimi, etsi negligens tamen qualiscumque præco veritatis à domino constitutus, quod & vobis expedit audire, & me oportet dicere, si non quantum debeo, vel quantum possum suggero, clamo, admoneo. Qui contemnit præconem timeat iudicem. Nullus ex nobis ante tribunal Christi se excusare poterit non se fuisse admonitum, ut omnibus vitiis resisteret, & virtutum operam daret. Et quia vobis quid vitare vel fugere debeatis assidua prædicatione monstratum est, sic deo auxiliante agite, ut vobis admonitio vestra magis ad premium quam ad iudicium ante tribunal æterni iudicis proficiat. Quod ipse vobis concedere dignetur, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, De fame Samarie,

**Sermo IIII.**  
**V**M à cultu dei gens iniqua discedit, horrenda fame comprimitur, & iusta necessitate turbatur. Venit inquit, filius Adadezer regis Syriæ in Samariam & obsedit eam, & facta est fames magna, ita ut venundaretur caput asini quinquaginta siclis argenti, & quinque siclis argenti quarta pars cabi stercoreis columbini. Cur famem miserissime pateris? Cur inopiam teterrimam sentis? Cur tanta penuria laceraris? Crescit famis quotidie poena, quia quotidie crescit & culpa. Perseuerant flagella, quia in populo perseuerat & delicta. Propter te enim hostis irruit, inimicus obsedit, aduersarius tua pabula deuorauit. Tu esuris, & ille pinguescit. Tu famem horridam pateris, & ille de tuis pabulis suis vacat epulis. Tu asinorum cadauera, & stercorea columbarum argenteo mercaris. Callida deinceps vita, damna peccata, delicta compefce, ad deum cõuertere, relinquere idolum, abominare figmentum, tunc poteris hostes diuini adiutorio, vincere, & celesti prælio superare. Nec quisquam tibi poterit nocere ulterius, si damnato scelere diuinus in te germinauerit cultus. Proh nefas, Horrenda cadauera & columbarum stercorea peccator populus vescitur, nec dei cultum querit. Inquinatas carnes & horrendas escas fames & necessitas poscit, & adhuc figmentum hominum duritia colit. Pabula denegantur, & illicita à peccatoribus exhibentur. Deus à populo peccatore non queritur, & idolum adoratur. Mutatur in figmentum dei cultura, mutatur religio, mutatur & esca, mutatur dei sancta cultura, mutantur & hominibus pabula, interdicta vescuntur. Ut enim alienum est quod colitur, ita alienum est quod contra regulam esuritur. Nec enim difficile est populum famem posse sentire, quem male viuendo constat spiritualiter esurisse. Interea crescunt cum vitiis augmenta famis, & peccata matrum cadauera appetunt filiorum, & alternis vicibus mulieres duæ suos natos deuorare disponunt. Proh dolor, In cibum pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles commutatur. Antè parricidium geritur, quam ad funestas epulas veniatur. Anima artubus elicitur, & matrum viscera polluantur. Innocens sanguis effunditur, ut parvum famem rabida saginetur. Apud illas enim totum crudele, nefandum est, inquam, in fontis sanguinem fundere, innocens carnes cõcoquere, decoctos artus auidis faucibus transiorare, ut natum cõuertat in cibum, quæ deus condidit in solatium. Sed postquam ad funestas epulas ventum

Sermo CCX. 4. Reg. 5.

1. Corin. 3.

Sermo CCXI.

4. Reg. 6.

F

G tum esset, altera mulier alteram exhortatur, Recipe, inquit, recipe miseranda mater in viscera filium, nuper visceribus procreatum. Esto tui nati sepulchrum, esto eius corporis diuersorium. Esto eius, vt ita dixerim, monumentum. Intra te paululum comestus infans redeat, qui prae fame viuere iam iamque non poterat. Materni sinus qui vitalem intra se enutrierant, & nutritum in luce protulerat, particulatim sibi reditum recognoscant. Recipiat nunc comestum vterus, quem viuum adiderat partus. Repetat habitaculum mortuus, vnde nuper exierat viuus, quoniam fames vrget, necessitas cogit. Cur enim nato supersite moriar, & non magis natum ego mater consumam? Igitur cum hac mulier comestum iam conspiceret puerum, suum ab ista clade subtrahit filium. Negat se facturam in proprio, quod cum matre fecerat in alieno. Sufficit, inquit, mihi, sufficiat tuo sceleri mulier consensisse, sufficit me funestas epulas degustasse, & innocentis carnibus mea viscera polluisse. Crudele enim tecum participavi consilium, vt nefandum exererem de meo filio parricidium, quod tecum admisi exiari non possum, nefandum scelus reculare non valeo. Esto saltem releuata in meo, quae sic grauaris in tuo. Desine meo scelere, desine tuo gratiore commisso. Vtinam nec tu faceres quod tu fecisti, nec ego scelus admitterem quod incurri, vt homicidium facerem, & parricidium perpetrarem. Ex me discite quid feceris, quia & ego per te merui quod amiserim. Quare istud quod cogis non facio, quod suades effugio, quod ingeris perhorresco. Tunc ad regem altera alteram pertrahit, ad iudicium ducit, causam tanti sceleris publicauit, quod enormitas facinoris publicare coegit. Tunc, inquam, sceleratum factum prodidit dolor, tunc immane facinus pietas perfida denudauit. Ardet infana mulier, quia parricidium fecit, ardet quia filium suum deuorauit, sed plus ardet quia in illa clade filium suum alia non immolauit. Aut ego cum hac, inquit, moriar, aut certe vt haec meum, ita illius natum inuadam. Pactum nostrum iustitia iniqua rex iuste consumma, quia ego nunquam meum natum occiderem, nisi suum occidendum amaro placito locauisset. Ergo domine rex, aut meum qui comestus est reddat, aut suum qui est absconditus prodit. Certe vt dignum est vtraque nos pariter sententia percute, ne aut ego post tantum facinus viuum, aut haec sese gaudeat non fuisse in suum filium parricidam. Quo audito rex, vestimenta conscidit, vultum mutauit, & continuo propheta ad regem mandauit, Haec dicit dominus, Hac hora crastina die mensura similaginis siclo emetur, & duae mensurae ordei siclo in porta Samariae ementur. Nunciat propheta sanctissimus ad regem caelitus vbertatem, quam sola fides crederet, & perfidia posse fieri denegaret. Nunciat in locum famis futuram abundantiam similaginis, nunciat cessaturam famem, successuram vbertatem. Nunciat subito magnalia dei successura virtute altissimi, & additur proprio sceleri perfidia hominis, Tunc homo qui missus fuerat a rege ait, Nec si cataractae caeli aperiantur possunt fieri quae narrantur. O perfidia hominis. Non credit promissam fieri vbertatem, qui horrendam senserat egestatem. Nec considerat deum promississe abundantiam qui populo irrogarat penuriam. Sceleratissime homo & cur mirabilibus non credis? Cur farra non accipis? Cur promittentem dominum perhorrescis? Crede quod credentibus datur, crede populo futurum, cuius te iam negaueris socium. Et quia bonis tantis indignus es, haec tibi videre conceditur, & posse perfui denegatur. Igitur dum haec geruntur, auditu

fecit dominus in castris Syriae, vt populo promissam tribueret vbertatem: quadrigarum strepitus, & curruum sonitus, & armorum tumultus inimicorum auribus maluit resonare, vt posset iam suum populum liberare. Quo strepitu percussis inimici fugiunt, sine pugna terga vertunt, vtensilia relinquunt, & Israelitae egressi ciuitatem, castra hostium inuadunt depraedantes. Reuertente ergo populo onerato, ille qui non crediderat cecidit lapsus, & vbertatem videns in populo cecidit, pressus est.

*Dominica octaua, de eo quod scriptum est, Sunt qui se diuites affectant nihil habentes. Et sunt qui se humiliant cum sint diuites, Redemptio animae viri diuitiae eius, pauper autem non suffert minas.*

Sermo I.



Ancta scriptura quae modo in auribus nostris lecta est admonuit nos, imo per illam deus qui iubet nobis loqui ad vos, quærere vobiscum & pertractare quid sit, & quid sibi velit quod lectum est, Sunt qui se diuites affectant nihil habentes, & sunt qui se humiliant cum sint diuites. Non enim arbitrarium est, neque omnino credendum, quod de istis diuitiis, quibus instantur superbi, de visibilibus istis dico atque terrenis, curauerit scriptura sancta nos admonere, vt vel eas pro magno habeamus, vel non habere timeamus. Quid enim prodest homini, ait aliquis, qui se diuitem videri affectat, cum nihil habeat? Istum notaui scriptura atque reprehendit. Sed nec ille valde admirandus aut imitandus est, & pro magno optandus, quem videtur in laude posuisse, si temporales atque terrenas diuitias intellexeris. Et sunt, inquit, qui se humiliant, cum sint diuites. Ille recte displicet nobis, qui cum nihil habeat, se diuitem affectat. Quid? Iste placet nobis, qui cum sit diues humiliat se? Forte placet, quia humiliat se, non tamen placet, quia diuites est. Accipiamus ergo & hoc. Non indecorum est nec inhonestum, nec inutile quod scripturae sanctae nobis commendare voluerunt humiles & diuites. Nihil enim tam timendum est in diuitiis quam superbia. Denique apostolus Paulus hoc admonet Timotheum, Praecepit, inquit, diuitibus huius mundi, non superbe sapere. Non enim diuitias expauit, sed morbum diuitiarum. Morbus autem diuitiarum, est superbia magna. Nam grandis animus est, qui inter diuitias isto morbo non tentatur. Maior animus diuitiis suis, qui eas vincit non concupiscendo, sed contemnendo. Magnus est ergo diues, qui non se ideo magnum putat quia diues est. Qui autem ideo se magnum putat, superbus & egenus est. In carne crepat, in corde mendicat, inflatus est, non plenus. Vtres autem duos si videas, vnum plenum, alterum inflatum, in vtroque eadem est magnitudo, sed non in vtroque eadem plenitudo. Si attendis falleris, si appendis inuenies. Qui plenus est difficile mouetur, qui inflatus est cito aufertur. Praecepit ergo, inquit, diuitibus huius mundi. Non adderet, Huius mundi, nisi quia sunt diuites & non huius mundi. Qui sunt diuites non huius mundi? Quorum princeps & caput est ille, de quo dictum est, Pauper pro nobis factus est, cum esset diues. Sed si ille solus, quid profuit? Vide quid sequitur, Vt illius paupertate vos ditaremini. Puto quia paupertas Christi non nobis attulit pecuniam, sed iustitiam. Paupertas autem illius vnde? Quia mortalis effectus est. Ergo diuitiae verae immortalitas. Ibi enim vera copia, vbi nulla indigentia. Quia ergo nos immortales fieri non possemus, nisi pro nobis Christus mortalis esset effectus, ideo pauper factus est cum esset diues: & non ait, pauper factus est cum diues fuisset: sed pauper factus est cum diues esset: paupertate allum-

Prouerb. 13.

Sermo CCXII.

Prouerb. 13.

L.

1. Timo. 6.

Diuitiarum morbus, superbia.

Diuites non huius mundi. 2. Corin. 8.

Christi paupertas vnde?

A pfit, & diuitias non amisit. Intus diues, foris pauper. Latens deus in diuitiis, apprensus homo in paupertate. Vide diuitias eius, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Quid diuitius eo, per quem facta sunt omnia? Aurum habere diues potest, creare non potest. Cum itaque eius istae diuitiae commendate essent, vide paupertatem eius, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hac eius sumus paupertate ditati, quia in sanguine eius qui manauit de carne eius, quod verbum caro factum est vt habitaret in nobis, concisus est sacculus peccatorum nostrorum. Per sanguinem illum abiectimus pannos iniquitatis, vt indueremur stola immortalitatis. Omnes ergo diuites, boni fideles. Nemo se contemnat, pauper in cella, diues in conscientia. Diues quippe in conscientia securior dormit in terra, quam diues in purpura. Ibi non excitat sollicitudo maligna, compuncto corde de scelere. Serua diuitias in corde tuo, quas tibi contulit paupertas domini tui. Immo ipsum adhibe tibi custodē, ne pereat de corde quod dedit, seruet ipse qui dedit. Omnes ergo diuites boni fideles, sed non diuites huius mundi. Denique diuitias suas nec ipsi sentiunt, sentient postea. Viuit radix, sed hyemis tempore etiam viridis arbor arida similis est. Tempore quippe hyemis & arbor quae aret, & arbor quae viget, vtraque nuda est onere foliorum, vtraque va cua onere frugum, veniet aestas, & discernet arbores. Viua radix folia producit, impletur fructibus: arida inanis aestate, sicut hyeme, remanebit. Itaque illi horreum praeparatur, huic securis adhibetur, vt amputata in igne mittatur. Sic aestas nostra Christi est aduentus, hyems nostra Christi occultatio, aestas nostra Christi reuelatio. Denique arboribus bonis & fidelibus hanc allocutionem praebet Apostolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Certe mortui, sed mortui specie, viui in radice. Attende autem venturum tempus aestatis, quomodo sequatur & dicat, Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Hi sunt diuites, sed non huius mundi. Nec tamen & diuites mundi contempti sunt. Et ipsos lucratus est sua paupertate, qui cum diues esset, propter nos pauper effectus est. Nam si eos contempnisset, & in numero suorum habere nolisset, non Timotheo, sicut dicebam, Apostolus praecipisset vt & ipse praeciperet, Praecepit, inquit, diuitibus huius mundi non superbe sapere. Inter hos qui fide sunt diuites, sunt quidam diuites huius mundi, Praecepit illis, quia & ipsi membra illius pauperis facti sunt. Praecepit illis quid in illis timeas a diuitiis. Non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Inde enim superbit diues, quia sperat in incerto diuitiarum. Nam si incerta diuitiarum prudenter attenderet, nunquam superbiret, sed semper timeret. Quanto esset ditior, tanto fieret sollicitior, & secundum hanc vitam, non solum secundum illam. Multi enim in istis seculi perturbationibus securiores pauperes fuerunt, Multi autem propter suas diuitias quaesiti & correpti sunt. Multi se habuisse planxerunt, quod semper habere minime potuerunt. Multos penitentium consilium sui domini non recepit, qui dixit, Nolite vobis thesauros condere in terra, vbi tinea & comestura exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate vobis thesaurum in caelis. Non dico vobis vt perdatis, sed vt migretis. Multi enim hoc facere noluerunt, & non se obedisse doluerunt, quando non solum sua perdidērunt, sed propter illa & ipsi perierunt. Praecepit ergo diuitibus

IOAN. 1.

Coloss. 3.

2. Corin. 8.

1. Timo. 6. Diuites huius mundi.

Math. 6.

1. Timo. 6.

huius mundi non superbe sapere, & fiet in eis quod auditum in Proverbio Salomonis, Sicut qui se humiliant cum sint diuites. Et secundum istas diuitias temporales fieri potest. Sit humilis, plus gaudeat quia Christianus est, quam quia diues est. Non infletur, non extollatur, attendat pauperem fratrem, non dedigneur frater pauperis appellari. Quantumcunque enim diues sit, ditior est Christus qui fratres suos voluit esse pro quibus sanguinem fudit. Tamen ne dicerent diuites non se habere quid faciant de diuitiis suis, admonuit Timotheum, vt etiam eos consilio regeret, non solum praecocepto cohiberet: cum dixisset, Neque sperare in incerto diuitiarum: ne se spem perdidisse arbitrarentur, subiecit, Sed in deum viuum, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum: Temporalia ad vtendum, aeterna ad fruendum. Sed de diuitiis suis quid faciant? Diuites sint, inquit, in operibus bonis, facile tribuat. Hoc profuit diuitiae, ne sit tibi difficultas tribuendi. Vult enim pauper & non potest, vult diues & potest. Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futuro, vt apprehendant veram vitam. Nam ista vita falsa est. Huius vitae falsitate deceptus ille in purpura & bysso, iacentem vicerofum pauperem ante suam ianuam contemnebat. Sed ille iunctus a canibus, thesaurum sibi aeternum in Abrahamae gremio comparabat: & si non abundantia facultate, pia tamen & optima voluntate. Ille autem diues qui sibi magnus videbatur in purpura & bysso, mortuus & sepultus est in inferno. Et quid inuenit? Aeternam sitim, indeficientes flammis. Successit ignis purpure & bysso, ea tunica ardebat, qua se expoliare non poterat. Pro populo ariditas ei erat & desiderium guttae de digito pauperis, sicut illi micarum de mensa diuitis indigentia fuit. Sed illius egestas praeteriens, huius poena permanens. Hoc attendant diuites huius mundi, & non superbe sapiant. Facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futuro, vbi sunt veri diuites, sed non huius mundi, vt apprehendant veram vitam: forte ergo hoc admonuit scriptura, vbi ait, Sunt qui se diuites affectant nihil habentes, propter superbos pannos. Si enim vix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis ferat? Meliores sunt ergo illi qui se humiliant cum sint diuites. Veruntamen de aliis diuitiis se dicere scriptura testatur, secuta enim adiunxit, Redemptio animae viri diuitiae eius, pauper autem non suffert minas: Intelligere debemus ex alia nescio qua paupertate pauperem, & ex aliis nescio quibus diuitiis diuitem. Altius enim diuites in corde, diuites pleni fortitudine, opimi pietate, abundantes charitate, secum sunt diuites, interiores sunt diuites. Sunt autem qui se diuites affectant cum sint pauperes, iusti sibi videntur, cum sint impij. Diuitias quippe illas intelligere debemus, quoniam aperuit scriptura quid dixerit, Redemptio animae viri diuitiae ipsius. Intellige, inquit, quas tibi diuitias commendem, quoniam dixi, Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes: & sunt qui se humiliant, cum sint diuites, illas temporales & terrenas & visibiles diuitias cogitabas. Ego autem non ipsas dico, sed quas dicam consequenter admoneo. Redemptio animae viri, diuitiae ipsius sunt. Ergo qui non habent animae redemptionem, quia iniqui sunt & iustos se videri affectant, quia hypocritae sunt, ipsi sunt de quibus ait, Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes, iustos se volunt videri, cum in cella conscientiae non habeant aurum iustitiae. Et sunt pleni, tanto humiliores, quanto ditiores, de quibus dictum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Quid

D Prouerb. 13.

1. Timo. 6.

Luc. 16.

1. Timo. 6.

Prouerb. 13.

Math. 5.

**G** Quid ergo queris diuitias, quæ oculis humanis & car-  
neis blandiuntur? Lucet aurum, sed plus lucet fides. Eti-  
ge quid habere in corde debeas. Intus plenus esto, ubi  
diuitias tuas deus videt, homo non videt. Nec tamen  
quia homo non videt, ideo debes contemnere quod  
intus habes. Vis videre, quia & oculis iniquorum plus  
lucet fides quam aurum? Quomodo laudat etiam auar-  
us dominus seruum fidelem? Nihil illo dicit esse pre-  
ciosius, imò eum omnino precium non habere testa-  
tur. Habeo seruum, inquit, non habet precium. Expectas  
tu vnde? Forte bene saltat, aut optimus coquus est.  
Non. Attende interiorem laudem. Nihil, inquit, fide-  
lius. Placet tibi homo seruus tuus fidelis, & tu non vis  
esse deo seruus fidelis? Attendis, quia habes seruum, at-  
tende quia habes & dominum. Seruum tuum potuisti  
cõparare, non creare. Dominus tuus & verbo suo crea-  
uit te, & sanguine suo redemit te. Si viluisti tibi, reco-  
le precium: si hoc & oblitus es, lege Euangelium, in-  
strumentum tuum. Fidem amas in seruo tuo, & domi-  
nus tuus non querit eam in suo? Redde quod exigit.  
Quod tibi gaudes reddi ab inferiore, redde superiori.  
Amas seruum qui fideliter custodit aurum tuum, noli  
contemnere dominum, qui misericorditer custodit cor  
tuum. Omnes ergo habet oculos ad laudandam fidem,  
sed quãdo illam exigunt reddi sibi. Nam quando ab eis  
exigitur, claudunt oculos, nolunt eam videre quam pul-  
chra sit. Aut forte stulta insania propterea nolunt redde-  
re ne perdant, quomodo timet quis reddere pecuniam,  
cum reddiderit eam, non habebit. Non sic redditur fides,  
& redditur & habetur. Mirum dictum, imò si non  
redditur, non habetur. Redemptio animæ viri, diuitiæ  
ipsius. Merito illi vanissimo diuiti insulauit deus, vt  
admoneret nos ne talia imitemur. Cui regio fructuo-  
sa succedens, turbauit hominem copia plus quam ino-  
pia. Cogitauit enim apud se, dicens, Quid faciam, quo  
cõgregem fructus meos? Et cum astuisset arctatus, tan-  
dem sibi visus est consiliu inuenisse. Sed vanum con-  
siliu. Hoc enim consiliu non inuenit prudentia, sed  
auaritia. Destruam, inquit, veteres apothecas minores,  
& nouas faciam ampliores, & implebo eas, & dicam  
animæ meæ, Anima, habes multa bona, satiare, iocun-  
dare. Aut illi, Stulte in quo tibi sapiens videris? Stulte  
quid dixisti? Dico animæ meæ, Habes multa bona, sa-  
tiare. Hac nocte auferetur à te anima tua, hæc quæ pa-  
rasti cuius erunt? Quid enim prodest homini si totum  
mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum pa-  
tiatur? Ideo redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Has ille  
vanus & stultus diuitias non habebat. Animam quippe  
suam elemosynis non redimebat, fructus perituros  
condebatur. Recondedat, inquam, perituros fructus peri-  
turus, nihil largiens domino ad quem fuerat exiturus.  
Quam frontem habiturus erit in illo iudicio, cum au-  
dire coeperit, Esuriui enim, & non dedistis mihi man-  
ducare? Animam enim suam superfluis & nimis epu-  
lis satiare cupiebat, pauperum tot inanes ventres super-  
bissimus contemnebat. Nesciebat pauperum ventres a-  
pothecis suis esse tutiores: Quod enim recondedat in  
illis apothecis suis, fortassis & à viribus auferetur. Si  
autem recondederit in pauperum ventribus, in terram  
quidem digerebatur, sed in cœlo tutius seruabatur. Ergo  
redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius. Et quod sequitur,  
Pauper autem non suffert minas. Pauper scilicet ina-  
nis iustitia, nõ habens intus spiritus plenitudinem, orna-  
menta spiritalia, supellectilem spiritaliam, totumque  
illud quod oculis non videtur, sed mente plus cerni-

tur. Non habens hæc intus, non suffert minas. Quan-  
do ei dictum fuerit ab aliquo potente, dic hoc verbum  
contra inimicum meum, dic falsum testimonium, vt  
ego quem volo opprimam & domem, forte tentat. Non  
facio, non mihi adduco peccatum. Tantum negat, quo-  
usque diues minari incipiat. Sed quia pauper est non  
suffert minas. Quid est, pauper est? Non habet diuitias  
interiores quas martyres habuerunt, qui pro veritate ac  
fide Christi omnes minas seculi contempserunt. Nihil  
de corde perdidit, in cœlo quantum inueniunt? Pauper  
ergo non suffert minas. Non potest dicere di-  
uiti cogeti se ad alicuius iniuriam, aut falsum testimo-  
nium, non facio: non habet intus vnde respondeat, non  
est thesauro interiore solidatus & plenus: non est qui di-  
cat, quia non habet vnde dicat: non est qui dicat, Quid  
mihi facturus es qui minaris? Vt multum, ablaturus  
quod habeo. Tollis quod relicturus sum. Tollis, quod  
& si non tollas, dum vivo forsitan perditurus sum. De  
arca interiore nihil perdo. Cum mihi minaris auferre  
quod habeo, vere vis auferre quod intus habeo. Sed il-  
lud potes auferre & habere: Fidem si minando abstu-  
leris, & ego perdo, & tu non habebis. Non ergo facio  
quod hortaris, non curo quod minaris. Sed potes sa-  
uendo etiam de patria me pellere. Nocuisti si illuc me  
expuleris, ubi deum meum inuenire non possum. For-  
te valebis etiam occidere. Reuente carnali domo, in-  
columis habitator abscedo, & ad illum cui seruo fidem  
securus exhibeo, & te amplius non timebo, Vide enim  
quid minaris, vt falsum testimonium dicam, mortem  
minaris, sed corporis. Plus ego eum timeo, qui dixit,  
Os quod mentitur, occidit animam. His diuitiis intus  
plenus & opimus, talia minanti vel meliora respondet.  
Pauper autem non suffert minas. Simus ergo diuites, &  
timeamus esse pauperes. Quæramus ergo impleri cor  
nostrum diuitiis ab illo qui vere diues est. Et si forte v-  
nusquisque vestrum intrat in cor suum & illic diuitias  
istas non inuenit, pulset ad diuitem. Fiat ante ianuam  
diuitis illius pius medicus, vt sit illo donante diues im-  
pletus. Et vere fratres mei, paupertatem nostram, ege-  
ritatem nostram debemus domino deo nostro confite-  
ri. Hanc confitebatur publicanus, qui nec oculos ad cœ-  
lum audebat leuare. Non enim habebat cum qua sub-  
stantia leuaret oculos suos homo peccator. Attendebat  
ad inanitatem suam, sed plenitudinem domini cogno-  
scebatur, nouerat se venire ad fontem sitientem: Aridas  
fauces ostendebatur, pie vbera implenda pulsabat, Domi-  
ne, inquit, tundens pectus, oculos deiiciens in terram,  
propicius esto mihi peccatori. Dico ego, quia iam ex  
aliqua parte diues erat, cum ista cogitabat & petebat.  
Nam si adhuc omnino pauper erat, huius confessionis  
gemmas vnde proferebat? Sed tamen abundantior &  
plenior de templo descendit iustificatus. Ille autem Pha-  
risæus ad orationem ascendit, & nihil rogauit. Ascen-  
derunt, inquit, ad templum adorare. Iste rogat, ille non  
rogat. Sed ille vnde orat? Sunt qui se diuites putant, ni-  
hil habentes. Domine, inquit, gratias tibi ago quia non  
sum sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut  
etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas de  
omnium quæ possideo. Iactauit se, sed inflatio est ista,  
non plenitudo. Diuitem se putauit nihil habens, paupe-  
rem se ille cognoscit iam aliquid habens. Vt nihil aliud  
dicam, habebat ipsam confessionis pietatem. Et descen-  
derunt ambo. Sed iustificatus, inquit, publicanus ille ma-  
gis quam ille pharisæus, Quia omnis qui se exultat hu-  
miliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Item

**A** Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scri-  
ptum est in Euangelio secundum Mattheum. Atten-  
dite à falsis prophetis qui veniunt ad vos etc. quæ  
habetur in libro I I. de sermone domini in monte,  
cap. XXVII. & XXVIII. Et inter sermones de  
Verbis domini. XII.  
Dominica nona, De timore domini & vera humili-  
tate, Sermo. I.  
**B** Auid Propheta & psalmista, qui teste scriptura,  
secundum cor dei electus fecit omnes volun-  
tates eius: Ipse fratres charissimi quid creator  
noster in his appetat & diligat quodam loco ostendit,  
ita dicens, Quis sicut dominus deus noster, qui in altis  
habitabit, & humilia respicit in cœlo & in terra? Si ergo  
dominus altissimus cuius excellentiæ & magnitudinis  
non est finis, in omni creatura sua, & ea quæ in supernis  
& ea quæ in infimis est constituta, in angelis videlicet  
& in hominibus humilitatē considerat & probat: quan-  
tū necesse est nobis humilitati semper studere, ipsamq;  
in omnibus conseruare, vt sic placeamus conditori no-  
stro: Quanta autem sit veræ humilitatis virtus, facile ex  
verbis domini agnoscitur, qui vt superbiam pharisæorū  
damaret, dixit, Omnis qui se exultat humiliabitur, &  
qui se humiliat exaltabitur. Humilitatis quippe passibus  
ad cœli culmina ascenditur, quia deus excelsus non  
superbia sed humilitate attingitur: de quo dictū est, De-  
superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: vnde &  
in Psalmis dicitur, Excelsus dominus & humilia respi-  
cit, & alta à longe cognoscit. Alta posuit pro superbis.  
Humilia vero respicit vt attollat: alta, id est, superba co-  
gnoscit vt deiiciat. Discamus humilitatem per quã deo  
propinquare poterimus: sicut ipse in Euangelio ait, Di-  
scite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenie-  
tis requiem animabus vestris. Per superbiam mirabilis  
angelorum creatura cecidit de cœlo, per humilitatem  
dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cœlum. Ho-  
nesta est enim inter homines humilitatis consuetudo,  
sicut Salomon ait, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contu-  
melia: vbi autem humilitas, ibi & sapientia: item alius  
sapiens, Quanto, inquit, maior es, tãto humilia te in o-  
mnibus, & coram deo inuenies gratiam: item deus per  
prophetam ait, Ad quæ autem respiciam, nisi ad humilem  
& quietum & trementem verba mea: Quicunq; humi-  
lis & quietus nõ fuerit, non potest in eo habitare gratia  
spiritus sancti. Deus humilis factus est nostre salutis cau-  
sa, erubescat homo superbus esse. Quantum humilitate  
inclinatur cor ad ima, tantum proficit in excelso. Qui  
enim humilis erit, exaltabitur in gloria. Primus humi-  
litis gradus est, veritatis sermonem humiliter audire,  
memoriter retinere, voluntarie perficere. Eam quippe  
quã nõ inuenit humilem veritas fugit mentē. Quan-  
to quis humilior erit de seipso, tanto maior erit in cõ-  
spectu dei. Superbus vero quanto gloriosior apparet in-  
ter homines, tãto deiectior erit ante deū, Qui enim si-  
ne humilitate bona opera agit, in ventum puluerē por-  
tat: item scriptura dicit, Quid superbit terra & cinis, dū  
vento superbiæ dispergitur, quod ieiunius & elemosy-  
nis cõgregare videtur? Noli ò homo in virtutibus glo-  
rari tuis, quia alterū habiturus eris iudicē, non te ipsum.  
In cuius conspectu te ipsum in corde tuo studeas humi-  
liare, quatenus ille te exaltet in tempore retributionis  
suæ. Descende vt ascendas, humiliare vt exalteris, ne  
exaltatus humiliaris. Qui enim sibi vilis videtur esse,  
ante deum pulcher est. Qui sibi displicent, deo placent.  
Esto igitur paruus in oculis tuis, vt sis magnus in ocu-  
Tomus decimus.

lis dei. Tanto enim eris apud deum preciosior, quanto  
fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore  
summa tibi sit humilitas. Honoris laus est, humilitatis  
virtus. Sed hanc veræ humilitatis virtutem nemo sine  
timore dei habere potest, quia eorum neuter sine altero  
esse potest. Quid autem timor dei efficiat, fratres audi-  
te, Initium sapientiæ timor domini. Magna est cautela  
peccati, dei semper præsentia timere. Qui perfecte deū  
timet, diligenter se à peccatis custodit. Timenti deum  
in nouissimo die bene erit, & merces eius in æternum  
permanet. Qui erubescit in conspectu hominis pecca-  
re, quanto magis dignū est quod erubescat in conspectu  
dei iniquitatem agere, qui non solum opera, sed & cor-  
da considerat: Qui timore sancto deum metunt, in-  
quirunt quæ beneplacita sunt illi. Alius est timor filio-  
rum, alius est timor seruorum. Serui enim propter tor-  
menta dominos timent, filij vero propter amorem pa-  
tres timent. Si filij dei sumus, timeamus eum ex chari-  
tatis dulcedine, non de timoris amaritudine. Homo sa-  
piens in omnibus deum metuit operibus suis, sciens se  
eius nunquam præsentiam effugere posse, sicut Psalmi-  
sta deo dicit, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fu-  
giam? Item, Quia neque ab Oriente neque ab Occiden-  
te, subauditur, patet locus fugienti deum. Qui timet do-  
minum accipiet doctrinam eius, & qui vigilauerit in  
mandatis eius, inueniet benedictionem sempiternam.  
Timentis deū beata est anima, & à tentatione diaboli-  
ca tuta remanet. Beatus homo qui semper est pauidus,  
& cui donatum est dei timorē semper ante oculos ha-  
bere. Qui timet dominum recedit ab itinere prauo, &  
ad virtutum semitā vias suas dirigit. Timor dei repel-  
lit peccata, & adiicit virtutes. Timor cautū facit homi-  
nē & sollicitū, ne peccet. Vbi vero timor dei nõ est, ibi  
dissolutio vitæ est. Qui deum in prosperis non timet, ti-  
meat vel in aduersis, refugiat ad illum qui flagellat &  
sanat. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius  
cupit nimis. Timor dei timorem expellit gehenne, quia  
facit hominem peccatum cauere, & iustitiæ opera au-  
gere. Post hæc ad illum perueniet timorem, qui dicitur  
sanctus, & permanet in seculum seculi, quia est in dile-  
ctione. Sic ergo fratres timeamus deum vt diligamus  
eum, quia perfecta charitas foras mittit timorem serui-  
lem, atq; ita abundantiam habere possumus securitatis  
& plenitudinē omnium bonorū: vnde & Propheta ait,  
Timeate dominum omnes sancti eius, quoniam nihil  
deest timentibus eum. Diuites egerunt & esurierunt,  
inquirentes autem dominum nõ minuentur omni bo-  
no. Quapropter obsecro vos dilectissimi, vt timorē dei  
semper ante mentis vestræ oculos habeatis, & obliuio-  
nem præceptorum dei omnino fugiatis, illudq; sedulo  
cogitetis, qualiter timentes deum, & mandatis eius obe-  
dientes, ad vitam vadunt perpetuam, cõtemnentes ve-  
ro & præcepta eius spernentes in pernam ibunt æternā:  
humilitateinq; veram in corde vestro intus habeatis,  
sicq; eam nõ sicut moribus coram proximis vestris in-  
sinuetis, vt & ipsi bonis exēplis vestris instructi glorifi-  
cēt deum, & vobiscum æternam in cœlis studeant per-  
cipere remunerationem, præstante domino nostro Ie-  
su Christo, qui viuit & regnat. &c.

In eadē dominica, De timore domini. Ser. II.  
**N** On dubito dilectissimi fratres insitū esse cor-  
dibus vestris timorem dei, quo ad veram & fo-  
lidā fortitudinē perducamini. Cū enim fortis  
ille dicatur qui neminem timet, peruerse fortis est qui  
primo deum nõ vult timere, vt timēdo audiat, audiēdo  
G diligit,

Proverb. 13.

Luc. 12.

Matth. 16.

Matth. 25.

Proverb. 13.

Matth. 7.

Sermo CCXIII.

Psalm. 112.

Luc. 14. & 18.

Iacobi. 4.

Psalm. 137.

Matth. 11.

Proverb. 11.

Ecclesiastici 3. & 1. & 66.

Ecclesiastici 10.

1. Pet. 5.

Ecclesiastici 1.

Ecclesiastici 2. Timor seruorum & filiorum.

Psalm. 138.

Proverb. 28.

Psalm. 117.

Psalm. 18.

1. Ioan. 4.

Psalm. 33.

Sermo CCXIII.



G diligit, & diligendo non timeat. Tunc erit vere fortis-  
simus, non superba duritia, sed cura iustitiae: sic etiā scri-  
ptum est, Timor domini, spes fortitudinis. Cū enim ti-  
metur poena quam minatur, discitur amari praeium  
quod pollicetur, ac sic per timorem poenae bona vita re-  
tinetur. Per bonam vitam bona conscientia cōparatur,  
vt per bonam cōscientiam nulla poena timeatur. Qua-  
propter discat timere, qui non vult timere. Discat ad tē-  
pus esse sollicitus, qui semper vult esse securus: vt enim  
dixit Ioannes, Timor non est in charitate, sed perfecta  
charitas foras mittit timorem. Dixit sanē & veraciter  
dixit. Si ergo habere non vis timorem, prius vide vtrū  
iam perfectam habeas charitatem quae foras mittit timo-  
rem. Si vero ante istam perfectionem timor exclu-  
ditur, superbia inflat, charitas aedificat. Nam sicut in bo-  
na valetudine fames non fastidio, sed cibo pellitur: ita  
in bona mente timor non vanitate, sed charitate pelle-  
dus est. Discute itaque conscientiam tuam, quisquis time-  
re iam non vis. Noli superficiem compalpare, descen-  
de in te, penetra interiora cordis tui. Rimare diligen-  
ter, vtrum nulla ibi vena venenata tabificum amore se-  
culi fugat & sorbeat, vtrū nulla carnalis voluptatis mo-  
uearis & capiaris illecebra, nulla inani iactantia tumi-  
dus extollaris, nulla cura vanitatis exaestuēs, si iam ini-  
quitatis diligentia non fatigat, vtrum aequitatis negligē-  
tia nulla surrepat. Si haec ita sunt, recte gaudes esse te si-  
ne timore. Excluserit eum charitas dei quem diligis ex  
toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente tua: exclu-  
serit eum & charitas proximi, quem diligis tanquā re-  
ipsum. Et ideo pro illo satagis, vt etiā ipse tecum ex to-  
to corde, ex tota anima, ex tota mente diligat deū, quia  
non aliter recte diligis & te ipsum, nisi quia sic diligis  
deū vt non propterea minus eum diligas quia conuer-  
teris vel ad te ipsum. Si autem quauis intra te ipsum nul-  
la iritatis cupiditate, quod quidem de se quis audeat glo-  
riari, tamen si te ipsum in te ipso diligis, & de te ipso tibi  
places, hoc ipsum vehementius timere debes, quia nihil  
times. Non enim quacunq; dilectione foras mitten-  
dus est timor, sed recta dilectione qua tota diligimus  
deum, & propterea proximum, vt sic & ipse diligat deū.  
Se autem in se diligere, & sibi placere non est iustitia  
charitas, sed superbia vanitas. Ac per hoc Apostolus iu-  
sta reprehensione perculsit seipsum amantes & sibi pla-  
cētes. Perfecta ergo charitas foras mittit timorem. Sed  
ea dicenda est charitas, quae non est vilitas. Quid autem  
vilius quam homo sine deo? Ecce quid amat qui seipsum  
non in deo, sed in seipso amat? Recte huic dicitur, Noli  
altum sapere, sed time. Qui enim altum sapit & ideo nō  
timet, vtq; perniciose non timet. Neq; enim mitis &  
pius est, qui seipsum in seipso amat & laudat, sed elatus  
& ferox, nō nouit dicere, In deo laudabitur anima mea,  
audiant mites & latentur. Quid enim boni amat, qui  
forte hoc ipsum propter hoc ipsum amat nihil timere.  
Potest enim hoc sibi persuadere, non sanitate sed imma-  
nitate: verbi gratia, Est aliquis audacissimus latro, quāto  
peruere fortior, tanto periculose crudelior. Qui propter  
ipsum amorem suum quo amat nihil timere, ingē-  
tia facinora moliat, vt quod amat exerceat, & exercē-  
do corroboret: quanto eius fuerint maiora commissa,  
tanto maior erit nō timentis audacia. Nō hoc ergo pro  
magno bono amādum est, quod & in homine pessimo  
inueniri potest. Quapropter timeat Christianus antequā  
perfecta charitas foras mittat timorem: credat & intel-  
ligat se peregrinari a domino, quandiu vitit in corpo-  
re quod corrūpitur & aggrauat animā. Tanto minor sit

Fruer. 14.

1. Ioan. 4.

Matth. 22.

1. Ioan. 4.

Roma. 11.

Psal. 33.

1. Ioan. 4.

2. Cor. 5.

Sapient. 9.

timor, quanto patria quō tēdimus propior. Maior enim K  
timor debet esse peregrinantium, minor propinquantium,  
nullus peruenientium. Sic & timor perducit ad chari-  
tatem, & perfecta charitas foras mittit timorē. Timeat  
autem Christianus nō eos qui corpus occidunt & post-  
ea non habent quid faciant, sed eum qui habet potesta-  
tem & corpus & animam in gehēnam ignis occidere.  
Est autem alius timor domini castus permanens in se-  
culum seculi. Nō ergo cum perfecta charitas foras mit-  
tit, alioquin non permaneret in seculū seculi: nec frustra  
cum dictum esset, Timor domini, additum est, castus,  
atq; ita coniunctum est, permanens in seculum seculi.  
Quare, nisi quia ille timor quem foras charitas mittit,  
propterea pungit animā ne amitatur aliquid quod in  
creatura diligitur, vel ipsa salus & requies corporalis,  
aut aliquid tale post mortem? Propterea enim timentur  
& apud inferos poenae & dolores ac tormenta gehē-  
narum. Cum vero cauet anima ne deus illam deserat,  
timor est castus permanens in seculum seculi.  
De quo latius dicere, nisi sermo iā longior & meis seni-  
libus viribus, & vestrae fortasse satietati parcere cogeret.

Luc. 12.

Psal. 18.

1. Ioan. 4.

L

Item in eadē dominica: Homilia de eo quod scriptū  
est in Euangelio secundum Lucam, Quidam homo  
erat diues qui habebat millicum, & cetera, quae ha-  
betur inter sermones de verbis domini XXXV.

Luc. 16.

Dominica decima, de Christiano nomine,  
Sermo I.

Sermo I.

**R**ogo vos fratres charissimi, vt attentius co-  
gitemus quare Christiani sumus, & cruce  
Christi in fronte portamus. Scire enim debe-  
mus quia nō nobis sufficit quod nomen Chri-  
stianum accepimus si opera Christiana non fecerimus,  
sicut ipse dominus in Euangelio dixit, Quid prodest qd  
dicitis mihi, Domine domine, & non facitis quae dico?  
Si te militem Christianum dicas, & iugiter cruce Chri-  
sti te lines, & eleemosynam secundum vires tuas nō fe-  
ceris, charitatem & iustitiam vel castitatem habere no-  
lueris, nihil tibi prodesse poterit Christianum nomen,  
Magna res est signum Christi & crux Christi, & ideo  
de isto tā precioso signaculo res magna & preciosa si-  
gnari debet. Quid enim prodest si de anulo aureo sigil-  
lum facias, & putridas paleas intus recōdas? Quid pro-  
dest si signum Christi in fronte & in ore gestamus, &  
intus in anima crimina & peccata recondimus? Qui  
enim male cogitat, male loquitur, male operatur: si se  
emendare noluerit, quando se signat, peccatum illius  
non minuitur, sed augetur. Multi enim dum ad furtum  
aut ad adulterium vadunt, si pedem impigerint signat  
se, & tamen de malo opere non renocant se, & nesciūt  
miseri quia includunt in se magis demones quam ex-  
cludunt. Qui autem a se cum dei adiutorio vitia & pec-  
cata repellit, & quod bonū est cogitare simul & implere  
cōtenderit, iuste signum crucis labiis suis apponit, quia  
talīa opera conatur agere quae signum Christi mereantur  
accipere: & quia scriptū est, Regnum dei non est in  
sermōe, sed in virtute: & iterū, Fides sine operibus mor-  
tua est, vt nomen Christianū non ad iudiciū sed ad re-  
medium habeamus, conuertamus nos ad opera bona  
dum in nostra sunt potestate remedia. Et vt haec deo au-  
xilante possitis implere, pacem & ipsi habete, & eos  
qui discordes sunt ad concordiam reuocate: Mendaci-  
um fugite, periurium velut mortem perpetuam noli-  
te facere. Ante omnia sicut iam supra dictum est, secū-  
dum vires vestras eleemosynam pauperibus exhibete,  
oblationes quae in altario cōsecrētur offerre. Erubescere  
debet

Ser. CCXV

Luc. 6.

In li. 10. Ho-  
miliarum.  
Homi. 11.

1. Cor. 4.

Iacobi. 2.

A debet homo idoneus si de aliena oblatione cōmunica-  
uerit. Qui possunt aut cereolos aut oleum quod in ci-  
cindelibus mittatur exhibeant. Symbolum vel orationē  
dominicam & ipsi tenete, & filiis vestris ostendite. Nā  
nescio qua fronte se Christianum dicat, qui paucos ver-  
sus in simbolo vel in oratione dominica parare disti-  
mulant. Filios quos in baptismo excipitis, scitote vos fi-  
dei flores pro ipsis apud deum extitisse. Et ideo tam il-  
los qui de vobis nati sunt, quā illos quos de fonte exci-  
pitis semper castigate atque corrigite, vt caste & iuste  
& sobrie viuant. Et vos ipsi ita agite, vt si filii vestri  
imitari voluerint, non vobiscum in igne ardeant, sed  
simul vobiscum ad praemia aeterna perueniant. Qui cau-  
sas audiunt iuste iudicent, nec munera super innocen-  
tes accipiant, quia munera excacant corda sapientium,  
& immutant verba iustorum, ne forte dum acquirunt  
pecuniam perdant animam suam. Nemo enim habet  
iniustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum & ibi  
dānum. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Nul-  
lus se inebriet, nemo in conuiuio suo cogat alium  
amplius bibere quā oportet, ne per ebrietatē & suam &  
illius animam perdat. Omni die dominico ad Ecclesiā  
conuenite. Si enim infelices Iudaei tanta deuotione ce-  
lebrant sabbatū, vt in eo nulla opera terrena exerceant:  
quanto magis Christiani in die dominico soli deo vac-  
care & pro anima suā salute debent ad Ecclesiam con-  
uenire? Quando ad Ecclesiam conuenitis, pro peccatis  
vestris orate. Nolite rixas cōmittere, nolite lites & scā-  
dala concitare. Qui ad Ecclesiam veniens haec fecerit,  
ibi se litigādo vulnerat, vbi se orando sanare potuerat.  
In Ecclesia stantes nolite verbosari, sed lectiones diui-  
nas, patienter audite. Qui enim in Ecclesia verbosari  
voluerit, & pro se & pro aliis redditurus est rationem,  
dum verbū dei nec ipse audit nec alios audire permit-  
tit. Et decimas de fructibus vestris Ecclesiis reddite.  
Qui fuit superbus sit humilis, qui erat adulter sit castus,  
qui solebat furtum facere, vel res alienas inuadere, etiā  
de propria substantia incipiat pauperibus erogare. Qui  
fuit inuidus sit beneuolus. Qui fecit iniuriā, cito veniā  
petat. Cui iniuria facta est, cito dimittat. Quoties aliqua  
infirmas superuenit, corpus & sanguinem Christi il-  
le qui aegrotat accipiat, & inde corpusculum suum vn-  
gat, vt illud quod scriptū est impleatur in eo, Infirmus  
aliquis, inducat presbyteros & orent super eum vn-  
gentes eum oleo, & oratio fidei saluabit infirmū, & al-  
leuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur  
ei. Videte fratres, quia qui in infirmitate ad Ecclesiam  
cucurrerit, & corporis sanitatem recipere, & peccatorū  
indulgentiam merebitur obtinere. Cum ergo duplicia  
bona possint in Ecclesia inueniri, quare per praecanta-  
tores, per fontes & arbores & diabolica phylacteria, per  
characteres & aruspices & diuinos vel fortilegos mul-  
tiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre? Si-  
cut iam supra diximus filios & omnes familias vestras  
admonete fratres semper, vt caste & iuste ac salubriter  
viuant. Nec solum eos verbis, sed etiam exemplis ad bo-  
na opera prouocate. Ante omnia vbicumque fueritis, si-  
te in domo, siue in itinere, siue in conuiuio, siue in con-  
fessu, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro pro-  
ferre, sed magis vicinos & proximos vestros iugiter ad-  
monete, vt semper quod bonum est & honestum loqui  
studeant, ne forte detrahendo, male loquendo & in san-  
ctis festiuitatibus choros ducendo, cantica luxuriosa &  
turpia proferendo de lingua sua, vnde debuerant deum  
laudare, inde sibi vulnera videantur infligere. Isti enim

De Confe-  
dium. 4. ca.  
Vos qñ oia.

Psal. 14.  
Exod. 23.  
Ecclesiastici  
29.

Iacobi. 5.

infelices & miseri homines qui balationes & saltatio-  
nes ante ipsas basilicas sanctorum exercere nec metuūt  
nec erubescunt: & si Christiani ad Ecclesiam venerint,  
Paganī de Ecclesia reuertuntur, quia ista consuetudo ba-  
landi de Paganorum obseruatione remansit. Et iam vi-  
dete qualis est ille Christianus qui ad Ecclesiam venit  
orare, & neglecta oratione, sacrilega verba Paganorum  
nō erubescit ex ore proferre. Videte tamen fratres cha-  
rissimi, si iustum est vt ex ore Christianorum vbi corp⁹  
Christi ingreditur, luxuriosum canticum quasi venenū  
diaboli proferatur? Ante omnia quicquid vultis vobis  
ab aliis fieri, hoc aliis facite. Quod vobis ab aliis non  
vultis fieri, nulli alij feceritis. Quam rem si volueritis  
implere, ab omni peccato potestis vestras animas libe-  
rare, quia & qui literas non nouit, istas duas sententias  
memoriter teneat, & cum dei adiutorio operibus & po-  
test & debet implere. Et licet credam quod illa infelix  
consuetudo quae de Paganorum prophana obseruatione  
remansit, iam nobis castigantibus & de locis istis fue-  
rit deo inspirante sublata, tamen si adhuc agnoscatis a-  
liquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnicu-  
la vel ceruila exercere, ita durissime castigate vt eos pe-  
niteat rem sacrilegā commississe. Et si quando luna obs-  
curat adhuc aliquos clamare cognoscitis, & ipsos ad-  
monete denunciātes eis quod graue sibi peccatum fa-  
ciunt, quando luna quae deo iubente certis temporibus  
obscuratur, clamoribus suis a maleficiis sacrilego ausu  
se defensare posse cōfidunt. Et si adhuc videtis aliquos,  
aut ad fontes, aut ad arbores vota reddere, & sicut iam  
dictum est, fortilegos etiam & diuinos vel praecantato-  
res inquirere, phylacteria etiam diabolica & caracte-  
res aut herbas vel succos sibi aut suis appendere, duris-  
sime tanta eorum peccata increpantes dicite, quia qui-  
cunque fecerit hoc malum, perdit baptismi sacramen-  
tum. Et quia audiuimus quod aliquos viros vel mulie-  
res ita diabolus circumueniat, vt quinta feria nec viri  
opera faciant, nec mulieres lanificium, corā deo & san-  
ctis angelis eius contestamur, quia quicumque hoc ob-  
seruare voluerint, nisi per prolixam & duram penitē-  
tiam tale sacrilegium emēdauerint, vbi arsurus est dia-  
bolus, ibi & ipsi damnandi sunt. Isti enim infelices &  
miseri, qui in honore Iouis quinta feria opera nō faciūt,  
non dubito quod ipsa opera die dominico facere nec  
erubescunt nec metuunt. Et ideo quoscunq; tales esse co-  
gnoueritis, durissime castigate. Et si se emēdare nolue-  
rint, nec ad colloquium nec ad conuiuium vestrum eos  
venire permittite. Si vero ad vos pertinent, etiam fla-  
gellis caedite, vt vel plagam corporis timeant, qui de a-  
nima suā salute nō cogitant. Nos enim fratres charis-  
simi cogitantes periculū vestrum paterna vos sollici-  
tudine admonemus. Si nos libenter auditis, & nobis fa-  
ciētis gaudium, & vos feliciter peruenietis ad regnum.  
Quod ipse praestare dignetur, qui cum patre & spiritu  
sancto viuūt & regnat in secula seculorum, Amen.

Tobit. 4.

Matth. 7.

E

F

In eadem dominica, De Christiano nomine,  
Sermo II.

Sermo II.



Audeamus fratres charissimi, & deo gratias  
agamus, quia secundum desideria nostra vos  
incolumes inuenire meruimus. Et vere fra-  
tres, iuste & merito pater gaudet quotiens fi-  
lios suos & corpore sanos, & in dei timore deuotos in-  
uenerit. Et quia tā de vestra q̄ de nostra salute duplicatū  
nobis gaudiū nunc pietas diuina cōcessit, quod ad pro-  
fectū animarū vestrarū pertinet debemus charitati ve-  
strae suggerere. Oportet fratres charissimi vt vota metis  
G ij intentione

Sermo  
CCXVI.

**G** intentione inquirere vel intelligere studeamus quare Christiani sumus, & quare crucē Christi in fronte portamus. Agnoscite & intelligite fratres, quod non ideo Christiani facti sumus ut de ista tantū vita solliciti simus: sicut enim dicit Apostolus, Si enim in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Qui enim non cogitat nisi de ista tantummodo vita, animalibus & pecoribus similis est. Quid enim quarunt animalia, nisi manducare, bibere, luxuriari, & dormire? Tales sunt qui plus cogitat de carne sua quam de anima, qui plus diligunt gulam ac luxuriam quam castitatem atque iustitiam. Scire debetis fratres charissimi, quoniam ideo Christiani facti sumus, ut semper de futuro seculo, & de aeterno premio cogitemus: & plus pro anima quam pro corpore laboremus, quoniam caro nostra paucis annis erit in mundo, anima autem nostra, si bene agimus, sine fine regnabit in celo. Si vero quod deus non patiat, si mala opera exerceamus, & plus pro carnis luxuria quam pro salute anime laboremus, timeo ne quando boni Christiani cum angelis accipiuntur in vitam aeternam, nos quod absit precipitentur in gehennam. Non nobis sufficit fratres quod Christianum nomen accepimus, si bona opera non fecerimus Christiana. Illi enim prodest quod Christianus dicitur, qui castitatem diligit, ebrietatem fugit, superbiam detestatur, inuidiam velut venenū diaboli respuit. Ille vere Christianus est qui furtum non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec metitur nec periturat, qui adulterium non committit, qui ad Ecclesiam frequentius venit, qui de fructibus suis non gustat nisi prius ex ipsis deo aliquid offerat, qui decimas annis singulis erogandas pauperibus reddit, qui sacerdotibus suis amorem eam impendit, qui omnes homines sicut seipsum diligit, qui nullum hominem odio habet. Ille vero non solum Christianus est, sed ipse Christus in illo habitat, qui stateras dolosas & mensuras duplices velut gladium diaboli pertimescit. Ille bonus Christianus est, qui quando ad Ecclesiam venit, & oblationem quae in altario mittatur exhibet, & pauperibus secū dum quod vires habet argentum porrigit aut buccellam: qui peregrinos in domū suam excipit: qui hospitibus pedes lauat: qui non solum lites non concitat, sed etiam discordes ad concordiam reuocat: qui maioribus & parentibus honorem & amorem verae charitatis impendit: qui & ipse caste vivit, & filios vel vicinos suos ut caste & sobrie vivant, & verbis admonet, & exemplis docet. Ille bonus Christianus est, qui quotiens sanctae solennitates veniunt, ut securius comunicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit, ut sincera & secreta conscientia ad altare domini casto corpore & mundo corde praesumat accedere: Qui symbolū & orationem dominicā memoriter tenet, & filios vel filias suas ut ipsi teneat fideliter docet. Ecce audistis fratres quales sint Christiani boni. Et ideo quantum possumus cum dei adiutorio laboremus ut nomen Christianum non sit falsum in nobis, nec in nobis Christi sacramenta patiantur iniuriam, sed semper opera Christiana & cogitemus in corde & impleamus in opere. Nam ille Christianus qualis est, qui vix aliquando ad Ecclesiam venit: & quando venerit non stat ut oret pro peccatis suis, sed ut causas dicat, aut lites & rixas concitet, & si locū inuenerit vsque ad vomitū bibit, & postquam se inebriauerit surgit quasi phreneticus & insanus diabolico more balare & saltare, & incipit verba turpia & amatoria vel luxuriosa cantare. Ille talis non dubitat furtum facere, adulterium non timet admittere, falsum testimonium dicere, maledice-

re, periurare. Siue viri siue mulieres qui talia opera faciunt, non ad remedium, sed ad iudicium Christianum nomen & baptismi sacramenta suscipiunt, & nisi poenitentiam egerint, in aeternum peribunt. Ecce fratres ostendimus vobis quales sint Christiani boni, & quales sint mali. Et ideo quos bonos videtis, imitamini: quos vero malos esse cognoscitis, castigate semper, increpate, corrigite, ut de defectu vestro & de illorum perfectione duplicem mercedem habere possitis. Qui ergo boni sunt, casti, sobrii, humiles & benigni, deo auxiliante perseuerent in operibus suis bonis, Qui vero opera mala faciunt, cito se corrigant antequam illorum animae de hac luce discedant, quoniam si sine poenitentia mortui fuerint, non veniunt ad vitam, sed precipitantur ad mortem. De qua poena nos pius dominus liberare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant deus in secula seculorum, Amen.

*Dominica undecima, de eo quod scriptum est, Mulierem fortem quis inueniet &c. Sermo. I.*

**E**cclēsia catholica fratres charissimi non solum post aduentū domini & saluatoris nostri praedicata est, sed etiam ab initio mundi multis figuris & sacramētis secretioribus designata. Nam & in sancto Abel Ecclesia catholica fuit, & in Noë, & in Abraham, & in reliquis vsque ad aduentum domini saluatoris: de ipsa enim ait Salomon, Mulierem fortem quis inueniet? Quod dixit, quis inueniet, difficultatem inueniendi, non impossibilitatem oportet intelligi. Mulier ista fortis, Ecclesia est. Quomodo non est fortis quae ab initio mundi tantis tribulationibus fatigatur, & tamen non vincitur? Mulierem fortem quis inueniet? Quis alius nisi Christus? Non autem eam fortem inuenit, sed inueniendo fortem fecit. Nam ut eam inueniret, non agin tanouem dimisit in montibus, & quaesuit vnam quae erauerat, & humeris suis impositam ad ouile proprium reuocauit. Lanam & linum fecit manibus suis. Lanificā & lanificam matronam istam sanctus sermo describit. Quaeis forte a nobis, quid sit lana, quid linū? Lana carnale aliquid, linum vero spiritale significat, quia in ordine vestimentorum, interiora sunt linea vestimenta, lanae vero exteriora. Lana etiā de cōmixtione animalium nascitur, Linū vero sine carnis voluptate de terra procreatur, ideo castitatis imaginem praefere videtur, intantum ut sacerdotes veteris testamenti ex praecocepto legis, propter castitatis indicium lineis femoralibus vterentur. Ergo in lana carnale aliquid, in lino vero spiritale significatur. Pro laude etiam ponuntur. Inuenis enim hominem porrigentem manu elemosynas pauperi, nec tamen de deo ibi cogitantem, sed hominibus placere cupientem, laneam vestē quae videri potest habet, interiorē lineam non habet. Inuenis alium dicentem tibi, Sufficit mihi conscientia mea, deum colo, deū adoro, quid mihi opus est ad Ecclesiam ire, aut visibiliter Christianis misceri? Lineam vult habere sine tunica. Non nouit neque commendat talia opera mulier ista. Inuenit haec mulier lanam & linum & fecit vtile. Multi inueniunt, sed non faciunt vtile manibus suis. Cū libenter auditis inuenitis, cum bene viuitis facitis. Brachia sua firmavit in fuso. De fuso isto quod dominus dederit dicam, neque ista lanificia sunt a viris aliena. In fuso lanificium signat, in lanificio bonum opus tanquam casta mulieris & matronae impigrā. Diligenter tamen attende in lanificio duo instrumenta, colū & fufum. In colo lana inuoluta, quae filo ducenda transeat in fufum, Quod in colo inuolutum est, adhuc in sinistra & non-

K  
Prouer. 31.  
Sermo CCXVII.  
L  
Prouer. 31.  
Math. 18.  
Exod. 28.  
Prouer. 31.  
Sermo CCXVIII.

**A** dum in fuso est. Quod in fuso collectum est, iam praeriterum est. Opus ergo tuum in fuso sit, non in colo. In colo enim est quod facturus es, & in fuso quod fecisti. Vide ergo si habes aliquid in fuso. Ibi enim firmantur brachia tua, ibi erit fortis constantia tua, ibi securus deo dices. Da, quia dedi, dimitte quia dimisi. Fac quod feci. Quod pender in colo ad fufum traiciendum est, non autem quod collectum est in fufum, ad colū reuocandum est. Ergo vide quid agas, ut habeas in fuso, ut brachia tua firmes in fuso, quod te confoletur, quod te confirmet, quod tibi det fiduciam deprecandi & sperandi: sequitur. Manus suas aperuit pauperi. Eia fratres exerce te lanificium sanctum. Si quis habet plenum cellarium, plenum horreum, omnia ista in colo sunt, transeat in fufum. In sinistra sunt quando pauperibus non erogaueris, at ubi caeperis elemosynam facere, trāsferuntur ad dexteram, & sit opus vnde vestis fieri possit. Omnes domestici eius vestiti sunt. Nunquid de nuditate seruorum suorum sollicitus erit vir eius habens cōiugem talē? **Q**uis est iste vir, nisi Christus, aut quae est cōiunx nisi Ecclesia? Vestiti sunt quotquot in Christo baptizati sunt. Et boni serui & mali, vestiti sunt. Non cessat illa mulier omnes vestire, ut nemo querat & dicat, Ideo non sum bene operatus, quia non sum bene vestitus. Duplicia pallia fecit viro suo. Pallia laudes sunt, fides & cōfessiones. Laudas deum, laudas hominem. Dupliciter laudas, & simpliciter laudas. Dupliciter, quia homo est & deus. Simpliciter, ut non sis fictus. Fotinus a quo haeretici Fotiniani appellantur, quasi simplex pallium fecit viro suo. Solum enim hominem credidit, Christum deum colere noluit. Existit alter texens viro suo pannosum pallium. Ait enim, Christus deus est tantum, omnino hominis nihil habens, hoc Manichaei dicunt. Fotiniani dicunt, homo tantum est, Manichaei dicunt, deus tantum est. Ecce de quali Ecclesia quam preciosa vestimenta procedunt. Et propterea de illa scriptum est, quod duplicia pallia fecerat viro suo. Duplicia pallia. Cōfitemur enī deū in homine, & hominē in deo. De bysso & purpura vestimenta spiritalia preparauit. De bysso candidam cōfessionem, de purpura gloriosam passionem. Byssum, cū deum cōfitemur, agnoscimus. Purpuras in martyribus collaudamus. Nos fratres quibus deus tantum bonum conferre dignatus est, ut nec de Iudaeis, nec de haeticis nasceremur, sed catholice Ecclesie filij esse mereremur, quantum possumus deo gratias referamus, qui nobis fidem rectam, & sibi placitam inspirare vel insinuare dignatus est: & totis viribus, quia fides sine operibus nos saluare non potest, ad spiritale lanificium illud nostros animos praeparemus. Iugiter ideo elemosynas facientes, de colo trahere festinemus ad fufum, & de sinistra trāsferamus ad dexteram, ut per elemosynas pauperum stolam vnusquisque nostrū praeparet in aeternum, ut sicut dicit Apostolus, In caelesti conuiuio vestiti & non nudi inueniamur, ne nobis dicatur, Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? Sed magis ab auditu malo liberati, illam fuicem & desiderabilem vocem audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod preparatum est ab origine mundi, quod ipse praestare dignetur.

*In eadem dominica, De verbo dei audiendo, & muliere forti: Sermo I I.*

**R**ogo vos fratres charissimi, ut secundum cōsuetudinem fidelium cum silentio & quiete ea quae vobis praedicantur accipiat. Animus enim noster quando donante deo aliquid potest Tomus decimus.

uerit de lectione sanctorum scripturarum concipere, D spiritalem nidum in cordibus vestris desiderat inuenire. Et ideo velut castissimi turtures diuina verba sancti spiritus seruore in nidum cordis vestri fouere contendite, ne permittatis ut in vobis semen verbum dei peccatorum frigore congelescat. Propter illud quod scriptum est, Abundauit iniquitas, refrigerabit charitas. Estote magis sicut dicit Apostolus, Spiritu seruentes. Quomodo enim columbae vel turtures postquam genuerint oua, si illa permiserint refrigerari, perdent fructum illorum: Ita & vos si conceptum verbum dei per obliuionem refrigerari permittitis, desiderabilem fructum habere non potestis. Praestate in vobis nidum sermonibus sanctis, secundum quod scriptum est, Turtur inuenit sibi nidum ubi reponat pullos suos. Et quoniam nobis scriptura Salomonis commendat mulierem magnam, habentem magnū virum, dicens, Mulierem fortem quis inueniet? Ideo de hac secundum tenore pauca quae deus dignatur suggerere, auribus vestris cupimus intimare. Mulierem fortem quis inueniet? Difficile est inuenire eam, & difficile est nescire eam. Nonne ipsa est ciuitas in monte quae abscondi non potest? Quare ergo dictū est, quis inueniet, cum dici debuerit, quis non inueniet? Sed tu ciuitatem in monte positam vides. Ut autem in monte ponitur, inuenta est. Ipsa est enim ouis illa quae perierat. Et reuera fratres Ecclesia catholica est, quae iam illustrata est, quis ergo eam non videt? Quando latebat quis eam inueniebat? Sicut enim iam dicta est ipsa ciuitas, ita & ouis quae perditā quaesuit pastor. Ipse pastor mons est, ouis ergo in humeris eius ciuitas est in mote. Facile est eam videre collocatam in mote. Quomodo autem eam inuenies cum lateret inter vepres & spinas vtiq; delictorum suorum? Ibi eam quaesisse magnum, ibi inuenisse mirabile est, hac ouis difficilis, commendatur inuentio, cum dicitur, Mulierem fortem quis inueniet? id est, Ecclesiam. Quis non videt eam iam a Christo inuentam, iam eminentem, iam conspicuam, iam gloriosam, iam ornatam, iam lucidam, & ut cito explicem toto terrarum orbe diffusam? Mulierem istam Ecclesiam qui quaesuit & inuenit Christus agnoscitur. Et postquam eam inuenit, non solummodo de spinis peccatorum suorum eripuit, sed etiam lapidibus preciosis ornavit: ideo de ipsa dicitur, Preciosior est lapidibus preciosis. Volo aliud commendare charitati vestrae, quantum capitis, quantum timeo, quantumque timere debetis de his lapidibus preciosis. Sūt in Ecclesia lapides preciosi & semper fuerunt docti, scilicet abundantes scientia & eloquentia & omni instructione legis. Preciosi planē isti lapides sunt, de ipsis fuit Cyprianus, de ipsis fuit Ambrosius, & ceteri eorum similes. Ex eorum numero quidam errauerunt ab ornatu huius mulieris.

*In eadem dominica: Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant: & cetera, quae habetur inter sermones de Verbis domini XXXVI.*

*Dominica duodecima, de reddendis decimis. Ser. I.*

**R**epitio Christo fratres charissimi iam prope sunt dies in quibus messes colligere debeamus, & ideo gratias agentes deo qui dedit, de offerendis, imò reddendis decimis cogitemus. Deus enim qui dignatus est totum dare, decimā a nobis dignatur repetere, non sibi sed nobis sine dubio profuturam. Sic enim per Prophetā ipse promisit dicens, Inferte, inquit, omnem decimā in horreis meis ut sit cibus in domo mea, & probate me in his dicit dominus. Si non aperuerit

Matth. 24.  
Rom. 12.  
Psal. 81.  
Prouer. 31.  
E  
Math. 5.  
Math. 18.  
F  
Luc. 18.  
Sermo CCXIX.  
16. qu. 1. ca.  
Decim. 2.  
Malachie. 3.  
G iij rucro

**G**ruero vobis cataractas cœli & dederō vobis fructū vsq; in abūdatiam. Ecce probauimus quomodo nobis decimæ magis quàm deo proficiant. O homines stulti quid mali imperat deus vt non mereatur audiri? Sic enim dicit, Primitias aræ tuæ & torcularis tui nō tardabis offerre mihi. Si tardius dare peccatum est, quāto peius est non dedisse? Et iterum dicit, Honora dominum deum tuum de tuis iustis laboribus, deliba ei de fructibus iustitiæ tuæ vt repleantur horrea tua frumento, vino quoque torcularia tua redundabunt. Non præstas hoc gratis, quod cito recipies magno cum fœnore. Quæris forte cui proficiat quod deus accipiat redditurus? Quæris iterum cui proficiat quod pauperibus datur? Si credis, tibi proficiat: si dubitas, perdidisti. Decimæ fratres charissimi tributa sunt egentium animarum. Redde ergo tributa pauperibus, offer libamina sacerdotibus. Quod si decimas non habes fructū terrenorū, quod habet agricola, quodcumque te pascit ingenium, dei est, & inde decimas expetit vnde vitis: de militia, de negotio & de artificio redde decimas. Aliud enim pro terra dependimus, aliud pro vsura vite pensamus. Redde ergo homo, quia possides, redde quia nasci meruisti: sic enim dicit dominus. Dabunt singuli redemptionē animarum suarum, & non erunt in eis morbi neque casus. Ecce habes in scripturis sanctis cautiones domini tui, per quas tibi promissit, quod si decimas dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Replebuntur, inquit, aræ tuæ frumēto, vino quoque torcularia tua redundabunt, & nō erūt in eis morbi neque casus. Cum enim decimas dādo & terrena & cœlestia possis munera promereri, quare per auaritiā duplici benedictione te fraudas? Audi ergo in deuota mortalitas. Nosti, quia dei sunt cuncta quæ percipis, & de suo non accommodas rerum omnium cōditori? Non eget dominus deus, non præmium postulat sed honorem, non de tuo aliquid exigit quod refundas: Primitias rerum & decimas dignatur petere, & negas auare? Quid faceres si nouem partibus sibi sumptis, tibi decimā reliquisset? Quod certe iam factū est cum messis tua pluuiarum benedictione subtrahita ieiuna defecit, & vindemiam tuā aut grando percussit, aut pruina decoxit. Quid aude supputas? Nouem tibi partes retractas sunt, quia decimam dare noluisti. Cōstat quidem quod ipse non dederis, sed tamen deus exigit. Hæc enim est domini iustissima consuetudo, vt si tu illi decimam nō dederis, tu ad decimam reuocaris: scriptum est enim, hæc dicit dominus, Quia decima agri tui primitiæ terræ vobiscum sunt. Vidi autē & fallere me existimastis, intus in thesauris vestris & in domibus vestris erit direptio. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Cōuertimini quoque ad me dicit dominus omnipotens, vt aperiam vobis cataractas cœli, & effundam vobis benedictionem meam desuper, & non corrumpam fructus terræ vestræ, neque languebit vitis in agro vestro, & beatos vos dicent oēs gentes, Benefacere deus semper paratus est, sed hominum malitia prohibetur: quia à domino deo sibi dari vult omnia, & nō vult ei quæ possidere videtur offerre. Quid si diceret deus, Meus est homo quem feci, mea est terra quam colis, mea sunt & femina quæ spargis, mea animalia quæ fatigas, mei sunt imbres & pluuiæ, & ventorū flamina mea sunt, meus est solis calor: Et cum omnia mea sint elementa viuendi, tu qui manus accommodas, solam decimā merebaris. Sed quia pie nos pascit omnipotens deus, amplissimū tribuit munus laboranti mercedem, sibi tantum deci-

mam vendicans, nobis omnia cōdonauit. Ingrate fraudator ac perfide, diuina te voce conuenio. Ecce annus iam finitus est, redde domino pluenti mercedem. Redime te homō dū viuis, redime te ipse dum potes: Redime, inquam, te dum precium in manibus habes, redime te, ne dum te mors auara præuenerit, & vitam simul & præmium perdas. Sine causa hoc dimittis vxori, quæ forsitan alterum habebit maritum. Sine causa hoc marito dimittis mulier, quia aliam cupit habere vxorē. Frustra parētibus ac propinquis curam tuam iniungis, nemo te post mortem tuam fideliter redimet, quia in vita tu te redimere noluit. Depone iam auaritiæ sarcinam de ceruicibus tuis, contemne crudelissimam dominam quæ dum te iugo durissimo premit, iugū Christi suscipere non permittit. Sicut enim iugum auaritiæ in infernum premere, ita iugum Christi in cœlum leuare consuevit. Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit: Et quanti pauperes in locis vbi ipse habitat illo decimas non dante, famē mortui fuerūt, tantorum homicidiorū reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia à domino pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouē partibus studeat eleemosynam dare pauperibus, ita tamē vt quicquid excepto victu mediocri & vestitu rationabili super fuerit, non luxuriæ reseruetur, sed in thesauro cœlesti per eleemosynam pauperum reponatur. Quicquid enim nobis deus plus quàm opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandum transmissit: quod si non dederimus, res alienas inuasimus.

In eadem dominica, De eo quod scriptum est in Psalmo, Deus manifeste ueniet etc. Sermo II. Psal. 49. Ser. CCXX

**A**d exhortandas mentes charitatis vestre, pauca de præsentī Psalmo quæ donat dominus, gratanter accipite. De domino nostro Iesu Christo prophetatū est in isto Psalmo, vbi audiuius & cantauimus, Deus manifeste ueniet, deus noster nō silebit. Ipse enim dominus Christus, deus noster, filius dei, primo aduentu uenit occultus: secundo aduentu ueniet manifestus. Quando uenit occultus, non innotuit nisi seruis suis. Quando ueniet manifestus, innotescet bonis & malis. Quando uenit occultus, uenit iudicandus. Quando ueniet manifestus, ueniet iudicaturus. Denique tunc cum iudicaretur siluit, & de silentio eius Propheta prædixerat, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus corā tondente, sic non aperuit os suum. Sed deus noster manifeste ueniet, deus noster & non silebit. Non quomodo siluit quando iudicandus erat, ita silebit quando iudicaturus erit. Et nunc nō silet, si sit qui audiat. Sed dictum est, Tunc non silebit quando uocem eius agnoscent, & qui modo contemunt. Modo enim quando dicuntur præcepta dei, quibusdam in risum ueniunt. Et quoniam quod promissit deus modo non ostenditur, & quod minatur modo nō uidetur, quod præcipit irridetur. Modo enim felicitatem quæ dicitur huius mundi, habent & mali. Infelicitatem quæ dicitur mundi huius, habent & boni. Attendunt homines qui credunt præsentia & non credunt futura, quoniam ista bona & mala præsentis seculi promiscue habentur bonis & malis. Si diuitias optant, uident habere diuitias & pessimos homines & bonos homines. Uident etiam si exhorrent paupertatem & miseriam huius seculi, laborare in his miseris non solū bonos, sed etiā malos, & dicūt in corde suo, quia res humanas deus nec respicit nec re-

**A**git, sed omnino in intimo quodam mundi huius fundo dimisit nos casibus uolui, nec aliquam prouidentiam exhibet nobis, Ac per hoc fit in illis contemptus præcepti, quia non uident manifestationem iudicij. Veruntamen etiam modo debet quisque attendere, quia quādo uult deus respicit & iudicat. Ad horam autem nō differt, quando uero uult differt. Et vnde hoc? Quia si nūquam in præsentī iudicaret, non esse crederetur: si omnia in præsentī iudicaret, nihil iudicio reseruet. Ad hoc enim multa seruantur iudicio, & quedā in præsentī iudicantur, vt illi qui differuntur, timeant & conuertantur. Non enim amat deus damnare, sed alleuare. Et ideo patiens est in malos, vt de malis faciat bonos. Sic enim dicit Apostolus, Quia reuelabitur ira dei super omnem impietatem, & reddet deus unicuique secundū opera sua, Admonet autem & corripit hominem contemnentem & dicit, An diuitias bonitatis & longanimitatis eius cōtemnis? Quia bonus est in te, quia longanimis est, quia patiens est in te, quia differt te & non auferit te, contemnis, & omnino nullum iudicium dei putas, ignorans quia patientia dei ad poenitentiam te adducit: Tu autem secundum duritiam cordis tui, thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Quicquid ergo homo facit modo in thesauro mittit, sed nescit quid colliget, quomodo diuites qui in thesauro terræ mittunt quasi sciunt quid colligunt, sed nesciunt cui colligunt, Quis enim possideat diuitias eorū post mortē ipsorum profusus ignorat, & aliquando diuitiæ eorum ad inimicos eorum perueniūt. Et ideo se quisque fraudat nolens manducare vt dicitur, vt alius de laboribus eius fluat & luxurietur & dissoluatur. Quomodo ergo colligunt quidam scientes, sed cui colligant nesciunt. Sic contra in thesauro cœlestem boni quid colligant sciunt, mali quid colligant nesciunt. Bonus enim ponit in thesauro cœlesti omnia opera misericordiae quæ fecit circa homines quibus subuenit, & scit quoniam fidelis est custos, qui illi seruat omnia quæ reponit. Et non ea uidet, sed de thesauro suo certus est, quia neque aliquid à fure surripitur, neque ab hoste inuaditur, neque ab inimico & improbo & potente quasi euictio tollitur, sed semper manebit, quia à domino potentissimo custoditur. Si enim pecunias homines fideli seruo cōmendat & securi sunt, misericordias suas cōmendant potenti domino & solliciti sunt: Nouerunt ergo, quia quicquid reponunt, totū ibi saluum est, qui fideles sunt, potentia domini sui fidē iungunt. Credunt enim quia seruat, & inueniunt quod seruat. Nam & homines qui pecuniā colligunt, nunquid uident arcam ipsam, aut in arca pecuniam semper colligunt & mittunt, aut infodiunt & seruant? Non uident, & tamen quasi conscientia eorum scit, quia ibi est in loco illo vbi posuerit. Et forte iam fur tuus, & vanus gaudet qui inaniter reseruauit. In thesauro autem cœlesti si quid posuerimus, & de domini custodia securi sumus, & omnino furem nullum patimur, nec damnum aliquid sustinemus. Mali uero & ipsi mittunt, vt in thesauro omnia mala opera sua seruet illis deus. Hoc est quod dixit Apostolus, Thesaurizas tibi iram in die iræ iusti iudicij dei. Sed quoniam seruat, quicquid mali faciūt & nesciunt. Vbi uenerit deus noster manifestus & non silebit, conuocabit ad se omnes gentes, sicut dicit in Euāgelio, & separabit, quosdam ponens ad dexteram, quosdam ad sinistram, & incipit iam tractare thesauros vtrorūque, quid quisque posuit vt inueniat. Venite benedicti, inquit, patris mei, ad eos qui sunt ad dexterā, per-

cipite regnum quod uobis paratū est ab initio mundi. **D** Regnū cœlorum, regnū sempiternū, societatem cum angelis, æternā uitā, vbi nullus oritur, neque moritur, hoc percipite. Quando enim opera uestra in thesauro mittebatis, regnū cœlorum amabatis. Percipite regnū quod uobis paratū est ab initio mundi. Etiam ostendit illis thesauros suos, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & potastis me. Nudus eram, & uestistis me. Hospes fui, & adduxistis me. In carcere fui, & uenistis ad me. Aeger fui, & uisitastis me. Et respondet illi, Domine, quando te uidimus in his necessitatibus constitutum & ministratum tibi? Et ille, Quādo vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia ergo quādo vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis, percipite quod misistis, possidete quod emisistis. Mihi enim seruatori ideo credidistis. Deinde conuertet se & ad illos qui sunt à sinistris, & ostendet illis thesauros suos inanes operis boni, Ite, inquit, in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Aut si aliquid inuenistis in thesauro isto, aut aliquid misistis, cogitate & reddetur uobis, Sed nūquam te, inquit, ipsi uidimus esurientem. Et ille, Quādo vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Forte enim ideo mihi non faciebatis, quia me in terra ambulare nō uidebatis. Tam mali estis, vt si uideretis sicut Iudæi crucifigeretis. Hodie enim mali homines qui conantur, si fieri posset, non esse Ecclesias vbi illis prædicentur præcepta dei, nōne & ipsum Christum occiderent si in terra uiuentē inuenirent? Sed audebūt dicere quasi illi qui nesciat cogitationes hominum, Domine, quando te uidimus esurientē? Et ille, Quando vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Minimos meos, egentes posueram uobis in terram: ego tanquam caput, dicebat, in cœlo sedebam ad dexteram patris, sed membra mea in terra laborabant, membra mea in terra egebant: membris meis si daretis, & ad caput peruenisset quod daretis. Et si sciretis quia minimos meos egētes quādo uobis in terram posui, laturarios uobis institui, qui opera uestra in thesauro meū portarent. Et nihil in eorum manibus posuistis, propterea apud me nihil inuenistis. Tunc ergo nō silebit, sed apparebit: ideo dictum est, Nō silebit, Modo autē dicit illud lector de codice, & contemnitur. Dicit illud de ore suo tractator aut disputator Episcopopus, & irridetur. Nunquid sic irrideri habet, quando ab ipso iudice potentissimo dicitur, Vnusquisque recipiet quod fecit, siue bonū siue malū: Tūc dicturi sunt homines sera & infructuosa poenitentia, O si possēmus iterū uiuere, & quod contēpsimus audire & facere. Tūc dicēt illi quos ex aduerso cōstituent iniquitates eorū, sicut dicitur in libro sapientiæ, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarū iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia sicut umbra. Videtis quia poenitebit eos: sed ista poenitentia cruciabilis, nō sanabilis. Vis habere uitē poenitentia? Modo habe. Si enim modo habueris, corrigeris. Cū correctus fueris, fundetur illic thesaurus tuus vbi colligebatur mala opera tua, & implebitur alius thesaurus, vbi bona opera tua colligatur. Sed forte cōuersus ad dominū, statim morieris, opera tua nulla forte inueniētur in illo thesauro. Planē ibi inuenies opera tua, quia scriptū est, Pax in terra hominibus bonę uolūtatis. Deus nō annotat facultatē, sed coronat uolūtātē. Scit quia uoluit & nō potuisti, sic te annotat quasi feceris quod uoluit. Ergo opus est vt conuertaris, ne differendo subito moriaris, & omnino nihil inueniatur quod in præsentī habeas & in futuro possideas, Cōuersi ad dñm &c. Amē

Exod. 22.  
16. quæ. 1. ca. Decimæ.  
Prouer. 3.  
16. quæ. 1. ca. Decimæ.  
Vbi supra.  
16. quæ. 1. ca. Decimæ.  
Prouer. 3.  
16. quæ. 1. ca. Decimæ.  
Vbi supra.  
Malachia. 3.  
16. quæ. 1. ca. Decimæ.

Roma. 1.  
Roma. 2.  
Vbi supra.  
Psal. 49.  
Psal. 49.  
Psal. 49.  
Matth. 25.

Vbi supra.  
Matth. 25.  
2. Cor. 5.  
Eph. 6.  
Sapient. 5.  
Lucæ. 22.



G Dominica tertiadecima, de eo quod scriptum est, Deponentes mendacium loquimini veritatem uniusquisque cum proximo suo &c.

Sermo I.

Sermo CCXXI. Ephc. 4.

M Odo fratres charissimi cum diuina lectio legeretur, audiuius Apostolum dicentem, Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Nemo ita cogitet cum Christiano loquendam veritatem & cum pagano mendacium. Cum proximo tuo loquere veritatem. Proximus est omnis homo, proximus tuus ille est qui tecum natus est ex Adam & Eua. Omnes proximi sunt ratione natiuitatis, & alter alteri frater. Illa spe celestis hereditatis proximum tuum debes putare omnem hominem etiam antequam sit Christianus. Non enim nosti qualis futurus sit apud deum aliquando quem rides idolum adorantem, conuertetur vt adoret deum, fortassis religiosus quam tu qui eum pauloante ridebas. Multi qui videntur Christiani, male agendo & in malo opere perseverando ab Ecclesia excludendi sunt. Multi qui foris esse videntur, ita credituri sunt & in bono opere permansuri, vt in aeternum socientur Ecclesiae. Et ideo nec illi superbiant, nec isti desperent, quia quae futura sunt scire non possumus. Omne igitur hominem Christianum putemus non solum conditione mortalitatis humane qua in terra eadem sorte deuenimus, sed etiam spe illius hereditatis, quia non scimus quid futurum sit. Qui enim iudaeus est, haereticus, aut Paganus, forte sicut dictum est, per misericordiam dei conuertetur ad deum, vt inter sanctos primum locum habere mereatur. Irascimini & nolite peccare. Si propterea irasceris seruo tuo quia peccauit, ne tu ipse pecces irasce tibi. Sol non occidat super iracundiam vestram: intelligitur quidem secundum tempus fratres charissimi, quia est ex ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis qua portamus, surrepat ira Christiano, non debet diu tenere & fieri pridiana. Eiice illam de corde antequam occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux inuisibilis: sed & alter melius intelligitur, quia noster sol iustitiae & veritatis Christus, non iste sol qui adoratur a Paganis & Manichaeis, & videtur etiam a peccatoribus, sed ille alius cuius virtute anima humana illustratur, ad quem gaudent angeli. Non ergo occidat sol iste super iracundiam tuam: id est, non deserat Christus mentem tuam, quia non vult deus habitare cum iracundia tua. Occideris autem tu ab iracundia tua, quia ira cum inuenerit fit odium: cum factum fuerit odium, iam homicida es. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est, sicut dicit Iohannes Apostolus. Item ipse dixit, Omnis qui odit fratrem suum in tenebris manet. Non mirum si ille manet in tenebris a quo occidit sol. Ad hoc pertinet forte quod audistis etiam in Euangelio, Periclitabatur nauigium in stagno, & dormiebat Iesus. Nauigamus in hac vita quasi per quoddam stagnum, & ventus est, & procella non desunt tentationum: vnde hoc fit, nisi quia dormit in te Iesus: Si non in te dormiret, tranquillitate haberes intrinsecus. Quid est autem quod in te dicitur dormire Iesus, nisi quia fides tua quae est de Iesu, sopita est in corde tuo? Quid facies vt libereris? Excita Iesum & dic, Magister perimus. Euigilabit ille, id est, rediet ad te fides tua, & manebit tecum in aeternum. Euigilante Christo si tempestas illa immerferit, nec opplexerit nauem tuam, iam fides tua imperabit ventis & fluctibus, & non transiet periculum. Fratres saepe diximus, saepe dicemus, & quandiu vixerimus dicere debemus, quia

Proximus quis?

Psal. 4.

1. Ioh. 3.

1. Ioh. 2.

Matth. 8.

Iesus quomodo dormire dicitur?

Ecclesia temporis huius & paleam habet & frumetum, nemo quarat expellere totam paleam nisi tempore ventilationis, nemo ante tempus deserat aream, ne dum forte non vult peccatores sustinere, praeter aream inuentus prius ab auius colligatur quam ingrediatur in horreum. Quomodo autem fratres dicamus, attendite, Grana cum coeperint trituri inter paleam se non iam tangunt, & quasi non se noverunt, quia intercedit medio palea. Et quicumque longius attendit aream, paleam solummodo putat, nisi diligentius intueatur, nisi manum porrigat, nisi spiritu oris, id est, statu purgante discernat, difficile peruenit ad discretionem granorum. Haec similitudo ad illum pertinet qui cum profecerit, putat quod ipse solus sit bonus. Haec cogitatio fratres etiam Heliam tentauit cum dixit, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego remansus solus, & quaerunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. Noli, inquit, te putare solummodo, adhuc septem milia sunt, quid te solummodo putas? Intendat ergo mecum sanctitas vestra & alit misericordia dei. Audite breuiter. Quisquis adhuc malus est, non putet neminem bonum esse. Quisquis bonus est, non putet se solummodo esse. Tenete hoc, Ecce repeto. Videte quia dico, quisquis malus est, interrogans conscientiam suam non arbitretur neminem esse bonum. Quisquis bonus est, non arbitretur se solummodo esse bonum. Et non timeat bonus immixtionem malorum, quia venit tempus vt separetur mali a bonis. Interim sicut dictum est, qui boni sunt, sustineant malos: qui mali sunt, imitentur bonos. Nec boni in superbia erigantur, nec mali periculosa desperatione frangantur. Modo enim qui boni sunt possunt deum offendere, & qui mali sunt si cito se emedauerint, possunt dei misericordiam promereri. Cum vero de hac luce discesserimus, nec bonus poterit vnquam malus fieri, nec malus qui est ad bonitatem venire. Haec ergo fratres charissimi salubriter cogitantes, pro salute animae nostrae non simus stulti ad illud quod nos dominus misericorditer prouocat dicens, Nolite tardari conuerti ad dominum, nec differatis de die in diem. Et iterum, Quare dominum deum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Ille enim qui eum dum inueniendi tempus est non quaesierit, in aeternum inuenire non poterit. Sic ergo cum dei adiutorio agere studeamus, vt precepta & mandata domini nostri magis nobis pariant de sequacitate remedium, quam de transgressione iudicium, praestante eodem domino nostro qui cum deo patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, de beato Iob, & de eo quod scriptum est in psalmo, Cantate & exultate & psallite in cithara & uoce psalmi, &c. Sermo II.

B Eatus Iob fratres dilectissimi de quo nobis haec sterna lectio recitata est, tam sanctus fuit vt in illo compleretur illud quod in psalmo spiritus sanctus dixit, Psallite domino in cithara & uoce psalmi. Non uocem solum sed opera assumite, vt non tantum cantemus, sed & manibus operemur. Qui cantat & operatur, psallit in psalterio & cithara. Qui psallit in psalterio, diuina de caelo uerba canit. Qui autem operatur manibus, humana opera perficit. Extende manum & da pauperi, nudum uelut, hospitio recipe peregrinum. Sed cum facis, pie & hilariter fac. Recole illi te facere, qui dicitur, Esuriui & dedisti mihi manducare. Videte qualia organa adiunguntur in similitudinibus. In tubis, inquit, ductilibus. Beatus Iob fratres dilectissimi ita dei spiritu plenus erat, vt

3. Reg. 19. Roma. 11.

Ecclesiastici 5. Esai. 55.

Psal. 97.

Sermo CCXXII.

Psal. 97.

Matth. 23.

Psal. 97.

Iob. 3.

1. Ioh. 1.

Iob. 2.

Gen. 3.

Iob. 2.

Vbi supra.

Hiere. 50.

A velut ductilis tuba laudes domini dulciter decantaret. Sic enim de talibus sonitus est, In tubis ductilibus & in uoce tubae corinae. Ductiles aere sunt tubae, & tundendo produuntur. Quando enim produuntur? Quando malorum hominum persecutione patimur, si patieremur omnia sustinemus, & nunquam contra dispensationem domini murmuramus, vapulando erimus tubae ductiles ad laudem domini productae, si cum tribulatione proficimus. Tribulatio tuisio est, profectus productio est. Tubae ductilis erat beatus Iob, quando a diabolo percussus tantis damnis, orbitate etiam filiorum afflictus, in nullo contra dominum murmurauit. Tunc illa tanta tribulationis factus est tuba ductilis. Ergo audiamus si ipsa tuba bene sonuit. Audi, Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Videte fratres quomodo & quam diligenter sonuit, quam suauem sonum dedit. Nec hoc solum sufficit, nisi adhuc tundatur. Datus est autem in potestatem satanae, vt caro percuteretur. Percussus est, coepit putrescere, ita vt eum scientes globi vermium exararent. Ipse tamen beatus Iob quamlibet esset iustus, non tamen sine suis peccatis. Neque enim melior erat sancto Iohanne Euangelista qui ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Per illam enim crudelissimam poenam minuta peccata purgabantur. Quam rem etiam ipse intelligens, deo gratias referebat, & negligentiarum suarum quasi uerissimus iudex non molli linteo, sed testa radebat saniem fluentem. Ex omnibus tamen bonis suis, sola ei a diabolo mulier reservatur. Supposita est uxor Eua, quasi ad seductionem. Hoc erat necessarium, vt uxor ei reservaretur, equidem non ad solatium mariti, sed ad ministerium diaboli. Suggestit mulier blasphemiam, sed Iob non obtemperat sed recusat. Euan Adam in paradiso non repulit, repulit Iob Euan in sterquilino. In stercore sedebat Iob cum flueret uermibus atque putresceret, sed melior Iob uermibus plenus in stercore, quam Adam integer in paradiso. Equidem adhuc uxor sua Eua erat, sed iam ille Adam non erat. Quid ergo dixit mulier? Blasphemia dei & morere. Ecce audiuius quomodo tunditur tuba ista. Percussit eum diabolus a capite usque ad pedes graui uulnere, & putrescens uermibus sedebat in stercore. Audiuius quemadmodum tunc sonus est tubae huius ductilis uocem dulcem si placet audiamus. Respondit enim uoxiri, Locuta es, inquit, quasi uua ex insipientibus mulieribus, si bona suscepimus de manu domini, mala quare non toleremus? O sonum fortem, o sonum dulcem, quem non dormientem excitet sonus iste: Quem non excitet praesumptio in domino, vt aduersus diabolum securus procedat in praedium, & non se suis uiribus obsecutus, sed dei auxilio protegendus. Ipse enim adiutorium dedit qui eum tentari permisit. Non enim tunderet diabolus de seipso, nihil enim facere poterit, nisi quod dispensatio diuina permiserit. De illius enim diaboli poena futura propheta commemorans ait, Contritus est malleus vniersae terrae, Malleum vniersae terrae, diabolus uoluit intelligi. De ipso malleo in manu domini posito, id est, in potestate dei: tunduntur ductiles tubae, id est, animae sanctae, vt resonent dei laudes. De isto malleo & iustus tunditur & peccator. Ille vt probetur, ille vt puniatur. Aut certe ut iustus augetur in bonis, & peccator corrigatur a malis. Sub isto enim malleo in manu, id est, in potestate domini constituto, tunduntur non solum humiles sed & superbi. Sed humiles produuntur, superbi conuincuntur vt vitrum. Vna eademque

tunio bonos producit ad gloriam, malos redigit in fauillam, vt impleatur in eis illud quod scriptum est, Et erit tanquam puluis quem proicit uentus a facie terrae. De ipso enim malleo quotiens anima sancta deo dispensante vel permittente tunduntur, in nullo murmurant, in nullo penitus contradicunt, magis humiliter uelut ductilis tuba proclamant, Iustus es domine, & iusta iudicia tua, adhuc minus patimur quam meremur: & haec quidem dicunt anima sancta. Anima uero superba & peccatis obnoxia, quotiens aliqua aduersitate pulsantur, rebelles contra dominum murmurant praesumunt dicentes, Deus quid tibi feci? Quare tanta patior mala? Quibus in conscientia respondet diuina iustitia. Benedicis, o deus quid tibi feci? Verum est, quia nihil mihi fecisti, sed totum tibi. Si enim aliquid boni fecisses, mihi feceras. Cum uero peccata & crimina commisisti, tibi omnia fecisti, non mihi. Et quia quaecumque seminauerit homo, haec & metet: non est iniustum quod spinas & tribulos peccatorum colligat qui nequitiam seminauit. Nos uero fratres charissimi audiamus Apostolum dicentem, Seminemus quod bonum est ad omnes, maxime ad domesticos fidei, Timeamus ne forte si in carne seminamus, secundum Apostolum de carne metamus corruptionem, sed ipso attestante seminemus in spiritu ut de spiritu metamus vitam aeternam, ad quam nos dominus sub sua protectione perducat, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, De patientia: Sermo III. Quere Tomo quarto, Folio. 242. columna prima, Item eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Beati oculi qui uident & cetera, quae habetur inter sermones de uerbis domini. XXXVII. Et in libro Quinquaginta Homiliarum. XXXVIII.

Dominica quartadecima, De beato Iob: Sermo I.

Romptiorem me ad loquendum uestra sanctitas praemonet, etiam dudum de scripturis insinuata omni cum deuotione dicendi fiducia tribuit, quem deus grananter uobis audire monstrauit. Sic nos uestra sanctitas de Iob dicentem accipiat vt audire se tanquam rusticum credat. Non fucio sermones insectos dicere arbitretur, qui illius magisterio simpliciter dicere proficitur. Aduersus Iob diabolus pugna impetravit, cuius filios ruina cum extingueret factus post diuitias inops, post familias solus, post numerosam sobolem nullius pater patrimonio naufragus, in corpore edaces poenas vno robore fidei sustinebat. Diuitiae in inopiam ceciderunt. Hic noua expergiscitur nuditate, nullus fuit proximus, quia rara est miseris amicitia. Corporis sanitas uulneribus immutatur, gaudium in dolorem conuertitur, nullus artus qui non flagellis ualentinum agitur. Denique sub sterquilino iacuit praclarum iustitia, & cum uulnerata caro probaretur in membris, incolumite peccus seruabat interius. Nihil erat a capite usque ad pedes quod non affligeret poena. Vndique circumuallantibus poenis stetit, & vnde feruebat diaboli inuidia, inde sumpta est fatigata uictoria. In corpore torquebatur, & spiritu probabatur. Vermibus corpus inquietis doloris tolerabat geminata supplicia, quam fluxae carnis putredinem praedurabat fecunda calamitas, non noctibus quies, non diebus requies. Torquebatur, & orabat. Aliud postulabat hostis, aliud precabatur uociferatio confessoris. Dissolutis neruis sanie profuuium asperior

Psal. 118.

Psal. 118.

Gala. 6.

E libidem.

Luc. 10.

Sermo CCXXIII.

Iob. 1.

**G**asperior testa radebat, atrox cruciatus mutabat. Reges non agnoscebat, & confossum corpus in stercore recubebat. In naufragio corpore incolumis iustitia tutatur, & periclitantibus membris, auctori vulnerum pectus seruatur. Omnia excepto spiritu occupauerat hostis. Nō fuit qui reciprocum redderet munus mercedibus, delicata matrona in alienis domibus seruit, quæ imperare consueuerat. Vbi post solis occasum diurna supplicia dure tranfigebat, quietem expectabat, & fatigatis matronæ digitis, succedentem diem lachrymantibus oculis deducebat. Orbata in mœrore filiorum mulier locatur vt feruiat, nec ad lachrymas vacat. Adhuc matrona iam vidua, vbiq; mercenaria, nusquam domina, nec sterilis, nec mater vteri sui laniatus desset, Ecce, inquit, marite quæ pateris: dic aliquid aduersus deum & morere. Peccauit sola quæ viro misericordiam denegabat, obliuisci vxorem Iob in filiis didicerat, & omnibus membris fluens, solus animus fideliter repugnabat, Bellator mundi in vno viro torquetur, dum torquet & pœna reuertitur in authorem. Ecce, inquit dominus, tradam illum tibi, animam illius tantummodo custodi. Secure pugnat, qui hoste metuente seruatur. Sic hostis furebat vt timeret, infligit dolorem crudelitas, & deficit in suis viribus. Pœna fugata reuertitur sanitas, & cicatricibus felicior redditur medicina. Celerius curat dominus quā vulnerat inimicus. In gaudia gemitus migrare, & in fossis vulnerum numerabantur monumenta victoriæ. Propter Iob regina, propter quem & mercenaria. Duplici regreditur fœnore, vt amissa possent duplo recipere.

In eadem dominica, de beato Iob: Sermo II.



**N**lectio quæ nobis lecta est fratres charissimi, audiuius quod gloriosissimus dei athleta contra hostem callidissimum admirabiliter præliatus sit, & secundum quod Apostolus ait, Spectaculum deo & angelis eius & hominibus dignum non sine ingenti admiratione audire, & quodammodo oculis fidei videre meruimus. Vidimus beatum Iob non solum contra felicitatem mundi; sed etiam contra paupertatem & asperissimos dolores, & contra filiorum orbitatem fortiter & feliciter dimicantem. Qui cum esset diues, nullum contemptum habuit. Cum penuriam pateretur, neminem blasphemauit, nec contra dei dispensationem murmurare præsumpsit, sed locuples dicebat, Domus mea omnibus viatoribus patuit, & de velle rebus omnium mearum calefacti sunt humeri infirmorum. Postea vero cum paupertate premeretur, in angustiis loquebatur, Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est. Et fortiter colluctatus est diabolus, sed athletam dei superare non potuit. Immanes suscitauit fluctus, & firmissimam petram commouere non valuit. Machinationes suas adhibuit, & turrim validissimam non prostravit. Arborem concussit, & decutere poma non valuit. Et ramos quidem confregit, sed radici nihil nocuit. Parietem perforauit, sed thesaurum auferre non potuit. Thesaurum autem dico non auri & argenti, sed fidem iusti. Hunc enim eius thesaurum diabolus diripere festinabat, quando eum omni facultate nudatū plaga intolerabili cruciabat. Vidisti augmentari fluctus, vidisti petram firmissimā, vidisti turrim inexpugnabilem, vidisti deum glorificatū & diabolū contractū, & quali nomine hunc iustum appellē, ignoro. Athletam eum vocem? Sed præcellit tantarum copia coronarum. Petram eum dicam? Sed firmiorem video. Militem appellabo? Sed robustiorem cerno constantia. Turrim eum nominabo? Sed eminet sapientia. Arbo-

rem eū dicam? Sed decorosior inuenitur. Fructū illum appellem? Sed preciosior demonstratur. Thesaurum eū nominabo? Sed copiosior esse dinoscitur. Et quali vocabulo appellem sanctum illum non inuenio. Audiant hæc diuites, audiant hæc pauperes quemadmodum hic beatus vir in diuitiis suis & felicitate benignus dispensator extitit diuitiarum, & in tentatione paupertatis patienter & fortiter tolerauit. Vides igitur non esse impossibile diuitem esse in operibus bonis, & pauperē per patientiam egestatis posse esse beatum. Nolo mihi dicas, quia paupertatem timeo. Paupertatem times, & peccatum non metuis? Nolo timeas paupertatem, sed iniquitatem time, quæ mater est tormentorum. Dominus a te stipendium postulat, & dare ei non vis. Cum enim audis eum dicentem, Quamdiu fecistis vni ex minimis istis, vtique si tribuas pauperi Christo fœneras. Si contrahis a paupere manum tuam, quomodo & qua fiducia in illa die & tu a domino misericordiam postulabis? Nonne arguet te dicens, Vidisti me nudum & non operuisti, esuriem & non paupisti? Quid tu ad hæc respondebis, & quam veniam deprecaberis? Nonne conscientia tua reum te faciet & obmutescet? Et tu quidem multis & preciosis vel exquisitis delictis interdum vsque ad crapulam satiaris, & pauperi vnde esuriem repellat vel cibum simplicem dissimulas erogare. Vestibus etiam nimium preciosis indutus incedis, & pauperi nudo nec vilissimum tributum vestimentum. Domum tuam in omni pompa componere vel ornare contendis, forsitan nec in angulo eius peregrinum vel pauperem recipis. Sed qui talis est, cum ei irreuocabilis aduenerit finis, si penitentia non subuenerit, perget ad inferos nudus bonis operibus, remanente domo cum omni ornatu suo in testimonium auaritiæ suæ. Vnusquisque enim prætereun- tium dicit, Hæc domus illius fuit raptoris, prædatoris, auari. Quantas viduas afflixit, quantos orphanos denudauit, quantos miseros fecit, vt hanc domum tantis expensis de iniquitate quæritis regeret. Sed dicit aliquis, Nobilis sum & in honore constitutus, Nobilitatem nemo reprehendit, de istis dignitatibus nemo disputat, quæ a deo bene hominibus conceduntur. Diuites ergo in honoribus constitutos si iuste & caste & misericorditer vixerint, reprehendere nemo debet. Illi vero dolendi sunt & lugendi, qui inflati superbia dignitatum, putant se immortales cum ipsa dignitate futuros, & non considerant conditionem suam, quia de terra sunt & in puluerem redigentur, & pro parua latitia vitæ huius si tamen latitia vel vita dicenda est, perpetua sustinebunt tormenta. Attendis pauperem & despicias, & nō recogitas quoniam homo est sicut & tu. Homo chara & amica possessio dei, homo cuius causa firmatum est cælum, & extensum est mare, fundata est terra, propter quem sol oritur & occumbit, luna crescit & deficit, astra micantia surgunt. Tunc ergo cotemnis hominem pauperem propter quem deus talia & tanta constituit? Ad extremum vt adhuc amplius dicam, propter quem dei filius humanam carnem assumpsit, opprobria & flagella sustinuit, crucem pertulit & flagelli amaritudinē sensit, mortem gustauit, ad inferna descendit, & eos qui a diabolo detinebantur obnoxii, sanguinis sui precio liberauit. Ecce quanta & qualia humano generi pietas diuina concessit. Videte ergo si iustum est vt a nobis pauper quisque despiciatur, cui tot beneficia pietas diuina largitur? Amemus ergo fratres charissimi & non despiciamus pauperes vel peregrinos, ne nos ille despiciat qui propter nos pauper factus est cū esset diues. Considerate

**A**derate fratres & diligenter attendite, quia ab initio nullum pauperem despiciere voluit deus. Nam sicut in scripturis diuinis frequenter & diligenter audistis, vt superbiam & vanitatem mundi reprimeret deus, non elegit rhetores, non eloquentes, non consules, non diuites, nō potentes, quibus verbi sui secreta committeret: sed aut opuliones, sicut patriarchas & beatum Dauid, aut pisca- tores, sicut beatum Petrum vel reliquos Apostolos, vt per infirma destrueret fortia, & per humilia excelsa & superba deiceret. Amemus ergo pauperes, vt cum illo partē habere possimus qui dixit; Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Nam quia genus humanū per superbiam mortale vulnus acceperat, Christus medicamentum humilitatis exhibuit. Noli ergo despiciere humilem pauperem, qui cum sibi pauper sit, facere te diuitem potest. Qui enim diuites sunt, imitentur beatum Iob humiliter largas elemosynas facientem. Non extollantur in prosperis, & si sinistrū aliquid domino permittente pertulerint, non deprimantur aduersis, & in nullo contra dei iudicia murmurantes, sed humili & pia conscientia cum beato Iob dicant, Dominus dedit dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum, cui est honor & imperiū cū patre & spiritu sancto, in cuncta secula seculorū, Amē.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Et factum est dum iret Iesus in Hierusalem transibat per mediam Samariam & cetera. quæ sumpta est ex libro secundo de questionibus Euangeliorum, capite quarto. Et ex sermonibus factis ad fratres in eremo: XXXII.

Dominica quintadecima, de beato Tobia: Sermo I.



**B**eatus Tobias qui panem suum nouerat frangere esurienti, mercedem celerem mercenario præparat laboranti. Patienter lectione percepta quæ nuper est recitata, admirabamur patris filiiq; tractatum, quemadmodum angelus inonet, quem estimabant terrenum sub cœlesti gloria mercenarium. Ad hoc enim cœcitatatis incurrit exitium, vt angelum suscipere medicum, qui diuinis facibus incensus sic anhelauit, Honesta est oratio cum ieiunio & elemosyna. Oratio iusti, claus est cœli. Ascendit precatio, & descendit dei miseratio. Licet alta sit terra, altum cœlum, audit tamen deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum, fletus citius audit quā voces. Oratio inuidi solet de auribus propulsari. Erat patris & filij anima vna, dum esset proprietas membrorum, erat illis singularis germanitas animorum. Filij, inquit, dimittamus istum hominem adiucientes ad mercedem placitam, quia nobis multa opere suo cōtulit bona. Et filius relato tractatu alloquitur patrem, Pater, nūquid nam istam benedictio operario merces tantum placita debet pensari? cū bonus ducatus non potest estimari? Patrem illi honoris reddemus, si eius meritis mensuram figamus. Nūquid ipse id tantum exhibuit quod placuit? Hoc placuerat, vt mihi regionem & virū cui argentum commendaui demonstraret. Primo iter quasi cœlestis campens, & mihi & tibi parauit necessarium de pisce collyrium, Me deduxit, argentum recepit, Sarram mihi vxorem desponsauit. Mercede placita tantum est dignus, qui mihi tanquam cœlestis exitit paranymphus, & quod plus est bone pater oculorum tuorum ma-

culas albugine detracta curauit, & totam domum nostram illuminatis oculorum tuorum lampadibus illustrauit. Clarius modo video, quia te videntem aspicio. Nonne iste optime pater dignus est media substantia? Iste talis ductor atque prouisor, medicus atque custos, vt dixi, mediæ substantiæ quam ipse mecum pertulit accipiat portionem, qui mihi ducatu suo tantam præbuit pietatem. Placet bono patri sapientis filij responso. Rogare cepit mercenarium, vt mercedis suæ sumat effectum. Frater, inquit, accipe quod tuum est, & tunc vade saluus. Recipe mercedem tuam, quia præbui mihi & filio meo bonam misericordiam. Tolle vt dixi mediam substantiam quam cum meo filio reportasti, nam gratia quam tibi debemus non potest ponderari. Cōtinuo angelus gaudet de cogitata mercede, qui missus fuerat gratis facere pietatem. Tōbis, inquit, vel Tobia quid de mea mercede satis superflue cogitatis? Habete quod vobis donauit pater ille cœlestis, Ego minister sum curationis, ille est author sanitatis. Nescitis cuius mercenarij ope perfrui meruistis. Defunctos captiuitatis sepelire non timuisti Tobis, ascenderit ad dominum opera tua, quia relicto prandio reddidisti mortuum sepultura. Ego domino medullata intuli sacrificia pro venerabili sepultura, ego directus sum operarius fori cœlestis. Mortuū sepelivisti, & mortis aculeum non timuisti. Ipse sepultus pro vobis voce tacita proclamauit. Probationis fuerat cœcitas oculorum, vnde patientia tua clarior meruisset de cœlestibus ornamentum. Ego sum Raphaël, vnus ex septem angelis qui assistimus ante claritatem dei. Non indigeo fructu humanæ mercedis, diuitem me facit conuersatio maiestatis. Diues est ille qui me misit, gratis iussit impendi, qui gratis ipse cōcessit. Nec ipsum honorem gratiarum mihi deputetis, quia nihil meis viribus percepistis, Deum benedicite & illi. confitemini, & ipsum glorificate, quia vobiscum fecit bona. Subito patefacto mysterij cœlestis honore, voce Raphaëlis angeli attoniti, Tobis & Tobias collapsi in terram proruerunt, vocem tremulam penitus occultarunt, quia vocem insolitam audierunt. Quid meruistis pater Tobis filiusq; Tobias? Mercenarium habere cœlestem, & tanquam operarium locare terrestrem? Cælauit vobis angelus nomen, Azarias sum, inquit, Ananiæ magni filius, & non dixit, Ego sum Raphaël angelus. Cælauit in primo nomine dignitatem, ne faceret locatori terrorē. Si enim diceret, Ego sum angelus, non esset Tobie mercenarius. Seruata est dignitas nominis, vt postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte charissimi quantum sit elemosynæ meritum. Angelum meruit habere operarium. Videtis quantum proficit mortuos sepelire, vt oblatio eius per angelum Raphaëlem ad cœlestem ascenderet maiestatem. Videtis quia elemosyna a morte liberat, & ipsa purgat peccata. Facit purgationem oculorum, liberat a tenebris peccatorum. Tobis via sua deducitur, Sara tot viris contristata per angelum matrimonio copulatur.

In eadem dominica, De faciendis elemosynis: Sermo II.



**F**aciendis elemosynis fratres charissimi, charitatem vestram admonui, & consilium dare præsumpsi. Et licet apud plures deo inspirante profecerit admonitio nostra, timeo tamen ne sint aliqui qui aut minus faciant quā possunt, aut nec forte faciant. Sed dicit aliquis, Pauper sum, ideo elemosynam dare non possum. Vt nullus se pauper excusare possit, dominus & saluator noster pro calice aquæ frigidæ

Iob. 1.

Vbi supra.

Sermo CCXXV.

1. Corin. 4.

Iob. 31.

Iob. 1.

Math. 27.

L

Luc. 17.

Sermo CCXXVI.

Tob. 12.

Tob. 12.

Math. 7.

Vbi supra.

E

Tob. 12.

Tob. 5.

F

Tob. 12.

Sermo CCXXVII.

Math. 10.

G gida mercedem se redditurum esse promisit. Dicit ergo, Pauper sum. Si nihil amplius habes in substantia tua quam tibi aut in victu aut vestitu rationabili aut mediocri sufficiat, sola tibi potest bona voluntas sufficere. Sed rogo te, diligenter conscientiam tuam interroga, ne forte aliquotiens per ebrietatem perdas quod per eleemosynam dare poteras, ne forte per gulam studeas in terra consumere, quod per eleemosynam debueras in caelum reconderi. Ne forte delicias preparando, ornamenta ad luxuriam comparando, non habeas quod pro remedio animae tuae possis pauperibus erogare. Et cum preciosa vestes nostrae a tineis soleant deuorari, pauperes nec vilia vestimenta merentur accipere. Si ergo ista omnia impedimenta non aggrauant animam nostram, & hoc solum habemus quod nobis vel nostris sufficere possit, non apparebimus rei si eleemosynam pauperibus non erogamus. Si vero ut iam dictum est, frequenter luxuria deuorat quod misericordia in caelo thesaurizare poterat, corrigamur diuini temporis est & quod hucusque aut non fecimus, aut forte minus quam oportuit fecimus, implere totis viribus studeamus. Et ideo o anima Christiana quae mecum audis & legis, adiua te consilio sanctissimi Danielis. Sic enim ait, Consilium meum accipe, & peccata tua eleemosynis redime. Quod consilium si non libenter audieris, ad caelum sine causa pulsabis. O anima quae intra carnosos & fragiles parietes habitas, vigila, ora, pete, quare, pulsa. Vigila, inquam, petendo, ora quarendo, pulsa operando. Vigilanti tibi & petenti respondet dominus, Ecce afflum. Si transieris per ignem tecum est dominus tuus, & flamma non ardebit in te: quia sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit eleemosyna peccatum. Si ergo aperueris pauperibus manus tuas, Christus tibi aperiet ianuas suas ut paradisi possessor introeas. Si forte putas quoddam finis mundi tardius veniat, vel tuum considera finem. Ecce paulatim deficit mundus, subtrahuntur omnia bona quae fuerant, & accedunt mala quae non erant. Quotidie quod praedixit dei sermo completur, & nec sic homo mutatur. Accipe ergo consilium tuum in manibus tuis habes precium tuum. Dona tibi deo dum tuum est, quia fragile est quod tenes, & ceterorum est quod attendis, Considera quale pro te precium dederit dominus tuus, sanguinem fudit. Charum te habuit, quem tam caro precio comparauit. Diuitis purpurati fuge frater exemplum, cuius canes pauper Lazarus suis vulneribus pauit, & micas cadentes de mensa diuitis non accepit. Sed post non longum temporis intervallum mutatae sunt vices, Pauper beatitudinem emit mendicitate, & diues supplicium facultate. Ille in Abraham gremio ab angelis eleuatur, diues vero ad inferni profunda perducitur. De quo loco vidit diues pauperem, immo iam pauper diuitem. Desiderat guttam, qui negauerat micam, Haec ergo cogitent diuites qui facultatibus suis se redimere nolunt, ne similia patiantur. Diues fuit ille de quo nunc loquimur. Sunt & hic diuites ad quos nunc loquimur. Vnius sunt nominis, caueat ne sint vni conditionis. Ergo inter diuitem purpuratum, & Lazarum vlcerosum mutatae sunt vices. Diues perdidit quod habebat, pauper cepit esse quod non erat. Diues ille in seculo apothecas plenas reliquerat, & in inferno guttam ardens petebat, & impetrare non poterat. Attendite fratres. Totum diuitis corpus flammis gehennae consumitur, & sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem, quia per eam superbe loquendo contemplerat pauperem. Ipsa enim lingua quae noluerat dicere ut eleemosyna pauperi donaretur, gra-

uius gehennae flammis exurit. Clamauit enim & dixit, Pater Abraham mitte Lazarum ut intingat digitum suum & refrigeret linguam meam. O diues qua fronte quaeris guttam, qui noluisi porrigere micam! Iuste nunc exigeres si dedisses. O mundi bona, apud inferos mala. Accesserunt ad seruitium diuitis ignes, & ad obsequium facti tortores. Patitur duos tartarorum ministros. Torquetur & clamat, O iuste & integer iudex, vel secundum peccata mea compensentur supplicia ista, vel contra spatia annorum meorum quibus habui bona, mala recipiam, aut certe in duplum vel quadruplum. Cur per tot milia annorum me teneri iubes in flamma? Peccatorum meorum sum nexibus alligatus ne fugiam. Per momenta compungor ut doleam. Scuit in me ignis & non parcat, cruciat, & reseruat, nec totum est quod punit, cui seuit est quod ignoscit. Post illas lamentabiles voces, potuit ei sine dubio responderi, Quid faciam tibi? Eleemosynas non fecisti, quae peccatorum tuorum penas extinguerent. Clamauit tibi scriptura & non audisti, Propheta non tacuit, Apostolus praedicauit, Euangelium tonuit. Annunciatum est supplicium impiorum, iustorum premium est reprobis. Tu umbras & nebulas seculi huius tenere te credens, diuina praeccepta velut inanes fabulas respicisti. Interveniant pro te pauperes, & quicquid petieris dono. Sed iusto iudicio vicem tibi reddo, Quia iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Non tibi poterit prestare iustitia mea, nisi quod merentur opera tua. Sine causa mortuus in potestate aliena positus clamas, qui eo tempore quo potuisti cum me videres in paupere caecus eras. Fratres mei manu dei formati, magno mecum precio comparati, audite consilium domini dei nostri, implete desiderium pontificis vestri, ut cum ipso accipiatis hereditatem in regno patris vestri. Ex sermo factus es amicus. Contemne quod natus es, fac tibi vicem cum Christo. Quare non accipiat partem de substantia tua, qui tibi praemia preparauit aeterna? Quare non accipiat vel decimum, qui contulit totum? Contra terrenum patrimonium deus offert caelum. Sic enim ait, Venite benedicti percipite regnum, quia esuriui & dedistis mihi manducare. Tunc vos si modo eleemosynas largiter fideliterque facitis feliciter dicere poteritis, Domine quando te vidimus esurientem, & ministravimus tibi? Quid est hoc fratres? Conuenit fidelis debitor, & creditores excusant: Tunc vobis respondebit pater, dominus & amicus, cum quo fecistis caeleste commercium, Quam diu fecisti vni ex minimis meis, mihi fecistis. Nonne ego quae accipit terrena, accipi caelestia reddam, dabo aeternum praemium, & ad partem dexteram regnum. Non quia non peccastis, sed quia peccata vestra eleemosynis redemisti. Rogo vos fratres ut ista recipiantur in animis vestris, & ita proficiat peregrinis, ut ante tribunal aeterni iudicis, & mihi pro benigna admonitione venia, & vobis pro eleemosynarum lagitate aeterna gloria tribuatur, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Nemo potest duobus dominis seruire & cetera. quae habetur libro secundo de sermone domini in monte, capite. XV.

Dominica sextadecima, de Iudith: Sermo I.

Non sufficit mortalis eloquentia iustorum omnium orationes eximias atque triumphos grauidasque referre virtutes, quas omnipotens deus

A deus dedit eis quibus solet conferre victoriam, qui viros ac feminas vigere permisit, qui & flammam camini refrigerio disperdit, & insidiosos exercitus capite sublato nudauit. Nam cum Holofernes ille filiorum Israel, immo sui capitis inimicus exterarum gentium sibi ius vendicaret atque obsidione, armis, ignibus quoque pugnaret, nec non & multarum gentium campos canis messibus oneratos in cinerem pascente flamma converteret, Iudith sanctissima cuius precibus patuit caelum, orationis arte arma victricia fabricauit, quibus aduersa confingeret, & pauescentes viros femina vindicaret. Squalebat ciuitas obsidione barbarae feritatis, Ita enim vniuersa languebat ut in manibus hostium iam tradi commodius iudicarent, quam perniciose famis populatione vexari. Ecce Iudith post precem & saccum, post cinerem ad cultus puellares redit, spes omnium populorum procedit, sollicitos populos redditura securos sua sapientia consolatur, quae promittens victoriam quam omnis natio miraretur, portam sibi paululum remotis obicibus postulat aperiri. Prodiit secura vnus puella comitatu contenta & hostium securis gressibus properauit in castra. Intra muros sollicita fuit, secura fit dum ad timenda peruenit. In qua femina insidiosa pulchritudinis nouitatem hostilis exercitus vehementer exauit, ut in eius obsequio vires amitterent, arma proicerent, & colla curuarent. Deducitur ad praetorium subiectis ordinibus fraus Holofernis, & lugentis victoria ciuitatis, Quam cum videret Holofernes solutus est sensibus animam cum capite perditurus. Iacuit enim dedecus iuuenum mulieris vultu captiuus, licuit mulieri exarmare iuuenes, & debellare victores, sollicitam defendere ciuitatem, & barbarum subuertere bellatorem. Decepit syncera corruptum, fessit casta pollutum, pudica perimit adulterum, sobria iugulat ebriosum. Illa enim tam barbaros animos insidiosi sui vultus fraude confuderat, ut eum ligaret multarum arte fabularum, ut redderet inter exercitus victum, & inter arma captiuum. Paratur conuiuium regi Iudith interesse iubetur. Illa consentit ut vincat, accedit ad conuiuium, nihil de cibis aut de poculis hostium gustatura, quae suis vtilibus voluit esse contenta. Quamuis ille bellator armorum tam castissima femina male sanus attenderet vultum, illa tamen quare venerat de eius capite cogitabat, quo sublato defectis ciuibus subueniret, & multa capita tueretur, defenderet, vindicaret. At ubi conuiuii sagina fines excessit, & grauis calcibus somnus successit, videns Iudith inimici corporis inclinatas ebrietate ceruices, surgens ipsius cruentum arripuit collum, comam quoque barbari capitis manu occupauit, domine, inquit, confirmo brachium meum. Et percussit tertio in collo eius, & amputauit caput eius. Exiens foras, tradidit puellae caput Holofernis, & misit illud in peram. Et post pusillum exiit foras quasi ad orationem secundum consuetudinem, Ecce castitas. Orationis favore castitas pudorem proprium seruaui intactum & quietum, deceptum alienum. Iacet inclusum cadauer, & iam foris est caput. Cum palmifera castitate Iudith ad ciues sollicitate festinat, nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem anteire fuerat concessum. Iam recipit attonita ciuitas tantae victricis reditus triumphales, iam luctus conuertuntur in gaudium, iam porta plenissima securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris tremor erat & fuga. Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi enim assiduis pulsatur orationibus caelum, potentia semper calcatur

Iudith. 2.

Iudith. 7.

Iudith. 10.

Iudith. 12.

Iudith. 13.

Iudith. 14.

armorum. Ecce gloriosa foemina castitatem seruaui oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatem vna femina valuit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire.

In eadem dominica, de Iudith: Sermo II.



uotiescunq; bellicus rumor terribili fama crebrescit, aut horrido tubarum clangore, vel rauifono aëris cantu increpuit letiferum murmur, foeminis ac debilibus formidolosa imago mortis occurrit, intrepida virorum fortium pectora solent laudis amore flagrare, atque bellica sorte vbi funesto imbre densati praeliantes mortifera obumbratione texerint partes confertas sub stridulo telorum cursu, euentu iam errantes letifero, praecipiti ardore triumphales propinquant ad palmas, Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine foeminarum, victoriam in periculis quaerens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidauit. Cum igitur Bethulia moenia Holofernes hostili obsidione calcaret, & auertens tractus aequum, prima indiceret certamina siccitatem, Iudith flens foedera acerbo dissidio rupta lugubri lamentatione seruabat. Quae ut reperit captiuandae ciuitatis inducias postulat, mox ei priuatum dolorem congeminauit ciuitatis communis dolor. Quae exorata conurgens abluat aqua corpus suum imponens sibi ornamentum, pendulas aureas diuitias suspendit, & manibus lapillos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureae vestis gemmato collegit pectore, casto vultu prius dimicatura quam ferro. Monilium tela pudori semper aduersa hostem ferire didicerunt. Gentis suae vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sponsa, Nec fuit letitias ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit diuinito spiritu ducta, & singularis ancillae solatio contenta. Species custodit quae blanditur, & ne violenter pudicitia custodita laedatur, Holofernem alloquitur, ut desiderium inane concipiatur, Ego, inquit, ancilla tua, misit me dominus deus facere rem in qua mirabitur omnis qui audierit eam, quoniam ancilla tua deum caeli obseruo, & nunc ibo per noctem & orabo ad dominum caeli, & nunciabit mihi quando faciet haec, & ducam te per mediam Iudaeam, & ponam sedem tuam in media ciuitate & canis non mutiet lingua sua contra te, quoniam haec mihi ostensa sunt a domino. Non decuit pudicam metiri, non intelligentibus dixit, perfecit actibus quod promissit. Dum regi alto sermone imaginariis verbis blanditur, bellator animus lasciuia soluitur, in amore armorum torpent vires innumerabiles militum, luxu regifico nuptiarum pompa nullo nubente construitur, cuncti ebrietate soluiuntur. Non delicata matrona pugnaui, sed solum tibi quem ferias preparauit. Constructo thalamo concitatur ad ducem prouocante amore, victum somno, elisum virum in strato, bellatoris crines implicuit pulchritudine digitorum, post teneritudinem fusi, ebeni capulum quaerit, Mucro matronam non teruit, sed armavit, quae ita pugnaui. Coruscus ensis caput abstulit hosti, persoluitur in patriis moenibus victoria suspenditur. Armis stupentibus cunei densantur, praepostero ordine triumphant. Sequitur bellum, vino fusi, soluti somno, incertamen nec clamore prouocante conurgunt, teguntur armis coruscantibus montes. Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habens quem in cubiculo quaeras? Omnem varium furoris impetum retine, tantum vobis reliquimus ducem, agnoscentiam

Sermo CCXXIX.

Iudith. 7.

Iudith. 10.

Iudith. 11.

Iudith. 13.

Danic. 4.

Matth. 7. Esai. 43.

Luz. 16.

L

Iacob. 1.

Matth. 15.

M

Matth. 6.

Sermo CCXXVIII.



G scendam partem habemus in porta pendentem. Tantam animus de deo suscepit largitatem, quantum credulitas sibi poterit vendicare.

Luc. 7. Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Lucam, Ibat Iesus in civitatem que vocatur Naïm, & cetera que habetur inter sermones de Verbis domini, XLIII.

Matth. 17. Feria quarta de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Cum venisset Iesus ad turbas accessit ad eum, & cetera, Et de ieiunio & oratione: Sermo I.

Sermo CCXXX. Marci. 17. **A**duersus demonum nequitiam, que nobis dominus arma ostendit, debemus utique retinere. Hoc aut genus in nullo eiicitur nisi oratione & ieiunio. Hæc cum plena fide exercentur, pietas est.

1. Timo. 4. Pietas autem ad omnia utilis est, professionem habens vitæ presentis & futuræ. Inspiciamus ergo utiliter orationis fructus & ieiunij, quia ipsa sunt arma aduersus improbas cogitationes. Ieiunium purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit. Ieiunium cor facit contribulatum & humiliatum, quod deus non spernit.

Ieiunium concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit. Ieiunium verbositatem non amat, diuitias superfluitatem iudicat, superbiam spernit, humilitatem comendat, præstat homini seipsum intelligere quod est infirmum & fragile, atque dum ita se intelligit imbecillum, aptiorem virtutem dei adiutorem quarit & accipit. Quarit autem per frequentes orationes, & obsecrationes. Oratio quidem refectionis est ieiuniorum, aduocat gratiam spiritus sancti. Oratio duritiam cordis mollit, austeritatem temperat, ieiunium dulcificat. Sicut enim sine potu non est plena refectionis, sic & ieiunium sine oratione non potest animam perfecte nutrire. Quid autem oratio nisi ascensio animæ de terrestribus ad cœlestia, inquisitio superiorum, inuisibilem desiderium? Abeat dissensio secularium morum quibus premittitur mens humana quotidie, Oratio coniunctio spiritus sancti, si tamen orationi intentus sit animus: sicut clamat Propheta, Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi & caro mea. Quid autem sitendum est sequitur: Ut videat virtutem. Credite mihi si ad videndam plenam virtutem dei, plene sitiât animæ humanæ substantiæ, nec fastidio victa dissimulet, replebitur adipe & pinguedine spiritali. Et sitiens illam dei visitationem sensu proprio cum fide clamabit: Adhæsit anima mea post te, suscepit me dextera tua. Ieiunium inertiam tollit de anima, impedimenta carnalia aufert. Oratio vero perseverans iungit deo, atque ita gaudens assistere se domino gloriatur. Adherens autem anima mea domino, incipit securitatem habere & libertatem, nec pauores sustinet timoris. Suscepta anima tanto patrocinio dexterae dei, quomodo poterit noceri ab aliqua potestate? Sicut scriptum est, quod nemo illud rapit de manu patris, hoc præstat ieiunium, hoc præstat oratio.

Oratio. Psa. 62. Dominica decima septima, de ebrietate vitanda: Sermo II.

**I**cet propitio Christo fratres charissimi credam vos ebrietatis malum velut inferni focum expansece, & non solum ipsi non velitis amplius bibere, sed nec alios adiuuare vel cogere plus quam oportet accipere, tamen non potest fieri nisi sint aliqui negligentes qui sobrii esse non velint: Vos qui semper conuiuia sobria exhibetis nolite ad

nostram iniuriam reuocare, quia nobis necesse est aliquos ebriosos arguere. Cum enim fratres charissimi ebrietatis malum sit graue vitium & deo odibile, ita per vniuersum mundum à pluribus in consuetudinem missum est, ut ab illis qui dei præcepta cognoscere nolunt, iam nec putetur nec credatur esse peccatum, intantum ut in conuiujs suis irrideant eos qui minus bibere possunt, & per inimicam amicitiam adiuuare homines non erubescunt ut potum amplius accipiant quam oportet. Qui enim alterum cogit ut se plus quam opus est bibendo inebriet, minus malum ei erat si carnem eius vulneraret gladio, quam animam eius per ebrietatem necaret. Et quia corpora nostra terrena sunt, quomodo pluuia nimium grandis & diuturna si fuerit, terra infunditur & in lutum resoluatur ut nulla in ea cultura possit fieri. Sic & caro nostra quando abundantiori potu fuerit inebriata, nec spiritalem culturam accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere. Et ideo quomodo omnes homines sufficientem pluuiam in agris suis accipere desiderant, ut & culturam valeant exercere & de fructuum vbertate gaudere: ita & in agro corporis hoc tantum deberent bibere quod oportet, ne per nimiam ebrietatem ipsa corporis terra velut in paludem conuersa, magis vermes & serpentes vitiorum generare, quam fructus bonorum operum possit afferre. Omnes enim ebriosi tales sunt, quales paludes esse videntur. Quod enim in paludibus nascatur, non ignorat charitas vestra, totum quod ibi nascitur, nullum fructum habere cognoscitur. Nascuntur ibi serpentes, sanguisuga: nascuntur ibi ranæ & diuersa genera vermium, quæ magis horrorem possunt generare quam aliquid quod ad victum proficiat exhibere. Istæ enim herbæ vel arbores quæ aut in ipsis paludibus aut circa ripas earum nasci solent, nihil utilitatis habere videntur, intantum ut in annis singulis incendio concrementur. Videte quod de ebrietate nascitur igni præparatur. Tales enim sunt sicut iam dixi omnes ebriosi, quorum prandia ducuntur usque ad noctem, quorum cœnas lucifer videt, qui stare non possunt, etiam cum videntur esse ieiuni, quorum sensus tardi, graues, obtusi & quodammodo iam sepulti. Denique in ipsa frequenter ebrietate nec seipsos nec alios recognoscunt, nec ambulare valent, nec stare, dicere aliquid vel audire quod ad rationem pertineat omnino non possunt. Fræquenter etiam usque ad vomitum ingurgitare se non erubescunt, & ad mensuras sine mensura bibere. Maiora enim pocula prouidentur, certa bibendi lege contenditur, qui poterit vincere laudem meretur ex crimine. Inde lites & rixæ nascuntur, inde diuersis & horrendis saltationibus membra torquentur, inde adulteria & nonnunquam homicidia perpetrantur. Et quotiens nimium potum accipiunt, tanquam in paralyticum resoluti dum suis pedibus ambulare non possunt, fœdissima latera aliorum manibus portantur ad lectum. Et est in illis oculorum caligo, vertigo, fatigatio & dolor capitis, suffusio vultus, membrorum omnium tremor, animæ ac mentis stupor. In talibus impletur quod scriptum est, Cui vix, cui tumultus, cui iræ, cui rixæ, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum? Nonne his qui morantur in vino, & eis qui inuestigant ubi potus sunt & student calicibus epotandis. Sed illi qui tales esse voluit miserabiliter se excusare conantur, dicentes, Ingratum habeo amicum meum si quotiens illum ad conuiuium vocaero, potum ei quantum voluerit ipse non dederit. Et non sit tibi amicus, qui te deo vult facere inimicum, qui & tuus & suus est inimicus, si & te & alium inebria-

ueris, habebis hominem amicum, habebis deum inimicum. Et ideo sapienter considera si iustum sit ut te à deo separe, dum te ebrioso coniungis. Ad extremum tu enim noli adiuuare, noli cogere, sed in potestate illius dimitte, ut quantum sibi placuerit bibat, & si se inebriare voluerit vel solus pereat & non ambo pereatis. O infelicitas generis humani, quam multi inueniuntur qui ebriosos & luxoriosos amplius quam oportet cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus vel vnum calicem dissimulant dare: nec attendunt, quia illud quod luxuriosis videtur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere qui dixit, Quod fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Sed qui tales sunt quando alios in nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosynam petenti dicunt, vade vade inante, & dabit tibi deus, & utique dum ambulauerit homo ei daturus est. Quid est ergo quod dicit, vade inante & dabit tibi deus, nisi vade ad illum hominem qui habet deum, quia daturus est deus? Ac sic ore suo ipse confitetur apud se deum non esse, quo inspirante possit erogare pauperibus. Rogo fratres charissimi, diligenter attendite & videte, quia quando animalia ducuntur ad aquam ubi saturauerunt sitim suam, etiam si supra aquam ipsam diutius teneantur repleta siti bibere nolunt omnino, nec possunt. Considerent ebriosi si non peiores animalibus iudicandi sunt. Cum enim animalia amplius quam eis opus est bibere nolunt, illi & duplum & triplum quam eis expedit potum accipiunt. Et unde trium aut quatuor dierum refectionem potuerant rationabilem habere, vno die cum grandi peccato contendunt perdere potius quam expendere propter inuidiam aut ebrietatem, atque vitium potum tantummodo perderent & non etiam ipsi perirent. Quantum mali in se habeat ebrietas, rex magistrum pistorum cruci appendi fecit propter inuidiam aut ebrietatem. Populus autem ludæorum de quo scriptum est, Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere: postquam vinum plus quam oportebat accepit, idola sibi fabricari fecit, & in honore ipsorum idolorum cepit phrenetico choros ducere more, diuersis saltationibus membra torquere. Herodes quoque ubi nimio vino concaluit, ad vnius puellæ saltationem sanctum Ioannem Baptistam interfecit. Quid adhuc de ebrietatis malo nascatur, spiritus sanctus per Salomonem testatur dicens, Vinum, inquit, & mulieres apostatare faciunt à deo sapientes, & arguunt sensatos. Et iterum, Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenderit in vitro color eius. Ingreditur enim blande, & in nouissimo mordebit ut coluber, & quasi regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Paulus etiam Apostolus contra ebrietatis malum nos admonet dicens, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Iterum atque iterum quid mali in se ebrietas habeat, eis qui illam diligunt sanctarum scripturarum testimonijs euidenter ostendimus. In Salomone scriptum est, Qui amat vinum & pingua, non ditabitur. Et iterum, Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum dei, & mutant causam filiorum pauperum. Item hic ait, Operarius ebriosus non locupletabitur. Et iterum, Vinum si bibas moderate, eris sobrius. Item illic, Vinum in iuicunditate creatum est, non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & corporis vinum moderate potatum, & sanitas corporis & animæ. Vinum multum potatum, ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem & faciens vulnera. Sed quando ista suggerimus forte ira-

scuntur contra nos & murmurant ebriosi, quantum non desint qui irascuntur, deo tamen propitio multi erunt qui libenter salubre consiliū audientes, de isto tam graui peccato per dei misericordiam liberabuntur. Ipsi tamen qui contra coalunnam & amicam suam ebrietatem loquentibus irascuntur, libera à nobis voce audiant quia quicumque ebriosus penitentiam de ipsa non egerit, sed vsque ad mortem suam in ipsa ebrietate permanerit, in æternum profecto peribit, quia non mentitur spiritus sanctus per Apostolum dicens, Neque ebriosi regnum dei possidebunt. Et ideo quicumque sunt ebriosi, melius faciunt ut non nobis sed sibi potius irascantur & cum dei adiutorio de luto fecis se excutiant, vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tempus penitendi est festinent quanta possunt celeritate deo auxiliante confurgere & totis animæ viribus cum Propheta supplicantes domino dicant, Eripe me de luto ut non inhaream. Et illud, Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum. Ebrietas enim quasi inferni puteus quoscunque susceperit nisi digna subuenierit penitentia, & emendatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vendicat ut eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis vel sobrietatis lucem redire sine penitentia non permittat. Sed hic ante omnia intelligere & scire debemus, quia non vna die efficiuntur homines ebriosi, sed cum paulatim adiuuantibus & cogentibus crudelissimis inimicis potius quam amicis, per singulos dies singulos sibi aut binos calices ad potum consuetudinariam addunt. At ubi hoc in usum miserint, ita eos ipsius ardor ebrietatis occupat, ut illos semper sitire compellat. Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quomodo sibi intervallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucem redeat, Qui si semel totum quod amplius accipiebat subtraxerit, ubi nimia siti cœperit exardescere cum grandi amaritudine clamat & dicit, Malle se mori quam sibi bibendi vel inebriandi consuetudinem tollere: Nec attendit quod tolerabilis erat illi in carne mori, quam in anima per ebrietatem interfici. Et ideo ut nec ardorem nimium patiat, & de tam graui malo quod patitur liberetur, sicut iam dictum est, per intervalla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat quousque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat. Qui hoc ita ut diximus, per partes subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam intolerabilem penam non patietur. Ergo fratres charissimi dum hæc suggero, me absoluto apud deum. Quicumque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suo alios adiuuare vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die iudicij reus erit. Et quia quod peius est, aliqui etiam clerici qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt bibere alios quos plus quam expedit. Amodo incipiat & seipsos corrigere & alios castigare, ut cum ante tribunal Christi venerint, nec de sua nec de aliorum ebrietate incurrant supplicium. Sed magis dum & ipsi se emendant & alios castigare non cessant, peruenire ad æternum præmium mereantur. Et illud ante omnia rogo, & per tremendum diem iudicij vos adituro, ut quotienscunque vobis inuicem conuiuia exhibetis, illam fœdam consuetudinem per quam grandi mensura sine mensura tres homines aut volentes aut inuiti solebant bibere, tanquam venenum diaboli de vestris conuiujs respuatis, quia ista infelix consuetudo adhuc de Paganorum obseruatione remansit. Et quicumque hoc in suo conuiuio aut alieno fieri acquerit,

**K** Ebrietas quomodo est fugienda & quam detestabile vitium. **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Y** **Z**

Sermo CCXXXI.

1. Corin. 8.

Psal. 68. Vbi supra.

E

F

Prouer. 23.

Matth. 25.

Gen. 40.

Exo. 32.

Matth. 14.

Ecclesiastici 19.

Prouer. 23.

Eph. 5.

Prouer. 21. & 31.

Ecclesiastici 19.

Ecclesiastici 31.

Vbi supra.

Guerit, diabolo se sacrificasse non dubitauerit. De qua bibitione non solum anima occiditur, sed etiam corpus debilitatur. Sed credo de dei misericordia quod ita vobis inspirare dignabitur, ut tam lugeudum & etiam erubescendum malum ita vobis in horrorem veniat ut illud nunquam fieri permittatis, sed quod in illa ebrietate perituum erat, in pauperum refectioem proficiat, praestante dño nostro Iesu Christo: Qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus in secula seculorū: Amē.

In eadem dominica, de ebrietate uitanda: Sermo II.

Sermo  
CCXXXII



Requenter charitatem vestram, fratres charissimi, paterna pietate admonui, ut ebrietatis malum tanquam inferni foveam vitare vel fugere deberetis. Et licet apud plures proficeret castigatio, quam multi tamen sunt qui nec deum timent, nec eos qui honesti sunt vel sobrii reuerentur, & tamen bibunt ut interdum necesse habeant viscera nimio potu plena per vomitum relaxare, & tanquam fractae & naufragae naues, ita ipsius ebrietatis fluctibus fatigantur ut nec ubi sunt recognoscant, & dicere aliud vel audire, quod ad rationem pertinet, omnino non valeant. Illud vero quale est quod ipsi infelices ebriosi quando se nimio vino ingurgitant ridet & vituperant eos qui rationabiliter hoc tantum quod sufficit bibere volunt, dicentes eis, Erubescite & verecundia sit vobis, quare non potestis bibere quantum nos. Dicunt enim eos non esse viros, et videte miseriam ebriosorum. Sed dicunt esse viros qui in ebrietatis cloaca iacent, & illos non dicunt esse viros qui honeste & sobrie stant. Iacent prostrati & viri sunt, stant erecti & viri non sunt? Victor ebrietatis vituperatur, & victus ebrietate laudatur. Irridetur sobrius, qui & se & alios potest regere: & non irridetur immo non plangitur ebriosus, qui nec se nec alios potest agnoscere. Solent ebriosi ita se excusare ut dicant, persona potens me coegit ut amplius bibam, & in conuiuio regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista praetendimus, & quod implere nolumus non potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra, & non posse praetenditur. Etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, Aut bibas aut morieris, melius erat ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falso obicitur. Ipsi enim reges & quicumque sunt alij potentes, quia deo propitio & Christiani sunt & prudentes & sobrii, & toto corde deum timentes, si te viderent defuisse ut eis non acquiescas pro timore dei inebriari, si tibi sub hora videantur irasci, postea vero te in grandi admiratione suscipiunt dicentes, Quantum cum illo egimus, quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen nunquam eum a sobrietate separare potuimus. Nam & deus qui te videt per eius amorem inebriari non velle, ipse tibi gratiam etiam illorum dabit qui te ut amplius biberes videbantur hortari & cogere. Nemo dicat fratres charissimi, quod in istis temporibus martyres non sint, quotidie martyres fiunt. Martyr enim testis interpretatur. Quicumque ergo pro veritate testimonium dederit, & omnes causas cum iustitia iudicauerit, quicquid pro testimonio veritatis vel iustitiae pertulerit, totum ei dominus pro martyrio computabit. Ac sic & ille qui ebrietati resistit, si cum dei adiutorio perseuerare voluerit, & pro ipsa ille aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei dominus ad martyrii gloriam reputabit. Velim tamen scire fratres charissimi, cum dominus habet plures seruos, si vel vnum ex illis velit fieri ebriosum, sine dubio nullus tam malus qui hoc voluerit ali-

Psal. 140.

quando aut velit. Et qua fronte, qua conscientia qui seruum non vult habere ebriosum, ipse vult ebriosus fieri? Ecce de donis dei tu habes seruum, & te habet deus seruum, qualiter vis ut tibi seruiat seruus tuus, taliter & tu seruire deo tuo debes. Dic mihi rogo te, si iustum tibi videtur ut tu habeas seruum sobrium, & deus habeat ebriosum, ac sic te dignum iudicas, cui seruus sobrius seruire debeat? Hæc ergo fratres charissimi diligenter attendite & considerate, quia non est iustum ut faciamus deo quod nolumus nobis fieri. Forte dices, Quomodo deo facio quod mihi fieri nolo? Aut quomodo tibi non placet seruum ebriosum habere, & tu non vis sobrius deo seruire? Ideo enim charissimi tanta infelicitate se inebriant homines, quia putant ebrietatem, aut paruam, aut nullum peccatum esse. Sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicij reddituri sunt rationem, si commissis sibi populis, quæ vel quanta mala de ebrietate nascuntur assidue noluerint predicare. Qui ergo credit ebrietatem esse paruam peccatum, si se non emendauerit, & pro ipsa ebrietate poenitentiam non egerit, cum adulteris & homicidis aeterna sine remedio illum poena cruciabit, secundum illud quod ipsi bene nostis beatum Apostolum praedicasse, Neque, inquit, fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum dei possidebunt. Videte ebriosos cum fornicatoribus & idolis seruientibus, & masculorum concubitoribus & adulteris iunxit. Et illud, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et ideo definiat ac deliberet vnusquisque apud se ebrietatem graue esse peccatum, & tunc aut nunquam aut difficile eum ebrietas poterit superare. Cum enim non solum in futuro seculo propter ebrietatem torquendi sunt homines, sed etiam in presenti per ipsam ebrietatem multis frequententer infirmitatibus fatigantur, vel morbum corporis timeant qui de animæ suæ salute non cogitant: oculorū suffusionem atque caliginem, capitis vertiginem & membrorum tremorem expanescant, qui inferni supplicia non formidant. Et hæc quidem non solum laicis, sed etiam clericis dicimus, quia quod peius est, multi sunt etiam maioris ordinis clerici, qui cum alijs sobrietate bonum deberent iugiter predicare, non solum hoc non faciunt, sed etiam & se aliòsque inebriare non erubescunt nec metuunt. Sed agnoscant & doleant quicumque tales sunt, quia si se noluerint emendare, & pro se & pro alijs necesse est eos aeterna supplicia sustinere. Illud vero quale est quod iam transacto conuiuio expleta siti cum amplius bibere non possint nec debeant, tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora superuenerit diuersis nominibus incipiunt bibere, non solum viuorum hominum, sed etiam angelorum & reliquorum antiquorum sanctorum, estimantes quod maximum illis honorem impendant si se in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliant, ignorantes quod nullus tam grauem iniuriam sanctis angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare, quam illi qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola ex causa aliqua falsa cibaria sibi ordinant fieri, ut per ipsam salitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hæc enim si Paganis qui deum ignorant faciunt, nec mirandum est, nec nimis dolendum, quia & in deo spem non habent, antiquam parentum suorum consuetudinem seruant: Christiani vero quos deus de tenebris duxit ad lucem de morte vocauit ad vitam, quibus omnes scripturæ clamant ebrietatem fugere, sobrietatem

1. Petri. 4.

Abrietatem diligere, quare turpissimas illorum ebrietates comitantur, de quorum perfidia liberari per dei misericordiam meruerunt? Et ideo rogo & per tremendum diem iudicij vos adiuro, & ut quantum potestis ebrietatis malum auxiliante deo fugiatis, & iam vobis incipiat verecundum esse quod hucusque gentibus & Paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia deo propitio illis dissimiles estis in fide, similes esse in ebrietate penitus non debetis. Quia etiam si reliqua peccata Christiani non admittunt, sola eos si frequens fuerit ebrietas, & emendatio ac poenitentia non subuenierit, in inferni profunda precipitat, secundum illud quod iam dictum est, Neque ebriosi regnum dei possidebunt. Sed dicit aliquis, Ego regnum dei nolo, eternam requiem tantum obtinere desidero. Nemo se decipiat fratres, duo enim loca sunt, & tertius non est vllis. Qui cum Christo regnare non meruerit, cum diabolo absque dubitatione vlla peribit. Ad extremum qui amico suo nimium propinat, in anima efficitur inimicus, corpus quoque eius debilitare & animam probatur occidere. Melius erat ut illud quod vna die plus enim bibere coegit quam expedit, per duos aut tres dies ipsum amicum ad conuiuium renouaret suum: & vnde vna die eum nimium bibendo debilitauerat, ipsum in alijs diebus sufficere potu reficeret, nec potum ille perderet, nec amicum deciperet. Aut certe quod esse melius, quicquid nimio potu perditum erat gula, pauperibus daretur in elemosynam, ut & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per misericordiam pauperum animæ redemptio prepararetur. Et nos quidem istam castigationem non propter eos qui sunt honesti & sobrii diximus, quia cum dei subsidio multos nouimus parca & sobria conuiuia superare. Et ideo vos qui pro dei amore hoc tantum sumitis quod oportet, & quod ebriosis in terra perditur, a vobis per elemosynam in caelo reponitur. Non vobis sufficiat quod vos honesti & sobrii estis, sed quantum potestis ita castigate & corripite ebriosos, ut eis nunquam liceat vobis praesentibus amplius bibere quam oportet, ut dum & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestram admonitionem ab ebrietatis perditione renocatis, non solum pro vestra sed etiam pro aliorum salute duplicia vobis praemia in aeterna beatitudine preparatis. Et illud quam lugendum & erubescendum est fratres charissimi, quod dicuntur aliqui rustici quando aut vinum habuerint aut alia sibi pocula fecerint, quasi ad nuptiale conuiuium, ita ad bibendum vicinos vel proximos suos inuitare, ut eos per quatuor aut duos dies teneant & nimia ebrietate sepeliant, & tandem ad domos suas de illa lugenda potatione non redeant, donec omnem potum quem ille qui eos inuitauerat, habuit, perexpandat, & vnde se vel per duos aut tres menses cum omni familia sua rationabiliter reficere potuit, quatuor aut duobus diebus dolenda aut erubescenda bibitione consumat. Ego fratres charissimi dum hæc humiliter & cum grandi charitate pro sollicitudine paterna comoneo, absoluo apud deum conscientiam meam. Qui vero me libenter audierit & fideliter quod ei praedicatum est implere voluerit, habebit praemium eternum. Qui autem contempserit, timeat ne ei aeternum necesse sit sine villo sine sustinere supplicium. Sed credimus de misericordia dei quod ita oēs ebriosi de ebrietatis malo ad bonum sobrietatis sunt per dei gratiam redituri, ut & nobis gaudium faciant, & ipsi feliciter ad aeternum peruenire mereantur praemium, Amen.

Item in eadem dominica alius sermo factus ad fratres in sermo, qui inter sermones ad eosdem habetur. XXXIII.

Tomus decimus.

Feria quarta quatuor temporum occurrentium post festum exaltationis sanctae crucis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum. Ecce unus accedens ait illi, Magister bone, & cetera.

Sermo I.



Dominus ac redemptor noster in Euangelio suo loquitur dicens, Cum dormirent homines venit inimicus & superseminauit zizania. Inimicus, in figura homo dictus est, Audi Apostolum dicentem, Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Audi homo. Non enim ille dedit tibi tenebras, qui dedit tibi lucem. Quod vadis homo, quod traheris? Quid concupiscentias carnales sectaris, quando audis, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis nolite perficere. Audi potius dominum dicentem, Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non erubescunt. Audi homo. Si recesseris a deo, non effugies manum eius. Si autem ad eum accesseris, ilico habebis eum, quia nusquam recedit. Audi Prophetam dicentem, Si ascendero in caelum tu illic es, si descendero ad infernum ades. Vbi ergo non est deus quem tu fugis? Malus es tu, qui bonum fugis. Mors es tu, qui vitam fugis. Inuoluere te vis tenebris, ubi te abscondas, sed illum latere non potes, cuius oculi omnia vident. Ait autem Apostolus, Quem frustum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Sequitur vox iudicis dicens, Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo & angelis eius. Ergo qui fugit dominum & recedit a deo, ille confunditur & perit in sua impietate. Ut ergo non pereat tunc, nunc reuertatur ad dominum & illuminabitur, & vultus eius non erubescet. Dicam tamen fratres mei quod sentio, & quod dixero intelligite. Inter vos segetes dei sunt mixta zizania, id est, amatores mundi, amatores pecuniae, amatores deliciarum, consultores nugarum, omnes quarentes quae sua sunt, non quae Iesu Christi. In Ecclesia Christi sicte intrantes, promittentes & non facientes, vouentes & non reddentes, renunciantes malo & iterum idem facientes, hæc amantes, zizania sunt. Non amant illi Christum, qui aliquid plus amant quam Christum. Audi homo vocem domini dei tui, Qui diligit, inquit, patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut filias, aut fratres, aut agros super me, non est me dignus. Si vis tenere quod non habes, dimitte quod habes, ut amor Christi sit in corde tuo. Ecce petis a deo & dicit, Domine da mihi, Quid tibi dabit, qui aliunde manus tuas videt occupatas? Ecce dominus vult dare quae sua sunt, & non habet ubi ponat. Vide ergo, Dimitte quod tenes, & accipis quod quaeris. Dimitte temporalia & caduca, & accipies aeternam & perpetuam vitam. Dimitte terrena, & accipis caelestia. Ait autem quidam ad Iesum, Magister bone quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? Vtique qui dicebat, quid boni faciam, vitam aeternam desiderabat, sed plus amabat quod tenebat. Vidit dominus occupatas manus, dare vult, & non habet ubi ponat. Occupatae sunt manus accipientium. Dicit enim tibi dominus, Vade vende omnia & da pauperibus, & pone illa in caelo, quia in terra impediunt. Quid times? Homo dare pauperibus? Non perdes ea, sed seruantur tibi in caelo. Non ut perdas iusti dicit dominus, sed ubi ponas suggesti. Post hac habebis homo thesaurum non in terra perituum, sed in caelo permanens. Aliquando venit homini tribulatio, venit timor damni. Times? Homo ut non pecuniam tuam perdas, times ne argentum tuum perdas, times ne possess-

Matth. 13.

Sermo  
CCXXXII.

Matth. 13.

Ephes. 5.

Gala. 5.

Zachar. 13.

Psal. 138.

E

Roma. 6.

Matth. 23.

Philip. 2.

Matth. 10.

F

Matth. 19.

H sionem

**G**sonem tuam perdas, & nō times ne tu ipse totus pereas? Pro hoc dicis falsum testimonium, pro hoc mentiris & rapis aliena, pro hoc iuras & perjuris quod omnino lex vetat. Nōne cum hac omnia facis totus fœnum es, totus stipula, totus palea, & non times ne totus ardeas? Sēper turbata est anima tua amoribus seculi. Dic, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Auarus pro auro suo habet tristitiam, patitur tribulationem, habet pericula ferorum, pericula latronum. Auarus amat aurum plusquam animam suam, tu Christiane ama Christum plusquam omnia tua. Ille feruet in amore auri, tu Christiane ferue in amore Christi, & eris beatus in regno Christi. Audi o homo: Aurum: Aurum in terra est, & ex terra est, & terra, & pars terræ est. Impius dum diligit creaturam, offendit creatorem, & amittit eum qui creauit ex nihilo omnia. Audi o homo non tu perdis deum, sed ipse peris a deo. Ille est redemptor animæ quem vis amittere. Quid enim proderit tibi si totum mundum lucreris, animæ vero tuæ detrimentum patiaris? Expergiscere aliquando o homo & ama Christum. Hæc est enim sapientia vera, id est, amare Christum. Multi enim dicunt & scire volunt, quare illum vocat ad se dominus, & illum non vocat: vni subuenit, & vni non: hunc dignum habet, & illum indignum: istum honorat, & illum cruciat & affligit. Audi o homo. Hunc dignum habet pro bonis operibus suis, illum habet indignum pro operibus suis malis: quia debitor est dominus & reddet bonis bona, & malis mala. Dicitur es forsitan. Quare ille sic? Responde tibi dominus de te, quia bonum non denegauit, sed dixi prius, Lauamini, mundi estote. Quid volebas? Quid quærebas? Quid cupiebas? Gratiam dei. Ergo si gratiam dei quæris, aufer primum nequitiam ab anima tua, & a conspectu oculorum meorum. Iam cessa a malo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam totis viribus tuis. Et cum hac feceris, & gratiam meam percipies: & oculi mei super te erunt, & aures meæ ad preces tuas, & priusquam me inquisieris dicam afluam. Faciamus bonæ fratres charissimi, vt mereamur in futuro seculo inuenire requiem, quam nobis dominus noster promisit dicens, Beati misericordes quia ipsi misericordiam consequentur. Et cum Propheta a domino exultantes dicamus, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Misericordiam inueniunt, qui sunt misericordes. Iudicium timeant contemptores, qui nec sibi parcunt nec misereantur aliis, qui dicunt, Peccemus & parcat nobis deus, quia misericors est & bonus. Omnino misericors & bonus est deus: sed qui modo parcat, in futuro non parcat. Iudicium paratum habent sine misericordia impij. Intelligamus fratres, & videamus vbi spē nostrā ponere debeamus. Misericordia illi, qui fecit misericordiam. Beati misericordes, quia ipsi miserebuntur deus. Spes est in dei misericordia, si ab opere misericordie nos non fuerimus aridi. O homo quid quæris a deo misericordiam, si ipse non es misericors? Quid quæris a deo indulgentiam peccatorum tuorum, cum ipse tibi simili non indulget? Audi homo, audi vocem domini dei tui, vbi dicit ipse, Date & dabitur vobis. Dimitte, & dimitte tui. Audi iterum vbi ipse dicit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim tu nō dimiseris aduersario tuo, ipse tibi prius eris aduersarius. Ille te læsit auferendo pecuniam tuam, tu te lædis non indulgendo aduersario tuo. Forsitan dicitur es, Non illi parcam, quia me læsit multum, & sanguinem meū quesuit. Tu si non illi indulges, perditionem animæ tuæ habebis. Insuper adhuc di-

cis, Non illi parcam, quia aduersarius mihi fuit. Credo K mihi homo, peior tibi eris aduersarius, si non illi parcas. Dicis tu, Ille me non rogat. Si te ille non rogat, tu pro illo roga, vt ei a domino dimittatur quod in te deliquit. Nam si tu dicis, non illi parcam, litigare vis, non dimittere. Et qua fronte aut qua fiducia dicitur es domino tuo, Dimitte, quia ego dimisi? Considera o homo & vide aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ & captiuantem te in legem peccati. Iam ipse captiuus traheris, & expoliatori irascaris? Nemo nobis imputet fratres mei, si per vos dominicā pecuniam duplicare nō poterimus. Mali serui erimus, si non fecerimus quod nobis præceptum est. Si autem fecerimus, boni serui erimus, & cum domino sine fine latabimur. Illum omnes amemus, per quem facti sumus. Illum diligamus, per quem redempti sumus. Pro illo nos inuicem diligamus in hoc seculo, vt cum eo gaudere mereamur pariter in futuro, quoniam sic placuit domino deo nostro de nobis, vt hic constituti cum vestra charitate cantemus ei. Laudemus dominum fratres lingua, corde, ore, & voce. Sic enim sibi vult dici laudē, vt non sit inter nos discordia, sed vult esse in nobis concordiam vocibus & moribus. O felix laus in cœlo, vbi templum dei angeli sunt. Ibi est concordia summa laudatium, vbi nulla lex in membris nostris repugnat. Ibi non est rixa, nec vlla cupiditas. Hic ergo cantemus domino laudem solliciti, vt illic possimus esse securi. Quare autem hic sumus solliciti fratres mei? Audite quare, Quia tentatio est vita humana. Sic nanque nos dominus exhortatur suo eloquio dicens, Vigilate & orate vt non intretis in tentationem. Non vis esse sollicitus quādo videris dicere, Dimitte nobis debita nostra? Quomodo es securus, qui quotidie videris petere remissionē peccatorum? Quomodo es securus quando adhuc dicis, Dimitte mihi peccata mea, & iterum dicis, Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo? Quomodo ergo videris clamare, Libera nos a malo: si securus es? Audi homo, audi. Tu es malus, quando te deus liberat a teipso malo. Vides aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis tuæ & captiuantem te in lege peccati. Audi quid sumus nos, quid nobiscū portamus? Quādiu in corpore mortis huius continemur, vitium nobiscum portamus. Audi iterum Prophetam dicentē, Domine educ de carcere animam meam. Carcer meus est, vsquedum in corpore mortis fuero. Nā quando fuero de hoc corpore liberatus, terra terræ redditur, spiritus cœlo recipitur. Vado ergo, dimitto terram, quia quādiu hic sum, mente seruo legi dei, carne autem legi peccati. Dicit aliquis perfidorum, Ergo cum fueris ab hac carne liberatus, iam non eris tu nisi spiritus. Audi ergo heretice. Carnem quam dico, non in æternum pono, sed hic depono. Respondet incredulus, Ergo rediturus es ad corpus mortis? Et vnde tam piam vocē clamasti: Educ de carcere animam meā? Audi imperite & contra quotidianas lectiones surge, Redeo ad corpus non mortis huius, quia corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Modo est animale, tunc erit spiritale. Nemo potest accipere æternale, nisi prius temporale dimiserit. Ergo dimitte temporale hoc malum, vt accipias æternale illud bonum. Audite fratres & caute. Hic enim iter agimus, & in itinere positi sumus, nondū in patriā peruenimus. Caueamus eos qui in itinere nobis insidiantur, quia hic agunt aduersus nos ne ad patriam nostrā, id est, ad paradysum reuertamur. Terra autem ista morientium est: Illa vero viuientium est,

Roma. 7.

Iob. 7. Math. 26. & 6.

Roma. 7.

M Psal. 141.

1. Corin. 15.

Psal. 26.

Math. 22.

Luz. 13.

Sermo CCXXXIII. Math. 22.

Math. 27. 1. Cor. 2.

Gen. 22.

Psal. 117. Math. 21.

Math. 22.

Psal. 109.

**A** est, de qua propheta dicebat, Credo videre bona domini in terra viuientium. In illa autem terra semper viuet & nūquam morietur. Lucet terra illa plusquam species argenti, vbi ciues iustorum angeli sunt. Illi in terra illa gaudent, nos in terra ista lugeamus vt ad illorum gaudia peruenire mereamur. Videte fratres: Ecce hic in itinere positi sumus, insidiator noster diabolus aduersatur in via, nobis querit nocere ne in terrā viuentiū reuertamur. Duo enī sunt præcepta dilectissimi quæ nobis omnino sunt obseruanda, id est, diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanquā teipsum. In his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Quicumque enim in his duobus præceptis ambulauerit, festinet in via, & perueniet ad patriam paradisi, vbi lætantur omnes sancti in gloria redemptoris sui, & laudem dicunt nomini sancto eius, qui erepti sunt de hac peregrinationis erumna & viuunt semper in læticia sempiterna.

**B** Sabbato quatuor temporum occurrentium post festum sanctæ crucis, homilia de eo quod scriptum est secundū Lucam, Dicebat Iesus turbis hæc similitudinem: Arborē fici habebat quidam, & cetera. que habetur inter sermones de uerbis domini: XXXI.

Dominica decimo octaua, De eo quod dominus interrogauit Iudeos, cuius filium dicerent esse Christum: Sermo I.

**I**nterrogati Iudæi, sicut nunc ex Euangelio cū recitaretur audiuitis, quomodo esset dominus noster Iesus Christus filius Dauid, quem dominum suū dixerit ipse Dauid, respondere non potuerunt. Hoc enim in domino nouerant quod videbāt. Apparebat enim eis filius hominis, occultus autē erat filius dei. Hinc est quod eū & superari posse crediderūt, & ligno suspensum irriserunt, dicentes, Si filius dei est descendat de cruce & credimus in eum. Aliud videbant, aliud nō cognoscebant. Si enim cognouissent, nūquā dominum gloriæ crucifixissent. Sciebant tamē Christum filium Dauid. Nā etiam nunc ipsum sperant esse venturum. Latet eos quod uenerit, sed uolentes latet. Neg enim si pendente non agnouerunt, & regnantem agnoscere nō debuerunt. In cuius enim nomine uocantur & benedicuntur omnes gentes, nisi in eius quē putāt Christum non fuisse? Ipse enim filius Dauid, utique ex femine Dauid secundum carnem filius est Abraham. Si autem dictum est ad Abraham, In femine tuo benedicentur omnes gentes, & uident iam in Christo nostro benedici omnes gentes, quid expectant quod iam non uenit, & non timent quod uenturum est? Lapidem enim se dixit ipse dominus noster Iesus Christus, prophético ad se asserendum utens eloquio. Lapidem autem talem, vt si quis in eum offenderit, conuassetur, super quem autem lapis ille uenerit conterat eum. Quādo enim in eum offenditur, humilis iacet, iacendo humilis quassat offendentem, ueniendo excelsus conterit superbientem. Iam ergo Iudæi illa offensione quassati sunt, restat vt eius præclaro aduentu etiam conterantur, nisi forte cum uiuant agnouerint ne moriantur. Patiens enim est deus, & illos quotidie inuitat ad fidem. Sed cum Iudæi respondere non possent domino proponenti quæstionem & dicenti, Cuius filium dicerent Christum, atque illi responderent, filium Dauid: addenti & proponenti, quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dices, Dixit dominus domino meo sede ad

dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid, inquit, in spiritu dicit eum dominum, quomodo est filius eius? Non dixit, nō est filius eius, sed quomodo est filius eius? Quomodo cum dicit, uerbum quærentis est non negantis, tanquam si hoc eis diceret, Bene quidē dicitis Christum filium Dauid, sed ipse Dauid dominum eum dicit. Quem dicit ille dominum, quomodo est filius? Dicerent Iudæi si instructi essent fide Christiana, quam nos tenemus, si contra Euangelium corda non clauderent, si vitam spiritalem in se habere uoluissent, responderent huic quæstioni & dicerent, Quoniam in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Ecce quomodo est dominus Dauid. Sed quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: ecce quomodo est filius Dauid. Sed nescientes obmutuerunt, nec ore saltem clauso aures aperuerunt, vt quod respondere non potuerunt interrogati, nosset edoceri. Sed quia magnum est nosse mysterium, quomodo sit dominus Dauid & filius Dauid, quomodo sit vna persona homo & deus, quomodo sit in forma hominis minor patre, in forma dei æqualis patri, quomodo iterum dicit, Et pater maior me est, Et ego & pater unum sumus: quia magnum est sacramentum, vt capi possit, mores informandi sunt. Indignis enim clausum est, promerentibus aperitur. Nec lapides, nec uectes, nec pigni, nec calces sunt quibus pulsamus ad dominum. Vita pulsatur, uita aperitur. Corde petitur, corde quaritur, corde pulsatur, cordi aperitur. Cor autem hoc quod recte petit, recteque pulsatur, & quaritur, piū esse debet: Primo amare deum gratis. Hæc est enim pietas: nec sibi extra illum ponere mercedem, quam expectet ex illo. Illo enim melius est nihil. Et quid charum petit a deo, cui ipse deus uilis est? Terram dat, & gaudes, amator terræ, & factus terra. Si gaudes quando dat terram, quanto amplius gaudere debes cum seipsum dat tibi qui fecit cœlum & terram? Gratis ergo amandus est deus. Nam diabolus hoc sancto Iob nesciens quod in illo intus ageretur, magnum crimen obiecit dicens, Nunquid gratis colit Iob deum? Ergo si aduersarius hoc obiecit, timere debemus ne hoc nobis obiciatur. Cum magno enim calumniosio habemus negocium. Si quærit fingere quod non est, quanto magis obicere quod est? Gaudeamus tamen, quia talis est iudex qui falli ab accusatore nostro non potest. Nam si hominem haberemus iudicem, huic quicquid uellet fingeret inimicus. Nemo est enim diabolo astutior falsa crimina ad confingendum. Nam & nunc omnia falsa crimina de sanctis ipse confingit. Scit suas criminationes ualere non posse apud deum, inter homines illas spargit. Et hoc ei quid prodest, cum dicat Apostolus, Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Putatis tamen quia ille falsa crimina nulla astutia confingit? Nouit quid inde mali agat, nisi ei resistat uigilantia fidei. Ideo enim & de bonis mala spargit, vt infirmi non putent aliquos esse bonos, & tradant se rapiendos libidinibus & dissipandos, dicentes apud se ipsos, Quis est enim qui seruat mandatum dei, aut quis est qui seruat castitatem? Dum putat quia nemo, ipse fit nemo. Hoc ergo agit diabolus. Sed talis erat uir Iob, de quo nihil posset confingere. Nota enim erat & nimis clara uita eius. Sed quia multas habebat diuitias, hoc obiecit. Quod & si esset, in corde esse posset, in moribus apparere non posset. Colebat deum, faciebat eleemosynas, & quod corde faciebat, nemo sciebat, nec ipse diabolus, sed deus nouerat, Perhibet deus te-

Ioan. 1.

Ioan. 14. Ioan. 10.

Iob. 1.

1. Corin. 1.



**G** stimonium seruo suo: diabolus calumniatur seruo dei. Permittitur ille tentari, probatur Iob, confunditur diabolus. Inuenitur Iob gratis colere deum, gratis diligere. Non quia aliquid, sed quia seipsum non abstulit. Ait enim, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Ignis tentationis accessit, sed aurum non stipulam inuenit. Abstulit & fordes, non conuertit in cinerem. Quia ergo ad sacramentum dei intelligendum, quomodo Christus & homo & deus sit, cor mundandum est. Mundatur autem moribus, vita, castitate, sanctitate, dilectione, & fide quæ per dilectionem operatur. Hoc autem quod loquor, totum tanquam arbor est quæ radicem habet in corde. Neque enim facta procedunt nisi de cordis radice, ubi si plantaueris cupiditatem, spinæ procedunt. Statim dominus post istam quæstionem propositam Iudæis, illis respondere non valentibus, subiicit de moribus loqui, ut ostenderet quare illi indigni fuerint intelligere quod interrogauit. Miseri enim, superbi, cum respondere non possent, utique debuerunt respondere: Nescimus nos, Magister dic nobis. Obmutuerunt in propositione, nec os aperuerunt ad inquisitionem. Et statim dominus de superbia illorum, Cauete, inquit, a scribis, qui amant præsidere in synagogis, & diligunt primum locum in conuiniis. Non quia accipiunt, sed quia diligunt. Hic enim cor eorum accusauit. Accusator cordis autem esse non posset, nisi cordis inspector. Oportet enim ut seruo dei habenti aliquem honorem in ecclesia deferatur primus locus, quia si non deferatur, malum est illi qui non deserit, non tamen bonum est illi cui deserit. Oportet ergo ut in congregatione Christianorum prepositi plebis eminentius sedeant, ut in ipsa sede distinguantur & eorum officium satis appareat, non tamen ut inflentur de sede, sed ut cogitent sarcinam unde reddiduri sunt ratione. Quis autem nouit, utrum hoc ament an non ament? Res ista cordis est, iudicem habere non potest, nisi deum. Ipse autem dominus admonebat suos, ne incidere in tale fermentum: quod alio loco dicit, Cauete a fermento Phariseorum & saduceorum. Et cum putarent illi propterea hoc eum dicere, quia panes non intulerant: respondit eis, Excidit vobis quot milia saturati sunt ex quinque panibus? Tunc intellexerunt, inquit, quia fermentum doctrinam eorum dicebat. Amabant enim illi ista temporalia, æterna vero nec timebant mala, nec diligebant bona. Clauso corde intelligere non poterant quod dominus interrogauit. Quid autem faciat dei ecclesia ut possit intelligere quod prima meruit credere? Faciat pacem animum ad recipiendum quod dabitur. Quod ut fieret, id est, ut capax animus esset, dominus deus noster suspexit promissa, non abstulit. Ideo suspendit, ut nos extendamus. Ideo nos extendimus, ut crescamus. Ideo crescimus, ut attingamus. Vide Apostolum Paulum in suspensa extensum, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum: Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ antè sunt extensus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ille in terra currebat, sed in spiritu ascendebat. Vide ergo extensum, vide ad suspensa pendentem. Sequor, inquit, ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ambulandum ergo est, nec pedes vngendi, nec iumenta quærenda, nec nauis prouidenda. Affectu curre, amore ambula, charitate ascende. Quid quæris? Viam. Inhære Christo, qui descendendo & ascendendo seip-

sum fecit viam. Vis ascendere? Ascendentem tene. Tu enim per teipsum lenare te non potes, Quia nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. Si nemo ascendit, nisi qui descendit: ipse autem est filius hominis dominus noster Iesus, vis & tu ascendere, membrum ipsius esto qui solus ascendit. Et enim ille caput cum cæteris membris, vnus homo est. Et cum ascendere nemo potest, nisi qui in eis corpore membrum ipsius factus fuerit; impletur quia nemo ascendit nisi qui descendit. Non enim potes dicere, Ecce quare ascendit, verbi gratia, Petrus, quare ascendit Paulus, quare ascenderunt Apostoli, si nemo ascendit nisi qui descendit? Respondetur tibi, Petrus, Paulus, cæteri Apostoli, & omnes fideles qui audiunt ab Apostolo: Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Si ergo corpus Christi & membra sunt, noli facere duos. Reliquit enim ille patrem & matrem, & adhæsit uxori suæ ut essent duo in carne vna. Reliquit patrem, quia nō hic se ostendit se æqualem patri, Semetipsum enim exinaniiuit, formam serui accipiens. Reliquit & matrem synagogam, de qua carnaliter natus est. Adhæsit uxori suæ, id est, ecclesie suæ. Quod testimonium & ipse cum cōmemoraret quod separari non liceret coniugium, demonstrauit, Non legitis, inquit, quia deus qui fecit ab initio masculum & feminam fecit eos: Erunt duo, inquit, in carne vna. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Et quidem duo in carne vna. Sequitur & dicit, Igitur iam non duo, sed vna caro. Nemo ascendit, nisi qui descendit. Nam ut noueritis quia vnus homo est sponus & sponsa secundum carnem Christi, non secundum diuinitatem: nam secundum diuinitatem quod est ille, nos esse non possumus, quia ille creator, nos creatura, ille effector, nos facti, ille conditor, nos conditi: sed ut essemus cum vno in illo, caput nostrum esse voluit accipiendo carnem ex nobis in qua moreretur pro nobis. Ut noueritis ergo quia hoc totū vnus est Christus, per Esaiam dixit, Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam induit me ornamento. Ipse sponus, ipse sponsa, ipse planè sponus in capite, sponsa in corpore. Erunt, inquit, duo in carne vna. Et nō iam duo, sed vna caro est. Itaque ad membra ipsius pertinent, ut hoc sacramentum intelligamus, ut dixi fratres pie viuamus, deum gratis diligamus. Ipse autem qui ostendit peregrinantibus formam serui, seruat peruenientibus formam dei. De forma serui strauit viam, de forma dei condidit patriam. Quia ergo multum est ad nos capere hoc, sed non est multum credere hoc. Nisi enim credideritis ait Esaias, non intelligetis: ambulemus per fidem quamdiu peregrinamur a domino, donec ad spem perueniamus, ubi videbimus faciem ad faciem. Et ambulantes per fidem, bene operemur. In bonis operibus gratuita sit dilectio dei, benefica sit dilectio proximi. Deo enim quod præstemus non habemus: sed quia proximo habemus quod præstemus, præstando indigenti promerebimur abundantem. Inde vnusquisque quod habet præstet alteri. Quicquid plus habet plus largiatur inopi. Alius habet pecuniam, pascat pauperem, vestiatur nudum, ædificet ecclesiam, operetur de pecunia quicquid boni potest. Alius habet consilium, regat proximum, pellat tenebras dubitationis luce peccatoris. Alius habet doctrinam, erogat de cellario domini, ministrat conseruis cibaria, confortet fideles, reuocet errantes, quærat perditos, quantum potest faciat. Est quod sibi pauperes etiam erogent, alius claudo pedes accomodat, alius cæco suos oculos duces præbeat. Alius visitet

**A** visitet infirmum, alius sepeliat mortuum. Sunt ista in omnibus, ut prorsus difficile inueniatur aliquis qui nō habeat unde alteri aliquid præstet. Et illud extremum & magnum quod ait Apostolus. Inuicē onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.

In eadem dominica, de eodem de quo supra:  
Sermo II.

**V**æstionem propositam Iudæis, debent soluere Christiani. Dominus enim Iesus Christus qui eam Iudæis proposuit, ipse non soluit Iudæis, nobis autem soluit. Et commemorabo charitatem vestram, & inuenietis quia soluit, primo nodum videte quæstionis. Quæsiuit a Iudæis quid eis videretur de Christo, cuius esset filius, quia & ipsi sperant Christum. In Prophetis legerunt, venturum expectauerunt, præsentem occiderunt: quia vbi legebant venturum Christum, ibi legebant quia occisuri erant Christum. Sed illius futurum aduentum sperabant in Prophetis, nam futurum suum facinus non videbant. Sic ergo eos interrogauit de Christo, non quasi de incognito, aut cuius nomen nunquam audissent, aut cuius aduentum nunquam sperassent. Nam quoniam adhuc eum sperant ideo errant. Equidem & nos speramus eum, sed venturum iudicem, non venturum iudicandum. Prophetæ autem sancti vtrunque prophetauerunt. Venturum eum iniuste prius iudicandum, venturum postea iuste iudicaturum. Quid ergo, inquit, vobis videtur de Christo cuius filius est? Responderunt illi: David. Prorsus de scripturis. Quomodo David in spiritu vocat eum dominum: dicens, Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David in spiritu vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Hic cauendum est ne putetur Christus se negasse filium esse David. Non se filium David negauit, sed modum quæsiuit. Dixistis filium esse David, non nego: sed si ille eum dominum vocat, dicite mihi quomodo sit filius, qui est dominus? Dicite quomodo? Illi non dixerunt, tacuerunt. Dicamus & nos, exponente ipso Christo. Vbi? Per Apostolum suum. Prius inde probemus, quia ipse Christus exposuit. Apostolus dicit, An vultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Ergo per Apostolum istam dignatus est soluere quæstionem. Primum per Apostolum loquens Christus, qui dixit ad Timotheum? Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum. Ecce Christus filius est David: Quomodo est & dominus David? Dicit Apostole, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Agnosce dominum David. Si agnoscis dominum David, dominum nostrum, dominum cæli & terræ, dominum angelorum, æqualem deo in forma dei. Si agnoscis vnde filius David, attende quod sequitur. Apostolus dominum David tibi ostendit dicendo, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Filius David vnde? Semetipsum exinaniiuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuenit ut homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis: Propter quod & deus illum exaltauit. Resurrexit Christus ex semine David, filius David, quia exinaniiuit se. Quomodo exinaniiuit? Sumēdo quod non erat, non perdendo quod erat. Exinaniiuit se, humiliavit se. Cum esset deus, homo apparuit. Contemptus est in terra ambulans qui cælum fecit. Contemptus est quasi homo, quasi nullius virtutis. Non Tomus decimus.

solum contemptus, sed insuper & occisus. Lapis erat iacens, offenserunt in eum Iudæi, & quassati sunt. Quid autem ait ipse? Qui offenderit in lapidem istum, conuassabitur. Super quæ venerit lapis iste, conteret eum. Prius iacuit & offenderunt. Veniet desuper, & coteret quassatos. Accepistis & filium David, & dominum David. Dominum David semper, filium David ex tempore. Dominum David natum de substantia patris filium David natum ex Maria virgine, conceptum de spiritu sancto. Vtrunque teneamus. Vnum horum nobis erit habitatio æterna, alterum horum nobis est a peregrinatione liberatio. Dominus enim noster Iesus Christus nisi dignatus esset fieri homo, perisset homo. Factus est quod fecit, ne periret quod fecit. Homo verus, deus verus. Deus & homo totus Christus. Hæc est catholica fides. Qui negat dominum Christum? Fotinianus. Qui negat hominem Christum? Manichæus. Qui confitetur dominum æqualem patri Christo & hominem verum, passum vere, sanguinem fuisse verum, Non enim veritas nos liberaret, si falsum pretium pro nobis daret. Vtrunque qui confitetur catholicus est. Habet patriam, habet viam. Habet patriam, in principio erat verbum. Habet patriam. Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Habet viam, Semetipsum exinaniiuit, formam serui accipiens. Ipse patria quod imus, ipse via quæ imus. Per ipsum ad ipsum eamus, & non erramus.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio secundum Mattheum, Accesserunt ad Iesum pharisei, Et interrogauit eum unus ex legis doctoribus & cetera. que habetur in libro quinquaginta. Homiliarum XXXVIII.

Dominica decimanona, De eo quid sit homini facere bonum. Sermo I.

**E**ctiones diuinorum eloquiorum cum recitentur audiuimus, Ea nobis est materies loquendi proposita, inde sapere debemus, inde feminare quod sapimus, adiuuante illo, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, & nos & sermones nostri. Nec frustra alio loco scriptum est, Laudabo sermonem, in domino laudabo verbum. Hoc laudatur in domino quod dat dominus. Quamuis ergo infirmi simus, vasa tamen sumus eius, capimus quantum possumus, communicamus sine liuore quod capimus. Suppleat ille in cordibus vestris quod nos minus fecerimus, quia & quod operamur in auribus vestris, quid est, nisi totū ille agat in cordibus vestris: Lectio prima prophetica quid nobis commenda-uerit, me commemorante recolite. Quid dignum, inquit, offeram domino? Quærebat homo sacrificium quod placaret deum, vel quo placeret deo. Curuabo, inquit, genu deo excelsio, placabo eum in milibus taurorum, aut in denis milibus caprarum pinguium, aut offeram deo fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Respondetur ergo tibi o homo. O homo a quo respondetur, nisi a quo factus es homo? Respondetur ergo o homo querenti quid offeras deo, & unde places dominum, vel unde placeas deo. Respondet tibi quid sit bonum: aut quid aliud dominus exquirat a te, nisi ut facias iudiciū & iustitiā, & diligas misericordiā, paratusque sis ire cum domino deo tuo: Quærebas quid offerres pro te, Offer te. Quid enim dominus querit a te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te. Querit te a te, quia tu perdideras te. Si autem facias quod iussit, inuenit in te iudiciū & iustitiam. Iudiciū primo in teipso, iustitiam

Iob. 1.  
Gala. 5.  
Gala. 5.  
Math. 23.  
Luc. 20.  
Math. 6.  
Philipp. 3.

K  
Ioan. 3.  
Gala. 6.  
Sermo CCXXXV  
1. Corin. 13.  
Eph. 5.  
Philipp. 3.  
L.  
Math. 19.  
Math. 22.  
Ioan. 3.  
Esaie. 61.  
Eph. 5.  
M  
Esaie. 7.  
2. Corin. 5.  
1. Corin. 13.

D  
Math. 21.  
Luce. 2.  
Ioan. 1.  
Philipp. 2.  
Math. 22.  
Sermo CCXXXVI  
Psal. 55.  
F  
Mich. 6.

G stitiam ad proximum tibi. Quomodo iudicium in teipso? Ut displiceas tibi quod eras, & possis esse quod non eras. Iudicium, inquam, de teipso in teipso sine acceptione personarum tuarum, ut non parcas peccatis tuis, nec ideo tibi placeant quia tu facis. Nec te laudes in bonis tuis, & deum accusas in malis tuis. Hoc enim est peruersum iudicium, & ideo nec iudicium. Ut enim ostenderet deus peruersum iudicium non esse iudicium, non ait, quid dominus querit a te, nisi facere rectum iudicium: sed facere, inquit, iudicium. Si enim rectum, tunc iudicium. Si autem peruersum, non iudicium, sed vitium. Quid ergo faciebas quando te perdideras, & post tuam perditionem ibas? Ibas & non redibas. Quid faciebas? Scio quid faciebas. In bonis tuis te laudabas, in malis tuis deum blasphemabas. Hoc est peruersum iudicium, & ideo, ut dixi, nec iudicium. Vis ergo facere rectum iudicium? Hoc est iudicium, illud quod faciebas, corrige prapostera & rectum erit. Quid est corrigere? Deum lauda in bonis tuis, te accusa in malis tuis. Cum tibi ergo peruersus displicueris, teque illo qui creauit adiuuante correxeris, rectus seruabis iustitiam. Placebit enim tibi deus, si rectus fueris. Non discrepabis a recto, nisi prauus atque peruersus. Rectus autem recto conueniens, & sine dubio tibi placebit deus. Quando enim displicebat, peruersitati tue displicebat. Audi sanctum psalmum, Quam bonus Israel deus rectis corde. Iste qui hoc dicit in psalmo, displicuerat illi deus? Absit a me ut arguam, & non potius consentienti credam. Ecce audite mecum, & considerate quid dixerit. Quam bonus deus, inquit, Israel. Quibus? Rectis corde. Mei autem, inquit, quando non eram rectus corde, mei autem penes commoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei. Quid est, commoti sunt pedes? Hoc est, effusi sunt gressus mei. Quid est penes, hoc est, paulo minus. Quid itaque ait penes? Paulo minus commoti sunt pedes mei, effusi sunt gressus mei. Penes, inquit, lapsus sum, penes cecidi. Vnde in tantum periculum perueneris? Quia zelauit, inquit, in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Zelauit, inquit, in peccatoribus, intuens pacem peccatorum, hoc est, malos homines videndo foelices, titubauit sub deo, penes cecidi a deo. Ecce vnde illi displicuerat deus, quare mali habent bona? Denique videte verba titubantis, quae apud se dixerit, Ecce ipsi peccatores. In ipso psalmo sunt titubantis, Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias, & dixi, Quomodo sciuit deus? Ipse dicit in psalmo, ipse loquitur, cui nondum recto deus displicuerat quod mali abundarent bonis. Quomodo, inquit, sciuit deus, & si est scientia in altissimo? Videte adhuc quid adiungat. Videte quemadmodum titubando propinquet casui, & sit vicinus perditioni. Videte, inquam, quid adiungat. Nunquid vane iustificauit cor meum, & laui in innocentibus manus meas? Perdidit, inquit, totum quod bene vixit. Iustificauit cor meum, laui in innocentibus manus meas, ad hoc ut mali sint foelices, & ego tribuler, Et fui, inquit, flagellatus tota die. Gaudent illi, & ego flagellor. Gaudent qui blasphemant deum, flagellor qui colit deum. Quomodo sciuit deus? Hinc titubauit, hinc penes cecidit, hinc putauit ad deum res humanas non pertinere. Cum ergo hoc putaret, non recto, sed peruerso corde, & quasi verisimili ratione duceretur propter istam inconuenientiam credere ad deum gubernationem rerum humanarum non pertinere, placuerat illi sic praedicare, hoc asserere, hoc docere. Reuocatus est sanctorum autoritate. Videte enim verba eius. Si dice-

bam, inquit, Si dicebam narrabo, sic praedicabo, sic docebo, sic dicam hominibus, ad deum curam rerum humanarum non pertinere. Si dicebam, narrabo sic, Ecce generationem filiorum tuorum reprobaui. Quomodo ergo narrabo sic? Non sic narravit Moyses, non sic narravit Abraham, Isaac, & Iacob, non sic narravit Hieremias, non sic Esaias, non sic ceteri prophetae. Isti autem omnes filij tui. Ego ergo si narrabo sic, generationem filiorum tuorum reprobo. Quid ergo faciam? Suscepi, inquit, cognoscere. Suscepi, inquit, cognoscere, sed magnum est cognoscere, difficile est cognoscere. Hoc, inquit, posteaquam dixit, Suscepi cognoscere, hoc labor est ante me. Quomodo cognoscam & iustum deum esse, & res humanas nosse, & peruersis bene esse, rectis male aliquando esse? Quomodo sit iustum suscepi cognoscere, & labor est ante me. Quousque labor? Donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam nouissima. Intra ergo in sanctuarium dei anima fidelis, intra in sanctuarium dei anima pia, cui non displicet deus in malis tuis, & in bonis malorum cui non displicet deus. Et si nescis qua ratione fiat, crede non iniuste fieri quod finit aut facit deus. Humana ratione ducebaris, diuina autoritate reuocare, & crede aliquid ibi esse quod te latet. Nam deum peruersum & iniquum non posse esse, sic intrans fide in sanctuarium dei, intrans credendo discis intelligendo. Sic enim ait, Donec introeam in sanctuarium dei. Quod intrat fides, & post fidem quid? Et intelligam nouissima. Venient nouissima, quando nulli bono erit male, nulli malo erit bene. Venient, inquam, nouissima, quando discernentur pij ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores dei a blasphematoribus dei. Venient quando discernentur, ut nulli, sicut dictum est, bono sit male, nulli malo sit bene. Quare ergo modo non sic? Forte & modo sic. Sed quod nunc est in occulto, post erit in manifesto. Ingredere mecum, si potes, in sanctuarium dei, forte ibi si possum docebo te, immo discite mecum ab eo qui docet me, etiam nunc non malis esse bene, & melius esse bonis quam malis, quantumvis nondum venerit bonorum foelicitas, nondumque venerit malorum poena nouissima, Forte intelliges mecum non esse bene malis. Rogo enim te & quero abs te, tibi quare male est? Respondurus es. Egestas angit, premit difficultas, dolor fortasse membrorum, timor ab inimico. Tibi ideo male est, quia pateris mala, & bene est illi qui est ipsum malum. Multum interest inter malum esse & malum pati. Tu quod pateris non es. Malum enim pateris, sed tu malus non es. Ille autem malum non patitur & malus est. Noli ergo falli, noli falli. Non potest fieri ut tibi male sit, quia pateris malum: & illi bene sit, qui est malus. Cum enim est malus, putas quia non patitur malum, cum patitur se ipsum? Tibi male est, quia malum alienum pateris in corpore tuo, & illi bene qui malum seipsum patitur in corde suo? Tibi male est, quia malam habes villam, & bene est illi qui malam habet animam? Esto bonus qui habes bona. Bona sunt diuitiae, bonum est aurum, bona familiaria, bona possessiones. Omnia ista bona sunt, sed vnde facias bene, non quae te faciant bonum. Habeto bona quae te faciant bonum. Quae sunt, inquit, ista? Fac iudicium, fac iustitiam, bona sunt quae habes. Fac iudicium, fac iustitiam, esto & tu bonus inter bona tua. Erubescere bonis tuis, esto bonus mansurus inter bona peritura, Erubescere bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne pereas cum eis. Cetera quomodo se habeat fratres charissimi, quomodo sit seruanda iustitia, & quomodo diligenda misericordia, & quomodo debeat quisque paratus esse ire cum domino suo,

K  
Psal. 72.

L

M

Michee. 6.

A suo, alio tempore donate domino disputabimus vobis. Tenete me debitorem, ne diu habeatis fatigatorem.

In eadem dominica, Sermo habitus ad mensam sancti Cypriani in die dominico, de iustitia. sermo II.

Sermo  
CCXXXVII.



Eccliones sanctas plures cum recitarentur audiui, & de his nos oportet dicere, quod dominus fuerit donare dignatus. Sed lectionem omnis auditor quod recentius lectum est magis meminit, & ut inde aliquid a tractatore verbi dicatur expectat. Cum ergo in vltimum sit sanctum Evangelium recitatum, non dubito expectare charitatem vestram, ut de ista vinea, & de conductis, & de mercede denarij aliquid audiat. Sed ego memini superiore dominico quid promiserim. Cum enim de sancto Propheeta quod lectum fuerat aliquid exponere voluissem, lectum autem fuerat quarenti homini, quibus sacrificijs placaret deum, renunciatum est nihil ab illo deum querere, nisi facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, paratumque esse ire cum domino deo suo: tractaui quantum potui de iudicio, tantumque sermo productus est, ut non remaneret temporis spatium quo possem de ceteris disputare. Vnde me promisi hodie no die de iustitia esse dicturum. Sed qui expectabatis ut de Evangelio loquerer, nolite vos putare fraudatos. Opus enim in illa vinea, ipsa est iustitia. Putate ergo vos esse conductos. Qui pueri venerunt, prima hora se adductos putent: qui adolescentuli, tertia: qui iuuenes, sexta: qui grauiore, nona: qui decrepiti, vndecima. De tempore nolite causari. Opus quod faciatis audite, mercedem securi expectate. Et si attenditis, dominus vester qualis est, nolite inuidere si merces aequalis est. Quod est opus nostris, sed commemorabo. Audite quod nostis, & facite quod audistis. Diximus opus dei esse iustitiam. Interrogatus autem dominus Iesus quod esset opus dei, respondit, Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem ille misit. Poterat dicere, Iustitia est opus dei. Nunquid ergo nos praesumere aliquid conducti contra patrem familiaris ausi sumus? Si iustitia est opus dei, sicut ego dixi, quomodo erit opus dei quod dominus dixit, ut credatur in eum, nisi ipsa sit iustitia credere in eum? Sed ecce, inquis, a domino audiui, Hoc est opus dei, ut credamus in eum: a te audimus quod opus dei sit iustitia.

Math. 20.

Michee. 6.

Math. 20.

Ioan. 6.

Abac. 2.  
Roma. 1.

Fides a facta  
& dicto.

1. Corin. 4.

C Proba nobis credere in Christum hanc esse iustitiam. Videtur mihi quoniam iam respondeo quarenti, & ista flagitanti, videtur tibi credere in Christum non esse iustitia? Quid est ergo? Impone huic operi nomen. Proculdubio si bene consideras quod audisti, respondurus es mihi, ista fides vocatur, credere in Christum, fides vocatur. Accipio quod dicis, credere in Christum fides vocatur. Audi & tu alium scripturae locum, Iustus ex fide viuit. Facite iustitiam credite, iustus ex fide viuit. Difficile est ut male viuat, qui bene credit. Credite ex toto corde, credite non claudicantes, non haesitantes, non contra ipsam fidei humanis suspicionibus argumentates. Fides appellata est ab eo quia fit quod dicitur. Duae syllabae sonant, cum dicitur fides. Prima syllaba est a facto, secunda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas? Dicis, Credo. Fac quod dicis, & fides est. Ego enim respondeo tuis vocem audire possum, cor credentis videre non possum. Sed nunquid ego ad vineam conduxit, qui cor videre non possum? Nec ego conduco, nec opus iudico, nec ego denarium mercedem preparo. Cooperarius vester sum. Pro viribus quas ille donare dignatur, in vinea laboro. Quo autem animo laboream, qui me conduxit videt. Mihi enim ait Apostolus, minimum est

ut a vobis iudicet. Et vos vocem meam potestis audire, non potestis cor videre. Omnes cor nostrum deo videndum proponamus, & opus ex animo faciamus. Conducentem non offendamus, ut libera fronte mercedem accipiamus. Et nos charissimi videbimus inuicem corda nostra, sed postea tunc autem adhuc tenebras mortalitatis huius circumferimus, & ad lucernam scripturae ambulamus, sicut dicit Apostolus Petrus. Habemus certioreni prophetico sermonem, cui benefacitis, intendentes tanquam lucerna in obscuro loco donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Proinde charissimi propter ipsam fidem qua credimus in deum, in comparatione infidelium dies sumus. In infidelitate nox cum ipsis fuimus, modo lux, dicente Apostolo, Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Tenebrae in nobis, lux in domino. Item in alio loco, Omnes enim vos filij lucis estis, & filij dei. Non sumus noctis, neque tenebrarum, sic ut in die honeste ambulemus. Dies ergo in comparatione infidelium, in comparatione vero illius diei quando resurgent mortui, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, adhuc nox sumus. Nobis tanquam iam in die dicit Apostolus Ioannes, Dilectissimi, filij dei sumus. Et tamen quia adhuc nox est, quid sequitur? Et nodum apparuit quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Sed ista merces est non opus, videbimus eum sicuti est, ipsa merces est. Tunc erit dies, quo clarior esse non possit. Nunc ergo in isto iam die honeste ambulemus. In ista adhuc nocte non deinucem iudicemus. Videte enim & ipsum Apostolum Paulum, qui dicit, Sic ut in die honeste ambulemus, non resutare, neque sonare a coapostolo suo Petro, qui dicit, Cui benefacitis, intendentes sermoni, scilicet diuino, tanquam lucernae in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Videte hoc ipsum dicentem & Apostolum Paulum, itaque nolite ante tempus quicquam iudicare. Et quando erit tempus? Donec veniet dominus & illuminet abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique a deo. Quomodo te reprehendent tenebrae, quando a luce laudaberis? Tunc patebunt corda, modo latent. Suspectus est nescio quis quasi inimicus, & forte est amicus. Videtur alter quasi amicus, & est forsitan occultus inimicus. O tenebrae, seuit & amat, blanditur & odit. Si ex vocibus iudico tranquillum, vitans scopulum incurro. Fugio amicum, haereo inimico. Hoc fecit cor latens. Ibi credendum est, ibi intus, vbi latet, vbi occultum est. Ad hoc excolendum conductus es. Ibi credendo cooperare, vbi te non videt cooperarius tuus, sed videt te dominus tuus. Iustus ex fide viuit. Hoc age, iam de iudicio priore dominico disputauit, ut iudicares teipsum, & cum te inuenires peruersum, non tibi blandireris, sed corrigeres te, & fieres rectus, & tibi placeret deus rectus. Nam rectus deus peruerso non placet. Vis ut placeat tibi rectus deus, esto rectus. Iudica teipsum, noli tibi placere. Quod tibi in te merito displicet, castiga, emenda, corrige. Scriptura sancta sit tibi tanquam speculum. Speculum hoc habet splendorem non mendacem, H iiii splendorem

2. Petri. 1.

Ephes. 5.

1. Thesi. 5.

Roma. 13.

1. Corin. 15.

E

1. Ioan. 3.

Roma. 13.

2. Petri. 1.

1. Corin. 4.

F

Abac. 2.  
Roma. 1.

Psal. 72.

vbi supra.

**G** splendorem non adulantem, nullius personam amantē. Formosus es, formosum te ibi vides. Fœdus es, fœdum te ibi vides. Sed cum fœdus accesseris, & fœdum te ibi videris, noli accusare speculum. Ad te redi, non te fallit speculum, tu te noli fallere. Iudica de te, contristare de tua fœditate, vt cum abieris & discesseris tristis, fœdus, correctus, possis redire formosus. Cum ergo iudicaveris teipsum, sine adulatione iudica, & proximum cū dilectione. Est enim quod iudices, ad quod vides. Fieri enim potest vt aliquid mali videas vnde sordescas. Fieri potest vt malum suum ipse proximus tuus tibi confiteatur, & prodat amico quod texerat inimico. Quod videris iudica, quod non vides deo dimitte. Quando autem iudicas, dilige homines, oderis vitium. Noli propter hominem diligere vitium, nec propter vitium odisse hominem. Homo, proximus est tuus. Vitium inimicū proximo tuo. Tunc amas amicum, si oderis quod nocet amico. Si credis facis, quia iustus ex fide vivit. Quod abūdat in rebus humanis, hoc dico. Aliquando amico tuo charissimo inimicus est aliquis qui erat amicus amborum. Incipiunt esse de tribus amicis duo inter se inimici, quid faciat medius qui remāsit? Vult, exigit, flagitat à te vt videris cum illo quem odisse cepit, & hec verba tibi dicit. Nō es amicus meus qui es amicus inimici mei. Quæ vox huius est ad te, ipsa est & illius ad te. Tres enim eratis, Tres eratis, duo cœperunt esse discordes, remansisti tu. Si huic te iunxeris, illum habebis inimicum: si illi, istum: si ambobus, ambo murmurabunt. Ecce tentatio, Ecce spina in vinea quod conducti sumus. Expectas forte à me audire quid facias. Permane amic⁹ amborum. Qui discordāt in te, concordent per te. Mala si qua audis ab altero de altero, noli prodere alteri, ne forte sint postea amici qui modo sunt inimici & proditores suos prodant sibi. Sed hoc propter homines dixi, non propter oculos eius qui nos conduxit. Ecce nemo te prodit. Audisti, deus videt qui te iudicat. Audisti ab irato verbum, à dolente, à succensente, moriatur in te. Quare proditur, quare profertur? Non enim si in te fuerit dirumper te. Dic sanè amico tuo, qui vult te facere inimicum amici tui. Alloquere etiam, agrotantem animū medicinæ lenitate pertracta. Dic illi, Quare vis vt sim inimicus illius? Respondet, Quia inimicus meus est. Vis ergo vt sim inimicus inimici tui? Inimicus esse debeo vitij tui. Iste cui me vis facere inimicum, homo est. Est alius inimicus tuus, cui debeo esse inimicus, si amicus sum tuus. Respondet, Quis est alius inimicus meus? Vitium tuum. Respondet, Quod est vitium meum? Odium quo odisti amicum tuum. Esto ergo similis medico. Medicus non amat agrotantem, si non odit agrotantem. Vt liberet agrotum, persequitur febrem. Nolite amare vitia amicorum vestrorum, si amatis amicos vestros. Sed cui dico? Putasne facio ipse quod dico? Fratres mei facio in me. Prius facio. In me autem facio, si à domino accipio, facio. Odio vitia mea, cor meum sanandum offero medico meo. Persequor ea quantum possum, gemo de illis, confiteor, quia sunt in me, & ecce accuso me. O qui me reprehendebas, corripue te. Hæc est iustitia, ne dicatur nobis, Stipulam in oculo fratris tui vides, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, Eice primam trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Ira, festuca est. Odium, festuca est. Sed nutrit festucam, fit trabes: ira inueterata fit odium, festuca nutrita, fit trabes. Vt ergo festuca non fiat trabes, non occidat sol super iracundiam vestram. Vides, sentis te odio liuentē,

& reprehendis irascentem? Tolle odium, & recte reprehendis. Ira est in oculo eius, in tuo, trabes. Nam si odisti tu, quomodo vides cum trabes? Trabes est in oculo tuo. Quare trabes est in oculo tuo? Quia festucam ibi natam contempsisti. Cum illa dormisti, cum illa surrexisti. Eam in teipso excoluisti, falsis suspicionibus irrigasti, verba adulantium & ad te mala verba de amico deferentium credendo nutriti. Festucam non auulsi, diligencia tua trabem fecisti. Tolle trabem de oculo tuo, noli odisse fratrem tuum. Expauescis an non? Expauescis, dico tibi, noli odisse & securus eris. Et respondes mihi, & dices mihi, quid est odisse? Et quid mali est, quia odit homo inimicum suum? Odisti fratrem tuum, sed si odium contemnis, audi quod non attendis, Qui odit fratrem suum, homicida est. Qui odit, homicida est. Nunquid modo potes dicere, quid ad me vt homicida sum? Qui odit homicida est. Non venenum paraisti, non ad percutiendum inimicum cum gladio processisti, non ministerium sceleris paraasti, non locum, nō tempus, postremo ipsum scelus non fecisti. Tantum odisti, & prius te quàm illū occidisti. Discite ergo iustitiam, vt non oderitis nisi vitia homines ametis. Hoc si tenueritis, & hanc iustitiam feceritis, vt homines etiam vitiosos sanari malitis potius quàm damnari, bonum opus in vinea fecistis. Sed exercete vos in hoc fratres mei. Ecce post sermonē sit missa catechumenis. Manebunt fideles, venietur ad locum orationis. Scitis quod accessuri sumus, quid prius deo dicturi sumus? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Agite vt dimittatis, agite. Venietis enim ad ista verba orationis, quomodo ea dicitis, quomodo non dicitis? Postremo interrogo, Dicitis, an non dicitis? Odisti, & dicitis: Respondebis mihi, Ego non dico. Oras, & non dicitis? Odisti, & dicitis. Oras, & non dicitis? Cito respondeo, Ergo si dicitis, mentiris. Si non dicitis, nihil mereris. Obserua te, attende te. Modo es oraturus, dimitte ex toto corde. Litigare vis cum inimico tuo, prius litiga cum corde tuo. Dic cordi tuo, Noli odisse. Illud autem cor tuum, animus tuus odit adhuc. Dic animæ tuæ, noli odisse. Quomodo orabo, quomodo dicam, Dimitte nobis debita nostra? Possum quidem hoc dicere, sed quod sequitur quomodo dicam? Sicut & nos. Quid? Sicut & nos dimittimus. Vbi est fides? Fac quod dicitis, Sicut & nos. Et non vult dimittere anima tua, & contristatur, quia dicitis ei, Noli odisse. Responde illi, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Quare conturbas me? Quare tristis es? Noli odisse, ne perdas me. Quare conturbas me? Spera in deo. Langues, anhelas, agritudine sauciaris, non potes tibi tollere odium. Spera in deum, medicus est, propter te pependit in ligno, & nondum est vindicatus. Quid vis vindicari? Ideo enim odisti vt vindiceris. Vide pendentem dominum tuum, vide pendentem, & tibi de ligno tanquam de tribunali præcipientem. Vide pendentem, & tibi languenti de suo sanguine medicamentum facientem. Vide pendentem, si vindicari vis. Vindicari vis, vide pendente, audi precantem, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc facere dicitis mihi, ego non possum. Ego enim homo sum, ille deus, homo ego homo, ille deus homo. Deus ergo vt quid homo si non corrigitur homo? Sed ecce tibi loquor, o homo, multum est ad te imitari dominum tuum, attende Stephanum conferentem tuum. Certe Stephanus sanctus, homo erat an deus? Et homo erat. Planè homo erat, hoc erat quod tu. Sed quod fecit, nō fecit nisi donatè illo què rogas & tu. Vide

**A** Vide tamen quid fecerit. Loquebatur Iudæis, sauebat & diligebat. Vtrunque ostendere debeo, quia dixi, sauebat: dixi, & diligebat. Vtrunque debeo demonstrare, & sauentem & diligentem. Audi sauentem, Dura ceruice. Verba sunt sancti Stephani quando loquebatur Iudæis, Dura ceruice, & incircumcisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritui sancto. Quem prophetarum non occiderunt patres vestri: Audisti sauentem. Alterum debeo, audi & diligentem. Irati illi facti, & graui⁹ inardescentes, & mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt, dei famulum lapidare cœperunt. Hic proba sancte Stephane dilectionē tuam, hic te videamus, hic spectemus, hic victorem diaboli triumphatoremq; cernamus. Audiuimus sauentem aduersus tacentes, videamus si diligis lapidantes. Si enim odisti, & odisse potuisti, nunc est tempus quando lapidaris, tunc maxime odisse debes. Videamus si reddis duritiam cordis lapidibus duris, lapidibus qui te lapidant. Lapidem enim mittunt lapides, dura duri. Qui in lapidem legem acceperunt, lapides mittunt. Videamus charissimi, videamus, spectemus magnum spectaculum. Expectemus & diei craftino proponendum. Videamus, Ecce Stephanus lapidatur, sit constitutus quasi ante oculos nostros. Eia mēbrum Christi, eia athleta Christi, inspice illum qui pro te pependit in ligno. Crucifigebatur ille, tu lapidaris. Ille dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tu quid dicitis? Audiam, videam, teneam, forte possum imitari vel te. Primo beatus Stephanus stans orauit pro se & ait, Domine Iesu, accipe spiritum meum. Deinde postis genibus pro lapidatoribus orās, Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Hoc dicto obdormiuit. O felix somnus, & requies vera. Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Sed paululum quæso te o sancte Stephane, expone mihi hoc, nescio quid, quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti? Responderet fortasse quod intelligimus. Pro me stans orauit, quia pro me qui recte deo seruiui, orando & impetrando non laboraui. Pro me non laboraui, quia qui pro iusto orat, nō laborat, ideo stans pro se orauit. Vetus est vt oraret pro Iudæis, pro interfectoibus Christi, pro interfectoibus sanctorum, pro lapidatoribus suis, attendit inimicam & magnam esse impietatem ipsorum quæ difficile donari posset, & genu fixit. Fige genu in hac vinea fortis operator, Fige, inquam genu in opere huius vineæ, fortissime operare. Magnum opus tuum, egregium & laudandum multum. Multum altum fodisti, qui odium inimicorum de corde exuisti, Conuersi ad dominum &c.

**B** Vbet tyrannus fornacem incendi, & quātum ipse igne furoris ardebat, tanto sanctiores pueros consummabat. Nunc vndantis fumi desitate cœlum contegitur, nunc horrifco sonitu Chaldæi cuncti terrentur, vt magnitudo diuinæ seueritatis per supplicia monstraretur. Sauebat violentus inimicus supplicium suis famulis quæsiturus. Sauebat, non vt iustos trucidaret, sed vt suis interitum procuraret. Sauebat, non vt crescerent pœnarum augmenta, sed vt cunctis monstraretur diuina potestas, vt dum impij suppliciiis

gloriarentur, flammarum impetu vorarentur. Sauebat scelerati Chaldæi suppliciiis presentibus perituri, & futurorum ignari ministri iussa accelerant, parant incendia, flammam exaggerant. Crudelitas eius possidet mentem, sauitia immutat voluntatem. In fornacem missi sunt sancti, fugiunt flamma, cedunt ignes, incendia expauescunt. Timent ignes lædere, quos fuerant iussi incolumes reseruare. Ostendunt iustorum meritum, dum tyranni contemnant imperium. Licet sanctis cū igne iocari, quibus cum hominibus non licuit commorari. Licuit in fornace deum venerari, quæ apud homines non licuit honorari. Licet flammarum mereri obsequia, qui non mererant Chaldæorum supplicia. Licet ignibus cōferuari illatos, quos tyrannus dederat exurendos. Licet in pœna esse securos, quos extra pœnam non licuit esse intactos, vt vbi interitus, ibi salus, vbi supplicia, ibi inuenirentur refrigeria. Accipe hostis à suppliciiis exemplū, qui humanitatis perdidisti consilium. Fugiunt ignes iustos, quos iniuste damnasti: expauescunt flammæ, & innocentes pronunciant, quos dignos supplicio deputas: & quæ sequere consueuerant, dignos sanctos in fornace cernebant. Damnant hostes, & absolunt ignes. Chaldæi adiiciunt, & pœnæ defendunt: Homines sauiunt, & supplicia venerantur. Tyrannus putabat tantum tormēta posse sauire, quantum ipse sacrilegus existimabat se potestatem habere. Ignis iusti cedunt, ardores flammarum in refrigerium vertuntur, & instituta natura voraces impetus obliuiscuntur, vt iustos venerantes timerent, & eorū hostes persequentes punirent. Ignis iustos hospitio cum omni honore suscipiunt, & libenter obsequium præbent, Hostis mutato genere sauit, nec aliqua pietate mouetur, nec humanitate blanditur. Posset vincere si ignibus imperaret. Offeruntur ergo ignibus iusti vestitu tecti, vinculis colligati: defenduntur ardoribus iusti, & quos vis humana damnauit, ignis absoluit. Nihil cogitat, nihil metuit. Sic nanque crudelitas tyrannica superata prosternitur, dum sui satellites deuorantur. Cernit pœnam, & seruatorum dei aspicit gloriam. Iusti ignes obsequium præstant, iniustus interitum subministrant. Dum vindicat flamma impij necatur, & iusti saluantur. Cum ad fornacem tyrannus festinat accedat, stupet laudem, miratur factum, veneratur deum cū tribus pueris in fornace. Aspiciit iusto diuinoq; ambitu protegi, quos nuper iusserat violentus extinguere. In illis in fornace videt, quem in illis ante non esse putaret. Quo viso territus furor addit lenitatem, fit repete cōfessor, qui nuper fuerat persecutor. Prædicat quem paulo ante negabat, venerari præcipit, qui venerantes dannauit. Rogat de fornace iustos procedere, precatur de igne dei famulos profilire. Exite, inquit serui dei excellēti. Nunc me defensorem dei profiteor, cuius inimicum fuisse constat, vt cuius seruos ignarus persequer, eius inimicos vt defensor viciscar. Tunc de fornace egrediuntur illasi Hebræi, latantur incolumes, triumphant victores, quod deo fideliter seruierunt, & furorem tyranni contempserunt.

In eadem dominica, De auguriis:  
Sermo I I.

**B**ene nostis fratres charissimi, me vobis frequentius supplicasse, & paterna sollicitudine commonuisse pariter & contestatum esse, vt illas sacrilegas paganorum cōsuetudines obseruare minime deberetis. Sed quātum ad me multorum relatione pertinet, apud aliquos parum profecit admonitio mea, quia si vobis ego nō dixero, & pro me & pro vobis malam

Abac. 2.  
Roma. 1.

Eccl. 1.  
19.

Eph. 4.

I. Ioan. 3.

Marth. 6.

Psal. 47.

Luc. 23.

Acto. 7.

Luc. 23.

Acto. 7.

Sermo  
CCXXX.  
VIII.

Sermo. CC.  
XXXIX.

Sermo  
CCXL.  
Daniel. 3.



Daniel. 3.

E

F

Daniel. 3.

Sermo  
CCXLI.



G malam sum redditurus rationem in die iudicij, & vobiscum mihi erit necesse eterna supplicia sustinere. Ego me apud deum absoluo, dum iterum atque iterum ad-moneo pariter & contestor, vt nullus ex vobis caragos, vel diuinos vel fortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa aut infirmitate interroget. Nullus sibi precan-tatores adhibeat, quia quicumque fecerit hoc malū, sta-tim peribit baptismi sacramentum, & continuo sacri-legus & paganus efficitur: nisi grandi eleemosyna, du-ra & proluxa pœnitētia subuenerit, statim in aeternum peribit. Similiter & auguria obseruare nolite, nec in iti-nere positi aliquas auiculas cantantes attendite, nec ex illarum cātu diabolicas diuinationes annunciate præ-sumite. Null⁹ ex vobis obseruet qua die de domo exeat, qua die iterum reuertatur, quia omnes dies deus fecit: sicut scriptura dicit, Et factus est primus dies, & secun-dus dies, & tertius, similiter & quartus, & quint⁹, & sex-tus, & sabbatum. Et illud, Fecit deus omnia bona valde. Illas vero non solum sacrilegas, sed etiam ridiculas sternutationes considerare & obseruare nolite, sed quo-ties vobis in quacunq; parte fuerit necessitas prope-randi, signate vos in nomine Iesu Christi, & symbolum vel orationem dominicam fideliter dicentes, securi de dei adiutorio iter agite. Et quia quando supradicta om-nia sacrilegia deo vobis inspirante & cōtemnere vel despiciere cœperitis, moleste hoc accepturus est diabo-lus, quia vos videt de amicitia vel societate sua discede-re, & sacrilegia per quæ vos decipiebat contemnere, ali-quas nequitias vobis factururus, aut infirmitatem aliquā immisur⁹ est, aut aliquod animal, aut per morbum, aut per euagationem est ablaturus, quia ad vos probandos permittit hoc fieri deus, vt agnoscat vtrum ad ipsum fi-deliter venitis: & si toto corde diaboli machinamenta despiciatis, & vtrū plus valeat apud vos amor suus quam cuiusquam animalis amissio. Sed si semel aut secundo nequitias quas diabolus immiserit cum animo & tota fide cōtemperitis, ita ipsum diabolum postea à vestra infestatione deus dignabitur repellere, vt nūquam vos possit sua calliditate decipere. Homines enim negligē-tes & faciles languida desideria & fidem desiderem ha-bentes, & ideo etiam si incipiant non diu perseuerant in operibus dei, sed vbi se in antedictis sacrilegijs ab-stinuerunt, & vel vnam nequitiam diaboli pertulerūt, statim se pœnitent ad dominum conuersos esse, & ma-chinamenta diaboli reliquisse, iterum reuertuntur ad obseruationes auguriorum, velut canes ad vomitū suū. Vos vero quibus deus & sapientiam contulit, & veram fidem dedit, ita cito corde circūuentiones diaboli de-spicite, & fideliter vos ad deum conuertite, & quacunq; diabolus voluit immittere patienter & fortiter tolerē-tis, vt cum beato Iob dicere possitis, Domin⁹ dedit do-minus abstulit sicut domino placuit, ita factum est. Si-militer & cum Apostolo firmo & integro corde dica-tis, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an persecutio, an angustia, an fames, an nuditas, an gla-dius, an periculum? Boni enim Christiani nec tormen-tis separātur à Christo. Tepidi vero & negligentes in-terdum ociofis fabulis separantur, & si vel leue damnū pertulerint, continuo scandalizantur, & contra deum murmurare præsumunt, & ad nefanda & detestanda au-guria redeunt. Sed forte dicit aliquis, quid faciemus eo quodd auguria ipsa & caragi vel diuini frequenter nobis vera annunciant? De hac re scriptura nos contestatur & monet dicens, Etiam si qua vera vobis dixerint, no-lite credere illis. Tentat enim vos dominus deus ve-

ster, vtrum timeatis eum an non, Sed iterum dicitis, Ali-quoties si præcantatores non fuerint, aut de morfu ser-pentis, aut de alia qualibet infirmitate propē vsque ad mortem multi periclitantur. Verum est fratres charissi-mi, quia permittit hoc deus diabolo, sicut iam supra di-xi, ad probandum Christianum, vt cum interdum per illa sacrilegia aliqua remedia in illa infirmitate perci-pere, & aliquid verum potuerint agnoscere, facili⁹ pro-pterea diabolo credant. Sed qui totam Christianam re-ligionem desiderat custodire, oportet vt hæc omnia to-ta animi virtute contēnat, timens illud quod ait Apo-stolus increpans, Dies, & mēses, & tempora obseruatis, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Ecce Apосто-lus dicit, quodd qui auguria obseruauerit, sine causa do-ctrinam eius suscipiet. Et ideo quantum potestis circū-uentiones diaboli fugite, Et illud ante omnia scitote fra-tres, quodd nec vos ipsos, nec eos qui ad vos pertinēt, nec animalia vestra, nec reliquam substantiam vel in par-uis rebus diabolus potest lædere, nisi quantum à deo po-testatem acceperit, quomodo nec sancti Iob facultatem ausus fuit subuertere, nisi domino permittente. Et sicut in Euangelio legimus, quādo ab hominibus expulsi sunt dæmones, rogauerunt vt vel in porcos ire permittēr-entur. Si in porcos non sunt ausi intrare dæmones, nisi à deo permissionem acciperent, quis ita erit infidelis, vt eos bonos Christianos credat posse lædere, nisi deus p-pria dispensatione permitteret? Permittit autē hoc deus ex causis duabus, vt aut nos probet si boni sum⁹, aut cor-rigat si peccatores. Sed qui patienter dispensationē do-mini tolerauerit, & sicut iam dixi, quando aliquid per-diderit, dixerit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomē domini bened-ictum: pro ista deo placita patientia, aut coronam ac-cipit si iustus est, aut indulgentiam si peccator. Et hæc at-tendite fratres, quia cum omnem substantiam diabolus euertisset beati Iob, non dixit Iob, Dominus dedit, dia-bolus abstulit: sed, dominus dedit, dominus abstulit. Vir enim sanctus noluit istam gloriam diabolo dare vt ali-quid potuisset tollere quod dominus non permisisset au-ferre. Cū enim nec filios, nec pueros, nec camelos, nec asinos beati Iob antequam dominus permitteret diabo-lus lædere potuisset, quare credimus quodd Christianis amplius aliquid faciat quā quodd deifico ac secreto iu-dicio suo diuina potentia permiserit? Et ideo certissime credentes quodd nihil possumus perdere, nisi quantum nobis deus permittit auferri, toto corde nostro ad illius misericordiam eamus, & sacrilegas obseruationes fide-liter relinquentes, de illius adiutorio semper præsuma-mus. Nam qui prædictis malis, id est, caragis & diuinis, aruspiciibus vel phylacterijs, & aliis quibuslibet augurijs crediderit, & si ieiunet, & si oret, & si iugiter ad Ecclesiā currat, & si largas eleemosynas faciat, & si corpusculum in omni afflictione suum cruciauerit, nihil ei proderit quādiu illa sacrilegia non reliquerit: quia impia illa sa-crilegij obseruatio, ista omnia bona obruit & euertit. Et qui cum his malis etiam aliqua opera exercere volue-rint, eis prodesse nihil possunt, quia verum est quod di-xit Apostolus, Modicum fermentum totā massam cor-rumpit. Et illud, Non potestis calicem domini bibere, & calicē dæmoniorū. Non potestis mensē domini par-ticipes esse & mensē dæmoniorum. Et dominus in Eu-angelio, Nemo potest duobus dominis seruire. Pro qua-re nec ad arbores debēt Christiani vota reddere nec ad fontem orare, si se volunt per gratiā dei de aeterno sup-plicio liberari. Et ideo quicumq; in agro suo, aut in villa,

K  
Gala. 4.  
Tob. 1.  
L  
Math. 8.  
Iob. 1.  
M  
1. Cor. 5.  
& 10.  
Marth. 6.

A aut iuxta villam aliquas arbores, aut aras, vel qualibet vana habuerit, vbi miseri homines solent aliqua vota reddere, si eas non destruxerit atque succiderit, in illis sacrilegijs quæ ibi facta fuerint, sine dubio particeps e-rit. Nā & illud quale est, quod quando arbores illæ vbi vota redduntur ceciderint, nemo ex illis arboribus li-gnum ad focum affert: Et videte miseriam vel stultitiā generis humani. Arbori enim mortuæ honorem impē-dunt, & dei viuētis præcepta contemnunt. Ramos ar-boris non sunt ausi mittere in focum, & seipsos per sa-crilegium præcipitant in infernum. Et ideo qui hoc ma-lum hucusque nō obseruat, gaudeat, & deo gratias agat, & fideliter in bonis operibus perseuerare contendat. Qui vero in istis diabolicis rebus hucusque captiuandū diabolo tradidit se, toto corde pœnitentiam agat, & il-la sacrilegia supradicta cū omni horrore fugiat & con-tēnat, vt illi deus & indulgentiam dignetur dare, & ad æternam beatitudinem ob gloriam nominis sui faciat peruenire, Et quia etiam & hoc peruenit ad me, quodd aliqui aut per simplicitatem, aut ignorantiam, aut certe quod plus credendum est, per gulam de illis sacrilegijs vel sacrificijs vel sacrilego cibo, quæ adhuc secundum paganorum consuetudinem sunt, manducare nec ti-meant nec erubescant, contestor vos coram deo & an-gelis eius ac denuncio, vt nec ad illa diabolica cōiuiua, quæ aut ad phanum ad fontesq; , aut ad aliquas arbores sunt veniat is: & si vobis inde aliquid transmissum fue-rit, tanquam si ipsum diabolum videatis perhorrescite & respuite, & ita repudiate vt nec in domum vestram permittatis de illo sacrilego conuiuio aliquid exhiberi: propter illud Apostoli quod iam dictum est, Non pote-stis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum, neque mensæ domini participare & mensæ dæmonio-rū. Et quia solent aliqui dicere, Ego me signo & sic mā-duco. Nullus hoc facere præsumat. Qui sic est qui se si-gnat & aliquid de sacrilego cibo manducat, quomodo se signat in ore, & gladium sibi mittit in pectore? Quia quomodo gladio corp⁹ occiditur, ita de illo cibo sacri-lego anima occiditur. Sed credimus de dñi misericor-dia, quia vobis agere quæ sancta sunt inspirare dignabi-tur, & nunquam vobis nec in augurijs, nec in alijs quæ supradicta sunt sacrilegis obseruationib⁹ vel diuinationi-bus diaboli nequitia possit surrepere, sed totam spem vestram in domino posituri, quatenus vt nunquam ad illa nefanda mala quæ superius comprehensa sunt re-deatis, præstante domino nostro Iesu Christo, cui honor & imperium in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 10.  
Iob. 1.  
Iob. 4.  
Sermo CCXLII.  
Daniel. 6. & 14.

Item in eadē dominica: Homilia de eo quod scriptū est in Euangelio secundum Ioānem, Erat quidam re-gulus, cuius filius infirmabatur &c. quæ habetur in expositione doctoris, ibidem.  
Dominica uicesima secunda, De Susanna.  
Sermo I.

**Q**uotiescunque in hoc peruerso seculo contra laudabiles viros multiformes tenduntur in-fidia, vel diuersa calumniarū emerferint cau-sæ, quid homo pestilens cogitat, quid diabolus machi-netur non metuet iustus, quia cum ipso est Christus. Eli-gatur homo miles in prælio constitutus, officia semper exercere virtutum. Vnum ergo de duobus amplectitur, aut patefactis insidijs eius innocentia in populo clare-scit, aut persequentes inimicis præuentus cum condi-tionem mortis excesserit, molestis secularibus libera-tus portum securitatis intrabit. Daniel propheta nec in

lacu proiectus leonum timore perculsus expauit, sed in-ter ista bestiarum ora consistens dominum tota mentē placauit, & tyrannicas dispositiones illasus euasit. Za-charias pontifex magnus pro cultu dei, pro legibus sa-cris, pro censura in templo sacerdotali rebellem incre-pans populū, mortem cōstanter accepit, & detestabi-lis acies Iudæorum eius cruore pauimentum infecit. Za-charias martyr triumphat, & Daniel confessor exultat. Vnus moritur & triumphat, alter euadit & regnat. Sed nec femineus sexus suis fraudatur exemplis, qui pudici-tia ornatū salubriter reseruauit. Susanna illustris, de-cus pudicitie vicit impudentiam iudicum, petulantiā seniorum compressit audacem, ne castitas in ea patere-tur in iuriā. Stabat Susanna in iudicio falso rum men-dacibus oppressa testimonijs damnatorum, stabat non tanquā rea, sed pro castitate firmiter moritura. Ibat ergo pudica ad supplicium, non adulterorum corpus, in quo extrema libido exarserat, & diabolus inflammauē-rat. Quod protexerat virtus, & ornabat pudor, illasum ibat in mortis exitium. Egregium portabat caput, cuius vultum integra conscientia sublimabat ad cælum. Pro-pter damna pudoris salutis vota compressit, & cui fue-runt chara præmia castitatis, vitæ gaudium non amisit. Contempsit vnum, & consecuta est totum. Et qua mori voluit, cum gloria castitatis euasit. Et quam sententia praua deiecerat, illustris cōscientiæ integritas erigebat, metusq; dei & imminētis sacri iudicij indubitata cru-delitas. O amor honestatis & legis, Susanna adulterij conscientiam grauiorem iudicauit quā pœnam. Cum duceretur non dolebat de supplicio, quoniam gaudebat de testimonio falsidico. Innocens accusatur per sententi-am, sed nutu dei suspenditur pœna, vt iudicium fal-sitas dentidaretur, & innocēs purgaretur. Infirmus sexus contra viros surgit fortior, expugnat libidinē castitas & honestas, impulsu luxuriæ horreda prostermitur impro-bitas. Susanna propriam virtutem animi seruaui, & iu-dicium populorum constanter excepit. Conflantur de-innocente falsa crimina. Ille enim munitus est, qui deū habuerit defensorem. Denique Daniel propheta instin-ctū dei commonitus, Redite in iudicium exclamauit. Stupet populus pro iudicio repentino, reuocatur addi-ctus, falsos testes pavor inuadit, Gemit diabolus quod ip-sius commenta nudatur, gaudent angeli de pudoris in-tegritate cōperta, quod defendatur in terris veritas fa-tigata. Interrogatū est quo in loco Susanna facinus quo arguebatur admisit, Hic sub lentisco dicit, ille sub pru-no. Cum ergo eorum discrepāt prolata responsa, sic re-pugnancia dictorum facta nudantur, vt vigore mentis increpato populo, testibus confusis veritas ostendere-tur. Gaudet populus de pudoris integritate, triumphat maritus quodd fidam inuenerit cōiugem. Latatur fami-lia quodd nihil inuenerit in ea quod puniat, quodd adul-terij factum non inuenerit, nec homicidium diabolus quod procurabat impleuerit.

3. Para. 24.  
Daniel. 13.  
Daniel. 13.  
F  
Sermo CCXLIII.

In eadem dominica, De castitate conjugali.  
Sermo II.  
**Q**uotiescunque castitatem fratres charissimi, secundum quod decet & expedit commēda-mus, forte adolescentes & adhuc in viridi æ-tate positi dicunt, Iuuenes homines sumus, continere non valemus. Quibus nos respondere & possumus & debemus, ne forte ideo castitatem custodire nō possint, quia amplius manducant quā expedit, & vinum am-plius accipiunt quā oportet, familiaritatem mulierū vitare

In eadem dominica, De castitate coniugalit.

Sermo III.

D



Agnum mihi gaudium facitis fratres charissimi, dum in solennitatibus martyrum tanta deuotione fidei ad Ecclesiam conuenitis. Sed si vultis deo auxiliante & vestrum profectum & nostrum gaudium spiritaliter adimplere, ita inter vos & pacem & charitatem inspirate domino cōseruate, vt contra hominem nullum odium habeatis in corde, pro bonis orate vt semper ad meliora proficiant, pro malis assidue supplicite vt cito se corrigant: & secundum præceptum domini, Quacunque vultis vt faciant vobis homines, hæc & vos facite omnibus. Tunc enim in veritate pax & iustitia & misericordia custoditur, quando non solum nullis hominibus malum facimus, sed etiam vbi quicunque poterimus adiuuare cōtendimus. Si ergo hæc Christo adiuuante fideliter agamus, beatos martyres in his quæ supra diximus, præceptis & præclaris operibus imitantes, partem cum illis in æterna beatitudine habere poterimus. Et tunc pro nobis absque vlla dubitatione sancti martyres intercedunt, quando in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscunt. Castitatem ante omnia cum dei adiutorio custodite: propter illud quod scriptum est, Neque adulteri regnum dei possidebunt. Et illud, Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Pueri vel puellæ qui in coniugio coniungendi sunt, virginitate vsque ad nuptias seruent. Nam si ante legitimam coniunctionem per adulterium corrupti fuerint, ad nuptias corpore quidem viui veniunt, sed in anima mortui comprobantur: quia scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Nulla mulier potationes ad abortum accipiat, nec filios aut conceptos aut iam natos occidat: quia quacunque fecerit hoc, ante Christi tribunal sciat se illic eorum causam quos occiderit esse daturam. Sed nec alias diabolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier autem quæ quacunque fecerit hoc per quod iam non possit concipere, quantoscunque parere poterat, tantorum homicidiorum se ream esse cognoscat. Mulier autem ingenua quæ mortiferas potationes accipit vt non concipiat, velim scire si hoc ancillas vel colonas suas facere velit: Et ideo sicut vnaquæque vult vt sibi mancipia nascantur quæ illi seruiant, ita illa quantoscunque conceperit, aut ipsa nutriat, aut nutriendos aliis tradat, ne forte illos aut concipere nolit, aut quod est grauius occidere velit, qui boni Christiani poterant fieri generati. Quotiens ad Ecclesiam in qualibet solennitate venitis, & sacramenta Christi percipere volueritis, ante dies plures castitatem seruate, vt cum securâ conscientia ad altare dei possitis accedere. Quam rem etiam per totam quadragesimam, & vsque ad clausulam paschæ fideliter custodite, vt vos solennitas paschalis castos & puros inueniat. Qui enim bonus Christianus est, non solum ante dies plures quam communicet castitatem seruat, sed & vxorem suam excepto desiderio filiorum non agnoscit: quia vxor non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem accipitur. Denique & ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum, inquit, procreandorum causa. Videte quia non dixit libidinis causa, sed liberorum procreandorum. Velim tamen scire fratres charissimi, ille qui vxore sua incontinenter vtitur, si quotiens eum luxuria victum agnouit, totiens suum agrum in vno anno arauerit vel seruerit, qualè messem colligere possit: Qui ergo se continere nolit, si toties terram quandam suam quam iam seminauerat, iterum arent & seminēt, videamus qualiter de eius fructu gaudebunt.

Sermo CCXLIII.

Math. 7.

1. Cor. 6.

Heb. 13.

Eze. 18.

F

**A** in occulto illa præsente deo facit, quæ publice facere præsentibus hominibus pertimescit. Nescit infelix, quia vultus domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Sed forte dicit aliquis, Ecce cōpelente negotio, aut iubente rege ab vxore tot mensibus aut annis separatus, quomodo castitate seruare possim? Cui iustissime responderi potest, vt redeat ad vxorem suam. Sed cum hoc negociatori dixerit, potest mihi dicere, quia si negotium dimiserit, nõ habeat vnde viuat. Militans dicit, Si exercitum dimiserit, iracundiam regis incurro. Istis talibus veraciter dici potest, Si timet regem, & ideo non redit ad vxorem suam propriam, debet timere deum, vt non tangat alienam. Nam quomodo illum qui nõ iussu relicto exercitu reuertitur ad vxorem suam, rex potest occidere: sic & illum qui longè positus adulterat, potest deus perpetua pœnâ damnare. Rogo vos fratres charissimi, si ppter negocij necessitatem & regis iussionem vnusquisque ab vxore sua inter dum etiam longo tempore separatur: quare propter deum & animam suam tam longo spacio temporis castitas nõ seruatur? Meretur ergo negotium, meretur regis iussio vt tantis diebus non agnoscatur vxor propria, & non meretur amor & iussio dei vt non contingatur aliena? Sed qui hoc propter negociandi lucrum & regis imperium seruant, & propter deum seruare dissimulat, sciant qui talia agunt quod si eis non pœnitentia subuenierit, cum ante tribunal Christi stare coeperint, ab auditu malo liberari non poterunt: sed dicetur illis, Discedite a me maledicti in ignem æternum. Et illud quale est quod aliquotiens vir fortissimus procedens ad prælium forte non minus decem inimicos occiderit, & ex ipsa victoria aliquam puellam de præda accipiens, dum cum illa per adulterium iungitur, anima sua peccati gladio interficitur, Et videte quatum malum sit vt aliquis crudelior existat in se, suam animam occidendo per luxuriam, magis quam per carnalem victoriam aduersariorum corpora trucidando. Vere legendum est & dolendum, vt ille qui sicut iam dixi, decem aduersarios vicit, ab vna muliere superetur: & qui tot inimicos occidit in corpore, ab vna puella iuguletur in corde. Vere nimis graue malum est, vt vir fortis qui ferro non vincitur, libidine superetur: & cum mollia aut blanda subuertant, quem dura nõ superant: & qui esse captiuus vel seruus hominibus dedignatur, seruus esse peccati mereatur, cum indignius sit mente seruire quam corpore: secundum quod scriptum est, A quo enim quis vincitur, huius & seruus efficitur. Hæc ergo fratres charissimi, si vobis ego non dixerit, rationem pro animabus vestris, in die iudicij redditurus ero. Quicumque autem magis mihi irasci quam se emendare voluerit, non habet vnde per ignorantiam se possit ante tribunal æterni iudicis excusare, vt dicat se nõ fuisse admonitum, nec a malis prohibutum, nec ad ea quæ sunt deo placita castigazione & admonitione frequentissima prouocatum. Sed credimus de domini misericordia, quod ita negligentibus quibusque inspirare dignabitur, vt sibi magis vel peccatis suis quam medicamentis sacerdotibus irascatur. Et quomodo ægotantes a carnalibus medicis requirunt sanitatem corporum, sic a spiritalibus medicamentis desiderant animarum. Sed cōfidimus quia præstabit hoc diuina misericordia, quod ita nobis de sua emendatione studebunt gaudium facere, vt ad æternum mereantur præmium feliciter peruenire: Præstate domino, & cetera.

Psal. 33.

Math. 23.

1. Pet. 1.

1. Corin. 7.

1. Corin. 6.

Psal. 108.

Psal. 13. &amp; 14.

nem plus nobiles quam ipsi sunt, vel ditiores vxores accipiant. Ecce quantis malis se obligant, qui non solum luxuria, sed etiam avaritie vel cupiditati infeliciter seruire desiderant. Vnde coram deo & angelis contestor atque denunciatio ista mala & semper prohibuisse, & nunquam ei placita fuisse, quia præcipue temporibus Christianis concubinas habere nunquam licuit, nunquam licebit. Sed quod peius est, faciunt hoc multi viri iure fori, non iure cœli, non iustitia iubete, sed libidine dominante. Cum enim Apostolus coniugia habetibus dicat, Tempus breue est, & superest, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint. Et illud, Abstinetis ad tempus vt vacetis orationi: Quomodo adulteras concubinas permittit habere qui castitatem seruare & in coniugijs positus præcepit? Pro qua re iterum atque iterum voce libera clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi adhibere præsumit, peius peccatum facit quam qui adulterium committit, Quia qui adulterat adhuc tam graue malum secrete vult agere, in publico autem aut metuit aut erubescit committere: Ille vero qui publice concubinam habere voluerit, fronte impudentissima rem execrabilem toto populo vidente licenter se putat admittere. Sed forte illi qui isto peccato non sunt maculati dicunt, Quare qui hoc agunt a communione nõ suspenduntur? Ideo enim tantum scelus a sacerdotibus minimè vindicatur, quia a multis admittitur. Si enim vnus aut duo aut quatuor vel quinque, mala ista facere præsumerent, & poterant & debebant, non solum a communione suspendi, sed etiam a colloquio & conuiuio Christiani populi separari: secundum illud Apostoli, Cum huiusmodi nec cibum quidem sumere: multitudo tamen peccantium, sicut iam dictum est, prohibet sacerdotes domini in illis distinguere: Faciunt tamen boni sacerdotes quod possunt, & cum perfecta charitate cõtendunt orare & suspirare iugiter, & gemitus ac rugitus effundunt, vt in quibus propter infinitam multitudinem non possunt seueritatem vel disciplinam ecclesiasticam exercere, monendo vel orando pro eis possint eos vel aliquando ad pœnitentiam prouocare. Vnde iterum atque iterum rogo pariter & cõtector, vt qui vxorẽ optat accipere, sicut illam virginem inuenire desiderat, ita ipse vsque ad nuptias virgo sit, quia si non fuerit, benedictionem accipere cum sponsa sua non merebitur. Et impletur in eo quod scriptum est, Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Iam vide si pœnitentiæ remedium non subuenierit, quid de illo erit, vel qua sententia eum necesse erit in futuro iudicio subiaccere, qui iam in hoc seculo benedictionem cum sponsa sua non fuit dignus accipere. Et illud attendite fratres, si in tam graui periculo sunt qui vxores non habent, & aut concubinas sibi adhibent, aut adulteria admittunt: quid de se infelices illi cogitant, qui forte coniugia habentes adulterant, & infano furore, vel crudeli infelicitate de iudicio dei desperant, qui nec supplicia inferni formidant, nec desiderant præmia æterna. Si enim fidem haberent, vtique deo crederent, & venturum iudicium cum tremore metuerent. Probatur enim quia hominibus credunt, & deo non credunt, vt publice vbi homines vident adulteria timeant, & secrete vbi deus videt omnino non timeant. Si qualemcunque scintillam fidei haberent, sicut non permittunt seruos suos in præsentia sua peccare, ita nec illi in conspectu domini sui adulterare præsumerent. Sed de talibus clamat per Prophetam spiritus sanctus, Dixit, inquit, insipiens in corde suo, non est deus. Certum est enim quia non credit deum esse, qui in tenebris & in occulto

**G** vitare nolunt, atque earum suspectam societate habere nec metuunt nec erubescunt. Qui tales sunt audiant Apostolum dicentem, Fugite fornicationem. Et illud, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et illud Salomonis, Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos, Illi vero qui dicunt quod castitatem seruare non possint, respondeant nobis vtrum vxores habeant an non. Si habent, quare non attendunt illud quod veritas in euangelio ait, Omnia quacunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et quare non seruant fidem vxoribus suis, quam sibi ab eis seruari desiderant? Cum enim vir a virtute nomen acceperit, & mulier a mollicie, id est, fragilitate, quare contra crudelissimam bestiam libidine vult vnusquisque vxorem suam victricem esse, cum ipse ad primum libidinis ictu victus cadat? Hoc loco forte qui adhuc vxoribus non sunt coniuncti, dicunt se excusare posse, quia coniugia non habent, quibus fidem seruare debeant, & propterea continere non possint: Istis qui istam falsam & miserabilem excusationem conantur prætere, iustissime responderi potest & debet, quia nullus magis illicita vitare debet, quam qui respuit quæ licebant, cum vxorem accipere licet, & contra omnium scripturarum auctoritatem adulterium committere, nunquam liceat: quare cum dei gratia nõ accipis quod licet, & cū dei offensa præsumis quod non liceat? Velim tamen scire si illi qui vxores non habent, & priusquam coniugijs copulentur adulteria committere nec metuunt nec erubescunt, vtrum velint sponsas suas antequam ad nuptias veniant ab aliquibus adulteris violari? Cum enim nullus sit qui hoc patienter accipiat, quare vnusquisque sponsæ suæ non seruat fidem, quam sibi ab ipsa seruari desiderat? Quare vxorem virginem optat accipere, cū ipse sit corruptus? Quare viuenti vxori desiderat copulari, cum per adulterium in anima iam ipse sit mortuus? secundum illud quod scriptum est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et illud quod terribiliter clamat Apostolus, Fornicatores iudicabit deus. Et illud, Neque adulteri regnum dei possidebunt. Et iterum, Omnes adulterantes & adulteros tanquam clibanus corda eorum. Sed forte putant aliqui, quod feminis ante nuptias fornicari non liceat, sed viris liceat. Ista punita, & nimium graua mala, quod peius est, ideo a multis viris sine villo timore domini committuntur, quia ita a pluribus in consuetudinem missa sunt, & ita vilia vel leuia dicuntur, vt nec iam inter graua crimina putentur. Nam in fide catholica quicquid mulieribus non licet, omnino nec viris licet: Vno enim precio, id est, Christi precio sanguine redimuntur, & viri simul & feminae. In vnam fidem vocantur, & in vno Ecclesiæ corpore congregantur, simul baptismi sacramenta percipiunt, simul ad altare ad accipiendum corpus & sanguinem Christi accedunt, simul vtrique sexui præcepta donata sunt. Cum hæc ita sint, qua fronte, vel qua conscientia quod & viris simul, & mulieribus non licet agere, soli viri se credunt impunè committere? Sed & illi qui hoc facere præsumunt, pro certo cognoscant quod si cito se non emendauerint, & eis fructuosa pœnitentia non subuenierit: sic subito de hac luce rapti fuerint, æterna illos flamma sine villo remedio cruciabit. Et illud quale est quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittunt, & sic postea legitimas vxores accipiunt. Tractant enim apud se, vt prius de multis calumniis & rapinis & iniustis diuitiis, & iniqua lucra conquirant: & postea cõtra ratio-

1. Corin. 6.

Eph. 5.

Ecclesiastici 19.

Math. 7.

Eze. 18.

Heb. 13.

1. Cor. 6.

Os. 7.

I

G debunt, quia sicut optime nostis, nulla terra poterit dare legitimum fructum, in qua frequenter in vno anno fuerit seminatum: Quod ergo non vult aliquis in agro suo, quare facit in corpore suo? Sed dicit aliquis, homo iuuenis sum, continere non possum. Ne forte ideo te non contineas, quia plus manducas quam expedit, & plus vinum accipis quam oportet. Forte etiam turpibus cogitationibus occupas mentem tuam, & luxuriosa verba non solum libenter, sed etiam frequenter aut ipse dicere aut aliis dicentibus audire nec metuis nec erubescis. Incipe cum dei adiutorio gula concupiscentias refrenare, castis cogitationibus & honestis sermonibus mentem vel linguam tuam iugiter occupare, & videbis quia deo auxiliante castitate poteris custodire, nec te pigeat, si corporis infirmitas non prohibet, frequentius ieiunare, ad Ecclesiam maturius surgere, ut possis tuam animam a libidinosis maculis nitidam custodire. Et si hoc non fideliter faciens vides te adhuc carnis impugnationibus fatigari, & forte aliquotiens excepto filiorum desiderio ad cognoscendam uxorem propriam vinci, secundum vires tuas quotidianas eleemosynas adde: quoniam scriptum est, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et illud quod contra omnia peccata magnum est & salubre medicamentum, Omnibus qui in te peccauerint, plenam indulgentiam tribue, ut quod per incontinentiam inquinatur, ieiuniis, eleemosynis, ac precipue per inimicorum indulgentiam diluatur. Sed dicis, uxorem excepto desiderio filiorum agnoscere, peccatum non est. In tantum peccatum est, ut Propheta penitens clamet, In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Et sic in veteri testamento legimus, quando populus Iudaeorum accessurus erat ad montem Sinai, ex precepto domini dicebatur eis, Sanctificamini & estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris: & illud, Si quis nocturno pollutus fuerit fomno, non manducet carnes sacrificij salutaris, ne pereat anima sua de populo. Si post pollutionem qua nobis nolentibus fieri solet, nobis communicare non licet, nisi prius precedat compunctio & eleemosyna: & si infirmitas non prohibet, etiam ieiunium: Quis est qui potest dicere illud quod vigilantes & volentes facimus non esse peccatum? Denique mulieres quando maritos accipiunt, per triginta dies intrare in Ecclesiam non praesumant. Quod etiam similiter viri obseruare deberent. Sed dicis, peccatum quidem est, sed tamen paruum est. Nec nos dicimus quia capitale peccatum est: sed tamen si frequenter exerceatur, & ieiuniis vel eleemosynis non redimatur, nimis immunda animam facit. Noli despiciere peccata tua, quia parua sunt: nam & pluuvarum guttae sunt, sed flumina implent, & moles trahunt, & arbores cum suis radicibus tollunt. Tu qui dicis, quia paruum peccatum est: velim scire quotiens tale peccatum admittis, si tot paruulas plagas in corpore, & tot maculas aut scissuras in vestibus tuis fieri velis? Cum ergo in corpore tuo plagas, nec in veste tua scissuras vel maculas fieri acquiescis, qua conscientia hoc facere in anima tua non metuis? Ac sic quicumque hoc fecerit, plus amat vestem & carnem suam quam animam. Cum enim ad imaginem dei facti sumus, quotiens aliquid turpe, aut loquimur, aut facimus, totiens dei imaginem sordidamus. Etiam videte si hoc vos deceat, aut oporteat: Vere dico vobis fratres charissimi, quia non hoc de nobis deus meretur, ut in nobis imago ipsius per malas concupiscentias iniuriam patiat. Et cum nullus homo velit cum tunica sordibus plena ad Ecclesiam

conuenire, nescio qua conscientia cum anima per luxuriam sit inquinata, praesumit ad altare accedere, non timens illud quod Apostolus dixit, Qui enim manducat corpus & sumit sanguinem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Si erubescimus ac timeamus eucharistiam manibus sordidis tangere, plus debemus timere ipsam eucharistiam intus in anima polluta suscipere. Et quia, sicut dixi, in anima nostra facti sumus ad imaginem dei, si in tabula aut lignea aut lapidea faceres imaginem tuam, & aliquis impudens homo vellet illam imaginem aut lapidibus frangere, aut aliquibus sordibus inquinare, velim scire si contra eum non moueretur animus tuus? Rogo te si imaginem pictam in tabula mortua sic zelaueris, putas qualem iniuriam sortitur deus, quando in nobis imago sua per luxuriam sordidatur? Et ideo si nobis non parcimus propter nosmet ipsos, parcamus nobis vel propter imaginem dei ad quam facti sumus. Ante omnia ut quotiens dies dominicus aut aliae festiuitates veniunt, uxorem suam nullus agnoscat. Et quotiens fluxum sanguinis mulieres patiuntur, similiter obseruandum est: propter quod ait Propheta, Ad mulierem menstruatam non accesseris. Nam qui uxorem suam in profluuiis positam agnouerit, aut in die dominico aut in alia qualibet solemnitate se continere noluerit, qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut epileptici, aut etiam forte daemoniaci nascentur. Denique quicumque leprosi sunt, non de sapientibus hominibus qui & in aliis diebus & in festiuitatibus castitatem custodiunt, sed de rusticis maxime qui se continere non sapiunt, nasci solent. Et reuera fratres, si animalia sine intellectu non se contingunt nisi certo & legitimo tempore, quantum magis homines qui ad imaginem dei facti sunt, hoc obseruare deberent. Sed quod peius est, sunt aliqui ita luxuriosi vel ebriosi, qui aliquotiens nec praegnantibus vxoribus parant. Et ideo si se non emendauerint, ipsi videant si non peiores animalibus iudicandi sint: istis talibus clamat Apostolus, dicens, Ut sciat vnusquisque suum vas possidere in honore & sanctificatione, non in passione desiderij, sicut & gentes quae spiritum non habent. Et quia sunt multi qui legitimam non custodiunt castitatem cum suis vxoribus, sicut supra dixi, largas eleemosynas faciant & omnibus inimicis suis indulgeant, ut sicut iam dictum est, quod luxuria sordidum effecit, assiduis eleemosynis abluatur. Rogo vos fratres, ut mihi indulgeatis, quia pro salute animae vestrae cum grandi timore & cum verecundia de talibus rebus vos admonere video, quia & hoc mihi expedit dicere & vos oportet audire. Et ideo omnia quae a nobis audistis, vbi que fueritis inuicem vobis dicite, & cum charitate vos admonete. Sicut enim reus ero ante tribunal Christi si vobis non dixerit, ita & vos si inuicem quoscunque negligentes agnoscitis admonere nolueritis, timere debetis ne vobis necesse sit pro illis reddere rationem. Sed credimus de dei misericordia quod ita nobis agere inspirabit, ut vobis non solum de nostra deo placita conuersatione, sed & pro aliorum salute & in hoc seculo & in futuro duplicata a deo praemia repensentur, Amen.

Dominica uicesimatertia, De continentia & sustentia: Sermo I.

**N**o sunt quae in hac vita veluti laboriosa praecipiantur a domino, continere & sustinere. Lubemur enim continere ab his quae in mundo dicuntur bona, & sustinere quae in hoc mundo abundat mala. Illa continentia, ista sustentia vocatur. Duae virtutes

A virtutes quae mundant animam & capacem faciunt diuinitatis. In refrenandis libidinibus & coercendis voluptatibus, ne seducat quod male blanditur, & eneruet quod prosperum dicitur, continentia nobis opus est, non credere felicitati terrena, & vsque ad finem quaerere felicitatem quae non habet finem. Ut autem est continentiae felicitati mundi non credere, ita sustentiae est iniquitati mundi non credere. Siue ergo in affluentia rerum sumus siue in angustia, expectandus est dominus, qui & quod vere bonum & suauis est, det: & quod vere malum est, auertat a nobis. Bona dei quae promittit iustis, in finem seruantur. Bona & mala quae versantur & miscentur in seculo, nec boni soli habent nec mali. Quicquid boni in hoc mundo dixeris, habent boni, habent & mali. Veluti salutem ipsam corporis & boni habent & mali. Diuitias & apud bonos & apud malos inuenies. Successum filiorum & bonorum & malorum donum videmus esse commune. Vitam longam diu uiuunt boni, equidem diu uiuunt & mali. Morbos, dolores, damna, opprobria, orbitates, communis haec est omnium materies lachrymarum. Facile est ergo videre & bona seculi apud bonos & malos, & mala seculi apud bonos malisque perferri. Et ideo quorundam pedes in via dei titubant, & exorbitare conantur. Multi etiam deuiant & exorbitant, cum instituerint & proposuerint animo propterea seruire se deo ut bonis terrenis abundent, & malis careant eaque detinent. Cum enim hoc sibi proposuerint & hanc mercedem constituerint pietatis & religionis suae, quando viderint se laborare, & florere iniquos, quasi perdiderint spem, quasi eos sefellerit qui vocauit, quasi frustra opus indixerit qui in mercede decepit, renunciant deo. Et quod se miserii conuertunt auertentes se ab illo a quo facti sunt, & inhaerentes illis quae facta sunt. Cum perierit quod factum est, ubi erit amator temporis qui perdidit aternitatem? Proinde propter illa bona quae non dabit deus nisi bonis, & propter illa mala quae non inferentur nisi malis, quia in fine apparebunt utraque, credi sibi vult deus. Quae enim merces fidei, aut quod omnino vel nomen fidei, si modo vis videre quod teneas? Non debes ergo videre quod credas, sed credere ut videas: credere quamdiu non vides, ne cum videris erubescas. Ergo credamus dum tempus est fidei, antequam sit tempus speciei: sic enim dicit Apostolus, Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus. Ergo per fidem ambulamus, quamdiu credimus quod nondum videmus. Tenebimus autem speciem, cum viderimus faciem ad faciem sicuti est. Tempus fidei, & tempus speciei Ioannes etiam apostolus distinguit in epistola sua, dicens, Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Laboriosum est fidei tempus: Quis negat? Laboriosum est, sed hoc est opus cuius illa merces est. Noli piger esse in opere, cuius mercedem desideras. Si enim & tu ipse mercenarium conduxisses, non ante mercedem numerares, quam in opere exerceceres: diceres ei, Fac & accipere non tibi diceret, da & facio. Sic ergo & deus: Tu non fallis mercenarium tuum timens deum, & te ipse deus fallit qui iussit ne fallas mercenarium? Tamen tu quod promiseris potes & non dare, & si non est in corde tuo dolus fallitatis, est tamen in fragilitate humana inopia difficultatis. Quid de deo timeamus qui nec fallere potest quia veritas est, & abundat omnibus qui fecit omnia? Creda-

mus ergo deo fratres, hoc est primum praecipuum, hoc est initium religionis & viae nostrae, fixum habere cor in fide, & figendo cor in fide viuere bene, abstinerere ab omnibus seductoribus, sustinere mala temporalia: & quamdiu illa blandiuntur & illa minantur, aduersum vtrunque in hoc habere cor, ne in illa desinas, ne in illa frangaris. Habendo ergo continentiam, & habendo etiam sustentiam, cum bona temporalia transferint, & mala quae inferantur non erunt, habebis omne bonum, habebis nullum malum. Ideo in lectione, quid vobis dictum est? Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tetationem. Depreme cor tuum & sustine, ut crescat in nouissimis vita tua. Non ut modo, sed ut in nouissimo: ut crescat in nouissimo vita tua. Quantum putamus quia crescat? Ut fiat aeterna. Modo enim vita humana quamdiu videtur produci, decrescit potius quam crescat. Attendite & videte, quia decrescit, Natus est homo: Verbi gratia, constituit illi deus vitam suam septuaginta annos, accedit illi vita dicimus crescendo: accedit, an decedit? Ecce de septuaginta annis vixit annos sexaginta, remanserunt decem. Diminutum est quod erat propositum, & quanto plus viuit, tanto minus illi restat. Ideoque viuendo hic decrescit vita, non crescit. Tene quod tibi promisit deus, ut in nouissimis crescat vita tua: deinde sequitur quod lectum non est, Omne quod tibi applicitum fuerit accipere, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habere: Quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Durum videtur, defecisti. Nonne illud quod non deficit perdidisti? Multi multa patiuntur propter pecuniam perituram, & tu non vis pati propter vitam mansuram? Sic recusas laborare pro dei promissis, quasi non labores pro cupiditatibus tuis. Quanta patiuntur pro sua iniquitate latrones, quanta patiuntur pro suis sceleribus perdit, pro sua nequitia luxuriosi: pro sua auaritia negociatores mare transmeantes, ventis tempestatibusque corpus & animam committentes, sua relinquentes, ignota quarentes: Iudex si pronunciet exilium, tremor est: deus mortem minatur, & latitia? Quid ergo magnum tibi imperat sapientia quod non posset imperare & auaritia? Tamen cum imperat auaritia facis. Et cum feceris quod imperauerit auaritia quid habebis? Plenam domum auro & argento: non legit, Quamquam in imagine dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur? Thesaurizat & nescit cui ea colligat. Quare ergo cantasti & dixisti deo, Auribus percipe lachrymas meas: Quare tu non percipis auribus verba eius, a quo vis percipi lachrymas tuas? Si accusaueris auaritiam tuam, inuitaberis ad sapientiam suam, Sed cum susceperis iugum sapientiae, laboriosa erit. Laboriosa plane. Sed vide quo fine, qua mercede. Nunquid quod per sapientiam colligis, nescis cui colligas ea? Tibi colligis. Expergiscere, euigila, habeto cor formicae. Aestatis tempus est, collige quod tibi ad hyemem proficit. Noli esse piger, collige grana de area, de area dominica, id est, verba dei de Ecclesia dei, & reconde intus in corde. Quis enim est qui dicat, Bene mihi erit, & non moriar. Quamuis amet vitam, mortem timeat. Ipse timor mortis, hyems quotidiana est. Et nunc maxime pungit timor mortis, quando nobis bene est. Nam quando male est, non timeamus mortem. Quando nobis bene est, tunc magis timeamus mortem: ideo ille diues quem dilectabant multae diuitiae suae, habebat enim magnas diuitias & magnas possessiones, credo quod interpellabatur timore mortis, & inter delicias contabescebat: cogitabat enim se illa

Ecclesiastici 7.

Psal. 50.

Exod. 19.

Deut. 23.

Gen. 1.

1. Cor. 11.

L

Eze. 18.

1. The. 4.

M

1. Cor. 5.

1. Ioan. 3.

Ecclesiastici 2.

E

Psal. 38.

Prover. 6.

Sermo CCXLV.



**G** bona relicturum: congregauerat & nesciebat cui, & aliquid cupiebat aeternum, & venit ad dominum, & ait illi. Magister bone, quid boni faciam ut vitam aeternam consequar? Bene est mihi, sed labitur quod teneo: bene est mihi, sed subito non erit quod habeo. Dic mihi unde habeam quod semper erit? Dic mihi quomodo perueniam ad id quod non perdam? Et dominus illi, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Quasiuit, Quae mandata? Audiuit, respondit se à iuuetute sua omnia seruasse: Ait dominus consiliarius vitæ æternæ, Vñ tibi deest: Si vis perfectus esse, vade vède omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Non enim dixit, perde, sed serua, & veni sequere me. Ille qui delectabatur diuitiis, & propterea quærebat à domino, quid boni faceret ut vitam aeternam consequeretur, quia à delitiis ad delicias migrare cupiebat, & has quibus delectabatur relinquere formidabat, abscessit tristis ad thesauros suos terrenos. Noluit credere domino, quia potest seruari in cælo quod periturum est in terra. Noluit esse verus amator thesauri sui. Male tenendo perdidit, multum diligendo amisit. Nam si bene illum diligeret, migraret quod ipse postea sequeretur. Domum illi deus ostendit vbi migraret, non locum vbi perderet: secutus enim ait, Vbi enim fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Sed videre nolunt homines diuitias suas. Fac quod in terra thesaurizant, nunquid non timent videri diuitias suas? Et cum obstruxerint & cooperuerint, nūquid vident quod habent? Nec ipse videt, & optat ut lateat, timent ne pereat. Esse vult diues in opinione, non in veritate. Quasi sufficit habere in conscientia quod seruat in terra? O quanto maior tibi & melior conscientia erat si seruares in cælo. Hic cum obrueris in terra, times ne sciat seruus tuus & auferat & fugiat. Hic times ne auferat tibi seruus tuus: ibi non times, quia bene tibi seruat dominus tuus. Sed habeo, inquis, seruum fidelem, qui & nouerit & non prodat & nō tollat. Compara illum domino tuo. Si fidelem seruum inuenisti, dominus tuus quando te fecerit? Et si non potest seruus tuus tollere, potest tamen perdere: dominus tuus nec tollere nec perdere potest, nec perire permittit. Seruat tibi, manet tibi, liberat te, manentem te facit, nec perdet te, nec perdet quod ei commedaueris. Veni, inquit, accipe quod apud me posuisti? Absit, Non hoc tibi dicit deus. Ego, inquit, tibi qui te prohibui fœnerare, fœneratus sum à te, Volebas enim fœnora crescere, ut dares homini ut tibi plus redderet, & quando accipiebat gaudens, & quando reddebat plorans. Hoc volebas, & prohibebam ego: dixi enim, Qui pecuniam suam non dabit ad vsuram. Prohibebant te à fœnore: hoc tibi dicit dominus tuus, Pauca vis dare, & plura accipere: Relinque hominem qui plangit quando exigit, me inueni qui gaudeo quando reddo. Ecce, inquit, assum. Da & sume, tempore redditionis reddam tibi. Et quid reddam? Pauca dedisti, plura sume. Terrena dedisti, cœlestia sume. Temporalia dedisti, aeterna sume. Mea dedisti, me ipsum sume, Quid enim dedisti, nisi ex eo quod accepisti? Ergone quod dederis non reddo, qui vnde dares dedi? Qui te ipsum qui dares dedi, qui tibi Christum cui dares dedi, qui tibi diceret, Quando vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Ecce ut des pascit, & esurit propter te. Donat & eget. Quando donat vis accipere, quando eget non vis dare. Eget Christus, quando eget pauper. Qui omnibus suis temporaliter est dignatus accipere, & consilium datur quod migres. Dedit enim consilium quod migrare de-

bas. Migra enim de terra in cœlum, ne perdas. Quam multi enim quod seruabant perdidit, & nec sic correcti in cœlo ponere didicerunt. Si forte tibi aliquis diceret, Transporta diuitias tuas ab Occidente in Orientem si non vis ut pereant, astuares, laborares, fatageres, attenderes quæ haberes, videres te multiplicitate rerum tuarum facile in longinqua migrare non posse. Sed & forte feres, quia ire cogeres, & quomodo tecum tolleres quod collegeras non inuenires. In longinquiora te migrare iussit, qui non ait, Migra ab Occidente in Orientem: sed ait, Migra de terra in cœlum. Aestuas quasi difficultatem maiorem tibi videris pati, & dicit tibi, si non inueniebam iumenta & naues quibus ab Occidente migrarem ad Orientem, quomodo inueniam scalas quibus è terra migrem in cœlum? Noli, inquit tibi deus, laborare, noli laborare, qui te diuitem feci, qui tibi quod dares dedi, laturarios tibi pauperes feci. Si verbi gratia, inuenires aliquem inopem de transmaris, aut quod ire velles inuenires inde ciuem necessitatem patientem, nonne diceres tibi, ciuis iste inde est quod ego volo ire? Eget hic, do illi quod ibi mihi reddat. Ecce eget hic pauper, qui ciuis est regni cœlorum. Quid dubitas facere traiectionem? Sic enim dant qui hoc faciunt ut plura accipiant, cum ad ea loca venerint, unde est ille qui accepit. Faciamus & nos. Hoc fit si credamus, si fidem excitemus. Nam vane conturbamur, quia dormiente Christo in nauis, penè naufragauerunt discipuli. Dormiebat Christus, & turbabantur discipuli. Veni tibi sciebat, fluctus excitabatur, nauis mergebatur. Quare? Quia Iesus dormiebat. Sic & tu quando tempestates tentationum sciuim in isto seculo, turbatur cor tuum tanquam nauis tua. Quare, nisi quod dormit fides tua? Sic enim Paulus Apostolus dicit, Quia habitat Christus per fidem in cordibus vestris. Excita ergo Christum in corde tuo, vigilet fides tua, tranquilletur conscientia, & liberetur nauis tua. Senti, quoniam qui promissit verax est. Nondum ostendit, quia nondum est tempus ut ostendat. Multa etiam tamen ostendit, Christum suum promissit & dedit. Resurrectionem eius promissit & dedit. Euangelium eius promissit & dedit. Ecclesiam suam toto orbe diffundendam promissit & dedit. Tribulationes ipsas in rebus humanis prædixit & ostendit. Quanta sunt quæ restant? Implentur quæ promissa sunt, implentur quæ prædicta sunt, & titubas ne non veniat quod restat? Tunc timere deberes, si quod prædictum est non videres. Bella sunt, fames sunt, cōtritiones sunt. Regnum super regnum est, terramotus sunt abundantia scandalorum, frigus charitatis, copia iniquitatis. Hæc omnia lege, prædicta sunt, Lege, vide quia omnia quæ vides prædicta sunt, & crede te visurum esse quod nondum venit, numerans quanta venerunt. Tu autem videndo deum ostendere quæ prædixit, non credis daturum esse quod promissit? Ibi credere debes, vbi turbati cœpisti. Si finis mundi est, migrandum est de hoc mundo, non amandus est mundus. Ecce turbatur mundus, & amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quomodo haberet, qui sic amplecteris fœdum? Flores eius quomodo colligeres, qui ab spinis non reuocas manum? Non vis relinquere mundum, relinquit te mundus, & sequeris mundum. Cor ergo mundemus charissimi & non perdamus sustinentiam, sed percipiamus sapientiam, & teneamus continentiam. Transit labor, venit requies. Transeunt falsa delitiosa, & veniet bonum quod concupiuit anima fidelis, cui inardescit & suspirat omnis peregrinus in seculo. Patria

**A** Patria bona, patria cœlestis, patria cum populis angelorum, patria vbi nullus moritur, quod nullus hostis admittitur, patria vbi habes sempiternum deum amicum, vbi nullum timeas inimicum.

In eadem dominica, Ad iuuenes ut contineant.

Sermo II.

Sermo CCXLVI.



1. Corin. 9.

Gene. 3.

Iob. 15.

Psal. 50.

Ephes. 3.

Math. 24.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

1. Timo. 6.

atur, pompa rerum temporalium præfulgere aut exoptat aut gaudet. Itaque iuuentuti malorum venenum est quicquid veritas præcepit, esca est quicquid diabolus suggerit: sed amaritudo iustitiæ medicamentum est virilis ætatis: dulcedo autem iustitiæ muscipula est temeritatis: ad hoc pertinet quod scriptum est, Dulciora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici: Et illud quod ait David, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. Vrat veritas, & tamen sanet. Nam oleum peccatoris adulatio assentatoris mulcet, sed decipit. Ibi enim lenitur superbia, sed labitur vita. Loquitur enim Propheta ex persona eius qui iam medicum quærit, qui manum curantis etiam cum doloris acerbitate supporat, qui ægritudinem suam sanari potius quam laudari desiderat. Periculosum vero est vlcus iuuentutis quod cupiditatibus contabescit. Sed spes ista desperatorum est, spes rerum periturarum, quæ animæ miseræ nō soluit, sed inflat affectum, facitque illam tactum non ferre veritatis, ut etiam de sua immortalitate desperas, amet dicere, amet etiam ista sibi dici, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur: oderit autem & dicere & audire, Sobrius estote & iusti, & nolite peccare. Amet perniciosam inimici lenitatem, oderit salubrem medicum asperitatem. Ista perversitas, ista vanitas in iuuenili ætate maxime formidanda est. Hinc ille nascitur sermo hominum in flagitia desiliunt, & inde in scelera crudescunt. Dixerunt enim cogitantes, apud se non recte, Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuerfus ab inferis. Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino precioso & vnguentis nos impleamus, & cetera quæ in eodem loco attextantur gestientis verba luxuriæ, hominum de vita æterna desperantium, & spem suam tanquam in arena torrentis, ita in temporalis corruptione ponentium. Ex hac autem enumeratione libidinum & putredinum & vermibus flagitorum, videte in quæ facinora & in quam immania scelera prosilitur. Exhausti enim atque submersi immoderatorum delictorum turpium corruptela, vel dum seueritatem veritatis sibi contradicentis oderunt, Opprimamus ergo, inquit, pauperem & iustum, & non parcamus viduæ nec seni, nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ. Quod infirmum est inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustum quoniam inutile est nobis, & contrarius est operibus nostris. Talia de domino nostro Iesu Christo ludæorum impietas cogitauit. Quod manifestius in verbis consequentibus inuenitur: paulo enim post dicit, Promittit scientiam dei se habere, & filium dei se nominat: deinde rursus paulo post dicunt, Contumelia & tormento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condemnemus eum. Erunt enim respectus ex sermonibus illius. Sed attendite quam de illis sententiam ferat Spiritus sanctus, quando statim subiungit. Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcavit enim illos malitia illorum. Omnia horrenda facinora quæ timentur in sceleratis hominibus, videte de qua labe consurgant. Quid enim mollius quam illa luxuria? quid durius quam ista crudelitas? iam dudum dicebant, Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & non prætereant nos flos temporis, & vbi que relinquamus signa lætitiæ: nunc dicunt opprimentes pauperem, Non parcamus viduæ nec re-

I uereamur

G uereamur senem : Circumueniamus iustum, contumelia & tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum. Vinum sequitur furor, vnguenta tormenta, sanguis rosas, ira letitiam. A talibus ligatus, casus, interfectus est dominus. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauibus pulis dolores sanissimos prauideret. Quis de mollibus pratis tam durum crucis lignum praenofceret, & tamen nulla atas, nulla luxuria, nisi iuuentus flori temporis comparata est: Sic enim dixerunt, Vtatur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vos ergo, o iuvenes maxime monemus & hortamur vt verae virtutis pulchritudine capiimini. Nulla species terrena vel caelestis, nullus fulgor metallorum, nulla nemorum amoenitas, nulla florum purpura, nullus vel naturalis vel adhibitus carnis ornatus, nullus quarumlibet chordarum atque tibiarum sonus, nulla odorum iocunditas, nulla saporum suauitas, nulli amplexus pulchritudini, inspirationi, dulcedini, fomentis sapientiae comparantur. Ab his enim quae turpiter amantur non ab ipso amore prohibemur. Amare vultis, amate sapientiam, ambite vt perueniatis ad eam, vt non vos exhorreat eius aspectus in homine, vos in timore componite. Sicut lasciuu oculi ornamenta corporis, sic illa cordis inquirat. Nec de vestris diuitiis hac ornamenta proferatis, quia odit superbos, & quasi de suo se iactare cupientes. Quid autem habes quod non accepisti? Ipsa ergo donat vnde illi placeas. Tantum dilige eam & seruabit te. Circunda eam & exaltabit te, honora eam & amplexabitur te, vt det capiti tuo coronam gratiarum. Clara est & quae nunquam marcescet sapientia, & facile inuenitur ab his qui diligunt illam. Proponite hanc adiungere vobis, in illam suspirate, in illam exardescite, in illam deperite. Te ipsum abnega tibi, ne illi te abneges dum tibi places. Te ipsum abnega tibi, ne illi te abneges dum tibi places. Non habet amaritudinem conuersatio illius. Si amatores estis, hanc amate: si formosi estis, deo placete: si iuvenes estis, diabolum vincite. Daniel ab angelo vir desideriorum appellatus est. Quae illa eius erant, desideria, nisi quibus in sapientiae pulchritudinem ardentem inhiabat: quia in iuuenili aetate calcavit lasciuiam, & regum superbiam pressit captiuus, & ora leonum clausit inclusus. Nec vos feminae adolescentulae alenium a vobis arbitramini hunc esse sermonem. Ad vos enim non tamen vt confundam vos hac dico, sed vt filias meas charissimas moneo. Iuuenilia desideria fugite, nuptiae Susannam, viduae Annam, virgines Mariam cogitate. Nec in publicum propterea procedatis, vt florem femini vestri oculis hominum ostentare cupientes, in domo vitae mortem quaeratis. Omnis enim caro foenum, & claritas hominis vt flores feni. Quid ergo facietis cum foenum aruerit, flos deciderit? Verbum autem domini quod manet in aeternum cineres vestros non facile inuenturum putetis, quod nunc superba atatis viriditate contemnitis. Stricte iterum dico atque contestor, iuuenilia desideria fugite. Si auditis hoc, si obtemperatis, si tanquam dei verbum cum honore & timore suscipitis, non solum pulchri ante oculos dei, sed & sani eritis. Si autem de hac admonitione nostra etiam iocos fortasse amatorios vobis faciatis, de ipsis ferramentis medici mortifera vobis vulnera infligitis. Certe Iudaei qui dominum crucifixerunt, quod cum audimus horrescimus, & ingenti execratione prosequimur: sed tamen illi cum de sua luxuria cogitarent, delitiosorum agrorum foliudines meditabantur, dicentes, Nullum pratum fit quod non pertranseat luxuria nostra. Quomodo ergo

parceret Christo si eum inuenisset in terra, qui quidem K non solitaria prata iritandis libidinibus suis, sed frequentissimas Ecclesias elegit regnantis in caelo? Ecce tertio contestor & dico, desideria iuuenilia fugite, Danielis desideria estuate. Filij a iuuentute vestra eligite doctrinam, & vsque ad canos inuenietis sapientiam.

Dominica uicesima quarta, De adulterino habitu uiuorum ac mulierum. Sermo I.

**A** vdiuimus ex parabola euangelica quendam patrem familias nuptias filio suo fecisse, & ad eas plurimos inuitasse. Inter quos cum ingressus esset quidam non habens habitum nuptialem, visus a patre familias iustus est non tantum excludi a nuptiis, sed in tenebras exteriores retrudetur. Hac parabola insensatos homines huius temporis euidenter redarguit, quoniam altiori differtione aliquid secretius & sacratius possit intelligi. Prius ergo quaeramus quis sit iste paterfamilias, quis sit iste filius, quae sint istae nuptiae. Quibus prospectis facilius intelligere poterimus, cur ille ab his nuptiis exclusus sit, qui ad eas cum adulterina veste accessit. Intelligimus itaque hunc patrem familias, deum patrem omnipotentem cui famulantur vniuersae familiae gentium, qui coaeternum & coaequalem sibi genuit filium in caelis sub patre, in terris sub matre. Cui nuptias fecit, quando ei Ecclesia ex omni genere hominum sociati. Ad hanc Christi & Ecclesiae societatem conuocati sunt nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, omnis conditio, omnis sexus, omnis aetas. Inter hos accessit vnus, qui solus excludi meruit, quia habitum talium nuptiarum sanctitati congruentem non habuit. Attendite fratres, iste vnus multi sunt, & tamen hac tota multitudo vnitate nomine comprehenditur. Multi enim sunt quantum ad numerum personalis discretionis, sed vnus sunt per conscientiam vnus prauitatis. Sicut enim Ecclesia vna est per fidem sub capite Christo, ita tota reproborum multitudo siue pateat siue lateat, vnus corpus est sub principe diabolo. Qui ergo per infidelitatem manifeste a deo recedit, ad has nuptias non accedit. Qui vero fidelis est accedit corpore, recedit mente, nobiscum intrat Ecclesiam, communicat nobiscum Christi mensam. Boni & mali pisces adhuc latent intra retia, donec diuidantur in littore. Adhuc toleratur palea, donec ventiletur area. Tunc manifeste apparebit, quia multi vocati pauci electi. Tunc iste adulterator habitus nuptialis, iussu patrisfamilias & manifeste excludetur, & in carcerem retrudetur. Interim tamen amici sponsi talem simulatorem non ignorant, quia habitus impudicus corporis nunciatus est adulterini cordis, impudicus autem habitus corporis sui in viris, superflua & inordinata capillatura, vestimentorumque multibrium affectata similitudo, calciamentorum quoque metas necessitatis excedens simulata longitudo. In mulieribus facies fucata, virilium vestimentorum imitatio, capillorum natiui coloris adulteratio. Hic habitus in vtroque sexu adulterinus est, & sanctarum nuptiarum societate indignus, & a conspectu tanti sponsi & tantae sponsae prorsus amouendus, Nec silentio praeterire hoc debent amici sponsi, diligenter decorem domus dei. Debent huiusmodi adulteris publice oblatrare, ne dicatur de eis, Canes muti latrare non valentes. Qui enim quantitatem vel formam quam omnipotens & prudentissimus plasmator finxit, in aliam transfigurare contendit, nonne euidenter dicere ei videtur qui se finxit, Cur me fecisti sic? Improbam temeritas conditoris plasmata vilificare, vt quantitatem suam & formam

Ecclesiasti. ci. 6.

Sermo CCXLVII.

Math. 22.

L

Math. 13.

Math. 3.

Math. 22.

Esaie. 56.

Esaie. 46.

Roma. 9.

**A** formam quantum in se est, in aliud transfigeret, quod si a natura haberet incomparabiliter se habere doleret. Nec ista dicimus a nobis tanquam ex nobis. Habemus patres nostros doctores egregios qui ante nos contra ista scripserunt, & irrefragabili autoritate damnauerunt. Audiamus Paulum doctorem gentium, de superflua capillatura dicentem Corinthiis, Vir si comam nutriat, ignominia est illi. Cum enim vir ex dei ordinatione primatum habeat supra mulierem, qui contra honorem sui sexus superfluitate capillorum caput velat, primatum suum sibi abiudicat, vt merito de eo dicatur, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est, vt vera dicamus, non tantum mulieribus, sed etiam iumentis insipientibus. Iudicio enim legum iure ab obtenta dignitate deicitur qui privilegio sibi cocaelo abutitur. Audiamus & beatum Cyprianum egregium martyrem & suauissimum doctorem, de adulterino habitu disputantem: dicit enim in epistola quam scribit de habitu virginum, Opus dei & factura eius & plasma eius nullo modo adulterari debet in habitu natui colore vel nigro, vel quolibet deniq; lineamenta nauio corrupte medicamine: dicit enim deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & audet quicquam mutare & conuertere quod fecit deus? Manus deum offendunt, quando id quod ille formauit reformare & transfigurare contendunt, scientes quod opus dei est omne quod nascitur, diaboli quodcumq; mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius & speciem & corporis qualitatem amulo colore signasset, & signato iam consummatoque simulacro, manus alius afferret, & iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria & iusta indignatio videretur. Et in sequentibus: Non metuis ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus non te recognoscat, & ad sua praemia & promissa venientem remoueat & excludat, increpans vigore censoris & iudicis dicat. Opus hoc meum non est, nec imago haec nostra est, cum te flauo medicamine polluisti, cum formam quam dederam tibi, mendacio deformasti, facies corrupta est, membra aliena sunt, deum videre non poteris, quoniam oculi tibi non sunt quos deus fecit, sed quos diabolus infecit. Audite me itaque vt parentem, audite quaso vos docentem, pariter ac monentem. Audite vtilitatibus vestris & commodis fideliter consulentem. Estote tales quales vos deus artifex fecit, estote tales quales vos manus patris instituit. Maneat in vobis facies incorrupta, ceruix pura, forma sincera, a calciamentis superfluis pedes liberi, crines nullo colore fuscatis, oculi conspiciendo deum digni. Apostoli vox est, quem dominus vas electionis appellauit, dicit enim, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem caelestis. Hanc imaginem portat virginitas, portat integritas, portat sanctitas & veritas, portat disciplinae dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad sustinendam iniuriam mites, & ad faciendam misericordiam faciles, fraternam pacem vnanimis atque concordem: quia omnia obseruare, diligere & implere debemus, vt Apostoli praecipuum adimpleamus, Empti estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore. Deum enim in corpore nostro portamus, cum imaginem eius per inimundas & prophanas adinuationes non deformamus, cum per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio parere studemus. Ita enim imaginem

1. Corin. 11.

Phil. 4. 8.

11. quae. 3. Privilegiu.

74. dist. Vbi ista.

Cyprianus.

Gen. 1.

1. Corin. 15.

1. Corin. 6.

suam in nobis recognoscat, & nuptiali veste ornatus a suo sanctorumque consortio non excludet, quod nobis misericorditer prestare dignetur, qui vni & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, De continentia, Sermo I I.

**A** dmonet nos lex diuina & exhortatur fratres charissimi, vt concupiscentiam huius mundi deuitantes, continentiae salubri operam deamus, ne nos illecebra voluptatum per varia ducat desideria, & laqueo mortis irretitos, in praecipitium & voraginem tradat inferni: loquitur sapientia homini, & dicit, Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si praestas animae tuae concupiscentia eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Amor enim istius mundi, parit inimicitiam dei: vnde scriptum est, Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur: hoc enim apostolus sciens Ioannes, persuadet nos, & dicit, Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia spiritus. Hoc & coapostolus eius Paulus rursus monet & dicit, Qui emunt sic sint quasi non possidentes, & qui hoc mundo vtuntur quasi non vtantur, praeterit enim figura huius mundi. Vnde & ipse saluator in parabola sua ostendit, quod diuitiae & voluptates seculi suffocant verbum, ita vt non referat fructum: & alibi praecipit, dicens, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me: & item, Qui non renunciauerit, inquit, omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Hac igitur considerantes fratres charissimi, perpendite quantum necessaria vobis sit continentia, per quam Christi discipulatu condigni, ad regnum potestis cum eo venire perpetuum. Continentia vero & sobrietas non in sola integritate carnis consistit, sed etiam in cultu & ornatu, vita pariter & moribus consistit. Debet enim vnusquisque continens esse ab omnibus illicitis. His autem quae licita sunt debet cum modestia & sobrietate vt. Non enim decet Christianum seculi lucris inhiare, cui promissum est regnum caeleste, sed suo domino per continentiam condigne viuere, vt possit cum eo in perpetuum gaudere. Castitatem debet amare, & fornicationem fugere: non avaritiam studere, sed victu & vestitu contentus esse, non superbire, neque sperare in incerto diuitiarum, sed humiliter sentire, & mundi pompam contemnere. Non debet esse vaniloquax & arrogans, non mendax neque iniuriosus, neque bilinguis, non susurro neque detractor, sed veritatem debet ex ore & corde proferre, linguam suam a multiloquio temperare, quia scriptum est, In multiloquio non effugies peccatum. Oculos contra vanitatem claudere, auditum a scurrilitate & falsitate, imo ab omni eloquio malo auertere: risum excessum & excussum non amare; guttur & nasum ad illecebram dulcium ciborum & suauium odorum non libenter adhibere, sed magis bonum & suauem odorem virtutum appetere. Manus & pedes & omnia membra corporis sollicitate custodire, ne fiant arma iniquitatis peccato, sed magis potentiae arma deo ad destruendum spiritalem inimicum. Cor quoque debet miles Christi ante omnia sollicita custodia seruare, ne forte illud iactantia extollat, ira inflamet, inuidia perforet, avaritia infestet, libido exurat, tristitia grauiet, torpor & ignauia oneret: & ne illud quod cunctis grauius est, per nouitatum praesumptiones haereticis scindat.

Sermo. CCXLVIII.

Ecclesiasti. ci. 18.

Iacobi. 4.

1. Ioan. 2.

E

1. Corin. 7.

Math. 13.

Math. 16.

Luc. 14.

1. Timo. 6.

F

Proverb. 10.

Roma. 6.

I ij Qui

**G** Qui enim cordis occulta per continentiam quietam feruare intus contendit, utique & membra corporis facilius contra prauos actus foris custodit. scriptum est enim, **Prouerb. 4.** Omnia custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. **Math. 12.** Mors tecum in introitu delectationis posita est: & saluator in Euangelio, Bonus, inquit, homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum: & item, **Math. 15.** De corde, ait, exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes. Cum ergo fratres de cordis radice fructus siue boni siue mali exeant, necessesse est ut primum cor mundemus, deinde carnem nostram per ieiunia & vigiliis & laborem vtilem castigemus, ne carnis libido mentem maculet. Difficile est enim ut in delectatis viuentes mundum cor habeant: inde dixit Apostolus, Castigo corpus meum, & in seruitutem subicio, ne forte cum aliis praedicem, ipse reprobus efficiam: & item, Qui autem Christi sunt, ait, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis & concupiscentiis. Sobrie quippe & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate, & munderet sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, ut cum venerit in maiestate sua cum sanctorum angelorum milibus, pro bonis laboribus & sancta conuersatione reddat nobis praemia vitae aeternae potius, quam pro desidia & voluptate praesentis vitae cruciatum retribuatur sempiternum, quia veraciter de eo scriptum est, quod reddat singulis secundum opera, Iesus videlicet Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant deus, per omnia secula seculorum, Amen.

*Dominica uicesima quinta, De castitate & munditia.*

*Sermo I.*



**M**orsiosum & insignem inter ceteras virtutes castitas & munditia locum tenet, fratres charissimi, quia ipsa sola est quae mundas mentes hominum praestat videre deum: unde ipsa veritas ait, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Ac si e contrario diceret, Illi uero miseri sunt quorum corda sunt carnali concupiscentia polluta, quia aeternas merguntur in penas. Castitas enim angelica est uita, castitas cum humilitate spiritus sancti meretur habitationem, quam expellit immundicia libidinis: dicente scriptura, Corpus peccatis subditum spiritus sanctus effugiet. Membra nostra debent deo esse dicata, non fornicationi. Opponat homo desiderio carnis suae aeternorum flammam tormentorum. Assuescat iuuenis castitatem, ut sit dignus sapientia dei. Vbi immundicia est corporis, ibi habitatio diabolici spiritus, qui maxime gaudet in iniquatione carnis nostrae. Omnes immundiciae deo displicent, & maxime quae non sunt naturales: admonet itaque nos scriptura sancta, dicens, Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere. Si praestas animae tuae concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis venire. Eiusmodi quoque Salomon sapientissimus proferebat sententias de cauenda immundicia, dicens, Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt ad mortem, & ad inferos gressus illius penetrant: Per semitam uiae non ambulat, vagi sunt gressus illius & inuestigabiles. Nunc ergo filii audi me, & ne recedas a uerbis oris mei. Longe fac ab ea uiam tuam, & ne appropinques foribus do-

**K** mus eius. Hoc siquidem non solum de meretricum immundicia dixit, sed etiam de omni carnis concupiscentia, quae sollicitat animam suam confentire suis desideriiis. Sed ratio mentis prohibere debet impetus carnis, & refrenare voluptates eius iniquas. Item ille qui supra prohibet cohabitationem feminarum, iuuenibus dicit, Nunquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut uerimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, & non comburentur plantae eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Similiter & beatus Apostolus admonet nos, Bonum est, inquit, mulierem non tangere: quasi statim in tactu periculum esset. Pulchra est enim casta iuuenum pudicitia & deo amabilis, & ad omne bonum utilis. Qui filios habet spirituales uel carnales, nutriat illos in castitate deo, non in fornicatione diabolo. Quid prodest homini filium habere, nutrire, amare, si aeternis eum nutriat tormentis? Qui in castitate uiuunt, angelicam habent in terris conuersationem. Castitas hominem caelo coniungit, angelis facit ciuem. Qui mulierem habet legitimam, legitime utatur ea temporibus opportunis, ut secundum Apostolum possit uacare orationi, & benedictionem mereatur filiorum a deo accipere. Nemo dicat a fornicatione se custodire non posse. Fidelis enim est deus, dicit Apostolus, qui non permittit nos tentari supra id quod portare possumus, sed faciet cum tentatione prouentum. Talis unicuique homini tentatio datur, siue in carnis desiderio, siue in ambitione seculi, uel etiam in quacunque tentationis molestia, qualem aut cum laude vincere, aut cum opprobrio succumbere poterit. Omnibus enim castitas per necessaria est, sed maxime ministris Christi altaris, quorum uita aliorum debet esse eruditio, & assidua salutis praedicatio. Tales enim decet dominum habere ministros, qui nulla contagione carnis corrumpantur, sed potius continentia castitatis splendeant, & totis honestis fulgeant in populo exemplis, quibus dominus per legislatorem dicit, Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus uester. Deus enim lux est, & tenebrae in eo non sunt ulla, nec aliqua foeditas ei sociari potest. Et ideo fratres charissimi, siue uiri, siue feminae, siue clerici, siue laici, secundum Apostoli admonitionem, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Studeamus, ut ei qui ad aeternam suam gloriam nos uocauit, placeamus, quatenus cum eo feliciter in aeternum regnare possimus, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat &c.

*In eadem dominica, De incauta familiaritate extranearum mulierum.*

*Sermo II.*



**N**emo dicat fratres charissimi quod temporibus nostris martyrum certamina esse non possunt. Habet enim & pax nostra martyres suos. Nam sicut frequenter suggestimus iracundiam mitigare, libidinem fugere, iustitiam custodire, auaritiam contemnere, superbiam humiliare, pars magna martyrij est. Non incongrue dictum est fratres charissimi, Auaritiam contemnere, iracundiam mitigare, libidinem fugere. Contemnenda est enim auaritia, quae nobis ideo iniqua lucra procurat ut suos faciat nos. Nostri enim essemus si illa nostra non esset. Contemnenda est, inquam, auaritia, quae uelut ignis, quanto magis acciperit, tanto amplius quaerit. Iracundia uero mitiganda est, quae prius nociturus impendit quam nocendus. Quod autem

**A** autem libidinem fugiendam esse suggerimus, Apostolus Paulus euidenter ostendit, qui cum omnibus uitiis praedicauerit resistendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit, Resistite, sed fugite fornicationem. Ac sic contra reliqua uitia, deo auxiliante, debemus in praesenti resistere, libidinem uero fugiendo superare. Sic & alibi in scripturis diuinis legimus, Noli, inquit, in faciem uirginis intendere, ne te scandalizet uultus eius. Et beatus Ioseph ut impudicam dominam possit euadere, pallium quo apprehensus fuerat reliquit & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam si vis obtinere uictoriam. Nec tibi uerecundum sit fugere si castitatis palmam desideras obtinere. Unde fratres charissimi ab omnibus Christianis, praecipue tamen clericis siue monachis indigna & inhonesta familiaritas fugienda est, quia sine ulla dubitatione qui familiaritatem non uult vitare suspectam, cito dilabitur in ruinam. Sed forte negligens quisque & minus de animae suae salute sollicitus, respondet & dicit. Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum extranearum, & tamen castitatis ornamenta custodio. Infelix est & nimium periculosa ista praesumptio. Multi enim dum se putabant uincere, uicti sunt. Sed dicit aliquis, Inter mulieres extraneas habitans continentiam teneo, & uolo habere quod uincam. Quid est dicere, uolo habere quod uincam, nisi uiuere desidero sub ruina? Sed ego, inquit, libidinis impetum tanquam aduersarium meum uolo captiuum iugiter retinere. Vide ne contra te incipiat ipsa captiuitas praualere, & ubi te putabas obtinere triumphum, inde aeternum incurras opprobrium. Inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt praesentia castitatis, ubi quotidiana est pugna & rara uictoria. Grauem castitas fortis est inimicum, qui quotidie uincitur & timetur. Et ideo sicut iam dictum est, nemo se falsa securitate decipiat, nemo de suis uiribus periculose praesumat, sed audiat Apostolum dicentem, Fugite fornicationem. Dauid enim ille sanctissimus in mille passibus mulierem nudatam uidit, & statim homicidium fecit & adulterium. Et aliqui in aliena domo cum extraneis mulieribus putant se castitatis obtinere triumphum, ignorantes dupliciter se apud deum reos existere, dum & seipsos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruersae familiaritatis ostendunt. Quancumque enim illorum stultitiam imitantes per inhonestam familiaritatem castitatis ornamenta perdiderint, illorum animae ab illis in die iudicij requirentur, qui eis exemplum perditionis ostendunt. Et ideo fratres charissimi contra mortifera blandimenta, & contra adiutores diaboli qui familiaritatem suspectam habere nec metuant nec erubescunt, ne nos exemplo suo decipiant dei adiutorium imploremus iugiter, ut nos de laqueo ueniantium liberare dignetur, scientes quod in malis omnibus quae supra diximus Christianis quotidiana martyria deesse non possunt. Si enim castitas & ueritas & iustitia Christus est, sic & ille qui eis insidatur persecutor est, & ille qui in aliis defendere & in se custodire uoluerit, martyr erit. Et ideo qui haec tota animi uirtute & ipse diligit, & ut alij diligant & uerbis simul & exemplis ostendit, & ubique ueritas uel iustitia sine castitate laborant, quantum praualent se etiam uictro iugiter & secundum quod uires habuerit defendere contendit, non unam sed plures coronas deo remunerante percipiet. Et ut haec obtinere cum dei adiutorio mereamur, non solum ab extraneis mulierum familiaritate, sed etiam ancillarum nostrarum uel

Tonus decimus.

**Prouerb. 4.**

**Math. 12.**

**Math. 15.**

**1. Corin. 9.**

**Galat. 5.**

**ad Titum. 2.**

**Math. 6.**

**Roma. 2.**

**Sermo CCXLIX.**

**Math. 5.**

**Sapient. 1.**

**Ecclesiasti. 10.**

**Prouerb. 5.**

**Prouerb. 6.**

**1. Corin. 7.**

**Vbi supra.**

**1. Corin. 10.**

**Lemat. 19.**

**1. Ioan. 11.**

**1. Corin. 7.**

**M**

**Sermo CCL.**

**1. Corin. 10.**

quarumcumque uicinarum aut filiarum aut alumnae aut ancillae uisusque familiaritatem, uel secretam colloquutionem vitare contendant: quia quanto earum uicinior conditio, tanto facilius ruina est. De familiaritate enim talium Salomon nos admonet dicens, Nunquid alligabit quis ignem in sinu suo, & uerimenta eius non ardebunt? Aut ambulabit quis super prunas, & non comburentur plantae eius? Et illud, Precium meretricis uix dimidium panis, mulier autem preciosa uiri animam capit. Et quanta iniquitas & quam lugenda peruersitas, ita ut animam quam Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque propter unius momenti delectationem libidinis diabolo uendat. Vere enim nimium plangenda & miseranda conditio est, ubi cito praeterit quod delectat, & per diabolum in cruce manet sine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus transit, & opprobrium infelicis animae permanet. Sed dicit aliquis, Homo iuuenis sum, facio quod me delectat, & postea poenitentiam ago. Hoc est dicere, percussio me gladio crudeli, & postea ad medicum uado, & nescit quod in unius horae puncto uulnus accipitur, & uix longo tempore ad sanitatem pristinam reuocatur. Qui enim adulterans dicit se postea poenitentiam acturum, quare non timet ne eum subito periculum superueniens rapiat, & pereat illi delectatio, & succedat illi damnatio? Et de infelici libidine unde supra diximus credendum est illud quod propheta dixit, Quomodo confractus est malleus uniuersae terrae? Quauis autem post aduentum domini per innumerabilia monasteria, & per cleros uel laicos castitatem seruantes quasi confractus esse malleus uideatur ille, adhuc tamen quod peius est multo plures sunt, qui ab ipso malleo confringuntur, quam illi qui de ruina uel collisione ipsius liberantur. Unde iterum atque iterum rogo, ut diligentius confideremus, & quantum possumus timeamus quod dominus in Euangelio dicit, Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Pro qua re sicut iam dictum est, non solum ab extraneis mulieribus, sed etiam ab ancillis propriis refrenanda est & secreta familiaritas & oculorum incauta fragilitas, ne impleatur in nobis illud quod propheta terribiliter clamat, Intrauit mors per fenestras uestras. Per quas enim fenestras mors ad animas nostras ingreditur, nisi per uisum oculorum, & auditum aurium? Si per linguam aut amico tuo aut seruo tuo iusseris ut ad te meretrix adducatur, per os tuum ad animam tuam gladius aeternae mortis ingreditur. Si enim consilium malum libenter audieris, si detrahentem, uel aliquid luxuriose loquentem, aut etiam cantica turpia proferentem non respicis, per cordis fenestram mors intrauit in animam tuam. Et quia dominus dixit, Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo: intelligitur quod uoluntas perfecta facienda reputabitur pro opere facti. Ac sic dum aliquis libidinoso animo considerat, per fenestram corporis in secretum cordis uenenum mortis instillat. Talis enim cogitatio etiam si aliquo impedita casu non impleat uoluntatem suam, nihilominus actionis crimine condemnatur a domino: ac sic illa casta est cum qua libidinis malum uoluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Et ideo audiamus Prophetam dicentem, Omnia custodia conferua cor tuum. Et illud, Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. Quomodo enim si aliquis carbones ignis apprehendat, si eos cito proiecerit nihil nocebunt, si uero diutius tenere uoluerit, sine uul-

**Prouerb. 6.**

**E**

**Hierem. 50.**

**Math. 5.**

**Hierem. 9.**

**F**

**Prouerb. 4.**

**Psal. 118.**



G nere eos iactare non poterit. Ita & ille qui ad concupiscendum oculos defixerit, & libidinis malum in corde suscipiens moras in suis cogitationibus habere permiserit, excutere a se, sine animae occisione vel plaga non poterit. Et ideo cum Propheta iugiter clamemus, Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos &c.

Item in eadem dominica, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Cum subleuasset Iesus oculos etc. incipiens, Miracula quae fecit dominus etc. quae sumpta est de expositione doctoris, Ibidem.

Dominica uicesimasexta, si occurrat, de eo quod scriptum est, Vacate & uidete quoniam ego sum deus etc.

Sermo I.



Ciendum est fratres charissimi, quod ideo a sanctis patribus nostris constitutum est Christianis & mandatum, ut in solennitatibus sanctorum & maxime in dominicis diebus ocium haberent, & a terreno negotio vacarent, ut paratiores & promptiores essent ad diuinum cultum, cum non haberent quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentque eo tempore terrenam sollicitudinem, quo facilius possent dei intendere uoluntatem. Inde ipse dominus per Prophetam dicit, Vacate & uidete, quoniam ego sum deus. At hi qui diuersis curis ac negociis implicati, hanc sententiam dei spernunt, & diuinam contemplationi vacare nolunt, timeo quod in futuro iudicio illis ianuam domini pulsantibus atque aperiri poscentibus, dominus respondeat, Amen dico uobis, nescio uos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et qui modo deum querere negligunt, ab ipso tunc respiciuntur. Idcirco fratres mei non sit uobis molestum, in dominicis diebus & in natalitiis sanctorum diuino studere cultui. Dominicum ergo diem Apostoli & apostolici viri ideo religiosa solennitate habendum sanxerunt, quia in eodem redemptor noster a mortuis resurrexit. Quae ideo dominicus appellatur, ut in eo a terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum diuinis cultibus seruamus, dantes scilicet dei huic honorem & reuerentiam, propter spem resurrectionis nostrae, quam habemus in illa. Nam sicut ipse dominus Iesus Christus & saluator resurrexit a mortuis, ita & nos resurrecturos in nouissimo die speramus. Apparet autem hunc etiam in scripturis sanctis esse solennem. Ipse enim est primus dies seculi, in ipso formata sunt elementa mundi, in ipso creati sunt angeli, in ipso quoque a mortuis resurrexit Christus, in ipso de caelis spiritus sanctus super Apostolos descendit, manna in eodem eremo primum de caelo datum est. His enim speciebus ac talibus iudiciis, dominica dies extat insignis. Ac ideo sancti doctores Ecclesiae decreuerunt omnem gloriam Iudaici sabbatismi in illam transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in ueritate: quia tunc erit requies nostra uera, quando resurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore simul perfecta. Obseruemus ergo diei dominicam fratres & sanctificemus illam, sicut antiquis preceptum est de sabbato, dicente legislatore, A uespere usque ad uesperam celebrabitis sabbata uestra. Videamus ne ocium nostrum uanum sit, sed a uespera diei sabbati usque in uesperam diei dominici sequestri a rurali opere, & ab omni negotio, solo diuino cultui uacemus. Sic quoque sanctificamus rite sabbatum domini, dicente domino, Omne opus non facietis in eo. Veniat ergo cuiuscunque possibile sit ad uespertinam atque

nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu Ecclesiae pro peccatis suis deum. Qui uero hoc non possit, saltem in domo sua oret, & non negligat deo soluere votum, ac reddere pensum seruitutis. In die uero nullus sit a sacra missarum celebratione separet, neque ociosus quis domini remaneat, ceteris ad Ecclesiam pergentibus, neque in uenatione se occupet, & diabolico mancipetur officio, circumuagando campos & syluas, clamorem & cachinnum ore exaltans, non gemitum nec orationis uerba ex intimo pectore ad deum proferens. Adhuc quoque quod detestabilius est ad Ecclesiam aliqui uenientes non intrant, non insistant precibus, non expectant cum silentio sanctorum missarum celebrationem, sed quando lectiones diuinae intus leguntur, tunc ipsi foris aut causas dicere, aut diuersis student calumniis impugnaré, aut uidelicet in alea uel in iocis inutilibus insudare. Aliquotiens enim, quod peius est, aliqui nimia iracundia succenduntur, & amarissime rixantur, ita ut armis se uel fistibus alterutrum impetant, & sepe homicidium perpetrent, & hoc ab illis maxime fit, qui pleni inuidia & odio, diabolo ductore in conuentum Ecclesiae pergunt, non ut semetipsos adiuuent, sed ut alios laedant. Tales etiam si homicidio ibi pereunt, aut subita morte rapiuntur, quod aliis, nisi cum ipso cuius secuti sunt uestigia uadunt in aeterna tormenta? Nolite haec facere fratres mei, nolite uosmetipsos decipere, nolite in conuentu uestro locum dare diabolo, sed magis uosmetipsos praeparate hospitium Christo. Non ergo foris fabulis, sed intus psalmodia & orationibus studete. Nolite inuicem in Ecclesia uerbosari, sed quieti estote. Sunt enim plurimi, & praecipue pleraque mulieres, quae ita in Ecclesia garrunt, ita uerbosantur, uel lectiones diuinas nec ipsae audiant, nec alios audire permittant. Nunquid talis conuentus cum tali ordine in domo dei debet fieri, aut taliter decet in conspectu dei & sanctorum angelorum eius assistere? Adhuc quoque, quod ualde dolendum est, conueneri uobiscum uolo, quia sunt aliqui, & maxime potentes istius mundi, cum ueniunt ad Ecclesiam, non sunt deuoti ad laudes dei celebrandas, sed cogunt presbyterum ut abbreviet missam, & ad corum libitum cantet, nec ei licet morem ecclesiasticum sequi propter illorum gulam & auaritiam, quatenus unus punctus diei ad dei officium, & reliquum diurnum spacium cum nocte simul ad eorum deputetur uoluptates. Nolite fratres mei dilectissimi haec facere, nolite haec facientibus consentire, quia non solum qui haec faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus pereunt. Ante omnia ergo causas in festiuitatibus nolite dicere neque audire, sed alio tempore & cum iustitia: nec munera accipiendo subuertatis iusta iudicia, quia secundum domini sententiam, quocunque iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. Nullus se uestrum inebriet, quia ebrius infano simillimus est. Nolite in hominibus bibendo nomina uestra deletere de caelo. Sunt quidem multi, quod peius est, qui non solum se ipsos inebriant, sed etiam alios cogunt & adiurant, ut amplius quam expedit bibant, & inde saepe inter eos nascuntur iurgia & homicidia. Nunquid perpenditis fratres, cuius isti in hoc sequantur uoluntate? Ebrios enim, ait Apostolus, & homicidam regnum dei non possidebunt. Obsecro uos dilectissimi patres & matres, fratres & sorores, per nomen domini nostri Iesu Christi, & per regnum uenturum eius ac iudicium, ut subtrahatis uos ab omni homine ambulante inordinate, & digni ambuletis uocatione qua uocati estis, nec negligatis honorem uestrum, neque paruipendatis redemptionem

K

E

Ephes. 4.

M

Math. 7.

1. Corin. 6.

2. Thess. 3.

nem

A nem quae est in Christo Iesu. Filij dei nuncupati estis, quia uerus filius dei uos liberauit. Studete bonis moribus tanto parenti placere, quatenus uos non ut nequissimos seruos perpetuam tradat ad poenam, sed ut charissimos filios supernam ducat ad patriam, ut sitis cohaeredes filij eius Iesu Christi, cum quo uiuit & regnat deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

In anniversario dedicationis Ecclesiae uel altaris.

Sermo I.

Sermo CCLII.



1. Cor. 3. & 6.

Luc. 14. & 18.

Math. 5. & 22.

Votienscunq; fratres charissimi altaris uel templi festiuitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, & sancte ac iuste uiuimus, quicquid in templis manufactis agitur, totum in nobis spiritali aedificatione completur. Non enim mentitus est ille qui dixit, Templum enim dei sanctum est quod estis uos. Et iterum, Nescitis quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti qui in uobis est? Et ideo fratres charissimi, quia nullis praecedentibus meritis, per gratiam dei meruimus fieri templum dei, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus, ne dominus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inueniat quod oculis suae maiestatis offendat: sed habitaculum cordis nostri euacuetur uitis, & uirtutibus repleatur, claudatur diabolo, & aperiatur Christo, & ita laboremus ut nobis bonorum operum clauis ianuam regni caelestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus quasi quibusdam seris ac uetibus uita nobis ianuam clauditur, ita absque dubio bonis operibus aperiatur. Et ideo fratres charissimi unusquisque consideret conscientiam suam, & quando se aliquo crimine uulneratum esse cognouerit, prius orationibus, ieiuniis uel eleemosynis studeat mundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam praesumat accipere. Si enim agnoscens reatum suum, ipse se a diuino altari subtraxerit, cito ad indulgentiam diuinam misericordia perueniet. Quia sicut qui se exaltat humiliabitur, ita econtrario, qui se humiliat exaltabitur. Qui enim sicut dixi, agnoscens reatum suum, ipse se humiliter ab altari Ecclesiae pro emendatione uiae remouere uoluerit, ab aeterno illo & caelesti conuiuio excommunicari penitus non timebit. Rogo uos fratres diligenter attendite, si ad mensam cuiuscunque potentis hominis nemo praesumit cum uestibus conscillis & inquinatis accedere, quanto magis a conuiuio aeterni regis, id est, ab altari domini debet se unusquisque inuidiae uel odij ueneno percussus, iracundiae furore repletus, cum reuerentia & humilitate subtrahere, propter illud quod scriptum est, Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Et iterum, Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? Sic enim habet textus euangelicae lectionis, quod quidam fecerit nuptias filio suo, & intrauerit ut uideret simul recubentes, & uidens ibi hominem non habentem uestem nuptialem, dixit ad eum, Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? Et illo obmutescente, dixit ministris, Ligate illi manus & pedes & proiicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ecce qualem sententiam merebitur audire qui ad conuiuium nuptiale, id est, ad altare domini, aut ebrius, aut adulter, aut odium in corde retinens, praesumit accedere? Auertat hoc deus a nobis fratres charissimi, & concedat ut mala ista aut nunquam uelimus admittere, aut si admissa fuerint sine ulla mora poenitentia uel pace studeamus sanare, & largioribus eleemosynis festinamus abluere, ne forte si cum peccatorum uulneribus ante tribunal aeterni iudicis uenerimus, ab illa aeterna Ecclesia, & ab illa caelesti Hierusalem perpetua excommunicatione separemur. Considerate fratres, rogo uos, si hodie aliquis a conuentu Ecclesiae huius pro aliquo crimine proiciatur foras, in quanto dolore uel tribulatione erit anima sua? Et si intolerabilis dolor est de illa Ecclesia foras proiici, ubi ille qui proiicitur & manducare & bibere & cum hominibus loqui potest, & habet spem ut iterum mereatur ad Ecclesiam reuocari: quantus putatis dolor ille erit si aliquis pro criminibus suis ab illa Ecclesia quae in caelis est, a conuentu angelorum uel sanctorum omnium congregatione fuerit separatus, cui nec hoc solum sufficit ad poenam quod foris proiicitur, sed insuper in tenebras exteriores aeterno incendio concremandus excluditur? Qui enim in illa caelesti Hierusalem excommunicari meruerit, non solum hoc poenae habebit quod nec manducare uel bibere poterit, sed etiam flammis infernales sustinebit, ubi est fletus & stridor dentium, ubi ululatus, lamentatio & poenitentia sine ullo remedio, ubi est uermis ille qui non moritur, & ignis qui nunquam extinguitur, ubi mors queritur, & non inuenitur. Quare in inferno mors queritur, & non inuenitur? Quia quibus in hoc seculo uita offertur & nolunt accipere, in inferno querunt mortem & non poterunt inuenire. Vbi erit uox sine die, amaritudo sine dulcedine, obscuritas sine lumine, ubi nec diuitiae, nec parentes, nec coniuges, nec filij, nec vicini poterunt subuenire, ubi nihil peccator inueniet, nisi quod de hoc seculo caste & iuste uiuendo per eleemosynarum largitate transiuerit. Haec ergo cogitantes fratres charissimi, tam casti, & tam sobrii, & tam pacifici ad istud altare, deo auxiliante studeamus accedere, ut ab illo aeterno altari non mereamur excludi. Qui enim ad istud altare casto corpore & mudo corde cum munda & secura conscientia uenit, ad illud altare quod in caelis est felici transmigratione perueniet. Ad extremum fratres charissimi non est graue nec laboriosum quod suggero, hoc dico quod uos frequenter facere aspicio. Omnes uiri quando communicare desiderant, lauant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent lintheamina ubi corpus Christi accipiant. Non est graue quod dico fratres, quomodo uiri lauant aqua manus suas, sic eleemosynis lauent conscientias suas. Similiter & mulieres quomodo nitidum exhibent lintheolum ubi corpus Christi accipiant: sic corpus castum & cor mundum exhibeant, ut cum bona conscientia Christi sacramenta suscipiant. Rogo uos fratres, nunquid est aliquis qui in arca sordibus plena uelit mittere uestem suam? Et si in arca sordibus plena uestis non mittitur preciosa, qua fronte in anima quae peccatorum sordibus inquinatur, Christi eucharistia suscipitur? Et quia istis uerissimis exemplis loqui coepimus, etiam & hoc quod non nostis insinuo. Non puto esse aliquem hominem qui in arca sua ubi preciosas uestes habet repositas, acquiescat, aut carbonem uiuum aut qualemcunque scintillam includere. Quare hoc fratres? Quia timet ne comburantur uerimenta quibus in festiuitate induitur. Rogo uos fratres, qui in arca sua non uult scintillam ignis includere, quare in anima sua flammam iracundiae non timet accendere? Sed quare hoc fiat, manifeste & euidenter cognoscimus. Ideo enim in arcam ignem non mittimus, quia diligimus uestem nostram: flammam uero iracundiae ideo non extinguimus, quia non solum non diligimus, sed etiam odio habemus animam nostram, secundum id quod scriptum est, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et ideo fratres

charissimi I iij

Isaia. 66.

E

F

Psal. 10.

Tomus decimus.

Gharissimi exempla ista attentius cogitates, arcellas interiorum, id est, conscientias nostras quantum possumus cum dei adiutorio custodire diligentius studeamus, vt cum dies iudicij aduenerit, in illa aeterna & beata Ecclesia, vbi nunquam habitare poterit malus, vnde nunquam exiturus est bonus, non cum pannis veteribus foras in tenebras exteriores exclusi appareamus, sed stola immortalitatis induti, castitatis vel iustitiae gemmis ornati, elemosynaru luce vestiti, audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Et illud, Serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Ad quod gaudium nos dominus sua protectione perducatur, Qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

Math. 25.

Sermo CCLIII.

**R**ecte festa Ecclesiae colunt, qui se Ecclesiae filios esse recognoscunt. Haec enim omnium credentium mater est, quae natos a morte regenerat ad salutem. Haec est post synagogam quidem vocata, sed ante synagogam promissa. Haec enim iam in primo homine praefigurata est. Nam sicut ex Adae laete fabricata est Eua, ita ex Christi corpore & vulnere redempta creuit Ecclesia. Haec intra arcam diluuii exundante seruata, crucis beneficium & baptismatis mysterium praesignauit. Hanc Sara sterilis & desperata in senectute vnico pignore saecundata praecinit, quod Ecclesia vnicum, id est, dilectissimum deo populum saeculo iam senescente progeniuit. Haec est regina illa, de qua ad dominum dicitur, Assitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato circumamicta varietate: id est, diuersarum circumdata precioso decore virtutum. Haec est illa regina, quae venit a partibus Aethiopiae audire sapientiam Salomonis. Sed haec non tam ex vna regione quam ex vniuersis mundi partibus reges partitura conuenit, sicut etiam Euangelista commemorat: Regina austri venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis. Venit Ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum, vt de stultitia erroris doctrinam perciperet veritatis. De qua plenius sicut audiuimus regnorum scribit historia ita dicens, Et ingressa regina Hierusalem cum multo comitatu & diuitiis, cum camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas preciosas, venit ad Salomonem, & locuta est ei vniuersa quae habebat in corde suo. Ergo in figura reginae huius Ecclesia venit ex gentibus, & a finibus terrae, imponens finem cupiditatibus vitiosisq; terrenis, vt audiret sapientiam Salomonis, id est, veri pacifici domini nostri Iesu Christi, qui fecit vtraque vnum, soluens inimicitias inter deum & hominem in carne sua. Venit post veteres & prophanas superstitiones audire & discere de fidei illuminatione & iudicio futuro, de animae immortalitate, de spe resurrectionis & gloriae. Venit ergo in Hierusalem cum multo comitatu, id est, non iam cum vna tantum gente Iudaorum, sicut prius synagoga solos habuit Hebraeos, sed totius mundi gentibus diuersisq; nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum & gemmas preciosas, & hoc camelis portantibus, id est, ex gentili populo venientibus qui prius fuerant vitiisq; foeditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorum prauitate deformes. Cum his tanquam muneribus regina haec ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens fidei aurum, puritatis incensa preciosa, splendorisque gemmarum, morum scilicet insignia & ornamenta virtutum, & locuta est ei vniuersa quae habebat in corde suo: id est, aperuit ei cor suum, manifestauit ei occulta conscientiae

Gen. 1.

Gen. 7.

Gen. 21.

Psal. 44.

3. Reg. 10.

Math. 12.

3. Reg. 10.

Ephes. 2.

3. Reg. 10.

in confessione & poenitudine praecedentium delictorum. Videamus quid agat haec regina. Videns, inquam, regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam aedificauerat, & cibos mensae eius, & holocausta quae offerebat in domo domini, non habebat ultra spiritum. Quid erat rationis, vt praepotens regina domus expensas, & cibos regios tantopere miraretur? Ergo hoc loco aliqua maiora nos oportet inquirere. Vidit ergo Ecclesia ex gentibus congregata sapientiam Christi, id est, post carnalia instituta gentilium, post humanam & animalem doctrinam philosophorum, accepit intellectum salutis & vitae, inspexit spiritualium membra honorum, agnouit verum fabricatorem caeli & terrae, & potentissimum humani generis conditorem, de cuius sapientia dicitur, Omnia in mensura & pondere & numero constituisti. Vidit & domum quam aedificauerat, id est, incarnationem hominis assumpti, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vidit & cibos mensae Salomonis, id est, illos de quibus dominus dicebat, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui me misit patris. Cibus enim Christi est salus nostra, reficitur caelestibus epulis, profectibus nostris. Cibus eius sumus, dum acquisiti Ecclesiae in membra eius corpusque transfusimus. Vel cibus eius altaris sacramenta caelestia sunt, de quibus dicitur, Panem caeli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Vidit & holocausta eius, orationum sine dubio supplicationumque mysteria, & obstupuit vbi vidit inestimabiles diuitias domini sui dixitq; ad regem, Verus sermo est quem audieram in terra mea super sermonibus tuis & super sapientia tua, & non credebam narrantibus donec ipsa veni & vidi oculis meis, & probaui quod media pars nunciata mihi non fuisset. Maiora sunt sapientia & opera tua, quam rumor quem audiui. Cum ergo peruenerit regina haec siue Ecclesia siue quaecumque anima sancta in aeternam Hierusalem, id est, visionem pacis, & ingressa fuerit beatam requiem & gloriam caelestium promissorum, multo plura & magnificentiora perspiciet quam ei sunt in hac terra per sacra eloquia, per prophetas atque Apostolos nunciata. Nunc enim tanquam in speculo & in enigmate, tunc autem oculis suis videbit, id est, facie ad faciem, Tunc beata & illustris anima inter stupendas remuneratoris sui constituta diuitias, ineffabilibus reginae huius verbis vt ad deum poterit dicens, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, maiora sunt opera tua, quam rumor quem audiui, Et reuera id quod parat deus diligentibus se, fide non comprehenditur, spe non tangitur, charitate non capitur, desideria & vota transgreditur. Acquiri potest, aestimari non potest. Habet de perceptione fructum, non habet de fatietate fastidium. Ad quae vos bona perducatur, qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die, Sermo habitus in regione tertia, In basilica sancti Petri Carthagenensis.

Sermo III.

**D**ecorem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius diligimus, si & nos ipsi sumus. Quis ergo decor est domus dei & locus tabernaculi claritatis eius, nisi templum eius, de quo Apostolus dicit, Templum enim dei sanctum est, quod estis vos? Sicut ergo in fabricis manufactis cum eleganter & magnifice construuntur, corporalis noster mulcetur aspectus: ita cum lapides viuunt, id est, corda fidelium charitatis vinculo continentur, decor est domus dei, & locus tabernaculi

Sapient. 11.

Coloss. 1.

Ioan. 4.

L.

Psal. 77.

3. Reg. 10.

1. Corin. 13.

3. Reg. 10.

1. Corin. 13.

Sermo CCLIIII. Psal. 25.

1. Corin. 13.

**A** tabernaculi claritatis eius. Discite ergo quod amare debetis, vt amare possitis. Qui enim diligit decorem domus dei, non est dubium quia Ecclesiam diligit, non in fabricatis parietibus & tectis, non in nitore marmorum & laquearibus aureis, sed in hominibus fidelibus, sanctis, deum diligentibus ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex tota mente sua, & proximum suum tanquam seipsum. Sed in congregatione Christiana quantum pertinet ad participationem & communionem sacramentorum, multiplicati sunt super numerum. Alius est ergo numerus, alij super numerum. Numerus est, de quibus dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius. Super numerum autem, Quoniam in magna domo non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, alia quidem in honorem, alia in contumeliam. Numerus ergo vasorum in honorem: super numerum autem vasa in contumeliam. Cum ergo sint ista duo genera vasorum, nunquid dubitamus vbi sit decor domus dei? Si ergo vis diligere, agis quod cantasti, decorem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius. Quare vasa in honorem, & nolo dicas, Quasiui & non inueni. Ideo enim quasiui & non inuenisti, quia quod quasiui tu non fuisti. Similis simili coheret, dissimilis dissimiles refugit. Si fueris vas in contumeliam, proculdubio vas in honorem graue tibi erit ad videndum. Non audis quomodo quidam de quodam dicant, Grauis est nobis etiam ad videndum? Quod tibi graue est ad videndum, quando erit apertum ad inueniendum? Vasa enim ista interiorum hominum sunt. Non utique cum visus fuerit iustus, iam agnoscitur iustus. Eundem aspectum habet iustus & iniustus. Vterque homo, sed non vterque domus dei. Et si ambo Christiani appellantur, vtrunque vas, sed non vtrunque in honorem, sed aliud in honorem, aliud in contumeliam. Nunquid propter mala vasa deserenda est domus magna? Nouit vti deus, id est, dominus magna domus & vasis in honorem & vasis in contumeliam. Sicuti est malorum, male vti etiam bonis: sic econtra dei, bene vti etiam malis. Quantis bonis vtuntur mali? Omnis enim creatura dei bona est, quomodo ea male vtuntur mali? Quomodo eos increpat scriptura dicens, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, vt in concupiscentiis vestris insumatis. Quod nomen acceperunt isti male vtentes bonis dei? Sequitur & dicit, Adulteri. Vnde adulteri? Nescitis quia amicus huius mundi inimicus deo constituitur? Adulteri inquit, Sunt animae adulterae, sunt fornicariae. Discitamus eas. Fornicariae animae sunt, multis diis falsis quodammodo prostituta. Adulterae autem tanquam legitimo iam coniugio copulatae, & ipsi legitimo coniugio non seruantes animae castitatem. Vt hoc dicam expressius, pagani anima fornicaria est, Christiani mali adultera. Pagani anima fornicaria, legitimum virum non habet, sed per diuersa daemonia prostituta corrumpitur. Christiani autem aliqua re adultera est, quia nec castitatem diligit, nec virum deserit. Non ergo vasa sunt in contumeliam. Nouit eis vti deus. Non errat qui creauit, quoniam qui potuit creare, nouit ordinare. Habent in domo magna locum suum. Si autem quaeris a me, quomodo eis bene vtatur deus? Fateor, dei consilium sicut homo explicare non possum. Noui enim cum Paulo Apostolo expauescere, quod etiam ille cum consideraret & expaui, & expauescens exclamauit, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius, Quis

Math. 22.

Psal. 99. 2. Tim. 2.

Psal. 25.

Sapient. 2.

1. Tim. 4.

Iacobi. 4.

2. Tim. 2.

2. Petri. 8.

Roma. 11.

enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuetur illi? Quonia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Nobis consideratio, admiratio, tremor, exclamatio, quia nulla penetratio. Ipsi autem quid? Gloria in secula seculorum. Siue de vasis in honorem, siue de vasis in contumeliam, ipsi gloria in secula seculorum. Alios coronat, alios damnat, nusquam errat. Alios probat, de aliis probat, omnes ordinat. Quid faciunt, inquit, in hoc mundo homines mali? Responde mihi, in fornace aurificis palea quid facit? Puto non ibi esse sine causa paleam, vbi aurum purgatur. Videamus quae ibi sint omnia. Fornax est, palea est, aurum est, ignis est, artifex est. Sed illa tria, aurum, palea, ignis, in fornace, artifex ad fornacem. Attende etiam istum mundum. Mundus fornax est, palea, homines mali: aurum, homines boni: ignis, tribulatio: artifex, deus. Attende & vide, aurum non purgatur si palea non vratur. Vide autem in hoc ipso Psalmo, vbi diligimus decorem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius. Vide ibi aurum, vide vocem auri, purgari cupit, Proba me domine & tenta me. Proba me, inquit, domine & tenta me, & vide si non ignem quaerit. Proba me & tenta me, vte renes meos & cor meum. Non times ne in igne deficias? Non inquit, Quare? Quia misericordia tua ante oculos meos est. Ecce, inquit, quare securus dico, Proba me domine & tenta me, vte renes meos & cor meum: non quia idoneus sum viribus meis ignem sustinere tentationis, sed quia misericordia tua ante oculos meos est. Qui mihi, inquit, donasti vt aurum probatum essem, in fornace perire permittis? Prorsus mittis purgandum, eicis purgatum. Custodiat dominus introitum tuum & exitum tuum. Vide ipsum exitum, vide ingressum in fornace. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentatione varias incideritis. Ecce audisti ingressum, quare exitum. Facile enim est intrare, exire magnum est. Sed noli timere. Fidelis deus. Nempe quia ingressus fueras, de exitu cogitabas, Fidelis deus qui non vos permittit tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tantatione etiam exitum. Quid est exitum? Vt possitis sustinere. Intraisti, incidisti, sustinisti, existi. Magna materies est purgationis bonorum, abundantia malorum. Nam in multitudine malorum quibus permixti lateant boni, nouit dominus qui sunt eius. Sub manu tanti artificis, auri mica in magna palea perire non potest. Quanta ibi palea quam modicum aurum? Sed noli timere, tantus est artifex vt purgare possit, perdere non possit. Vide aurum beatum Apostolum in ista fornace mundi huius quemadmodum periculis probatur, vt veniamus ad vasa inhonorata quae intus sunt, quibus nouit bene vti dominus magna domus. Apostolus ergo cum periculis probaretur, quid dicebat? Periculis in mari, periculis in deserto, periculis ex genere, periculis ex gentibus. Ista omnia foris sunt. Intus intende, Periculis in falsis fratribus. Alloquor ego aurum dei, alloquor vasa facta in honore, alloquor grana in triturata are, inter paleam laborantia. Tibi dico quisquis audis, non me, sed per me. Esto bonus, tolera malum. Nolo dicas quis est bonus, immo hoc volo dicas, quoniam quantumcumque fueris bonus, non eris sine aliquo malo. Vnde rectissime dicitur, Nemo bonus, nisi solus deus. Sed bonus ille qui fecit bona, deus est. Si ergo bonus deus qui facit bona, & solus ille bonus effector bonorum, quomodo est effector bonorum, si nullus est hominum bonus? Secundum modulum ergo proximum, est & homo bonus. Qui si non esset, deus ipse non diceret, Homo

Psal. 25.

Vbi supra.

E.

Psal. 25.

Psal. 126.

Iacobi. 1.

1. Corin. 10.

1. Tim. 2.

P.

2. Corin. 11.

Luc. 18.

**Matth. 12.** Homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona. **G** Ergo bonus, & tolera malum. Esto simpliciter bonus, & dupliciter tolera malum. Bonus, non nisi intus. Nam si non intus, nusquam bonus. Esto ergo bonus intus, malum tolera & foris & intus. Foris tolera haereticum, tolera paganum, tolera iudaeum, tolera & intus malum Christianum, Quia inimici hominis domestici eius. **Michea. 7.** Patiens molestos multos intus malos stomacharis, indignaris, quasi iam venerit tempus ventilationis. In tritura positus es, in tritura es adhuc, area tritatur adhuc, adhuc grana & manipuli cum gentes credunt ad aream colliguntur. Putas esse te posse in area triticum solum? Erras. Geme in area, ut gaudeas in horreo. Fiant multa mala a Christianis malis. Illi qui foris sunt & nolunt esse Christiani, inveniunt occasiones ad excusationes. Hortatori suo vt credant, ista respondent, Vis me esse quod est ille? Et nominat illum & illum, aliquando & verum dicit. Cum autem non potest inueniri, quid magnum est calumniari? Cum ille non trepidat calumniari, facit alium quod non videt suspicari. Tu cum hominem audieris ista dicentem, Forte quia nostri fratres tuos malos, dicit apud te ipsum: Verum dicit, Periculum in falsis fratribus. Sed noli deficere, quod ille querit, tu esto. **1. Corin. 11.** **H** Esto bonus Christianus vt conuincas calumniosum paganum. Sed ille calumniatur, & de bonis dicit falsa, pleunque illi creditur. Quid facit aurum? Vndique palea est. Ignis sordes punit, non fidem. Esto mundior ipsa exercitatione, esto mundior, valeat tibi ille qui auferat quo sordidior es, non qui opprimat quod aurum es. Et enim si defeceris, peris in palea: & si peris in palea, aurum non eras, sed aurum esse te fingebas. **2. Timo. 2.** Nonit dominus qui sunt eius. Illi autem qui sunt mali, de quibus erubescis quando es inter malos qui sunt foris: memento quod non sint in domo magna vbi es vas in honorem, sed in cotumeliam. Infruxit te Apostolus, regat te deus. Si mali non essent pro quibus oraremus, quando nobis diceretur, Orate pro inimicis vestris: an forte vellemus bonos habere inimicos? Vnde fieri potest? Non habebis bonum inimicum, nisi fueris malus. Si autem fueris bonus, inimicus tuus non erit nisi malus. Orate pro inimicis vestris. Ergo boni orate pro malis. Redi ad cor tuum. O tu qui in ista fornace purgari, si potuit esse vox tua: Proba me domine & tenta me, vte renes meos & cor meum, quonia misericordia tua ante oculos meos est, & ecce redi ad cor tuum. **Psalm. 25.** **I** Sub deo es, oratione futurus es. Occurrit tibi qui te laetit, occurrit tibi qui te pressit, occurrit tibi qui te spoliavit, occurrit tibi qui te in carcerem misit. Eia attende cor tuum, respice dominum tuum. Ecce malus inimicus tuus, ecce bonus dominus tuus. Nocet tibi inimicus tuus malus, ora pro inimico tuo dicit tibi dominus tuus bonus. Inter inimicum tuum malum & dominum bonum, quid tu factururus es? Contra hunc oraturus, aut huic obtemperaturus? Suscipis ex praecepto domini tui orare pro maligno inimico tuo illo: quid factururus es? Dominus iussit, dura iussit, sed magna promissit. Quae dura iussit? Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus vos. Dura sunt, sed propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Vnde tibi viribus tuis custodire vias duras, nisi quia misericordia tua ante oculos meos est? Ecce dura iussit, amara iussit, vide quae promissit. Orate pro persecuentibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in caelis est. Si tibi diceret, Ora pro inimico tuo, vt sis filius patris tui, ne exhareditet te pater carnalis, quia hoc tibi relicturus est, quod hinc non est

ablaturus, timeres & faceres: promittitur tibi pro his du **K** ris, vt sis filius altissimi, cogita patrem, & agnosce haereditatem. Dic ergo, Incipe ergo orare pro inimico tuo illo magno, qui tibi multa mala fecit, qui te in multa dura congessit. Incipe pro illo orare, & vide cor tuum litigare tecum. Quod ergo vis, quod tibi placet, quo delectaris secundum interiorem hominem, quod obtemperas domino tuo & oras pro inimico tuo, aurum est. Quod vero cum orare coeperis, incipit tecum carnalis infirmitas litigare, ipsae sunt sordes a quibus te vult deus in fornace purgare. Exercere ergo in mediis malis, ob bone, si quis es bonus, non de tuo bono quia fuisti malus, sed de dei bono qui nunquam est malus. Exercere in mediis malis. Nec mihi volo dicas, saltem si necesse esset propter exercitationem nostram vt essent mali, pauci essent mali, & boni multi essent. Non attendis, quia si pauci essent, multis non nocerent. Vtique considera vir prudens, quia si multi boni essent, & pauci mali essent, pauci mali multis bonis nocere non auderent. Si non auderent, non exercerent. Nunc vero quia multi sunt mali, laboratur a paucis bonis inter multos malos. Et cum laboratur, sudatur: & cum sudatur, aurum purgatur. Esto ergo in decorem domus dei. **L** iam tecum in corde tuo litigauit infirmitas, inuoca vt vincas, assit tibi deus, adiuet qui iubet. Iam factus es victor infirmitatis tuae, iam suscepisti animo & fructum orandi pro inimico tuo, vide quid boni est. Compara illum tibi. Ille meditatatur tentationes, tu fundis orationes. Ille si nocet, palam nocet. Tu quod pro illo oras, deus nouit. Ille non credit, quia cor tuum non discutit. Cum ergo palam nocet, tu occulte oras. In isto torculari Ecclesia comparata est. Vide si non ille qui palam nocet amurca est currens per publicum. Amurca per publicum currit, oleum autem ad sedem suam occultos transitus habet. Vt occulte transeat, in magnitudine apparet. Quam multi enim, ob fratres mei, quam multi in ista conflictatione rerum, in huius mundi malitia, in ista malorum abundantia subtraxerunt se & conuersi sunt ad deum, & valserunt mundo, & coeperunt pauperibus res suas donare, qui paulo ante rapiebant alienas. Sed multi raptores, inuatores, spoliatores, publice apparent, amurca illa est per plateam currens. Illi autem, vnus hinc, vnus inde corde coniuncto mala faciens, mala permanere erubescens, dei monita cogitans, spem seculi irridens, spem caelestis expectans, mutans amores & mores, oleum sanctitatis est, vas in honorem est in domo magna, aurum est in fornace, granum est in horreo. Ibi est decor domus dei, Qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

**Eodem die, Sermo CCLV.**  
**S**icut optime nouit sanctitas vestra fratres, consecrationem altaris hodie celebramus, & iuste ac merito gaudentes celebramus festiuitatem, in qua benedictus vel vnctus est lapis, in quo nobis diuina sacrificia consecrantur. Sed quando festiuitates istas colimus fratres charissimi, diligenter debemus attendere, & totis viribus laborare, vt quod in templis vel altaribus visibiliter colitur, in nobis inuisibiliter coplearur. Quia quantum sancta sunt templa quae videmus de lignis & lapidibus fabricari, tamen plus apud deum preciosa sunt tepla cordis & corporis nostri, quia illa sunt ab homine carnali, ista ab artifice mundi. **Psalm. 118.** **Hier. 17.** Templum de lignis & lapidibus humano ingenio coponuntur, templa corporum ipsius caelestis artificis manu fabricantur, sicut scriptum est, Manus tua fecerunt me & plasmauerunt me. Et iterum, Prius quam te formaream in vtero

**A** in vtero noui te. Nam quod templa succeduntur, ita econtrario qui charitatis luce repletus est, si negligens fuerit, cito refrigerat charitas, & cupiditas inardescit. Ergo nec ille desperet qui malus est, quia cito potest resurgere: nec ille qui bonus est, aut negligens remaneat, aut aliquid de sua virtute praesumat, ne gaudium suum conuertatur ad luctum. Et ideo dilectissimi fratres, castitatem corporis, puritatem cordis cum dei adiutorio seruare quantum possumus studeamus. His enim rebus ignis in nobis charitatis vel compunctionis semper accenditur & nutritur. Qui enim nec castitatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quotiens sanctae solennitates adueniunt, in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi luctum. Quale enim gaudium conscientia illa potest habere, in cuius anima multis vitiis occupata magis diabolus probatur habitare quam Christus? Quale gaudium potest habere anima, quae iracundiae furore succenditur, cupiditatis nigredine obscuratur, superbiae amarissimo felle repletur, inuidia veneno percussitur, luxuriae sordibus inquinatur? Nos vero fratres charissimi etiam si nobis aliqua, vt solet fieri, peccata surrepunt, quantum possumus cum dei adiutorio laboremus, ieiunius, vigiliis, orationibus, elemosynis mundare sordida, lapla construere, templum dei viuui reedificare, vt veniens dominus in nobis nihil inueniat quod oculos suae maiestatis offendat, quia de ipso scriptum est, Ecce sto ad ostium & pulso, si quis surrexerit & aperuerit mihi, intrabo & conabo cum illo, & ille mecum. Et iterum, Ego & pater veniemus & mansionem apud eum faciemus. Quam beata est illa anima, in qua pater & filius venientes, non solum habitare vel manere, sed etiam conare dignantur. Quod autem dixit, Conabo cum illo & ille mecum, scimus euidenter quia **1. Corin. 3.** **Leuit. 2. 6.** **2. Corin. 6.** **3. Reg. 6.** **Altaria duo.** **Sacrificium duplex a nobis querit deus.** **C** apostolus Paulus ostendit dicens, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Et per Prophetam dominus dicit, Et habitabo, inquit, in eis, & inambulabo. Et quia, sicut ipsi vidistis fratres, habitare & inambulabo desiderat in nobis deus, cum ipsius adiutorio ita cor nostrum studeamus bonis semper cogitationibus occupare, & corpora nostra ab omni sordide luxuriae munda vel casta iugiter custodire, vt deum in nobis delectet habitare. In templo enim a Salomone aedificato legimus duo altaria fuisse constituta, vnū foris, aliud intus. In illo quod foris erat, animalium cedebatur sacrificium. In illo vero altari quod intus erat, thymiamatis offerebatur incensum. Videamus ergo fratres, ne forte in nobis duo sint altaria constituta, corporis scilicet & cordis nostri. Denique duplex a nobis sacrificium querit deus, vnū vt simus casto corpore, aliud vt mundo corde esse debeamus. Ergo in exteriori altari, id est, in corpore nostro offerantur opera bona, in corde odore suauitatis redoleat cogitatio sancta. In altari cordis nostri iugiter quod est deo placitum operemur. Tunc enim ordinem legitimum consecrationis altaris cum gaudio celebramus, quando altaria cordis vel corporis nostri munda & pura in conspectu diuinae maiestatis offerimus. Nam nescio qua frōte, aut qua conscientia optat in altaris consecratione gaudere, qui in cordis sui altari non studet munditiam custodire. Nos vero fratres charissimi, ita agere studeamus vt semper festiuitatem duplicem celebrare mereamur, & quomodo de templi vel altaris consecratione gaudemus, sic inuisibiliter de corporis castitate vel animae puritate spirituale gaudium habere mereamur. Et hoc considerate fratres, quod in illo altari quod a Salomone legimus dedicatum, iugiter quotidianus ignis ardebat, quod vtinam

& in nobis pietas diuina perficiat. Vnde non solum orationibus sed etiam bonis operibus placatus est deus, vt in altari cordis nostri ignem suum semper accendat, illum de quo ipse dixit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Quia duo sunt ignes, cupiditatis scilicet & charitatis, & vnus de parte dei, alter de parte diaboli: vnus deuorans omnia mala, alter vniuersa bona consumens: consideret vnusquisque conscientiam suam, & si in se videt ignem cupiditatis ardere, cum dei adiutorio festinet extinguere, quia nihil in illo boni remanere poterit, quae ignis cupiditatis accenderit: sicut econtrario nihil in eo mali remanebit, in quo ignis arserit charitatis. Flamma enim cupiditatis in corde peccatorum velut in altari deuorans omnia bona, diabolico ardore suauitatis exhalat, in anima vero sancta velut in sacrosancto altari, flamma charitatis quaeque superuenierint mala consumens, deo odorem suauitatis exhibet. Et quia vnusquisque cor altare est, aut dei aut aduersarij, sicut iam dixi, attēdat vnusquisque conscientiam suam, & si cupiditatis igne consumitur, elemosynarum refrigerio mitigetur, quia scriptum est, Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Qui ergo cupiditate consumitur, subtrahat a se opera mala, & quod bonum est exercere conetur. Qui vero flamma charitatis accenditur, semper bonis operibus augeatur, & nutritur in se ignem quem in eo Christus dignetur accedere.

**Eodem die, Sermo V.**  
**E**lebritas huius congregationis, dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista, domus autē dei nos ipsi. Si domus dei nos ipsi, nos in hoc seculo aedificamus, vt in fine seculi deducemur. Aedificium, in quo aedificatio habet laborem, dedicatio exultationem. Quod hic fiebat quando ista surgebant, hoc fit modo cum congregantur credentes in Christum. Credendo enim quasi de syluis & montibus ligna & lapides praeduntur: cum vero catechizantur, baptizantur, formantur, tanquam inter manus fabricorum & opificum dolantur, colliniantur, complanantur. Veruntamen domū domini non faciunt, nisi quando charitate compaginantur. Ligna ista & lapides si non sibi certo ordine cohererent, si non se pacifice innecterent, si non se inuicem coherendo sibi quodammodo amaret, nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene sibi coherere, securus intras, ruinam non times. Volens ergo dominus Christus intrare, & in nobis habitare, tanquam aedificando dicebat, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Mandatum, inquit, nouum do vobis. Veteres enim eratis, domum mihi nondum faciebatis, in vestra ruina iacebatis. Ergo vt eruamini a vestrae ruinae vetustate, vos inuicem amate. Consideret ergo charitas vestra, aedificari adhuc istam domū toto sicut praedictum est & promissum orbe terrarū. Cum enim aedificatur domus post captiuitatem, sicut habet alius Psalmus, dicitur, Cantate domino canticū nouum, cantate domino omnis terra. Quod ibi dixit, canticum nouum: hoc dominus dixit, mandatum nouum. Quid enim habet canticū nouum, nisi amorē nouum? Cantare amantis est. Vox huius cantoris, feruor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus. Dominū enim amamus, quo nihil melius inuenimus. Ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipso, tamē propter ipsum. Ille enim veraciter amat amicum, qui deum amat in amico, aut quia est in illo, aut vt sit in illo. Haec est vera dilectio, propter aliud si nos diligimus, oderimus potius quam diligimus. Quid enim amat? Iniquitatem.



G Quid odit? Forte vicinum suum, forte vicinam suam. Expatescat, odit animam suam. Odium animae, amor nequitiae. Ergo contra odium nequitiae, amor animae. Qui diligitis dominum, odio habete quod malum est. Bonus est deus, malum est quod amas, & te ipsum malum amas. Quomodo amas deum, cum adhuc amas quod odit deus? Audisti enim, quia deus dilexit nos, & verum est. Dilexit nos, & quales dilexerit, si attendamus, erubescimus. Sed ideo non erubescimus, quia diligendo tales fecit esse nos. Erubescimus recordatione praeceptorum, gaudeamus spe futurorum. Quare enim erubescamus quod sumus, & non potius confidamus, quia spe salui facti sumus? Denique audiimus, Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescunt. Si recedat lumen, redit ad confusionem. Accedite ad eum & illuminamini. Ergo ille lumen, nos sine illo tenebrae. Si recesseris, in tuis tenebris remanebis: si accesseris, non de tuo lucebis. Fuiſtis enim aliquando tenebrae, ait Apostolus fidelibus & infidelibus, Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Si ergo lux in domino, tenebrae sine domino. Porro si lux in domino, & tenebrae sine domino, Accedite ad eum & illuminamini. Attendite in Psalmo dedicationis, quae modo cantauimus ex ruina aedificiorum. Conscidisti saccum meum: hoc pertinet ad ruinam, Quid ergo ad aedificium? Et accinxisti me letitia. Vox dedicationis, ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Quis est qui loquitur? In verbis eius agnosce. Si expono obscure est. Ergo verba eius dicam, continuo agnosce. Quis est qui dicit? Eruiſti domine ab inferis animam meam? Cuius anima iam ab inferis eruta est, nisi de qua dictum est alio loco, Non derelinquas animam meam in inferno? Proponitur dedicatio & cantatur liberatio canticum dedicationis domus, & dicit, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, & non iocundasti inimicos meos super me. Attendite Iudaeos inimicos, qui se putabant occidisse Christum, vicisse tanquam inimicum, perdidisse quasi hominem ceteris similem atque mortalem. Resurrexit tertia die, & eius vox est, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me. Attendite Apostolum dicentem, Propter quod eum exaltauit, Et non iocundasti inimicos meos super me. Ipse quidem in Christi morte iocundabatur, sed in eius resurrectione, ascensione, predicatione aliqui compungebantur. In eius ergo praedicatione & per Apostolorum constantiae diffamationem aliqui compungebantur & conuertebantur, aliqui obdurabantur & confundebantur, nulli tamen iocundabantur. Modo quando implentur Ecclesiae putamus iocundari Iudaeos? Ecclesiae aedificantur, dedicantur, implentur, quomodo illi iocundantur? Non solum non iocundantur, sed etiam confunduntur, & impletur vox exultantis, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, & non iocundasti inimicos meos super me. Non iocundasti super me, si mihi credant, iocundabis in me. Ne multa dicamus, ad illa quae cantauimus aliquando veniamus. Quomodo dicit Christus, Conscidisti saccum meum, & accinxisti me letitia? Saccus eius erat similitudo carnis peccati. Non tibi vilescit, quod ait, saccum meum, ibi erat inclusum precium tuum. Conscidisti saccum meum. Enasimus ad saccum istum. Conscidisti saccum meum, & ultra non seruimus peccato. Agnosce ibi vocem tuam, ut cantet tibi gloria mea & non compungar. Modo enim cum istas corporis mortales sarcinas baiulamus, non deest unde compungamur. Nam si cor non compungitur, quare peccatus tunditur? Cum ergo venerit etiam nostri corporis dedicatio, quae praecessit

confunderentur negantes. Nesciunt enim quid boni nobis operati sunt malo suo. Suspensus est saccus, & quasi legatus est impius. Conscidit saccum lancea persecutor, & fudit precium nostrum redemptor. Cantet Christus redemptor, gemat Iudas venditor, erubescat Iudaeus emptor. Ecce Iudas vendidit, Iudaeus emit, malum negotium egerunt, ambo damnati sunt, seipsos perdidit venditor & emptor. Dicat ergo caput nostrum, dicat pro corpore occiso, pro corpore dedicato. Dicat, audiamus, Conscidisti saccum meum, & accinxisti me letitia: id est, conscidisti mortalitatem meam, & accinxisti me immortalitate & incorruptione. Ut cantet tibi gloria mea, & non compungar. Quid est, non compungar? iam contra me non ferat lanceam persecutor. Ut non compungar. Christus enim surgens a mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Quod autem mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & nos, inquit, existimemus nos mortuos esse peccato, viuere autem deo in Christo Iesu domino nostro. Ergo dum nouam constructionem sanctae huius Ecclesiae libere attendimus, quam diuino nomini hodie dedicamus, inuenimus a nobis deberi & deo nostro maximam laudem, & sanctitati vestrae congruum de diuina domus aedificatione sermonem. Tunc autem sermo non ster congruus erit, si in se aliquid aedificationis habeat, quod utilitati animarum vestrarum deo vos interius aedificante proficiat. Quod hic factum corporaliter videmus in parietibus, spiritualiter fiat in mentibus: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus & lignis, hoc aedificante gratia dei perficiatur in corporibus vestris. Principaliter ergo gratias agamus domino deo nostro, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, & eius bonitate tota cordis alacritate laudemus, quoniam ad construendam istam domum orationis fidelium suorum uisitauit animum, excitauit affectum, surrogauit auxiliu, inspirauit necdum uolentibus ut uellent, adiuuuit bonae uoluntatis conatus ut facerent, ac per hoc deus qui operatur in suis & uelle & perficere pro bona uoluntate, haec omnia ipse coepit, ipse perfecit. Et quia opera bona in conspectu suo nunquam esse permittit inania, fidelibus suis quibus operantibus praebuit uirtutis suae fauorem, tribuit condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agenda sunt gratiae deo nostro. Hanc enim Ecclesiam quam fecit nomini suo construi, fecit etiam sanctorum martyrum reliquiis amplius honorari. M Hic sermo in ueteribus fuit hoc modo. Ita & nos, inquit, existimemus nos mortuos esse peccato, viuere autem deo, in Christo Iesu domino nostro. Ergo in illo catamus, in illo dedicati sumus. Quod enim caput praecessit, & membra secutura speramus. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quae uidetur, non est spes. Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus, per patientiam aedificamur. Forte autem est illic & vox nostra, si bene attendamus, si diligenter intueamur, si oculum acutum geramus: non quemadmodum solent corporum caeci amatores. Si ergo spiritalem oculum intendamus, in istis uocibus domini nostri Iesu Christi & nos ipsos inueniemus. Non enim frustra dixit Apostolus, Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est cum illo, ut euacuetur corpus peccati, & ultra non seruimus peccato. Agnosce ibi vocem tuam, ut cantet tibi gloria mea & non compungar. Modo enim cum istas corporis mortales sarcinas baiulamus, non deest unde compungamur. Nam si cor non compungitur, quare peccatus tunditur? Cum ergo venerit etiam nostri corporis dedicatio, quae praecessit

A praecessit in domini exemplo, tunc non compungemur. Compunctionem enim quam habemus de peccato, significauit lancea percussoris: denique quoniam scriptum est, a muliere initium factum est peccati, & per illam omnes moriuntur: recolite de quo membro facta est, & uidete ubi dominus lancea compunctus est. Recolite, inquam, recolite primam conditionem nostram. Non enim frustra, ut dixi, uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruimus peccato. Nempe Eua a qua factum est initium peccati, sumpta est ut formaretur de latere uiri. Dormiens iacebat ille cum factum est, mortuus pendebat iste cum factum est. Cognata duo sunt, somnus & mors, latus & latus. Compunctus est dominus in loco peccatorum. Sed de illo latere facta est Eua, quae nos peccando mortificaret. De isto autem latere facta est Ecclesia, quae nos pariendo uiuificaret.

DIVI AVRE

LII AVGVSTINI HIPPONENSIS Episcopi opus sermonum de sanctis tam in specie quam in genere siue communi, quorum festiuitates praecipue sancta celebrat Ecclesia, eo ordine quo occurrunt.

DE SANCTO ANDREA.

In uigilia sancti Andreae, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Stabat Ioannes et ex discipulis eius duo et cetera: quae habetur in expositione doctoris, Ibidem. In festo sancti Andreae sermo, Mirum quibusdam uideatur, et cetera: qui habetur inter sermones de uerbis domini, I X.

DE SANCTO THOMA.

In festo sancti Thomae Apostoli, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, et cetera: quae habetur in expositione doctoris, Ibidem.

DE SANCTO STEPHANO.

In festo sancti Stephani, Sermo I.

RATRES charissimi celebramus hesternam die natalem quo rex martyrum natus est in mundo, hodie celebramus natalem quo primarius martyrum migravit ex mundo. Oportebat enim ut primus immortalis pro mortalibus susceperet carnem, & sic mortalis pro immortali contemneret mortem. Et ideo natus est dominus ut moreretur pro seruis, ne seruis timeret mori pro domino. Natus est Christus in terris, ut Stephanus nasceretur in caelis. Ingressus est dominus mundum, ut Stephanus ingrederetur in caelum. Altus ad humilia descendit, & humilis ad alta ascendit. Filius dei factus est hominis filius, ut filios hominum faceret filios dei. Fecit Christus mirabilia, fecit & Stephanus. Sed Christus fecit sine Stephano: Nunquid Stephanus potuit facere sine Christo? Viuebat Stephanus de Christo, sicut sarmentum de uite. Miraris fructum de sarmento pendente, uide sarmentum in uite manentem. Eia sancte Stephane, dic aliquid Iudaeis ut incipias lapidari & possis coronari. Iaculare uerba, & excipe sa-

xa. Dic aliquid de incircuncis cordibus, & morieris lapidibus. Dic aliquid de eo cuius nomen nolunt audire, Erubescant & sequantur, muta efficiantur labia dolosa. Dic eis ubi uides uinum quem irriferunt crucifixum. Dic eis ubi uides, hic non uinis, sed cum illo melius uinis. Dic eis quia nihil est quod fecerunt, uisus que occiderunt. Dic eis quia uides ad dexteram patris stantem quem irriferunt in cruce pendentem. Et ille, inquit, Ecce uideo caelos apertos & filium hominis stantem ad dexteram dei. At illi clamantes continuerunt aures suas, Aures clauserunt & ad lapides cucurrerunt, impetumque fecerunt omnes in eum, & lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Adhaesit anima mea post te, quia lapidatur caro mea pro te. Accipe spiritum meum, & redde mihi promissum tuum. Orauit Christus pro suis crucifixoribus, orauit & Stephanus pro suis lapidatoribus. Dominus Iesus Christus orauit affixus ligno, Stephanus genu flexo. Qui stando suum spiritum commendauit domino, pro illorum delicto fixo genu oraui: Orabat dominum pro inimicis ut amicus dices, Certe ego patior, ego lapidor, in me sciunt & in me fremunt, sed ne statuas illis hoc peccatum, quia ut hoc dicam tibi a te primo audiui. Ego seruus tuus patior, sed multum interest inter me & te. Tu dominus, ego seruus. Tu uerbum ego auditor uerbi. Tu magister, ego discipulus. Tu creator, ego creatus. Tu deus, ego homo. Multum interest inter peccatum istorum qui lapidant me, & illorum qui crucifixerunt te. Quando ergo dixisti, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: pro magno peccato petisti, & me pro minimo petere docuisti. Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatum: tanquam diceret, Ego patior in carne, isti non pereant in mente. Illi lapides mittebant, & sanctus Stephanus orationes fundebat, Magna pietas fratres, magna clementia, Prosum qualia in mensa domini sui comedit, talia & ipse in suo conuiuio preparauit. Scriptum est in lege, Ad magnam mensam sedisti, scito quoniam talia te oportet preparare. Talia ergo in oratione exhibuit, qualia in sui domini mensa comedit. Dominus Christus dixit, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: sanctus Stephanus dixit, Ne statuas illis hoc peccatum: & hoc dicto obdormiuit in domino. O somno pacis: Quid illo somno tranquillius? Quid illo somno quietius? Qualis ibat ad amicos, qui sic diligebat inimicos? Nam ut nouerit sanctitas uestra, quantum ualuerit oratio sancti Stephani martyris, recurrere nobiscum ad illum adolecentem persecutorem nomine Saulum, sicut ex libro dum legeretur audiuius: Qui cum Stephanus lapidaretur, & ab ipso omnium lapidantium uerba uentarentur, ut tanquam in manibus omnium ipse lapidari uideretur: hic cum iret in uiam, subito circumfuit eum, lumen de caelo, & audiuit uocem dicentem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum caesterrare. Et ille, Et tu quis es domine? Et dominus ad eum, Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Quid mihi & tibi? Quare te erigis contra me, ad tanta mala quae commisisti in me? Olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus oraui pro te, Saule, Saule quid me persequeris? Sed quia inanis contra nomen meum, ego te faciam seruum meum. O Saule, lupe rapax, comediti, expecta paululum & digeres. Dicam plane, elisus est filius perditionis. Nam si sanctus Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ergo quod fecit Saulus, patitur Paulus. Quod fecit persecutor, patitur praedicator. Quod fecit lupus, patitur agnus:

**G**agnus: quia sic est in tali homine vindicandum, ut dicat pari quod faciebat. Sentiat & ipse quod aliis inferebat. Dicitur Anania à domino Iesu Christo, Vade ad eum & signa eum signo meo. Multa enim patietur pro nomine meo. Abiit Ananias, baptizauit Saulum, & fecit ex lupo agnum. Cœpimus habere nos predicatorem, quem sanctus Stephanus habuit lapidatorem. Sic ergo exauditus est sanctus Stephanus, ut eius orationibus deleteretur peccatum quod commiserat Saulus. Commendemus ergo nos orationibus eius. Multomagis enim nunc exauditur pro bene oratoribus suis, à regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo II.

**R**ost extremum festiuissimum diem quo salutaris nostri Christi nobis natiuitas illuxit, & iam hodiernus dies beati martyris Stephani corona illustratur, Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est ipso principio Ecclesie, id est in ipsa urbe Hierosolyma. Ibi enim diaconus ministravit, & in ipso iuuentutis flore decorem ætatis suæ sanguine purpurauit. Passio eius insignis est, multumque mirabilis. Hanc modo de libro Actuum Apostolorum cum legeretur audiuius non solum, sed etiam oculis spectauimus. Christus ergo caput martyrum prior passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia eius. Cuius passionis vestigia prior secutus beatus Stephanus confitendo Christum, lapidatus à Iudeis coronam meruit tanquam suo sibi nomine positam. Stephanus enim Græce Latine corona appellatur. Iam corona nomen habebat, & ideo palmam martyrii suo nomine præferbat. Qui cum lapidaretur, non solum non expectabat de persecutoribus reportare vindictam, sed eis potius de deo veniam postulabat. Meminerat enim dixisse dominum, Mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Et iterum, Ne dixeris viciscar me de inimicis meis, sed expecta dominum ut tibi auxilium sit. Expectare nos iubet dominus deus, ut in die futura retributionis cum sanctis martyribus vindicemur. Beati enim qui expectant dominum, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram illam scilicet terram quæ iustis est preparata. Tu autem ô Christiane quæris vindicari de aduersario tuo qui tibi forsitan iniuriam fecit, æstus, furis, anhelas, festinas vindicari, attende Christum medicum ægritudinis tuæ, attende redemptorem animæ tuæ. Propter te pependit in ligno, & nondum est vindicatus; & tu vis vindicari, & non vis tantum & tale magistru imitari? Ideo pati voluit, ut tibi patientiæ suæ demonstraret exemplum. Vide pendentem, & tibi languenti de suo sanguine medicamentum conficientem. Vide pendentem, & tibi de ligno tanquam de tribunali præcipiente. Audi precantem, Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus; dicitis mihi, ego non possum. Ego enim homo sum, ille deus homo. Deus ergo ut quid homo, si non corrigitur homo? Sed hæc tibi loquor ô homo: Multum est à te imitari dominum tuum. Attende Stephanum conferuum tuum. Certe Stephanus homo erat an deus? Planè homo erat, hoc erat quod tu. Sed quod fecit, non fecit nisi donante illo quem rogas & tu. Vide tamen quid fecit: Loquebatur Iudeis, sciebat & diligebat. Vtrumque debeo demonstrare, & sciebat & diligebat. Audi sciebat; Duræ ceruices. Verba sunt sancti Stephani quando loquebatur Iudeis, Duræ ceruices & non circumcisi corde & auribus, vos semper resististis spiritui sancto. Quem

Prophetarum non occiderunt patres vestri? Audisti sciebat, audi & diligebat, Irati illi facti & grauius inardescerunt & mala pro bonis reddentes ad lapides currerunt, & dei famulum lapidare cœperunt. Hic probemus sancti Stephani patientiam & dilectionem. Hic victorem diaboli triumphatoremque cernamus. Audiuius sciebat aduersus tacentes, videamus si diligit sciebat lapidantes. Ecce Stephanus lapidatur, sic constitutus quasi ante oculos nostros. Ecce membrum Christi, ecce athleta Christi. Inspice illum qui pependit in ligno. Crucifigebatur ille, iste lapidabatur. Ille dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Iste quid dicit: Audiamus illum si forte vel ipsum imitari valeamus. Primò beatus Stephanus stans orauit pro se & ait, Domine Iesu accipe spiritum meum. Deinde genu flexit, & flexo genu ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum: & hoc dicto obdormiuit. Felix somnus & requies vera. Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Sed paululum quæso te sancte Stephane, expone nobis hoc nescio quid, quare pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti? Responderet fortasse quod intelligimus. Pro me stans orauit, quia pro me qui recte deo seruiui orando & impetrando non laborauit, quia qui pro iusto orat non laborat, ideo pro se stans orauit. Ventum est ut oraret pro Iudeis, pro interfectores Christi, pro interfectores sanctorum, pro lapidatores suos, attendit tam multam & magnam esse impietatem ipsorum quæ difficile donari posset, genu flexit & ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Ergo charissimi si non potestis imitari dominum, imitamini omnes martyres sanctos. Homines erant, conserui tui erant. Sicut tu nati erant, sicut tu nati sed à Christo sunt coronati, qui viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo III.

**D**onet mihi dominus pauca dicere salubriter, qui donauit Stephano tanta dicere fortiter. Sic cepit ad suos persecutores loqui, quasi timeret eos. Viri fratres & patres audite. Quid lenius? Quid clementius? Conciliabat auditorem, ut commendaret saluatorem. Blande cepit ut diu audiretur. Et quia hinc fuerat accusatus quod verba dixerat contra dominum & legem, ipsam legem exposuit, ut eius legis esset prædicator, cuius accusabatur esse vastator. Et audiuius & audistis, non sunt nostra multa necessaria, quia multa audistis, hoc tantum exhortandam video charitatem vestram & ædificandam, ut sciatis sanctum Stephanum honorem Christi quesisse, ut sciatis sanctum martyrem testem Christi fuisse, ut sciatis tanta eum tunc miracula in nomine Christi fecisse. Hoc enim salubriter scitis sanctum Stephanum fecisse miracula in nomine Christi, nullum autem miraculum fecisse dominum Christum in nomine Stephani, & ut discernatis seruum à domino, cultorem à deo, adorantem ab adorando. Quando enim discernitis, tunc vos amat. Non enim ille pro se sanguinem, sed pro Christo fudit. Videte cui animam suam commendauerit: Ecce, inquit, video celos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram dei. Vidit Christum, confitens Christum, moriturus pro Christo, perrecturus ad Christum, Dominus in cruce pendens pro inimicis suis ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Stephanus sub lapidibus genu flexo ait, Domine ne statuas illis hoc delictum. Secutus est vestigia pastoris sui, tanquam bona ouis. Bonus agnus secutus est agnum, cuius sanguis tollit peccata mundi. Impleuit quod ait

Apostolus

**A**postolus Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia eius. Sequuntur ergo martyres vestigia domini. Christus in cruce ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: Stephanus sub lapidibus; Domine Iesu accipe spiritum meum. Christus in cruce, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: Stephanus sub lapidibus, Domine Iesu ne statuas illis hoc delictum. Quomodo non posset ibi iste esse ubi erat quem secutus est, ubi erat quem imitatus est? Triumphauit, coronatus est. Sanè corona nostra est ædificatio vestra. Et gaudium nostrum salus vestra, salus & temporalis & sempiterna. Promissionem enim habemus, sicut dixit Apostolus, vitæ præsentis & futuræ, sed salutem præsentem donat deus & hominibus & pecoribus, donat deus & bonis & malis. Hanc autem salutem temporalem, pro æterna salute martyres cõtempserunt. Gaudetis sine dubio quia saluos nos videtis, & nos in Christo de vestra salute gaudemus, sed satagite ut etiam in illo die de vobis gaudeamus, quia quod ait Apostolus, pro sua dispensatione tam magna & ampla ut eius vix vestigia consecutemur, hoc nobis loquebatur quod dicebat. Ei quem ædificabat dicebat, Gaudium & corona mea. Quicumque ergo proficiunt in Christo de laboribus nostris, gaudium sunt & corona nostra, quia nostrum est fideliter dispensare non nostram, sed dominicam pecuniam: vestrum est cum cura & sollicitudine suscipere. Ego enim possum esse dator, non exactor. Et dator non quasi mea rei, sed do vnde & ego viuo, quia ad vnam domum magnam omnes pertinemus, vnum patrem familiam dominum habemus. Cellarium habet amplum, vnde nos & vos viuere possumus. Tantum enim rogemus fastidium detergat, prius donet esuriam, & porrigat panem. Vnde viuo, inde dico. Vnde pastor, hoc ministro. Nam vobiscum pauper sum. Diuitiæ omnes deus noster, vita omnium nostrum beata æterna. Ergo qui gloriatur in domino gloriatur, qui viuunt & regnat deus per immortalia secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo IIII.

**D**es vilius Naue in eremo pugnabat, & Moy ses orabat, Non quia ambo pugnabant, nec ambo orabant, sed vnus pugnabat & alius orabat. Merito qui pugnabat, non deficiebat, quia ille orando vincebat. Ita & ego loqui quidem videor, sed alii orantibus loquor, ut precibus eorum contingat mihi quod dominus ait, Aperi os tuum & ego adimplebo illud, si ille ab vno tantum orante iuuabatur & non superabatur, quantum ego ubi non vnus sed multi rogant deum mecum? Loquendo iam non timebit cor meum, quia laudem domini loquetur os meum. Dominus noster Iesus Christus iubet nobis aliquid, & promittit nobis aliquid. Quod iubet hic est, quod promittit alibi est. Quod iubet finitur, quia temporale est: quia promittit non finitur, quia æternum est. Quod iubet opus est, quod promittit merces est. Hinc aduertat vestra sanctitas quanta est eius misericordia erga nos, ut laborem hic posuerit cum fine, mercedem in cælo sine fine. Et ideo debemus potius hic laborare & postea in cælo mercedem sumere, quam hic mercedem velle accipere, & postea laborare. De quibusdam enim dicit, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Sed forte audis es ad mercedem & piger ad laborem, qua fronte postulas quod promittit deus, si non facis quod iussit deus? Prius audi monitiones, & sic exige repromissiones. Prius, inquam, audi iubetem, & tunc exige pollicentem. Iubet enim nobis & dicit, Diligite inimicos vestros, be

nefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniautibus vos. Audisti opus, expecta mercedem. Ut scis, inquit, filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Attendite ipsum dominum qui hoc iussit quod fecerit. Nonne post tanta quæ in eum commiserunt impij Iudæi, qui retribuebant ei mala pro bonis, pendens in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Oravit in homine qui exaudiuit eum patre. Nam & modo orat pro nobis, orat in nobis, & oratur à nobis. Ut sacerdos noster orat pro nobis, ut caput nostrum orat in nobis, ut deus noster oratur à nobis. Quando ergo in cruce pendens orabat, videbat & præuidebat omnes inimicos, sed multos ex illis futuros amicos præuidebat, ideo omnibus veniam postulabat. Illi sciebat, & ille orabat. Illi dicebat Pilato, crucifige. Ille clamabat, Pater ignosce. In asperis clauis pendebat, sed lenitatem non amittebat. Illis iam petebat veniam, à quibus accipiebat iniuriam. Illi sciebant, illi circumlatabant, illi insultando caput agitabant quod sanum non habebant, quia caput quod est Christus non habebat, & quasi in vno summo medico in medio constituto phrenetici circumquaque sciebat, pendebat ille, & sanabat, Pater, inquit, ignosce illis. Attendite fratres, Magna pietas: Pendebat & tamen petebat. Et non descendebat, quia de sanguine suo medicamentum phreneticis faciebat. Denique fratres post resurrectionem sanauit, quos pendens insanissimos tolerauit, & sanguinem quem fuderunt sequentes, biberunt credentes, & facti sunt sequentes qui erant persequentes. Ecce quare venit Christus non perdere quod inuenerat, sed querere & saluare quod perierat, ut diligendo sciebat inimicos, faceret credentes amicos. Sed ne multum graue esse dicas imitari dominum tuum qui propter te passus est, relinquens tibi exemplum ut sequaris vestigia eius, attende Stephanum conferuum tuum. Homo erat sicut & tu, de massa peccati creatus sicut & tu, eo precio redemptus quo & tu. Diaconus erat, Euangelia legebat, quæ legis vel audis & tu. Ibi inuenit scriptum, Diligite inimicos vestros. Didicit legendo, perfecit implendo. Qui cum à Iudeis saxorum grandine caderetur, non solum non comminabatur, sed insuper lapidatoribus suis veniam precabatur. Positis enim genibus orabat dicens, Domine ne statuas illis hoc delictum. Illi lapidabant, & ille orabat. Illi enim furore persequantur, ille pacatus Christum sequebatur. Illi malitia cecabantur, ille aperto cælo viso dei filio sapientia illustrabatur. Illi lapides mittebant, ille orationes præmittebat tanquam dixisset, Domine si istos modo occideris inimicos, quos postea facies amicos? Denique fratres ut noueritis quantum valuerit oratio sancti martyris Stephani, recurrite nobiscum ad illum adolescentem nomine Saulum. Qui cum sanctus Stephanus lapidaretur, omnium vestimenta seruabat, & tanquam manibus omnium lapidabat. Et postea sicut nostis accepit epistolas à principibus sacerdotum, ut quoscumque inuenisset Christianos viros ac mulieres, vincetos adduceret in Hierusalem, torquendos & puniendos. Hic cum iret in viam, subito circumfulsit eum lumen de cælo, cecidit in terrâ, & audiuit vocem dicentem sibi, Saule Saule, quid me persequeris? Et ille, Tu quis es domine? Et dominus ad illum, Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, quia non stimulum, sed pedes quibus calcitras vulnerabis. Quid mihi & tibi? Quare me persequeris? Quare te erigis contra me malo tuo? Sed contra tanta mala quæ committis in me, olim

G olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus oravit pro te. Elifus est fœuens, erectus est credens. Elifus est lupus, erectus est agnus. Elifus est persecutor, erectus est prædicator. Dicam planius, dicam apertius. Elifus est filius perditionis, erectus est vas electionis. Elifus est Saulus, erectus est Paulus. Nam si martyr Stephanus nõ sic orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ecce quare dominus dicit, Diligite inimicos vestros, quia diligendo inimicum, facis amicum. Sed contra tanta & talia hæc, tu quis es qui nõ diligis? Figis genu, collidis frontem in terram & dicis, Oro vt moriatur inimicus meus. Deus si quid a te promerui, occide inimicum meum. Et vtique tu qui oras vt homo moriatur, malus oras contra malum, & facti estis duo mali, Ille male agendo, tu male orando. Tu malus orando incipis esse, quando dicis, Deus occide malum. Respondet tibi ipse: Quem vestrum? Aduertat sanctitas vestra. Iudex homo per seipsum reum non occidit, sed iubet, & spiculator occidit, Iudex dicit, Occide, & tortor occidit. Et tu quando dicis, Occide inimicum meum, te facis iudicem, & deum quæris esse tortorem. Respondet tibi deus, Non ero prorsus, non ero peccatoris tortor, sed liberator, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuât. Nam si voluntatem tuam haberem, te prius occiderem antequam inuitatus venires. Nõnne me blasphemasti? Nõnne me in tuis malis operibus irastis? Nõnne nomen meum de terra delere voluisti? Nõnne me in præceptis vel in seruis meis contempsisti? Si tunc te occidisset inimicum, quem modo facerem amicum? Quid ergo male orando doces me, quod non feci in te? Immo ergo dicit tibi deus, Doceam te vt imiteris me. In cruce pendens dixi, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Docui hoc milites meos, docui martyres, Prius esto & tu martyr meus, tyro meus aduersus diabolum, aliter inuicte nullo modo pugnabis, nisi pro tuis inimicis oraueris. Conuerfi ad dominum deum patrem: & cætera.

In eodem festo, Sermo V.



Eterno die natalem habuimus domini saluatoris, hodie summa deuotione veneramus sancti martyris Stephani passionem. Hesterno quo redimimur ad præmium, hodierno quo prouocamur ad exemplum. Bene ergo hesternæ solennitati festiuitas hodierna coniuncta est, vt illa credentes eterheret ad vitam, hæc confidentes duceret ad coronam. Omni ergo Ecclesiæ beatus Stephanus datus est ad profectum. Adhuc laicus diaconij meruit electionem, & leuita martyrij obtinuit principatum. In plebe adhuc positus erat, sed iam virtutibus eminebat. Humilis erat, sed celsus fide. Discipulus erat ordine, sed factus est magister exemplo. Quo sequebatur deuotione fidei, præcessit velocitate martyrij. Scriptum est enim de eo in Actibus Apostolorum, quod ad ministerium viduarum sit ab Apostolis deputatus. In hac etiam re quod præpositus est feminis, testimonium meruit sincerissimæ castitatis. Beatus ergo erit fratres charissimi, qui hunc sectatus, qui hunc imitatus fuerit, & pudicitia palmam & martyrij consequitur coronam. De quo & lectio Apostolorum Actuum quæ nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres, cum plurimum habeat in ipsa specie admirationis, non minus tamen continet in mysterio dignitatis. Ecce, inquit, beatus Stephanus, video cœlos apertos, & filium hominis stantem a dextris dei. Considerate attentius dilectissimi fratres, cū beatus martyr do-

minum Iesum Christum ad dexteram dei patris stare K vidisset, cur sese filium hominis videre testatus est, & non potius filium dei, cum vtique plus delaturus honoris domino videretur si se dei potius quam hominis filium videre dixisset? Sed certa ratio postulat vt hoc ita & ostenderetur in cœlo, & prædicaretur in mundo. Omnium enim Iudæorum scandalum in hoc erat, cur dominus noster Iesus Christus qui secundum carnem erat filius hominis, esse etiam dei filius diceretur. Ideo ergo pulchre scriptura diuina filium hominis ad dexteram dei patris stare memorauit, vt ad confutandam Iudæorum incredulitatem ille martyri ostenderetur in cœlo, qui a perfidis negabatur in mundo: & illi testimonium cœlestis veritas daret, cui fidem terrena impietas derogaret. Vnde licet iuxta psalmum qui lectus est, preciosa sit in conspectu domini mors sanctorum eius, si quid tamen distare inter martyres potest, præcipuus videtur esse qui primus est. Nam cum sanctus Stephanus diaconus ab Apostolis ordinatus sit, Apostolos ipsos beata ac triūphali morte præcessit: ac sic qui erat inferior ordine, primus factus est passione: & qui erat discipulus gradu, magister cepit esse martyrio, complens illud quod beatus Propheta in psalmo qui lectus est dixit, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere enim voluit primus Stephanus martyr domino, quod cum omni humano genere accepit a domino. Mortem enim quam saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori. Post hæc subiecit scriptura sacra quæ ait, Positis, inquit, genibus clamauit dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Videte dilectissimi affectum beati viri, videte magnam & admirabilem charitatem. In persecutione positus erat, & pro persecutoribus deprecabatur, atque in illa lapidum ruina quando alius obliuisci poterat etiam charissimos suos, tunc ille domino commendabat inimicos. Quid enim dicebat cum lapidaretur? Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Plus itaque tunc illorum dolebat peccata, quam sua vulnera. Plus illorum impietatem, quam suam mortem dolebat. Et recte plus. In illorum quippe impietate erant multa quæ plangi potuissent, in illius autem morte non erat quod debuisset doleri. Illorum impietatem mors sequebatur æterna, huius autem mortem vita perpetua. Imitemur ergo in aliquo dilectissimi fratres tanti magistri fidem, tam præclari martyris charitatem. Diligamus nos hoc animo in Ecclesia fratres nostros, quo ille tunc dilexit inimicos. Sed quod peius est aliquoties nõ solum inimicos non diligimus, sed ne amicis quidem fidem integram custodimus. Sed dicit aliquis, Non possum diligere inimicum meum, quem quotidie velut hostem patior crudelissimum. O quicumque ille es, attendis quid tibi fecerit homo, & nõ consideras quid tu feceris deo? Cum enim tu multum grauiora in deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum, vt tibi deus dignetur dimittere multum? Recole quid tibi in Evangelio veritas ipsa promiserit, & quam tibi quodammodo cautionem fecerit. Si enim, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet debita vestra. Videtis fratres, quia cum dei gratia in potestate nostra positum esset qualiter a domino iudicemur. Si, inquit, dimiseritis, dimittetur vobis. Nam sæpe dixi, fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat, Qui vel vnum hominem in hoc mundo odio habet, quicumque deo

In eodem festo, Sermo VI.



Voniam video nostras disputationes graphio caraque ligari & nequaquam sumus idonei lectitare, adiuuate me ipsum quæro intercessu vestro apud martyrem istum, quem Gamaliel stolatus reuelauit, Saulus spoliatus lapidauit, & Christus pannis intolutus ditauit, & precioso lapide coronauit. Triumphalis est dies iste beatissimi, triumphalis est dies sancto Stephano martyri, a lapidibus mortuis condemnato, extra ciuitatem lapide præcipitato, corpore per necato, capite vulnerato, lapide conuassato, & angulari lapide coronato. Pulcher erat minister, quia pulcher erat & magister. Pulcher erat vbique Stephanus iste, in corde & in corpore. De magistri pulchritudine catur in Psalmo, Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Et ipsi caturus in Psalmo, Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Stephanus ergo martyri & pulchritudo erat corporis, & flos ætatis, & eloquentia sermocinantis, & sapientia sanctissima mentis, & operatio diuinitatis. Inuidia magna obstiterat Iudæis ob Christianæ causam professionis, Videbant enim Stephanum Iudæi Iudæum, in medio Iudæorum in ciuitate metropolitana parentum suorum disputantem contra sacra Iudæorum, & contra sacrificia, & contra legem, & contra circumcisionem, contra sabbata, exurgentes in iracundiam & concipientes venenata sentia, loquebantur ad inuicem sibi talia verba, Quid est istud? quid est hoc quod agimus? quid facimus? quid dicimus? quid vult sibi iste homo & iuuenis & pulcher, & eloquentissimus & sapientissimus homo? Nam signa magna & mirabilia facit iste homo, & sine causa Christus mortuus est homo, Venire, inquit, fratres simulque conueniamus in vnum, faciamus cõsiliū, confirmemus falsum testimonium. Fecimus contra deum, faciamus & contra famulum. Diximus contra dominum, Expedi vt vnus moriatur quam tota gens pereat: dicamus contra famulum, Exterminemus eum de terra viuentium, & nomen eius nõ memoretur amplius. Quando cõsiliū contra Iesum fecimus, multum nobis profuimus quia prauauimus, circumuenimus, dedimus, accepimus, ligauimus, tradidimus, superauimus, oppressimus, crucifiximus. Amatori cupiditatis dedimus pecuniam, quam de mamonâ iniquitatis distragimus vnusquisque. Ligauimus incapabilem filium virginitatis, tradidimus iudici iudicem aquitatis, superauimus superantem imperium vanitatis, oppressimus opprimentem superbiam calamitatis, conspuimus faciem sanctitatis, & crucifiximus cæci filium maiestatis. Occidimus tamen, sepeliuimus, eiusque sepulchrum anulo nostro signauimus, sed ab angelo resignatum inuenimus. Dicamus, iudicemus sepulchrum signatum custodientibus custodibus, & miraculum resurrectionis videntibus, tantam pecuniam vt Pilato mentirentur contulimus, testimoniamque produximus, & confusione vigilantis caruimus. Sed & nunc o viri quid agemus, quid faciemus, quid dicemus, qui vnum Christum occidimus & multos Christianos conspiciamus? Ecce, inquit, in vno Christo a nobis occiso, ducti sunt discipuli eius de ipso numero & tria & quinq; milia hominum ad eorum baptismum eucurrerunt, multas Iudæas & Græcas & barbaras nationes baptizauerunt, & suis sacrariis præposuerunt. Ecce adhuc quod est nobis peius ac deterius, septem diaconos ordinauerunt, inter quos vnus qui vocatur Stephanus & iuuenis & pulcher & eloquentissimus & sapientissimus est præ omnibus, &

A deo in operibus bonis obtulerit totum perdet, quia non mentitur Paulus Apostolus dicens, Si dederò omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuerò nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioannes confirmat dicens, Omnis enim qui nõ diligit fratrem suum, manet in morte. Et iterum, Qui fratrem suum, odert, homicida est. Hoc loco fratrem, omnem hominem oportet intelligi, omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo enim sine charitate de virginitate præsumat, nemo de elemosynis, nemo de ieiuniis, nemo de orationibus confidat: quia quando inimicitiam in corde tenuerit, neque in istis neque in aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi dominum poterit. Sed si vult habere propitium dominum, nõ dedignetur audire consiliū meum. Audiat nõ me, sed ipsum dominum suum, Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et nos pugnas habemus intrinsecus, & dolos in corde versantes, & quasi qui bonam conscientiam habeamus præsumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptum est, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Sed dicit aliquis, Grandis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres, non paruus quidem labor est in hoc seculo, sed grande erit præmium in futuro. Per amorem enim hominis inimici, efficieris amicus dei: Immo non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse dominus dixit. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo vellet adoptiuū filium facere, quomodo seruire, quas ei dignitates impenderes, etiã seruorum eiusque seruitia durissima, & aliquoties etiam turpissima, sustineres conuitia, vt ad caducam & fragilem hæreditatem ipsius peruenires? Quod ergo ille sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter vitam æternam. Conuincimur enim certissima ratione, quia propter deum possumus quidem, sed nolumus iniuriam sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam facit, si nos etiam in facie maledicit, nec respondere aliquid asperum, non dicam vicem reddere ausi sumus. Quare hoc? Ne ab illa persona potente adhuc maiora quam pertulimus patiamur. Quod a nobis extorquet hominis timor, deberet a nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona contra nos sauit, taceamus & nihil dicere ausi sumus: si vero æqualis aut forte inferior vel leuemus nobis contumeliam fecerit, quasi fera bestia sine vlla patientia, ac sine aliqua dei contemplatione consurgimus, & aut in presenti nostram iniuriam vindicamus, aut certe ad maiorem vicem reddendam nostrum animū præparamus. Quid est hoc quod quando potens persona nobis iniuriam intulit, patienter accepimus: quando inferior, nimio furore succedimus? Quia ibi timuimus hominem, hic deum timere nolumus. Vnde ergo fratres quantum possumus cum dei adiutorio cor nostrum ad patientiam præparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum vicem agere studeamus, & non ipsos homines, sed ipsorum malitiã odio habeamus. Pro bonis oremus vt semper ad meliora conscendant, pro malis vt cito ad emendationem vite per penitentiam medicametã cõfugiant. Quam rem oratibus vobis ipse præstare dignetur, qui cū patre & spiritu sancto viuat & regnat in secula seculorum, Amen.

Tomus decimus.

K signis



G signis miraculorum est plenus, & si est plenus necesse est vt confluat ad eum noster populus, & in nostrā cōfessionem apud omnes Iudæos sit magnificatus, nisi nostris manibus fuerit lapidatus. Cur ergo, inquit, adhuc stamus? Quem expectamus? Quare tardamus Stephanū istum nostrā cōfessionis demonstratorem? Publicum publice rapiamus ad concilium, in nostrum statuamus medium, pontificali perturbemus synodo, testimonio opprimamus falsissimo, faciamus ministro quod fecimus & magistro. Si enim non dubitauimus magistrum lanciare, non debemus dubitare Stephanum lapidare. Conenseruntq; omnes Iudæi impij viri, ad homicidiū semper parati. Rapiunt Stephanū, ad suumq; perducunt concilium. Exagitant & perturbant, & interrogant, audiunt & attendunt. Audiunt sapientissimum, & conspiciunt speciosissimum. O Iudæi semper inimici dei, intendite bene, qui iudicatis non bene. Si ergo iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum. Intendite simul pōtiffices & ministri, sacerdotes & populi omnes, simul Iudæi intendite faciem ministri dei, intendite faciem Stephani si potestis. Moyses enim propter excacationem vestram contra faciem suam posuit velamentum: Stephanus vero ad cōfessionem vestram contra vestrum conuentum resurrectionis annunciat sacramētum. Sed o Iudæi fidem nullatenus miramur in vobis, per multa congruitis iniquitatibus vestris. Qui enim faciem despiciunt speciosissimum, personam suscipitis delatoris, personam Iudæi suscipitis delatoris. Qui despexistis faciem Moyfi legislatoris, personam Iudæi suscipitis crudelissimi delatoris, & ad dedecus vestrum semper additis crimen vestrum. Et Moyses vester quando velamentū posuit contra sanctam faciem suam, nolebat videre criminofam faciem vestram: Stephanus vero reuelata facie sua, speculabatur in cælum gloriam dei filij, ideo videbant vultum eius Iudæi tanquam vultum angeli dei. Et nunc tantummodo beate martyr Stephane terram aspice, cælum conspice, & pontificem sperne, patrem attende. Despice Iudæum & sacerdotem & populū, conspice in cælo patrem & filium & spiritum sanctum. Indica tamen Iudæo quid sit illud quod diu contemparis in cælo. Ecce, inquit Stephanus, video cælum apertum, & Iesum quem crucifixistis, quem illustis morientem, quem signato sepulchro posuistis iacentem, video ego ad dexteram patris stantem. Quid vobis profuit Iudæi, quia crucifixistis filium dei, & filij dei martyrem lapidatis? Ecce duplo labefacti estis, quia ciuitatem vestram amisistis, & ipsum lapidatorum principem perdidistis, & de ciuitate sancta eradicata est vestra planitia. Impleta est enim in Iudæa maledicta maledictio illa Dauidica, Propterea deus destruet te in fine, enellet & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Silentium autem fecerunt turbæ Iudæorum dānabili animositate sua, & super martyrem Stephanum dentibus colubrinis stridebant, quem quasi serpentem in corde habebant, præcipitātq; martyrem sanctum extra ciuitatem suam, præmittētes testimonia, dicentes falsitate, proiciuntq; vestimenta ante Sauli vestigia, & currunt cum lapidibus, vlnas erigunt, brachia dirigunt, petras iaciunt, lapidantq; iustum iniusti procumbentem, morientem, orantem atq; dicentem, Domine Iesu meus, ostensor meus, defensor meus, propter quem scuit in me nudus lapidator meus, exaudi me, exaudi sancte meus, virginis filius, lapis viuus, ad exaudiendum me vnus, intende in me ipsum tui fontis lauacro mundatum, tui salutaris gratia sine macula consecratū,

pro tuo nomine spoliatum humanis lapidatum manibus, sed ab amore Sauli non separatum: Et ne statuas illis hoc peccatum misericors vsque in finem, Stephanus sanctus moriens, & in aeterna pace dormiuit.

Item in eodem festo: Relatio sancti Augustini de miraculis sancti Stephani: Sermo VII.



Daquas Tibilitanas Episcopo afferente Proiecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magna multitudinis concursus & occurfus, ibi caca mulier vt ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur orauit, flores quos ferebat dedit, recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus cunctis qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ duce[m] vterius non requirens. Memorati memoriā martyris, quæ posita est in castello Synicensi quod Hipponensi Colonia vicinum est, eiusdem loci Lucillus Episcopus populo præcedente atque sequente portabat, fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici qui eam secaret operiebat manus, illius piæ sarcinæ vtectione repente sanata est: nā deinceps eam in suo corpore non inuenit.

Eucharis presbyter ex Hispania, Calama habitans, vetere morbo calculi laborabat, per memoriam supradicti martyris quam Posidius illo aduexit Episcopus, saluus est factus. Idem ipse postea morbo alio præualecente mortuus sic iacebat vt ei iam pollices ligarentur, opitulatione memorati martyris cū de memoria eius reportata fuisset, & superiacētis corpus missa ipsius presbyteri tunica suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primarius nomine Martialis, suo iam grauis, & multū abhorrens à religione Christiana. Habebat sanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum agrotantem multis & magnis precibus & lachrymis rogarent vt fieret Christianus, prorsus abnuuit, eosq; à se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius vt ireret ad memoriam sancti Stephani, & illic pro eo quantum posset oraret, vt deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit hoc ingēti gemitu & fletu, & synceriter ardente pietatis affectu. Deinde abscedens de altari aliquid florum quod occurrit tulit, eiq; cum iam nox esset ad caput posuit. Tunc dormitum est, & ecce ante diluculum clamat vt ad Episcopum correretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponem. Cum ergo eum audisset absentem, venire presbyteros postulauit. Venerunt, & statim credere se dixit. Admirantibus atq; gaudentibus omnibus baptizatus est. Hoc quandiu vixit in ore habebat, Christe accipe spiritum meum: cum hæc verba beatissimi Stephani quando lapidatus est à Iudæis vltima fuisse nesciret, Quæ huic quoq; vltima fuerunt: nam nō multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic per eundem martyrem etiam tres podagrici, duo ciues, peregrinus vnus, sed ciues omnimodo: peregrinus autem per reuelationem quid adhiberet quando doleret audiuit, & cū hoc fecisset, dolor cōtinuo cōquieuit. Audurus est nomen fundi vbi Ecclesia est & in ea memoria martyris Stephani. Puerum quendam paruulum cū in area luderet, exorbitantes boues qui vehiculū trahebant rota obtriuerunt, & cōfestim palpitaui expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriā posuit, & non solū reuixit, verū etiā illeſus apparuit. Sanctimonialis quedā in vicina possessione quæ Caspaliana dicitur, cū agritudine laboraret ac desperaretur, ad eandem memoriā tunica eius allata est. Quæ antequā reuocaretur, illa defuncta est. Hac tamē tunica operuerūt cadauer eius parētes.

& rece-

A & recepto spiritu salua facta est. Apud Hipponē Bassus quidam Syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro agrotante & periclitante filia, eoq; secum vestem eius attulerat: cū ecce pueri de domo occurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cū orante illo ab amicis eius exciperentur, prohibuerūt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domū redisset iam suorū ciulatus personantem, & vestem filia quam ferebat super eam proiecit, reddita est vita. Rursum ibidē apud nos Irenæi cuiusdā collectarij filius agritudine extinctus est. Cūq; corpus iaceret exanimē, atq; à lugentibus & lamentantibus exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantiū verba suggestit vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, & reuixit. Itemq; apud nos vir tribunitius Eleusinius super memoriam martyris quæ in suburbano eius est, agritudine exanimatum posuit infantulum filiū suū, & post orationem quam in multis cum lachrymis ibi fudit, viuētem leuauit. Vtali etiā quæ Colonia Vitica vicina est, multa præclara per eundem martyrem facta cognouimus, cuius ibi memoria longe priusquam apud nos ab Episcopo Euodio constituta est. Sed libellorum dandorum ibi cōsuetudo non est, vel potius non fuit, nā fortasse nunc esse iam cōepit. Cum enim nuper illic essemus, Petroniam clarissimam fœminā quæ ibi mirabiliter ex magno atq; diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerāt, languore sanata est, hortati sumus volēte supradicti loci Episcopo vt libellum daret qui recitaretur in populo, & obedientissime paruit. In quo posuit etiam quod hic reticere non possum, à quodam Iudæo dixit sibi fuisse persuasum, vt annulum capillatio vinculo infereret, quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur, qui annulus haberet sub gemma lapidem in ringibus inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio, ad sancti martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagrade in sua possessione mansisset, surgens vt iter perageret, ante pedes suos illum iacentem annulum vidit, & capillatiā zonam qua fuerat alligatus mirata tentauit. Quam cū omnino suis nodis firmissimis sicut fuerat comperisset astrictam, crepuisse atq; exliuuisse annulū suspicata est. Qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inuentus, futuræ salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse præsumpsit, atq; illud vinculum solūes, simul cū eodem annulo proiecit in flumen. Nō credent hoc qui etiam dominum Iesum per integra virginalia matris enixum, & ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt. Sed hoc certe quarat, & si verum inuenerint, credant. Clarissima fœmina est, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat, ampla ciuitas, ampla persona, rem quærentes latere non sinunt. Vnum est apud nos factum nō maius quàm illa quæ dixi: sed tam clarum atq; illustre miraculum, vt nullum arbitrer esse Hipponensium qui hoc non vel viderit vel didicerit, nullum qui obliuisci vlla ratione potuerit. Decem quidam fratres fuerunt, quorū septem sunt mares, tres fœminæ de Cæsarea Cappadociæ suorū ciuium non ignobiles maledictio matris recentis patris eorum obitu destituta, quæ iniuriam sibi ab eis factā acerbissime tulit, tali poena sunt diuinitus cōerciti, vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. In qua fœdissima specie oculos suorū ciuium nō ferentes, quaquaversum cuiq; ire visum est, toto penē vagabantur orbe Romano. Ex his etiā ad nos venerunt duo frater & soror, Paulus & Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iam co-

Tomus decimus.

gniti. Venerūt autem ante pascha fermè dies quindecim, D Ecclesiam quotidie & in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant, orantes vt iam sibi placaretur deus, & salutem pristinam redderet. Venit & pascha, atq; ipso die dominico mane cum iam frequens populus præsens esset, & loci sancti cæcelos vbi martyrium erat, idem iuuenis orans teneret, repente prostratus est, & dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiam per somnum solebat. Stupentibus qui aderāt, atque aliis pauentibus, aliis dolentibus, cum eum quidā vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, & potius exitū expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit & non tremebat, quoniam sanatus erat, & stabat incolumis intus intuentes. Quis ergo se tenuit à laudibus dei? Clamantium gratulantiumq; vocibus Ecclesia vsquequaq; completa est. Inde ad me curritur, vbi sedebam iam processurus, irruit alter quisque post alterum, omnis posterior quasi nouum quod alius prior dixerat nunciantes, meq; gaudente, & apud me deo gratias agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat Ecclesia, personabat vocibus gaudiorum, Deo gratias, deo laudes, nemine tacente, hinc & inde clamantium. Salutari populum, & rursus eadem feruetiori voce clamabant. Facto tādē silentio, scripturarum diuinarum sunt lecta solennia. Vbi autem vterum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore, & pro illius iocunditate latitā. Nobiscum homo praudet, & diligenter nobis omnem suæ fraternæq; ac maternæ calamitatis indicauit historiā. Sequenti itaque die post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastinum populo recitandum promisi. Quod cum ex dominico paschæ die tertio fieret, in gradibus exedra, in qua de superiore loquebar loco, feci stare ambos fratres. Cum eorum legeretur libellus, intuebatur populus vniuersus sexus vtriusque vnum stantem sine deformi motu, alteram in membris omnibus cōtremētum, & qui ipsum non viderant quid in eo diuina misericordia factum esset, in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in illo gratulandum, quid pro illa esset orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de conspectu populi eos abire præcepi, & de tota ipsa causa aliquāto diligentius cœperam disputare. Cum ecce me disputante, voces aliæ de memoria martyris noce gratulationis audiuntur, cōuersi sunt eō qui me audiebant, cœperuntq; concurrere. Illa enim vbi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctum martyrem orare perrexit. Quæ mox vt cancellos attingit, collapsa similiter velut in somnū sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit, vnde ille strepitus latus extiterit, ingressi sunt cum illa in basilicam vbi eramus, adducentes eā sanam de martyris loco. Tum vero tantus ab vtroque sexu admirationis clamor exortus est, vt vox cōtinuata cum lachrymis non videretur posse finiri, perducta est ad eū locum, vbi paulo ante steterat tremens, exultabat eam similem fratri, cui doluerant remanisse dissimile, & nondum suas preces suas pro illa, iam tamen præuiā voluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in dei laude voce sine verbis tanto sonitu, quantum nostræ aures ferre vix possent. Quid erat in cordibus exultantium, nisi fides Christi, pro quo Stephani sanguis effusus est? Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua prædicatur Christus resurrexisse in carne, & in cælum ascendisse cum carne? Quia & ipsi martyres huius fidei martyres, id est, huius fidei testes fuerūt.

K ij De san-

G DE SANCTO IOANNE Apostolo.

In festo sancti Ioannis Apostoli & Evangeliste, Homilia de eo quod scriptum est in Evangelio eiusdem, Dixit Iesus Petro, Sequere me, &c. quae habetur in expositione doctoris, ibidem.

DE SANCTIS INNOCENTIBUS.

In festo sanctorum Innocentium, Sermo I.

Redimus Iudaeis quia notus aliquando in Iudaea deus, & ipsi id negant, propter quod credimus quia non patrem nouerunt qui filium negant. Vnum dominum communis natura testatur, quia vnus est mundus. Vnum deum significat, quia vna est fides noni & veteris testamenti. Vnum spiritum sanctum gratia testatur, quia vnum baptismum in nomine trinitatis, dum Prophetæ dicunt, Apostoli audiunt. Vnum deum magi crediderunt, aurum, thus, & myrrham supplices ad Christi cunabula detulerunt. Aurum & thus & myrrha, pastores, magi, machara, vt cruentis victimis infantium aterna repleantur altaria, vbi cum paruuli victimantur, matres miserè lamentantur. Nascete domino, luctus coepit, non caelo, sed mundo. Indicitur matribus lamentatio, angelis exultatio, infantibus transmigratione. Deus est qui natus est, innocentes illi debentur victima, qui venit damnare mundi malitiam. Agnelli debent immolari, quia agnus futurus est crucifigi, qui tollit peccata mundi. Sed oves vluant matres, quia agnos perdunt sine voce balantes. Grande martyrium, crudele spectaculum. Eximitur machara, & nulla intervenit causa. Sola fridet inuidia, cum qui natus est nulli faciat violentiam. Sed oves cernimus matres quae superant agnos lugentes. Vox in rama audita est, ploratus & vluant magnus. Pignora sunt non credita sed creata, non deposita, sed exposita. Testis est ipsa natura, quae pugnat in martyres, cum tyrannus iactaret infantes. Mater crines capitis dissipabat quae ornamentum capitis amittebat. Quantis modis infantem volebat abscondere, & ipse se infantulus publicabat. Nesciebat tacere, quia necdum didicerat formidare. Pugnat mater & carnifex. Ille trahebat, illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat, Quid separas a me, quem genui ex me: Vterus genuit, non mansit ille cum vixit, vbera mea frustra lacte contorquet, caute portauit quem a te video manu crudeli iactari. Modo eum effuderunt viscera mea, & tu elidis ad terram. Alia acclamabat mater, cum exactor latro non compelleret simul occidi cum paruulo matrem, vt quid me dimittis inanem? Si culpa est, mea est. Si non est crimen, iunge mortem, & libera matrem. Alia dicebat, Quid queritis? Vnum queritis, & multos occiditis, & ad vnum qui vnus est attingere non potestis. Alia contra clamabat. Veni iam, veni saluator mundi. Quandiu quereris, nullum times, videat te miles, & nostros non occidat infantes. Miscebatur lamentatio matrum, & ad caelum transibat oblatio paruulorum. Sed ille qui agnum tentauit, ipse per Herodem agnulos iugulauit. Manet auctori & ministro supplicium, diaboli & Herodis iudicium, cum ista resurrectio coeperit mortuorum. Herodes quid putas acturus eris, quando contra te tantorum classes infantium iudiciale coeperint exercere litigium? Inuenies claram linguam, magnam vocem, mensuram perfectam, omnes inuenies candidatos, in mensuram aetatis plenitudinis Christi fulgentes. Cum stare coeperint ante eum, quem putaueras occidendum,

Sermo VIII Psal. 75.

Matth. 2.

Hiere. 31.

Eph. 4.

pro quo fuderunt sanguine precioso, Ipsum videbis K throno igneo praesidentem, illos solum dominicum circumdantes, candore rubeo splendentes, propter caedam aetatem & sanguinem passionis. Quid acturus es, quid diciturus? Tacebis reus, dum tatus cantabit exercitus sanctorum, Vindica sanguinem seruorum tuorum qui effusus est. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum, ipso iuuante qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo I. I.

Hristo igitur secundum prophetiam fide nato in Bethlehem Iuda, temporibus Herodis regis, de Orietis partibus aduentantes quidam viri ex magorum gente, percontatur ab Herode vbi nam esset rex qui nuper natus est Iudaeorum, affirmantes vidisse stellam eius in Oriente, quae sibi etiam dux itineris extitisset: causam vero tantae properationis adorandi ac venerandi nuper aditi regis esse. Quibus ille auditis incredibiliter deterretur, timens & veres ne status sui periclitaretur imperij, Aduocatis accessitque legis doctoribus requirens percotatur vbi nam Christum nasci sperarent. Vt vero ex Michea oraculis locus natiuitatis eius apud Bethleem designatus est, vno precepto rex omnes lactantes pueros, non solum apud Bethleem, sed & in omnibus eius finibus a bimis & infra, secundum tempus quod explorauerat a magis interim iubet, si quo modo etiam Iesum cum aquauis posset extinguere. Sed praenitit regis insidias puer abductus in Aegyptum, parentibus de dolo regis angelo praenunciante comonitis. Deceptus itaque Herodes rex & illusus a magis, mittit in Bethleem & in omnes fines eius, vt interficiantur pueri a bimatu & infra. Occiduntur pro Christo paruuli, pro iustitia moriuntur innocentia. Quam beata aras, quae necdum Christum potest loqui, & iam pro Christo meretur occidi. Nondum opportuna vulnere, & iam idonea passioni. Quam feliciter nati, quibus in primo nascendi limine aeterna vita obtinuit. Incurrunt quidem inter ipsa primordia acceptae lucis periculum, & sine salutis, sed de ipso protinus sine capiunt principia aeternitatis. Immaturi quidem videtur ad mortem, sed feliciter moriuntur ad vitam. Vix dum gustauerant praesentem, statim transeunt ad futura. Nondum ingressi infantiae cunas, & iam perueniunt ad coronas. Rapiuntur quidem a complexibus matrum, sed red duntur gremiis angelorum. Nihil ergo egisti ferocissimae austeritatis audacia, potes martyres facere, Christum non potes inuenire. Putabat se infelix tyrannus domini saluatoris aduentu regali solio detrudendum, sed non ita est. Non ad hoc venerat Christus, vt alienam gloriam inuaderet, sed vt suam donaret. Non, inquam, ad hoc venerat Christus, vt regnum terreste preperaret, sed vt caeleste donaret, Non venerat ad potestates dignitatesque rapiendas, sed ad contumelias & iniurias perferendas. Non ad hoc venerat, vt factum illud caput ad diadema gemmatum, sed vt ad coronam spineam praepararet. Non, inquam, ad hoc venerat, vt constitueretur supra sceptrum magnificus, sed vt crucifigeretur illusus. Nascente ergo domino conturbatur Herodes, & omnis Hierosolyma cum eo. Quid mirum, si pietate nascente perturbetur impietas? Ecce iacentem in praesepio pertimescit armatus, contremiscit humilem rex superbus, obuolutum pannis metuit purpuratus, cum simulatione alloquitur magos, Ite, inquit, requirite de puero, & cum inuenieritis renunciate mihi, vt & ego veniens adore eum. Simulabat adorare se velle, quae conabatur occidere. Sed non timet veritas falsitatis insidias. Quam caeca feritas, quae credebat quod deprehendere dominum

Apoca. 6. Psal. 78.

Sermo IX. Matth. 2.

L Michea.

M

Matth. 2.

A num fraudibus possit. Ecce cuius terra caelumque ostendebat aduentum, qui pastorum non latebat simplicitate, quem magi de extrema venientes Aethiopia parte merentur agnoscere, dolis suis ad illum non potest rex sacrilegus peruenire. Fallitur ergo stulti furor tyranni, Christum non potest inuenire perfidia, quia deus non crudelitate, sed credulitate querendus est, qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo III.

Sermo X. Matth. 2.

Odie fratres charissimi natalem illorum infantium colimus, quos ab Herode crudelissimo rege interfectos esse Evangelij textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatione gaudeat terra caelestium militum, & tatorum parens fecunda virtutum. Ecce profanus hostis nunquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio. Nam sicut sacratissimum praesentis diei festum manifestat, quantum in beatos paruulos iniquitas abundauit, tantum in eis gratia benedictionis refudit. Beata es Bethleem terra Iuda, quae Herodis regis immanitatem in puerorum extinctione perpessa es, quae sub vno tempore candidatam plebem imbellis infantia deo offerre meruisti. Digne tamen natalem illorum colimus, quos beati aeternae vitae mundus adidit, quos quos maternorum viscerum partus effudit. Siquidem ante vitam perpetuae adepti sunt dignitatem, quae usuram praesentis acceperunt. Aliorum quidem preciosa mors martyrum laudem in confessione promeruit, horum in consummatione coplacuit. Quia incipientis vitae primordiis ipse eis occasus initium gloriae dedit, qui praesentis terminum imposuit. Quos Herodis impietas lactantes matrum vberibus abstraxit, qui iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes Ecclesiae gemmas quadam persecutionis pruina decoxit. Et ideo dignum est interfectis pro Christo infantibus honores impendere, carimonias, non dolores, sacramentis dare vota non lachrymas, quia ipse illis fuit causa poenae, qui extitit & corona, ipse odium causa, qui praemium. Parante autem Herode paruulis necem, Ioseph per angelum admonetur, vt Christum dominum nostrum in Aegyptum transferat, vt Aegyptum idolis plenam. Nam post Iudaeorum persecutionem & ad occidendum Christum profanae plebis assensum, Christus ad gentes idolis deditas transire dignatur, & Iudaeam relinquens ignoranti saeculo colendus inferretur. Et quia ex scripturis diuinis fratres charissimi, bonos & iustos viros persecutionem malorum semper sustinuisse cognoscimus, si diligenter consideramus, inuenimus illos maiora supplicia sustinere. Omnis enim homo qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam illi quem persequitur aliquid de substantia sua tulerit, maius sibi ipse dispendium facit, quia nemo habet inuisum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, & ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conscientia. Tulit vestem, & perdit fidem: acquirat pecuniam, & perdit iustitiam. Sed hoc homines ideo faciunt, quia die nouissimum attendere nolunt. Si enim diem mortis suae cogitare iugiter vellent, animum suum ab omni cupiditate vel malitia cohiberent. Sed quod modo nolunt salubriter cogitare, necesse habent postea sine villo remedio sustinere. Veniet enim illis dies nouissima, veniet dies iudicij, quando eis nec penitentiam licebit agere, nec bonis operibus se ab aeterna morte poterunt redimere: quia percussit etiam hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viuere oblitus est dei.

Veniet dies iudicij, quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra usque ad inferos deorsum, quando caeli ardentis soluentur, quando sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, quando stellae cadent de caelo, quando peccatores & impij mittentur in stagnum ignis, & fumus tormentorum illorum ascendet in secula seculorum, vbi fletus & stridor dentium. Veniet tempus fratres charissimi, quando nulli bono erit male, nulli malo erit bene. Veniet, inquam, nouissima dies, quando discernuntur pii ab impijs, iusti ab iniustis, laudatores dei a blasphematoribus dei. Veniet & quando discernuntur, vt nulli, sicut dictum est, bono sit male, nulli malo sit bene. Quare ergo modo non sic? Forte & modo sic. Sed quod nunc est in occulto, tunc erit in manifesto. Lege scripturam diuinam, ingredere mecum, si potes, in sanctuarium dei, forte ibi, si possum, docebo te, imò discere mecum ab eo qui docet me, etiam nunc non esse malis bene, & melius esse bonis quam malis, quantum nondum venerit honorum plena felicitas, nondumque venerit malorum poena nouissima. Si legem dei diligenter attendis, forte intelligis mecum non esse bene malis. Rogo enim te, & quare abs te, tibi quare male est? Responsum es, Egestas angit, premit difficultas, dolor fortasse membrorum, timor ab inimico. Tibi ideo male est quia pateris mala, & bene est illi qui est ipsum malum? Multum interest inter malum pati, & malum esse. Tu quod pateris non es, malum enim pateris, sed tu malus non es: Ille hoc malum non patitur, & malus est. Noli ergo falli. Non potest fieri vt tibi male sit, quia pateris malum, & illi bene sit qui est malus. Cum enim malus est, putas quia non patitur malum, cum patitur se ipsum? Tibi male quia malum alienum pateris in corpore tuo: & illi bene est, qui malum seipsum patitur in corde suo? Tibi male est, qui forte malam habes vitam: & bene est illi, qui malam habet animam? Esto bonus qui habes bona. Bona sunt diuitiae, bonum est aurum, bonum est argentum, bona familiae, possessiones. Omnia ista bona sunt, sed vnde facias bene, non quae te faciant bonum. Habeto bona, quae te faciant bonum. Quae sunt, inquis, ista? Fac iudicium & iustitiam. Bona sunt quae habes, Fac iudicium & iustitiam. Esto & tu bonus inter bona tua, eru besce bonis tuis. Esto bonus mansurus inter bona peritura, erubescce bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne per eas cum eis. Ita ergo aurum & argentum distribuit hominibus conditor rerum & administrator deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, copia vero eius non extollat bonos, nec elidat inopia. Malus autem homo, & cum offertur excacatur, & cum auferitur excruciat: quia & cum acquiruntur diuitiae falsam laetitiam tribuunt, & cum perduntur veram tristitiam derelinquunt. Discamus amare veras diuitias, id est, castitatem & iustitiam, pacem & misericordiam. Ista enim iustae dicuntur diuitiae, quia bonis meritis iustisque tribuuntur: illa verae dicuntur diuitiae, quia quisquis eas habuerit non egebit, dum iuxta Apostolum, habens victum & vestitum his contentus est. Ista vero terrena diuitiae, iniustum est putare diuitias, quae non auferunt egestatem. Tantum enim magis quisque ardebit egestate auaritia, quantum magis eas diligens maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiae, quibus crescit inopia, quae amatoribus suis quantum fuerint ampliores, non afferunt satietatem, sed inflammant cupiditate diuitum? Tu putas quia minus indigeres, si minus haberes. Vnde bene quidam dixit, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Cum pecunia enim incremento rati

Math. 24. Apoca. 14. Matth. 8.

E

De verbis dñi ser. 12.

De verbis dñi ser. 6.

In li. 50. Ho. Homi. 3.

1. Timo. 6.

Iuuenal. Satyra. 14.

G hies cupiditatis augetur. Nam omnes auari vel cupidi velut hydropis morbo agrotare videntur. Quomodo enim hydropicus, quantum plus bibit, tantum amplius fitit, ita auarus vel cupidus acquirendo non satiatur. Nos vero fratres cogitantes peregrinos nos & hospites esse in hoc seculo, hoc tantum quod ad victum & vestitum opus est nobis in itinere vite istius referuimus, & quantum possumus, in aeternam beatitudinem per eleemosynam pauperum dirigamus, ut cum in die iudicii cupidi & auari pro sterilitate bonorum operum audire meruerunt, Discedite a me maledicti in ignem aeternum: nos pro bonis operibus audire possimus, Venite benedicti, percipite regnum, quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: nudus fui, & operuistis me. Ad istam benedictionem vos dominus sub sua protectione perducatur, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo IIII.

**V**otiescumque fratres sanctorum martyria celebramus, toties laudes saluatoris edicimus: & quoties eorum asserimus passiones, toties Christi gloriam predicamus. Non enim suspicimus quod passus sunt, sed propter quem passus sunt admiramur. Igitur non poena in laude, sed fides est in honore. Magnificamus ergo martyres, sed praecipue illos qui nascete Christo in ipso exordio non loquendo sed moriendo confessi, ad regna perpetua ceteros praueuerunt. Videre autem quem idem locum apud homines mereantur, qui apud deum locum sub altario meruerunt. Dicit enim sancta scriptura, Vidi enim sub ara dei animas occisorum propter verbum dei, & propter testimonium Iesu quod habebat. Sub ara, inquit, dei vidi animas occisorum. Quid reuerentius, quid honorabilius dici potest, quam sub illa ara requiescere, in qua deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiae, in qua dominus est sacerdos, sicut scriptum est, Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Recte sub altario iustorum animae requiescunt, quia super altare corpus domini offertur. Nec immerito illic iusti vindictam sanguinis postulant, ubi etiam pro peccatoribus Christi sanguis effunditur. Conuenienter igitur, & quasi pro quodam consortio ibi martyribus sepultura decreta est, ubi mors domini quotidie celebratur, sicut ipse ait, Quotiescumque haec feceritis, mortem meam annuntiabitis donec veniam, scilicet ut qui propter mortem eius mortui fuerant, sub sacramenti eius mysterio requiescant. Non immerito, inquam, consortio quodam illic occisis tumulus constituitur, ubi occisionis dominicae membra ponuntur, ut quos cum Christo vnus passionis causa deuinxerat, vnus etiam loci religio copularet. Legimus pluresque iustorum Abraham sinibus refoueri, non nullos paradisi amoenitate latari, nemo tamen melius praeter martyres meruit, hoc est ibi requiescere, ubi & hostia Christus est & sacerdos, scilicet ut propitiationem de oblatione hostiae consequantur, & benedictionem functionemque sacerdotis accipiant. Inter ceteros igitur martyres, quos sub ara dei consistere predicamus, etiam beatos illos infantum lactantium pro Christo primitias martyrum laudemus, qui non loquendo, sed moriendo confessi coronas meruerunt. Neque enim dubitandum est eos in martyrio plura praeter ceteros exorare, qui in martyrio praeter ceteros praecesserunt. Et clamauerunt, inquit Ioannes, voce magna, Vindica domine sanguinem nostrum. Et datae sunt illis singulae stolae albae, & dictum est illis ut quiescerent tempus adhuc modicum, donec impleteretur numerus fratrum & con-

seruorum eorum. Oritur quaestio in hoc loco, cur sancti iam cum domino manentes vindictam de inimicis expetant, cum dominus in Euangelio dicat, Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Sed sciendum quia illi sancti iam in conspectu creatoris sui consistentes vident voluntatem illius, & ideo ab ipso accipiunt quod eum velle facere noverunt, & de ipso bibunt quod de ipso sitiunt. Petunt autem vindictam de inimicis duobus modis, & hoc causa charitatis, ut scilicet qui ad vitam aeternam praedestinati sunt, conuertantur a malo ad bonum: qui vero praesente deo damnandi sunt, moriantur & peccare desistant, ut per hoc minorem poenam in inferno habeant, ubi vnusquisque secundum qualitatem operum sustinebit magnitudinem poenarum. Petunt autem de reprobis vindictam, quia optant venire diem extremi iudicii, & resurrectionem suorum corporum praestolantur. Et datae sunt illis singulae stolae albae. Per stolas albas debemus intelligere mercedem baptismi, praemium martyrii mercedem aeternorum, & gaudium caelestis patriae. Habent ergo ante resurrectionem sancti singulas stolas, quia in sola anima adhuc aeternis beatitudinibus perfruuntur, postea autem accepturi sunt binas, quando receptis corporibus immutabiles erunt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Esaias, In terra sua dupplicia possidebunt. Et dictum est illis ut quiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum & fratrum eorum. Dicitio ista inspiratio est diuina, qua mentibus eorum desiderantibus diem iudicii, immittitur virtus patientiae, ut patienter ferant omnia, expectantes numerum illorum, qui similiter interficiendi sunt pro Christo, cum eis postmodum regnaturi, ut qui desiderant recipere sua corpora, gaudeant ex numero colligendorum fratrum. Tali modo loquitur deus omnipotens sanctis, veluti quilibet paterfamilias habens multos filios, singulisque de agro reuertentibus & rogantibus, ut cibum sibi tribuat, respondit, Refectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres vestros, ut cum in vnum positi fueritis: omnes in commune comedatis & epulemini gaudentes, quia interficiendi sunt & illi vel aperto, scilicet martyrio vel occulto. Dicit ergo illis vindictam postulatibus post datum munus ut quiescant atque sustineant, donec compleatur numerus conseruorum illorum. Videtis igitur quoniam propter nos martyrum vindicta differtur. Dum enim nos retardamus, horum sanguis inultus est. Sed hoc contingit nostra desidia, qui non, sicut dictum est, religiose viuimus: qui non pie, sicut congruit, operamur. Nam si bonorum operum ad dominum iustitia nostra praecederet, iam conseruorum numerus qui expectatur esset completus. Nulli autem dubium est, vindictam post iudicium martyres percepturos, qui etiam ante iudicium praemiis caelestibus honorantur. Vnde oportet fratres charissimi quia primitias martyrum hodierna festiuitate veneramus, de aeterna quae in caelis est martyrum festiuitate sedule cogitemus, eorumque vestigia, in quantum possumus, sequendo, & ipsi eiusdem festiuitatis supernae participes existeremus, testante Apostolo, Quia si socii passionum fuerimus, simul & consolatio erimus, nec tam de morte eorum lugeamus, quam de iusta palmae perceptione lateamus. Siquidem singulos eorum cum per tormenta pellerentur ex hac vita, Rachel gemebunda, id est, ecclesia gemitu lachrymisque percuta: sed iam hinc expulsos superna Hierusalem, quae est mater omnium nostrum, mox in aliam vitam obuiis latitiae ministris excepit, atque in gaudium domini

**A** domini sui perpetuo coronandos introduxit. Vnde dicit Ioannes, Stabant ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Stant enim modo ante thronum dei coronati, qui quondam ante thronum iudicum terrenorum iacebant poenis astricti. Stant in conspectu agni nulla ratione illic a contemplanda eius gloria separandi, a cuius hic amore nec per supplicia poterant separari, stolis fulgent albis, & palmas in manibus habent, quia praemia in operibus habent, dum corpora quae pro domino ignibus vltulari, ac bestiis dilacerari, flagris absumi, per praecipitia dissolui, vngulis abradi omnimodo poenarum genere passus sunt dissipari, per resurrectionem glorificata recipiunt. Et clamabant, inquit, voce magna, dicentes, Salus deo nostro, qui sedet super thronum & agno. Magna voce salutem deo decantant, qui magna gratiarum actione recolunt, non sua se virtute, sed ipso auxiliante, tribulationum impugnantium superasse certamina. Dicit iterum eorum & praeteritos agones, & coronas describens perpetuas, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Stolas quippe martyres in sanguine agni lauerunt, dum membra sua, quae oculis insipientium visa sunt poenarum squalore foedari, sic potius fuso pro Christo sanguine ab omnibus mundauere contagium, insuper & beata immortalitatis luce digna reddidere, quod est etiam lotas habuisse stolas in sanguine agni. Ideo sunt, inquit, ante thronum dei, & seruiunt die ac nocte in templo eius. Non est laboriosa, sed amabilis & optanda seruitus in dei laudibus perpetuo assistere. Dies quippe & nox non vicissitudinem temporis proprie, sed perpetuitate tropice significant. Nox enim non erit illic, sed dies vna melior in atrii Christi super milia. In qua non plorat Rachel filios suos, sed absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, datque vocem laetitiae & salutis aeternae in tabernaculis iustorum, qui viuunt & regnat deus &c.

DE SANCTO VINCENTIO.

In festo sancti Vincentii martyris, Sermo I.

**I**n passione qua nobis hodie recitata est, fratres charissimi, euidenter ostenditur index ferrox, tortor cruentus, martyr inuictus. In cuius corpore poenis variis exarato, iam tormenta defecerant, & adhuc membra durabant. Tot conuicta miraculis persistebat impietas, tot vexata supplicii non cedebat infirmitas. Agnoscatur ergo operata diuinitas. Quando enim corruptibilis puluis contra tam immania tormenta duraret, nisi in eo Christus habitaret? In his enim omnibus ille agnoscendus, ille glorificandus, ille laudandus est qui & in prima vocatione dedit fidem, & in suprema passione virtutem. Vultis nosse quia vtrumque donatum est? Audite apostolum Paulum, Vobis, inquit, datum est pro Christo non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo. Acceperat vtraque hac beatus Vincentius leuita, acceperat & habebat. Si enim non accepisset, quid haberet? Habebat in sermone fiduciam, habebat in passione tolerantiam. Nemo ergo de suo corde praesumat, quando profert sermonem, nemo de suis viribus confidat quando suffert tentationem: quia ut & bona prudenter loquamur, ab illo est, non nostra sapientia: & ut mala fortiter perferamus ab illo est, non nostra est patientia. Recolite dominum Christum suos in euangelio discipulos admonentem, Recolite mar-

tyrum regem cohortes suas armis spiritualibus instrueti, bella monstrantem, adiutoria ministrantem, praemia pollicentem, quia cum dixisset discipulis suis, In hoc mundo pressuram habebitis: mox vnde terribis consolaretur, adiunxit dicens, Sed confidite, quia vici mundum. Quid ergo miramur charissimi, si in illo Vincentius vicit, a quo victus est mundus? In hoc, inquit mundo pressuram habebitis, ut si premit non opprimat, si oppugnat non expugnet. Duplicem mundus aciem producit contra milites Christi. Blanditur ut decipiat, terret ut frangat. Non nos teneat voluntas propria, non nos terreat crudelitas aliena, & victus est mundus. Ad utroque aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. Si consideretur in ista passione humana patientia, incipit esse incredibilis: si agnoscatur diuina potentia, desinit esse mirabilis. Tanta grassabatur crudelitas in martyris corpore, & tanta tranquillitas proferebatur in voce, tantaque poenarum asperitas sauebat in membris, ut miro modo putaremus Vincentio patiente alium loquentem non torqueri. Et vere fratres charissimi ita erat. Prorsus ita erat. Alius loquebatur. Promisit enim & hoc testibus suis Christus in Euangelio, quos ad huiusmodi certamina preparabat. Sic enim ait, Nolite praemeditari quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur, & spiritus loquebatur. Et loquente spiritu non solum conuincebatur impietas, sed etiam confortabatur infirmitas. Clariorem nobis martyrem tot tormenta faciebant. Multiplici enim vulnerum varitate confossus non deserebat pugnam, sed acrius iterabat. Putares quod eum duraret flamma, non vreret, & tanquam figuli fornax lutum molle suscipiens, duram redderet testam. Poterat martyr noster dicere Daciano, iam non vreret ignis tuus carnem meam, quia exaruit sicut testa virtus mea, & quomodo scriptum est veraciter, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Probatus atque decoctus ille igne Vincetius, Dacianus vero arsit & crepuit. Si enim non ardebat, vnde cremabatur? Quid enim erant verba irascentis, nisi fumus ardentis? Ergo martyri nostro refrigerium in corde habenti, flammam extrinsecus admouebat, sed ipse facibus furoris accensus, tanquam clibanus intus ardebat, & habitatorem suum diabolus concremabat. Per furiosas enim Daciani voces, per truces oculos, & minaces vultus, & totius corporis motus ille habitator eius interior mouebatur, & per haec signa visibilia tanquam per signa sui vasculi, quod impleuerat crepantis rimula prouidebatur, Non tantum martyrem cruciabant plurima tormenta, quantum illum vastabat infamia. Sed iam fratres illa omnia transferunt, & ira Daciani, & poena Vincentij. Nunc autem poena Daciano, corona vero manet Vincentio. Denique his praemissis futurae videlicet retributionis finibus, etiam in hoc mundo martyrum gloriae demonstramus. Quae hodie regio, quaeque provincia vlla quousque vel Romanum imperium, vel Christianum nomen extenditur, natale non gaudet celebrare Vincentij diaconi? Quis autem hodie vel nomen Daciani audisset, nisi Vincentij passionem legisset? Quod vero tanta cura seruauit dominus martyris corpus, quid aliud demonstrat, nisi gubernasse se viuentem, quem non reliquit exanimem? Vicit ergo Dacianum viuens Vincentius, vicit & mortuus. Viuens tormenta calcavit, mortuus maria transiit. Sed ipse inter vndas gubernauit cadauer extinctum, qui inter vngulas animam donauit inuictum. Non flexit flamma tortoris cor eius, non misit

Matth. 5.

Sermo XI.

Apoca. 6.

Psalm. 109.

1. Corin. 11.

Apoca. 6.

Apoca. 6.

L

Esai. 61.

Apoca. 6.

Psalm. 83.

Hiere. 31.

Apoca. 2.

M

1. Corin. 1.

Hiere. 31.

Matth. 4.

Ioan. 16.

E

Matth. 10.

Psalm. 117.

Ecclesiastic. 27.

F



**G** aqua maris corpus eius. Sed in his & huiusmodi nihil est aliud, nisi preciosa in conspectu domini semper mors sanctorum eius, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Ser. XIII.



In eodem festo. Sermo I. Vnctorum licet dilectissimi gloriosas martyrum passionum, quos distincta regionibus loca immeruerunt, vna fides faciat omnibus indistincto honore venerabiles; propriam tamen sibi in hoc venerationis obsequio vdicant dignitatem, qui Ecclesiam dei & documentis præ ceteris erexerunt, & patrocinis adiuerunt. Inter quos iuste beatum leuitam Vincetium, cuius confessione & morte Christum incredulis prædicatum incunctanter agnoscimus, catholicis studiis celebramus, Qui ut fidelium deuotionem deo studiosius commendaret, altiorem charitatis flammam ascensum, morti sese tandem fideliter obtulit, quo videlicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum, sequacibus imitandum daretur: necnon & semen Apostolice prædicationis per eum pluribus disseminatam ope sue intercessionis tutum, ac perfectæ consummationis fruge referentem in cælestibus demum horreis condere- tur. Nunc ergo amplius propria venerentur, quem etiã peregrina mirantur, quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficiis, quibus se amabiliorem cognoscat in gaudiis, fiatq; in eius solemnitate vberior lætitiarum ambitus, de quo fidei creuit effectus. Huius denique spiritus tanto virtutum munere claruit, vt sacri ministerij fultus officio, qui filium dei dominum nostrum secuturus esset in passione, eiusdem Christi calicem credentibus prius ministraret in salutem. Cuius hausu foeliciter mente ebriatus, rabidi hostis atque in Christum sauentis insaniam interitus adit, modestus sustinuit, securus irritis, sciens paratus esse vt resisteret, nesciens elatus esse quo vinceret: quia cuius amore spiritualibus armis præmunitus resistebat, eius adiutorio quicquid pœnarum in illi ferientis ira excogitabat, insuperabilis fortiter patiendo vincebat. Ideo non hunc laminæ ignitæ sartagine, non eculei, non vngulæ ferreæq; manus, non vires pauidæ cadentium, nec dolor scissorum membrorum, nò foci fragor, & strepentis in patiens viscibus salis iniectio, Daciani quierunt aliquatenus subdere iussioni, Sed dum intantum eius vcordiæ tumor excresceret, vt tantis passionis subactum doloribus aut viciffe aut interemisse se lætabundus extolleret, suscepta spe frustra- tus, vnde victor visus est apparere, inde victus compul- sus est erubescere, quoniam quo dei martyr duriori vr- gebatur pœna, eo ampliori confessionis exultabat constantia. Vnde ipsius passionis vel vltima præuidere, seu morari fratres euidenti placet, quatenus animaduertat sanctitas vestra, quò diabolus suum perduxerit dolis ministrum, vel quomodo Christus suum in finem v- quequaque seruauerit famulum. Ex quo illud sanè erat mirabile, quia quantum iste extrinsecus multiplici pœnarum genere contritus arctabatur, tantum intrinsecus exultante interiori homine dilatabatur: quantumq; ille exterius iactantia temporalis potentie inflabatur, tantum interius despici se perpendens interiori vexatus homi- ne præfocabatur. Contemni igitur se videns sauebat, nec in quem iam vindictam inferret inueniebat. Videbat nanque defaicientium manus carnificum plus in eo inuenire vulneris quam corporis, solumq; ingentem spi- ritum ei stultitiam exprobrare suam quod prouocabat veritatis normam. Quapropter credens quod causam confusionis auerteret, si personam quæ se spreuerat ab seua-

taret, minusq; Dacianus erubesceret si Vincetium popu- lus nò videret, iussit eum à publico remoueri. Sed nec sic quidem caret supplicio. Contusa quò iacebat testa sub- sternitur, vt vis acuminis cocisam molè superiecti cor- poris plus discinderet, atque reddita tormentis mēbra quæ searent obuia suscipere fragmenta. Fallitur tamē vincendi opinione cæca crudelitas. Nā diuina bonitas dilectum suum amplius in confessione comitata infero noua tenebris lucem, & tabernaculum splendidum ob- scurum reddit ergastulū. Fouebat laceros artus medica dei manū, & venustiori pristina sanitatis angmēto fossi lateris dāna supplebat. Insolita igitur huius luminis cla- ritate percussus, obtupere custodes, quin & vocē angelis hymnum deo concinentibus, mēs pallidi iamitoris ex- pauit. Currit exanimis minister ad præsidem, quem gra- uius relatio nunciij quam ictus percussit gladij: & cū nò posset ex magnitudine rei tacere quod viderat, tremor iudicem occupat, dolor lacerat, furor inflammat: & ne in pœnis Vincentius vincēs gloriæ martyrij obtineret, Citius, inquit, Dacianus, producat ex carcere, ne dum institimus rebellē punire, videamus eum potius victoria coronare. Profertur itaq; ex illo terti carceris baratro cœlesti quidem gratia pulchrior, & si adhuc esset passus- rursus robustior. Sed ubi desiderium ad regni vocationē tendentis nullo pœnarum vel mortis genere frangē- dum intelligit, iubet inuida mens lenioris strati fulcra substitui, ac blandiori eum requie confoueri, scilicet vt si amoto paululū carnifice animam quietus exhalaret, diceretur nò esse occisus, sed mortuus: quasi non eum pœna peremerit, cum quo & pœna simul perierit. Inter- rea beatū Vincentiū cœlestis aula suscepit, ac beatæ fe- licitatis munere donat. Ad cuius ingressum angelici læ- tantur spiritus, omnesq; simul concines gratulātur san- cti. Nosq; tibi gratias agimus domine Iesu, quod anima tuo digna consortio quæ pertinax tulit supplicium, men- dax fugit obsequium: & quæ fuit cõcõta persecutor quo fu- reret, sit dedignata cõparceret. Cognito igitur sancto ei- us abscissu, iudex insanus, & quia Christus uicisset in Vin- centio nescius, Dacianus illius sibi promittit cadaueris expositione vindictam, cuius gemit ex virtute victoriæ. Feris nanq; & canibus decepta furoris superbia absumē- dum proiici mandat licitoribus, vt tali pastu eorum im- pleret ventrem, quorum ipse gerebat mentē. Sed vt di- uinis excrescētibus beneficiis maioris victoriæ Vincetio gratia cõferatur, mittitur coruus auis inimica cada- ueribus, expositas corporis dapes seruatura ieiuna. Hinc fratres dilectissimi, hinc aduertite distincta meritorū obsequia. Helias quondam impias Achab vel Iezabe- lis manus caute declinans, in deserto coruus ministran- tibus pasceitur: assertor autem veritatis Vincentius Da- ciani rabie peremptus, feris exponitur consumendus, sed coruo famulante seruatur illatus. Obtinuit ergo He- lias diuino nutu coruus præstantibus quo aleretur, præ- stitum est Vincentio obsequente quoq; coruo ne come- deretur. Qui vt cœlitum se custodem designatum osten- deret, aduentantes reliquas aues eminens non segni im- petu perturbabat, inter quas immanem quoque lupum propius accedentem, veluti qui commissum thesau- rum sacrilega audacia attaminare præsumeret, penniis & alis deuerberans procul abegit. Sed ille quod non tam ad inferendam venisset iniuriam, quam ad augē- dam miraculi pompam, quadam sui habitudine stupi- dus indicabat. O impudens furor, & stulta vafania, Co- ruus obsequitur, lupus veneratur, Dacianus persequi- tur, nec erubescit velle se adhuc ferox perdere, quem

Reg. 17.

**A** mansuetæ bestialis feritas sat agebat protegere. Vnde ad oculendam martyris laudē non iam secretū, sed profundum elegit, credens sibi ad delitescendam eius glo- riam non claustra fidem seruatura, sed maria, quasi non idem elementis dominus esset, per quem dudum ei car- ceris abedita cœlesti fulgore radiata micuissent. Datur nautis mergendum corpus in fluctibus, vt ad auxilium saltem æquora proficerent, cui ad vincendum Christi militē terra defecisset. Enavigatis itaque magna ex parte freti gurgitibus proiectum, inter sorbētes vndas præ- potens est dei dextera consecuta, & quæ spiritum intu- lerat in cœlum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis charissimi nec tormentortm vin- citur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustiis. Non bestis dilaniatur, non profundo calatur, sed lit- tori reddidit, præconio diffamatur, & quæ spiritum intu- lerat in cœlum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis charissimi nec tormentortm vin- citur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustiis. Non bestis dilaniatur, non profundo calatur, sed lit- tori reddidit, præconio diffamatur, & quæ spiritum intu- lerat in cœlum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis charissimi nec tormentortm vin- citur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustiis. Non bestis dilaniatur, non profundo calatur, sed lit- tori reddidit, præconio diffamatur, & quæ spiritum intu- lerat in cœlum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis charissimi nec tormentortm vin- citur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustiis.

B

testatus fuisse, sciens quod de contemptu præsentis vitæ gloria surgit beatitudinis eterne, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuunt & regnant & cætera.

DE SANCTI PAVLI CONVERSIONE.

Sermo XIII.

In festo conversionis sancti Pauli, Sermo I.



**O**die de actibus Apostolorum lectio hæc præ- nunciata est, ubi Paulus Apostolus ex perfe- ctore Christianorum, annunciator factus est Christianorum. Percutiens enim Christus & sanans, oc- cidens & viuificans, occisus agnus à lupis, & faciens agnum de lupis. Ita enim erat, vt ait præclara propheta, cum Iacob Patriarcha benediceret filiis suis, præsentia tangens, futura prospiciens. Prædictum enim erat quod in Paulo contigit. Erat autem Paulus, sicut ipse testatur de tribu Benjamin. Cum autem Iacob benedicens filios suos, venisset ad benedicendum Benjamin, ait de illo, Benjamin lupus rapax. Quid ergo? Lupus rapax semper est: Absit, sed qui mane rapit prædam, ad vesperras di- uidit escas. Hoc in Apostolo Paulo impletum est, quia & de illo dictum erat. Iam si placet audiamus illum ma- ne rapientem, ad vesperras escas diuidentem. Mane & vespere positæ sunt pro eo, ac si diceret, Prius rapiet, postea diuidet escas. Attendite raptorem, Saulus, inquit, acceptis & epulis à principibus sacerdotum ibat, vbicum- que inuenire Christianos, ad sacerdotes attraheret, & adduceret vtique puniendos. Ibat spiras & anhelans cæ- des: hoc est, mane rapiens. Nam & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, euidentius aderat & Saulus, & sic aderat lapidantibus vt non ei sufficeret si tantum suis manibus lapidaret. Vt enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta seruabat, magis sauiens omnes adiuuando, quam suis manibus lapidando. Audiuimus, mane rapiet: audiamus ad vesperras qualiter diuidat escas. Voce Chri- sti prostratus de cœlo, & accipiens desuper interdictum iam sauiendi, cecidit in faciem suam, prius proferē- dus, postea sanandus. Non enim in illo postea Christus viuere, nisi occideretur in eo quod male ante vixisset. Quid ergo prostratus audiat Saule Saule, quid me perse- queris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et ille, Quis es domine? Et vox desuper: Ego sum Iesus Nazareus, quem tu persequeris. Membra adhuc positus

Acto. 9. T. Epistolis.

Acto. 7.

Acto. 9.

in terra, caput clamabat in cœlo, & non dicebat quid D persequeris fideles meos: sed, quid me persequeris? Et ille, Quid me iubet facere? Iam parat se ad obediendum qui prius sauebat ad persequendum. Iam formatur ex persecutore prædicator: ex lupo omnis, ex hoste miles. Ouis audiat quid facere debeat. Cæcus sanè factus, vt interiore luce fulgeret cor eius. Exterior lux ad tempus subtrahita est persecutori, vt interior redderetur prædi- catori: & tamen in eo tempore quo cætera nò videbat, Iesum videbat, ita & ipsa cæcitas eius informabatur ad mysterium credentium, Quisquis in Christum credidit ipsum intueri debet. Cætera creatura vilescat, vt creator in corde dulcescat. Videamus ergo. Adductus est ad Ananiam, & Ananias interpretatur ovis. Ecce lupo rapax adducitur ad ouem sequendam, non rapiendam; & ne rapientem ovis expaueret lupum, ipse pastor de cœlo qui omnia faciebat, nunciauit lupum ventu- rum ovi, sed non sauiturum, & tamen tam immanis fama lupum illum præcellerat, vt non posset ovis audi- to eius nomine non conturbari. Nam cum dominus Ie- sus eidem Anania nunciasset Saulum venisse, iam vt crederet ad eum Ananias ire se debere, ait Ananias, Do- mine audiui à multis de viro hoc, quod multa mala in sanctis tuis operatus est, & nunc literas accepit à prin- cipibus sacerdotum, vt vbicumque inuenit tui nomi- nis sectatores pertrahat. Dominus autē ad illum, Sine, ego illi ostendam quanta illum oporteat pati pro nomi- mine meo. Mira & magna res geritur. Lupo sauitia in- terdicitur. Lupus ad ouem captiuus ducitur. Tanta autē præcellerat fama lupi raptoris, vt eius nomine audito timeret ovis etiam sub manu pastoris. Confortatur ne iam putet sauientem, ne timeat primentem. Ab agno pro- uibus mortuo, sit ovis securus de lupo. Ego, inquit, illi ostendam, quanta illum oporteat pati pro nomine meo. Vbi terror? Vbi salus? Quod faciebat contra no- men pastoris, patitur pro nomine pastoris. O sauitia, o misericordia. Vides illum præparare ferrum, secuturus est, non perempturus. Citaturus, & non occisurus. Chri- stus dicebat, Ego illi ostendam quanta illum oporteat pati pro nomine meo. Sed quo fine? Ipsum qui patiebatur audite, Non sunt condigne passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ac si dicat, Sauiat mundus, fremat mundus, concrepet linguis, cor- rumpet armis, quod potest faciat, quid faciet rei quam ac- cepturi sumus? Appendo quod patior contra id quod spero. Hoc nunc sentio, illud credo: & tamen plus est quod credo quam quod sentio. Quicquid est quod saui- pro nomine Christi, si potest viuere tolerabile est, si nò potest viuere migrare hinc facit. Non extinguit, sed ac- celerat ipsum præmium, ipsam dulcedinem, Quæ cum venerit, sine fine erit. Opus cum fine merces sine fine. Nam & operarius deficeret in via, nisi attenderet quod accepturus esset. Cum enim attenderis quid sis acceptu- rus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æsti- mabis pro quibus illud accipias. Miraberis tantum dari pro tanto illo labore. Vita nostra Christus est, Christum at- tendite. Pati venit, sed glorificari contemni, sed etiam exaltari: mori, sed etiam resurgere. Ita cogitantes fra- tres charissimi non desperemus, quia etsi peccatores sumus, magnum medicum habemus, ipsum medicum au- dite, Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Vtilitas autē rei gestæ huius hæc est. Apo- stolus ipse cõmemorat in Epistolis suis. Dicit enim ad hoc sibi veniam datam peccatorum suorum, vt nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis inuolutus, &

Roma. 8.

Math. 9.

in ma-

Luc. 23. in magnis sceleribus irretitus, quasi veniam non sit accepturus, si conuersus fuerit ad eum qui pendens in cruce pro persecutoribus orauit dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Factus est ille ex persecutore prædicator & doctor gentium. Qui prius inquit, sui blasphemus & persecutor & iniuriolus. Vides quod meritum pro pena consequitur. Gratia enim salui efficiuntur de peccatis nostris, largiente ipso domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Hic sermo in ueteribus finit à uersiculo, Ab agno pro ouibus & cætera, hoc modo.

Ab agno pro ouibus mortuo, fit ouis secunda de lupo. Deinde ille cui præcedente dominico cantauimus, deus quis similis tibi, ne sileas neque mitescas deus, qui tamen dicit, uenite ad me, & discite à me quoniam mitis sum & humilis corde: uideamus quemadmodum utriusque exhibeat: & in se ostendat sua eloquia consonare. Mitis est & humilis corde, quia sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente fuit sine uoce, sic non aperuit os suum. Ligno suspensus, pertulit odiorum flammam, sustinuit ministras pessimi cordis linguas. Quibus linguis illi percusserunt immaculatam, crucifixæ iustitiam. De quorum linguis prædictum erat. Filii hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machera acuta. Et quid fecit lingua? Gladius acutus: quid fecit? Occidit. Quem occidit? Occidit uitam mors, ut à uita occideretur mors. Quid ergo? Quid fecit lingua eorum gladius acutus? Audi quid fecit. Vide quod sequitur, Exaltare super cælos deus: & super omnem terram gloria tua. Ecce quid fecit gladius acutus. Exaltatum super cælos nouimus dominum: non uidentem sed credendo. Super omnem autem terram gloriam eius: legendo, uidentem, credendo. Vide ergo mitem & humilem corde: ut ad istam gloriam trophæum mortificatæ carnis adduceret. Vide illum mitem. Pendens dicebat, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Et discite à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Discamus à te, quoniam mitis es, & humilis corde. Vbi magis apparere uel debuit uel potuit dignius, quam in ipsa cruce.

Cum ligno membra penderent, cum clauis confixæ manus & pedes essent, cum illi adhuc scirent linguas, cum se fuso sanguine non satiant, cum ægrotantes medicum non agnoscerent, pater inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tanquam diceret, Ego ueni ægros curare. Quod me non agnoscent, febris immanitas facit. Mitis ergo & humilis corde dicit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo, ne sileas neque mitescas deus? Impleat & hoc. Ecce non silit. Clamant de cælo, Saule, Saule, quid me persequeris? Fecit non sileas, exhibuit non sileas, exhibeat & non mitescas. Primo, quia non pepercit errori eius, quia non pepercit scintilla: quia anhelantem cædes uoce prostrauit, sciantem lumen eripuit, captiuum sicut diximus ad Ananiam quem persequens querebat adduxit. Ecce non mitis, ecce sciantem, non in hominem sed in errorem. Parum est hoc: adhuc non sileat neque mitescat. Ananiam timentem & tremetum audito illius lupi famosi nomine, ego, inquit, ostendā illi, ego illi ostendam. Vide minātem, uide adhuc sciantem. Ego illi ostendam. Ne sileas neque mitescas deus. Ostende persecutori, non solum bonitatem, uerum etiam seueritatem tuam. Ostende, patiatum quod fecit: discat & pati qui faciebat: sentiat & ipse quod aliis inferebat. Ego, inquit, illi ostendam quæ illum oporteat pati. Sed tanquam sciantem dicit, & implet quod dictum

est, Ne sileas neque mitescas deus. Non inde recedat. K Discite à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Ego illi ostendā, quæ illum oporteat pati, pro nomine meo. Ostendisti terrorem, subueni ne patiatum, & pereat quem fecisti, quem inuenisti. Minax est, non silet, non mitescit, minatur. Ego illi ostendam, quæ illum oporteat pati pro nomine meo. Vbi terror, ibi salus. Qui faciebat contra nomen, patiatum pro nomine. O scintilla misericors, uides illum præparare ferrum, secturus est non perempturus. Curaturus est, non occisurus: Christus dicebat, Ego illi ostendam quæ illum oporteat pati pro nomine meo. Sed quo fine? Ipsum qui patiebatur audi. Non sunt condignæ passiones huius temporis. Ipse dicit qui patiebatur, pro quo nomine patiebatur, & quo fructu patiebatur. Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sciant mundus, fremat mundus increpet linguas coruscet armis, quicquid potest faciat. Quid faciet, ad id quod accepturi sumus? Appendo quod patior, contra id quod spero. Hoc sentio, illud credo. Et tamen plus ualeat quod credo, quam quod sentio. Quicquid est quod sciant pro nomine Christi, si potest uiui tolerabile est. Si non potest uiui, migrare hinc facit. Non extinguit, sed accelerat ipsum præmium, ipsam dulcedinem, quæ cum uenerit sine fine erit. Opus cum fine, merces sine fine. Iste ergo fratres, iste uas electionis, primo Saulus à Saule. Recordamini enim qui uos literas dei quis erat Saule: Rex pessimus, persecutor sancti serui dei Dauid. Et ipse si meministis, de tribu Benjamin. Inde iste Saulus, ducto secum tramite sciantem, sed in scintilla non permanens. Postea si Saulus à Saule, Paulus uide? Saulus à rege sauo, cum superbus, cum sciantem, cum cædes anhelans. Paulus autem uide, Paulus quia modicus. Paulus humilitatis nomen est. Paulus, posteaquam adductus est ad magistrum qui ait, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: inde Paulus. Utrum latinæ locutionis aduertite. Quia paulum modicum dicitur. Paulus post uidebo te, paululum hic expecta. Id est post modicum uidebo te, modicum hic expecta. Audi ergo Paulum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum. Prorsus ego sum minimus Apostolorum, Et alio loco. Ego sum nouissimus Apostolorum. Et minimus, & nouissimus tanquam simbria de uestimento domini. Quid tam exiguum, quid tam nouissimum quam simbria? Hac tamen tacta mulier à fluxu sanguinis sanata est. In modico isto erat magnus, in minimo grandis habitabat, & tanto minus à se magnum excludebat, quanto magis minor erat. Quid miramur magnum habitare in angusto: magis in minimis habitat. Audi illum dicentem, Super quem requiescet spiritus meus? super humilem & quietum & trementem uerba mea. Ideo altus habitat in humili, ut humilem exaltet. Excelsus enim est dominus & humilia respicit: excelsa autem à longe cognoscit. Humilia te & propinquabit tibi: extolle te & recedat à te. Minimus ergo iste quid dicit quod audiimus hodie, Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Multi credunt corde & erubescunt confiteri ore. Sciant fratres, prope iam neminem esse paganorum qui non apud seipsum miretur & sentiat impleri prophetias de Christo, exaltatum super cælos: quia uident super omnem terram gloriam eius. Sed cum se inuicem timent, sibi inuicem erubescunt, faciunt à se longè salutem, quia ore confessio fit ad salutem. Quid prodest credidisse ad iustitiam, si os dubitat proferre quod corde conceptum est: intus fidem deus uidet: sed parum est, ne confitearis humilem,

Roma. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 4.

Esai. 66.

Psal. 137.

Roma. 10.

A humilem, times superbos, & ei præponis superbos qui pro te displicuit superbis. Humilem times confiteri filium dei. Magnū uerbum dei, uirtutem dei, sapientiam dei non erubescis confiteri. Natum, crucifixum, mortuum erubescis confiteri. Altus, excelsus & æqualis patri per quem facta sunt omnia: per quem factus es tu, factus est quod tu: factus est propter te homo, propter te natus, propter te mortuus. Aegrote quomodo sanaberis, qui de medicamento tuo erubescis? Elige tempus, Nunc est tempus postea contempnus ille ueniet admirandus: iudicatus ille, ueniet iudicatus: occisus ille, ueniet exeatatus: ex-honoratus ille, ueniet honoratus modo & postea: modo in fide res est, postea in manifestatione erit. Elige hoc tempore quam partem teneas in futuro. De Christi nomine erubescis modo hominibus. Ex eo quod erubescis modo, habes erubescere cum uenerit in gloria sua redditurus quod promissit bonis, quod minatus est malis, ubi eristu? Quid facies, si te attendat ille excelsus & dicat tibi, erubisti de humilitate mea, non eris in claritate mea? Discedat ergo mala uerecundia, accedat salubris impudentia, si impudentia dicenda est: sed tamen fratres extorris mihi ut hoc dicerem, nec timeam prorsus. Nolo enim erubescam de Christi nomine. Insultetur nobis quod credimus in crucifixum, occisum: planè in occisum. Sed de quo nisi sanguis manaret, chirographum peccatorum nostrorum adhuc maneret. Prorsus in occisum credidi, sed hoc in eo occisum est quod sumpsit de me, non uide fecit me. Prorsus in occisum credo, sed in quem occisum? Qui uenit aliquid, & accepit aliquid. Quis uenit? qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ecce quis uenit, quid accepit: sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus: ille factor factus, ille creator creatus: sed in quo factus est & creatus? in forma serui, accipiendo formam serui, non amittendo formam domini. In hac ergo forma serui in eo quod à nobis pro nobis accepit, & natus est, & passus est, & resurrexit, & ascendit in cælum. Quatuor res dixi: natus est, mortuus est, resurrexit, & ascendit in cælum. Duo prima, duo nouissima: Duo prima: natus est, mortuus est, Duo nouissima: resurrexit, ascendit in cælum. In duobus primis conditionem tuam tibi ostendit, in duobus nouissimis mercedis exemplum præbuit: nasci & mori noueras. Plena est his duobus regio mortalium. Quid hic abundat in omni carne, nisi nasci & mori: hoc homo cum pecore habet: hanc ergo uitam cum pecoribus communem ducimus. Nati sumus, morituri sumus: istud nondum noueras, resurgere & in cælum ascendere: duo noueras, duo non noueras, patere quod suscepit, spera quod ostendit. Quid enim? si nolis mori, non es moriturus? Quid times, quod uitare non potes? Times quod etsi nolis erit, & non times quod & si nolis non erit. Quid est quod dixi omnibus hominibus natis constituit deus mortem, per quam de isto seculo emigrent. Exceptus eris à morte, si exceptus fueris à genere humano. Quid facies? nunquid tibi modo dicitur, elige utrum uelis esse homo. Iam homo es, uenisti. Quomodo hinc exees cogita: natus es, moriturus es. Fuge, caue, repelle, redime: mortem potes differre non auferre. Ueniet etsi nolis, ueniet quando nescis. Quid ergo times quod etsi noluieris erit, time potius quod si noluieris non erit. Quid est hoc: impius, infidelibus, blasphemis, periuuris, iniuris, & omnibus malis gehene ignes ardentis & æternas flammam minatus est deus. Primo compara hæc duo, mortem ad momentum, & penas in

1. Cor. 11.

Ioan. 11.

Philip. 2.

æternum. Times mortem ad momentum, ueniet & si nolis: time penas in æternum, non ueniet si noluieris. Multo maius est quod timere debes, & in potestate habes ne ueniat tibi quod times: & maius est, & longe maius, incomparabiliter maius quod timere debes, & in potestate habes ne ueniat tibi: etenim si bene uixeris, si male uixeris, moriturus es. Non effugies ut non moriaris, seu uiuendo bene, seu uiuendo male. At uero si elegeris hic bene uiuere, in æternas penas non mitteris: quia uero eligere non potes hic ne moriaris; elige cum uiuis ne in æternum moriaris. Hæc est fides, hæc est scintilla ostendit moriendo & resurgendo. Moriendo ostendit, quod uelis nolis passurus es: Resurgendo ostendit, quod si bene uixeris accepturus es: hic corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Sed times confiteri ne insultent tibi homines, non qui crediderunt. Nam & ipsi intus credunt, sed ne insultent tibi qui confiteri erubescunt. Audi quod sequitur. Dicit enim scriptura. Omnis qui crediderit in eum, non confundetur hæc meditare, in his esto: hæc est esca non uentris, sed mentis. Ille qui mane rapiebat, ipsas escas ad uesperum diuidebat.

Roma. 16.

Item in eodem festo alius sermo, qui habetur de uerbis Apostoli. IX. & X. Item in eodem festo alius sermo qui insertus est in sermone XVII. in libro quinquaginta homiliarum. Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam. Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & cætera. que habetur libro I. de questionibus Euangeliorum, cap. XXXIII. & sequentibus.

DE MARIAE VIRGINIS purificatione.

In festo purificationis sanctissime uirginis Marie sermo, Hodiernus dies, & cætera. qui habetur inter sermones de tempore XX.

DE CATHEDRA SANCTI PETRI.

In festo cathedre sancti Petri. Sermo I.



INSTITVTIO solenitatis hodiernæ à senioribus nostris cathedræ nomē accepit, ideo quod primus Apostolorum Petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesie natalem sedis illius colunt quam Apostolus pro ecclesiarum salute suscepit, dicente domino, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petrum itaque fundamentum ecclesie dominus nominauit, & ideo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificij altitudo confurgit. Vnde conuenienter psalmus qui lectus est dicit, Exaltet eum in ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum. Benedictus deus qui exaltari in ecclesia hoc precepit, quia dignum est ut fundamentum hoc in ecclesia honoretur, per quod ad cælum ascenditur. Quod naturalis ergo cathedræ hodie colitur, sacerdotale honoratum officium. Sibi hoc ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solenitatem hæc ecclesie merito religiosa obseruatio introduxerit, minor cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increuerit, ut super tumulos defunctorum cibos & uisa conferant, quasi egressa de corporibus animæ carnales

Sermo XV.

Matth. 16.

Psalm. 118.

G carnalis cibos requirant. Epulas enim & refectiones ca- ro tantum requirit, spiritus autem & anima his non in- digent. Parare aliquis suis charis dicit quod ipse devo- rat, quod praestat ventri, imputat pietati. Cessate ergo fratres ab hoc gentili infidelitatis errore. Anima enim sanctae quae in hoc seculo, aut per vitam innocentiam pu- ra sunt, aut penitentiae satisfactione purgantur, a salua- tore nostro recipiuntur, & cum eo esse credenda sunt, secundum Apostoli dictum, cupio dissolvi & esse cum Christo, Anima ergo fratrum parentumque nostrorum minime cibis carnalibus delectantur. Offendi his magis possunt quam delectari, si cum illa in sacris sedibus sint, vos eas in terra esse credatis. Cessate ergo ab his er- roribus, & sicut scriptum est, Quae sursum sunt sapite, non quae super terram: ut superstitiones fidei vestrae con- trarias repudietis, dum ea quae deo placita sunt, facia- tis, etiam vos cum Christo in aeternum esse mereamini. Quod ipse praestare dignetur, & caetera.

In eodem festo, Sermo II.

**N**OSTIS fratres charissimi beatissimum Pe- trum in saluatoris passione suis erroribus pro- fecisse, & posteaquam negavit dominum, fuisse se apud dominum meliorem. Fidelior enim factus est posteaquam fidem se perdidisse deservit, at- que ideo maiorem gratiam repperit quam amisit. Tan- quam bonus enim pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamē- tum. Et quia ipse interrogationis tentatione negauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur, sicut ait domi- nus, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ec- clesiam meam, Petra enim dicitur, eo quod primus na- tionibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani corripagum molē- que contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute dominus nuncupatur, sicut ait Apo- stolus, Bibebant autem de spiritali sequente eos petra, petra autem erat Christus, Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem domo enim Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat, dominus incrementat, dominus irriguum subministrat. Petrus ergo tentationibus suis proficit, fletibus suis gau- det, periculis suis crescit. Hic namque in mare dum su- per vndas temerarius viator ingreditur, nutat incessu, sed conualefcit affectu. Periclitatur corpore sed deu- otione non labitur. Mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur. Sustentabat enim fides, quem vnda merge- bat: & quem fluctuum procella turbabat, saluatoris dile- ctio confirmabat. Ambulabat enim in mari Petrus magis dilectione quam pedibus. Non enim videbat vbi pedū vestigium figeret, videbat autem vbi figeret vestigium charitatis. In nauis enim positus considerat dominum, & amore eius ductus descendit in mare. Non cogitat la- bentes aquas, non fluentia currentia, & dum Christum respicit, non respicit elementum, dum credit fide, etiam inter vndas solidum inuenit vestigium. lactetur licet flu- ctibus maris, ventis pelagus conturbetur, non tamen tur- babatur. Petri semita quae ducit ad dominum. Ambulat igitur super aquas Petrus, & sub pedibus eius mollis vnda non cecidit. Legimus in veteri testamento filios Israël per mare rubrum siccis itineribus ambulasse, & ad se- curitatem gradientium ne laberentur, vnda iter solida- tum: quanto hic melius, vbi ambulante Petro nec muta- tur vnda, nec labitur, nec solidatur aqua nec refugit? Me- lius, inquam, vbi eadem vnda quae fluctuat & sustentat,

ibi idem gurges qui mergit & famulatur. Illic vt porta- retur per mare populus Israël meatū suum natura per- diderat, hic dum portatur in aquis Petrus, cursum suum fluentem non perdidit. Temerarius ergo viator Apo- stolus noui itineris viam carpit, modo curuati gurgitis molem ascendit, modo sub labentes sinus vnda descē- dit, & inter marinos fluctus ascensus illi itineris descen- susque non deest. Sed vbi turbantibus ventis exagitantur procellae, incipit timere quod credidit, statim ei gurges subtrahitur, vnda subducitur. Mox enim deficiente fide defecit semita, Tunc exclamans ad dominum Iesum sal- uum se fieri deprecatur. Quem apprehensa manu salua- tor liberat, & subiungit, dicens, Modicæ fidei, quare du- bitasti? Hoc est, cur tam modicæ fidei es, vt qui creden- do in mare ambulare coeperas, non id perseverando trās- ireres? scriptum est enim, Qui perseverauerit vsque in fi- nē, hic saluus erit. Sed dum cunctaris & dubitas, iter quo ingressus fueras perdidisti. Cur, inquam, tam modicæ fi- dei es, vt non ea fide qua venire coeperas peruenires? In- tellige ergo, quia in mare credulitas te portabat, perfi- dia submergebat. Igitur sanctus Petrus dum fluctuat, dū mergitur, dum periclitatur, sic peruenit ad dominum, ostendens nobis quod non nisi per periculum propere- tur ad Christum. Multi enim diaboli fluctus sunt in hoc mundo, tentationum multa naufragia, a quibus ita libe- rari possumus, si clamantibus manum suam saluator ex- tenderit. Nos ergo clamare ad dominum non cessemus ille auxilium solitum non negabit, Iesus dominus nos- ter qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat in se- cula seculorum, Amen.

DE ANNUNCIATIONE dominica.

In festo annunciationis dominicae, de eo quod scriptum est in Esaia, Et requiescet super eum spiritus timoris do- mini & caetera. Sermo I.

**M**ULTA nobis fratres de dei timore prae- cepta sunt, & quam sit vile timere deum innu- merabiliter diuina eloquia sonuerunt. Ex qua vberissima copia pauca me commemorantem, & ad ea quantum pro temporis breuitate potero differentem libenter aduertite. Quis non sapientem se esse letetur, aut si nondum est esse desideret? Sed quid dicit scriptura? Initium sapientiae timor domini. Quem non regna- re delectet? Sed audiamus quid in Psalmo spiritus mo- neat, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cū tre- more: vnde & Apostolus dicit, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini: legimus etiā scri- ptum, Concupisti sapientiam, serua iustitiam, dominus praebebit illam tibi. Multos enim reperimus negligenti- ssimos iustitiae, & auidissimos sapientiae. Hos docet scri- ptura diuina peruenire non posse ad id quod appetunt, nisi seruando quod negligunt. Serua, inquit, iustitiam, & praebebit tibi dominus quam concupisti sapientiam. Quis autem potest nisi deum timeat seruare iustitiam? Dicit enim alio loco, Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Porro si dominus non praebebit sapientiam nisi seruanti iustitiam, qui autem sine timore est non poterit iustificari: recurritur ad illam sententiam, Initium sapientiae timor domini. Esaia etiam Propheta cum se- ptem illa notissima dona spiritalia commendaret, inci- piens a sapientia peruenit ad timorem dei, tanquam de- sublimi descendens ad nos, vt nos dominus doceret a- scendere. Inde ergo coepit quo volumus peruenire, & il- luc

**A** luc peruenit vnde debemus incipere. Requiescet in eo, inquit, spiritus dei, spiritus sapientiae & intellectus, spiri- tus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, spiritus timoris domini. Sicut ergo ille non deficiente sed docendo a sapientia vsque ad timorem descendit, sic nos non superbiendo sed proficiedo a timore vsque ad sapientiam oportet ascendere. Initium enim sapientiae timor domini. Ipsa est enim illa conuallis ploratio- nis, de qua Psalmus dicit, Ascensiones in corde eius dis- posuit in conualle plorationis. Per conuallē quippe hu- militas significatur. Quis est autem humilis, nisi timēs deum? Et eo timore conterens cor in lachrymis confes- sionis & poenitentiae, Quia cor contritum & humiliat- um deus non spernit. Sed non timeat, ne in conualle remaneat. In ipso enim corde contrito & humiliato quod deo non spernit, ascensiones per quas in illum asurgere- mus ipse disposuit: nam ita Psalmus dicit, Ascensiones in corde eius disposuit in conualle plorationis, in loco quem disposuisti. Vbi sunt ascensiones? In corde, inquit, Sed vnde ascendendum est? Vtique a conualle ploratio- nis. Et quò ascendendum est? In locum, inquit, quem dis- posuit. Quis iste locus est, nisi quietis & pacis? Ibi enim est illa clara & quae nunquam marcescit sapientia: vnde ad nos exercitantes quibusdam doctrinae gradibus de- scendit Esaia a sapientia vsque ad timorem, a loco sci- licet sempiternae pacis vsque ad conuallē plorationis, vt nos in confessione poenitentiae dolendo, gemendo, fletu non remaneamus in dolore & gemitu & fletu: sed ascendentes ab ista conualli in montem spiritalem vbi ciuitas sancta Hierusalem mater nostra aeterna fecundata est, imperturbabili latitia perfruamur. Ergo ille cum praeposisset sapientiam, lumen scilicet mentis indeficiens, adiunxit intellectum, tanquam quarentibus vnde ad sapientiam veniretur, responderet, ab intel- lectu: vnde ad intellectum, a consilio: vnde ad consiliū, a fortitudine, vnde ad fortitudinem, a scientia: vnde ad scientiam, a pietate: vnde ad pietatem, a timore. Ergo ad sapientiam a timore, quia initium sapientiae timor domini. A conualle plorationis vsque ad montem pacis. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ipsi sunt in conualle humiles, ipsi in tre- more cor contritum & humiliatum sacrificant deo. Vn- de ascendunt ad pietatem vt non resistant voluntati ei? siue in sermonibus eius vbi non capiunt sensum eius, si- ue in ordine ipso & gubernatione creaturae cum ple- raque aliter accidunt quam priuata hominis voluntas exposcit: ibi quippe dicendum est, Verum non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Beati enim mansueti, quo- niam ipsi hereditate possidebunt terram. Non terram morientium, sed terram de qua dictum est, Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Ab ista quippe pietate merebuntur scientiae gradum, vt nouerint non solū ma- la praeteritorum peccatorum suorum de quibus in pri- mo gradu poenitentiae dolore fleuerunt, sed etiam praesentia & caetera. In Christo videtur fuisse diuinitas. Por- rō si fides dominum natum credit in carne deo non du- bitet esse vtrumque possibile, vt & corpus maioris atatis nō referato aditu domus intus positus praesentaret, & spō- sus infans de thalamo suo, hoc est, vtero virginali illaesa matris virginitate procederet. Illic namque dei filius hu- manam sibi dignatus est coniungere naturam, vt sibi ca- piti immaculato immaculatam consecraret ecclesiam, quam paulus Apostolus virginem vocat, non solas in ea considerans corpore virgines, sed incorruptas desi- derans omnium mentes, Desponsauit, inquit, vos vni viro

virginem castam exhibere Christo. Ergo & ecclesia imi- tans domini sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen & mater & virgo est. Nullo itaque modo virginitate matris suae nascendo Christus ademit, qui ec- clesiam suā de fornicatione demonū redimendo virgi- nem fecit. Ex cuius incorrupta virginitate procreatae vir- gines sanctae quae terrenas nuptias contemnentis esse etiam carne virgines elegisti, gaudentes celebrate so- lenniter hodierno die virginis partum. Ille quippe est natus ex foemina, qui non est a masculo satus in foemi- na. Qui vobis attulit quod amaueritis, matri non abstulit quod amatis. Qui sanat in vobis quod extraxistis ex Eua, abstulit vt vitaret quod dilexistis in Maria. Illa igitur cuius vestigia sancta sectamini, & vt conciperet cum vi- ro non mansit, & vt parere virgo permansit. Imitamini eā quantum potestis, non fecunditate, quia hoc non po- testis salua virginitate. Sola vtrumque potuit quae omni- potentem peperit, qui & vtrumque posse concessit. So- lum enim vnicum dei filiū, isto vnicō incorrupto partu fieri oportebat hominis filium. Nec tamen ideo non est vobis aliquid Christus, quia vnus est virginis filius. Nā & vos eum & si filium adere non potuistis in carne, spō- sum tamen inuenistis in corde. Et talem sponsum quem redemptorem sic teneat felicitas vestra, vt perempto- rem non timeat virginitas vestra. Qui enim matris vir- ginitatem nec corporali abstulit partu, multo magis in vobis eam spiritali seruat amplexu.

In eodem festo, de quo scriptum est in Euangelio se- cundum Lucam, Missus est angelus & caetera.

Sermo II.

**A**DEST nobis dilectissimi, optatus dies beate- lac venerabilis semper virginis Mariae, ideo cū summa exultatione gaudeat terra nostra, tan- ta virginis illustrata die solenni. Haec est enim flos cā- pi, de qua ortum est preciosum lilium conuallium, per cuius partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Precisum est in ea illud Euae infelicitatis elo- gium, quo dicitur, In dolore paries filios tuos: quia ista in latitia dominum peperit. Eua enim luxit, ista exultauit. Eua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit. Quia illa peccatorem, ista adidit innocentem. Virgo quippe genuit, quia virgo coepit. Inuiolata peperit, quia in conceptu libido non fuit. Vtrobique miraculum & sine corruptione grauida, & in partu virgo puerpera. Descendit angelus de caelo missus a patre deo in nostrae redemptionis exordium, ad beatam salutandam Mariam, Ave, ait, gratia plena, dominus tecum. Impleta est ergo gratia, & Euae vacuata est culpa. Maledictio Euae, in be- nedictionem mutatur Mariae, Ave, inquit, gratia plena, dominus tecum. Tecum dominus in corde, tecum in ventre, tecum in vtero, tecum in auxilio. Gratulare bea- ta virgo, Christus rex de caelo suo incarnatur in vtero tuo ex sinu patris in vterum dignatur descendere matris. Benedicta tu, inquit, in mulieribus, quae vitam & viris & mulieribus peperisti. Mater generis nostri poenam in- tulit mundo, genitrix domini nostri salutem attulit mū- do. Auētrix peccati Eua, auētrix meriti Maria. Eua oc- cidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percus- sit, ista sanauit. Pro inobedientia enim obedientia cō- mutatur, fides pro perfidia compensatur. Lata igitur Ma- ria gestat infantem, exultans amplexatur filium, portat a quo portabatur. Nec decursis nouem mensibus peperit Christum. Plaudat nunc organis Maria, & inter velo- ces articulos tympana puerperae concrepent. Concināt latantes



G latantes chori, & alternantibus modulis dulcisona carmina miscantur. Audite igitur quemadmodum tympanistris nostra cantauerit: ait enim, Magnificat anima mea dominum: Et exultauit spiritus meus, in deo salutaris meo. Quia respexit humilitatem ancilla sua, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est & cetera. Causam igitur intulescentis errati, miraculum noui partus euicit, & Eux planctum Mariae cantus exclusit. Denique post illius benedicibile angeli praesagium, dum tacita secum virgo mentis altercatione confixit, qualis esset ista saluatio, nunciis interim caelestis exequitur. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominum, Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: at illa, Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Et angelus ad eam, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei, iam audisti quomodo fiet hoc, responde nunc uerbum, Vitam quid tricas mundo? Audisti quomodo fiet hoc, quia spiritus sanctus superueniet in te, ut prolem gignas, & uirginitatem non perdas: filium proferas, & post partum incorrupta permanes. O beata Maria, seculum omne captiuum tuum deprecatur assensum, te apud deum mundus suae fidei obsidem fecit. Noli morari uirgo, nuncio festinanter responde uerbum & suscipe filium, da fidem & senti uirtutem. Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Nec mora reuertitur nuncius & uirginalem thalamum ingreditur Christus. Efficitur subito praegrans beata dei genitrix, & cuncta per secula praedicatur foelix. Conceptit mox ad credulitatem uerbi, uiriliter ignara confortij: impletur uterus nullo humano pollutus amplexu. Extat itaque uirgo cum concepit, uirgo grauida, uirgo cum parit, & uirgo post partum. Praeclara ergo illa uirginitas, & gloriosa fecunditas. Exultat Maria & matrem se laeta miratur, & de spiritu sancto se protulisse gaudet, nec quia peperit innupta terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. Gaudeamus ergo & nos fratres in die annunciationis quae per angelum hodie facta est ad aures uirginis, quae dum desponsaretur fabro, caeli nupsit architecto. Promittitur enim ei filius per uisitationem sancti spiritus. Haec illa audiens gaudet, cupitque effici mater. Quid igitur mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur? Non enim decebat ut ille qui nobis afferebat salutem, matri praeiret integritatis dignitatem. Nam qui terra mari caeloque non capitur, intra uirtus corporis sculi membra suscipitur: haec est illa nouitas, Hieremiae prophetae uaticinio praenunciata, Faciet, inquit, dominus nouum super terram, femina circumdabit uirum. O femina super feminas benedicta, quae uirum omnino non nouit, & uirum suo utero circumdedit. Circundat uirum Maria angelo fidem dando, quia Eua perdidit uirum serpenti consentiendo. Salutat angelus puellam uiri salutationis ignaram, terretur uirgo nouitate uerborum: ad quam angelus, ut superius praetulimus, dixit, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum. Ne, inquit, a conspectu meo terrearis mater domini mei, ego conceptionis tuae minister adueni, non ut uirginitatem amitteres interueni. Ipse me misit ad te, qui est nasciturus ex te. Concipies enim & paries filium, non cuiuslibet meriti hominem, sed totius seculi saluatorem. Recole Maria in libro Esaiae prophetae uirginem quam parituram legisti, & gaude atque exulta, quia tu esse meruisti. Tu ibi praefigurata es uirgo, tu

ecce concipies in utero, non de uiro, sed de spiritu sancto, & grauida eris & incorrupta permanebis. Paries quidem filium, & uirginitatis non patieris detrimentum. Efficietis grauida & eris mater semper intacta. Senties pondera uentris, & pudorem non perdes castitatis. Intumescet uera tua, & intacta manent genitalia tua: ita laudat, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. O foelix obedientia, in insignis gratia, quae dum fidem dedit humiliter, caeli in se opificem corporauit. Impleuit in ea dominus, quod dudum praedixerat, Obedientiam, inquit, malo quam sacrificium, & scientiam dei plus quam holocausta. Haec fuit uera obedientia omnique sacrificio gratior, haec uoluntas cunctis hostiis acceptior, hinc promeruit gloriam, quam ipsa postmodum hausit: ecce, ait, Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarum ac laudum praegonia rependere, quae singulari tuo assensu mundo succurristi perditum? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quae solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum susceperis uota culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis & reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile quod per te ingerimus, fiat impetrabile quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus, quia tu es spes unica peccatorum, per te speramus ueniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio praemiorum. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam commemorationem. Assiste parata uotis poscentium, & repende omnibus optatum effectum. Sint tibi studia assidue orare pro populo dei, quae meruisti benedicta redemptorem ferre mundi, qui uiuit & regnat in secula seculorum.

In eodem festo. Sermo XIX. Orruptum peccatis originalibus & actualibus mundum mundi conditor secreto & mirabili consilio per mysterium uerbi incarnati, eiusdem mundi lapsum uoluit reparare, qui eo uerbo quo potuit de nihilo cuncta creare, potuit quae perditae fuerant reformare. Ipse namque dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Hanc ei potentiam non credimus imminoratam, non credimus immutatam, & apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio, quo minus esset potens & sapiens in reformando, quam fuerat in plasmando. Omnipotentis quippe figuli manus, cuius uniuersa uiae misericordia & ueritas, quae lutum de terra leuatum rationalis naturae dignitate sublimauerat, sic uoluit ruinam uasis fragilis reformare, ut nec peccatum hominis dimitteret impunitum quia iustus est, nec insanabile quia misericors est. Si tantum iustus esset, cuius sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter, potuit sua fortitudine aduersus seductorem generis humani contendere, & ouem perditam ad gregem reductam suo dominio restituere. Sed hoc modo uideretur eminentiam tantum suae uirtutis ostendisse, non medicinalem misericordiam impendisse redemptis: nec appareret quanta charitate creator creaturam diligebat, a qua se diligendum esse multiplici beneficio expetebat, quatenus miser homo, praecedente gratia, obtineret etiam per meritum, quod ei male merito rependebatur indebitum.

A indebitum. Quod ergo dei sapientia potuit facere sapienter & fortiter, uoluit facere suauiter, uis sibi infirmitatem carnis nostrae quam primo in se sanaret, & per hanc quasi medicinalem confectionem generi humano sanitatem restitueret, non quod non potuerit aliter fieri quantum ad peritiam & potetiam medici, sed quia non potuit commodius antidotum procurari quantum ad complexionem aegroti. Quod enim infirmum est dei, fortius est hominibus: & quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Haec causa nobis specialis esse uidetur cur dei filius hominem induere uoluerit & inter homines conuersari, ut mortalitatem quam a nobis accepit moriendo superaret, & naturam nostram supra primam originis dignitatem reparatae secum ad immortalitatem reuocaret, ut eo sequeretur humilitas gregis, quod praecessit celsitudo pastoris. Sic radius solis humorem quem ad se trahit exiccet, ipse tamen uirtutem sui caloris & splendoris nec minorat nec immutat. Sic ignis materiam quam assumit in se conuertit, naturam uero suam ideo nec mutat nec minuit: multo fortius ille ignis, de quo dicitur, Deus noster ignis consumens est, mortalitatem nostram in se assumpsit, & inde gratia sanitate totum corpus resumpsit. Mirabile & incomparabile genus medicinae, propter quam medicus uoluit egrotare, & aegrotos quibus salutis remedium procurabat, sua decreuit infirmitate sanare. In hoc apparet quam incomparabili charitate nos dilexerit, quia in eo quod defectores suos quaesuit, semen Abraham apprehendit, errantes reduxit, saucios curauit, nihil sibi addidit, non est inde factus altior, non est factus inde beator. Tota haec dispensatio nostrae utilitati consuluit, nostrae salutis militauit, diuinae potentiae nil contulit. Nam & cum essemus uasa contumelie, omnipotentis figuli manum es fugere non potuimus, utebatur uasis ira prout uolebat ad manifestationem suae gloriae: sic enim dictum est Pharaoni, In hoc ipsum excitauit te ut ostendam in te uirtutem meam, & annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Nonne & daemones cum a domino eiicerentur de corporibus obsessis dominum glorificabant, quando dicebant, Quid nobis & tibi Iesu fili dei uis? Quid uenisti ante tempus torquere nos? Constat ergo ex his & huiusmodi aliis, quia diuina uirtus nostra reparatione non eguit, sed tamen ea bonitate qua nos condidit, eadem nos reformare uoluit: & ad hoc medicamen nunquam forte posuit, sed quam lenius complexionem aegrotantis competere perspexit apposuit. Solent quippe medicinae periti aegritudines quas curandas suscipiunt aliquando curare per contraria, aliquando per similia. Hoc fecit dominus noster Iesus Christus, sua paupertate nos ditans, sua humilitate nos subleuans, sua infirmitate nos sanans, sua morte nos uiuificans. Sic ratione medicinae sicca humidis, humida siccis, calida frigidis opponuntur, & minus fortia contraria a fortioribus contrariis superuenientibus superantur. Simili ratione, similia similibus apponuntur, cum secundum quantitatem uulnerum vel tumorum mensuratur longitudo vel latitudo epithematum. Sic scorpionum carnes oleo coctae percussionebus, medentur scorpionibus, sic theriaca de serpentis carne confecta, morsibus serpentinis occurrunt, & portiones ueneno infectas in potu sumpta expellit. Ad hanc similitudinem medicus noster mortem carnis nostrae de serpente uenientem, carnis suae morte sanauit, & ad immortalitatis suae speciem in tempore restitutionis complendam reformauit. Vbi diligentius attendendum est, quod mors quae per lignum uenit, per lignum superata

est. Et ipsa ligni forma longitudini & latitudini & altitudini humani corporis configurata est, quorum sicut totum corpus motum est ut manus ad uertitum extendere-retur, ita corpus per omnia membra sua in cruce distenderetur: & totum quod reatu paterni delicti contractum fuerat, hoc emplastrum malaxatione consolidaretur. Sed huic medicamento per similia composito, admixtum est & medicamentum factum per oppositum. Nam hic sanauit obedientia, quod ibi corruerat inobedientia. Et quod ibi contaminauit gula oblectamentum, hic reformat crucis tormentum. Continetur in hac crucis figura altius sacramentum, quod quanto est altius, tanto attendendum diligentius. Intelligitur namque in latitudine crucis dilectio proximi, quae non tantum usque ad amicos, sed etiam extendenda est usque ad diligendos inimicos. Intelligitur quoque in eiusdem longitudine, longa & perseverans laborum & persecutionum sustententia, quam patienter ferre debet ad patriam suspirans nostra peregrinatio, tam pro dilectione proximorum quam pro exhibitione omnium bonorum operum. Figuratur simili ratione in altitudine eius eminentia spei penetrans usque ad interiora uelaminis, ubi uisione pacis perfuerunt qui hic a ciuibus Babyloniae multipliciter exercentur donec in libertatem gloriae filiorum dei a seruitute corruptionis huius liberentur. Significauit hanc charitatis latitudinem dominus Iesus in cruce caput ad Orientem erigens, pedes ad Occidentem submittens, manus ad Aquilonem & Austrum extendens, ut adimpleret quod de se ante passionem suam praedixerat, Cum exaltatus fuero a terra, id est, cum crucifixus fuero, omnia traham ad meipsum: id est, uocabo ad me totum mundum. Hoc sacramento crucis sanctus Helisaeus Sunamitis filium os ori, manus suas manibus eius applicans orando suscitauit, & uiuum matri restituit. Eiusdem uirtute sacramenti Moyses in deserto bisulicem uirga percussit & sitienti populo aquam de petra produxit. Bina quippe percussio, duorum lignorum figurate intelligitur in cruce facta compactio. Bis ergo petra percussit, cum Christus de quo dicit Apostolus, Petra autem erat Christus, in duobus lignis crucis extensus lancea perforatur. De hac petra aqua profluxit, cum sanguis redemptionis & aqua baptismatis, quibus in nouum hominem transformamur de latere Christi manauit. Praeterea inter has crucis dimensiones soleter attendenda est crucis profunditas, quia profundum est mysterium crucis, in quo multorum qui sapientes dicebantur ingenia defecerunt, quod hoc ausi sunt reprehendere, quod non potuerunt humana ratione comprehendere, uidelicet cur uerbum deo patri coaeternum, omnia continens, omnia implens in assumpto homine totum se conclusit, & tamen totum mundum regere, complere & continere non deseruit, non satis considerantes quod ualet in minori, multo magis posse ualere in maiori, cum uox una & tota de ore loquentis prodeat, & tota ad multorum hominum aures perueniat. Qui de hac quaestione scrupulosius disputant, & tanquam clauso ostio ad parietem palpant, audiant primum dicentem Apostolum, O homo tu quis es qui respondeas deo? Deum mitescant, & cum pietate pulsent ut aperiatur eis, & iustum fuisse conditorem in condemnando, & misericordem in redimendo credant, nec potuisse sanari sine misericordia, quod iuste condemnauerat omnipotentis iustitia. Hinc consequenter aduertant cur usque ad captiuari hominis paupertatem & crucis ignominiam se humiliauerit diuina omnipotentia, quae in paradiso

Luc. 1.

Luc. 1.

Osca. 6.

Luc. 11.

L.

Sermo XIX.

M.

Iacobi. 1.

Psal. 41.

Sapient. 8.

Luc. 11.

1. Corin. 1.

Deut. 4.

Heb. 2.

2. Timo. 2.

Roma. 9.

Exo. 9.

Math. 8.

Hiere. 31.

Gene. 3.

Luc. 1.

Esaie. 7.

In 11. so. Ho. Homi. 3. Crucis figura quid obui bret.

Hebr. 6.

Roma 8.

4. Reg. 4.

Num. 20.

1. Corin. 10.

Roma. 9.

**G** paradiso reum hominem condemnauerat iusta sententia. Cum enim de perpetrata à domino argueretur inobedientia, non se humiliter vt culpa exigebat accusauit, sed autorem superbe accusauit, dicēs, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi fructum & comedi. Hac dicēdo se putauit excusatum, & sic creatorem mulieris conditorēq; ad peccandum virum traxerat in culpā. Qui si humiliter se accusasset, & in autorem suum culpam non retorisset, à paradiso non exulasset. Erat autem contra diuinam iustitiam si reum impoenitentem in pristinum gradum restitueret, & non vsque ad dignum poenitentiae fructum qua vellet ratione compelleret. Diuina itaque sententia morti est indicatus, & cum tota posteritate qua de lumbis eius erat processura, eiectus est de paradiso & erumoso condēnatus exilio. Et quia sine poenitentia in statum suū redire nō poterat, monendus & admonendus erat ad poenitentiam, vt reformaret voluntaria & subiecta humilitas, quod corruerat male erecta iniquitas. Non enim conueniens erat, vt inuitus traheretur ad poenitentiam, qui spōtanens corruerat in poenam: ne itidem ingratus existeret suae reformationi, sicut ingratus existerat primae conditioni. Prouisum est igitur tale medicamentum quale conueniebat aegrotō, quod duritiā tumoris sic emolliret vt molles factus spōte mortiferum virus effunderet, dicente Psal. mīsa, Effundite coram illo corda vestra: id est, per confessionē eiecite de cōscientiis vestris omnia immunda. Quod quādiu tardauit facere mundus, tandiu remāsit immundus. Vt ergo hoc fieret misit medicus noster praecōnes & testes suos ante se legislatores & prophetas, qui corda auditorum ad poenitentiam prepararent, & ei in tempore gratiae testimonium perhiberent. Venit ipse medicus in tempore plenitudinis publicae, praedicauit causam aduentus sui, factus doctor medicinae, dicens, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum: & item, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: hoc cōsiliū medicinae acceperunt multi. Contemptoribus placuit adhuc magis sibilis serpentis perimētis, quā per sūasio medici redimentis. Filius adoptionis audiuit, & obaudiuit voci promittentis qui in paradiso non obediērat praecōpto mortem comminantis. Expleta dispensatione doctrinae suae, & cācitate in Israēl ex parte perdurante, tandem exhibuit se medicum & fecit de seipso medicamentum. Exhibuit se sacerdotem, & fecit seipsum sacrificium, vt compleret ad quod venerat, & probaret quanta dilectione dilexerat eos, pro quibus corpus suum in ara crucis offerebat: vnde & in Euangelio suo ante praedixerat, Maiorem charitatem nemo habet, quā vt animam suam ponat quis pro amicis suis: hinc est quod Apostolus dicit, Commendat charitatem suam deus in nobis, quia cum inimici essemus reconciliauit nos sibi per mortem filij sui. Et quia naturale est vt homines diligentes se diligant, hac humilitate & charitate humiliata est & liquefacta duritia mūdi, vt agnosceret beneficium suae reparationis, quae non agnouerat excellentiā suae conditionis: vnde Psal. mīsa, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Postquam vero ad se reuersus est, & per dilectionem redimentis, & eruditionem admonentis cognouit de quanta corruisset gloria, & in quāta versaretur miseria, expertus est quā magna indigeret misericordia, & impletum est quod dicit Psal. mīsa, Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Praedicata est ex in virtus crucis per vniuersum mundum, quae partibus suis per quator mundi

partes est extensa, & totum mundum sua malaxatione complexata. Nec iam potuit mundus ex toto esse ingratus, qui tanta fuerat charitate sanatus. Crucifixus noster à morte surrexit & caelos ascendit, crucem nobis in memoriam suae passionis reliquit, crucem reliquit ad sanitatem. Hoc signum praesidium est amicis, obstaculum est inimicis. Huius crucis mysterio rudes catechizantur, eodem mysterio fons regenerationis consecratur eiusdem crucis signo per manus impositionem baptizati dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis characterē basilicā dedicantur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur: sacerdotes & leuitae per hoc idem ad sacros ordines promotur. Et vniuersaliter omnia ecclesiastica sacramenta, in huius virtute perficiuntur. Qui hoc mare magnum & spatiosum, in quo sunt reptilia quorum non est numerus, absque naufragio transire desiderat, crucem sequatur, crucem teneat, & eam non deserat donec ad optatum salutis portum perueniat. Hoc cursum nostrum dirigit, hoc ad agonem nos instruit, hoc in luctamine adiuuat, hoc ad victoriam pronēhit, hoc ad coronam peruehit, hoc maleficia destruit, & omnia dāmonum machinamenta ad nihilum redigit, Et quod faciebat in terris corporis Christi praesentia, hoc facit cum fideli inuocatione nominis Christi victoriosae crucis insignita memoria. Longū est per singula virtutem crucis exponere, Qui vero in angaria Christi crucem portat, poterit plura de eius virtute experimento cognoscere, quā possit sermo retexere vel humana cogitatio comprehendere.

Item in eodem festo, Sermo. Vos inquam, conuenio d̄ Iudaei & cetera. qui infertus est in sermone quarto de tempore. Item in eodem festo, Sermo. Legimus & fideliter retinemus & cetera. qui habetur inter sermones de tempore IX.

DE SANCTIS QUORVM FESTI INTER PASCHA & PENTECOSTEN OCCURRUNT.

DE SANCTIS PHILIPPO & IACOBO.

In festo sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum, Homilia de eo quod scriptum est secundum Ioannem, Non turbetur cor uestrum, neque formidet & cetera. incipiens, Erigenda & cetera. quae sumpta est ex expositione doctoris, Ibidem. Et ex sermonibus de Verbis domini LIIII. & sequentibus. Et ex libro Quinquaginta Homiliarum XXXIIII.

DE INVENTIONE SANCTAE CRUCIS.

In festo inuentionis sanctae crucis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat homo ex Pharisaeis & cetera. Incipiens, Nicodemus ex his erat & cetera. quae sumpta est ex expositione doctoris ibidem. Et ex sermonibus de Verbis Apostoli XIII. Et ex libro Quinquaginta Homiliarum III. De ceteris sanctis quorum festa eodem tempore occurrunt, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis vera & cetera. incipiens, Iste locus euāgelicus & cetera. quae sumpta est ex expositione doctoris Ibidem. Et ex sermonibus de Verbis domini LIX.

DE SANCTO IOANNE BAPTISTA.

In vigilia

**A** In vigilia sancti Ioannis Baptista, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae & cetera. quae habetur in libro Quinquaginta Homiliarum XLIIII. In festo Natiuitatis Ioannis Baptista. Sermo I.

**B** Ost illum sacrosanctum domini natalis diem nullius hominum natiuitatem legimus celebrari, nisi solius beati Ioannis Baptista. In aliis sanctis & electis dei nouimus illum diem coli, quo illos post cōsummationem laborum & deuictum triumphatumque mundum in perpetuas aternitates praesens haec vita parturit. In aliis consummata vltimi diei merita celebrantur, in hoc etiam prima dies & ipsa etiam hominis initio consecrantur, pro hac absque dubio causa, quia per hunc dominum aduentum suum, ne subito homines imseratum non agnoscerent, voluit esse testatum. Ioannes autem figura fuit veteris testamenti, & in se formā praetulit legis: & ideo Ioannes praenunciavit Saluatorem sicut lex gratiam praecurrit. Quod autem nondum natus de secreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iam testis est veritatis, hoc est intelligendum, quod latens sub velamine & carne litere, & redemptorem mūdo spiritu praedicauit, & nobis dominum nostrum de quodam legis vtero proclamauit. Ergo quia Iudaei errauerunt à ventre, id est, à lege qua à Christo grauida erat: Errauerunt à ventre locuti sunt falsa, ideo hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Quod autem Ioannes in carcere constitutus ad Christum discipulos suos ordinat, lex ad Euangeliā trāsmittit. Quae lex iuxta typum Ioannis quasi ignorantiae clauis carcere in obscuro & in occulto iacebat, & Iudaica caecitate sensus intra literam tenebatur inclusus: de hoc beatus Euangelista proloquitur, Ille erat lucerna ardens. id est, spiritus sancti igne succensus, vt mundo ignorantiae nocte possessio, lumen salutis ostenderet, & quasi inter densissimas delictorum tenebras splendidissimum iustitiae solē, lucis suae radio demonstraret, & de seipso dicens, Ego vox clamantis in deserto. Videamus in quo deserto, id est in gentilium populo. Vacua enim timore dei pectora, & spiritus sancto carentia deserto squalentis eremi comparantur. Desertus enim erat hic mūdo ab omni cultura fidei & timoris dei, & peccatorum spinis obtutus squalabat tanquam ager incultus, & nullam penitus bonorum operum fecunditatem attulerat, nullum imbrem gratiae spiritualis acceperat. Mittitur beatus Ioannes qui eum per prophetica atque apostolica praedicationem annunciando poenitentiam, quasi rudem campum profunderet, fecundaret & excoleret, diuini verbi seminibus impleteret, & ad maturam frugem, id est, ad regenerationis gratiam prepararet. Iam illud quantae gloriae est, quod Zachariae sacerdoti feni & Helizabet sterili à Gabriele, id est, ab illo angelo promittitur à quo Mariae natiuitas domini nunciatur, & quasi ex aliquo similis domini praemittitur filius sterilis ante filium virginis, nescio quod maius miraculum ipsa natiuitate declarans. Insuperata prole posteritas muneratur, quia nouo partu erat muneranda & diuina virginitas. Praemittitur ante Iesum Christum Ioannes, quasi testamentum vetus ante nouum, vt dies diei eructet verbum, & sacramentorū obscura profunditas euidentioribus nouae doctrinae mysterijs reuelatur. Praemittitur ergo lucerna ante solem, seruus ante dominum, amicus ante sponsum, praeco ante iudicem, vox ante verbum: & ideo de se dicit, Ego vox clamans

**C** omnis decimus.

tis in deserto. Quid est quod beatus Ioannes vocem se esse dixit id est, quia verbi annunciator & praedicator erat. Hic iam solcite requiramus, quid inter verbum sit & vocem. Scripturae sanctae verbum esse definiunt, quod definiunt ipsam cogitationem quae adhuc intra conficiētia secreta retinetur: vocem vero per quam verbum profertur in medium. Vox sonus est, index cogitationis, verbum vero ipsa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus necessaria est vox quasi quoddam vehiculum verbi, & quālibet verbum ipsum per oris sonum ad alium transferamus, tamen illud integrum etiā intra nos, id est, clausum à loquente transfertur, vt tamen in sua sede teneatur: ita & omnipotens pater innotescere nobis volens, sapientiam & verbū illud quod in principio erat deus apud seum, sicut ipse testatur, Eructauit cor meum verbum bonum, beatum Ioannem quasi vocem per quam ad nos verbum suum proferret assumpsit. Quod quidem verbum de illa sede ita ad nos descendit, vt in sinu, id est, in profundo paterni pectoris permaneret, terrena visitans, & caelestia non relinquēs. Hanc itaque gloriam beatus Ioannes Baptista non de longinquo sicut reliqui prophetae, sed vicinis & proximis antecessit. Illi aduentum regis ante multa tempora praedicaerunt: alij dixerunt, quādoque venturus est: alij, ecce cito venit: iste autem quem venturum praedixit, digito ostendit, & prophetiam suam per ipsum quem annuntiabat assistentem compleuit. Adhuc itaque in vtero matris suae spiritus sancto est repletus, & suam ipsius natiuitatem prophetando praenuntiat. Ad similitudinem domini sanctificatus antequam natus, inter viscera exultans, & Saluatoris aduentum materno ore protestās. Vere lucerna ardens in quo tam singularis gratia diuinae dignationis effulsit, vt iam iamque affore redeptorem sanctae genitricis voce narraret, & per eam velut per quandam veritatis lucernam, nondum in lucē prolatus ostenderet. Hic est ille qui noui & veteris testamenti idoneus mediator, & gloriosus agni dignus offeror, qui dominum suum & annunciare vno tempore meruit & videre, vna eademque suae natiuitatis aetate & noua incipiens & vetera concludens: de persona huius Euangelista testatur, A diebus Ioannis regnum caelorum vim patitur. Nouimus quia familiariter mens humana in diuersis huius mundi illecebris & concupiscentiis deuicta fugit laborem, expetit voluptatem, & vix adducitur vt cōsuetudinem à se vitae prioris excludat: sed cum cōeperit cogitare vltimi diei necessitatem, ac futuri iudicij pondus, incitata & stimula vel spe praemij vel timore supplicij, voluntarium bellum indicit passionibus, & vim facit pristinis suis desiderijs, & violenter se vincere ipsa contendit. Non enim sine violentia fieri potest, vt de abundantia & delitijs ad famam & sitim, ad abstinentiam & crucem transeat, vt somno prius atque ocio amicam carnem contritione vigilijsq; conficiat. Non, inquam, sine violentia fieri potest, vt vnusquisque iracundiam patientia, superbiam humilitate cōmutet, amore pauperatis diuitiarum ac sufficientiae affluentiam superet, vinolentiam sobrietate, luxuriam castitate condemnet, & homo subito in virum transformetur perfectum, & quodammodo alter reddatur ex altero, ac sic à talibus per violentiam regnum caeleste diripitur. Duo autem sunt abstinentiae & crucis genera, vnum corporale, aliud spiritale. Vnum à potu atque epulis temperare, appetitum gulae à delectationibus & mollissimis suauitatibus coercere, ab his quae per

Quid inter verbum sit & vocem:

Iohan. 1. Psal. 44.

Iohan. 1.

Matth. 11.

F

Abstinentia & crucis duo genera.

L tactum

G tactum & gustum visumque decipiunt sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere. Alterum abstinentiæ, & crucis genus est preciosius atque sublimius, motus animi regere, & per turbationes illius modestæ tranquillitate placare; iræ ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrenare; litigare quotidie contra vitia sua; increpare se quadam censura austeritatis & virtutis, & rixam quodammodo cum homine interiore conferere. Preciosa in conspectu dei & gloriosa crux, cogitationes malas in potestatem redigere, voluntates proprias abnegare, easque interiori examinatione discutere, & regentis imperio subiugare. A sermone atque opere quo anima læditur tanquam à cibus noxiis abstinere, & sensum ab his quæ contraria sunt spiritali temperantia sobriam custodire. Hęc qui facit, prærupto passionis muro violentèr ad cælorum regna conscendit. Vm itaque sibi factura est anima, vt palmam laborum quæ sibi subtrahi multis inimicis aduersantibus sentit, viribus contendat eripere. Necessè ergo est cum summo labore ex hoc mundo rapere palmam salutis, & quasi excubantibus & circumiectis hostibus obfessos peruigili intentione fructus decerpere, & prædam à thesauro vitæ velut de medio abreptam seculi huius incendio reportare. Est & aliud direptionis genus quando aliis promissa & oblata diripimus. Saluator ad hoc vel maxime suscepta incarnatione descenderat, vt Iudæorum populum iustificaret: sicut ipse in Euangelio loquitur, Non sum, inquit, missus nisi ad oues perierunt domus Israël. Sed & discipuli ita incredulam synagogæ plebem coarguebant, Vobis, inquit, prius oportuerat verbum dei loqui, sed quia vos indignos iudicatis aeterna vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ergo cum Iudæi munera sibi parata respicerent, publicani & peccatores ex gentibus crediderunt, ac sic rapit ecclesia synagogæ regnum. Regnum enim nostrum Christus est. Rapimus itaque eum, cum à Iudæis occiditur, sepelitur à nobis. Rapimus itaque eum illis dormientibus, sicut ipsi in Euangelio confitentur. Dicite, inquit, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Surgat ergo qui dormit, ne forte Christum per negligentiam resolutus amittat, dum mens eius in infidelitate & in corpore dormitat. Rapitur itaque regnum cælorum, dum negatur à domesticis, & à gentibus adoratur. Rapitur cum aliis ad salutem mittitur, ab aliis inuenitur. Cum enim sui eum recusant, suscipiunt alieni. Insectantur proprii, complectuntur inimici. Quando hereditatem cuius respuit, peregrinus intrat: Filius repudiat, seruus recognoscit. Adhuc & alio ordine, regnum cælorum vim patitur, quando illud homines acquirunt quod angeli perdididerunt, quando illuc adoptati humiles ascendunt, vnde superbi incolæ ceciderunt. Ergo cum inter tantos inuidos, inter tantos latrones & inuisibiles insidiatores viuamus, quibus tandem viribus cælorum regna capiemus: Quis, inquam, nisi obediendo doctoribus, & vitis & iniustitiis ex cupiditate nascentibus resistendo, desiendo peccata, & ea ieiuniis atque elemosynis redimendo?

In eodem festo, Sermo II.

Natalem sancti Ioannis fratres charissimi hodie celebramus, quod nulli vnquam sanctorum legimus fuisse concessum. Solius enim domini & beati Ioannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur & colitur. Illum enim sterilis peperit, illum virgo concepit. In Helizabet sterilitas vincitur, in beata Maria conceptionis consuetudo mutatur. Helizabet virum cognoscendo filium genuit, Maria angelo creditur & cœcepit. Homine concepit Helizabet, hominem & Maria. Sed Helizabet solum homine, Maria deum & hominem. Quid sibi ergo vult Ioannes? Vnde interpositus? vnde præmissus? Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Præcellit ceteros, omnet vniuersis. Antecellit prophetas, supergreditur patriarchas, & quicquæ de muliere natus est, inferior est Ioanne. Dicit fortasse aliquis, Si inter natos mulierum Ioannes maior est, maior est Saluator. Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est, Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est, iste impolluta virginis flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra veritatem videatur conditionis humanæ si comparatur hominibus. Ioannes præmissus est ante deum. Tanta in illo excellentia erat, tanta gratia vt ipse paratus sit Christus. Quid ergo dixit de Christo? Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Quid ergo nos? Omnes propheta, patriarcha, Apostoli, quotquot sancti, & ante incarnationem præmissi, vel ab incarnato missi, omnes nos de plenitudine eius accepimus. Nos vasa sumus, ille fons est. Si ergo intelligimus mysterium fratres mei, Ioannes homo est, Christus deus est: Humilietur homo vt exaltetur deus, secundum illud quod de domino ipse Ioannes dixit, Illum oportet crescere, me autem minui. Vt humiliaretur homo, hodie natus est Ioannes, quo incipiunt decrecere dies. Vt exaltetur deus, eo die natus est Christus quo incipiunt crescere dies. Magnum sacramentum fratres charissimi. Ideo celebramus natalem Ioannis sicut & Christi, quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio nisi humilitatis nostræ, sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostræ? Ergo in homine minuiamur, vt in deo crescamus. In nobis humiliemur, vt in illo exaltemur. Humilietur humana præsumptio, vt crescat diuina miseratio. Nam huius rei sacramentum etiam in passionibus amborum impletum est. Vt minuatur homo, caput Ioannis absconditur: vt exaltetur deus, Christus in ligno suspenditur. Quare autem beatum Ioannem dominus & saluator noster lucernam esse dixerit, & quare eum mitti ante se voluerit, breuiter si iubetis, charitatis vestræ auribus intinabo. Præmissus est enim velut vox ante verbum, lucerna ante solem, præco ante iudicem, seruus ante dominum, amicus ante sponsum. Et quia vniuersum mundum peccatorum tenebræ & nox infidelitatis oppresserant, & solem iustitiæ aspicere non valebant, beatus Ioannes quasi lucerna præmittitur, vt cordis oculi qui lippitudine iniquitatis oppressi fuerant, magnum & verum lumen videre non poterant, ad lumen lucernæ primum quasi tenuem splendorem videre consuescerent, vt paulatim peccatorum nubilo remoto, & infidelitatis humore digesto, adueniente Christo ab illo cœlesti lumine lætificari possent potius quam retorqueri. Sicut enim lippientes oculos ad videndum prouocas, si exiguum splendorem lucernæ ostenderit, & amplius crucias si lumen magnum ingerisset: ita dominus & saluator noster, qui est lumen verum, nisi prius beatum Ioannem velut lucernam præmitteret, claritatem eius totus mundus sustinere non posset: loquatur Ioannes & dicat, Ego vox clamantis in deserto. Vox erat, quia verbi dei spiritu replebatur. Sicut sermo vocis quodammodo ministerio ac vehiculo ad

zabet virum cognoscendo filium genuit, Maria angelo creditur & cœcepit. Homine concepit Helizabet, hominem & Maria. Sed Helizabet solum homine, Maria deum & hominem. Quid sibi ergo vult Ioannes? Vnde interpositus? vnde præmissus? Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Præcellit ceteros, omnet vniuersis. Antecellit prophetas, supergreditur patriarchas, & quicquæ de muliere natus est, inferior est Ioanne. Dicit fortasse aliquis, Si inter natos mulierum Ioannes maior est, maior est Saluator. Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est, Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est, iste impolluta virginis flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra veritatem videatur conditionis humanæ si comparatur hominibus. Ioannes præmissus est ante deum. Tanta in illo excellentia erat, tanta gratia vt ipse paratus sit Christus. Quid ergo dixit de Christo? Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Quid ergo nos? Omnes propheta, patriarcha, Apostoli, quotquot sancti, & ante incarnationem præmissi, vel ab incarnato missi, omnes nos de plenitudine eius accepimus. Nos vasa sumus, ille fons est. Si ergo intelligimus mysterium fratres mei, Ioannes homo est, Christus deus est: Humilietur homo vt exaltetur deus, secundum illud quod de domino ipse Ioannes dixit, Illum oportet crescere, me autem minui. Vt humiliaretur homo, hodie natus est Ioannes, quo incipiunt decrecere dies. Vt exaltetur deus, eo die natus est Christus quo incipiunt crescere dies. Magnum sacramentum fratres charissimi. Ideo celebramus natalem Ioannis sicut & Christi, quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio nisi humilitatis nostræ, sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostræ? Ergo in homine minuiamur, vt in deo crescamus. In nobis humiliemur, vt in illo exaltemur. Humilietur humana præsumptio, vt crescat diuina miseratio. Nam huius rei sacramentum etiam in passionibus amborum impletum est. Vt minuatur homo, caput Ioannis absconditur: vt exaltetur deus, Christus in ligno suspenditur. Quare autem beatum Ioannem dominus & saluator noster lucernam esse dixerit, & quare eum mitti ante se voluerit, breuiter si iubetis, charitatis vestræ auribus intinabo. Præmissus est enim velut vox ante verbum, lucerna ante solem, præco ante iudicem, seruus ante dominum, amicus ante sponsum. Et quia vniuersum mundum peccatorum tenebræ & nox infidelitatis oppresserant, & solem iustitiæ aspicere non valebant, beatus Ioannes quasi lucerna præmittitur, vt cordis oculi qui lippitudine iniquitatis oppressi fuerant, magnum & verum lumen videre non poterant, ad lumen lucernæ primum quasi tenuem splendorem videre consuescerent, vt paulatim peccatorum nubilo remoto, & infidelitatis humore digesto, adueniente Christo ab illo cœlesti lumine lætificari possent potius quam retorqueri. Sicut enim lippientes oculos ad videndum prouocas, si exiguum splendorem lucernæ ostenderit, & amplius crucias si lumen magnum ingerisset: ita dominus & saluator noster, qui est lumen verum, nisi prius beatum Ioannem velut lucernam præmitteret, claritatem eius totus mundus sustinere non posset: loquatur Ioannes & dicat, Ego vox clamantis in deserto. Vox erat, quia verbi dei spiritu replebatur. Sicut sermo vocis quodammodo ministerio ac vehiculo ad

Math.ii.

Ioan.ii.

Ioan.iii.

Math.ii.

Math.ii.

M

Math.ii.

lo ad

A lo ad audientem à loquente transmittitur, ita Ioannes Christum sonans, verbi erat minister & portitor. Sanctus, inquam, Ioannes typum in se legis, quæ Christum longe per signa & indicia monstrabat, ostendit, & ideo mittit ad Christum duos de discipulis suis. Isti duo discipuli à Ioanne ad Christum missi, forte duo populi sunt, quorum vnus ex Iudæis credidit, alter ex gentibus. Ioannes dirigit ad Christum, lex mittit ad gratiam, & per Euangelij fidem veterem desiderat astrui veritatem. Nos ergo fratres dilectissimi vt tam sanctam festiuitatem non solum corporali, sed etiam spiritali cum gaudio celebrare possimus, secundum vires nostras ad dandas elemosynas, & ad tenendam cum omnibus pacem nostros animos præparemus, & ab omni scurrilitate vel turpiloquio non solum nosmetipsos, sed & omnem familiam nostram, & vniuersos ad nos pertinentes pro amore dei de zelo sanctæ disciplinæ prohibere totis viribus laboremur, nec permittamus solennitatem sanctam cantica luxuriosa proferendo polluere. Tunc enim pro nobis sanctus Ioannes quicquid petierimus poterit obtinere, si nos festiuitatem suam pacificos, sobrios, castos, & abque vilo turpiloquio cognouerit celebrare. Hęc ergo fratres charissimi pro paterna sollicitudine suggero, nã deo propitio ita de vestra deuotione confido, quod non solum vos ipsos, sed etiam omnes qui ad vos pertinent cum omni honestate castos sobriosque conferuetis. Vnde deo gratias agens supplico, vt qui vobis dedit ea quæ sancta sunt fideliter incipere, concedat vobis felicem perseverantiam custodire, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant.

Math.ii.

Sermo XXI.

Luc.ii.

Math.ii.

In eodem festo, Sermo III.

Vrum de terra eligere qui nouerunt, vbi diuitem senserunt venam, ibi quicquid artis est, quicquid laboris impendunt. Et nos fratres quia in sancto Zacharia cœlestem vidimus latere thesaurum, in ipso totum quod sermonis est nostri, quod vestri auditus est occupamus, quatenus commune lucrum sit, quod fuerit communi labore acquisitum. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidem nomine Zacharias, & vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Helizabet. Et erant, inquit, ambo iusti ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Beati igitur fratres quos in seculo isto aliqua culpa non percutit, nullum vulnerat crimen. Beati plane isti quos vlla non potuit aliquando tangere querela. Incedentes, inquit, in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Si pueritia, si adolescentia, si iuuentus eorum extitit sine querela, vbi tamen maxime solet esse querela, qualis esse potuit eorum senectus? Si tale fuit initium, qualis esse potuit finis? Et non erat, inquit, illis filius, eo quod esset Helizabet sterilis. Non dixit, non erant illis filij: sed, non erat illis filius: quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus: audi dominum dicentem, Non est maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Eo quod esset Helizabet sterilis. Erat quidem sterilis corpore, sed foecunda virtutibus. Tarda soboli, sed non tarda deo. Non germine clausa sed tempore, non negata pignoribus, sed seruata mysterio. Fratres, Helizabet sanctæ partus non ablatus est, sed dilatus, donec pertransiret tempus carnis passio corporis, coniugij necessitas, voluptatis causam, cupiditatis sensus, & totum quod humanam confundit, grauat, onerat conscientiam. Mundabatur enim longo tempore sacrificij domus, sanctitatis hospitium metatum metatoris Christi, angeli domicilium, aula spiritus sancti, dei templum. Dei templum estis, inquit Apostolus, & spiritus dei habitat in vobis. Denique vbi tota corporis sedata est querela, & in toto facti sunt sine querela, vox sterilitatis fugit, renouiscit senectus, si des concipit, parit castitas, nascitur maior homine, par angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanum patris, filij nunciatus, signifer superni regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio gentium, & vt proprie dicam, legis & gratiæ fibula quæ diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in corpore. Euangelista ergo virtutes patris matrisque describit, vt generantium meritis dignitas germinis nosceretur, & probaretur maior homine qui ortu suo excedebat leges natiuitatis humanæ. Sed si processurus est iam nascatur Ioannes, quia instat natiuitas Christi. Surgat nobis lucifer quia iubar veri solis erumpit, & vociferetur præco quia ad est iudex. Et quia processurus est deus, angelus præcedat. Verum quia quod supra hominem est, homo referre non sufficit, virtutem nascentis angeli angelus iam loquatur. Dixit, inquit, angelus ad Zachariam, Ne timearis Zacharia, exaudita est enim obsecratio tua, & Helizabet vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, vinum & siceram non bibit, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorum Israël conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Helizabet conuertere corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. Vacat hic fratres magnus sermo, silet prædicatio tractatoris, quando Euangelico præconio Ioannis gloria prædicatur, virtus insonit, laus collaudatur, nec est quod illi iam adiciat homo cui deus contulit totum, Spiritu, inquit, sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, Videtis fratres quemadmodum Ioannes ante peruenit ad cælum quam tangeret terram. Ante accepit diuinum spiritum quam humanum. Ante suscepit diuina munera quam humanam corporis membra. Ante cœpit viuere deo quam sibi. Imò ante vixit ille domino quam deus viueret illi: iuxta illud Apostoli, iam non ego viuo, sed viuunt in me Christus. Sex- to, inquit, mense suæ matris exultat in vtero, & in vtero virginis venisse nunciat Christum. Peruens nunciatus, qui ante gestiuo nunciare quam viuere. Impatiens dux qui antequam perueniret ad corpus, peruenit ad regem, ante rapuit arma quam membra, ante acciem petit quam lucem, & vt vinceret mundum, vicit ante naturam. Ipse enim sine visceribus viscera matris exulcit, & quia tardabat corpus, solo spiritu implet euangelizantis officium. Quid dicam fratres? Ioannes antequam Christum præcederet, seipsum præcessit. Patris, matris, filij corda vnus atque idem implet spiritu sancto, vt vno sanctitatis organo resonet natiuitatis dominicæ cantilena.

In eodem festo, Sermo IIII.

Dei hodiernæ solennitas, solennem desiderat tanta expectatione sermonem. Ergo adiunã domino, ministrabimus vobis quod dederit, recolentes & animo tenentes nostræ officij seruitutis, vt loquamur non tanquã magistri, sed tanquã ministri, non discipulis sed condiscipulis, quia nec seruis sed cõseruis. Magister autem vnus nobis, cuius schola in terra est, & cathedra in cælo. Cui præcursor Ioannes est natus, cuius

L. ii. cuius.

Math.ii.

Acto.ii.

Math.ii.

Math.ii.

Sermo XXI.

Luc.ii.

1. Corin.ii.

Luc.ii.

E

Gala.ii.

F

Sermo XXI.

XXIII.



G cuius natiuitatis dies hodiernus traditur, hodie celebratur. Hoc maiorum traditione suscepimus, hoc ad posteros imitanda deuotione transmittimus. Ioannis ergo non Euangelista, sed Baptista natalem hodie celebramus. Quia prima reposita, occurrit quaestio non praxtercunda, quare natalem quo est natus ex utero Ioannes potius celebramus, quam cuiuslibet Apostoli vel martyris vel prophetae vel patriarchae? Si interrogemur, quid respondebimus? Quantum mihi videtur, quantum mearum virium mediocritati occurrit, est causa haec, Discipuli domini nati sunt, & per aetatis accessum ad annos capaciores perducti, in discipulatum assumpti sunt. Illorum postea fides domino adhaesit, sed nullius illorum natiuitas domino militauit. Recordemur & prophetas, recolamus patriarchas, nati sunt homines, aetatis accessu pleni spiritu sancto Christum prophetauerunt. Nati sunt ut postea prophetarent: Ioannes autem dominum Christum ipsa natiuitas prophetauit, quem conceptum ex utero salutauit. Ista ut potuimus soluta quaestione, alteram aggrediamur, pro viribus quas dederit dominus. Occurrit enim alia quaestio aliquanto, ut mihi videtur, obscurior, & ad persequendum laboriosior, in qua me multum adiuuabit uestra intentio, & pro meae exiguitate ad dominum deprecatio, Ioannes iste tanta excellens gratia, ut quemadmodum dictum est, dominum etiam ex utero salutaret, nondum loquendo, sed exultando, cuius gratia in deum iam tunc erat aperta, quando eius caro in carne erat exclusa. Hic ergo Ioannes non inuenitur inter discipulos domini, sed inuenitur potius discipulos habuisse cum domino. Quid est hoc? Quis est iste homo? Homo tantum. Quis homo tantus? quantus tantus homo? Tamen non sequebatur inter discipulos dominum, & sequebatur eum discipuli. Absit ut dicam contra dominum, sed tamen quasi extra dominum. Discipulos habebat Christus, discipulos habebat Ioannes. Docebat Christus, docebat Ioannes. Quid iam dicam? Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus. Plus hic de baptismo dico, a Ioanne baptizatus est Christus. Vbi sunt qui de ministerio baptismi, atrogantia tumide animositatis inflantur? Vbi sunt voces cauentes humilitate, elatae superbia, ego baptizo, ego baptizo? Quid dixisses, si Christum baptizare meruisses? Magna iam quantum aduertit sanctitas uestra, apparere & eminere causa coepit, qua fuerat Christus a patre mittendus, & Ioannes a patre praemittendus. Prior missus est Ioannes, sed sicut ab obsequiis anteceditur iudex. Posterior homo creatus est Christus, sed Ioannem creauit deus Christus. Erat igitur Ioannes homo perfectus quidem, & cuius tanta gratia commendata est, ut ipse de illo dominus diceret, In natis mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Iste ergo tam magnus agnoscit dominum in paruo magnum, agnoscit homo eum qui venerat homo deus. Si enim in natis mulierum, hoc est, in hominibus, nemo exurrexit maior Ioanne Baptista, quisquis Ioanne plus est, non tantum homo, sed, & deus est. Debit ergo tantus iste, & discipulos proprios habere, & cum discipulis suis magistrum omnium Christum cognoscere. Quod enim est maius testimonium veritatis, quam se humiliando eum agnosce re, cui emulando potuit inuidere? Putari Christus potuit & noluit, existimari Christus potuit & noluit. Dixerunt homines cum fallerentur in eo, Num forte hic est Christus? Respondit ille quod no erat, ut maneret quod erat. Inde quippe Adam lapsus perdidit quod erat, quia quod non erat usurpauit. Recolebat hoc iste magnus, sed in

Quare natale Ioan. potius celebramus, quam cuiuslibet Apostoli vel martyris vel prophetae vel patriarchae?

Alia quaestio.

Matth. 11.

Matth. 11.

Luc. 3.

paruo Christo minimus. Nouerat hoc, recolebat hoc & tenebat, quia recipere quod perdidit cogitabat. Homo ergo iste, ut dixi, magnus Ioannes, cui dominus tale perhibuit testimonium, quem sic veritas commendauit ut diceret, In natis mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista: potuit credi Christus, immo iam ab eis qui eius magnitudinis gratia fabellebantur credebatur Christus, & in illo moreretur nisi ab illo costitente corrigerentur. Respondit ergo putantibus & ait, Non sum ego Christus: tanquam diceret, Certe in honorem in eum ita fallimini, & certe mihi hoc putando magnam additis laudem, sed debeo cognoscere, ut vobis errantibus ille possit ignoscere. Si enim quod non erat fallaciter putaretur, ab illo qui erat veraciter amputaretur. Praemissus est ergo Ioannes, ut dominum humilem baptizaret. Baptizari enim dominus propter humilitatem voluit, non propter iniquitatem. Dominus Christus quare est baptizatus? Inueni quare est natus, & inuenies quare sit baptizatus. Ibi quippe inuenies humilitatis viam quam pede superbo non capis. Quam nisi humili pede calcaueris, ad celsitudinem quod ducit peruenire non poteris. Baptizatus est propter te, qui descendit propter te. Vide quantus factus sit tantillus. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Non enim erat rapina, sed erat naturae aequalitas filij cum patre. Ioannes si se Christum putari velle, illi rapina esset. Non ergo rapinam arbitratus est esse aequalis deo. Erat enim & sine rapina, erat coaeternus, ab aeterno natus erat. Tamen semetipsum exinanivit formam serui accipiens, hoc est, formam hominis. Qui cum in forma dei esset, non formam dei accepit, sed cum in forma dei esset, semetipsum exinanivit. Suscepit quod non erat, ita ut non perderet quod erat. Manens deus, hominem assumpsit, Formam serui accepit & factus deus homo, a quo factus est homo. Vide ergo quae maiestas, quae potestas, quae sublimitas, quae cum patre aequalitas. Venit propter nos ad indumentum formae, & intellige illam a magistro tantae humilitatis viam: quoniam plus est quod voluit homo fieri, quam quod voluit ab homine baptizari. Baptizatus ergo, inquam, Ioannes Christum, seruum dominum, vox verbum. Mementote enim, Ego sum vox clamantis in deserto: & mementote, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Baptizatus ergo, inquam, Ioannes Christum, seruum dominum, vox verbum, creatura creatorem, Lucerna solem, sed solem qui fecit hunc solem, solem de quo dictum est, Ortus est mihi sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. De quo impij sero poenitentes in fine dicturi sunt, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transferunt illa omnia tanquam vmbras, & cum vmbris qui secuti sunt vmbras. Ergo, inquit, errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis. Illis non est ortus Christus, a quibus non est agnitus Christus. Sol ille iustitiae, sine nube, sine nocte. Ipse non oritur malis, non oritur impijs, non oritur infidelibus. Nam solem istum de caelo corporeum, quotidie facit oriri super bonos & malos. Baptizauit ergo, ut dixi, creatura creatorem, lucerna solem, & non se extulit baptizator, sed subdidit baptizando.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Helizabet impletum est tempus pariendi & cetera, quae habetur de quaestionibus Euangeliorum libro primo, capite secundo. Et libro secundo, capite primo.

De sanctis

A DE SANCTIS PETRO ET PAULO Apostolis.

In uigilia Petri & Pauli Apostolorum, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Simon Ioannis diligit me plus his

Ioan. 21.

Sermo XXIII.

Matth. 26. Ioan. 13.

Pal. 115. Roma 3.

Ioan. 21.

Philip. 4.

Ioan. 1.

Mala. 4.

Sapient. 5.

1. Corin. 10.

Ioan. 21.

Matth. 5.

**A**postolum Petrum primum omnium Apostolorum meministis in domini passione fuisse turbatum. Fuit enim prius audax praesumptor, & postea factus est timidus negator. Promiserat se pro domino moriturum, cum prius pro illo esset dominus moriturus. Quando ergo dicebat: Tecum paratus sum usque ad mortem ire, & animam tecum pro te ponam. Respondit ei dominus, Animam tuam pro me pones? Amen dico tibi, priusquam gallus cantet, ter me negabis. Ventum est ad horam. Et quia deus erat Christus, homo autem Petrus, impleta est scriptura, Ego dixi in pauore meo, omnis homo mendax. Dixit autem Apostolus, Quoniam deus verax, omnis autem homo mendax. Verax Christus, mendax Petrus. Modo quidem interrogat eum dominus, sicut audistis cum Euangelium legeretur, & dicit ei, Simon Ioannis diligis me plus his? Respondit ille & dixit, Domine tu scis quia amo te. Et iterum dominus hoc interrogauit, & tertio hoc interrogauit. Et respondenti dilectionem, commendauit gregem. Per singula enim dicebat dominus Iesus Petro dicenti, Amote, Pasce agnos meos, pasce ouiculas meas. In vno Petro figurabatur vnitas omnium pastorum, sed honorum qui sciant omnes Christi pasce Christo non sibi. Nunquid modo Petrus mendax erat, aut amare se dominum mendaciter respondebat? Veraciter hoc respondebat, hoc enim respondebat quod in corde suo videbat. Quando autem dixerat, Animam meam pro te ponam, de futuris voluit praesumere viribus. Omnis autem homo qualis sit tunc cum loquitur forte scit, qualis crastino futurus sit quis scit? Reuocabat ergo oculos suos ad cor. sicut Petrus quando interrogabatur a domino, & fideus respondebat quod sibi videbatur. Etiam domine, tu scis quia amo te, Quid tibi dico, tu scis: quod hic video in corde meo, quod tu. Non ausus est tamen dicere quod dominus interrogauerat, non enim simpliciter dominus dixerat, Diligis me: sed addiderat, Plus his diligit me, id est, plus me diligit quam isti? De alijs discipulis ille non potuit dicere nisi amo te, non ausus est dicere plus his. Noluit iterum esse mendax: sufficeret ei testimonium perhibere cordi suo, non debuit esse iudex cordis alieni. Verax ergo Petrus, an verax in Petro Christus? Quando autem voluit dominus Iesus Christus, impleuit Petrum, & inuentus est Petrus verax. Veracem Petrum petra fecerat, petra enim erat Christus. Et quid ei nunciavit quando tertio respondit amare se Christum, & tertio dominus Petro suas ouiculas commendauit? Praenunciavit ei passionem suam. Cum esses, inquit iunior cingebas te & ibas quod volebas, cum autem seaueris, extendes manus tuas & alter te cinget, & feret quod tu non vis. Euangelista nobis exposuit quid dixerat Christus, Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte clarificaturus esset deum: id est, quia pro Christo fuerat crucifigendus, hoc est enim extendes manus tuas. Vbi est ille negator? Deinde post haec ait dominus Iesus Christus, Sequere me, Non sic quomodo prius quando vocauit discipulos. Nam & tunc dixit, Sequere me: sed tunc ad doctrinam, modo ad coronam. Nunquid non quando negauit Christum Tomus decimus.

occidi timuit: hoc timuit pati quod passus est Christus. Sed iam timere non debuit. Videbat enim in carne uidentem quem viderat in ligno pendentem. Resurgendo. Christus abstulit mortis timorem, & quoniam abstulerat mortis timorem, merito interrogabat Petri amorem. Ter negauerat timor; ter confessus est amor. Trinitas negationis deserto veritatis: trinitas confessionis testimonium dilectionis.

In festo Apostolorum Petri & Pauli. Sermo I.

**I**llioli mei audite nos, & liberate vos. Currite pro vobis, & nobis praestatis & vobis. Comtune erit gaudium nostrum, si vos viderimus induere Christum. Iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus ad gratiam festinent. Mater nostra pariendo non discernit aetates. Ipsa genuit Petrum, ipsa parituriuit & Paulum, ut ex lupo fieret agnus. Tanquam ergo natus est Saulus, creuit & factus est magnus. Baptizatus est a matre, illuminatus a deo patre, & coepit velle Petrum videre, & cum quaereret eum velle videre, magis eum Petrus coepit timere. Audiuit enim Petrus, quia Saulus eum quaereret. Noli timere beate Petre, quia Saulus non te quaerit, sed Paulus vas electionis te cupit videre. O sancte Petre benedic patrem & suscipe fratrem, & habes cum quo potes defendere matrem. O beate Petre, quia conuersus est Saulus miraris, qualis es tu, erit & ipse talis, & vnus vobis erit natalis. Qui fecit ex Saulo Paulum, ipse fecit ex Simone Petrum, vnus vos honorauit, vnus vos coronauit. Mutauit persecutorem, mutauit & piscatorem. Et si te priorem, tamen ambos ditauit honore vno. Veni sancte Paule, veni sequere Petrum, sed docentem non fugientem. Fugiebat quando te nesciebat. Nam iste beatissimus Paulus, sicut in lectione actum Apostolorum cum recitaretur audiuimus, caelesti voce prostratus est. Dum fureret ad caulas in lupina rabie, & exosum sibi nomen innocetis agni persequitur, dum quaerit discerpere aut vexare gregem, audiuit altionam vocem, Saule Saule quid me persequeris? Quid frustra insanisti contra nomen meum, & occidisti martyrem meum? Olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Et ille, Quis es domine? Et dominus ad illum, Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Caput de caelo pro membris clamat. Inquietatur corpus, & de caelo intonat Christus, Saule inquit Saule, quid me persequeris? Quid est, quod rugiente Saulo mugit arcanum, & contra sauitiam Pauli militia conueritur caeli, nisi ut qui non crediderat resurgenti, saltem crederet in caelo sedenti? Na dicitur Anania, Accede ad eum, & signa eum caractere meo, multa enim patietur pro nomine meo. Et ille, Domine audiui a multis de viro hoc quia multa mala fecit sanctis tuis. Ait illi dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi. O beate Anania, merito in timore trepidares, si forti manu non esset cui militares. Ideo prosternitur superbia, ut erigatur sanctitas, Venit ergo Ananias, baptizauit Saulum, & fecit Paulum. Baptizauit luptum, & fecit agnum, & coepimus habere praedicatorum, quem habuimus persecutorem. Denique coepit praedicare Christum, cui antea resistebat, postea paratus pati pro eo contra quem antea pugnabat. Patitur Paulus quod fecerat Saulus. Saulus lapidauit, Paulus lapidatus est. Saulus Christianos virgis affecit, Paulus pro Christo quinque quadragenas vna minus accepit. Saulus persecutus est ecclesiam dei, Paulus submissus est in sporta. Saulus vinxit, Paulus vincus est. Et dum Saulus sauiens

Sermo XXV.

Acto. 9.

Acto. 7.

Acto. 9.

Acto. 9.

1. Corin. 11.

L iij querit

G querit mantere numerum Christianorum, etiam ipse accessit ad numerum cofessorum. Et dum inferret aliis necem, suscepit ipse pro eo mortem. Dum intrat lupus rapax in stabula pecudis, subito & ipse factus est ovis. Itaque quis iam desperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nam beatissimum Petrum piscatorem, modo genibus pronolitus adorat getium multitudinem credentium, per dominum nostrum Iesum Christum & cetera.

In eodem festo, Sermo II.

**N**otum vobis omnibus est fratres charissimi & vniuerso mundo notissimum, quod beatissimorum Petri & Pauli natalis sit hodie, nec aliquam partem orbis latere potuit tanta deuotio. Si quidem cum de his dicat Dauid Propheta, In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. In omni terra mira Petri virtus est, & in fines orbis terrae epistola Pauli penetrauerunt. Quis enim non audiuit quod primus Apostolus Petrus sedenti ad speciosam portam templi claudens, & ex matris suae vtero olim iam debili, pedum restituerit firmitatem, ut quod natura minus contulerat, Apostolica gratia repararet? Cum enim claudus ille stipem rogans, aliquid pecuniae se ab Apostolis crederet accepturum: ait illi Apostolus Petrus, Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Beata plane largitas, quae petenti argentum quidem non contulit, sed contulit sanitatem. Beata largitas, quae de thesauris suis aurum non protulit, sed protulit medicinam, Beatus & ille claudus, qui dum stipem querit pecuniae, diuitias incolumitatis accepit, Hoc enim ab Apostolis donum meruit, quod nullis thesauris a medicis redimere potuisset. Primum ergo signum mirabile quod beatus Apostolus Petrus fecit, claudus pedum restituendo ut diximus vestigia. Audistis frequentem ipsum Petrum a domino petram nuncupatum, sicut ait, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est supra quam aedificatur ecclesia, recte prius pedes sanat, ut sicut in ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte, inquam, pedes Christiano curat, ut iam non trepidus quis nec imbecillus possit supra petram ecclesiae stare, sed robustus & fortis incedere. Vbi autem Pauli verba non leguntur? Quis locus ea literis non scribit, corde retinet, conuersatione custodit? Qui Paulus a domino vas electionis est nominatus. Bonum vas, in quo preciosa mandatorum Christi praecipua conduntur. Bonum vas, de cuius plenitudine substantia vitae populis semper erogatur & plenum est. Optima Apostolorum nomina petra & vas necessaria sunt domui saluatoris. Domus enim petrarum fortitudine construitur, vtilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatem ne labantur sustentat populos, vas ad custodiam ne tentetur operit Christianos. Exitus vero eorum de hoc seculo quam beatus fuerit, nemo qui ignoret. Nam prima hac in illis beatitudo est, quod ambo vna die passi esse noscuntur, scilicet ut quos vna fides seruitio deuinxerat, vna dies martyrio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit, tamen vna referta est gratia sanctitatis. Nam Petrus crucem sicut saluator in exitu pertulit, & dominicae deuotionis simili morte discerpit, scilicet ut quem imitabatur fide, imitaretur & passione. De Pauli vero ceruice cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda quam sanguinis, & mirum in

modum sanctum Apostolum baptismi gratia in ipsa necesse fecit splendidum potius quam cruentum. Quae quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum si abundat lacte nutritor ecclesiae, sicut ipse ad Corinthios ait, Lac vobis potum dedi non escam? Hac est plane repromissionis illa terra, quam patribus nostris promisit deus dicens, Dabo vobis terram melle & lacte manantem. Non enim de hac terra locutus est, quae manantibus aquis cernum inuoluit lutumque permiscet: sed de illa terra Pauli & similitum Pauli, quae suauem potum distillat. Quae enim Pauli epistola non melle dulcior, non lacte candidior? Quae epistolae tanquam vera ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lac manauit. Legimus in epistola ipsius, quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Iam igitur Paulus possidet regnum, quod caro & sanguis non possunt, quae impedire dicuntur regnaturum. Adhuc ergo Paulus in terris positus iam in regni caelestis substantiam transformatur. Ideo fratres charissimi quotienscunque martyrum memorias celebramus, praetermissis omnibus seculi actibus sine aliqua dilatione concurrere debemus ad domum dei, redere illis honorificentiam, qui nobis salutem effusione sui sanguinis pepererunt, qui tam sacratam hostiam pro nostra propitiatione domino se obtulerunt, praefertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens deus, Qui vos honorat me honorat, & qui vos spernit me spernit. Quisquis ergo honorat martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit Christum dominum nostrum, qui viuunt & cetera.

In eodem festo, Sermo III.

**V**M omnes beati Apostoli parem gratiam apud dominum sanctitatis obtineant, nescio quomodo tam pacto Petrus & Paulus videntur praeter ceteris peculiari quadam in saluatore fidei virtute praeclere. Quod quidem ex ipsius domini iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut bono dispensatori clauem regni caelestis dedit: Paulo tanquam idoneo doctore gentium, magisterium Ecclesiasticae institutionis iniunxit, scilicet ut quos iste erudierit ad fidem, ille suscipiat ad salutem: ut quorum corda Paulus patefecerat doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna caelorum: Clauem enim quodammodo a Christo scientiae & Paulus accepit. Clavis enim dicenda est qua ad fidem pectorum dura reserantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus tenetur clausum, in palam rationabili manifestatione producitur. Clavis, inquam, est quae & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad aeternitatem mysterij salutaris includit. Ambo igitur clauis a domino perceperunt, scientiae iste, ille potentiae. Diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiae thesauros iste largitur. Sunt enim thesauri scientiae, sicut scriptum est, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Ergo beati Petrus & Paulus eminent super vniuersos Apostolos, & peculiari quadam praerogatiua praecellunt. Verum inter ipsos quis cui preponatur incertum est. Puto enim illos aequales esse meritis, qui aequales sunt passione: & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa putemus factum quod vna die, vno in loco, tyranni vnius tolerare sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent: vno in loco, ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, ut aequalis crudelitas vtrunque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor

K

1. Corin. 3.

Exod. 3.

1. Corin. 17.

L

Lucas. 10.

Sermo XXVII.

Matth. 16.

M

Clavis.

Colos. 2.

1. q. 7. Beati.

**A** persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt sancti Apostoli, in vrbe Roma quae principatum tenebat, & caput obtinet nationum, scilicet ut vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum morentur principes. Cuius autem meriti sint beatissimi Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere, quod cum dominus Orientis regionem propria illustrauerit passione, Occidentis plagam ne quid minus esset, vice sui Apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati Apostoli sanguine profuderunt, sed videamus causam quare ista perpeffi sunt, scilicet quod inter cetera mirabilia etiam Simonem magum illum orationibus suis de aëris vacuo praecipitij ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & tanquam filium ad patrem assereret volando se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cepisset: tunc Petrus fixis genibus precatus est dominum, & precatione sancta vicit magicam leuitatem. Prior enim ascendit ad dominum oratio quam volatus, & ante peruenit iusta petitio quam iniqua praesumptio. Ante, inquam, Petrus in terris positus obtinuit quod rogauit, quam Simon perueniret in caelestia quod tendebat, tunc igitur Petrus velut vincit illum de sublimi aëre deposuit, & quodam praecipitio in saxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrio factum illius est, ut qui paulo ante volare tentauerat, subito ambulare non posset: & qui pennas assumpserat, plantas amitteret. Sed ne forte hoc mirum videatur, quod magus iste praesente Apostolo per aërem aliquandu volitauerat, hoc patientia Petri fecit. Permisit enim illum aliquandu sublimis ascendere, ut altius caderet. Voluit enim in excelsum leuari a conspectu omnium, ut ruetum illum de excelsu omnium peruiderent oculi. Hac igitur est iniquitatis elatio, ut in altum se ferat, in sublime se erigat: sed sancta oratio omnem humilitat superbiat, vniuersam deuicit vanitatem praestante domino, & cetera.

Christi passio & martyrium sanctum.

Egeffippus de excidio Hierosolymitano. lib. 3. cap. 2.

B

In eodem festo, Sermo IIII.

**R**egeminae festiuitatis occurfu deuotione praecipua hodie celebremus. Ille quo retia euasit seculi, iste quo ex praedone confessor factus est Christi. Elegit ecce duos, vnum piscatorem, alterum grassatorem. Illum vocat ex littore, istum clamat ex itinere. Illi accersit ex ponto, istum terret de caelo. Cum igitur Petrus linea castra laxaret in freto, Christus retia misit in verbo. Cepit Christus, cepit & Petrus. Christus discipulum, Petrus pisciculum: & dum circumdat gentem squameam, ipse venit in retia. Praeteriens, inquit, Iesus vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius retia mittentes in mare. Erant enim piscatores, quibus Christus sic ait, Venite, inquit, post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus, secuti sunt eum. Stabat Petrus mobilitate & gurgite pendulus, & inter obscuras aquas inquieti maris, victum quem non habebat artificio requirebat, nutabat super ambiguam vndam, ut posset inuenire capturam. Vario fertur referturque vestigio, stat mobilis, & mouebatur stabilis. Rimatur inter ceteros marini germenis fluctus, sub obscura vmbra fugitiuam insequitur praedam, maculosus paries fit caeca piscibus in mari custodia. Et dum insidiatur Petrus gregibus aequoreis piscium Tomus decimus.

Sermo XXVIII.

C

Matth. 4.

scium in mari, ipse in rete incidit saluatoris. Fit de praedone praedatio, de piscatore piscatio, de pirata captiuitas. Venite, inquit, post me & faciam vos piscatores hominum. At illi relictis retibus suis secuti sunt eum. Dum vellet Petrus inani muro quarens concludere piscem, hamo verbi Christus & ipsum tenuit piscatorem. Distendebat Petrus sinum lini voluit in se vacuam cortinam, & dum insequitur grauidi semper aequoris prolem, captorem suum, emptorem, saluatorem trahebat & trahebatur. Exercebat in aequore violentiam, & patiebatur in mente capturam, Oaque genus, pirata reptilium deseruit artificium hoc quem mutasti de pisce ad piscem. Est enim Christus piscis ille, qui ad Tobiam ascendit de flumine viuis, cuius iecore per passionem affato, fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cecus, & illuminatus est mundus. De pisce, inquam, ad piscem, de rete ad ecclesiam de mari ad fontem, de captura factus est factura. Reliquit ergo salum fluctuantem, & cepit ambulare post piscem. Similitudo artis inflammat desiderium audientis, ut qui ante capturam latebat in salo, verbi nunc retia spargat in mundo. Tunc enim pisces induxit, nunc autem homines saenis spiritalibus irretiuit. Paulus autem paruus, sed ex paruo magnus, dum diceretur Saulus syderet vocis tuba conterritus, certe elisus audacia, ut seminet erectus in mundo doctrinam. Saule, inquit, Saule quid me persequeris? Ibat igitur Saulus furis inuictus, duri pectoris efflabat incendium, sanctorumque sanguinem sitiens per totam Iudaeam alienus ferebatur, infania, ut Christi membra lanaret in terris. Fit vna religione crudelis, ut quaestionarius, & innocentium per campos sceleratissimi aggeris euacuatus, ut Iudaea quae pridem saeuierat in capite, crudelitate exercebat in corpore. Acceperat enim Saulus potestatem a principibus sacerdotum, ut homines fidei nostrae occideret, & germinantem fidei campum manu nefaria detrunicaret. Dum ergo portat Saulus funereum contra milites Christi gladium, fulmineum de caelo accepit testimonium. Dum grassatur percussitur, dum Christi sanctos persequitur, violento radio caelestis luminis caccatur, & qui aduersus deum erigebatur, diuina voce terribiliter prosternitur, Saule, inquit, Saule quid me persequeris? Caput pro membris clamat. Inquietatur corpus, & intonat Christus in caelis, Saule Saule quid me persequeris? Quid est quod mugit populus, mugit arcanum, & contra sanctiam Pauli pronuncia conuertitur caeli, ut qui non crediderat resurgentem, saltem crederet in caelis sedentem, & qui defuncto Apostolorum domino asseuerat ex sepulchro mendacium, de caelo viuentis acciperet testimonium? Saule, inquit, Saule quid me persequeris? Subito igitur ad istam diuinam vocem increpationis infixus in terram, & sanctiam perdit & semitam, deponit feritatem & incurrit oculorum caccitatem. Cepit habere ductores quos habuerat ante persecutores. Vbi nam Paule currebas quando currebas? Ecce nunc aberrans quaeris locum, & qui persequeris Christum, cecus curris ad manum. O Saule rapax lupe, comedes sed expecta paululum & digerens digereris. Credis ergo Saule in deo, adhibes fidem perfido? Non solent iste manus in sanguine polui, nisi te adhuc ab eis videris cruciari. Parum erat generi tuo quod crucifixerat Christum, insuper & manus mittere non formidauit in caelum. Expressit patibulum, posuit in ostia sepulchri custodes. Iam Christus ascendit ad patrem, & adhuc genitrix tua non

D  
Vbi supra.  
Tobie. 2.  
Christus piscis.  
E  
Acto. 9.  
Acto. 9.  
F

Sermo XXVI. Hic est inter Ambrosianos. 26. Psal. 18.

Acto. 3.

Matth. 16.

Acto. 9.

G caret feneritate. O Iudæa Prophetarum sanguine te- mulenta, nondum satiata es à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ: Flumina tui sceleris spumant, & te adhuc vsque non satiant: Ab origine mundi sanguinem bibis & adhuc sitis, nec dum tui facinoris vnda siccauit etiam alueo tui sceleris sitim? Modo Christum patibulo crucifixisti, & tam cito crudelitate sanguinis aruisti? Sed ecce proferuntur audacia tua, vt sanctitas erigatur. Cadit miles diaboli, vt surgat signifer Christi Mittit Petrus in seculum retiaculum, circumfert Paulus dominicum in mundo vexillum. Et iste piscator hominum, & ille titulat signo crucis gentiles. Currunt itaque vterque ad palmam martyrij, & vterque perueniunt ad coronam: non quidem eodem temporis cursu, sed eodem anni vertentis occurfu. Petrus pro Christo capite deorsum verso in ligno suspenditur, Paulus pro Christo gladio trucidatur. Ille propriis gressibus proficiscebatur ad Christum oculisque superiora respiciens beatum spiritum deducebat ad cælum, iste ceruicem curuat ad pœnam & offerebat ceruicem capitis ad coronam. Petrus crux necat, Paulus gladius immolat. Duo genera suppliciorum domini & Christi, in duobus Apostolis Christi. Petrus patitur crucem, Paulus sentit pugionem. Piscatorem suspendit hamus crucis, persecutorem mucro minuit persecutoris. Nunc ad memoriam piscatoris flectuntur genua imperatoris. Ibi radiant gemmæ diadematis, vbi fulgent beneficia piscatoris. Ex piscatore fecit dominus Apostolorum principem, ex persecutore fecit Apostolicum confessorum. Præstitit passio socios, quos fecerat fidei prædicatio copulatos. Veneremur ergo principes gregis nostri, si volumus caulas intrare pastoris.

In eodem festo. Sermo V.

**H**odie duos Christiani nominis fundatores exultantis ecclesiæ festa concelebrant. Hi enim duo electi sunt ad duorum populorum salutem. Petrus ad Iudæorum, Paulus ad gentium. Petrus vt in Iudæa veterem ac desertum agrum repararet, atque eum sub vmbra legis infructuosum & à calore veri solis absconditum fidei salubritate & gratiæ fecundaret. Paulus vero ad gentes mittitur, & ad terram nouam quam nullam antè dederat frugem, nullam fuerat experta cultorem, qui aratro dominicæ crucis profunderet, & in rudi campo Christi nouellam infatigabilis operarius excitaret. Petrus itaque vineam vbi iam fuerat reparat, Paulus plantat vbi non erat. Petrus in Iudæis arborem ab antiqui germinis nobilitate degenerem, in radice sua excolit: Paulus vero in alieno fomite peregrinos ponit gentium ramos. Petrus in Iudæis terram male fecundam excolit: Paulus in gentibus nondum cultam fecundat. A Petro in Iudæa olea reparatur, à Paulo in gentibus oleaster inseritur. Petrus in Iudæis mollit duritiam, Paulus in gentibus illuminat ignorantiam. Petrus tenebras & vitia pellit ex oculis, Paulus reddit oculos à natiuitate cæcatis. Vario ac diuerso genere innumerati populi ad vnius regis militiam congregantur, ac sic duo potentissimi duces Petrus antiquum de veteribus reducit, Paulus nouum de tyronibus Christi conducit exercitum. Discurrunt itaque per vniuersum mundum duo splendidissimi negotiatores, portantes coram gentibus & regibus & filiis Israël preciosa fidei mercimonia. Circumferunt aromata iustitiæ, thura diuinæ venerationis, incensum compunctionis, balsamum caritatis. Illi igitur sal prudentiæ spiritualis, de quibus dicitur, Vos estis sal terræ, quibus vti que animæ condian-

tur vt inuiolata ab æterna peccati corruptione seruetur. K Erogant per omnem terram spiritales dispensatores precia salutis thesauros sanctitatis. Quarunt quos secum ad cœlos attrahant piissimi animarum parentes, dispares partium studiis, operum meritis pares. Aequales enim illos ac similes per varia ac diuersa virtutum genera dixerim. Nam & si cū Petro Christus vixit in terris, sed Paulum compellere non dedignatur è cœlis adhuc etiam persequentem, Sed in opere persequētis Apostoli fidem præuidebat, & ideo quia prospexit zelum, honorauit affectum. Et quia sub proposito placendi deo agebatur ignarus ad culpam, statim post admonitionem cucurrit deuotus ad gratiam. Quamobrem & si in corpore non est locutus cum Christo Paulus, non minus est illud quod locutus est Christus in Paulo, dicente eodem An experimentū queritis eius qui in me loquitur Christus? Ac sic quem foris prædicationibus præferbat, intus corde gestabat. Nescio igitur quid ei defuerit sanctitatis, de cuius pectore dominus quasi de peculiari templo suo salutaria populis reddebat oracula. Petrus ambulare super aquas debita soli deo potestate præsumpsit, & reum obstante natura per insueti itineris nouas vias pendulum inferens gressum tumentia maris dorso calcavit: sed non minor Paulus, qui sicut ipse de se dicit, nocte & die in profundo maris fuit. Non minor, inquam, Paulus quem velut noui testamenti Ionam, die ac nocte per maris profunda iactatum absorbit fluctus & reddidit, quasi sacrum depositum violare non audēs, quia famulatrix eum vnda custodiens illasum populorum prædicationibus reseruabat. Hic est quoque beatus Petrus in illa cœlestium discipulorum schola præcipuus ac primus idoneus qui verba vitæ ex Christi ore suscipiens, per Euangelij potestatem Iudæorum gentem perditam quæreret, & abdicatos ad hereditatem vocaret, interpretis legis, assertor gratiæ, destructor synagoga, ecclesiæ reparator: & ideo solus inter Apostolos meruit audire, Amen dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: dignus certe qui ædificandis in domo dei populis, lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum. De hoc ait sermo diuinus, Et ponebat, inquit, infirmos suos, vt vmbra saltem transeuntis Petri obumbraret eos. Si tunc opem ferre poterat vmbra corporis, quantum magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicantibus proderat aura quædam pertranseuntis, quantum magis gratia nunc permanentis? Merito per omnes Christi ecclesias auro preciosius habetur ferrum illud pœnalarum vinculorum. Si tam medicabilis fuit obumbratio visitantis, quantum magis catena vincientis? Vt vmbra, inquam, transeuntis Petri obumbraret eos. Si inanis quædam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis, quanto plus de corpore meruerit attrahere salubritatis ferreo pondere sacris impressa membris vincula passionis? Si ad præsentia supplicantium tam potens fuit ante martyrium, quanto magis efficax post triumphum? Felices illi nexu qui de manicis & compedibus in coram mutandi, Apostolum contingentes martyrem reddiderunt: felices catena, quæ nudatis penè ossibus inherentes, viuas reliquias de sanguinis sudore iam attrita carne rapuerunt, tactusque membrorum cruciatus sui sanctificat instrumentum, in quo dum afflictio crescit ad pœnam, causa pœnæ proficit ad gloriam. Felicia vincula quæ reum suum vsque ad Christi crucem non tam condemnatura quam consecratura miserunt. In illa itaque cruce imitari metuens sacrificium redemptoris, capite in terra demergi elegit.

Sermo XXIIX. Math. 23. Roma. 11. Math. 5.

A elegit. O virtus humilitatis ingenita, honorari etiã supplicij genere pertimescit, & qui non recusat dominici tormenta patibuli, similitudinem expauescit triumphii.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Venit Iesus in partes Cesarie Philippi etc. que inserta est in sermone. XXXI. de uerbis Apostoli.

Item in octauis eorundem Apostolorum, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Iussit discipulos ascendere in nauiculam etc. que sumpta ex sermonibus de uerbis domini. XIII. & XIII.

DE SANCTA MARIA Magdalena.

In festo sanctæ Mariæ Magdalene, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Rogabat Iesum Phariseus quidam etc. Incipiens, Quod admonemur etc. que habetur in libro Quinquaginta homiliarum. XXXIII.

DE SANCTO PETRO ad vincula.

In festo sancti Petri ad vincula, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Venit Iesus in partes Cesarie Philippi etc. que inserta est in sermone. XXXI. de uerbis Apostoli.

DE SANCTO LAURENTIO.

In festo sancti Laurentii. Sermo I.

**B**eatus Laurentij martyris, cuius natalè hodie celebramus, passionem nosse vos credo, & quanta in persecutione pertulerit, dilectione vestram scire posse non dubito. Tanta enim eius martyrij gloria extitit, vt passione sua mundum illuminauerit vniuersum. Illuminavit mundum planè Laurentius eo lumine quo ipse accensus est, & flammis quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefecit. Quis non lit ad horam vri Laurentij igne, vt æternum gehennæ non patiarit incendium? Beati igitur Laurentij exemplo prouocamur ad martyrium, & accendimur ad fidem, incallescimus ad deuotionem, & si in nobis persecutoris flamma deest, fidei tamen flamma non deest. Non ardemus quidem corpore pro Christo, sed ardemus affectu. Non subicit mihi persecutor ignem, sed subicit mihi desiderium saluatoris. Esse autem saluatoris ignem legimus in Euangelio, dicente eodem domino, Nescitis quia veni ignem mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Quo igne succensit illi duo discipuli dixerunt, Nōne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas? Hoc igitur igne beatus Laurentius accensus, flammam non sentit incendium: & dum Christi ardet desiderio, persecutoris pœnam non sentit. In quantum enim in illo fidei ardor fuerit, intantum supplicij flamma frigescit. Corporali enim beatus Laurentius laborat incendio, sed diuinus saluatoris ardor materiale tyranni restringit ardorem. Quauis enim in fauilla membra soluantur, fidei tamen fortitudo non soluitur. Corporis quidem detrimentum sustinet, sed lucrum salutis acquirit. Non enim fratres beatus Laurentius breui vel simplici passione perimitur. Nam qui gladio percutitur, semel moritur: qui in flammarum camino mergitur, vno impetu liberatur: hic autem longa & multiplici pœna cruciatur, vt mors ei assit ad supplicium & desit ad finem. Dicitur

enim ab illo fauissimo persecutore hæc beato Laurentio constituta pœna, vt ardentium exposita massa carbonum, insuper eum ferrea crate distentum lenta flamma consumeret, vt non tam inflammando cito interimeret hominem, quam diu exurendo torqueret, ita vt cum vnū latus exustum persecutor cerneret, aliud latus ignibus obiceret exurendum. Legimus Ananiam, Azariam & Misael beatissimos pueros à rege in camino ignis inclusos, in pœnarum suarum deambulasse flammis, & igneos globos pedibus conculcasse. Vnde & beatus Laurentius non minori est gloria præferendus. Siquidem illi in pœnarum suarum flammis ambulabant, hic & in ipso supplicij sui igne discumbit. Illi vestigijs pedum conculcarunt incendia, iste laterum suorum diffusionem extinguit. Illi, inquam, stantes in pœna eleuatis manibus orabant ad dominum, hic autem prostratus in sua pœna, toto corpore dominum deprecatur. Iterum ergo beatus Laurentius in dorsum supinus vertitur, & renes eius ignibus exuruntur, vt impletur psalmi propheta quæ dicit ex persona Laurentij, Proba me domine, & tenta me, vte renes meos & cor meum, Vre, inquit, renes meos & cor meum: duplici se postulat igne comburi, Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantum exurendos incendijs obtulisse. Cor autem nisi flamma Christi non vrit, atque ideo ad comprobendam deuotionem suam geminum sibi ignem postulat, vt luctamine habito ostendat in se plus posse amorè Christi, quam pœnam tyranni. Oremus igitur fratres beatum Laurentium, qui dum fide sua persecutoris flammam vicit, ostendit nobis per ignem fidei gehennæ incendia superari, & amore Christi diem iudicij non timeri. Nos vero fratres dilectissimi si ad cõsortium sanctorum martyrum peruenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscere, vt pro nobis dignentur domino supplicare. Si enim tormenta quæ sancti martyres pertulerunt, sufferre non possumus, vel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus. Et quia non desunt quotidiana peccata, non desint etiam quotidiana remedia. Nemo se credat aliquam felicitatem aut aliquod verum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudinem hic præparare potest, possidere non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedunt, tempus flendi, & tempus ridendi. Nemo se circumueniat fratres, non est in hoc mudo tempus ridendi. Scimus fratres, quod omnis homo gaudere desiderat, sed non toti ibi quarunt gaudium vbi oportet inquiri. Verum in hoc mundo gaudium, nec fuit, nec est, nec esse poterit. Sic enim ipse dominus in Euangelio suos discipulos admonet dicens, In hoc mudo pressuram habebitis. Et iterum, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ac sic in hac vita cū labore & dolore quod bonum est auxiliante domino faciamus, vt in futuro seculo bonorum fructus colligere cum gaudio & exultatione possimus, præstante domino nostro Iesu Christo qui viuus & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo II.

**D**icit dominus in Euangelio, Cui simile est regnum dei? Cui simile illud astimabot? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit & facta est arbor, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Mouet fortasse sensus vestros, quare regnum dei tam præclarum atque magnificum grano sinapis exiguo comparetur, & spei nostræ in se tam grande solatium rei vilissimæ simile esse dicamus.

Matth. 16. Lucæ 7. B. Matth. 16. Ser. XXX. Lucæ 22. & 24.

Danieli. Psal. 134. E. Ecclesiastes. Ioan. 16.



**G** dicamus, præsertim cum alibi idem dominus discipulis suis dicat, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, tollere & iactare in mare, & fiet. Igitur si fides tanta est quæ potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necessario & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, non specie sed virtute, & fidei non æqualitate oleris comparandum, sed vigore acrimonia coequandum. Nam si diligenter intendamus, inueniemus à domino recte hanc similitudinem comparatam. Sicut enim granum sinapis prima fronte speciei suæ est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem. At ubi teri cæperit, statim odorem suum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto caloris feruore succeditur, ut mirum sit in tam frivolis tantum ignem fuisse conclusum. Cuius etiam semen in cibum homines hyemis præcipue tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefiat. Sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, ut si quid inualidum, si quid agrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides christiana prima fronte videtur esse parua, vilis & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam subministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cæperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipsa ferueat & participantes sibi ardere cõpellat. Sicut in sancto Euangelio duo ex discipulis dixerunt dum cum ipsis post passionem suam dominus loqueretur, Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in via, dum aperiret nobis scripturas dominus Iesus? Ergo granum sinapis membrorum viscera calefacit, fidei autem vigor cordium peccata comburit. Et illud quidæ asperum algorem frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, inquam, granum humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluentia consumit. Et per illud medicina capitis procuratur: per fidem autem spiritale caput nostrum quod est Christus dominus sapius refouetur. Sed & fidei iuxta comparationem sinapis sancto odore perfruiamur, sicut ait Apostolus beatus, Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Igitur sanctum martyrem Laurentium grano sinapis possumus comparare, qui diuersis attritus passionibus, per totum orbem gratia meruit sui fragrare martyrij. Qui antè cõstitutus in corpore erat humilis, ignotus & vilis, posteaquam vexatus, laceratus, exustus est, vniuersis per totum mundum ecclesiis odorem suæ nobilitatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Si quidem granum sinapis cum teritur accenditur, Laurentius cum patitur inflammatur. Illud feruor attritionis suæ mouet, hic ignem plurima vexatione suspirat. Sinapis, inquam, in vasculo calido decoquitur, Laurentius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaque extrinsecus beatus Laurentius martyr tyranni fauentis incendijs, sed maior illum intrinsecus Christi amoris flamma torrebat. Et quauis rex improbus ligna subiiceret, incendia maiora supponeret, tamen sanctus Laurentius has flammæ fidei calore non sentit: & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec enim potest in visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. Licet iaceat ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus de-

moratur in cælis. Extenditur ergo super flammarum K ignitos globos, & vexatur in latera, sed quantum plus pœnarum tormenta patitur, tanto amplius Christum dominum pertimescit. Nouo admirationis genere alium illum torquet, & alij fauentis tormenta proficiunt. Deuotioem Laurentium saluatori supplicia atrociora fecerunt.

In eodem festo, Sermo III.

**Q**uoniam omnes beatos martyres quos nobis anti-  
quitas tradit, honorificentia digna miremur, præcipue tamen beati Laurentij martyris triumphantem debemus tota deuotione suscipere. Maiorem ergo affectum ibi debeo, ubi credulitatem meâ cogit cõtemplatio, quàm ubi fidem meam hortatur opinio. Maiorem, inquam, affectum ibi debeo, ubi per ea quæ vidi, compellor deuotione credere etiam illa quæ non vidi. Nam cum audio aliquanta mihi impossibilia videbantur, sed cœpi ea credere potuisse fieri, dum similia facta esse conspexi. Et ideo temporis nostri passio, hæc nobis tribuit conferre gratiam, ut fidem præteritam confirmaret. Supradictum igitur virum beatum tota debemus deuotione suscipere. Primum quia preciosum sanguinem suum propter dominum tradidit. Deinde quod prærogatiuum nobis apud dominum nostrum non minimam tribuit, ostendens qualis esse debeat in Christianis fides. Tertio quod idem tam sanctæ conuersationis fuerit, ut coronam martyrij tempore pacis inuenerit. Sed cum sanctitate tanta beatum Laurentium pro Christi nomine vidissent certare gentiles, erroris eorum manifestos rationabili castigatione conuinceret: tunc illi inebriati furore rapuerunt eum, & cæde crudelissima fauciarunt, tunc beati viri corpus flammis in craticula tradiderunt. Vere beatum corpus, quod non ad pœnam funestus ignis, vel tormenta à fide Christi immutauit, sed ad requiem dominicâ sancta religio coronauit. Sed & ipsa flamma ideo suscepit martyrem, non ut eum à fide sua ignis mutaret, sed ut probatum domino suo redderet. Tali enim incendio beata consecrata sunt viscera, non condemnata. Conuenit huic passioni quod ait Apostolus, Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Saluus enim iste factus est, dum venerabilis confessionis est incendio concrematus. Hæc est ergo tota causa passionis fratres propter quam morti addictus est sanctus vir, quod sui similes ceteros hortaretur. Nam exhortatio illa in tantum profecit, ut illo à seculo recedente, fides eius regionis ipsius loca vniuersa peruaserit. Ita Christus tunc in beato martyre suo Laurentio persecutiones passus est, nunc illic plurimi Christianorum exultant in populis. Sufficere nobis debent ad profectum salutis nostræ martyrum exempla sanctorum, qui propter adipiscendam cælestem coronam omnibus se mandatis dominicis subdiderunt, & ita cunctis deuinxerunt se legibus saluatoris, ut propter antea vitam mereretur ad hanc martyrij gloriam peruenire. Non enim illo in tempore tantum perfecerunt præceptum domini, quo confessionis supplicium pertulerunt: sed necesse fuit illis prius secundum Euangelium vixisse, ut Christi passionibus participarentur. Necesse est, inquam, ut initia bona fierent quorum finis est optimus subsecutus, & martyres eos non solum fuisse cum passi sunt, sed etiã tunc martyres Christi esse cum viuerent. Martyr enim Græce, Latine testis dicitur. Igitur quotienscunque bonis actibus mandatum Christi facimus, totiens Christo testimonium perhibemus. Unde & crux domini non tantum illa dicitur quæ passionis tempore ligni affixione

Scr. XXXII

L

1. Cor. 3.

M

Cruis dicitur quæ.

**A** conuenit, sed illa quæ totius vitæ curriculum cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. De qua mihi videtur saluator dicere, Qui vult post me venire, tollat crucem suam & sequatur me. Nunquid enim omnes martyres qui secuti sunt dominum, crucifixi sunt cum domino? Nunquid omnes virgines qui iuxta Apocalypsim sequuntur agnum dei, crucifixæ sunt ut sequantur? Nunquid Paulus Apostolus crucifixus fuerat cum dicebat, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo? Hoc autem dicit, ut intelligas crucem non ligni esse patibulum, sed vitæ virtutis; propositum. Tota igitur vita Christiani hominis si secundum Euangelium viuat, crux est atque martyrium.

Math. 16.

Apoca. 14.

Gala. 6.

Sermo XX XIII. Lucæ. 13.

Fides Christiana, regnum dei.

Sinapis granum natura.

Ioan. 16.

Lucæ. 13.

Vbi supra.

Math. 4. Lucæ. 9.

**I**n eodem festo: Sermo IIII.  
Vi simile est regnum cælorum, & cui simile æstimabo illud ait dominus, Simile est grano sinapis. Multa perstrinximus, quibus probaremus regnum dei grano sinapis non immerito comparari, & distantiam in sola affirmatione esse verborum, non in collatione virtutum. Siquidem Christiana fides, quæ regnum dei est, eadem virtutem obtinet, quæ sinapis natura depromit. Nam sicut sinapis granum cum sumimus vultu contristatur, fronte contrahitur, ad lachrymas permouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis accipimus. Illinc enim amaritudo nos exasperat, acrimonia penetrat: hinc calor ignei saporis accendit, & toto perturbati corpore tunc magis sani efficitur, cum amplius deploramus. Ita ergo & cum fidei christianæ mandata percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas permouemur, & ipsam salutem nostram cum quodam fletu ac mœnore consequimur. Inde enim nos ieiunia exasperant, illinc peccatorum conscientia macerat. Hinc patrimonij iactura perturbat, & toto contristati habitu magis salutem consequimur si amplius desiccamus, secum quod ait dominus, Vos plorabitis & flebitis, seculum autem gaudebit. Sicut autem cum sinapi caput forte curandum est, iubemur ad rasum capillos demere, impedimenta cutis vniuersa deponere, ut nudo corpori perfectius medicina perueniat. Ita & cum anima per fidem curanda est, præcipimur à nobis substantiam auferre seculi, impedimenta auri argentiq; deponere, ut & nudæ & soli animæ congruentius spiritualis medicina conueniat. Quisquis enim rebus mundi & diuitiis seculi obuolutus est, huic fidei medicina non proderit; Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima. Sed quoniam in eadè dominica sententia scriptum est, Quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit & facta est arbor, & volucres requieuerunt in ramis eius: diligentius requiramus quis iste sit, cui hæc cuncta conueniant. Diximus superius sanctis martyribus qui diuersis attriti sunt passionibus naturam sinapis posse congruere. Sed quoniam dicit scriptura, Et creuit & facta est arbor, & volucres requieuerunt in ramis eius, arbitror hoc ipsi Christo domino dicere, & rectius comparari, qui nascendo in homine humiliatus ut granum est, ascendendo ad cælum exaltatus ut arbor est. Granum planè est Christus dum patitur, arbor est dum resurgit, Granum, inquam, est cum famis esuriem sustinet, arbor est cum quinque milia virorum quinque panibus saturat. Ibi sterilitatem humana conditione patitur, hic fertilitatem propria diuinitate largitur. Granum autem dixerim dominum cum caditur, cum contemnitur, cum increpatur: arborem autem cum cæ-

cos illuminat, mortuos resuscitat, peccata condonat. Ramos autem huius arboris si requiras inuenies. Ramus est Petrus, ramus est Paulus, ramus est beatus Laurentius, cuius hodie natalitia celebramus. Rami sunt omnes apostoli vel martyres saluatoris, ad quos si quis se fortiter tenere voluerit, fluctibus seculi minime mergitur, quin potius sub umbra illorum latitans gehennæ non patietur ardorem; securusq; de diabolica tempestatis procella erit, & de die iudicij exurentis incendio, ipso adiuuante qui viuat & regnat in unitate spiritus sancti deus, per infinita secula seculorum, Amen.

Item in eodem festo, homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen dico uobis, Nisi granum frumenti & cetera: incipiens, Humilitatis magnæ & cetera: quæ sumpta est de expositione doctoris, ibidem.

Ioan. 14.

IN FESTO ASSUMPTIONIS

sanctissime dei genitricis uirginis Mariæ

Sermo XXXIII.

Sermo primus, qui habetur tomo nono fo. 195. columna. 4.

In eodem festo: Sermo II.

Ser. XXXV.

**A**dest nobis dilectissimi fratres dies valde venerabilis, dies omnium sanctorum solennitatis præcellens. Adest, inquam, dies inclita, dies præclara, dies in qua è mundo migrasse creditur uirgo Maria, Et ideo laudes intonet vniuersa terra cum summa exultatione tantæ uirginis illustrata excessu, quia indignum valde est ut illius recordationis solennitas sit apud nos sine maximo honore, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere. Satisq; præposterum iudicandum est, ut cum sanctorum celebramus victorias martirum, illius solennitatem illis non præferamus quæ huic mundo ædedit principem martyrum. In hac siquidem die competenter sponso illi cœlesti proclamatur beata uirgo, Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria assumpsisti me. Hodie, inquam, & ipsa à sponso filio & domino congrue audiuit: Iam hyems transiit, imber abiit & recessit: Surge proxima mea, sponsa mea, columba mea & veni. Hæc ideo dicimus fratres, quia sicut iam in consuetudinem suscepit ecclesia, hodierna die ad cælos assumpta fuisse creditur uirgo Maria. Sed quo ordine hinc ad superna transferit regna, nulla catholica narrat historia. Non solum autem respuere apocrypha, verumetiam ignorare dicitur hæc eadem ecclesia. Siquidem sunt nonnulla sine auctoris nomine de eius assumptione conscripta, quæ ut dixi ita cauentur, ut ad confirmandam rei veritatem legi minime permittantur. Hinc sanè pullantur nonnulli, quia nec corpus eius in terra inuenitur, nec assumptio eius cum carne ut in apocrypha legitur, in catholica reperitur historia. Quibus dicendum est, quia si Moysi corpus non inuenitur ab homine in terris cum quo locutus est deus facie ad faciem, illius querere demerita est, per quam idem maiestatis deus incarnatus effulsit in terris. Neque enim dignum est de corporis eius notitia sollicitum quempiam esse, quam non dubitat super cælos eleuatam cum Christo regnare. Sufficere debet tantum notitiæ humanæ hanc vere fateri reginam cælorum, pro eo quod regem peperit angelorum. Sed nec inuenitur apud Latinos aliquis tractatorum de eius morte pueripiam dixisse aperte. Nam illum Euangelij versiculum quem Simeon dixit ad domini matrem, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, beatæ recordationis Ambrosius cum tractaret, ait, Nec historia nec litera docet Mariam gladio vitam finisse. Hinc & Isidorus, incertum, inquit,

Deu. 34. Exo. 33.

Lucæ. 2.

**G** inquit, per hoc dictum vtrum gladium spiritus an gladium significet persecutionis. Et quid de his de quibus loquor dicam, cum nec ipse qui hanc accepit ante crucem domini in sua, id est, Ioannes Euangelista de hoc posteris aliquid retinendum scriptis mandauerit? Nullus enim hoc fidelius narrare potuit si illud deus manifestare voluisset, quam ille vti que qui hanc nutriendā suscepit, nec contra morem filius matrem reliquit. Restat ergo vt homo mendaciter non fingat apertū, quod deus voluit manere occultum. Vera autē de eius assumptione sententia hęc esse probatur, vt secundum Apostolum, siue in corpore siue extra corpus ignorantes, assumptam super angelos eam esse credamus. Hic igitur pręmissis, loquamur aliquid in laudibus sacratissimę virginis. Sed quid nos tantilli, quid actione pusilli, quid in eius laudibus referemus, cum & si omnium nostrum membra verteretur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Altior cęlo est de qua loquimur, abyssus profundior cui laudes dicere conamur. Hęc est enim quę sola meruit mater & spōsa vocari. Hęc primę matris damna resoluit, hęc homini perduto redemptionē adduxit. Mater enim generis nostri pœnā intulit mundo, genitrix domini nostri salutem adidit mundo. Austris peccati Eua, austris meriti Maria. Eua occidento obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit. Hęc enim mirabili atque inestimabili modo omnium rerū & suum peperit saluatorem. Quę hęc virgo tam sancta ad quam venire dignaretur spiritus sanctus? Quę tam speciosa, vt eam deus sibi eligeret sponsam? Quę tam casta vt esse posset virgo post partum? Hęc est dei templum, fons ille signatus, & porta in domo dei clausa. Ad hanc nanque vt dixi spiritus sanctus descendit, hanc virtus altissimi obumbravit. Hęc est immaculata coitu, fecunda partu, virgo lactans, angelorū & hominum cibum nutrens. Merito nanque beata singulari a nobis pręconio extollitur, quę singulare commercium mundo prębuit. Denique tātum se ad cęli fastigia subleuauit, vt verbum in principio apud deum, de superna cęli arce susciperet. O felix Maria, & omni laude dignissima. O virgo dei genitrix gloriosa, & sublimis puerpera, cuius visceribus author cęli terręq; committitur. O felicia oscula lactentis labiis impressa, cum inter crebra indicia reptantis infantię, vt pote verus ex te filius tibi matri alluderet, cum verus ex patre dominus imperaret. Nam authorem tuum ipsa concipiens adidisti in tempore puberem, quem habebat ante tempora conditorum. O felix puerperium, letabile angelis, optabile sanctis, necessarium perditis, congruum profligatis. Qui post multas assumptę carnis iniurias, & ad vltimum verberatus flagris, potatus felle, affixus patibulo, vt te veram matrem ostenderet, verum se hominem patiendū monstrauit. Sed quid dicam pauper ingenio, cum de te quicquid dixero minor laus est quam dignitas tua meretur? Si cęlum te vocem, altior es. Si matrę gentium dicam, pręcedis. Si formam dei appellem, digna existis. Si dominam angelorum vocitem, per omnia te esse probaris. Quid ergo de te digne dicam, quid referam, cum non sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes? Has interim laudes sileat lingua carnis, quas semper ardentem profert anima: Nunc nostras peto vt aures doctrinarum tuarum demulceas organis. Plaudat nunc tympanis scena tuis, & veloces articulos puerperę concrepent. Concinant latantes chori, & alternantibus modulis dulcifona carmina misceantur. Audiamus fratres, audiamus pio mentis affectu, audiamus quem ad-

modum tympanistriarū doctrinis cōcrepet beata virgo Maria. Audiamus, inquam, & huic harmonię moribus respondeamus. Denique cum hęc mulier beatissima ab angelo iam salutata, spiritus sancto repleta, plenitudine diuinitatis afflata, ad Elizabeth venisset cognatam, post exultationem Ioannis in vtero matris, hęc domino decantauit cantica laudis, Magnificat anima mea dominum: Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Primo igitur in hoc loco querendum est, quid sit magnificare dominum: Neque enim magnus fit a creatura creator. Sed sciendum nobis est duobus modis dici magnificari, id est, aut magnum facere, aut magnum adorare, magnum admirari. Magnificatur enim deus a nobis, cū magnificari dignatur a nobis. Sed nūquid sic in nobis sicut in beata Maria eandem carnem assumpsit pro nobis? Aue, inquit ad eam angelus, gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Spiritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Quęcumque tamen anima sancta verbum concipere potest credendo, pare prędicando, magnifica amando. Vnde & David Propheta dicit, Magnificata dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. Ac si diceret, Magnitudinem domini mecum prędicare, & nominis eius pręconia magna voce attollite. Hinc iterum dicit, Domine deus meus, magnificatus es vehementer. Vnde autem magnificetur in nobis idē Propheta ait, Magnificata est vsq; ad cęlos misericordia tua. Hinc nanque optandum est in singulis, vt nostra anima magnificet dominū, concipiat dei verbum, pariat & nutriat, recordetur saluationis suę pia cōmercia, quomodo nullis suis pręcedentibus meritis sit ab iniquitate saluata, sed sola dei bonitate gratuita Christi sanguine redēpta & dicat, Magnificat anima mea dominum. Sic enim deus dilexit mundum, ait Euangelistū, vt filium suum vnigenitum daret. Hinc nanque & Apostolus, Qui proprio, inquit, filio nō peperit, sed pro nobis tradidit illum. O mirę pietatis affectus, & inestimabilis ardor charitatis: Quis ante tantę pietatis dititias non obstupescat? Quis ante tam ineffabilem charitatē non contremiscat? Quis vnquam posset sperare, vt ex deo ante tempora natus, nasceretur pro hominibus in tempore ex femina homo factus? Vnde scriptum est, Cum venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quis, inquam, posset estimare, vt portaretur manibus femineis portator orbis, panis angelorū aleretur, virtus cęlorum infirmaretur, vita omnium moreretur? Magnificet ergo in his anima gloriosissima Marię dominum, magnificet & nostra. Admirerur, gratulemur, amemus, laudemus, adoremus, gratias illi agamus, quoniam per eiusdem redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium, de terris ad cęleste regnum vocati sumus. Quęcumque igitur anima sancta talibus fuerit incitamentis occupata, nihil concupiscit terrenum, nihil transitorium, nihil quod ad tempus arridet, nihil quod ad pręsens delectat. Hęc risum luctum computat, & gaudium in mœrorem commutat, cui mundus carcer, cęlumq; habitatio est: cui exultatio de pręsentibus nulla est, quia in illo tātum gaudere appetit, qui super omnes est. Vnde in sancto cantico, cum diceret virgo gloriosa, Magnificat anima mea dominū, & exultauit spiritus meus: signanter

**A** signanter addidit, in deo salutari meo. Ac si diceret: Anima mea quę magnificat dominum, non in quolibet alio sed in illo tantum exultat, quem amando magnificat. Nouerat enim esse aliam vituperabilem exultationem, qua mundus gaudere dicitur tendens ad luctum. Et de qualibus Salomon ait, Latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Hinc & Apostolus nō quodlibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit, sed in spiritu sancto. Hinc David cum diceret, Gaudete iusti: subiunxit in domino. Hinc cum domino diceret, Gaudebunt labia mea dum cantauero: addidit, tibi. Hac enim exultatione nullus eorum gaudet, quisquis de pręsentibus tantum exultat æternisq; bonis interesse nō concupiscit, cui exilium patria esse creditur, & mors vita estimatur, cui deus venter est, & ornatus non in moribus sed in actu est, qui cum laudatur extollitur, & cum vituperatus fuerit magnis iracundię stimulis agitur, qui cum mansuetus non humiliatur, sed in superbia fascibus eleuatus ceteros quasi ex alto montis supercilio contemplatur. Sed quis hęc ad plenum ita potest calcare, vt ab hac exultatione hisdem vitiis interpellantibus, nec ad momentum se credat abstrahi, cū scriptura pronunciet, Corpus quod corrumpitur aggregat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitatem? Ingemisce ergo o sancta anima quęcumque in domino exultas, & quotiens te ab hac exultatione abstractam videris esse, dicit, Ne proicias me domine a facie tua & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et hic attentius intueri, quam exultationem petierit. Quod enim Hebraice Iesus, hoc Latine salutaris dicitur. Quę enim hęc latitia est Iesu, nisi cōtemplatio eius, qualis venturus est in gloria sua? Sciendum vero est, quia illi tunc hac claritate potientur, qui hic positi redemptoris sui vestigia imitantur. Et quidem dominum Iesum legimus doluisse, fleuisse, ex itinere fatigatum fuisse, opprobria & iniurias sustinuisse, spūta, flagella, crucem suscepisse, nunquam tamen legimus eum risisse, prosperatum in terra fuisse. Hinc plane, hinc in spe gaudent omnes electi, cum cōperint aduersitatibus mūdi fatigari, & nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi, scientes aliam vitam superesse per quā possint cęlos penetrare. Hinc est quod iisdem dominus ait discipulis suis, Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cęlis. Sed in his pressuris atque angustiis nequaquā possent subsistere, & quod his maius est gaudere, nisi veraciter in conspectu dei & hominum humiles essent. Quibus dominus eorū ait, Discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hinc iterum dicit, Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram. Hinc etiam hęc virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat, eo quod eius humilitatem deus respexit. Nam subdit, Quia respexit humilitatem ancillę suę, ecce enim ex hoc beatā me dicit omnes generationes. O vere beata humilitas, quę deum hominibus peperit, vitam mortalibus addidit, cęlos innouauit, mundum purificauit, paradysum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit, O, inquam, vere gloriosa Marię humilitas, quę porta paradisi efficitur, scala cęli constituitur. Facta est certe humilitas Marię scala cęlestis, per quam descendit deus ad terras. Quia respexit, inquit, humilitatem ancillę suę,

ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid est dicere, Respexit: nisi, comprobauit, placuit ei humilitas mea? Vnde per Prophetam dominus dixit, Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & humilem & trementem sermones meos? Hinc David domino dicit, Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meā. Multi siquidem videntur in conspectu hominum humiles esse vt ab eis beatificentur, sed eorum humilitas a domino non respicitur, quia falsō & non vere de humilitate gloriātur. Si enim veraciter humiles essent, deum ab omnibus & non se vellent laudari. Non in hoc mundo eorum spiritus exultaret, sed in deo salutari. Humilitatem suā non ab hominibus conspici, sed a deo optarent. Sequitur in hoc sancto cantico, Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Quę tibi magna fecit domina, quę gloriosa virgo vt dici beata merearis? Puto enim immo veraciter credo, vt creatura ædes creatorum, famula dominum generares, vt per te deus mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reduceret. Hucusque virgo beata de te ipsa quę nos ad amorem dei accenderet, fideliter protulisti, ea vero quę sequuntur humano generi prophetaisti. Meum autē votum extitit ea tantum inde transcurrere, quę ad tuam laudem nominis pertinebant. Sed hęc quę de te ipsa narrasti, neque tu vt dignitas tua meretur dicere potuisti. Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persoluet, quę solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum susceperis vota, culpas nostras orādo excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: Accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excusa quod timemus: quia nec potiorum meritis inuenimus quā te ad placandā iram iudicis, quę meruisti esse mater redemptoris & iudicis, Succurre ergo miseris, inua pusillanimes, refoue debiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorū choro, exora pro deuoto femineo sexu. Sentiat omnes tuū leuamen, quicunque deuote celebrant tuum nomen. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super cęlorum peregrinis. Et cum te latentem semper aspicias, fletus nostros quęsumus ipsa ad deum admittas, eumq; vt proprium filiū pro nobis interpelles. Nos enim adhuc in hac terra affligimur, persequimur, iniurias lacessimur, opprobriis afficimur, esurimus, sitimus, somnum patimur, in carcere retinemur. Tu vero in cęlestibus regnis pręlata es cūctis virginum choris, tu agnum quocunque perrexerit sequeris. Tu virgineos choros & ab incentiuę carnis illecebris alienos per albertia lilia rōsasq; vernantes, ad fontes perennis vitę potandos inuitas. Tu in illa beatorum foelicissima regia primi ordinis dignitatem adeptā plantis roscidis oberrans, inter paradisi amoenitatem gramineosq; crocos tenero poplite pergis, foelicq; palma violas immarcescibiles carpis. Tu concinis sine sine choris cōiuncta summis angelis archangelisq; sociata, indefessa voce sanctus clamare nō cessas. Tu in cubiculo regis beatitudinem gemmis ac margaritis ornata assisisti. Tibi thronus regius ab angelis collocatur in aula æterni regis, teq; ipse rex regum vt matrem veram & decoram sponfam prę omnibus diligens amoris amplexu sibi associat. Nec mirum si dignetur tibi aggaudere deus regnans, quem tu paruulū ex te hominem natum totiens osculata es in terris.

**G** terris. Has ergo tuas felicitates possidens cōvertere ad nostrarum miseriarum salutem. Inter hęc igitur fratres cum toto mentis affectu beatissimę virginis nos intercessionibus committamus, omnes eius patrocinia omni nisu imploremus, vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis. Neque enim dubium quę meruit pro liberandis proferre precium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. Sed quid nobis prodest hanc interpellare vocibus, nisi etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curremus ergo dilectissimi fratres vt cum huius diei festiuitati interesse cupimus, vestimentis humilitatis atque charitatis induti appareamus. Non nos inuidia aliena felicitatis torqueat, non ira vsque ad diuisionem dilaniet, non cupiditas Christum a nobis excludat, non seculi tristitia exurat, non prosperitas eius incaute decipiat, non luxuria inquinet, non inmunditia polluat, non elatio corrumpat, non superbia inflat, vt dum nos virtutibus ornatos, charitate coniunctos, humilitate fundatos beata dei genitrix suę nos interesse festiuitati prospexerit, ardentius nobis subuenire festinet apud filium & dominum suum Iesum Christum, deum & saluatorem nostrum, qui coronis perennis regni glorificat sanctos suos, & est eterna laus & expectatio omnibus electis eius, ipsi gloria, virtus, potestas aterna, & nunc & semper per immortalia seculorum: Amen.

*Item in eodem festo, homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Lucam, Intravit Iesus in quoddam castellum, & cetera: quę habetur de Verbis domini XXV. & XXXVII.*

**DE DECOLLATIONE SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ.**

*In festo decollationis sancti Ioannis baptiste:*

*Sermo I.*

**O**die, dilectissimi fratres, Ioannis qui domini præcurrit aduentum natalem diem colimus, quod nulli sanctorum meminimus attributū. Hodie, inquam, natalem diem vnica ac singulari celebritate veneramus. Vnde quia cū recte extollere nō valeamus humanę vocis officio, prædicemus dominicę attestationis oraculo, proloquente Christo, quia inter natos mulierum maior non est Ioanne baptista. Ipse hoc dicit, & ideo cognosce magnificentiā laudis ex dignitate laudatis, ac sic dum nemo illo esse maior asseritur, in natis mulierum, datur. intelligi quod Ioannes supra humanorum fuit mensuram meritorū. Ego vox clamantis in deserto. Hoc est dicere, Nō sum ego verbum quod erat in principio deus apud deum, sed vox potius, id est, minister sum verbi vt per me ad auditus hominum sensusq; perueniat. Vnde beatus baptista pari humilitate pronunciat: Illum oportet crescere, me autem minui. Illum, inquit, oportet crescere, quia per omnem mundum Christi euangelium dilatatur: me autem minui, quia Ioannis prophetia finitur. Illum oportet crescere qui erit exaltandus in cruce, me autem minui qui sum truncandus in capite. Ioannis enim prophetia fidē accepit, quia is qui propheta batur aduenit. Ioannes ergo formam venturi domini natiuitate & cōuersatione signauit. Ioannes nascitur de sepe patre, Christus ex matre a mundi senescitatis ætate: ætate, inquam, illa quę erat fide & operibus infœcunda. Ioannes venit desperata generatione per sterilem, & Christus natura obstupescente per virginem. Ille salutem prædicauit, hic contulit. Ille baptizauit in penitentia, iste regenerauit

in gratia. Hic est enim Ioannes qui impietatem regis Herodis qui vxorem fratris inuaserat publica auctoritate condenans, propter iustitiam perdidit vitam, sed lucratus est gloriam. Et nos interdum pro gratia hominum vel timore offensionum præferimus adulationem & vendimus veritatem, non timentes illud quod terribiliter scriptum est, Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Solent tamen aliquotiens doctores Ecclesię non pro negligentia peccantiū ab increpatione cessare, sed quia eos timent ex ipsa castigatione ad peiora mala prorūpere. Quando pro hac re non prædicant sacerdotes, nō possunt habere de taciturnitate reatum, quia sicut viri boni interdum ex dura increpatione corriguntur, ita econtra omnes etiam superbi lenissima admonitione ad peiora præcipitia prouocantur. Nā & intantum prædicatores ecclesię aliquotiens non ex voluntate sed ex necessitate peccatores non arguūt, vt interdum per spiritale medicamentum & charitatis artificium superbos quosque etiam indignis laudibus prosequantur: & dum erubescunt falsa esse quę de eis dicuntur, ad emendationem vitę & bona opera prouocent, secundum illud quod scriptum est, Quoniam laudatur peccator in desideris animę suę, & qui iniqua gerit benedicitur. Et quia vera est illa sapientis viri sententia, Sicut vera laus ornat, ita falsa castigat, non est tamen impossibile apud deum vt etiam illi qui ab humanis laudibus inuitati bona opera exercere cœperint, deus illis hoc in amorem & cōsuetudinem vertat, secundum illud quod de sapientibus quidam dixit, Bene consueuissē, pudebit dissiuere. Et iterum, Bona loquamur, transiet sermo in affectū. Beatus tamen Ioannes plena & perfecta libertate maluit iniusta sustinere, quam iusta non dicere. Vnde euangelico ipse beatus Ioannes alloquio corda nostra pulsāt salutifero dicens, Ego vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas dei nostri. Si teneamus in nobis verbum veritatis, affectum iustitię, erit in nobis illa via per quam humanum pectus Christus adeat. Ideo autem dicit: Ego vox clamantis. Vox præconis iudicem loquitur, clamor iudicium cōminatur. Et consequenter annunciat: Omnis vallis implebitur, & omnis mōs, & collis humiliabitur. Hoc est ergo, quod aliis verbis euangelista commemorat, Qui se exaltat humiliabitur. Veniet tempus fratres dilectissimi vt se superbos, fuisse sine vilo remedio doleant, qui se nunc salubriter humiliare dissimulant. Veniet tempus vt humiles eleuentur in cœlis, & superbi in inferni profunditatem mergantur. Veniet tempus, vt se auaros omnes fuisse diuites doleant, a quibus nūc Christi irridentur pauperes. Non semper iste qui nūc humanę est consuetudinis ordo seruabitur: Nō semper Lazarus fame torquebitur, nec semper auarus diues delictiarum abundantia perfruatur: sed cito & ille de sterquilinio ab angelis eleuabitur in paradysum: & ille qui elemosynam noluit dare, si penitentia non subuenerit, de luxurioso conuiuio rapietur in tartarū, vt qui in hoc seculo pauperi noluit dare micam, in inferno nō mereatur accipere guttam: & qui pauperem pascere noluit delictis suis, pascat flammis medullis suis. Nos vero fratres quantum possumus laboremus, vt quod superbia tumidum elatumq; reddiderat in animo, humilitate & mansuetudine complanetur. Quod iniquitas deprauauerat, directione iustitię corrigatur. Quod malitia exasperauerat, bonitatis gratia temperetur. Inter hęc studia inueniat in nobis Christus dominus quam ipse conferre dignatus est, viam, per

**A** per quam nos perducat ad patriam, vt de nobis dicere dignetur, Et inambulabo & inhabitabo cum eis, & ero illorum deus. Si in isto seculo ambulauerit in nobis, in illo habitabit in nobis qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

**DE OMNIBVS SANCTIS.**

*In festo omnium sanctorum: Sermo I.*

*Sermo XXXVII.*

**O**die dilectissimi omnium sanctorū sub vna solennitatis læticia celebramus festiuitatē, quorum societate cœlum exultat, quorum patrocinii terra lætatur, quorum triumphis ecclesia sancta coronatur, quorum confessio quāto in passione fortior, tanto est clarior in honore: quia dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria, & martyrij triumphus multiplici passionum genere adornatur, per quę grauiora tormenta gratiora fuere & præmia, dumq; catholica mater ecclesia per totum orbem longe lætę diffusa, in ipso capite suo Christo. Iesu edocta contumelias crucis & mortem didicit non timere, magis magisq; roborata est nō resistendo, sed perferendo. Vniuersos autem quos agmine in clyto carcer penalis includit, pari & simili calore virtutis ad gerendum certamen gloria triumphalis inspirauit. O vere beata mater Ecclesia, quam sic honor diuina dignationis illuminat, quam Vincentium gloriosus martyrum sanguis exornat, quam inniolatę confessionis candida induit virginitas: Floribus eius nec rosa, nec lilia desunt. Certent nunc charissimi singuli ad vtrosque honores, amplissimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas. In cœlestibus castris pax & acies habent flores suos, quibus milites Christi coronantur. Dei enim ineffabilis & immensa bonitas etiam hoc prouidit vt laborum quidem tempus & agonis non extenderet, nec longum faceret aut æternum, sed breue, & vt ita dicam, momentaneum, vt in hac breui & exigua vita agones esset & labores, in illa vero quę aterna est corona & præmia meritorum, vt labores quidem cito finirentur, meritorum vero præmia sine fine durarent, vt post huius mundi tenebras visuri essent candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionum cūctarum acerbitatibus beatitudinem, testante hoc Apostolo vbi ait, Non sunt condignę passionis huius temporis ad superuenturam gloriam quę reuelabitur in nobis. Quam lato sinu de prelio reuertentes ciuitas cœlestis excipit, de hoste prostrato trophæa ferentibus occurrit, cum triumphantibus viris & fœminis veniunt quę cum seculo sexū quoq; vicerunt, & geminata gloria militię virgines cum pueris teneros annos virtutibus transeuntes, sed & cetera fidelium turba aula perpetuę regiam intrabit, qui syncretitatem vniuersa pace obseruauerunt. Ergo agite nunc fratres, aggrediamur iter vitę, reuertamur ad ciuitatē cœlestem, in qua scripti sumus & ciues decreti. Non sumus hospites, sed ciues sanctorum & domestici dei, etiam illius hæredes, cohæredes autem Christi. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia latum præbebit ingressum. Consideremus ergo in clytā vrbis illius fœlicitatem, in quantum considerare possibile est. Vt enim vere est, comprehendere nullus sermo sufficit. Dicitur de ea in quodam loco sic, quod aufugiet ibi dolor & tristitia & gemitus. Quid hac vita beatius, vbi non est paupertatis metus, non agritudinis imbecillitas? Nemo laeditur, irascitur nemo, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullū cibi desiderium, nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidias de-

monū nullę, terror gehennę procul. Mors ibi neq; corporis neq; animę erit, sed immortalitatis munere vita iocunda. Nulla erit tunc vsquam discordia, sed cuncta cōsona, cuncta conuenientia, quia omnium sanctorum vna cōcordia, pax cuncta & læticia continet, tranquilla sunt omnia & quæta. Iugis splendor nō iste qui nunc est, sed tanto clarior quanto fœlicior, quia ciuitas illa, vt legitur, nō egebit lumine solis, sed dominus omnipotēs illuminabit eā, & lucerna eius est agnus: Vbi sancti fulgebunt vt stellę in perpetuas æternitates, & sicut splendor firmamēti qui ad iustitiam erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nulla tenebrę, concursus nubium nullę, nec frigoris ardorisq; asperitas vlla, sed talis quędam erit rerum temperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro vitę, qui & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & sunt ante thronum dei seruiūtq; ei die ac nocte. Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Verum super hoc omnia est consociari angelorum & archangelorum cœtibus, thronis etiam & dominationibus, principatibus & potestatibus, omniumq; cœlestium supernarumq; virtutū contuberniis perfrui, & intueri agmina sanctorū splendidius syderibus micantia, patriarcharum fide fulgentia, prophetarum spe lætantia, Apostolorum in duodecim tribubus Israël orbem iudicantia, martyrum perpureis victorię coronis lucentia, virginum quoq; chorus candētia ferta gestantes inspicere. De rege autem qui horum medius residet, dicere vox nulla sufficit. Effugit enim omnem sermonem, atq; omnem sensum humanę mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. Vltra enim omnem sanctorum est gloriam ipsius inestimabilem aspicere conspectum, & splendore maiestatis eius irradiari. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, vt Christum videre digni possemus in gloria venientem & sanctorum eius numero sociari, nōne erat dignum pati omne quod triste est vt tanti boni tātęq; glorię participes haberemur? Quę erit illa fratres charissimi iustorum gloria, quam grandis sanctorum læticia, cum vnaquęq; facies fulgebit vt sol, cum ordinibus distinctis populum suum dominus in regno patris sui cœperit recensere, & meritis atq; operibus singulorum præmia promissa restituere, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare, adducere sanctos in visionem paternę glorię, & facere in cœlestibus cōsederē, vt sit deus omnia in omnibus, æternitatemq; amatorib; suis & immortalitatem largiri, atq; eos quos sanguinis sui viuificatione reparauit denuo ad paradysum reducere, regna cœlorum fide & veritate suę pollicitationis aperire? Hęc hęcant firmiter sensibus nostris, hęc intelligantur plena fide, hęc toto corde diligantur, hęc indefinētium operum magnanimitate acquirantur. Reposita est in potestate facientis, quia regnū cœlorum vim patitur. Res ista, dō homo, id est, regnum cœlestē aliud nō querit precium quam teipsum. Tantū valet quantum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit vt acquireret te in regnum deo patri, ita & tu teipsum da vt sis regnū eius, ac nō regnet peccatum in mortali tuo corpore, sed spiritus in acquisitionē vitę. Ad hanc igitur operum salutarium dilectissimi palmā libenter ac proptere certemus

*Apoca. 22.*

*Daniel. 12.*

*1. Cor. 2.*

*Apoca. 22.*

*Eph. 4.*

*E*

*F*

*1. Cor. 15.*

*Math. 11.*

*1. Cor. 15.*

*Roma. 6.*



G certemus, omnes in agone iustitiae deo & Christo spectante curramus. Et qui seculo & mundo maiores esse copimus, a cursu nostro nulla seculi cupiditate retardemur. Si expeditis, si celeres in hoc operis agone, si currentes dies ultimus inuenerit, nusquam dominus meritis nostris ad praemium decreit remunerari. Qui coram in perfectione purpuream pro passione donauit, ipse in pace uiuentibus pro iustitia meritis dabit cadendam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob occisi sunt, & tamen fidei & iustitiae meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad quorum congregatorum conuiuium, quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur. Memores esse debemus uoluntatem non nostram, sed dei facere debere: quia qui fecerit eius uoluntatem, ipse manebit in aeternum, quomodo & ille manebit in aeternum. Quapropter charissimi mente integra, fide firma, uirtute robusta, charitate perfecta parati ad omnem uoluntatem dei sumus, conseruantes fortiter domini mandata. In simplicitate seruate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, uigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, indefessa ueritate constantiam, in disciplina seueritate celsuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum in uobis desit. Haec sunt uestigia quae nobis sancti quique reuertentes in patriam reliquerunt, ut illorum semitis inhaerentes sequeremur ad gaudia. Patriam quoque nostram paradysum cum illis computemus, parates patriarchas iam habere copiamus. Cur non properamus & currimus ut patriam nostram uidere, & parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita. Ad eorum complexum & conspectum uenire, quanta illis & nobis in comune laetitia est! Qualis illic caelestium uoluptas conseruatorum societatem expectantium? Quam summa & perpetua felicitas! Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus insignis, ibi martyrum populus innumerablem ob certaminum uictoriam coronatur, illic clarissima uirginum turba letatur, illic etiam confessorum fortitudo laudatur. Sed & illorum remuneratio censetur, qui praecepta dominica seruantes, ad caelestes thesauros terrena patrimonialia transtulerunt. Ad hos electos dei auida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, & cito nos ad Christum peruenire contingat, ad eum quem huius itineris duces habeamus, salutis auctorem, lucis principem, laetitiae largitorem: Qui uiuit & regnat cum deo patre omnipotente & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Videns Iesus turbas ascendit in montem &c. quae sumpta est ex primo libro, De sermone domini in monte.

DE ANIMABVS FIDELIUM DEFVNCTORVM.

In die commemorationis animarum fidelium defunctorum, De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Venite benedicti, &c. cetera.

Sermo I.

**M**odo cum euangelica lectio legeretur, audiui mus dicentem dominum, Venite benedicti, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Ut ergo istam uocem desiderabilem audire, & ab auditu malo possitis per dei gratiam liberari, totis

uiribus deo auxiliante contendite lectionem diuinam in domibus uestris frequenter legere, & in ecclesia libenter & obedienter audire. Sicut illa uox desiderabilis est per quam dicitur misericordibus, Venite benedicti, percipite regnum: ita e contrario sceleratis, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, Auertat a nobis hoc deus: fratres charissimi, & ab auditu malo nos liberare dignetur, ut in nobis impleatur illud quod scriptum est, In memoria aeterna erit iustus, ab auditione mala non timebit, Hoc est auditum mali quod audituri sunt impij, Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Irreuocabilis enim sententia erit, quae a piissimo deo ideo multo ante praedicitur, ut a nobis totis uisceribus caueatur. Si enim nos deus noster uellet punire, non nos ante tot secula commoneret. Inuitus quodammodo uindicat, qui quomodo euadere possimus multo ante demonstrat. Non enim te uult percutere, qui tibi clamat obserua. Considerate tamen quid dicitur est ad dexteram positus, Venite inquit, benedicti, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Aduertite fratres charissimi, quia regnum caelorum uobis praedestinatum, gehenna autem non uobis, sed diabolo praeparata est. Denique sic audituri sunt ad sinistram, Esuriui enim, inquit, & non dedistis mihi manducare. Ergo nec illi qui ad dexteram erunt, ideo accipiunt, quia nunquam peccauerunt, sed quia peccata sua mudare elemosynis studuerunt. Et illi qui ad sinistram erunt non ideo mittuntur ad ignem quia peccatores fuerunt, sed quia peccata sua elemosynis redimere noluerunt. Ac sic & illos largitas sola glorificabit, & istos sola sterilitas condemnat: quia sicut impossibile est ut nullus homo possit sine peccato esse, sic per dei misericordiam possibile est, ut bonis operibus, & praecipue elemosynis se unusquisque redimat a peccato, ut tamen in malo impleatur quod scriptum est, Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam, Consequenter & in bono illud in Psalmo, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et hoc considerate fratres pro qua remittuntur in ignem aeternum. Non enim illis dicendum est, quia homicidia fecistis, adulteria commisitistis, quia alienam substantiam rapuistis: sed hoc solum audituri sunt, quia esuriui, & non dedistis mihi manducare. Rogo uos fratres nolite haec transitorie cogitare, nec credatis quod hoc de Iudaeis tantum aut paganis vel haereticis fuerit dictum, sed definitissime credite quia hoc Christiani & catholici qui in malo opere perseverare uoluerint, audituri sunt. Ad iudicium enim non ueniunt nec pagani, nec haeretici, nec Iudaei, quia de ipsis scriptum est, Qui non credit iam iudicatus est. Et ideo inter illos qui ad sinistram mittendi sunt, non solum laici erunt, sed & multi episcopi, quod peius est, clerici mali, uel monachi cupidi uel superbi, simul & saecrilegales & uidiuae iracundae, superbae, uel cupidae, & si eis fructuosa poenitentia non subuenierit, audituri sunt illam metuendam, & irreuocabilem uocem, Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Sententia ista si eam fideliter cum ingenti timore uoluerimus audire, ab omni opere malo nos poterit reuocare. Diligenter ergo cauetis & uidete quid ueritas dixit, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quia esuriui, & non dedistis mihi manducare. Si in igne mittetur qui esuriens non dedit panem suum, putas ubi mittendus est qui tulit alienum? Si in ignem mittetur qui nudus non uestit, ubi mittendus est qui uestitum expoliavit? Si cum diabolo damnatur qui hospitibus non praebuit

**A** praebuit domum suam, putas ubi mittendus est qui tollit alienam? Si periturus est qui carcerem non uisitauit, quid de illo fiet qui forte in carcerem misit? Rogo uos fratres charissimi hinc attendite, quae spem habere possunt qui mala faciunt, quando illi perituri sunt qui bona non faciunt? Denique & alio loco dominus terribiliter nos admonet dicens, Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur & in igne mittetur: Non dixit, quae facit fructum malum: sed, quae non facit fructum bonum. Hinc ergo possumus euadere agnoscere quae poenas arbor spinosa in die iudicij patietur, quando illa quae fructum non dedit excidetur, & in ignem mittetur. Nemo se despiciat fratres charissimi, Nemo se falsa spe circumueniat quia Christiani nominis non facit sola dignitas Christiani, nihilque prodest quod aliquis Christianus uocatur in nomine, si hoc non ostendit in opere. Scriptum est enim, Fides sine operibus mortua est. Qui enim credit, & opera bona non exercet, clamat illi scriptura diuina, Tu, inquit, credis quia deus unus est, bene facis. Et demones credunt & contremiscunt. Ac sic qui credunt, & opera bona non faciunt, fidem demonum uidentur habere. Qui uero non credunt, peiores demonibus comprobantur. Et illud diligenter considerandum est quod dominus dicit, Qui audit mandata mea & facit ea, ipse est qui diligit me. Et iterum: Si quis diligit me, mandata mea seruat, Et sine dubio qui non custodit non diligit. Et illud ualde timendum est, quod iterum dominus dicit: Quid prodest quod dicitis, Domine domine, & non facitis quae dico uobis? Scire debemus fratres charissimi, quod nihil prodest uerbis proferre fidem, & factis deferere ueritatem. Sicut nobis non placet si serui nostri uerbis se profitentur esse nostra mancipia, & tamen non uelint implere opera sua: ita nec deo placet, si se quisque Christianum uerbis tantummodo esse pronunciat, & opera quae fieri iussit Christus implere dissimulet. Denique beatus Apostolus cum de reddenda ratione in die iudicij loqueretur, ita pronunciauit dicens, Oportet nos, inquit, omnes stare ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum: & dominus in Euangelio, Tunc, inquit, reddet unicuique secundum opera sua: Non dixit, secundum fidem suam: sed, unicuique secundum opera sua: quia sicut iam supra dictum est, Iacobus apostolus clamat, Fides sine operibus mortua est. Nos ergo fratres charissimi, si & poenam euadere, & ad aeternam beatitudinem uolumus peruenire, non solum credamus in deum, sed etiam toto corde diligamus, & quantum possumus, ipso adiuuante bona opera facere studeamus, ut cum ipso auxiliante fecerimus quae praecipit, mereamur recipere quae promittit, Amen.

Eodem die, de iudicio extremo, & parabola zizaniorum.

Sermo II.

**R**ecogitemus fratres charissimi cuncta mala quae fecimus, ut minis aeterni iudicij perterriti, ad ultimum saltem studeamus bona facere. Unde dominus in Euangelio dicit, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui est in caelis, ipse intrabit in regnum caelorum, Hoc etiam fratres charissimi cogitare debemus, quia in illa die reddet deus unicuique secundum opera sua, bonis bona, malis mala. Bonos mittet in vitam aeternam, malos in ignem aeternum. Vae illi homini qui cum diabolo mansionem habebit. Pensemus quod istud regnum finem habet, regnum dei finem non habet. Ista uita laboriosa, caduca & fra-

gilis, plena scandalis, inuidiosa quid aliud querit nisi manducare, bibere, inebriari, luxuriari, detractiones facere? Certe ubi uolumus permanere, illuc debemus festinare. Fratres, nos peregrini sumus in hoc mundo, conuertamur ad dominum qui fecit nos. Fratres audistis quod dominus vindicare ueniet, & peccatores mittet in ignem aeternum, sicut in Psalmo dicit, Exurgat deus, & dissipentur inimici eius. Quid autem suis diciturus sit in die illa audiamus, Venite benedicti patris mei. Et iusti regnabunt sine fine cum Christo, sicut dicit, Et iusti epulentur, & exultent in conspectu dei. Et domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo mixtum est zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Primum colligite zizania, & alligate per fasciculos ad comburendum. Messis haec est genus humanum in consummatione seculi ad iudicium congregandum. Zizania, peccatores. Inimicus homo diabolus, qui supereminuit peccata. Messores sunt angeli, qui eligunt iustos a peccatoribus. Ligate fasciculos, hoc est, rapaces cum rapacibus, adulteros cum adulteris, fornicatores cum fornicatoribus, homicidas cum homicidis, auaros cum auaris, iracundos cum iracundis, falsos testes cum falsis testibus, fures cum furibus, derisores cum derisoribus, similes cum similibus. Hi sunt fasciculi ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum, id est, mittite iustos in paradysum. Fratres exauescere & timere debemus de tam breui fatietate, de tam longa fame, de tam longis tenebris, de tam breui luce. Dum tempus habemus, conuertamur ad dominum, qui fecit nos, ut non mereamur introire in illas tenebras, sed in lucem, quia omnis homo, cuius opera facit eius filius est. Si opera dei facimus, filij dei sumus. Quod modo peccatum cito emendare debemus, & non addere peccata peccatis. Unde Psalmista, Apponite iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Confessionem quaeramus puro corde, & poenitentiam donatam a sacerdotibus perficiamus. Nolite iram recondere in cordibus uestris, quia quando iram portamus, nec oblatio nec oratio a deo recipitur. Date elemosynas, recipite peregrinos in domibus uestris, pedes eorum lauate, & lectos ipsorum praeparate, dolentes consolamini. Nolite despiciere peregrinos, quia ipsi peregrini estis. Non circumuenias fratrem tuum in negotio, quia deus iudex est. Pauperes & uiduas & orphanos nolite opprimere. Nolite de rapinis pauperum elemosynas facere. Tristatur qui perdit, gaudet qui acquirit. Lucratur pecuniam, & perdit animam. Attendit quid acquirit, & non attendit quid perdit. Fratres, cum domini adiutorio dum tempus habemus, laboremus quietus a malis sumus poenitentes aut per ieiunium, aut per elemosynas, aut per uigilias, aut per orationes, aut per charitatem, ut mereamur peruenire ad regna caelestia, ubi est satietas sine fame, ubi est lux sine tenebris, iuuentus sine senectute, requies sine labore, gaudium sine fine. Ipse qui nos creauit nos adiuuet, ut ad caelestia regna mereamur peruenire, per Christum dominum nostrum, Amen.

Eodem die, de iudicio extremo cogitando.

Sermo III.

**F**ratres charissimi, quod timendus est ille dies, in quo dominus noster Iesus Christus proponit uenire cum flamma ignis, qui inflammabit aduersarios suos, & eos qui faciunt iniquitatem. In illa die plangent super se omnes tribus terrae, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum

**G** virtute magna, & maiestate excelsa, & commouebitur ante eum terra, & peccatores peribunt, & cælum plicabitur, & mare siccabitur, & montes sicut terra ardebunt, & terra vsque ad inferos, Sol conuertetur in tenebras, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo in terram, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis, quod est crux Christi, in cuius lumine tenebrabitur totus mundus. Tunc sancti volabunt obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erunt, peccatores autem peribunt & confundentur. Et tunc fiet iudicium. Et tunc veniet dominus noster Iesus Christus, & mittet angelos suos ad quatuor angulos terræ, & congregabunt electos eius à summo cæli vsque ad summum eius, & tunc separabit dominus sanctos suos à peccatoribus, & mittet eos in caminum ignis ardentis, ibi erit fletus & stridor dentium, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Væ illis hominibus qui habebunt mansionem cum diabolo, ex qua ascendet fumus tormentorum in secula seculorum. Quorum vermes non morientur, & ignis non extinguetur. In qua nulla vox nisi gemitus, vbi nulla requies, sed semper inquietudo. In qua nullum habebunt refrigerium, sed semper flammam, vbi lux nunquam videbitur nisi tenebræ, & non venient vnquã in memoriam ante deum. Quorum cibus est cruciatus, & mansio eorum cum diabolo, vbi nulla visitatio nisi pœna. O homo qui desideras regnum dei possidere, cur fecisti malum? Dum potes emenda, dum tempus habes clama ad omnipotentem deum, dum datur spatium luge, dum licentia est pœnitentias, festina dum potes, dum anima versatur in corpore, dum adhuc viuus futurum remedium require tibi prius, quàm te profundum absorbeat pelagus, & prius quàm te malignus rapiat infernus, vbi nulla datur indulgentia, vbi nullus regreditur ad veniam, de qua pœna pius nos dominus eripere dignetur, qui cum deo patre viuut & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

*Eodem die, de igne purgatorij.*

Sermo IIII.

**I**n lectione apostolica fratres charissimi audimus Apostolum dicentem, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis comprobabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes falsa securitate decipiuntur, dum credunt quod si supra fundamentum Christi capitalia crimina ædificent, peccata ipsa per ignem transitorij possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iste fratres charissimi corrigendus est, quia ipsi se seducunt qui taliter sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne, de quo dixit Apostolus, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: non capitalia, sed minuta peccata purgantur. Et quauis, quod peius est, non solum maiora, sed etiam minuta, si nimium plura sint, mergunt. De ipsis maioribus siue minoribus peccatis, & si non omnia vel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis se inaniter exculare conetur, & dicat nescire se quæ sint minuta peccata, vel quæ crimina capitalia. Et quauis Apostolus capitalia plura

commemorauerit, nos tamen ne desperationem facere videamur, breuiter dicimus quæ sunt illa, Sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia: & si longo tempore teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, in eorum numero computatur. Quicumque enim aliqua de istis peccatis in se dominari cognouerit, nisi digne se emendauerit: & si habuerit spacium longo tempore pœnitentiam egerit, & largas elemosynas erogauerit, & à peccatis ipsis abstinerit, illo transitorio igne: de quo ait Apostolus, purgari non poterit, sed æterna illum flamma sine vilo remedio cruciabit. Quæ autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est vt omnia replicentur, opus est vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo aut in potu plus accipit quàm necesse sit, ad minuta peccata nouerit pertinere. Quoties plus loquitur quàm oportet, aut plus tacet quàm expedit. Quoties pauperem importune petentem exasperat. Quoties cum corpore sit sanus aliis ieiunantibus prandere voluerit, aut somno deditus tardius ad Ecclesiam surgit. Quoties excepto desiderio filiorum, vxorem suam cognouerit. Quoties in carcere clausos & in vinculis positos tardius requisierit. Quoties infirmos tardius visitauerit, Si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium aut seruum exasperauerit quàm oportet. Si amplius fuerit blanditus quàm expedit. Si cuiusque maiori personæ aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit. Si pauperibus esurientibus cibum non dederit, aut nimium delitiosa, aut sumptuosa sibi cõiuiua preparauerit. Si se in Ecclesia aut extra Ecclesiam fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est occupauerit. Si dum in cæte iuramus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vtique periuramus, Et cum omni facilitate vel temeritate maledicimus, cum scriptum sit, Neque maledici regnum dei possidebunt. Et cum aliquid suspicamur temere, quod tamen plerunque non ita, vt credimus, comprobatur, sine vlla dubitatione delinquimus. Hæc enim & his similia ad minuta peccata pertinere non dubium est, quæ, sicut iam dixi, enumerari vix possunt, & à quibus non solum populus Christianus, sed etiam nullus sanctorum immunitas esse potuit aliquando aut poterit. Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen ea velut quibusdam pustulis, & quasi horrenda scabie replentes deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius sponsi cœlestis aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant. De quo scriptum est, Aptauit sibi Ecclesiam nõ habentem maculam aut rugam. Et ideo continuis orationibus, & frequētibus ieiuniis, & largioribus elemosynis, & præcipue per indulgentiam eorum qui in nos peccant assidue redimantur, ne forte simul collecta cumulum faciant & demergant animam. Quicquid enim de istis peccatis à nobis redemptum non fuerit, illo igne purgandum est, de quo dixit Apostolus, Quia in igne reuelabitur. Et si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Aut enim dum in hoc mundo viuimus, ipsi nos per pœnitentiam fatigamus, aut certe volente aut permitte deo multis tribulationibus pro istis peccatis affligimur, & si deo gratias agimus liberamur. Quod ita fit, si quotiens maritus, aut vxor, aut filius moritur, vel si substantia à nobis plus quàm oportet amatur, aufertur. Licet plus Christum quàm ipsam substantiam diligamus, & si necessitas fuerit, malimus ipsam substantiam perdere

**A** perdere quàm Christum negare: tamen quia, sicut iam dixi, si plus eam, quàm oportet diligimus, amittere eam autem dum viuimus, aut dum morimur, sine grãdi dolore nõ possumus, & tamen si deo, qui illam à nobis auferri velut pius pater permittit, tanquam boni filij gratias agamus, & minus nos pati quàm meremur cum vera humilitate proferamus. Ita peccata ipsa in hoc seculo purgantur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parum inueniat quod exurat. Si autem nec in tribulatione deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quamdiu supradicta peccata minuta tanquam ligna, fœnum, stipula consumantur. Sed dicit aliquis, Non pertinet ad me quamdiu moras habeam, si tamen ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit quàm quid potest in hoc seculo pœnarum videri aut cogitari, aut sentiri. Et cum de die iudicij scriptum sit, quod erit dies vnus tanquã mille anni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde scit vnusquisque vtrum diebus an mensibus, an forte etiam & annis per illum ignem sit transiturus? Et qui modo nec vnum digitum suum in ignem vult mittere, timeat necesse est vel tunc paruo tempore cū anima & toto corpore cruciari. Et ideo totis viribus vnusquisque laboret, vt capitalia crimina possit euadere, & minuta peccata ita operibus bonis redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere quod ille ignis possit absumere. Illi autem qui capitalia crimina committunt, si quamdiu viuunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerint, ad illum ignem, de quo dicit Apostolus, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sicut iam dictum est, venire non poterunt, sed magis illam duram & irremediabilem sententiam audituri sunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum. Et ideo, qui ab ista perpetua pœna, & ab illo purgatorio igne desiderant liberari, crimina capitalia non admittant, aut si iam commiserunt, fructuosam agant pœnitentiam, & illa parua vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non desistant. Quibus tamen operibus minuta peccata redimantur, plenius vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos & positos in vinculis requirimus discordes ad concordiam reuocamus, indicto Ecclesiæ ieiunio ieiunamus, pedes hospitiibus abluimus, ad vigilias frequēter conuenimus, elemosynam ante ostium prætereuntibus pauperibus damus, inimicis nostris quoties petierint veniam indulgemus. Istis enim operibus & his similibus minuta peccata redimuntur quotidie. Pro capitalibus vero criminibus hoc non solum sufficit, sed addendæ sunt lachrymæ, rugitus & gemitus, cõtinuata longo tempore ac protracta ieiunia, & largiores elemosynæ erogandæ, vltro nos ipsos à communione Ecclesiæ remouentes, in luctu & in tristitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam etiam publice agentes: quia iustum est, vt qui cum multorum destructione se perdidit, cum multorum ædificatione se redimat. Ad extremum non est impossibile vel incongruum quod suggero, vel sic lugeamus extinctam nostram animam quomodo alienam carnem mortuam plangimus. Si aut vxor, aut filius, aut maritus mortui fuerint, in terram se collidunt homines, capillos trahendo, pectora tundendo, in luctu & pœnitentia, vel in lachrymis non paruo tempore perseverant. Rogamus fratres, exhibeamus nos animæ nostræ quod illi exhibent alienæ carni. Et hoc videte fratres quàm malum sit vt

Tomus decimus.

lugeamus quod non possumus suscitare. Carnem quam nõ possumus suscitare plangimus, & animam nostram mortuam non plangimus, quam possumus per pœnitentiam ad statum pristinum reuocare. Sed quod nobis peius est, corpus mortuum plangimus quod amamus: animam vero mortuam quam non amamus, non dolemus non plangimus. Et ideo mutata vice incipiamus plus dominum amare quàm seruum, id est, plus factorem corporis quàm corpus: plus dominam quàm ancillam, id est, plus animam ad imaginem dei factam, quàm carnem de limo terræ formatam, vt cum die vltimo caro nostra putrefcere, & à vermibus deuorari cœperit in sepulchro, anima in Abraham gremio angelorum manibus eleuetur, & in die iudicij recepto post resurrectionem corpore audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Et vt hæc, quæ supra diximus, cordibus vestris tenacius valeant inhærere, & ipsa apostolica lectio plenius possit intelligi, breuiter ea charitati vestræ volo repetere. Omnes sancti qui deo fideliter seruiunt, lectioni vel orationi vacare, & in bonis operibus perseverare contendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, id est, ligna, fœnum, & stipulam supra fundamentum Christi, sed bona opera, id est, aurum, argentum, lapides preciosos superædificantes, per ignem illum, de quo dicit Apostolus, Quia in igne reuelabitur, absque vlla violatione transibunt. Illi vero qui quauis capitalia crimina non admittant, & ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo quod in Christum crediderunt, & capitalia peccata non admiserunt venturi sunt: sed prius aut in hoc seculo per dei iustitiam vel misericordiam, sicut iam dictum est, amarissimis tribulationibus sunt coquendi, aut illi ipsi per multas elemosynas, & præcipue dum inimicis suis clementer indulgent, per dei misericordiam liberandi, aut certe illo igne, de quo dicit Apostolus, longo tempore cruciandi, vt ad vitam æternam sine macula & ruga perueniant. Illi vero qui aut homicidium, aut sacrilegium, aut adulterium, vel reliqua his similia commiserunt, sicut iam dictum est, si eis digna pœnitentia non subuenerit, non per purgatorium ignem transire merebuntur ad vitam, sed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem. Et ideo quoties in lectione apostolica audieritis, Si quis supra fundamentum Christi superædificat aurum, argentum, lapides preciosos, de sanctis hoc & perfectis Christianis accipite, qui velut aurum purgatum merebuntur ad æterna præmia peruenire. Illi vero qui superædificant ligna, fœnum & stipulam, de bonis Christianis, sed negligentibus minuta peccata purgare, vt sæpe dictum est, intelligite, quæ peccata si nec diuina iustitia multis tribulationibus purgauerit, nec vnusquisque elemosynarum largitate redemerit, non sine grandi dolore in illis implebitur illud quod dicit Apostolus, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Nemo tamen, sicut iam supra dictum est, seipsum circumueniat, vt hoc etiam pro capitalibus criminibus, si incurata remanserint, posse fieri credat. Et ideo, sicut iam sæpe dixi, quantum possumus, cum dei adiutorio laboremus, vt & maiora peccata possumus euadere, & minuta sine quibus esse non possumus, iugiter amore inimicorum & elemosynarum largitate redimere, præstante domino Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuut & regnat deus in secula seculorum, Amen.

M ij DE

DE SANCTIS IN GENERE  
sive communiter.  
DE APOSTOLIS.

In festis sanctorum Apostolorum, de eo quod scriptum  
est in Evangelio secundum Lucam, Designavit  
dominus & alios septuaginta duos etc.

Sermo I.

Sermo XLII.

Luc. 10.



**N**on lectione euangelij, quæ modo recitata est, admonemur querere quæ sit messis de qua dominus ait, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Tunc adiecit duodecim discipulis suis, quos & apostolos nominavit, alios septuaginta duos, & misit illos omnes, sicut ex verbis eius apparet, ad paratam messem. Quæ ergo erat illa messis? Non enim illa messis in his gentibus erat, ubi nihil fuerat seminatum. Restat ergo, ut intelligamus istam messem fuisse in populo Iudeorum. Ad illam messem venit dominus messis, ad illam messem misit messorum, ad gentes autem non messorum, sed seminatum. Intelligamus ergo messem factam in populo Iudeorum, sementes in populis gentium. Ex illa enim messe Apostoli electi sunt, ubi iam cum meteretur maturum erat, quia ibi prophetæ seminaverunt. Delectat inspicere agriculturam dei, & oblectari donis eius, & opera in agro eius. In hac enim agricultura operabatur qui dicebat, Plus omnibus illis laboravi. Sed vires ei dabantur ad operandum à domino messis, ideo subiecit, Non ego sum sed gratia dei mecum. Nam se in agricultura versari satis ostendit, ubi ait, Ego plantavi, Apollo rigavit. Hic autem apostolus de Saulo Paulus, hoc est, de superbo minimus. Saulus enim à Saule denominatur. Paulum enim modicum est. Vnde nomen suum quodammodo interpretatus ait, Ego sum minimus Apostolorum. Ipse ergo Paulus, id est, modicus & minimus missus ad gentes, præcipue ad gentes se missum dicit. Ipse scribit, nos legimus, credimus, prædicamus. Ipse ergo dicit in epistola sua quæ est ad Galatas, vocatum se iam à domino Iesu venisse Hierosolimam, & Evangelium cum apostolis contulisse, dexteris sibi datas fuisse, & signum concordie, signum consonantie, quod ab se ipsi didicerant, eis in nihilo discrepabat. Deinde placuisse dicit inter se & ipsos, ut ipse ad gentes, illi autem in circumcisionem irent, ille seminator, illi messorum. Merito etiam Athenienses, quamvis nescientes nomen suum, ei dixerunt. Audientes enim ab eo verbum, quis est, inquirunt, hic seminator verborum? Attendite ergo & delectet vos mecum inspicere agriculturam dei in messes duas, vnam transactam, aliam futuram. Transactam in populo Iudeorum, futuram in populis gentium. Probemus hoc, & vnde nisi de scriptura dei domini messis? Ecce habemus ibi in præfati capitulo dictum esse, Messis multa, operarij autem pauci. Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Sed quia in illa messe futuri erant contradicentes & persecutores Iudei, Ecce, inquit, mitto vos sicut agnos in medio luporum, evidenti de hac messe aliquid ostendamus in Evangelio secundum Ioannem, ad partem ubi fatigatus dominus sedit, magna quidem aeta sunt sacramenta, sed angustum tempus est ut omnia pertractentur. Quod autem ad præsentem rem pertinet audite. Suscepimus enim messem eandem in populis, in quibus prophetæ prædicaverunt, ideo enim illi seminatores, ut apostoli possint esse messorum. Samaritana mulier loquitur cum domino Iesu, Et inter cætera cum dixisset ei dominus quomodo debeat adorari deus: Ait illa, Scimus quia venit Messias, qui dicitur Christus, & omnia nos docebit. Et dominus ad illam, Ego sum qui loquor tecum. Crede quod audis, quid queris quod vides? Ego sum qui loquor tecum. Quod autem illa dixerat, Scimus quia Messias venit, quem annunciarunt Moyses & prophetæ, qui dicitur Christus: Iam enim spica messis erat gignenda, acceperat & prophetas seminatores, apostolos expectabat matura messorum. Mox ut hoc audiuit credidit, & hydriam dimisit, & festinanter cucurrit, annunciare dominum cepit. Discipuli tunc ierunt ad emendos panes, Qui redeunt inveniunt dominum loquentem cum muliere, & mirati sunt. Non sunt tamen ausi dicere ei quid vel quare cum illa loqueris. Admirationem apud se habuerunt, audaciam corde presserunt. Huic ergo Samaritanæ non erat novum nomen Christi, iam expectabat venientem, iam crediderat esse venturum. Vnde crediderat, sine Moysse seminaverat, sed hoc expressius audit. Dominus tunc ad discipulos suos ait, Dicitis quia adhuc longe est æstas, levate oculos vestros, & videte albas regiones ad messem. Et adiungit, Alij laboraverunt, & vos in labores eorum intrafistis. Laboravit Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, prophetæ, laboraverunt seminando, in adventu domini matura messis inuenta est. Missi messorum cum falce Evangelij, portaverunt manipulos ad aream dominicam, ubi Stephanus trituraretur. Hic autem accepit Paulus ille, & ad gentes mittitur, & nõ tacet hoc in commendando gratiam quam præcipue propriè suscepit: ait enim in scripturis suis, missum se esse prædicare Evangelium, ubi Christus non erat nominatus. Sed iam quia facta est illa messis, & omnes Iudei qui remanserunt: messem attendamus quod nos sumus. Seminatum est enim ab apostolis & prophetis. Ipse dominus seminavit, Ipse enim in apostolis fuit, quia & ipse messius Christus. Non enim illi aliquid sine illo, ille perfectus est sine illis. Ipse enim illis ait, Quia sine me nihil potestis facere. Seminans ergo Christus iam in gentibus quid dicit, Exiit seminans seminans. Ibi mittuntur messorum metere, hic exiit seminans seminare impiger. Quid enim pertinuit quod aliud cecidit in via, aliud in petrosa loca, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam non perveniret. Quid ad nos, quid nobis est iam de Iudeis disputare, & loqui de palea: hoc solum ad nos ne via simus, ne saxum, ne spinæ, sed terra bona. Paratum cor meum vnde tricennum, vnde sexagenum, vnde millennum & centenum, illud minus est, & illud plus est, sed totum triticum est, via non sit ubi conculcatum semen à transeuntibus velut avis auferat inimicus. Saxum non sit ubi modica terra statim faciat germinare quod non possit solem portare. Spinæ non sint, cupiditates seculi, sollicitudines vitæ vitiosæ. Quid enim peius sollicitudine vitæ, quæ pervenire non permittit ad vitam? Quid miserius quam curando vitam amittere vitam? Quid infelicius quam timendo mortem cadere in mortem? Extirpentur spinæ, pareatur ager, suscipiantur semina, perveniatur ad messem, horreum desideretur, non ignis timeatur. Ad nos itaque pertinet, quos qualescunque dominus in agro suo constituit operarios, dicere ista vobis, seminare, plantare, rigare, aliquibus etiam arboribus circumfodere, & cophinum stercoreis adhibere, pertinet ad nos hæc fideliter agere: ad vos, fideliter capere: ad dominum, nos adiuvare operantes,

tana mulier loquitur cum domino Iesu, Et inter cætera cum dixisset ei dominus quomodo debeat adorari deus: Ait illa, Scimus quia venit Messias, qui dicitur Christus, & omnia nos docebit. Et dominus ad illam, Ego sum qui loquor tecum. Crede quod audis, quid queris quod vides? Ego sum qui loquor tecum. Quod autem illa dixerat, Scimus quia Messias venit, quem annunciarunt Moyses & prophetæ, qui dicitur Christus: Iam enim spica messis erat gignenda, acceperat & prophetas seminatores, apostolos expectabat matura messorum. Mox ut hoc audiuit credidit, & hydriam dimisit, & festinanter cucurrit, annunciare dominum cepit. Discipuli tunc ierunt ad emendos panes, Qui redeunt inveniunt dominum loquentem cum muliere, & mirati sunt. Non sunt tamen ausi dicere ei quid vel quare cum illa loqueris. Admirationem apud se habuerunt, audaciam corde presserunt. Huic ergo Samaritanæ non erat novum nomen Christi, iam expectabat venientem, iam crediderat esse venturum. Vnde crediderat, sine Moysse seminaverat, sed hoc expressius audit. Dominus tunc ad discipulos suos ait, Dicitis quia adhuc longe est æstas, levate oculos vestros, & videte albas regiones ad messem. Et adiungit, Alij laboraverunt, & vos in labores eorum intrafistis. Laboravit Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, prophetæ, laboraverunt seminando, in adventu domini matura messis inuenta est. Missi messorum cum falce Evangelij, portaverunt manipulos ad aream dominicam, ubi Stephanus trituraretur. Hic autem accepit Paulus ille, & ad gentes mittitur, & nõ tacet hoc in commendando gratiam quam præcipue propriè suscepit: ait enim in scripturis suis, missum se esse prædicare Evangelium, ubi Christus non erat nominatus. Sed iam quia facta est illa messis, & omnes Iudei qui remanserunt: messem attendamus quod nos sumus. Seminatum est enim ab apostolis & prophetis. Ipse dominus seminavit, Ipse enim in apostolis fuit, quia & ipse messius Christus. Non enim illi aliquid sine illo, ille perfectus est sine illis. Ipse enim illis ait, Quia sine me nihil potestis facere. Seminans ergo Christus iam in gentibus quid dicit, Exiit seminans seminans. Ibi mittuntur messorum metere, hic exiit seminans seminare impiger. Quid enim pertinuit quod aliud cecidit in via, aliud in petrosa loca, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam non perveniret. Quid ad nos, quid nobis est iam de Iudeis disputare, & loqui de palea: hoc solum ad nos ne via simus, ne saxum, ne spinæ, sed terra bona. Paratum cor meum vnde tricennum, vnde sexagenum, vnde millennum & centenum, illud minus est, & illud plus est, sed totum triticum est, via non sit ubi conculcatum semen à transeuntibus velut avis auferat inimicus. Saxum non sit ubi modica terra statim faciat germinare quod non possit solem portare. Spinæ non sint, cupiditates seculi, sollicitudines vitæ vitiosæ. Quid enim peius sollicitudine vitæ, quæ pervenire non permittit ad vitam? Quid miserius quam curando vitam amittere vitam? Quid infelicius quam timendo mortem cadere in mortem? Extirpentur spinæ, pareatur ager, suscipiantur semina, perveniatur ad messem, horreum desideretur, non ignis timeatur. Ad nos itaque pertinet, quos qualescunque dominus in agro suo constituit operarios, dicere ista vobis, seminare, plantare, rigare, aliquibus etiam arboribus circumfodere, & cophinum stercoreis adhibere, pertinet ad nos hæc fideliter agere: ad vos, fideliter capere: ad dominum, nos adiuvare operantes,

Ioan. 4. K

L

Roma. 5.

Ioan. 15. Luc. 8.

M

1. Corin. 3. Luc. 11.

vos

**A** vos credentes, omnes laborantes, sed mundum in illo vincentes. Quid ergo ad vos pertinet dixi, quid ad nos pertineat volo dicere. Sed forte alicui ex vobis videtur, quia dixi superfluum aliquid me velle dicere, & apud seipsum loquens in cogitatione dicit, O si iam dimittat nos, iam dixit, quid pertineat ad nos, quod ad ipsum pertinet quid ad nos? Puto melius esse in alterna & mutua charitate pertinere ad vos. De vna modo quidem vos familia estis, nos ex eadem quidem familia dispensatores sumus omnes, ad vnum dominum pertinemus omnes. Nec quod do, de meo do, sed illius à quo accipio & ego. Nam si de meo dederò, mendacium dabo. Qui enim loquitur mendacium, de suo loquitur. Debetis ergo audire quid pertineat ad dispensatorem, sine ut in vobis ipsis si tales inveniatis congratulemini, siue etiam in hoc ipso instruamini. Quam multi enim in hoc populo futuri sunt dispensatores, & nos ibi fuimus ubi estis, Et nos qui videmur modo de superiore loco consensu metiri cibaria, ante paucos annos in inferiori loco cum consensu accipiebamus cibaria. Episcopus laicis loquor. Sed inde scio quam multis futuris episcopis loquor. Ergo videamus quomodo nos intelligamus quod præcepit dominus eis quos mittebat Evangelium prædicare, & mente parata messem videamus. Nolite, inquit, ferre sacculum aut peram, aut calceamenta, & neminem per viam salutaveritis, Et in quancunque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. Si est illic filius pacis, requiescet super illum pax vestra: si quo minus, ad vos revertetur. Si requiescit, perdidit hoc à mente sanctorum. Ergo nec illud accipientium est carnaliter, ac per hoc forte nec faccus nec calceamenta nec pera, maximèque illud ubi nobis, si simpliciter sine discussione accipiamus, superbia videtur imposita, ne quencquam in via salutemus. Attendamus dominum nostrum exemplum verum & adiutorium, Probemus quia adiutorium, sine me nihil potestis facere. Probemus quia exemplum, Christus pro nobis passus est, Petrus dicit, nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia eius. Ipse dominus noster loculos habuit in via, & ipsos loculos Iudæ commendaverat. Patiebatur quidem solem. Sed ego à domino meo discere cupiens dico, Domine patiebaris furem, vnde habebas vnde tolleret, me hominem miserum & infirmum monuisti nec sacculum portare. Tu portasti loculos, & erat ubi furem patereris, Si non portares, nec ille inueniret quod auferret. Quid restat nisi quod hic dicat mihi, intellige quod audis, noli portare sacculum. Quid est sacculus? Pecunia clausa, id est, occulta sapientia. Quid est, nolite portare sacculum? Nolite fieri sapientes penes vosmetipsos. Accipite spiritum sanctum. Fons in te debet esse, non sacculus, vnde erogatur, non ubi includatur. Hoc est pera quod sacculus. Calceamenta quid sunt? Calceamenta, quibus utimur, coria mortuorum sunt, nobis tegmina pedum. Per hoc ergo iubemur renunciare mortuis operibus. Hoc in figura Moyses admoneretur, quando dominus loquens ait, Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Quid tam terra sancta, quam dei Ecclesia? In illa ergo stemus, calceamenta solvamus, id est, mortuis operibus renunciemus. Nam de his calceamentis, quibus calceati ambulamus, consolatur me idem ipse dominus meus. Si enim ipse calceatus non esset, non de illo Ioannes diceret. Nõ sum dignus solvere corrigiam calceamentorum. Sit ergo obedientia, non surrepat superba duritia. Ego, inquit, Evangelium impleo, quia

nudo pede ambulo: Tu potes, ego nõn possum. Quod Dominus simul accipimus, custodiamus. Quomodo charitate flagremus, inuicem diligamus: Ac sic fit, ut ego amem fortitudinẽ tuam, & tu portes infirmitatem meam. Quid autem tibi videtur qui non vis intelligere quemadmodum ista dicta sint, & cogaris prauiter ipsi domino calcumniari de loculis & calceamentis: Quid tibi videtur? Itã ne placet ut iter agehentes occurramus charis nostris, & eos non salutemus maiores, non resalutemus minores: Iam ne Evangelium impleas, quia salutaris & taces? Hic vero non viatori iter agenti, sed miliario similis eris iter ostendenti. Ergo stoliditatem deponamus, & verba domini intelligamus, & in via neminem salutemus. Non enim sine causa hoc iubemur, aut nollet nos facere quod iuberet? Quid ergo est, neminem salutetis in via? Potest quidem & simpliciter sic accipi, quia iussit nos festinanter agere iniuncta. Et hoc ita dixit, Neminem per viam salutaveritis: tanquam diceret, Omnia prætermittatis dum quod iniunctum est peragatis, ea locutione qua solent dicta exaggerari consuetudine sermocinandi. Nec longe peragamus, in eodem sermone paulo post dicit, Et tu Capernaum, quæ usque ad cælum exaltata es, usque in infernum deprimeris. Quid est, usque ad cælum exaltata es? Nunquid civitatis illius memoria nubes tetigerunt, aut ad sidera peruenerunt? Sed quid est, in cælum exaltata es? Nimum tibi foelix videris, nimum potens, nimum superba es. Sicut ergo hoc exaggerandi gratia dictum est, in cælum exaltaris ei civitati, quæ non vtiq; exaltabatur in cælum aut ascendebat, sic pro festinatione exaggerationis dictum est, ita currite, sic agite quod iniunctum, ut ne nimum quidẽ vos retardent agentes, sed omnia contemnentes, ad finem propositum festinate. Sed est aliud quod hic magis recogitem non dissimile intelligere, quod plus pertinet ad me & ad omnes dispensatores, sed & ad vos aut ditores. Qui salutat, salutem dicit. Nam & antiqui in epistolis suis sic scribebant, Ille illi salutem, Salutatio à salute nomen accepit. Quid ergo est, neminem in via salutaveritis? Qui salutant in via, per occasionem salutant. Video vos cito intellexisse, nec tamen debeo iam finire. Non enim omnes cito intellexistis. Vidi in voce intelligentes plures, video silentio requirentes. Sed quia de via loquimur, tanquam in via ambulemus. Veloces tardos expectate, & pariter ambulate. Quid ergo dixi, Qui in via salutant, per occasionem salutant? Non ad eum ibat quem salutant, aliud agebat, aliud occurrit, aliud petebat, aliud transierat, quod ageret inuenit. Quid est ergo per occasionem salutare? Per occasionem salutem annunciare. Quid est autem aliud salutem annunciare, quam Evangelium prædicare? Si ergo prædicas, hoc age per dilectionem, non per occasionem. Sunt ergo homines qui sua quærentes, non aliud prædicant Evangelium, De quibus Apostolus gemens dicit, Omnes enim sua quærent, non quæ Iesu Christi. Et hi salutabant, hoc est, salutem annunciant, Evangelium prædicabant, sed aliud quærebant, & ideo per occasionem salutabant. Et quid est hoc? Si talis fueris quisquis es facis, immo non talis quisquis facis, sed forte aliquis talis qui facis. Si talis fueris non facis, sed fit de te. Nam & tales admisit Apostolus, non tamen ut tales essent præcepit. Et ipsi agunt aliquid, & perficuntur ex ipsis, aliud quærent, & verbum annunciant. Quid quærat annunciator: ne cures, quod annunciat tenere velis. Quod vero attendit, non ad te pertineat. Salutem audi ab ore ipsius. Salutem tene ab ore ipsius. Noli iudex esse cordis ipsius, Si vides

Neminem per viam salutaveritis quid?

Luc. 10.

F

Philip. 2.

Philip. 1.

M iij eum





**G**eum alia requirentem quid ad te? Audi salutem, Quæ dicunt facite. Securum te fecit. Quid? Quæ dicunt facite. Mala faciunt, quæ facere nolite. Bona faciunt, non in via salutant, non per occasionem Euangelium annunciant. Imitatores eorum estote, sicut & ipsi Christi. Bonus tibi prædicat, carpe uiam de vite. Malus tibi prædicat, cape uiam pendentem in sepe. Botrus implicate in palmitibus inter spinas creuit, & de spinis non germinauit. Planè quando tale aliquid vides & esuris, sollicite carpe, ne cum ad uiam manum mittis lacereris à spinis. Hoc est quod dico, sic audi quod bonum est, ne malos mores imiteris. Prædicet ex occasione, saluet in via, illi nocebit quod non audiuit præceptum Christi, Neminem in via salutaueris, tibi non nocebit. Qui siue à transeunte, siue à veniente salutem audis, salutem tenes. Apostolum audi sicut præmiseram admittentem ista. Quid enim? Dum omni modo, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim ipsum mihi proficere in salutem per vestram obsecrationem. Tales igitur apostoli Christi prædicatores Euangelij non salutantes in via, hoc est, non aliquid quærentes vel agentes, sed germana charitate Euangelium annunciantes, veniant ad domum & dicant, pax huic domui: Non ore solum dicunt, quo pleni sunt fundunt, prædicant pacem, & habent pacem. Non sunt tales de quibus dictum est, Pax pax, & non est pax. Quid est pax pax, & non est pax? Prædicantes non habent, laudant & amant, dicunt & non faciunt. Sed tamen tu accipe pacem, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Qui ergo plenus est pace & salutem, Pax huic domui: si est illic filius pacis, requiescet super eum pax illius: Si quo minus, forte enim non est illic filius pacis, nihil perdidit qui salutauit. Ad vos, inquit, reuertetur. Reuertetur ad te quæ non discessit à te. Hoc enim dicere voluit, tibi prodest quod annunciaſti, nihil profuit qui non suscepit non quia ille inanis remansit, ideo tu perdidisti mercedem, redditur tibi pro voluntate tua, redditur tibi pro charitate quam impendisti, reddet tibi qui te securum velit voce angelica, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

In eisdem festis, Sermo I I.

**I**n omnium sanctorum martyrum grata nobis debet esse solennitas, fratres charissimi, quanto gratior eorum qui præsentem secuti sunt principem martyrum? Si agnorum, quanto magis arietum? Illorum enim filij non generatione carnis, sed imitatione virtutis facti sunt omnes, qui posterius usque ad mortem confessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi gentium, de quibus Psalmis antè cantauit, dicens, Afferte domino filios arietum. His primum dominus cum ad confessionem sui nominis hortaretur, non solum se promisit victoriæ coronatorem, sed & certaminis adiutorem: etiam in ipsis & posteros admonerat, quoniam quod dicebat, scriptum posteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos, Cum autem adducet vos ad principes & potestates, nolite cogitare quid respondeatis, vel quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Meditari vetuit & confiteri præcepit. Maluit enim auferre præsumptionem humanam, & gratiam dare diuinam, vt in semetipsis timidi & mundo essent audaces. Vnde & in alio Psalmo vox martyrum dicit, quasi ex parte humanæ fragilitatis verentur,

do, Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et paulo post de auxilio diuino confidens dicit, Fortitudinem meam ad te custodiam. Supra cæteras enim turbas fidelium necnon antiquorum iustorum & prophetarum eminentes apostolos suos volens dominus ostendere dixit ad eos, Beati oculi qui vident quæ vos videtis, & aures quæ audiunt quæ vos auditis. Multi enim propheta & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Item alibi, iam, inquit, non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Item ait idem alio loco, Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Item alibi sciscitanti Petro quid sibi & sociis suis prouideret reliquisse omnia, & sequi redemptorem, respondit dicens, Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Isti sunt lux mundi, quia per ipsos lumen fidei & veræ scientiæ primum dominus huic mundo tradidit, & ab errorum ac peccatorum tenebris gentes & populos eruit. Isti sunt sal terræ, quia per eos terrigenæ condimentum saporis vitæ æternæ perceperunt, vt restringerent carnis lasciuiam, & à putredine peccatorum & vitiorum vermibus seruant illæsi. Isti sunt lapides preciosi, quos in fundamento cælestis ædificij posuit Ioannes in Apocalypsi sua describit, quia prædicatio eorum Ecclesiæ fundamenta locauit. Vnde & Paulus ait, Vos estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum. Isti sunt duodecim portæ Hierusalem nouæ, quæ de cælo descendit, quia per ipsos ianuam fidei primum intrauimus, & inter ciues sanctorum annumerati sumus. Hoc ergo considerantes fratres charissimi, quæ tanti duces populi nos docuerunt, studeamus factis implere quæ illi iusserunt, Discamus eorum exemplo mundi diuitias contemnere, præsentis seculi voluptatem non amare, regnum cælestis desiderare, Christo nihil præponere, sed eius mandatis in omnibus obedire, paupertatem præsentium rerum diligere, virtutum diuitias habere, sapientiæ thesaurum appetere, spirituales delicias querere, nulli inuidere, sed omnes homines diligere, amicos in deo & inimicos propter deum, quia hæc est vera & sola dilectio. Nam amor carnalis & vitiosus in præcipitium trahit, & comparabitur odio: vnde scriptum est, Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur. Isti ergo principes nostri in amore dei perfectissimi, & in proximorum dilectione repleti, hinc potuerunt mundi impetum vincere, & cruentum seculum domare, quia nihil amauerunt in omni re nisi dei voluntatem. Ita & nos fratres diligamus in omnibus rebus dei facere voluntatem, & creatorem nostrum amemus in semetipso, creaturam vero in conditore suo, & sic habebimus ordinatissimam charitatem, quia deus charitas est: & qui diligit hanc dilectionem, diligit deum. Et si ita dilexerimus, diligit nos ipse deus, diligunt nos & sancti apostoli iudices nostri, & exorant pro nobis, vt in vniuersali iudicio Christi cum ipsis in perpetuum coronemur. Quod præstare dignetur ipse iudex & dominus noster, qui cum patre & sancto spiritu viuunt & regnant deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Item

**A**tem in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Confiteor tibi domine pater, & cætera: quæ habentur de Verbis domini VIII. Item alia Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola, & cætera: quæ habentur in expositione doctoris, Ibidem: & de Verbis domini LIX. Item alia Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Hoc est præceptum meum, & cætera: quæ habentur in expositione doctoris, Ibidem. Item alia Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Hæc mando vobis ut diligatis inimicem, & c. quæ habentur in expositione doctoris, Ibidem.

DE VNO MARTYRE.

In festo unius martyris, Sermo I.

**R**iumphalis beati martyris N. dies hodie nobis anniversaria celebritate recurrit, cuius glorificationi sicut congaudet Ecclesia, sic eius proponit sequenda vestigia, Si enim compatimur, & conglorificabimur. In cuius glorioso agone duo nobis præcipue consideranda sunt, indurata videlicet tortoris scinitia & martyris inuicta patientia. Scinitia tortoris, vt eam detestemur. Patientia martyris, vt eam imitemur. Audi Psalmista aduersus malignitatem increpantem, Noli amulari in malignantibus, quoniam tanquam foenum velociter arefcet. Quod autem aduersus malignantes patientia exhibenda sit: Audi Apostolum suadentem, Patientia vobis necessaria est, vt reportetis promissiones. Coronam itaque est beati martyris patientia, mancipata est æternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attendens in agone suo gloriosus Christi athleta, non exhorruit carcerem. Ad imitationem capitis sui tolerauit probra, sustinuit irrationes, flagella non timuit, & quot ante mortem pro Christo pertulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante apostolo biberat, alte retinebat: quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et quia momentaneum hoc & leue nostræ tribulationis æternam gloriæ pondus operatur in cælis, huius promissionis amore à terrenis suspensus, & prægnata supernæ suauitatis dulcedine ineffabiliter affectus: dicebat cum Psalmista, Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Contemplabatur enim quantum in ænigmatibus infirmitas humana oculum mentis in æternitate figere potest, quanta sint supernæ ciuitatis gaudia, & ea enarrare non sufficiens admirando clamabat, Quid mihi est in cælo? Quasi diceret, Excedit vires meas, excedit facultatem eloquentiæ meæ, transcendit capacitatem intelligentiæ meæ illud decus, illa gloria, illa celsitudo, quæ nobis à conturbatione hominum remotis in abscondito faciei sue, Iesus Christus dominus noster reformauit corpus humilitatis nostræ figuratum corpori claritatis suæ. Huius perfectæ libertatis contemplatione nullum vitæ periculum, nullum horrebat supplicium: & si milies posset mori, non putabat se hanc digne posse aliqua ratione promereri. Patienter enim permittunt aegroti se à medicis secari, vri, & variis amaritudinum confessionibus anxii, vt temporali tandem resituantur sanitati: Quanto magis vir beatus longanimiter tolerauit omnem acerbitatem tormentorum temporalium, vt coronaretur in misericordia & miserationibus, & in Tomus decimus.

bonis satiaretur desiderium suum? In torculari itaque conculcari voluit, vt tanquam uia matura in vinum deciceret, & vinum malorum granatorum dilecto suo propinaret, quo mentes religiosæ ebriatæ sciunt viriliter conculcare, & ad æterna in retortis oculis anhelare. Qui ergo in tyrocinio suo mundanas contempnit diuitias, qui corporales etiam refrenauit illecebras, qui in prouectu militiæ suæ multas est perpessus iniurias, in perfectione sacrificij nil sibi reseruans, seipsum obtulit holocaustum, bibens illam calicem preciosum, quem sedens ad magnam mensam sacræ lætionis sibi prius ab inuitatore suo videat appositum. Cuius mors quantumcumque videatur in conspectu reproborum despiciabilis, in oculis tamè eius est preciosa qui in sanctis suis est mirabilis. Ipse enim primo vocauit militem suum, ipse iustificauit, ipse magnificauit, ipse dedit ei pugnam, ipse dedit & vincere. Longe est dissimilis hæc militia mundanæ militiæ, in qua victores existimantur, qui quod male desiderant assequuntur, qui latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. In Christiano ergo agone manifesta est pœna, occulta victoria, secundum quod ex persona martyrum clamat Psalmista, Deus tu repulisti nos, & non exibis in exercitibus nostris. Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis. In deo faciemus virtutem: tanquam si dicerent, Victoria nostra, gloria nostra intus est, non foris est. Foris despecti, intus dilecti. Hinc est quod Ecclesia in pressuris posita infirmiora membra sua confortat, dicens, In mundo pressuram habebitis, sed non lite timere pusillus grex, quia ego vici mundum. Sed quomodo vicit mundum? Factus est obediens patri usque ad mortem. Quid autem de morte? Propter quod & deus illum exaltauit & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Quomodo vicit Christus, vincere appetat Christianus, vt vbi est Christus, esse mereatur & Christianus: audi Christianæ militiæ persecutor ipsam Christum pro militibus suis sic orantem, Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est secundum Ioannem, Nisi granum frumenti, & cætera: quæ habentur in expositione doctoris, Ibidem.

DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

In festis plurium martyrum, Sermo I.

**S**almus qui cantatur domino, videtur sanctis martyribus conuenire. Sed si membra Christi sumus, sicut esse debemus, ad omnes nos pertinere intelligamus, Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quid euntes, & vnde venientes? Quid seminantes in lachrymis? Quæ sunt semina, qui manipuli? Euntes in mortem, venientes à morte. Euntes nascendo, venientes resurgendo. Seminantes opera bona, metentes mercedem æternam. Semina ergo sunt nostra quicquid boni fecerimus. Manipuli nostri quod in fine recipiemus. Si ergo bona semina bona sunt opera, quare seminantur cum lachrymis, cum hilarem datorem diligit deus? Hic primò videte charissimi, quomodo maxime ad beatos martyres verba ista pertinent. Nulli enim tantum impenderunt, quam illi qui se ipsos impenderunt, sicut dicit Apostolus Paulus, Et ipse impendat pro animabus vestris. Impenderunt enim se ipsos confitendo Christum, & implendo in eius adiutorio quod dictum est, Ad mensam magnam sedisti, Eccl. 31.

M iiii scito

**G** scito quoniam talia te oportet praparare. Quare est magna mensa, nisi vnde accipimus corpus Christi & sanguinem? Quid est scito quoniam talia oportet te praparare, nisi quod beatus Ioannes exponit, Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere? Ecce quantum impenderunt. Sed nunquid sancti martyres perierunt, quando securitatem a domino etiam de capillo acceperunt? Perit manus, vbi non perit pilus? Perit caput, vbi non perit capillus? Vbi non perit palpebra, perit oculus? Hac ergo accepta magna securitate, impenderunt seipsos. Operibus ergo bonis seminemus cum tempus est, dicente Apostolo, Qui parce seminat, parce & metet. Infatigabiles inquit, cum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei: & iterum, Bonum inquit facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Qui defecerit in semine, non gaudebit in messe. Quare ergo in lachrymis, cum omnia opera bona habere debeant hilaritatem? Et quidem de martyribus dici potest, quia cum lachrymis seminaverunt. Fortiter enim certauerunt, & in magnis tribulationibus fuerunt. Nam ut eorum lachrymas Christus consolaretur, transiit eos in se, & transfiguravit eos & dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Veruntamen fratres mei videtur mihi, quod caput nostrum infirmioribus suis membris compassum est, ne de se forte membra desperantia infirma, sicut est humana fragilitas, morte propinquante perturbarentur, & dicerent non se ad dominum pertinere, nam si pertinerent gauderet: prius ergo Christus sub persona martyrum dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Quis hoc dicit? Quare potestas, quare infirmitas? Audite quare dicit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Hanc potestas tristis erat, quando faciebat quod non faceret nisi voluisset. Potestate enim fecit non conditione, quia ipse voluit, non quia Iudaeus potuit. Transfiguravit ergo in se infirma membra corporis sui: & forte de illis dictum est, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: id est, de infirmioribus. Non enim in lachrymis seminabat ille ipse Christi magnus praeceptor, qui dicebat, Ego enim iam immolor, & tempus meae resolutionis inquit. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cetero mihi superest corona iustitiae, corona de manipulis. Superest, inquit, mihi corona iustitiae, qua reddet mihi dominus in illud diem iustus iudex: quasi diceret, Reddet mihi messem cui meisum impendo sementem. Haec verba quantum intelligimus fratres exultantis sunt, non plorantis. Nunquid quando ista dicebat, in lachrymis erat? Ad infirmos ergo referamus haec verba, ut nec ipsi desperent qui in lachrymis seminaverunt: quia et si seminaverunt in lachrymis, transiet dolor & gemitus, transit tristitia cum fine, & venit laetitia sine fine. Veruntamen audistis fratres charissimi quomodo mihi videtur ad omnes pertinere quod dictum est, Qui seminant in lachrymis in gaudio merent: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: Venientes autem venient cum exultatione, tollentes manipulos suos. Audite si adiuuante domino explicare poterit quemadmodum ad omnes pertineat, Euntes ibant & flebant. Ex quo nascimur imus. Quis enim stat? Quis non ex quo viam intravit cogitur ambulare? Infans natus est, crescendo ambulat. Mors finis est. In die iam veniendum est, sed cum exultatione. Quis enim non hic

plorat in via ista mala, quando ipse infans inde incipit? Utique infans quando nascitur, de angustiis vteri in huius mundi latitudinem funditur, de tenebris procedit ad lucem, & tamen de tenebris veniens ad lucem plorare potest, ridere non potest. Est enim vita ista ut quando gaudetur hic time ne fallat, quando hic ploratur roga ut euadas, & transit tribulatio, & venit tribulatio: & ridet homines & plorant homines, & quod ridet homines plorandum est. Sed plorat alius damnatum suum, plorat alius pressuram suam, quia in carcere est constitutus. Plorat alius quod amisit mortuum aliquem amicorum suorum: Ille hinc, ille hinc. Iustus vnde? Primo de his omnibus, iustus enim plorat veraciter plorantes sterilitate. Plorat plorantes, plorat ridentes, quia & qui plorant de rebus vanis, inaniter plangunt: & qui ridet de rebus vanis, malo suo ridet. Ille ubique plorat, plus ergo ipse plorat. Sed venient cum exultatione portantes manipulos suos. Vides ergo hominem iustum cum facit opus bonum hilarem esse? Ita plane hilarescit, hilarem enim datur diligit deus. Quando enim plorat? Quando bona opera sua orando commendat. Orationes sanctorum voluit commendare Psalmus, orationes peregrinantium, orationes in hac via laborantium, orationes amantium, orationes gementium, orationes aeternae patriae suspirantium, donec ea visa satientur qui nunc in merore sunt constituti. Etenim fratres mei quandiu sumus in corpore, peregrinamur a deo. Non desiderat patriam peregrinatio sine lachryma. Si desideras quod non habes, funde lachrymas: nam vnde dicitur es deo, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo? Vnde dicitur es deo, Facta sunt mihi lachrymae mea panes die ac nocte? Vnde? Dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Quis iustus non habuit istas lachrymas? Qui non habuit, peregrinum se esse non doluit. Qua fronte ad patriam venit, qui non absens suspiravit? Nonne nobis quotidie dicitur, Vbi est deus tuus? Discite fratres mei, dicitur de paucis esse. Bene vivite, ambulate viam dei, & videte quia auditis, vbi est deus tuus? Felices eritis, cum hoc audieritis, infelices si dixeritis. Quando enim defendimus fidem Christianam, & respondetur nobis, Ecce praedicatur vbi que nomene Christi, quare abundant mala, quid aliud dicitur nisi vbi est deus tuus? Qui audit gemit, quia qui dicit perit. Sunt lachrymae piorum, sunt lachrymae sanctorum quas indicat orationes eorum. Bene operatur & hilaris est, & plorat ut bene operetur, plorat quia bene operatus est. Plorando exigit bonum opus, plorando commendat bonum opus quod fecit. Crebre ergo sunt lachrymae iustorum, sed in ista via. Nunquid in patria? Quare non in patria? Quia venientes venient in exultatione, portantes manipulos suos. Felicitas venit, nunquid lachryma redit? Porro autem illi qui hic inaniter plorant, inaniter ridet, cupiditatibus suis dissipati quando fraudantur gemunt, quando fraudant exultant. Plorant ipsi in via ista, plorant & ipsi, sed non in exultatione portantes manipulos suos. Quid colligunt qui nihil seminaverunt? imo colligunt, sed quod seminaverunt, quia spinas seminaverunt, ignem colligunt, & eunt non de fletu ad risum sicut sancti. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient in exultatione. Illi a fletu ad fletum, a fletu cum risu ad fletum sine risu. Quid enim illis fiet? Quod eunt quando resurrexerint? Quid nisi quod dominus dixit, Ligat illis manus & pedes & proicit illos in tenebras exteriores? Age quid postea? Tenebre erit & dolor non erit? Forte palpabunt sed non dolebunt? Non videbunt, non cruciabuntur? Absit. Non solum tenebrae erunt,

**A** erunt, non eis sola tollitur species qua gaudebant, sed datur etiam quod in aeternum gemant. Ne contemneres enim tenebras, o quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua mala facta, & propter lascivia adulteria, non solum tenebras non horrere, sed querere, qui soles plus gaudere quando lucerna extinguitur, non tales tenebras habebis vbi gaudeas, vbi laeteris, vbi te voluptatibus carnis oblectes, non sic erunt ipsae tenebrae. Quomodo erunt? Ibi erit fletus & stridor dentium. Torquet sine defectu, tortus sine defectu. Nec qui torquet fatigatur, nec qui torquetur moritur. Erunt ergo aeternae lachrymae illis qui sic vixerunt, aeterna gaudia sanctorum, quando venientes venient in exultatione portantes manipulos suos: dicit enim tempore messis domino suo, Domine adiuuante te fecimus quod iussisti, redde quod promissisti nobis in aeternum.

In eisdem festis, Sermo II.

**N**ON martyrium sola effusio sanguinis consummat, nec sola dat palmam exultatio illa flammaturum. Peruenitur non solum occasu, sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque iniuria sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat carnem afflixisse, libidinem superasse, avaritiam resistisse, de mundo triumphasse, pars magna martyrii est. Si vero fratres dilectissimi ad consortium martyrum vel sacerdotum volumus peruenire, de imitatione martyrum cogitemus. Debet enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, ut pro nobis dignentur domino supplicare. Si enim tormenta quae sancti martyres pertulerunt sufferre non possumus, vel contra malas concupiscentias ipsis intercedentibus repugnemus. Et quia non desunt quotidiana peccata, non desint etiam quotidiana remedia. Nemo se credat aliquam felicitatem aut aliquod verum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudo hic parari potest, possideri non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedunt, tempus flendi & tempus ridendi. Nemo se circumueniat fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. Scio fratres, quod omnis homo gaudere desiderat, sed non toti ibi querunt gaudium, vbi oportet inquiri. Verum gaudium in hoc mundo nec fuit nec est nec esse poterit: sic enim ipse dominus in Evangelio suos discipulos admonuit dicens, In mundo pressuram habebitis: & iterum, Mundus gaudebit, vos autem tristes eritis, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium.

**C** Ac sic in hac vita cum labore & dolore quod bonum est auxiliante domino faciamus ut in futuro seculo bonorum fructus colligere est, gaudium & exultatione possimus: secundum illud, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. In hunc itaque fratres charissimi mundum per peccatum primi hominis de beata paradisi sede proiecti & quasi in exilium missi sumus, ac sic in hoc seculo patriam non habemus: sic & Apostolus dicit, Dum sumus in corpore, peregrinamur a domino. Non ergo requiramus gaudium in hoc mundo, quia sicut supra dictum est, verum gaudium comparari hic potest, possideri non potest. Non queras in via, quod tibi seruatur in patria. Et quia contra diabolum Christo duce quotidie tibi pugnare necesse est, praemium non requiras in praesentia, quod tibi seruatur in regno. Non queras in pugna, quod tibi seruatur in futuro cum fuerit perfecta victoria: magis illud attende quod Apostolus dicit, Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur: & iterum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ita ergo agere debemus ut ad principalem patriam redire feliciter mereamur: vbi nos

parentes nostri patriarchae, prophetae, & Apostoli suscipere vel videre desiderant, vbi etiam concives nostri angeli & ciuitas illa caelestis Hierusalem & rex ciuitatis ipsius Christus expansis nos brachiis charitatis expectant, ut ad ipsos prostrato diabolo, pleni bonis operibus feliciter redeamus. Scitis enim fratres quia omnes negotiatores & quicumque alia agentes interim in via sunt solliciti ut in patria possint esse securi: & tunc habent veram laetitiam, quando cum magno lucro peruenire merentur ad patriam: Ita & nos dilectissimi fratres tunc animum nostrum praparemus ad gaudium, quando peruenire merebimur ad Christum. Interim modo gaudeamus in spe, verum gaudium postea habituri in re. Quod peius est, multi sunt qui peruerso ordine de voluptate & delitiis & luxuria seculi huius gaudere se credunt, sed quod in gaudio videntur serere necesse illis erit cum lacu & lachrymis recipere, quia non mentitur ille qui in Evangelio dixit, Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Sic fecit & ille infelix diues, qui purpura induebatur & bysso. Gaudium quidem habuit in mundo, sed flammam inuenire meruit in inferno. Lazarus qui iacebat ad ianuam eius, tristitiam habuit in via, sed verum gaudium recepit in patria. Nos vero fratres charissimi quantum possumus, dei misericordiam deprecemur, ut nobis ita amorem vitae aeternae inspirare dignetur, ut plus patriam velimus amare quam viam, & amplius de futuro quam de praesenti seculo cogitemus: & sic semper in exilio mundi huius agere studeamus, ut ad futurum iudicium cum libera & secura conscientia ornatu bonis operibus peruenire possimus, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

In eisdem festis, Sermo III.

**V**otiens cumque fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus, ita ipsis intercedentibus expectemus a domino consequi temporalia beneficia, ut ipsos martyres imitando accipere mereamur aeterna. Ab ipsis enim sanctorum martyrum in veritate festiuitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solennitates enim martyrum exhortationes sunt martyriorum, ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum sanctis, & tribulationem mundi nolimus sustinere cum ipsis. Qui enim sanctos martyres in quantum poterit imitari nolerit, ad eorum beatitudinem non poterit peruenire: sic & Paulus apostolus praedicat, dicens, Si fuerimus socii passionum, erimus & consolationum: & dominus in Evangelio, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, qui odium non vult sustinere cum capite. Sed dicit aliquis, Et quis est qui possit beatorum martyrum vestigia sequi? Huic ego respondeo, quia non solum martyres, sed etiam ipsum dominum cum ipsius adiutorio si volumus possumus imitari: audi non me, sed ipsum dominum generi humano clamantem, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: Audi & Petrum apostolum admonentem, Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut sequamur vestigia eius: Similiter Paulus apostolus clamat, Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Quid ad haec respondebimus fratres, vel quam excusationem habere poterimus? Non tibi aliquis dicat, ut virtutes quas fecit deus debeamus imitari. Iusta potest esse excusatio tua, quia virtutes & mirabilia facere non omnibus datum est: iuste & caste vivere, & charitate cum omnibus custodire, cum

1. Ioan. 3.

2. Corin. 9. Galat. 6.

1. Marth. 26.

Ioan. 10.

Psal. 125.

1. Timo. 4.

Psal. 125.

2. Corin. 5.

2. Corin. 5.

Psal. 125.

& 41.

Psal. 125.

1. Marth. 22.

Luc. 6.

Luc. 11. 6.

E.

Sermo. XLVII.

2. Corin. 12.

Ioan. 15.

1. Marth. 11.

1. Petri. 2.

Eph. 5.

† Sic habent vetera exemplaria. Nam si tibi aliquis dicat, ut virtutes quas fecit deus debeamus imitari, iusta potest esse excusatio tua: quia & cetera.

cum

**G** cum dei adiutorio \* promptum est: nam ipse dominus non dixit, Discite à me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare, nò hoc dixit: sed quid ait? Quia mitis sum & humilis corde: & iterum, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, sicut & pater vester cœlestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & iterum, Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Et licet sint alia multa in quibus debemus deum & beatos martyres imitari, ista tamen duo præcipua sunt, id est, ut mites simus & humiles corde, & inimicos nostros totis viribus diligamus. De diligendis inimicis fratres charissimi nullus unquam in veritate se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, Non possum ieiunare, non possum vigilare, nunquid potest dicere, non possum amare? Potest dicere, non possum res meas totas pauperibus dare, & in monasterio deo seruire: Nunquid potest dicere, non possum diligere? Si dixeris quia non possis à vino vel à carnibus abstinere, credimus tibi: si autem dixeris quod non possis in te peccantibus indulgere, omnino non credimus. Et quia nulla nobis remanet excusatio, dum non de cellario sed de corde proferamus istam eleemosynam; iubemur implere, ut per viam vitæ ad æternam mereamur patriam pervenire. Non solù amicos, sed etiam inimicos diligamus: his enim duobus præceptis, id est, diliges deum & diliges proximum, quasi duobus spiritalibus pedibus si per viam veræ charitatis voluerimus currere, ad æternam patriam possumus feliciter pervenire. Istis pedibus curabat apostolus Paulus quando dicebat, Ego autem sic curro, non quasi in incertum. Qui ergo dilexerit inimicos suos, illud in eo impletum erit quod dominus dixit, Diligite inimicos vestros, ut sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Elige modo quod tibi placuerit. Si inimicos dilexeris, non solum amicus, sed etiam filius dei esse mereberis. Si vero inimicos amare noveris, propitium deum habere non poteris: quia scriptum est, Qui odit fratrem suum, homicida est: Et iterum, Qui non diligit, manet in morte. Et iterum, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò vadat, quoniam tenebræ obæcaverunt oculos eius: Et iterum alibi scriptum est, Itinera impiorum, qui iniuriam retinent malefacti in mortem. Nunquid hæc verba mea sunt, fratres mei? De scripturis sanctis & canonicis proferuntur. Ut ergo nec homicidæ simus, nec in tenebris remaneamus, studeamus non solum amicos, sed etiam inimicos diligere, ut paucum & misericordem dominum possimus secundum cautionis suæ vinculum libera conscientia convenire: ipse enim dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorù, dimittet vobis pater vester cœlestis peccata vestra: si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis debita vestra. Diligenter attendite fratres, & scitote aliud esse in deum peccare, aliud in hominem. Quando enim in nos peccant homines, si poenitentibus veniam non indulgeamus, peccatù incurrimus: quãdo autem aliqui in deum peccaverint, si sine discretionè grandè indulgere voluerimus, participes nos eorum peccati efficiuntur: Dicit ergo dominus, Si dimiseritis hominibus peccata eorù, dimittet & pater vester cœlestis peccata vestra. Rogo vos fratres, quid delicatius, quid benignius dici potest? In potestate nostra posuit, qualiter in die iudicij iudicemur. Non dixit, vade in Orientem & quære iustitiam, naviga vsque ad Occidentem ut accipias indulgentiam. Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi: indulge, & indulgetur tibi: da, & dabitur tibi, nihil à te extra

te querit. Ad te ipsum & ad conscientiam tuam te deus K dirigit. In te enim posuit quod requirit. Non enim medicamenta vulneribus tuis longe opus habes inquirere; peccatorum tuorum indulgentiam si vis intus in cellario cordis tui poteris invenire. Sed dicis tanta mala me inimicus meus cõpulis sustinere, ut eum nulla possim ratione diligere. Attendis quid tibi fecerit homo, & non attendis quid tu feceris deo? Si conscientiam tuam diligenter discutis & inquiris, sine vlla compensatione maiora tu peccata commisisti in deum quàm in te commiserit homo. Et qua fronte vis ut tibi deus dignetur dimittere multum, qui non vis dimittere paruum? Si hæc quæ supra diximus spiritalia medicamenta sicut deo propiciante consuevisti libenter accipitis, & in arario sanctæ conscientie vestræ reconditum diligentissimè custoditis, auxiliante domino, venena diaboli non timebitis, & per odium vel iracundiam aut nunquam nobis animarum vulnera ingerentur: aut si forte surreperint, per charitatem cito ad pristinam salutem reuocantur.

In eisdem festis, Sermo IIII.

**M**num quidem bonorum fidelium Christianorum, maximè tamen gloriosorum martyrum vox est, Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Fremebat mundus aduersus eos, populi meditantur inania, principes conveniebant in vnum, excogitabant novos cruciatus, & pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas: Obruebantur opprobriis falsis, arguebantur criminibus, custodiis intolerabilibus includebantur, vnguisi ardebantur, ferro perimebantur, bestijs subigebantur, ignibus cremabantur, & dicebant, Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Totus mundus contra vos, & dicitis, quis contra nos? Respondent tibi, Et quis est totus mundus, quando pro eo morimur per quem factus est mundus? Dicant dicant, audiamus audiamus, Si deus pro nobis, quis contra nos? Scire possunt, maledicere possunt, calumniari possunt, falsis opprobriis agitare possunt, & vt breuiter dicam, postremo possunt non solum corpus perimere, sed etiam dilaniare, & quid facient? Ecce enim deus auxiliator mihi est, & dominus susceptor est animæ meæ. Mundus interfecto corpore mei, dominus susceptor est animæ meæ. Et quid mihi obest si sit mundus interfecto corpore mei, cõ dominus adiutor est animæ meæ? Quando autem dominus est susceptor animæ meæ, erit restitutor & corporis mei. Quid mihi deerit si membra mea dilaceret inimicus, quando capillos meos deus dinumerat? Exhortans martyres suos Christus ne ab inimicis persecutoribus formidarent, Capilli, inquit, vestri numerati sunt. Quid ergo timebo damna membrorù, quando securitatem accipio de numero capillorum? Ergo dicamus, dicamus ex fide, dicamus in spe, dicamus flagrantissima charitate, Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Ecce contra te est rex, si deus pro nobis quis cõtra nos? Ecce contra te est populus, si deus pro nobis quis contra nos? Vnde probas ò beate & gloriose martyr, vnde mihi probas quod dicis, Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Manifestum est enim quia si deus pro nobis quis contra nos, sed proba quia deus pro nobis. Non ergo probo, quia filio proprio nõ peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Hoc quod sequitur cum Apostolus legeretur audistis: cum enim dixisset, Si deus pro nobis, quis contra nos: tanquam ei diceretur, proba quia deus pro nobis: continuo attulit grande documentum, cõtinuo introduxit martyrem martyrum, testem testium, illum scilicet cui pater nõ peperit, sed

Sermo XLVIII. L. Roma. 8. Psal. 4.

Psal. 55.

Matth. 10.

Roma. 8.

pro

**A** pro nobis omnibus tradidit eum: hinc probavit Apostolus vere se dixisse, Si deus pro nobis, quis contra nos, quando filio proprio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam & cum illo omnia nobis donauit? Quando cum illo nobis omnia donauit, & ipsum nobis donauit. Terret te fremitus mundi, cui donatus est artifex mundi? Christum nobis donatum esse gaudeamus, & nullos Christi inimicos in hoc seculo timeamus. Quis enim nobis donatus sit videte. In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ipse est Christus, ipse unigenitus filius dei, ipse est gignenti cõternus. Omnia per ipsum facta sunt. Quomodo nobis donata nõ sunt, quæ per ipsum facta sunt, quando nobis donatus est ipse per quem facta sunt omnia? Et vt sciatis quia ipse verbum caro factum est & habitauit in nobis, desiderata expetendo datam tibi vitam Christi, & donec perueniat tene pignus mortem Christi. Promittens enim nobis victurum se esse nobiscum, non potuit nobis maius pignus dare quàm mori pro nobis. Mala, inquit, vestra pertuli, bona mea non reddam? Promisit cautionem, fecit pignus. Dedit Euangelium, & tu dubitas credere? Promisit cum hic inter homines ambularet, cautionem fecit cum Euangelium scriberet: Ad pignus ipsius quotidie dicitis, Amen. Pignus quod accepisti, quotidie erogatur tibi. Noli de spe desperare, qui viuus ex pignore, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuus & regnat in secula seculorum, Amen.

Roma. 8.

Ioan. 1.

B

Sermo XLIX.

Philip. 1.

C

**E**rtamine vniuersorum martyrum fulciri atque eorum victoria quorum natalis victicis gloriæ celebratur, quo robusta fides sit ad agnem & passionis congressus, roborari debemus, certò scientes quòd in omnibus Christus patitur, & quòd ad regnum cœlorù statim cum exultatione corporis transferuntur, & cum geres horreant in agritudine mortem, hi in ipsa morte consequuntur perpetuam hereditatem: Per passionem vero translationem magis credunt esse quàm finem. Hæc est arcana sapientia quæ in electis tuis domine non persuasionè colligitur, sed de tuis martyribus & de fonte diuino virtutes oriuntur, quibus viuere Christus est, & mori lucrum, triumphantes in Christo sua morte peccata lucrantes, quamquam qui in illo patitur omnino non moritur. Confessionis enim mors non est, sed hereditas vitæ. Martyrium est igitur indulgentia criminum, virtutum caput, occasio iustitiæ, dominicæ passionis imitatio. O felicissimi martyres renunciantes seculo maluerunt meliora nouissima quàm prima. Quorum denique consummatio iustum initium facit. Diuino tuo nutu omnipotens deus, gloriosissimi martyres Christi testes esse meruerunt. Victoriæ quoque meditati, confessi sunt Christum in flagellis, in carceribus, in ergastulis, in solitudine. Iustorum enim comes, semper debet esse confessio. O inclytæ beatorù animæ, & gloriose victoria martyrum, inter quos deuotissima femina simul seculum sexumque vicerunt, præliantes cum diabolo; fortiores viris torquentibus extiterunt, quæ carnis gratias agètes erant sauieni. Ab omnibus enim fidem expectat deus omnipotens magis quàm mortem, sed diabolus qui confitentes odit, coronas præstat inuitus. Facit martyres quos occidit, & cum dei seruos vincere contendit, contemnitur ipse dum sæuit. Liberalitas ergo tua deus hætenus nobis martyria proposuit, vt aduersarius quo Adam elusus est, à filiis Adæ constanter elidi

monstraretur. Voluisti enim hominem non tantum D de diaboli potestate eruere per fidem, sed inculcatorem eius interficere per virtutem, vt qui gaudeamus Christi sanguine mortui, facilius liberati ducentes martyria in Christo, postea triumphemus coronati, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui viuus & regnat in secula seculorum, Amen.

In eisdem festis, Sermo V I.

**V**oniam dies sanctorum martyrum est, vnde potius aliquid delectet nos dicere nisi de gloria ipsorù: Adiuuet nos dominus martyrum, audiuimus pauloante beatum Apostolum prædicantem, Quis nos separabit à charitate Christi? Ista vox est martyrum, Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Hæc est vox martyrum omnia tolerare, & de se nihil præsumere, illum diligere qui glorificatur in suis, Vt qui gloriatur in domino gloriatur: nouerit & illud quod nos cantauimus pauloante, Latamini in domino & exultate iusti in deo. Si iusti in domino latantur, iniusti vero non nouerunt latari nisi in seculo. Sed ipsæ sunt primæ acies debellandæ, primo vincendæ sunt delectationes, & postea dolores. Quomodo potest superare mundum sequentem, qui non potest superare blandientem? Blanditur hic mundus pollicendo honores, diuitias, voluptates. Minatur hic mundus intendendo dolores, egestates, humilitates. Qui non contemnit quod pollicetur, quomodo superare potest quod minatur? Habent delectationem suam diuitiæ, Quis nesciat? Sed plus habet delectari iustitia, delectare diuitiis cum iustitia. Vbi autem talis articulus tentationis incidit, vt duo hæc venient in tentationem, diuitiæ & iustitia, & non possis habere vtrunque æquale, sed si dimiseris manum ad iustitiam pereant diuitiæ, si dimiseris manum ad diuitias necesse est vt amittas iustitiam, modo elige, modo pugna, modo videamus si non sine causa cantasti, Latamini in domino & exultate iusti: modo videamus si non sine causa audisti, Quis nos separabit à charitate Christi? Equidem prætermisit omnia quibus blanditur mundus, & te vult commemorare cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina martyrum prænucciabat, illa utique certamina, vbi vicerunt persecutionem, famem, sitim, egestatem, ignominiam, ad extremum timorem mortis, hostem nouissimum. Sed videte fratres, totum ars Christi facit. Admonet Apostolus, vt præferamus charitatè dei mundo. Quantas angustias patiuntur, qui volunt rapere res alienas: An persecutio ait, & ipsa non frangit? Auaritia terretur, avarus rapit ac timet penam, æstuat in rapinâ. Multi enim famem patiuntur dum acquirunt & faciunt lucra, quibus præcipimus ieiunare, & excusant se stomacho. Vacet illis tota die solidos numerare, & ieiunij dormiunt. An nuditas ait, Quid dicam de nuditate? Quotidie negociatores de naufragio nudi euadunt, & iterum nauigat ad periculum. Vnde quotidie periclitantur homines, nisi propter diuitias acquirendas? Nec gladius prohibet. Capitale crimen est falsitas, & tamen comitatur hæreditas. Si ergo hoc meretur temporalis cupiditas, quare non mereatur Christi hæreditas? Avarus dicit in corde suo, qui forte nõ audet lingua sua, Quis nos separabit à cupiditate auri? Tribulatio, an angustia, an persecutio: Possunt & auari dicere auro, Propter te occidimur tota die. Optime ergo dicunt sancti martyres in Psalmo,

Sermo. L.

Roma. 8.

Psal. 45.

1. Corin. 1.

Psal. 37.

E

Vbi supra.

Roma. 8.

F

Iudica



**G** Iudica me deus, & discerne causam meam de gente nō sancta. Discerne, inquit, tribulationem meam, tribulantur & auari. Discerne angustias meas, patiuntur angustias & auari. Discerne persecutiones meas, patiuntur & auari. Discerne famem meam, pro auro acquirēdo esuriat & auari. Discerne nuditatē meam, pro auro despoliantur & auari. Discerne mortem meam, pro auro moriuntur & auari. Quid est, discerne causam meam? Propter te mortificamur tota die. Ille propter aurum, nos propter te. Similes pœna, sed discreta causa. Vbi ergo discreta est causa, certa est victoria. Si ergo causam inuenimus, solennitates martyrum amamus. Amamus in eis non passiones, sed causas passionum. Nam si amaremus passiones, multos inuenire sumus qui peiora patiuntur in causis malis. Sed si causam attendamus, crucem Christi attendite. Ibi erat Christus, vbi & latrones. Similis pœna, sed dissimilis causa. Vnus latro credidit, alius blasphemauit. Dominus tanquam de tribunali inter ambos iudicauit. Illum qui blasphemauit in tartarum damnauit, alium in paradiso secū constituit. Quare hoc? Quia etsi æqualis pœna, sed impar erat causa. Eligite ergo martyriū causas si vultis peruenire ad martyrium palmas: Per dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

*Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Videns Iesus turbas etc. quæ sumpta est ex libro primo, De sermone domini in monte, cap. primo.*

DE VNO CONFESSORE.

*In festis unius confessoris, De seruo pigro qui talentum acceptum noluit erogare: Sermo I.*

**D** Omini fratres & cœpiscopi mei presentia quidem sua nos visitare & exhilarare dignati sunt, sed nescio quare nolunt me festum adiunare. Hoc ideo charitati vestræ dixi ipsi audientibus, ut quodammodo audientia vestra intercedat pro me apud illos, ut quando eos rogo faciant & ipsi sermonem. Erogent quod acceperunt, operari magis quam excusare dignentur. A me autem fatigato & vix loquente, pauca libenter accipite. Habemus enim & libellum de beneficiis dei per sanctum martyrem datis, pariter libentius audiamus. Quid ergo est quod dicam vobis? Audistis in Euangelio & honorum seruorum meritum & penam malorum, Et malitia tota serui illius reprobati graniterque damnati ista fuit, quia noluit erogare. Seruauit ad integrum quod accepit, sed dominus eius lucra quærebat. Auarus est deus ad salutem nostram. Si sic damnatur qui non erogauit, quid debent expectare qui perdunt? Nos ergo dispensatores sumus. Nos erogamus, vos accipitis. Lucra quærimus, bene viuite. Lucra enim erogationis nostræ ista sunt. Sed etiam ad vos nolite existimare non pertinere erogationem. Non potestis erogare de isto loco superiore, sed potestis vbiunq; estis. Vbi reprehenditur Christus defendite. Murmuratoribus respondete, blasphematores corripite, ab eorum vos societate alienate. Sic erogatis, si aliquos lucrâmini. Agite vicem nostram in domibus vestris. Episcopus inde appellatus est, quia superintendit, quia intendendo curat. Vnusquisque ergo in domo sua si caput est domui suæ, debet ad eum pertinere episcopatus officium, quomodo sui credant, ne aliqui ipsorum in hæresim incurrant, ne vxor, ne filius, ne filia, ne ipse seruus, quia tanti est emptus. Disciplina apostolica præposuit dominum seruo, & seruum subdidit domino, Christum

tamen pro ambobus vnum precium dedit. Minimos vestros nolite contemnere, domesticorum vestrorum salutem omni vigilantia procurate. Hæc si facitis, erogatis. Pigri serui non eritis, damnationem tam detestandam non timebitis.

*Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Vos estis sal terræ etc. quæ sumpta est ex libro primo, De sermone domini in monte, capite secundo.*

DE VIRGINIBVS.

*In festis sanctarum uirginum, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mattheum, Simile est regnū caelorum decem uirginibus etc. quæ habetur de Verbis domini XXII. & XXIII. Et de questionibus Euangeliorum, libro primo cap. XLIII. Et in libro LXXXIII. questionum, questione LIX.*

DIVI AVRELI

LII AVGVSTINI SERMONES

ad Fratres suos in Eremo commorantes, & quosdam alios.

CENSURA.

**O** Ratio consarcinata ex Augustini regula, nihil alioqui habens Augustini. Artifex qui finxit hoc agit, ut ordinem qui Augustinensium dicitur, orbi commendaret, itaque quotquot sunt huius generis, & præfixo notauimus.

De institutione regularis uitæ: Sermo I.

**F** R A T R E S mei & lætitia cordis mei, corona mea & gaudiū meum, quod estis vos: Pax vobis & charitas cum fide semper inter vos adimpleatur. Quia me putatis matrē esse animarum vestrarum, ideo desidero ita vos componere, ut in vobis neque macula neque ruga possit ante tribunal iusti iudicis apparere. Animabus enim vestris non solum ornamenta, sed etiam medicamenta desidero providere. Studeo enim dissuta consuere, & concissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra, spiritalibus margaritis ornare. Ego enim margaritas de paradisi patria vobis donare cupiēs, nullā mercedem in seculo opto recipere, nisi quod quæ vobis insinuare intendo, & patienter audire & cum dei adiutorio secundum vires operibus adimplere semper studeatis. Sed ante omnia fratres charissimi, quos iterum parturio donec reformetur in vobis Christus, diligatur deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Et ideo fratres dilectissimi, commorantibus nobis in eremo, in nomine dei nostri placeat secundum apostolicam vitam vnum sentire, & omnia cōmuniter possidere: sicut scriptum est in Actibus apostolorum, Quia erant illis omnia communia, & distribuebantur vnicuique sicut cuique opus erat. In hac autē vita permaneamus, & nos ipsos in ipsa deo auxiliante fortiter teneamus: quia qui perseverauerit vsq; in finem, saluus erit. Si quis autē de seculo ad nostram congregationem venire desiderat, primo præcipio ut probetur an voluntas ex deo sit. Non enim debet esse violenta nō coacta, non mobilis, sed sempiterna, virilis, vtilis, cōstans, & omni

**A** & omni spiritu charitatis plena atque perfecta. Tunc enim proponatur ei quomodo abneget volūtatem propriam, & sponte sequatur me. Nec volo quod cogitet amplius quid necesse ei fuerit: Scit enim pater cœlestis, quibus indigemus. Queramus igitur primum regnum dei, & hæc omnia abministrabuntur nobis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Orationibus instate à mane vsque ad sextam tantum circa missarum solennia. A sexta vero vsq; ad nonam omnes vacent lectionibus & præter nostro. Ad nonam vero reddant codices, & secundum naturæ conditiones sine tumultu reficiant, audientes verbum dei. Postquam autem refecerint, siue in orto, siue in eremo, vel vbiunq; necesse fuerit operentur. Nihil enim dei seruis ociositate peius. Operentur ergo in nomine domini sacrum ordinem non habentes vsque ad horam lucernariam. Nemo tamen ex opere suo aliquid sibi appropriet. Apostolica enim vita optamus viuere. Si quis autē contrā fecerit, furti iudicio cōdemnetur: & si correptus nō emendauerit, de vestra societate proiciatur. Non enim hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plures ex vobis perdat. Cum autem aliquid sit per vos, cauet ne cum murmure fiat, ne murmuratores in cōspectu dei vocemini. Illum qui vobis præest, post deum omnes sicut decet dei famulos honorate. Ipse vero qui præest, super omnia sollicitus sit de vestra salute, de quibus debet reddere rationem. Dominica autem die qui volunt vinum cum dei gratia bibant: sed qui antiqui sunt & debiles, vinum bibere compellantur, carnem tamen domantes quantum valetudo permittit. Quando necesse est ut aliqui ad seculum vadant, caueant ne vadant minus quam duo vel tres. Et si oculi feruorum dei iaciantur in aliquam fornicarum, cauet ne in illam figantur. Deus autem qui habitat in vobis etiam isto modo custodiet vos ex vobis. Nemo cum secularibus extra monasterium manducare nisi panem, vel bibere nisi aquam præsumat, vel aliquid etiam intus manducare extra horam prandij, nisi casus infirmitatis acciderit. Qui vero infirmantur ex vobis cum omni diligentia pertractentur, etiam si de humillima seculi paupertate venerint. Nec debet sanis molestum esse si aliter tractentur in victu, sed magis congratulentur, deo gratias agentes, quia valent quod non valent illi. Si vero ut fieri solet ab hæreticis superuenierit incurio repentina, vel ab infidelibus, aut hostilitas, ita ut necesse sit fratribus fugam arripere, si deo fauente euaserint, mox ad nemus cum Helia redire festinent, cogitantes quod nullo modo poterint separari quos dei charitas sociauit. Si quis autem contumaci animo hæc obseruare contempserit, capiatur & subiciatur monasterij disciplinæ. Hæc autem quæ dico vobis, sæpe per vos legantur ne obliuioni tradantur. Et vbi hæc omnia seruaueritis, nobis non parua lætitia de filiorum salute erit. Hæc igitur sunt quæ obseruetis præcipimus in monasterio cōstituti, propter quod in vnum estis in eremo cōgregati, ut vnanimis habitetis in domo, & sit vobis anima vna & cor vnum in deo & domino Iesu Christo, qui vos dirigat ad perficiendum mirabilia de lege sua, Amen.

De pace, Sermo I I.

**F** R A T R E S charissimi, & si sciretis quanta sit virtus pacis, & quantum vobis in solitudine demorantibus necessaria sit. Tanta enim est virtus pacis quod in eius dignitate Apostolus omnes suas epistolas scribebat, dicens, Pax vobis & gratia à do-

mino deo nostro. Hanc autem salutandi formam nobis primitus donauit Christus, dicens, Pax vobis. Hanc pro testamento Christus apostolis dereliquit, tanquam summum bonū, sine quo nullus viuere debet. Sic etiam pater cœlestis elementa & planetas cateraq; inuisibilia ordinauit, ut vinculo pacis simul complecterentur. Sic etiam ordinauit gloriosos exercitus angelorum, ut post eorum descēsum nulla esset inter eos discordia, sed pax plena atque perfecta. Hæc est illa gloriosa pax quæ fructus malorum cogitationum eructat, mentem fluctuantem illæsam referuat, conscientiam purgat. Qui pacem cordis, oris & operis non habet, Christianus dici non debet. Qui in hac nō sperat, in lubrico vitam & pedem ponit, in tempestate nauem collocat, in præcipitio se illaqueat, in arenâ semen feminat. Hæc est illa perfecta pax quæ mentem à vitis purgat, vermem conscientie rodit. O pax eremitarum mater, cœnobarum patrum, monachorum foror, tu patriarcharum vinculum, tu prophetarum vehiculum, tu apostolorum refugium, tu martyrum solatium, tu confessorum balteum, tu virginum tripodium, tu viduarum speculum, tu coniugatorū spectaculum, tu malorum præsidium, tu tyrannorum odium, tu latronum suspendium. O pax dei ædificium, te non possunt destruere principum fulmina, insulsi daemonum te in nullo ledere possunt. Tu pauperem diuitem facis, tu diuitem mendicantem perducis, tu contenta in cunctis, tu ditior vniuersis, tu homines dei filios facis. O pax sine te reges non regunt, sine te regna non valent. Nunquid sine te ieiunia, orationes, elemosynæ cateraq; bona nobis prodesse possunt? Absit. O monache habeto pacem in cunctis: nam si fratri irasceris, si proximum odis, tibi contradicis in oratione dominica: clamat enim monachus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O monache, si pacem non diligis, si proximum odis, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis dimitti, qui proximo rancore non dimittis? Habete ergo pacem cū omnibus, omnium tamen vitia odientes. Habete in corde, in ore & in opere pacem. Nam si Cain pacē habuisset in corde, non irruisset in fratrem suum. Si Absalon pacem habuisset in ore, non impugnasset patrē. Si Iudas habuisset pacem in opere, non fugisset ad laqueum. O quam bonum, & quam iocundum, & quam diuinum est habitare fratres in vnum, ut vnum sit cor, vna voluntas, vna omnium anima & vna forma viuendi: nam diabolus intrare nō potest domum vel mentem in qua pax dominatur. O quam ergo iocundum est habitare fratres in vnum. Tanta enim est eminentia istius virtutis, quod de ea propheta prius miraretur, quàm ostenderet quid esset, vel quid vtilitatis haberet, O quam grandem admirationem præposuit, quando dixit, Ecce. O quam mirabilem vtilitatem prædicauit, quado subiunxit, Quam bonum & quam iocundum. Sed scire debetis fratres mei quod quedam sunt bona quæ non sunt iocunda, quedam iocunda quæ non sunt bona: Verbi gratia, Bona sunt ieiunia, vigiliae, macerationes & similia. Hæc enim bona sunt, sed non iocunda, quia caro in his non iocundatur, sed læditur. Iocunda quippe sunt comestationes, ebrietates, sed non bona. Hæc agentes lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. O monache vix poteris inuenire in præsentī vnū quod sit bonum & iocundum. Cupis tamen illud vnum inuenire? Persequere pacem & amplectere eam. Hæc est enim sola virtus, quæ bonū habet & iocundum. Hæc est illa bonitas quæ nos habitare facit vnus moris in domo, ut simul

G simul viuere simulq; mori semper optemus. In presenti enim simul habitamus, & in futuro capiemus brauium iocunditatis aeternae. O pax tu mentis serenitas, animi tranquillitas, cordis simplicitas, amoris vinculum, charitatis confortium. Haec est illa summa felicitas quae similitates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcet, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis placet, à cunctis optatur, sed à cunctis malis illa quae bona est pax fugitur & oditur ut mors. O pax tu non scis extolli, ignoras inflari. Beatus qui te habet, maledictus qui te odit & qui te impedit & frangit inter homines, quoniam Antichristus est & filius perditionis. O pax qui te habet, teneat, qui te non habet te perquirat, qui te perdit te requirat si filius dei esse peroptat. O pax tale bonum es in rebus creatis, tam mirificum, tam gloriosum quod nihil dulcius solet audiri, nihil delectabilius concupisci, nil utilius possideri. Spiritus enim humanus sicut nunquam viuificat membra nisi fuerint vnita, sic spiritus sanctus nunquam nos viuificat nisi pace vniti fuerimus. Nemo enim est, ut diximus, qui non velit pacem habere. Interroga omnes si pacem desiderant, omnes vna voce dicent, Hoc amamus, hoc optamus, hoc concupiscimus, hoc volumus. Si ergo fratres homines pacem amant, ament & iustitiam, quia duae sunt amicae charissimae. Iustitia enim & pax ipsae se osculantur, sed si amicam pacis non amaue- ris, nunquid ipsa pax te amabit, & tecum habitare volet? Absit. Amate igitur pacem diligentes iustitiam. Haec enim pax hominibus bonae voluntatis datur ab angelis. Nunquid prauae voluntatis pacem offerunt angeli hominibus? Absit. Et qui sunt prauae voluntatis tantum quantum illi qui superbo oculo & insatiabili corde nunquam dicunt, sufficit, tales nunquam possunt habere pacem. Propterea fratres mei ex quo mundum calcare cepimus, & terrena cuncta despiciere, diuitias non appetamus, nec nos qui pauperes in eremo sumus, ad superbiam diuitiarum extollamur. Nullo enim modo decet nos ut in hac vita solitaria vbi senatores sunt laboriosi, fiant opifices ociosi, & qui venimus relicti diuitiis, qui fuimus praediorum domini, hic simus rustici delicati. Ille denique fratres vere pacem habet, qui nil appetit de seculo possidere. Hic tranquillus est, hic gaudet de bonis cunctis, pagano illo dicente, Quietissimam vitam agerent homines in terra, si haec duo verba à natura rerum omnium tollerentur scilicet meum & tuum. O beata paupertas, vberibus pacis plena, vbi- que secura, vbi- que illaesa, vbi- que cunctorum amica. Nam qui te amat, veram pacem amat, qui te non amat, tranquillitatem omnem ignorat. Sed dicet quis seruo- rum dei, Ecce diuites video, superbos, elatos, impios, & omni bonitate perfecta carentes, vnum tamen appa- ret, quia pacem habent ad inuicem. Quid ergo? Nun- quid gaudere debeo de eorum nequam concordia ne- scio vel tristari? O monache scias quod sicut multum nocet discordia inter bonos, ita valde dolendum est dum vel quando pax est inter malos. Tunc enim au- gentur omnia pessima quae fieri vel cogitari possunt inter homines, quando mali pacifice viuunt: quando vero discordant, tunc mundus aliquantulum tranquillatur. Nam sicut concordia malorum contraria est concordiae bo- norum, ita optandum est quod boni pacem habeant, & mali discordes sint. Nam per discordiam mali aliquan- do optimi efficiuntur, cognoscentes quid sint & quid erunt. Nam dum tribulantur, & eorum facies ignominia replentur, aliquando quaerunt nomen domini, quod ta-

men tempore pacis nunquam amabile erat in corde eorum. Orandum tamen est, vt & boni in bono teneantur vsque ad finem, & mali conuertantur antequam ad finem perueniant. Vos autem fratres ad inuicem pacem ama- te, quae quidem pax custodiat corda vestra, & intelli- gentias vestras quae exuperat omnem sensum, Amen.

De silentio, Sermo IIII.

**S**ilentium fratres charissimi, inter cetera vo- bis in eremo summe necessarium est. Omne enim quod non aedificat, in periculum vertitur dicentium & audientium. Lingua enim nostra sensum nostrum sequatur & rationem, non voluntatem. Non enim debemus tantum oculos clausos seruire, sed & linguas infra dentes referuare illas: sermo enim vana, vanae conscientiae index est. Qualis enim es, tales sermones loqueris, talis & mens comprobatur: & qualis fueris in factis, talis comprobaberis in verbis. Stultus enim valde est, qui non prius verbum ducit ad linguam rationis, quam educat ad linguam oris. Qualis est homo in mente, talem verbositas depingit in ore. Verbo- sitas hominem conducit in ioculatorem, humanae natu- rae dignitatem deponit, honores sibi rapit, inimicos infinitos acquirit. Inflamat denique linguae mobilitas in adolescentia ad iocosa, in virili aetate ad fraudu- lenta, sed in senili ad detractoria. Restringenda est igitur haec parua fauilla, ne in magna vertatur flammam, surculus ne crescat in syluam, gutta ne tumescat in fon- tem. Maius est denique fratres linguam refrenare quam capere ciuitatem, quia illud insultat exterius, sed istud interior. Hic sumuntur arma contra teipsum, sed ibi de alieno. Summa tamen verecundia est & depressa deie- ctio, non posse linguam refrenare, & vile non posse li- gare membrum. Ecce lingua egredi quærit, motum per- quirat. Tu vero o monache per temperantiam ipsam re- frena, appone ei pessulum rationis, circūcide eam ma- turitate discretionis. O lingua tu periculum immittis, tu luctum producis, discordiam saepe spargis, & prodi- tionis venenum & detractionis paris, & ad infernum qui tibi credunt conducis. O monache cognosce lin- guam nequam, fuge eam, despice eam, si potes confun- de eam. Sed volo instruere tuam linguam bene loqui. Vis bene loqui? Da ei moderatum motum: preciosa enim lingua non nouit nisi verba diuina semper conferre. O quam sanctum est os, unde semper caelestia erumpunt eloquia. O monache considera te redditurum rationem de omni verbo ocioso, & tanto magis quanto minus mundo es obligatus. Non enim in foro, sed in cella ha- bitare debes, non familiam sed familiarum animas ora- tione pascere debes. Non est igitur tibi necesse multum loqui, nec inter homines conuersari, nec mercantias pertractare unde viuas. Nam mercantiam in monacho vsuram occultam existimamus. Ama igitur, o monache solitudinem, fuge multitudinem, ne comprehendaris in verbo, ne confundaris in facto. Et si interrogatus fue- ris, melius est ad singula respondere breuiter, quam diu- tius immorando verba curiosa & prolixa extendere. Verbo sitas enim quid aliud est quam semen quod fru- ctum non facit: O verbosè erubescè, & considera tuam grandem miseriam. Quid enim aliud es quam sal in sa- tuatum quod ad nullum valet condimentum: Vere infru- ctiferus es, & infructiferus facis qui te libenter audiunt. O verbosè mendax, qui veritatem raro dicere voluisti. O loquax cognosce teipsum, nam loqui nunquam erube- scis, nec consideras quid, sed quantum dicere possis. Non mensuras verborum sententias, sed tantum ut satieris.

O verbosè

**A** O verbosè erubescè, quia omnino cognosceris quid ag- is. Nam tua conditio est occulta manifestare, nota in conuentibus praedicare: sed si nescis, somnias inaudita, fingis te scire quod nescis ut libenter audiaris à cunctis. O artifex mendaciorum, o faber fabularum, lege quod dicitur, Quia vir linguosus non dirigitur super terram, nec dirigitur in terra promissionis. O monache & tu diligenter attendas. Nam qui non refrenat linguam suam, huius vana est religio. Qui non custodit linguam suam, monachus non est: qui autem moderatur linguam suam, prudentissimus est, verusque monachus est. Eia ergo fratres mei amate silentium, ponite custodiam ori vestro. Estote solitarij, vt sitis angelis sociati: estote rustici, vt sitis ciues sanctorum & domestici dei: estote muti vt sitis loquaces: loquimini deo vt sitis veraces: contemplate in eremo, vt contemmini à sanctis in caelo: eleuate capita vt eleuimini corde: extendite bra- chia, vt extendamini toto corpore volantes ad caelum, ad quod perducit nos Christus deus noster, Amen.

De prudentia, Sermo IIII.

**R**atres charissimi non solum silentium tenere debetis in eremo, sed etiam prudentiam rapere festinare. Prudentia enim vobis necessa- ria est, quia docet quid fugiendum, & quid tenendum sit. Prudentia enim docet te vt non superbas, nec innitaris rebus temporalibus, nec mireris de rebus transitorijs, cum sint caduca, & ea quae possides, tanquam aliena possidere aduertas. Prudentia docet te, vt quae non potes perpetuo tenere, fructuose permittas abire. Pru- dentia docet te vt in cunctis semper idem sis, tam in prosperis quam in aduersis, sicut manus quae eadem est, & cum in palmam extenditur & cum in pugnum con- stringitur. Ipsa te docet quomodo reprehensibilis sit ni- mia laudatio, & immoderata vituperatio. Illa quidem adulatione, sed ista suspecta malignitate. Prudentia testi- monium veritatis, non amicitiae reddit. Prudentia cum discretionem promittit, & promissa accelerat, & amplius quam promiserat praestat. Prudentia docet quomodo praesentia ordines, quomodo praeteritorum recorderis, & quomodo futura prouideas. O beatus qui prudens est, & felix, & vere felix qui prudens inuenitur. Nam si cuncta quae habet amittit, clamat, omnia mea mecum sunt. Quae sunt ista quae sunt mea, nisi iustitia, temperan- tia, fortitudo & prudentia? Obtempera teipsum o pru- dens, Omnia enim quae eripi possunt, bona non esse pu- tes. Cum igitur prudens sic in se contentus sit, omnia se- cum habet, in omnibus sibi sufficiens est. Imprudenti ve- ro nihil sufficit, quia in nullo contentus est, quia omnia sine fine sperat possidere, ideo omnibus eget. Estote igitur fratres mei prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Duo enim sunt quae connexa adinuicem sunt, vt vnum sine altero, aut parum aut nihil omnino proficiat. Simplicitas enim sine astutia, stultitia reputa- tur, astutia sine simplicitate superbia approbatur. Astu- tia enim serpentes, in quatuor diuiditur partes. Prima est: quod totius corporis venenum in gutture colligit, & ibi prudenter docente natura seruire studet, vt si aliquan- do sibi necesse fuerit, in promptu habeat unde se defen- dere possit. Sed in hac parte serpens quandoque decipit. Mustela enim semper serpenti aduersatur, & ante foramen cauae serpenti se ponit, & eum prouocan- do tandiu vmbra cauae suae solerter illudit, donec ip- sum egredientem agnoscat. Tunc vero mustela desuper ascendit, insidias tendens, vt cum serpenti caput vide- rit, capitalem vindictam sumat de hoste, quem nunquam

diligere potuit. Prouocatus itaque serpens, extra cauae- nae foramè caput emittit, & cum nihil deorsum videat, verso gutture respicit sursum. Sed mustela cernens tem- pus optatum dentes imprimit circa venenum, sicq; absque periculo inimicum occidit. Haec est enim prima serpen- tis astutia, in qua fratres mei mundi sapientes notantur, quorum prudentia non in caelestibus sed in terrenis tota versatur, quibus diabolus in vmbra mutabilium rerum alludit, alludendo decipit, decipiendo occidit. Et ne forte valeant aspirare in ipsis terrenis cupiditatibus, saepe eos cogit expirare. Secunda prudentia in serpente est, quod quando in aquam descendere cupit, venenum reponit in loco tutissimo, sed recedens ab aquis iterum resumit venenum. Haec enim vestigia serpentes multum sequuntur, qui post abrenunciationem mundanae conuersationis, post habitum sanctae religionis, post iuramentum sanctae professionis, post agnitionem sanctae veritatis, reuer- tuntur ad venenum praeconuersationis, quibus melius esset veritatem non agnouisse, quam post agnitionem re- trorsum abire. In hoc enim vno fratres imitari debe- mus serpentem, quia venenum deponit, sed non quia ite- rum venenum resumit. Tertia prudentia serpenti est, quod veterem pellem per singulos annos exuere didicit, quam depositurus angustum foramè inquit, per quod transiens cum dolore pellem derelinquit, sciens quia pelle deposita pulchrior apparebit. Per hoc enim fratres mei datur intelligi, vt & nos pellem vitiorum depona- mus, & per foramen signatum Christi transeamus, & tunc pulchriores apparebimus. Per hoc foramen dices ille Zachaeus intravit, quando omnia bona sua pauperi- bus erogauit. In hoc foramine Maria illa meretrix in domo Simonis, meretricis habitum deposuit, & ploras ad pedes saluatoris, vestem sibi innouauit. Quarta ser- pentis natura est, quod dum laedi quaeritur in capite, vt vitam conseruet, totum corpus ad percussione exponit, quia licet corpus percutiatur, si caput illesum seruire po- terit, damna tamen mortis non patitur. Sic & nos cuncta nobis aduersantia amore capitis sustinere non timea- mus, vt in beata vita quiescere valeamus. Sic enim fecit Petrus pro eo in cruce suspensus: sic & Bartholomaeus vi- nus decoratus: sic & Paulus capite truncatus: sic & Stepha- nus lapidibus vulneratus: sic & Laurentius in craticula afflatus: sic & virgo illa sanctissima Agatha retorta in pe- ctore, quae gloriater sic amputata, sic vulnerata, sic affli- cta perducebatur ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata precibus domino agonem suum soleniter commedabat. Estote ergo fratres mei prudentes, & vigilemus in ora- tione, patienter omnia tormenta portantem amore illius in quo salus, vita & resurrectio nostra consistit. Stemus prudenter in oratione. Nam sicut angeli pure laudant deum in regione viuorum, ita & nos qui die & nocte psallimus domino, debemus cum sanctis angelis puritatem habere: quia & quod angeli peragunt in caelis, ita & nos monachi facere debemus in terris. In hac igitur fratres mei solitu- dine constituti, toto affectu orare debemus & pati. Patien- ter enim portare debemus omnia, nec dicere presuma- mus, Ecce legumina ventosa sunt, caesus stomachum gra- uat, lac capiti nocet, aqua potum non sustinet peccus, caules melancholiam nutriunt, choleram porri accendunt, pi- sces mihi non sapiunt. Nolite haec dicere fratres mei, no- lite etiam cogitare. Non enim seculum reliquimus vt deli- cate pasceremur in eremo. Et licet in eremo non semper comedatis lac, butyrum, caules vel legumina, licet haec non sumatis nisi tantum diebus sollempnibus, & illis quibus visi- tamini à sancto sene Episcopo Valerio, sed cunctis diebus

aliis

Psal. 84.

Luc. 2.

Philipp. 4.

Psal. 139.

Iacobi. 1.

Prouerb. 10.

Psal. 38.

Ephesi. 2.

2. Petri. 2.

Luc. 19.

Luc. 7.

1. Petri. 4.

**G** aliis herbas crudas, panem hordeaceum & aquam sumatis: nō tamen sufficit tantum corpore abstinere, sed etiam mentem illasam seruare debemus. Eia ergo fratres mei dilectissimi, quorum vita utputo sancta est, ut multi ex vobis viderunt & audierunt, veni ad ciuitatem Hipponensem, & secure perueni, quia ibi Episcopus erat sanctus homo ille Valerius. Non enim credebam Episcopari, ideo secure perueni cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Nebridio, & Alipio, nil mecum diuitiarum portans, & dei gratia me coadiuuante fauoratus non modicum à prædicto Episcopo sene Valerio fui, qui mihi dedit ortulum in eremo à gentibus segregatum, vbi multo labore fatigatus ædificare cœpi monasterium, & cum longiori anxietate congregaui in vnum seruos dei per nemora habitates, & sic vobiscum pariter viuere cœpi secundum regulam Apostolicam omnia communiter possidentes. Deinde placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, mihi dicere, Ascende superius, & cum magna molestia factus sum Episcopus presbyter. Et quoniam vobiscum esse hic non poteram, in domo Episcopi presbyteros mecum habere volui, & cum eisdem pariter viuere cœpi: vos vero tales inueni quales desideravi, castos, benignos, modestos, humiles, omni voluntate pauperes, obediētes, solitarios, misericordes, mundum cum omni sua pompa calcantes. Sed quid hæc omnia sine perseverantia? Estote ergo prudentes, perseverantes in bono, & vigilate in orationibus, quia diabolus aduersarius regnat, à quo vos liberare dignetur dominus omnipotens, Amen. Supplico vobis fratres mei vt nō turbemini de recessu meo. De creueram enim diu inter vos consolari, & vobiscum habitare vsque ad festum dominicæ ascensionis, sed quia aduersarius noster Fortunatus ad partes peruenit, ideo redire Hipponem omnino cōpellor, cupiens illum videre, & cum eo pariter disputare. Ipse enim toto affectu dissipare conatur filios quos peperit in visceribus caritatis. Orate pro me fratres, & nolite deficere, vt Fortunatum sicut publice sanctæ fidei infidiatur, ita & nos ipsum cum suis cum dei gratia coadiuuante publice superare & conuertere ad viam veritatis possimus.

De obedientia ad sacerdotes suos,  
Sermo V.

**I**n omnibus operibus vestris sacerdotes dei altissimi semper memores estote mandatorū dei, & in omnibus sitis obediētes, vt digni repromissione per eius gratiam inueniri possitis, scientes quod sine obedientia omnia vacua, & cum obedientia omnia plena caritate reperiuntur. Obedire igitur nobis necesse est, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis & malis, non tamen quia mali sunt, sed quia bona obseruare præcipiunt, quibus obedire debemus. O venerabilis sanctæque obedientia, salus omnium fidelium, custodia omnium virtutum: tu cœlum aperis & infernum claudis, tu etiam filium dei ad terram posuisti, & venit inter homines, nō vt faceret voluntatem hominis, sed voluntatem patris eius qui eum misit. Voluntas enim patris fuit, vt redimeret humanum genus, vt reconciliaret & creaturam suam quæ perierat. Et vt hæc voluntas perficeretur, filius fuit obediēns vsque ad mortem. Vt ergo non esset nobis obedientia laboriosa, exitum præsentis vitæ saluator per obedientiam terminauit. Iure ergo obedientia omni sacrificio præponitur, quia de potestate diaboli nos eripuit, quod nullum legale sacrificium facere potuit. Nec mirum si nos peccatores obedientia in hac vita subiicimur, quādo hanc

mediator dei & hominum etiam in morte non deseruit, & ei se subiicit qui per omnia erat patri æqualis. Nos autem propter peccatum aliis hominibus subiecti sumus. Nam natura omnes æquales genuit, sed inæqualitas quæ accessit ex vitio, est ordinata ex dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus. Sed per obedientiam nunquam debet fieri malum, etiam si angelus vel archangelus, cherubin vel seraphin tibi præcipiat. Nec etiam ipse deus, qui est benedictus in secula, potest nobis præcipere quod toto affectu eum non diligamus. Sed scire debetis sacerdotes dei, quia propter obedientiam aliquando debet bonum quod agimus intermitteri. Verum quia nonnunquam nobis istius mundi prospera, nonnunquam iubentur aduersa. Propterea sciendum est quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat nulla est, aliquando si de suo aliquid non habeat minima est. Nam cum huius mundi prospera præcipiuntur, cum locus superior imperatur, is qui ad hæc percipienda obedit, virtutem obedientia sibi euacuat, si ad hæc ex proprio desiderio anhelat. Rursum cum mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci & contumelia iubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientia meritū sibi minuit, quia ad hæc quæ in hoc mundo despecta sunt inuitus nolensque descendit. Debet ergo obedientia in aduersis ex suo aliquid habere, & in prosperis ex suo aliquid non habere. Quod bene ostendimus, si duorum amicorum dei facta in medio proferamus. Moyses enim deo iubente vt Israëlita plebi præfesset, apud se humilis fuit, & gloriam tanti regiminis considerans & expauescens ne hoc reciperet, se humiliter excusauit. Sed Paulus Apostolus dei reuelatione admonitus vt Hierusalem pergeret, nec ignorabat ea quæ ibi pati deberet, vnde cum fideles vellent eum tenere exclamauit, Ego autem non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine Iesu. Ecce Hierosolimam pergit, per reuelationem aduersa cognoscit, & tamen hæc libenter appetit. Moyses autem ad prospera de suo nihil habuit quia precibus supplicauit, ne populo præfesset. Paulus etiam ex suo voto aduersa suscepit, quia mala imminuta cognouit, & ad aciora se præparauit. Moyses autem gloriam potestatis voluit declinare, & Paulus dura & aspera voluit sustinere. Ergo vtrorumque seruatorum dei virtute instruimur, vt si obedientia palmam cōprehendere nitimur, prospera mundi ex sola iussione suscipiamus, & aduersa ex deuotione complectamur. Ego autem sacerdotes dei altissimi vt multi vestrum viderunt & audire potuerunt, veni ad hanc ciuitatem cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Alipio, Nebridio, & Anastasio. Securus denique veni, quia sciebam præfulari sanctum senem Valerium. Propterea securus accessi, non vt haberem in vos potestatem, sed vt abiectus essem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Nec vt ministrari deberem, sed ministrare, & pacifice viuere optabam in solitudine, nihilque diuitiarum mecum detuli, sed dei gratia coadiuuante fauoratus etiam à sancto sene Episcopo Valerio monasterium in eremo à gentibus segregatum, multo labore fatigatus ædificaui, & cum longiori anxietate seruos dei per nemora habitantes in vnum congregaui, & cum eis pariter viuere cœpi, secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam, omnia communiter habentes & possidentes, viuentes in vigiliis & orationibus vltra id quod explicare possumus. Quorū fama ad aures sancti Episcopi Valerij peruenit, & placuit sibi nos in eremo visitare, & stetit nobiscum

8. quæst. 7. Sciendum.

Exod. 3.

Acto. 21.

Psal. 83.

Matth. 20.

Acto. 4.

**A** tredécim diebus, donas mihi hortū amœnitatibus plenum in planicie positum. Et quia à gentibus segregatus erat locus, libenter illum suscepi, vt ædificarem etiam monasterium fratrum, quos tales inueneram, quales inuenire desideraueram. Quo ædificato, placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit me per gratiā suam, mihi dicere, Ascende superius. Et sic cum molestia & cum grandi anxietate factus sum Episcopus presbyter. Et quia cū fratribus meis vt hæcenus feceram, semper corpore habitare non poterā, propterea infra domum episcopi vos clericos habere volui, & mox vobiscum secundum formam apostolicam viuere cœpi. Placuit autem vobis omnia vnum in deo sentire, & omnia communiter possidere. Hæc autem facere voluistis non coacte sed sponte, & vsque ad mortem viuere sine proprio profiteri voluistis. O presbyter attēde, & vigilanter attende quod promittere tuum fuit, sed dimittere non est tuum. Alligatus es vxori, noli iam querere solutionē. Absolutus es ab vxore, noli iam querere vxorem, quia mecum habes causam. Ligasti te mihi, nunquid te cōpuliū nunquid te rogavi vt venires: nunquid applausi promittens hæc & illa? Absit omnino. Igitur esto fidelis, & dabo tibi coronā vitæ. Noli mihi resistere, sed esto vsque ad mortem obediēns. Noli mihi resistere, quia omnis potestas à deo est, & qui potestati resistit, deo resistit. Nō tamen veni vt super vos potestatem haberem, sed tantum vt cum fratribus meis viuere in solitudine. Et ecce nunc episcopus sum, & pauperem me esse non erubescō. Quare? Quia pauper, paupertatē seruare promisi. Cauete igitur ne me pauperem derelinquatis. Pauperes mecū esse voluistis, cauete ne à diuitiis capiāmini. Voluntas mea fuit, vt semper toto affectu pauperes simus. Quod & si non fuerimus, hæc paupertas quam foris gerimus, non paupertas, sed grandis miseria estimāda est. Nolite ergo mihi resistere, quia omnis potestas à deo est. Non etiam contemnenda sunt potestates siue mundi siue Ecclesiæ sint. Potestates enim omnes à deo ordinatae sunt, nam dominus dum leprosos curasset, eos ad potestatem misit dicens, Ite ostēdite vos sacerdotibus. Et ad Samuelem cum sperneretur à ludæis, ait dominus, Non te spreuerunt, sed me. Et ad Moysen, Homo quicūque fecerit superbiam in sacerdotem aut in iudicē, morietur. Cauete ergo sacerdotes, ne aliquis vestrū audeat insurgere contra præpositum vel presbyterum, qui omnium vestrum curam gerit. Ipsi enim positi sunt in Ecclesia ad nostram vtilitatem, vt prouideant quid agere debeamus, vt etiam pro nobis rationem deo reddant, & vnitatem Ecclesiæ custodiant, de qua dominus nos voluit esse sollicitos, ne tanquam oves non habentes pastorem per diuersos errores ab vnitatē fidei diuisi essemus. Sicut enim vnus est dominus & vnus pastor, sic & vnum ouile esse voluit. Propterea noluit dominus scindi tunicam inconsutilem quæ integra erat, quia non patitur Ecclesiæ violari vnitatem. Ideo Paulus ait, Obsecro fratres per nomen domini Iesu Christi, vt non sint in vobis schismata, sed seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nam sicut multi radij procedunt ab vno sole, & tamen vnum lumen est, ita & nos multi ab vno capite procedentes, omnia pacifice & communiter possidere debemus. Insurgūt enim frequenter inter nos tēpestates inimicorum volentium nostras cōcordias rūpere, & discordias seminādo vnionem pacis extinguerent. Aggrediuntur nos frequenter leones teterissimi, vt caput feriēdo, mēbra saltem moueantur terrore. Et quod grauius mihi est, non solum à malignis spiritibus sæpe

Galat. 1.

1. Cor. 7.

Apoca. 2.

Philipp. 2.

Roma. 13.

Lucæ. 17.

1. Reg. 8.

Deut. 17.

Hebræ. 13.

Ioan. 10.

Ioan. 19.

1. Cor. 11.

Tonus decimus.

mala patimur, sed etiā à domesticis dilaniamur, & frequenter peiora sunt intestina bella, à quibus nō cauetur, quā forinsecas, quæ præuidentur. Ecce enim Abel iustus à domestico fratre occiditur. Esau fratrem fugientem persequitur. Ioseph à fratribus venditur, & à discipulo saluator traditur. Hæc omnia mala facta sunt, quia obedire neglexerunt. Similiter accidit Ianuario nostro qui columna obedientia & paupertatis inter nos esse videbatur, cuius perditionem frequenter flere & vlulare debemus, nam ad nos cum lachrymis venit, & paupertatem quādiu viueret seruare promisit, & tamen vineam & agrum nobis ignorantibus in seculo possidebat. O professio mortifera, & proditoria promissio, ore dicebat quod corde odiēbat. Sanctum credebamus, qui omnibus peior erat. Et sic annis duodecim & amplius Ianuarius noster vt vidistis & audistis, male vixit & male moritur. Quare vel quomodo male vixit, nisi quia quod suum non erat, secrete tenuit. Quomodo etiā male moritur, nisi quia in fine se non cognouit, & obstinatus in suo sensu, nobis ignorantibus testamentum fecit, & filium quem habebat in seculo ditauit? O vtinam saltem in fine hoc nobis dixisset, vt orantibus nobis veniā impetrasset, sed nec confessus fuit, nec cum fecisset penituit, propterea de meis non est, nec dum viueret erat. Ligatē igitur manus cadaueris eius, ponentes in panno ligatos centum & vndecim scielos, quos in pariete cellula retinebat, flentes & dicentes, Pecunia tua tecum sit in perditionem, Non enim licet nobis seruis dei eam collocare vel ponere in victu vel in vestitu vel in opere monasterij, quia precium damnationis est. Eia igitur sacerdotes dei cauete ne deficiatis in tentationibus, cauete ne rebelles mihi sitis publice vel occulte. Si quis mihi fideles, sitis mihi & obediētes. Et si vobis gratus est, & molestum, egredimini foras, pergit ad fratres meos, & discite ab eis, quia mites sunt & humiles corde, pauperes spiritu & filij obediētia. Egredimini foras, & quid estis, & quid ipsi sint considerare vos volo. Nunquid & vos tales estis quales & ipsi sunt? O vtinam tales essetis, quales & ipsi sunt. Vos enim voratores estis, & ipsi sumus sobrietatis. Vos discursores ciuitatis, & ipsi visus hominum fugiunt. Vos impudici, & ipsi casti. Vos derisores, & ipsi feruentissimi oratores. Vos pellicibus cuniculorum vel variorum ornatu inceditis, & ipsi ouino colore nigerrimo asperimōque induti sunt: præter ea quæ intrinsecus sunt. Vos delicatē pasci summē curatis, carnes varias affectantes, & ipsi postquam eremum intrauerunt nūquam carnes sumperunt. Vos vita electa & inebriantia quaritis, & ipsi pauillum aquæ recipiunt: Vos balteis militum mudo apparere desideratis, & ipsi zonis camelorum renibus succincti more Helix & Ioannis sunt decorati. O vinea mea electa ego te plantaui, caue te deprecor ne conuertaris in amaritudinem, ne me pauperem dimittas, & Ianuarium diuitem sequaris. O vinea mea foelix, cuius botrus summe pertimesco ne sit in fine amarissimus. O quid faciemus tunc in die illa calamitatis, in qua deus pater dicit filio. Voca operarios & redde illis mercedem? Tunc ante iudicem audietur vox rebellionis vestrae quid promiseritis, & quomodo ea seruare voluistis. Fugere mundum & quæ mundi sunt contemnere promissistis, & ecce iam rebelles totis affectibus in mūdānis præoccupati estis. Cur ergo murmura stis, si in his paschalibus diebus præsentialiter vobiscū nō fuit? Placuit enim mihi segregare me à vobis, & pergere ad fratres meos in solitudine, quos vt frequenter dixi, tales

Gen. 4.  
Gen. 27.  
Gen. 37.  
Matth. 28.  
De Ianuario sum pmt occasionem ex Augusti. n. libris.

E.

Acto. 8.

Sacerdotes Augustini tēpore dicebantur Episcopi, nec presbyteri tūc vivebant in eremo.

F.

4. Reg. 11.  
Matth. 3.  
Hier. 2.

Matth. 20.

N inueni



G inueni quales inuenire desiderati. Cur ergo turbamini? Nunquid ipsi vere pauperes? Nunquid obediens? Nunquid mundum & pompas eius conculcauerunt? Nunquid in forma viuendi vos multo tempore praeserunt? Nunquid vere fratres mei & patres sunt? Nunquid per eorum exempla ad viam veritatis perueni? Nunquid eos semper dilexi, & eorum sanctam conuersationem semper desideravi? Nunquid etiam per Simplicianum Liguriensem in fide instructus sum? Cur ergo murmuratis? Cur de mea absentia dolorem habere ostenditis? Facite quae placita sunt mihi, & tunc ubicunque fuero, vobiscum ero usque ad consummationem saeculi. Deceueram enim cum eisdem rusticis meis in charitate humiliter habitare usque ad festum sanctae ascensionis domini, nec ad vos redire optabam, quousque vos emendatos esse cognouissem. Sed quoniam Fortianum aduersarium ad partes occulte velut lupum peruenisse iam sentio, ideo concupiscus reuersus sum ad vos, cupiens illum videre, & cum eo pariter disputare, & illum conculcare domino auxiliante, qui totis viribus dissipare conatur & iugulare filios, quos peperit in visceribus charitatis. Orate igitur, & nos vobiscum orare volumus, desinentes de mea absentia amplius litigare. Orate & nolite deficere, ut Fortunatum Manichaeorum presbyterum sicut publice sanctae Christianae fidei insidiatur, ita & nos cum suis dei gratia coadiuuante publice eum superare possimus. Orate sine intermissione, ut manere digne possitis in vocatione clericorum, qua per gratiam dei vocati estis, ut dum vocabimini, mercedem in die nouissimo accipere mereamini, & non sicut ficus absque fructu maledicamini & succidamini & in ignem mittamini, tanquam destructores legis terram occupantes & pereuntes in iniquitatibus vestris. Aduuert autem vos ipse deus ad perficiendum mirabilia de lege sua, qui est benedictus in saecula. Amen.

De misericordia. Sermo VII.

**R**atres charissimi, annuncio vobis gaudium magnum, quoniam Fortunatum Manichaeorum presbyterum dei gratia superauimus, & obstinatus in suo sensu velut alter filius perditionis a plebe nostra recessit confusus. Post cuius recessum baptizauit fere sexaginta paganos, qui sibi aliquantulum adhererant. Et ecce modo reuersus sum ad vos cupiens perficere opus quod incepi. Beati igitur misericordes, quoniam misericordiam consequentur. O si diligenter consideremus misericordiam dei in nobis possemus habere miserendi formam. O fratres mei quid Christum incarnauit nisi misericordia? Quid eum subiecit nostrae misericordiae, nisi sola clementia? O beata misericordia, quae sola commercium nostrae salutis agnouit. Sola enim misericordia ad deum dirigit hominem, sola ad deum deducit hominem, sola deum deducit ad hominem. Haec est sola mediatrix, auersos consolans, haec disunctos copulat, haec sola deum humilians nos sublimat. O quam pia fuit dei descensio, ut nostra esset gloriosa assumptio. O gradus misericordiae, o infinita, tu sola potuisti trahere deum de caelo ad terram, & nos de exilio ad regnum erigere. O magnum misericordiae vinculum, quo deus ligari voluit & potuit, & homo ligatus vincula iniquitatis dirumpit. O monache si tuam considerares misericordiam, & opera dei erga te, non inuenires nisi misericordiam. Misericordia est si flagellat deus ut emendet, si a peccato per tribulationem liberat, si hypocritas & tyrannos regnare permittit. Haec enim omnia deus cum misericordia facit, cupiens nobis vitam eternam donare. Attendite ergo fratres mei attendite, nam

in pastore vel iudice debent esse simul misericordia & iustitia. Misericordia enim sine iustitia destruitur & in crudelitatem conuertitur. Et iustitia sine misericordia, nunquid accepta est apud deum? Absit. Iustus enim & iniustus, beatus & damnatus misericordiam cum iustitia semper agit omnipotens deus: quia beatus dat gloriam quam non merentur habere quibuscumque bonis commissis & malis dat poenam, quam maiorem merentur habere de malis commissis. Estote ergo fratres mei misericordes, sicut pater vester misericors est. Estote misericordes pensantes quantum Moyses in misericordia floruit propter populum, pro cuius salute petiit deleri de libro vitae, & quanto iterum zelo rectitudinis cum obtinuisset veniam ait ad populum, Ponat vir gladium super foemur suum. Ecce qui vitam omnium cum sua morte petiit, paucorum vitam gladio destruxit, intus igne amoris, & foris accensus zelo iustitiae & seueritatis, utrobique fortis legatus, causam populi apud deum precibus, & causam dei apud populum gladiis allegauit. Studeamus igitur fratres mei, misericordiam dum viuimus rapere. Cibetur a nobis esuriens, vestiatur a nobis nudus, recipiatur a nobis peregrinus, consoletur per nos pupillus, visitetur a nobis infirmus, sepeliatur a nobis defunctus. Ista enim sunt opera misericordiae de quibus interrogari debemus in die nouissimo. Sed dicetis, Ecce in eremo sumus, pauperes videre non possumus, & orphanos, pupillos & viduas quomodo consolari valeamus? Mortuos sepelire quomodo possumus? O fratres mei bene scio vos in eremo esse, nec pauperes vos videre credo, nec vos monasterium exire cupio ut matres vel proximos consolari possitis. Quam plures enim cognoui pro hac causa monasterium exiisse, qui tamen ad monasterium nunquam reuersi sunt. Sub specie enim boni multa mala sunt. Ecce enim diabolus dicit, O monache an ignoras tuam matrem dolere? Ecce nuper maritum amisit, filium sepeliuit, possessionem perdidit, infirmatur ad mortem, vellet forsitan confiteri, quid in eremo agis? Quid cogitas? Surge velociter, egredere monasterium, ingredere ciuitatem, penetra domos pariter, exerce in eis opera misericordiae. Hoc enim deus vult, hoc fieri praecipit. Dum enim seruus dei hoc cogitat, aliquando exit monasterium credens benefacere. Et ecce enim dum appropinquat, mater filium osculatur, pater amplectitur, fratres applaudunt dicentes, Noli nos derelinquere, Fratres enim sumus, pater noster antiquus est, tibi incumbit familia regere. Quid ergo amplius ad monasterium redire praesumis? Et sic audit consentit, & consentiendo remanet, & in saeculo remanendo omnibus peior efficitur, & quicquid boni fecit amittit. Cauete igitur fratres mei, cauete a malitia diaboli, exercere vos volo opera misericordiae, & si in saeculo non habitatis, nec inter gentes, exercere tamen opera misericordiae bene potestis orando, obsecrando & deprecando pro orphanis & pupillis. Et si hoc non videtur vobis sufficere, pesare debetis quomodo centum & plures in monasterio simul habitatis, & saepe infirmamini, saepe a diabolo affligimini, saepe patimini, nunquid & saepe morimini? Exercere ergo potestis etiam inter vos opera pietatis. Sed dicet quis ex vobis, Patrem in saeculo habeo, & ego usque ad mortem in monasterio viuere deo promisi. Ecce enim pater infirmatur, non potest sine me viuere. Quid ago? quid eligo? Si exiero, votum frango: si stetero, patrem mori permitto. Quid ergo? O fratres mei attendite quid agere debeatis sicut pater mihi occurrit. Nam si pater alicuius sine filio monacho viuere nullatenus potest, procurare debet filio quomodo de

A do de bonis monasterij patri subueniatur. Et si monasterium impotens fuerit, filius toto affectu videat quomodo patri non deficiat. Et si non viderit, cum dei benedictione monasterium de licentia maioris exeat, & verbo & opere patri subueniat ut non deficiat ex negligentia, nec votum frangere credat. Si post eius patrem viuendo remanserit, statim ad pristinam vitam redire non pigeat, sancte & iuste viuendo, sicut inceperat, & tanto fortius quanto senserit se plus in paterno ministerio ultra necessitatem grauatum. Nullus igitur erit qui se a misericordia exculare poterit, nec diues quia habet, nec pauper quia saltem calice aque frigida non caret, nec monachus, quia saltem & orare debet. O homo qui crudelis es in alterius iustitia, te ipsum prius agnosce. Nam si bonus es o monache, cadere facilius potes: si diues es, donum fortunae est non naturae: si sanus es, ecce infirmitas instat: si sapiens es, non habes constantiam. Igitur circa omnes tam sapientes quam insipientes, tam circa sanos quam infirmos, tam circa nobiles quam ignobiles misericordiam habe: O homo quid de te erit, si saluator tuus clemens & pius fuerit, & tu misericordiam ignoraueris? Nascatur fratres mei misericordia inter vos, non tamen ex negligentia, non ex pusillanimitate, non ex indiscretionem, non ex animi infirmitate, sed omnibus modis sit circumspecta, ut sic suam retineat proprium, quod iustitiae non auferat debitum. O monache vide sancti Iosephi misericordiam, quae fratrum suorum est oblita iniuriam. Legite fratres Dauid clementiam, qui filij persecutis desolebat dementia. O monache si clausura viscerum misericordiae indigent, omnino claudatur tibi ianua Christi, haec enim porta domini, & iusti intrabunt in eam. Haec nonnunquam testamētum illuminat, & vester rigorem extenuat. Hoc est lignum quo Moyses aquas dulcorauit, hoc est sal quo Helisaeus aquarum sterilitatem sanauit, haec est farina qua Helisaeus mortem quae in olla erat extirpauit: Hoc est oleum quod Samaritanus in fudit vulnerato. Haec est aqua Iordanis qua curatur lepra Naaman Syri, haec sola virtus est qua diuidit inter crudelem & piuum, inter regem & tyrannum. O monache ubi esses, si tibi dei misericordia non subuenisset? Si enim deus tecum ageret districta sententia, non posses cogitare poenam, quae responderet tuis meritis. Omnia enim attribue dei misericordiae, & si a simili misericordiae expendas in usum proximi, non sis auarus in miserando, cum sis expertus largitatem esse in deo. Amate ergo fratres mei misericordiam, quia nunquam vidi piuum hominem mala morte finire, quam misericordiam faciat vobis deus, Amen.

De obedientia Sermo VII.

**R**atres mei dilectissimi, obedire oportet deo in omnibus si saluari cupimus in eremo. Et si difficile nobis videtur, considerare debemus obedientiam filij dei & nostram deponere contumaciam non differamus. Ipse enim dei filius obediens fuit usque ad contumeliam crucis, & nos contemnimus eius obedire praecipitis: Christus enim obediens fuit usque ad mortem, non pro sua, sed pro nostra utilitate. Estote ergo non pro sua sed pro vestra utilitate & salute in omnibus sibi obediens. Ecce enim fratres angelus in omnibus obedit deo, & tu qui cinis es & vermis contradicis deo? Insensibilia obediunt deo, & tu rationalis resistis deo? Sol a sua semita non deuiat, nec luna, nec stella. Omnia enim caelica suis indulgent officiis, tu vero dei voluntati in omnibus quasi resistis. Ad nutum dei campi floribus decorantur, terra imbribus fecundatur, frondibus Tomus decimus.

crispatur sylua, in nemoribus citharizat auicula, omnia deo obediunt, solus homo dei voluntati resistit. O monache lege quod dicitur, Melior est obedientia quam victima. Quae causa est, nisi quia in victimis aliena immolatur caro, sed in obedientia voluntas propria & caro mactatur. Estote ergo obediens, ut deum placare possitis de peccatis commissis. Tanto enim citius placat homo deum, quanto repressa arbitrij sui superbia gladio praecipi se immolat. Cauete tamen in obedientia fratres mei. Sub ipsa enim potest latere fel draconis sub specie mellis, lupus sub pelle ouina, in potu dulci venenum saepe latitat, & in olla saepe mors ponitur. Attendat ergo qui praecipit, & qui obedire intendit, quod obedientia sit honesta, & omni discretionem ornata seu decorata. Nam si discreta non fuerit, crudelitas existimanda est. Si honesta non fuerit, nullatenus obedire debemus. Verbi gratia. Si nobis praecipitur quod deum non diligamus, vel quod deum odio habeamus, nunquid obedire debemus? Nunquid vel ipse deus hoc praecipere potest? Honestam igitur fratres debent praecipere & iusta, & si honesta vel iusta non fuerint, nullatenus obedire debemus, etiam si Apostolus nobis hoc indicauerit. Tenete igitur fratres & in cordibus alligate, quod obedientia sine discretionem casta est & vana, non ex parte obediens, sed praecipientis, & obedientia honestate priuata superbia est, & venit ex utriusque parte consentientis & praecipientis, & in die nouissimo pari poena punientur. Custodite quod praecipitis, caute & ponderate quod imponitis. Nam quotienscumque obedientia honesta & iusta non fuerit, totiens ad irregularitatem se deuenisse pastores agnouerint. Obedientia igitur fratres mei tunc vera, tunc sancta, tunc meritoria est, quando dicata est discretionem, honestate, iustitia & humilitate. Ista enim sunt sociatae sanctae obedientiae, sine quibus omnino obedientia vana est & inutilis. Haec est illa obedientia quae concordiam conseruat in angelis, pacem nutrit in monachis, tranquillitatem generat in ciuibus. Haec est illa obedientia, sine qua res publica stare non potest, sine qua familia aliqua regi non potest. O quam enorme vitium quod obedientiae contrarium fuit, per quod diabolus caelum perdidit, per hoc homo paradysum amisit, per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amoris diuini. O sancta dei sponsa obedientia, tu perfecta scala qua caelum ascenditur, tu quadriga qua Helias vectus est in paradysum, tu porta paradysus fidelium & clausura reorum inferni. O sancta obedientia, tu humilitate nutris, tu patientiam probas, tu mansuetudinem examinas. Estote ergo fratres cum Abraham obediens, reddentes quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt dei deo. Tunc vero reddimus Caesari debitum suum, quando dulcia praelatis nostris reddimus. Haec enim dulcia consistit in reuerentiae exhibitione & dilectione. Hoc autem facere debemus non solum pastoribus, sed & sanctis dei, & tunc reddimus per obedientiam quae sunt Caesaris Caesari. Sed tunc reddimus quae sunt dei deo, quando in latraria perseveramus. Haec enim soli deo conuenit. Haec enim consistit in oratione & gratiarum actione, cultus exterioris exhibitione, & interioris mentis deuotione, Quod facere nos & perseverare nobis deus praestare dignetur in aeternum benedictus, Amen.

De perseverantia Sermo VIII.

**R**atres mei sicut ait Apostolus, non potest coronari nisi qui legitime certauerit. Nullus enim legitime certat nisi qui in campo usque ad finem certat: & si certat usque in finem, legitime certat, ideo merito coronatur. Non est igitur magnum bo

Matth. 23.

1. Retra. 15. Bellum figuratum.

1. Theof. 5.

Matth. 21.

Rufus ex historia scripta occisum.

Matth. 5.

Luce. 6.

Exo. 32.

L.

Matth. 10.

Gene. 45.

2. Reg. 18.

Psalm. 117.

Exo. 15.

Luce. 10. 4. Reg. 5.

Philip. 2.

1. Reg. 15.

4. Reg. 42.

E.

Gene. 22.

Matth. 22.

Dulia.

Latraria.

1. Timo. 2.

**G**num inchoare quod bonum est, sed consummare, hoc solum perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur, sed deficiunt in via, multi exeunt in desertum, sed pauci perueniunt ad terram promissionis. O fratres mei nō tadeat incipere magna, nec fastidiat tenere inchoata, scientes quod perseverantia informat meritum, colorat boni propositum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit cunctos ad portum. Hæc est tunica talaris sancti Ioseph vsque ad finem contingens. Hæc est tunica sacerdotalis vsque ad pedes pertenuens. Hæc est cauda hostiæ, quam tenemur reddere deo & offerre. Hæc est calcaneum bonæ operationis, quod contra serpentis morsum debemus obseruare. Hæc est virtus quæ deum ligat. Hæc est quæ omne bonū informat. Hæc est perseverantia, quæ laureantur martyres, quæ virgines coronantur, quæ sacerdotes sublimantur & confessores. Hæc est vestis sine ruga, tunica sine macula, bonitas sine malitia. O monache qui bene incepisti, caue ne cadas, caue ne ad tempus virescas, & in tempore afflictionis marcescas. Caue ne fœno compareris, quod nūc nascitur & statim marcescit. Laboremus ergo fratres, & laborantes perseveremus, laboremus vt perseverantiam habeamus. Laborent monachi omnes vt retineant, laborent virgines vt se informant, laboret vidua vt in ipsa perseverent. Attendite tamen fratres, nam diabolus quandoque seruos dei ad bonum incitat & conducit, vt de bono gratius eliciat malum. Contra hunc diaboli insultum valet sola perseverantia, vt bono sine bona concludantur initia, vt principium medio, medium ne discrepet ultimo. Bonum enim inchoare & malo sine concludere, quid aliud est quam monstruosas res conficere? Illa enim actio quasi chimæra est, quæ initium habet à ratione, sed finem à sensualitate. Cū enim sic agitur, humano capiti cervicem pictor equinam iungit, & superinducit infructuosas plumas. Caue ergo o monache ne actio tua monstrum maneat. Enormis enim erit fœtus ventris si capiti non correspondeat finis. Quidam enim habent initium bonum, quorum vita monstrum est mirabile quasi hominis prætendens eaput, sed medium in luxuriam descendit, ventremque omnium habet & ad vltimum in rapacitatem lupi pedes ostendit. O monache, quid tibi prodest bonum inchoare, & non finem concludere? Si donum virtutis amittis, damnium incurris, & græde supplicium promereris. O quam tibi melius fuisset viam veritatis non agnoscere, quam post agnitam retroire per inconstantiam. O monache leuis reputaris per tuam apostasiam, cum Iuda incurris mentis instabilitatem, postponis deum, amittis amicos, spiritum & spem perdis, odio à cunctis haberis, & velut omnibus peior apostata comprobaris in vita. O monache atrede, quia nisi perseveraveris, morieris. Igitur si incepisti edificare, perfice: si nō incepisti, incipe. Si obtulisti florem iuuentutis tuæ diabolo, saltem fecerit senectutis tuæ immolare non differas Christo. Ipse enim misericors est & recipiet te libeter, & dabit tibi stolam candidam, & anulum in manu tua, & calciamentum in pedibus tuis. Tunc inueterate olim diebus malis, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua durās in æternum. Incipite ergo fratres mei & perseverate reducentes vobis ad memoriam à quanto bono recessit Iudas, & quomodo feruenter bene agere cepit, lingua vobis exprimere nullatenus possem, quomodo tamen perseverauerit, scitis. Ecce enim Salomon per incōstantiam corruit: sic & Saül, sic & multi alij, quia multorum incipere fuit, sed perseverantium parvus est numerus.

Cauete ergo quomodo caute ambuletis, considerantes K quod qui se existimat stare, caueat, ne cadat. Felix ergo est qui beneficiando perseverat vsque in finem. Quod donum præstet nobis ille qui pro nobis mori dignatus est, Amen.

De ira fugienda. Sermo IX.

**F**ratres mei dilectissimi, sicut omnium habere memoriam & in nullo errare non humanitatis sed deitatis solum est, ita turbari, obliuisci & pati, solum humanitatis est, & non deitatis. Nam deo non mentitur vt homo, nec vt filius hominis iratur. Humanum est ergo fratres mei turbari & irasci & irā incurrere, bonorum & malorum communis est conditio, sed in ira vel odio perseverare diabolicum est. Ideo vos qui spirituales estis maxime attere debetis, ne ira in sinu stultorum requiescat. Fatuus enim statim iram suam indicat. Fortiter tamen spiritum irascibilem continere magnæ prudentiæ est & perfectionis. O monache noli irasci, nā nomen & habitus sanctæ religionis in hac vasta solitudine portamus. Custodite igitur vos ab omni turbatione, non enim decet seruos dei turbationem incurrere. Nunquid enim proderunt nobis nostra ieiunia, nostra abstinentia, nostra sacrificia: Ab ira denique fratres mei procedit rancor, à rancore odium quod est ira inueterata in animo, inde nascitur homicidium, & si non opere, saltem voluntate inde cōtumelia, inde detractio, inde susurratio, suspicio & iniuria, quæ sunt opera carnis & diaboli. O monache depone iram, destrue rancore, mitiga furorem ne filius perditionis efficiaris. O quam melius esset monacho in seculo vivere pacifice, q̄ in monasterio cunctis bonis ornatus in ira & furore litigare & odiū in corde tenere. Nec deum laudare nec ab eo exaudire meretur qui odium seruat in corde. Qua frōte o monache, quo affectu, qua deuotione à deo potes veniā postulare si fratrem dū odis petis quod tibi dimittat, sicut & tu debita dimittis? Crede igitur mihi quod tantū tibi dimittet, quantum & tu dimittis alteri. Dimittamus ergo fratres mei irā quæ recte significatur per Lazarū quadrivanū fœtidum, quia qui irā in corde portat, infamiae fœtor statim eū corrumpit. Si ergo ira in animo nascitur, mox refrena eā, allide eā ad petram, suffoca eam exemplo tui saluatoris, qui percussus in vnā maxillarum mox præbuit alterā. Nam si hoc prior ipse nō fecisset, mihi nunquā facere præcepisset. Eia ergo discite fratres mei ab illo qui dixit se esse humile & mittem. Discite opere, quod saepe legistis ore, Sol nō occidat super iracundiā vestrā. Si enim frater tuus in te peccauit, vade ad eū & inuita eum ad pacē, da ei osculū & lucratus es fratrem. Tu vero qui offendisti nō differas pergere, nō differas fratrem recōciliare, vade ad eum, pete veniā. Et si verbo offendisti & tu verbo recōcilia: si vero factō, quod deus auertat, placā eū factō. Sic enim decet seruos dei facere, sic decet eos dæmones expellere & sanctos angelos introducere: nā vbi ira regnauerit, ibi omnino princeps diabolus erit, nec inde aliquid boni exire poterit. Fugiamus igitur iram fratres mei, quæ rationem suffocat, mēsurā iustitiæ ignorat, solem iustitiæ nescit, amicitias rumpit, de facili aufert pacem mētis, sapientiā calcit, sapiētes infatuat, monachos deuia, sacerdotes suffocat, castitatem euacuat, grauitatē in pastoribus dilacerat. Nec ira repletus, cōsiliij potest esse capax. O monache intueri caput tuum, nā in cruce positus pro suis crucifixoribus exorauit. Et primicerius martyr Stephanus pro suis lapidatoribus genua flectendo clamauit, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sed si non

Gene. 37.

Horatius de arte poetica lib. primo.

2. Pet. 2.

Psal. 102.

3. Reg. 11. 1. Reg. 15.

Ecclesiastes 7. Prouer. 12.

Ioan. 11.

Math. 11. Eph. 47. Math. 5.

Acto. 7.

**A** non tanta perfectionis sumus vt bonum pro malo solnamus, saltem pro malo malum non reddamus. Nō tamen per pusillanimitatem remittendæ sunt iniuriæ, sed per sapientiam quæ est in Christo Iesu. O quanta fratres mei huius peccati labes. O quam grandis & lata miseria tam corporis quam animæ, nam corpus quietem, somnum & alacritatem amittit, sed & anima vitam perdit æternam. Veniunt enim & reuertuntur ad nos per iram pristina peccata, & sic cōfundimur & damnamur. Nos vero fratres qui Christiani veraciter sumus, relinquamus vindictam illi qui ait, Mihi vindictam, & ego retribuā. Quicquid enim ad te pertinet, dimitte illi. Nunquid ipse mirabiliores vindictas facit quam nos imaginari possumus? Nō tamen hoc sibi petere debemus, nec affectare, sed pro eis mētē & puro corde orare. Nā dum nostras iniurias facere petimus, quod dei est vsurpam. Orare tamen sine intermissione debemus, vt vindicet sanguinē suorum seruorum, non ad damnationem, sed ad correptionem qui est benedictus in secula, Amen.

Dante. 23.

1. The. 5.

Gene. 24.

Gene. 24.

3. Reg. 11.

Lucæ. 7.

Lucæ. 10.

2. Cor. 11.

De puritate conscientie, amore tribulationū, & spe qua per illas ad celestia inuitatur.

Sermo X.

**A**D spiritale gaudium hodierna die fratres dilectissimi intendo vos inuitare. Quod quidē gaudium non operatur diuitiarum copia, non fallax mundi gloria, non prolis fecunditas, non corporis sanitas, sed tantum conscientie puritas. O felix cōscientiæ puritas, o felix sanctæ conscientie iocunditas, quæ vermem interiorem excludit, quæ à carcere doloris liberat rationem, quæ ab omni immunditia purgas mentem. O mens sancta, paradisiu deliciarum, variis bonorum operum virgultis confita, variisq; virtutum florib; purpurata, & suauiter celesti gratia irrigata. Hæc est fratres mei paradisi in qua plantatur lignum vitæ & celestis sapientiæ. Hæc est thalamus dei, palatiū Christi, habitaculum sancti spiritus. Hæc est thron; Salomonis, lectus sponsi celestis, in quo ipsa conscientia bona optime delectatur: & requiescit cum sponso suo. O conscientia in te, & tibi occurrit Rebecca cum Isaac veniente de agro. In te delectatur Iacob cum Rachelis coniugio, in te Sunamitis Abisac regem David, iocundis fouet amplexibus. O conscientia sancta, in terra adhuc es, & in coelis habitas. Gaude o anima anima sancta, sancta conscientia decorata. Gaude celesti & æterna gloria. In ea fratres charissimi Magdalena illa ignifera, Christo preciosa offert vnguenta. Ibi Maria optimam partē elegit quæ non auferetur ab ea. Eia ergo fratres si ad hanc gloriam cupimus peruenire, prædictam nostram conscientiam diligenter nunc discutiamus, & ibi literam luxuriæ perlegamus, apicem superbiæ, notam auaritiæ & thecā inuidiæ prospiciamus, & deleamus ea per confessionem, per cordis contritionem, per veram satisfactionem, & tunc merebimur per gratiam adipisci gloriam illam quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ deus præparauit diligentibus se. O fratres mei & læticia cordis inei, festinemus ingredi hanc sanctam sanctorum. Tunc enim habebimus bonum quod non perdemus, tunc accipiemus perfectum bonum quod nō amittemus. Amare tamen debemus si ad hanc gloriam peruenire cupimus, tentationes, fames, tribulationesque singulas. Nam sicut in fornace purgatur aurum, sicut lima purgat ferrum, sicut flagellum separat à grano paleā: sic in fornace tribulationum patientia exercetur, fortitudo roboratur, constantia solidatur, spes ad celestia inuitatur. O spes sanctorū

& turris fortitudinis eorum quæ non confundis, sed te expectantibus gratiam infundis, non cadas, sed illuminas, non famelicas sed reficis. O felix spes celestis, tu timorem seculi expungas, consolationes mundanas extirpas. Per te timor non augetur, per te falsa cupiditas non somniatur, per te luxuria conuulsatur, per te superbia auellitur, per te inuidia non dominatur, per te cuncta vitia terminantur. O spes celestis curiæ, in te regnat charitas, quæ credit omnia quæ ad salutem pertinent, omnia sperat quæ promissa sunt. O fratres mei, quis hominū potest mentem seruorum dei infirmare, si apud deum spes celestis pro eo allegat? In quo nocebunt eis tyrannorum fulmina, fortunæ præcipitia quid agent? O spes tu cogitationes dirigis, tu in charitate altitudinē ponis, vt in ea perseveremus vsque ad mortē, tu in charitate latitudinem extendis vsque ad inimicum. O spes celestis gloriæ, per te Patriarchæ mala patienter sustinuerunt, per te Propheta cuncta mala portauerunt, per te Apostoli ad moitem gaudenter perrexerunt, per te martyres afflictū sunt, per te virgines combustæ sunt, per te confessores vituperati sunt, per te viduæ castitatem astringunt, per te maritata lumbos præcingunt, per te pupilli, languentes & orphani sperant ridere, per te pauperes confidit gaudere, per te peregrini sperant terminum & ad finem laboris peruenire. O spes tu omnia portare facis dulciter & suauiter. Eia ergo fratres hanc amate, hanc tenete, non tamen sine timore, quia qui sperat & non timet, negligens est: qui autem timet & non sperat, depressus est & descendit in profundum quasi lapis. A quo descensu liberet nos ille qui de caelo descendit, vt nobis vitam donaret & ascensum Christus deus noster: Amen.

De lacrymis, compunctione & penitentia.

Sermo XI.

**C**itote fratres mei charissimi quod post mundi gaudia sequuntur æterna lamenta, quia nemo potest hic & in futuro gaudere: ideo necesse est vt vnā amittat, qui aliam voluerit possidere. Si ergo o monache hic gaudere cupis, scias iam te exulem esse patriæ celestis: sed si hic ploraueris iam patriæ celestis ciuis constitueris. Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed dicit quis, Quid flere oportet, & quare flere debemus? Ego autem filioli & fratres dico quod flere debemus peccata quæ commisimus. Iste enim fletus sit panis noster, quæ quotidie comedere debemus die ac nocte. Flere etiam debemus populorum peccata, quasi nostra vulnera. Sic enim Paulus faciebat, dum clamabat, Quis infirmatur & ego non infirmor? Flere etiam debemus de dilatione regni æterni, quod bene ostendebat ille Propheta David dum dicebat, Huiusmodi mihi quia incolat; meus prolongatus est. Iste enim sunt tres miseriæ, quibus rexitur liber Hieremias, quibus plangit peccata anime, insultum miseriæ, & dilationem patriæ. Horū fletuum imbribus debemus irrigare terram mentis nostræ, vt patriat fructus bonorum operum diuersosq; flores virtutum. Isti quoq; fletus sunt tres fluctus per quos filij Israël transierunt ad terram promissionis. Vere peccatores ex Aegypto vitorum exeunt, mare rubrum transeunt, dū submerguntur hostes, & vitia suffocantur. Vere cātant domino gloriose, dū intrantes celestē Hierusalē, deposita corruptibili veste, sanctis angelis sunt sociati. O monache fac igitur vt mens tua sit liber quæ vidit Ezechiel, in quo scriptæ erāt lamentationes & væ. O monache ad has lamentationes te cōuertas, hos dolores amplectere cūctis diebus

E

g

Math. 5.

F

2. Corin. 11.

Psal. 119.

Exo. 14.

Ezechiel. 2.

**G** diebus vitæ tuæ, flendo tua peccata, & non solum vt diximus tua, sed & pximi. Caueto tamen ne flueris mortem corporalem alicuius, nec substantiarum amissionem, nec corporis infirmitatem. Omnia enim necessaria sunt euenire, omnia hæc valde communia. Ponas ergo te in dei voluntate, relinquens sibi omnia, & ipse te reducet & conducet, quicquid tibi acciderit, libenter suscipe, deum in omnibus lauda, omnem honorẽ sibi exhibeas gratias ei soluendo: Quotidie fleas peccata quæ commisit, & quæ committere proximos videas, quasi tua sint vulnera. Sic enim peccatrix illa Maria non solũ in domo Simonis, sed etiam post aduentum sancti spiritus hoc idẽ ardentè perfecit. Semper enim dolebat, semper in vita sua flebat quæ commiserat. Sic fecit & Maria mater domini, quæ dum iuxta crucem staret, nõ sua peccata flebat, quia nullum peccatum habebat, sed flebat non tantum filij passionem, sed & Iudæorum damnationem. Sed dices, Mortuum fratrem vel amicũ video, naturalis infirmitas me inuitat ad planctum. Ego autẽ dico tibi monache, tempera luctum tuum. Non enim tuum est mortuos flere, sed seculi. Non tamen prohibeo lachrymas naturales, quas naturalis necessitas exprimit. Nam multi lachrymas fundunt, & quantum natura nos ad hoc frequenter inuitet, animus tamen sapientis immobilis perseverat. O tu qui sapiẽs videris esse in seculo, caue ne consentiat animus tuus mortuos deplorare. Stude vt luctus vincatur ab animo. Caue ne absorbeat animus tuus ab infirmitate mentis, & extenuet spiritus carnem vitio sensualitatis. O monache si mors imminet, noli dolere, prepara te ad mortem per mentis constantiam. Talem te prepara vt mortem timere non possis, vt post mortẽ viuere incipias, qui ante mortem moriendo vivebas, vel viuendo moriebaris. Cupis ergo o monache semper viuere, depone fletum pro terrenis, noli plorare quæ mũdi sunt, & quæ necessaria sunt euenire. Depone omnino fletum pro terrenis, & assume lamentum pro cœlestibus. Beati, inquit, qui lugent, beati qui fletis, quia ridebitis. Diligamus igitur lachrymas, quia iuuas sunt diligentibus deum. Delectemur igitur semper in hac infirma vita fratres mei in fletu & lamẽto. Suius tantum proni ad lamentum & fletum, quantum sumus ad culpam audaces. Qualis fuit nobis intentio ad peccandum, talis sit ad pœnitendum deuotio. Grauius peccata grauissimis lamentis indigent. Accipite fratres mei compunctionem, quia sanitas animarum est, remissio peccatorum est, sacrificium spirituale est, quod deo summe placet. Holocaustum medullatum, est cor peccatoris humiliatum, & quotidianis lachrymis rigatum. O monache punge oculum mentis, vt lachryma prodeat compunctionis. O compunctio quam sancta & mirabilis prædicaris, tu spirituale lacrum es, tu flagellum dei es per quod deus mutatur, tu stimulus per quẽ deus ad hominem inclinatur, tu ligamen per quod deus fortiter altringitur. O compunctio sancta & immaculata, sine qua adultis non valet baptismus, sine qua ad iudicium domini corpus recipitur, sine qua infructuosa est omnis confessio, sine qua omnis satisfactio inanis est. O compunctio lachrymosa, o lachryma mentẽ purgans, intentionem fecundans, confessionem irrigans, animam sanctificans. Hæc est lachryma sancta compunctionis soror, quæ motus illicitos extinguit, paradysum aperit, infernum claudit, mundumq; despiciere in cunctis facit. O felix lachryma, tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, virus culpæ euomis. O felix tabula, o vitalis nauticula, per quam nau-

fragus redire potest ad portum salutis. O aqua salutaris, K per quam omne peccatum destruitur. O via, per quam ad paradysum gradimur. O spirituale conductu, per quod de inuio ad viam transitur. O felix lacrum pœnitentiæ lachrymarum, quod totiens vales ad purgandum, quotiens purgatione indiget cor humanum. Hæc est fratres mei herba cœlestis illius fyllonis, qua vestes seruorum suorũ deturpatas à sorde quotidie purgat. Hoc est cœlestis nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum, abstergit maculas peccatorum. Hoc est lixiuũ, quo interioris hominis caput optime abluitur. O lachryma tu contra ruinas hominum suauẽ solatium, quæ passionis Christi es vicaria, contra peccatum ponens remedium, vt per te totiens cogatur Christus mori, quotiens labitur homo in abyssum peccatorum. O monache ergo à lachrymis quis continere se poterit? Intremus obsecro conscientias nostras, discutiamus eas, & si risimus in inuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo & quid diabolo tempore nostrẽ iuuentutis persoluimus. Et si antequam ad eremum peruenimus, visus nos incurruerit per concupiscentiam, si guttur per gulã, L si auditus per enormitatem verborum vel spontaneam detractionis audientiam, si lingua claudicauit in verbo, si olfactus errauit in odamento, si tactus fessellit in suauitate, si gressus ad furtum, si in his vel aliquo istorũ te inueneris culpabilem, abluẽ culpani per lachrymam: Iuxta quantitatem sordis mensura lachrymarum copiam, assumendo pœnitentiam, quæ mater est omnium bonorum. Timor autem qui pœnitentiam concupiscit, contritionem parit. Pœnitentia enim illa digna & bona est, quæ peccata peracta deplorat, sic vt deplorata iterum non committat. Quid ergo pœnitentia est, nisi antea de se flere, & flenda iterum non committere? Nam qui sic peccata deplorat vt iterum peccata committat, adhuc pœnitentiam agere ignorat. Nunquid & qui dissimulat irrisor est, & non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitentia? Pœniteamini igitur fratres mei, & pœnitentes pœnitentiam agite in fletu & lamẽto, vt digne ridere possitis in gloria beatorum: Amen.

De superbia & humilitate: Sermo XII.

**R**ates charissimi vbi superbia fuerit, ibi discordia & contumelia dominabitur. Non ergo decet seruos dei in eremo constitutos superbos esse sed humiles, non elatos, sed mansuetos, castos, benignos, & omnibus virtutibus ornatos. Cauete enim fratres & vigilanter semper attendite, ne superbia inflemini de bonis commissis, scientes quod superbia ex angelis demones fecit, sed humilitas homines similes angelis constituit. Superbia gloriam de cœlis deiecit angelicam, sed humilitas ad cœlos ascendere fecit infirmitatem humanam. O fratres mei caute, ne orantes, vel legentes, vel stantes, vel sedentes, vel vigilantes dicatis ore vel corde, habitantes in cinere & cilicio cum Pharisæo, Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut ceteri homines. Hæc enim solitariam vitam ducentes diabolo instigante sepe cogitant, sepe hoc dicere tentantur ab inimico seruatorum dei. Potius enim volo vos eremũ exire, quam talia dicere vel cogitare. Sed dum tentamini hoc asserere vel de vobis ipsis hoc cogitare, mox clamate, mox ululate & dicite, Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. Et cũ publicano dicite, quibuscunq; virtutibus sitis ornati, Deus propitijs esto mihi peccatori. Attẽdat igitur charitas vestra, quid dixerit veritas nostra, Qui

De pœnit. dil. 3. ca. 1. & cap. pœnitentia quip. Pe. 4. sen. dil. 14. ca. 1. De pœnit. di 3. ca. 1. irrisor.

Luc. 8.

Psal. 11.

Luc. 12.

Qui

Luc. 22. Ecclesiastici 3.

Gene. 3. Luc. 23. Gene. 11. Ato. 2. Daniel. 4. Gene. 41. Exo. 14. Exo. 4.

Hier. 1.

Matth. 23.

Daniel. 7.

Zacha. 1.

Ato. 2. & 4.

Fortitudo Hypocritarũ Philosophorum.

**Q**ui maior est vestrum, fiat sicut minor, & qui præceptor est sicut minister. O monache quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo & hominibus. O sancta venerabilisq; humilitas, tu filium dei de sinu patris descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ virginis. Tu eum fecisti inuolui vilibus panniculis, vt nos indueret virtutum ornamentis. Tu circũcidisti eum in carne, vt nos circũcideret in mente. Tu eum permisisti corporaliter flagellari, vt nos liberaret à flagello peccati. Tu eum coronasti spinis vt & nos coronaret suis æternis rosis. Tu eum infirmari fecisti, qui medicus cunctorum erat, & solo verbo sanat vniuersa, vt nos infirmos sanaret. O sancta humilitas, quam dissimilis es superbiæ. Nam ipsa superbia fratres mei Luciferũ de cœlo deiecit, sed humilitas dei filium incarnauit. Ipsa superbia Adam de paradiso expulit, sed humilitas la tronem in paradysum introduxit. Superbia gigantũ linguas diuisit & confudit, sed humilitas cunctas congregatas disperas. Superbia Nabuchodonosor in bestiam tranmutauit, sed humilitas Ioseph principem Israël constituit. Superbia Pharaonẽ submersit, sed humilitas Moysen exaltauit. Hæc est illa sancta humilitas, quæ fecit solitarios, quæ fecit nos priuatos seculo, quæ fecit nos in cõuentu solitarios omnibus virtutibus florere perfectos. Hæc est illa sancta humilitas quæ philosophos tradidit in reprobum sensum, excæcauit Iudæos, suffocauit Paganos, inflammat Christianos, perimit obstinatos, deiecit potentes de sede, & exaltat humiles. Sed superbia fratres mei non sic. Sed quid? Prelatos percutit, diuites tumuros efficit, religiosos decipit. Hæc homines cæcat ne agnoscant quid sunt. Hæc enim fructũ perdit operis, nẽtem hominis ligat, quia ab ea panditur omne malum. Hæc est illa feruens olla, quam Hieremias vidit, in qua decoquantur omnes principes & pastores tenebrarum, sectatores bonorũ temporalium, veneratores diuitiarũ, qui primas cathedras appetunt in synagogis, & saluari in foro, & vocari rabbi. Hanc ollam succedit diabolus, dum corda patrũ inflat ad altiora. Isti sunt quatuor venti, qui totum orbem perflant, arrogantia sibi ascribens quod non habet, insolentia sibi approprians quod alteri debetur, superbia multa de se credẽs vltra quã verũ sit, contumacia se erigens in prælatum. Isti sunt quatuor fabri, qui totum mundum concutiunt, & corda filiorũ dei dissipant, à quibus nos custodiat deus: Amen.

De fortitudine tenenda: Sermo XIII.

**V**ia in hac vasta solitudine dei gratia sum? in vnum congregati, vt vnanimis habitemus in domo, & sint nobis omnia cõmunia, propterea inter ceteras virtutes fortitudinem oportet nos rapere, sequi & imitari. Nam si hanc virtutẽ amplexi fuerimus fratres, iacula fortunæ non timebimus, deridebimus diaboli blandimẽta, & spernemus illata. O fratres mei ligate hæc in cordibus vestris, quoniam qui fortis est, liber est. Non enim seruit fortunæ, non vanitati munda. O fratres mei & letitia cordis mei considerate quanta fuerit in martyribus fortitudo, qui velut impassibiles tormenta despiciunt, tyrannos confundunt, cuncta quæ mundi sunt despiciunt, qui licet decoriati, licet combusti, licet in cunctis membris afflicti, licet in omnibus corpore sint proiecti, non tamen legimus eos esse mente mutatos. Sed scire debetis fratres mei quod multis modis dicitur fortitudo, hypocritarum videlicet & philosophorum, & bonorum fidelium. Hypocrita denique multa sustinet, multa portat, & fortis in cunctis apparet. Sed v̄ hypocrita, quia venando mundi gloriam, Tomus decimus.

aternam pœnam meretur. Hic sic trahit gloriam quod non habeat gloriam. Hæc enim fortitudo non virtus sed vitium, non magnanimitas sed infirmitas, non bonitas sed imbecillitas appellatur. Hanc prætendunt hæretici, hanc rapiunt falsi fratres, de quorum numero dei gratia vos nunquam esse cognoui. Quædam etiam fortitudo est philosophorum, qui calcauerunt diuitias, honores, pompas, dignitates, & aliquando membra priorum corporum, sed hæc fortitudo insufficientis erat ad æternæ vitæ meritum. Quare? Quia carebant charitate & timore dei. Ipsa denique charitas est forma omnis bonæ actionis. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone, o quot & quanta patiebatur contraria, sed quia fundamento fidei caruit, propterea spes eam fortitudinem non erexit: & quia charitate nõ profecit, ideo virtutis meritum omnino amisit. Sed est & alia fortitudo qua boni quotidie certant vsque ad mortem. Tales sunt fundati in deo, ideo vt supra diximus fratres, nec verba nec impiorum verbera timent. Hæc est illa mirabilis fortitudo, qua Moyses asperitatem viæ deserti vicit, hic est panis cœlestis, qui Heliam in deserto paut, hæc est fortitudo quæ mortem spernit, hæc est clavis qua domus dei patescit & aperitur. Hæc est quæ habenas voluptatis sub freno rationis iacere cogit. Hæc est qua Ioannes in deserto decoratur. Hæc est qua Paulus eremitarum forma beatificatur. Hæc Antonij aliorumq; sanctorum patrum lorica est & zona, qua præcincti & armati in excelsis indefessa voce quotidie clamare non cessant. O fortitudo, eremitarum baculus, cœnobarum cingulus, monachorumq; omnium sacramentum, tu contra paupertatem vales, vt non frangatur animus paupertatem amantis, sed amplior sit interius & magis virescat in mente. Quanto minus abundat in rebus fortuna, tanto plus valet fortitudo contra mundi insultum. O fortitudo si dolorem pateris, tu in omnibus gratias agis, tu in tribulatione diuitias spirituales & delicias inuenis vt potius morbi cedant in mentis commodum quã corporis detrimentum. O fortitudo omnem crudelitẽ euacuas, carcerem respuis, crucem non metuis, eculẽ amplecteris, optas vincula, spontanea semper curris ad mortem. O monache nihil valet cursus tui brauij, nihil tua operatio, nisi columna fortitudinis roboretur. Nihil valet ædificium boni operis, nisi columnam fortitudinis amplexeris. Sed si columna fortitudinis fracta fuerit, totum ædificium bonorum operum ruit. Hanc si David tenuisset, homicidium & adulterium non commisisset. Si Sampson hanc seruasset, foemina eum inuicis non tradidisset. Si Salomon hanc dilexisset, idola non adorasset. Si Petrus hanc tenuisset, ad vocem ancillæ fidem non negasset. Si filij Israël hanc habuissent, minime in deserto murmurassent. Eia igitur fratres estote fortes in bello tentationum, tribulationum, infirmitatum, iniuriarum, & pugnetis cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum: Amen.

De iustitia & correctiõne fraterna: Ser. XIII.

**T** bene nostis fratres charissimi, tria monasteria apud Hipponem dei gratia merui laudabiliter ad honorem sanctæ trinitatis construere. Quorum primũ hoc est, in quo iam annis multis modico pabulo contenti hilariter commoramini, bestiis associati, aibus ministrati, ciborumq; spernentes delicias & visus hominũ fugientes. Et ideo non ego miser, sed vos sæpe angelorum assueti estis colloquiis. Aliud quoq; monasteriũ in orto quẽ sanctus noster pater Valerius mihi dedit, ædificatũ est. Et quoniam post-

N iij quam

Exo. 14.

3. Reg. 17.

E

F

2. Reg. 11.

Indic. 16.

3. Reg. 11.

Matth. 26.

Exo. 15.

0

Natquã im- pudẽtus fuit q̄ hic.



G quam presbyter Episcopus factus sum, nec semper hic vobiscum habitare potui, nec cum fratribus qui in predicto monasterio positi sunt, propterea infra domum Episcopi mecum habere volui monasterium clericorum, & cum eisdem pariter vivere coepi secundum regulam & apostolicam traditionem. Ad vos ergo ratum qui in eremo laudabiliter vivere voluistis, pertinet verbum istud audire & intelligere, atque operibus adimplere, quo dicitur, Diligite iustitiam. Ad fratres autem nostros & clericos qui in vrbe habitant, quibus etiam expedit predicare quotidie verbum dei, pertinet non solum diligere iustitiam quo ad seipsos, sed etiam iudicare, reprehendere, obsecrare, increpare, in omni patientia & doctrina populum electum dei. Et licet fratres nostri qui collocati sunt in horto sancti Episcopi Valerij satis distent ab vrbe, quia eorum tamē fama diuinitus diuulgata est, ordinavi ut verbum dei populo salubriter predicaret, animarūque fidelium suam vitam, doctrinam & exempla audiendo & videndo sponte redirent ad illum qui ex nihilo cuncta creauit. Ecce quomodo terram iudicant, ligant & soluant quae volunt, semper deo fauente. Vos vero qui segregati estis à seculo, qui etiam vitam tutiorem eligere voluistis, audite quod in cunctis maxime iustitiam diligere debeatis. O fratres mei & letitia cordis mei, vultis scire quomodo vos solitarij iustitiam diligere debeatis? Cauete ne sic ab alterius oculo festucam euiciatis, vt in oculo vestro trabem non videatis: nec sic alterius velitis reuelare lapsum, vt vestrum non videatis casum: nec sic alterius curare debetis morbum, vt & vos ipsos postponatis aegrotos, ne cui libet vestrum dicatur, Medice cura primò te ipsum. Cura ergo primò te ipsum ò monache, vt curatus alterius vulnera curare possis. Audite fratres mei, audite quid dominus dixerit Pharisaeis adulteram accusantibus, Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. O monache in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Qua fronte fratres mei poterimus arguere alios de eo quod in nobis grauius inuenimus? Ad nos igitur fratres pertinet mundos esse & sanctos, & si tunc fratrem nostrum deuiare videmus, reprehendere eum cum omni mansuetudine sine mora debemus, ne per nostram negligētiam pereat. Caritas enim non odij, non rancoris, sed zelo iustitiae gladij correctionis euaginare debet: tamē semper misericordia ligata sit in cordibus vestris, ne velut Iudas ille qui peccauit, desperatus ad suspendium pergat. Hoc autem ad vos maxime pertinet fratres. Sed quid ad fratres in vrbe habitantes pertineat audiamus. Certe non solum hoc, sed etiam spectat ne iudicium odio exasperent, ne crudelitate inflāment, ne amore pecuniae emoliant, quia pauperes vere sumus, & spectaculum facti sumus angelis & hominibus, ne timore iustitiae relinquāt, ne eos moneat res purpurea, nec diuitis munera, sed magis sacco pauperis, orphanis & pupilli eos mouere debet dei iustitiam cum labore exercere. Regia via qui terrā iudicant incedere debent, nec declinare ad dexteram molliendo iudicium, nec ad sinistram exasperando supplicium. Non enim crudelitas est punire reatum, sed iustitia: non tyrannicum, sed diuinā rectitudinis iudiciū. Non tamen volumus, nec consilium damus vt mox iudicent, sed cum omni maturitate incedant, & inuenta discussaq; rei causa in Christi nomine iudicent delinquentes: & si publice peccauerint, publice puniantur vt & ceteri iustitiam diligentes fortius diligant, & iustitiam odientes metuant ne delinquant. O sancta laudabilisq; iustitia, sub te & per te pudicitia regnat, pax per

te triumphat & securitas, dignitas per te floret, & fructum affert in patientia. O iustitia qui te amauerit, qui te strinxerit, cum Moysē mare mundi vitiorum sanguine rubricatum, sicco vestigio pertransibit. Hec est virga qua petra percussa manat in fluentia, quia lapidea subditorum corda iudicio iustitiae tacta, in virtutum exuberant flumina. Hec est virga Aaron, quae frondit, floruit & fructum peperit, quia iustitia quasi frondet dum mēte concipitur, floret dum viriliter exercetur, fructificat dum subditus corrigitur. Hec est ventilabrum, quo granum diuiditur à palea, sanies à morbo euicitur, quia contra morbum peccati opponendum est mordax emplastrum, ne in maius vitium tabes extuberet incurata, & in augmentum facinoris redundet iniquitas impunita. Hec est mensura, qua debemus metiri pœnas, & merita ponderare. Attendite tamen fratres, attendite pastores qui terram iudicare debetis, quod aliquando iustitia est relaxanda propter scandalū multorum, aliquando exagitata est vt sit cautela reliquorum. Tunc vero iustitia dicitur gladius ex vtraque parte acutus, quia hominis defendit corpus ab exterioribus iniuriis, & animam à spiritualibus molestiis. Hec est medicina vitiorum, antidotum peccatorum. Hec est pugio, quo Phinees transfixit coeuentem cum Madianitide Iudaeum, & cessauit quassatio. Hec est lapis quo David percussit Philistaeum, & à seruitute Israël liberauit. Hec autem sine discretionē, gladius est in manu furiosi. Hec sine prudentia, est mors & bonorum persecutio. Hec sine misericordia, gladius est in manu tyrāni. Cum summa enim discretionē fratres mei tenenda est iustitia, cum summa deliberatione inferenda est pœna, non iudicando ex suspitione, sed ex omni certitudine veritatis. Attendite fratres mei & antè probate, postea recte iudicate, non secundum faciem, sed recto iudicio. O quam facile est iudicare, sed ò quam amarum est quod iudicatum est retrahere. Ideo non puer, nō insensatus vobis praesse debet, sed annosus, prudens, castus, sobrius, vt in progressu & statu sal terrae & lux mundi cunctis appareat: talis iustitiam non poterit ignorare. Tunc enim regnum Romanorum pacifice tandiu perseuerauit, quandiu sapientes regere permiserunt: sed dum iuuenes & inexpertos regere permiserunt, tanquam iustitiam ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & sic iustitiam perdetes dominum orbis terrarum perdidit. Iuuenes ergo imprudentes, duces vel Ecclesiarum pastores non constituendi sunt, ne ipsi simul cum populo pereant. Tales enim si praesunt, non solum praeterita & futura non cogitant, sed audire quod bonū est & verum aures suas obturant. Taliter etiam non solum iuuenes, sed etiā antiquos in diebus malis hoc facere frequenter minime dubitam. Vita enim pastoris omnibus prodesse debet. Et quomodo hoc quis facere poterit, si iustitiam ignorauerit, & regnare in aeternum crediderit? Isti memorari nouissima sua non possunt, quia in aeternum vivere credunt. O fratres sicut frequenter diximus, pastores & principes Romanorū scientiam de praeritis habebant, in quibus & certificari optime poterāt, & de futuris aliquid scire semper procurabāt. In hoc autem exercitium eorū consistebat, quod iustitiam vsq; ad mortem sequebantur, & pro ea moriendo felices se esse putabant. Tu vero ò monache qui praes, obsecro memorare quid es, quid fuisti, & quid eris, tūc iustus reputaberis à deo, & in aeternū nō peccabis. Hec autē fratres mei sit semper nostra exercitatio, & si haec fecerimus, vere fideles & iusti erimus. Sed sunt aliqui, licet dei gratia nō inter nos, qui

Hebr. 9.

Matth. 3.

L Numeri. 25.

1. Reg. 17.

Ioan. 7.

Matth. 5.

M

Ecclesiasticus 7.

A qui spiritu libertatis vivere volunt, vt superbi, auari, discoli, gulosi, adulteri, qui si ab aliquo reprehendantur, latrant vt canes, mordent vt serpentes, deuorant vt leones, dolent vt parturientes, dicentes malum bonum, & bonum malum. Tales aperta facie, viuoque sermone negare iustitiam praesumunt dicentes, Ecce quomodo me persequitur hypocrita, qui iustitiam tenere videtur. Talis denique fratres omnibus peior est, & melius illi fuisset si in seculo remansisset. Et ideo si in nostra congregatione aliquē talē inuenimus, quod deus auertat, qui sic iustitiam calcare voluerit, non tenendus est sed expellendus, tanquam viuere volens in spiritu libertatis suae. A quibus tamen nos liberet deus sicut haecenus fecit per gratiam suam, vt nostra sancta & immaculata religio de bono in melius semper augmentetur, per Iesum Christum saluatorem nostrū, Amē.

De fide trinitatis à simplicibus non inuestiganda, & sermone donis spiritus sancti contra septem vitia.

Sermo XV.

**S**criptum est fratres charissimi, quod non debemus loqui sublimia, tanquam sapientes multi gloriantes. Ait enim Propheta, Nolite multiplicare loqui sublimia. Hoc autem verbum ad vos maxime dirigitur qui rusticani estis in syluis habitantes, licet ciues sanctorum & domesticos dei vos nullatenus dubitare debeamus. Nolite igitur multiplicare loqui sublimia. Quae sunt ista sublimia de quibus non licet multum loqui, nisi de dei omnipotentia, de vni geniti eius coeternitate, de sancti spiritus magnificentia? O fratres mei & letitia cordis mei si volumus scire quantum pater immensus sit, apprehendere non valeamus. Si imaginari cupimus quomodo filius coeternus sit & consubstantialis, mens humana omnis naturalis succumbit. Si scire desideramus qualiter spiritus sanctus omnia continet & non continetur, omnis humana ratio deficit. Ideo haec omnia discutere non curemus. Quare non, nisi quia nullo modo valeamus? Propterea fratres mei sciatis, quod vbicunq; queritur de vnitatis trinitatis, magna est adhibenda cautela, quia nec periculosus alicubi erratur, neque laboriosus aliquid queritur, nec fructuosus aliquid inuenitur. Veniat igitur contra volentes scire vltra id quam necesse est, sanctus ille Salomon, & reprehendendo atque docendo dicat, Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutaris. Surgat etiam Paulus columna fidelium & lumen orbis terrae, & sua voce confundat omnes philosophantes, nomine Christi portantes, volentes sapere plus quam oportet sapere. Non tamen dico fratres, quod omnino non quaeratis, sed quaestiones in diuinis vos qui grossi estis multiplicare non debetis. Querite tantum vos qui spirituales estis, quomodo praercepta dei seruari possitis, quomodo diabolum in eremo superare debeatis, quomodo patientiam quam Christus docuit amplecti valeatis. Hec enim seruus dei semper legere & adimplere debet. Natura denique nostra fragilis est, & ea ratione comprehendere nō potest. Philosophus etiam Aristodemus annis multis insudauit naturam apis inuestigare, nec finaliter potuit. Quomodo ergo nos trinitatem capere valeamus? Cur miramur ò fratres qui lutei sumus, & ventrem stercoribus plenum portantes, si nescire possimus dei naturam? Nunquid & angeli ipsam in caelo inuestigare possunt? Certum est quod non. Quid enim sciunt, nisi quod deus trinus & vnus est, & omnia sine labore & pœna creauit & gubernat? Nolite ergo fratres loqui sublimia, nolite sapere plus quam oportet sapere. In die enim iudicij nō

1. Reg. 2.

Eph. 1.

Ecclesiastici 3.

Roma. 12.

Roma. 12.

damnabuntur Christiani, nec rationem reddent qui philosophiam vel dialecticam, astrologiam vel musicam ignorauerunt, nec de hoc quod naturam dei scire non potuerunt, sed ideo damnabuntur, quia deo obedire neglexerunt. Ideo scitote fratres quod melius est pie confiteri ignorantiam, quam temere scientiam vendicare, quia temeritas poenam habet, sed ignorantia promeretur veniam. Sufficiat nobis scire de mysterio trinitatis tantum quantum dominus discipulis suis exposuit. Nemo enim nouit sic de natura sua dicere sicut ipse qui ait, Baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Tres aperte pronunciat personas, sed vnitatem ostendit dicens, in nomine, non enim dixit, in nominibus. Trinitas enim diuiditur indiuisibiliter, & coniungitur diuisibiliter. Singulariter enim vnaquaeque persona deus est & vita vel deitas indiuisa in opere, concurs in voluntate, par in potentia, aequalis in gloria, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus. Sancta ergo trinitas vnus deus est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt. Et ne tres deos putaremus esse, ait Apostolus, Ipsi gloria, non ipsis. Ipsi quidem gloria semper sit, qui ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum enim singulariter dicit, imaginem, ostendit vnam esse naturam eius ad cuius similitudinem homo fieret. Cum vero pluraliter dixit, nostram, demonstrat deum non vnam esse personam, ad cuius imaginem homo fiebat. Si enim essentia patris & filij & spiritus sancti vna esset persona, non dixisset nostram: sed, meam: nec, faciamus: sed, faciam. Si vero in illis tribus personis tres essent essentiae, non dixisset nostra: sed, nostras. Et ideo cum dicit ad imaginem nostrā, indicat trinitatem vnitatis, ad cuius imaginem factus est homo noster interior, similitudinem sanctae trinitatis retinet. Sicut enim pater deus, filius deus, spiritus sanctus deus, non tres deos credimus, sed vnum deum tres personas habentem: ita anima intellectus, anima voluntas, & anima memoria, non tamen tres animae in vno corpore sunt, sed vna anima, quae licet vnus sit substantiae & naturae, tres tamen habet dignitates, intellectum, voluntatem, & memoriam. Et sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioque procedit spiritus sanctus, ita per intellectum generatur voluntas, & ex his duobus procedit memoria. Sine his tribus anima perfecta esse non potest, nec horum trium vnū sine aliis duobus aliquid integrum consistit. Nec solum sufficit intellectus, nisi sit voluntas in amore: nec haec duo, nisi addatur memoria, quae semper in mente intelligentis & diligentis manet eligens. Vniuersitatis enim conditor deus omnes motus animae ad bonum facit, intellectum vt intelligamus quod iubet, voluntatem vt sit in amore eius, memoriam ne obliuiscamur quod imperat. Eia ergo fratres mei & corona matris meae nolite discutere nisi quantum vobis necesse est ad salutem. Nolite sapere nisi quantum oportet sapere. Quid enim oportet sapere nisi quod deus trinus & vnus est? Quid aliud necesse est nobis, nisi declinare à malo & facere quod bonum est? Quid aliud necesse est nobis, nisi vt bona cognoscamus & mala? Bona, vt sciamus ea rapere: mala, vt sciamus ea deuitare. Non est igitur malum scire malum, quia nisi cognoueris, quomodo vitare poteris? Per legem namque peccatum cognoui, ait Apostolus, quia ante legem peccatum non cognoui, sed post legem datam quid tenendum quid vitandum erat cognoui. Malum ergo scire non est malum: sed malum operari, malum esse quis Paganorum vnquam dubitauit? Necesse est ergo scire quod

Matth. 28.

Roma. 11.

E Gen. 1.

Roma. 12.

Psal. 36.

Roma. 7.

G quod superbia mater est & caput omnium vitiorum. Ab ea enim descendit inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, voluptas carnis, in qua continetur gula atque luxuria. Ascendit quis fratres mei ad sapientiam huius mundi, & dum considerat honores sibi a discipulis exhibitos, extendit alas suas usque ad terminos orbis terrarum, & de se presumens gloriatur, & sic superbiendo & presumendo mox inanis gloria presumetem aggreditur, dum ab aliis querit gloriosus videri. Et dum sic querit, a quibusdam considerat & videt se despici dicentibus. Non est quod a multis creditur. Plures nanque sunt eo acutiores, & plures eo meliores non dubitamus. Inflatus vero ille qui se putat omnia scire vel singula possidere, videns quosdam aliores se, mox eum inuidia aggreditur, cuius vestigium ira imitatur, & non valens iram opere perficere, tristatur, & querens consolationem tristitiam, auaritia tangitur ut habeat unde transcendere valeat omnes. Et ecce dum diuitias congregat & acquisierit, statim in gula & luxuria foueam cadit. Sed de gradis misericordia saluatoris: Spiritus enim pietatis per contemptum mundi ordinavit ut expelleret auaritiam: sed quia abiecta auaritia, saepe mala comprimit tristitia, datur spiritus scientiam, qui ostendit quae sit bona vel mala tristitia. Si ergo scientia bonam tristitiam adducit, quae surgit ex dolore peccatorum, expellitur tristitia seculi, quae mortem operatur. Sed quia multi sunt istis omnibus carentes, sicut sunt iracundi, ideo datur spiritus fortitudinis, qui per temperantiam refrenat iracundiam. Talis fortis est, immo fortior qui vincit animam quam qui capit urbem. Sed quia adhuc inuidet fortius imperanti, datur spiritus consilij, qui per amorem proximi eicit inuidiam. Sed quia pro tantis meritis saepius vult laudari, ideo datur spiritus intellectus, per quem intelligit quid sit. Sed quia inuenit se nihil esse, ideo ante deum humiliatur, & sic per humilitatem spiritus intellectus eicit inanem gloriam. Sed quia aliquando non curat extrinsecus, solet tamen saepe de se interius gloriari, ideo datur spiritus sapientiae, per quem incipit deum cognoscere. Eius autem bonitatem & misericordiam quis cognoscens, ipsum toto cordis affectu diligit, & sic sapientia per charitatem expellit superbiam, quae expulsa per gratiam efficitur templum dei & habitaculum spiritus sancti, Amen.

Esaie. 21.

H sed quia abiecta auaritia, saepe mala comprimit tristitia, datur spiritus scientiam, qui ostendit quae sit bona vel mala tristitia. Si ergo scientia bonam tristitiam adducit, quae surgit ex dolore peccatorum, expellitur tristitia seculi, quae mortem operatur. Sed quia multi sunt istis omnibus carentes, sicut sunt iracundi, ideo datur spiritus fortitudinis, qui per temperantiam refrenat iracundiam. Talis fortis est, immo fortior qui vincit animam quam qui capit urbem. Sed quia adhuc inuidet fortius imperanti, datur spiritus consilij, qui per amorem proximi eicit inuidiam. Sed quia pro tantis meritis saepius vult laudari, ideo datur spiritus intellectus, per quem intelligit quid sit. Sed quia inuenit se nihil esse, ideo ante deum humiliatur, & sic per humilitatem spiritus intellectus eicit inanem gloriam. Sed quia aliquando non curat extrinsecus, solet tamen saepe de se interius gloriari, ideo datur spiritus sapientiae, per quem incipit deum cognoscere. Eius autem bonitatem & misericordiam quis cognoscens, ipsum toto cordis affectu diligit, & sic sapientia per charitatem expellit superbiam, quae expulsa per gratiam efficitur templum dei & habitaculum spiritus sancti, Amen.

2. Corin. 7.

Prover. 16.

De inobedientia, negligentia, patientia & castitate, Sermo XVI.

Ratres mei dilectissimi, in omnibus operibus vestris semper mementote, quod omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore. Cavendum est ergo ne ante illud terribile tribunal vacui vel denudati appareamus. Non enim tunc sancti nobis subuenient, quia tempus non erit miserendi & misericordiam impetrandi, & iam fugiet a ianuam paradisi Maria. Omnes enim contra nos tunc erunt, Abraham contra inobedientes, & Isaac contra impatientes, & Iacob contra negligentes, & Ioseph contra incontinentes. O quam dure reprehendentur inobedientes fratres mei per venerabilem patrem obedientiam Abraham, quam fortiter, quam turpiter. Ideo fratres mei attendite, & parati semper estote ad obedientiam mandatorum dei, paratas semper habentes aures auditui, & linguam voci: Pedes uestros festinate, manus ad operam sine mora parate, corde iocundo, serena facie, ore risorio & oculo ornato sanctitatis splendore, non tamen amore serui vel metu, sed omni charitatis affectu, sanctam obedientiam seruare vos

2. Cor. 5.

Gene. 22. 31. & 39.

opto. Tunc enim ante tribunal iudicis Abraham non vos condemnabit sed commendabit, non vos a se expellet sed conuocabit, non vos maledicet sed sublimabit in aeterna patria. Negligentiam etiam omnem deponere vos deprecor fratres, ne Abraham vos commendante contra vos surgat ille sanctus Iacob in die nouissimo. Fugite fratres, fugite negligentiam, nam sicut in vnoquoque opere bono mater est diligentia, ita vniuersae doctrinae & disciplinae nouerca est negligentia. Sed & si habuerimus obedientiam & negligentiam omnino carebimus, adhuc non sufficit nisi & cum Isaac patientiam habeamus. Nam sicut per impatientiam omnia destruntur bona, omniaque suffocantur optima, sic & per patientiam omnia generantur bona, omnes iniquitates demerguntur in profundum. Qui vero fratres mei patientes non est, monachus non est. Sed & si habuerimus obedientiam cum Abraham, patientiam cum Isaac, diligentiam cum Iacob, & castitatem non seruauerimus cum Ioseph, quid haec omnia nobis proderunt? Amare ergo debemus summe castitatem, sine qua nostra opera nihil valent. O castitas ornamentum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamen merentium, augmentum pulchritudinis, decus sanctae nostrae religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorum, dei amica, angelorum cognata, Patriarcharum vita, Prophetarum corona, Apostolorum cingulum, martyrum auxilium, confessorum vehiculum, virginum speculum, viduarum refugium, & cunctorum bonorum gaudium & solamen. Sed quidam sunt fratres mei qui in iuuentute sua luxuriose viuere voluerunt, & si ad senectutem peruenerint gloriantur dicentes se continentem esse, Tunc enim eligunt seruire castitati, quando libido eos seruos habere contemnit. Nunquid tales continentem dicendi sunt? Absit. Tales enim praemium non habebunt, quia laboris certamen non habuerunt. Sed illos vere expectat sempiterna gloria, qui fortes fuerunt gloriosa certamina supportare, Amen.

De uigilatione, & ociofitate uitanda: Sermo XVII.

Postolus Petrus dilectissimi de nostra salute sollicitus, nos dulciter admonet, & ad uigilandum nos exhortatur inter cetera dicens, Vigilate fratres, quia aduersarius uester diabolus querit quem deuoret, cui resistere debemus per fidem. Sed fides querit orationem, oratio autem optat prudentiam. Quid ergo nisi quod prudentes sumus in fide fundati & uigilemus in orationibus? Quare in uigiliis fratres orare debemus, nisi quia si non uigilauerimus & ociofi permanserimus, quid aliud quam tepidi in hac solitudine apparebimus? Et si tepidi fuerimus, incipiet nos euomere saluator de ore suo, de confortio suo, de plebe sancta sua, eo quod nec calidi nec frigidi sumus. Vigilate ergo fratres ociofitatem deponentes in cunctis. Quid enim ocium est, nisi uitii hominis sepultura, ut ait Paganus ille sanctissimi Apostoli amicus charissimus? Per ociofitatem fratres rigorem sanctae solitariae religionis fastidimus, per hanc eremum saepe exire tentamur, per hanc accendimur frequenter ad luxuriam, per hanc animamur ad superbiam, per hanc ducimur ad mundi gloriam, per hanc tentamur delicate pasci, per hanc suffocamur preciose uestiri, per hanc ad superfluam dormitionem trahimur, per hanc ad uerba secularia ducimur libenter audire. Haec est illa ociofitas pessima quae frequenter sanctorum conuentus destruit, pariens in eis luxuriam, nutriendum in eis gulam, seminans inter eos zizaniam,

1. Petri. 5.

Apoca. 3.

Ociofitas mala.

Antonius monachorum pater.

Prover. 6.

1. Reg. 11.

Iudicum. 16.

3. Reg. 11.

nam, generans inter eos homicidia, & omnia quae sunt opera carnis. Quid ergo dicis o frater. Quid ociose agere potes, nisi opera carnis? Nunquam quis cuius coelorum erit, si ociofitatem amauerit. Ergo frater qui in eremo habitas, si vis perfectus esse, fuge ociofitatem, quia in seruis dei nihil peius reperitur. Surge ergo si dormis o rusticane mi chare. Surge tu qui in eremo habitas si clausos mentis oculos habes. Surge tu qui nec ad alta uirtutum oculos mentis protendis, nec ad uidentem quae necessaria tibi sunt, oculos mentis aperire uales, fuge ocium, & semper aliquid facere memeto. O fratres mei semper occupatos uos esse desidero, ut bratium salutis per gratiam dei recipere mereamini. Hanc fugere cupiens sanctus monachorum pater Antonius, clamauit ad dominum in eremo & dixit, O Samaritane domine deus meus, o animarum & corporum uere cultos, suscita in me gratiam tuam, & infunde seruo tuo misericordiam, ut in eremo collocatus, in tuo conspectu ociosus non maneam. Et audiuit Antonius: Antoni cupis deo placere? Ora, & dum orare non poteris, manibus labora, & semper aliquid facito. Fac quod in te est, age quod potes, & non deficiet tibi auxilium de sancto. Quid ergo diffidis o monache? Nunquid idem deus est? Nunquid & pro te idem crucifixus est? Age igitur quod bonum est. Fuge ocium, quod mors est, & aperi oculos mentis & corporis, uidebisque singulas creaturas ad officia singula deputatas. Ecce enim sol cursum anni perficit, luna etiam mensibus & vicissitudinibus discurrit, & caetera stellae. Omnia enim sibi deputata officia sine quiete exercent. Nunquid etiam animalia bruta ad suae naturae industriad ocium fugiunt? Nunquid etiam semper laborant ut conseruentur in esse? Nunquid in suis necessitatibus deficere & pigrescere ea uidemus? Absit. Omnia enim sub obedientia sunt, omnia agunt quod agere debent. Solutus autem miser homo accidit, soporatus a suo officio frequenter recedit, & dei imaginem in se deturpans in accidia perseuerat. Erubescite o Christiane & absconde te a facie saluatoris tui, quoniam insipientior iumentis & formicis hodie factus esse comprobaris. Vade enim ad formicam & considera semitas eius, & discite ab ea miser qui capite eleuato perambulas, & supra caelorum iam ascendere credis: Considera semitas eius, quia cum praecceptorem non habeat, tanquam de salute sua sollicita, in aestate grana colligere non desistit quibus uiuere possit in hyeme. Non enim solum seculares hoc attendere debent, sed & nos qui dei gratia in eremo sumus, & in hac uasta solitudine habitamus, formicarum conditiones debemus attendere, & eas summo opere imitari. Laborare enim sine intermissione debemus ut fructum bonorum operum acquiramus in aestate praesentis uitae tam solliciti & sedule, ut tempore hyemali, tempore frigoris & iudicij non fame pereamus, sed bonis cunctis ornati aeternaliter reficiamur in patria. Eia ergo fratres mei dilectissimi, corona mea & gaudium meum quod estis, omnem ociofitatem expellite, semper aliquid boni facite, & quem tædet orare vel psallere non desistat, quem tædet orare vel psallere, laborare manibus non differat, cogitantes quod quando uero David exercitauit se in militia, non insultauit sibi luxuria, sed postquam in domo ociosus remansit, laborauit adulterio, & homicidium commisit. Sampson dum cum Philistis pugnaui, non potuit capi ab hostibus, sed postquam dormiuit in sinu foeminae & ociose cum ea remansit, mox capitur & caecatur ab hostibus. Salomon dum occupatus esset in aedificatione templi, non sensit luxu-

riam, sed mox recedens ab opere persensit insultu luxuriae, & deficiens foemina instigante ad idola, adorauit in thalamo vitulum aureum. Vigilate ergo fratres mei, uigilate & nolite deficere, quia nec sanctiores Dauid, nec fortiores Sampson, nec sapientiores Salomone uos esse cognosco. Deponatis omnem accidiam, quae sermonem nudum reddit, bonis omnibus uos priuat, uirtutum uestimentis uos expoliat. O fratres mei, honesto opere semper occupatos uos esse desidero, & quod perdidistis in seculo per praeteritum, recuperetis laborando in eremo in futuro. Et si aliqui sunt ex uobis qui per annos octoginta & amplius in eremo sunt sanctissime conuersati, iugo sanctae obedientiae, paupertatis & castitatis decorati, iam gaudeant expectantes beatam spem & aduentum domini. Isti enim ut uidemus qui amplius ieiuniis & orationibus & operibus monasterij insistere non possunt, fecerunt enim dum potuerunt. Propterea filii mei si modo non faciunt ea quae facere conseruerunt, non sit uobis molestum. Si quiescant non miremini, si uenerantur a me ut patres, non tristimini, quia ipsi digni sunt. Non enim dolere debetis, quia charitas non cogitat malum, sed gaudet de alterius bono. Ideo uolumus & in Christi nomine ordinamus, ut & ipsi qui centum annorum & amplius sunt, pater noster sedendo in lectulo dicant, & diligenter eis sine murmure seruatur, ut & ipsi pro nobis intercedant in caelis, quorum habitatio iam ibi est, quam obtinere faciat nos ille qui est benedictus in secula, Amen.

1. Corin. 13.

Math. 6.

De inuidia uitanda, Sermo XVIII.

Ratres mei desideratissimi, nolite inuicem inuidere, sed studeat unusquisque deo in cunctis placere. Inuidia enim omnes uirtutes concremat, omnia bona dissipat, omnia mala generat. Sed dicetis, Nos quidem grossi sumus, peccare optime scimus, sed uitare peccata uel a peccatis refugere ignorantes & fragiles sumus. Quomodo ergo inuidiam habentem, uel nos ipsam habentes cognoscere poterimus? O fratres mei cupitis uos ipsos si inuidi estis cognoscere, cupitis & fratrem uestrum inuidiam habentem cognoscere? Attendite quod ille inuidus est, qui alienum bonum suum facit: & si facere non potest, clamat per uicos & plateas, & uelut canis latrat & ardet, sed primo seipsum more phoenicis occidit. Quid enim agit phoenix nisi quia dum senescit, ad partes calidissimas uolat, ligna siccissima congregat, & lignis congregatis, aliis ligna percutit, & sic ignem accendit, & in eodem se comburi permittit? Ex quibus cineribus uermiculus nascitur, & postmodum phoenix alia efficitur. Sic & hypocrita facit, sic & inuidus agit cunctis diebus uitae suae, intus & extra seipsum comburens, seipsum primo infestans, primo seipsum uulnerans & vexans, O inuide quam paucos habes amicos, & forsitan neminem habes, de cuius bono non doleas, & de cuius malo non gaudeas. Merito omni amico priuari debet, eo quod de nullo amicorum bono gaudere probaris. O inuidia omni uitio peior, & omni peste deterior. O inuide qui nunquam quiescere potes, an ignoras quod omnis malitia habet aliquam felicitatis umbram? Sed tu ipsa inuidia nequissima pestis, tormentum sine refrigerio morbum sine remedio, laborem sine respiracione, poenam sine intermissione, famem sine saturitate semper habere uideris. O inuide uermis mortifere, qui in hedera Iona quotidie nasceris. O igneus serpens, quo populus Israel pungitur. Hic est enim fratres bruchus, quo fructus terrarum depascitur. Legimus enim dilectissimi fratres mei quod filiis Israel manna caelitus datum est, quo reseruato scaturiebat

Inuidus quis?

Phoenicis natura.

Iona. 4. Numc. 21.

Psal. 104.

Exod. 16.

G scaturiebat multitudo vermium. Sic ex celesti gratia fidei collata, occasionaliter in animo superbi inuidia nascitur. Et quoniam magis celestis gratia fidelis solidatur, rantomagis superbi mens in inuidia vermē resoluitur. Legimus etiam vermem ex hedera natum, cuius umbra Ionas a calore defendebatur, tandem hedera corrumpit, & funditus denaturatur per vermem inuidia. Filios etiā Israēl in Aegypto peregrinantes, legimus igneos serpentes pupugisse. Sic & vos eremi sacri cultores, veri filij Israēl, dum inuidos vestros de vobis susurrantes auditis, exultate quoniam filij dei & sanctorum patrum effici meruistis. Exultate orantes pro eis, vt eos socios habere in sanctorum collegio mereamini, reprehendentes & ostendentes eis, quod ipsa inuidia est illa pessima tinea, quæ purpuramentum virtutum demolitur, erugo quæ thesaurum sapientiæ deprædatur, bruchus qui terrarum virentia comburit, quia quicquid boni operis virentia in homine, penè pestis inuidia perdit. Hæc est quæ angelū de cælo proiecit, quæ hominem de paradiso exulauit, quæ filios Israēl in deserto percussit, quæ contra Ioseph fratres armauit, quæ Daniele in lacum leonum misit, quæ caput nostrum cruci affixit, quæ Iudam suspendi fecit. Scitote fratres mei atque discite, & super recta prædicare, quod inuidia est illa fera pessima, quæ fidem tollit, concordiam dissipat, tertiam linguam multiplicat, iustitiam disperdit, & omnia mala generat. Hæc est quæ Abel occidit, Adam oneravit vel exulauit, pastorem suspendit, Petrum iugulauit dum Christum negauit, Paulum decollauit & Iohannem, Stephanum lapidauit, Goliath prostrauit, Dauid decepit, muros Hierusalem euerit, Romam depopulauit, Carthaginē destruxit, Troiam deuastauit, & multa mala per hanc feram pessimam in orbe terrarum facta esse legimus. O frater mi dilecte, d' rusticane amande, d' dimidium animæ meæ, cur inuidiam non deponis? Cur eam diligis? Nunquid mortem diligis? Nunquid ad suspendium pergis? Nunquid in lacum te proiecis? O inuide qui nunquam quiescis sed semper cum Saulo seruos dei persequeris, eos ligatos duces ad principes sacerdotum. Ecce enim alios laboras tenere, sed tu teneris ab illis, alios ligare procuras, sed ecce tu cadens in terram audis cum Saulo, Cur me persequeris? Alios tenere sollicitas, sed ecce cæcatus teneris a cunctis. Alios defraudare procuras, & ecce nequiter defraudatus, mox deportaris ad tartara. Eia ergo fratres deponite inuidiam, & si quos inuidos inter vos habere videtis, orate pro eis, quia totiens moriuntur, quotiens vident vos bonis operibus resurgere. Cupitis ergo eos torqueri? Nunquam enim melius inuidos torquere poteritis, quam virtutibus & gloria seruiendo. Tunc enim latrant vt canes, deuorant vt leones, facie pallescunt, capite minantur, oculis scintillant vt sydera, manus cancellatas astringunt, dentibus strident, & sic anima & corpore moriuntur. Vos autem benefacite, non rament vt eos ad furorē accendatis, sed vt deo placeatis, orate pro persequentibus & calūniantibus vos, dolentes de malo corporis, sed fortius de animæ perditione. Concedat ergo nobis Christus peccatorum contritionem, & proximi amorem infundat, qui est benedictus in secula, Amen.

De vigilia natiuitatis Christi. Sermo XIX.

**A**ccingimini filij potentes & estote parati, quia die crastina debetur iniquitas terræ, & retribuetur super vos saluator mundi. Crastina die tenebrarum caligo minuetur. Crastina die lux oculis & credentibus reddetur, Crastina die mundus suam repa-

rationem amplectetur. Crastina die conditor syderum redemptorq; omnium penditurus est ad vbera sanctæ Mariæ virginis. Crastina die ille qui æternitatem præcedit volubilitatem seculorum, ingerere se incipiet curibus annorum. Crastina die solutis naturæ legibus, ex folijs diuinitatis potentia virginis Mariæ viscera fecundantur, & ex riuulo suo fluminis magnus orietur, & fructus apparebit optimus, & ex virgulto suo radix perfectorum procedet tanquā sponsus de thalamo suo. Crastina die o mo nache suscipies infantulum Iesum, qui tamen ante omnia secula factus est. Para igitur te, quia ipse dignatur videre te, osculari te, astringere te, & nunquam dimittere te nisi tu primo eum dimiseris. Aspice ergo fratres oculis mentis & corporis, & videbitis dei potentiam venientem, & procedentem a patre tanquam sponsum de thalamo suo, quem aspicietis, quem tenebitis, quem adorabitis pura mēte & mūdo corde. Ipsum fortiter tenete, totum in mundo & totum in cælo. Totum in mundo ad iustificationem, totum in cælo ad glorificationem. Totum in mundo vt educat peregrinantes, totum in cælo vt recipiat peruenientes. Totum in folio patris, totum in gremio gloriosæ matris. Sic enī crastina die patebūt signacula figurarum, fulgebunt oracula Prophetarū, apparebunt miracula naturarum, stillabunt spiracula gratiarum, quia nascetur Iesus Christus filius dei viui in Bethleem Iudæ. Dum enim venerit videbimus rubum ardere sed non consumi, virgam Aaron frondentem & fructum facientem. Accingimini ergo filij potentes & estote parati, vt videre possimus cum Ezechiele portam sacratissimam perpetuo clausam. Crastina enim die videbimus etiam cum Daniele puero sancto lapidem angularem. Crastina die videbimus regem regū mentalibus oculis, & humanis sub forma panis visibilis panem inuisibilem, alimoniam cælestem, refecionem beatam, cibū æternæ vitæ, pignus nostræ redemptionis, hostiam salutarem, quam die crastina toto affectu manducare debemus. Iste est ille panis & cibus datus Israëlitico populo manna dulcissimum habens in se omne delectamentū & saporis suauitatem. Iste est ille cibus quem vidit Pharaon, in quo spicæ pulchræ & formosæ erant. Iste est ille panis datus Helia, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & peruenit vsque ad montem dei. Iste est ille panis quo cibantur angeli, quo saginantur Apostoli, quo reficiuntur martyres, quo pascuntur confessores, quo nutriuntur virgines & fatiantur electi omnes. Panem autem hunc si quis digne manducauerit non morietur in æternum, quoniam spiritus vitæ & ipsa vita est. Hic est panis qui de cælo descendit, quem virgo nobis eras præsentabit, quem in gremio portabit, quem in ventre baiulauit sine grauamine, quem & peperit sine corruptione. Cuius mater inuenta est virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Ipsa quem genuit adorauit, sed prius mente quā ventre, & prius quam filius in vtero conciperetur. Leuate ergo fratres mei, leuate in hac vasta solitudine capita vestra: Ecce enim iam est in porta redemptio vestra. O quā magna magnalia deus propter nos operatur, ecce enim quomodo nos amauit. Ipse enī deus factus est homo, creator creatura, ditissim⁹ pauper, cōditor legis destructor legis propter nos appellatur. Amavit enī nos vt reciperet nos, humiliavit se vt exaltaret nos in se. Inclinauit se, vt erigeret nos ad se: Ecce enim quomodo nos amavit, quia descendit vt nos exaltaret, exinanivit se vt nobis potestatem donaret. Accingimini ergo o filij potentes & estote parati, quia die crastina videbimus iruerberata

O monache. Psal. 18.

L

Lucæ. 2. Exo. 3. Numeri. 17.

Exo. 4. Daniel. 2.

Exo. 16.

Gene. 4. 3. Reg. 19.

Ioan. 6.

**A**uerberata acie fidei in vno eodemq; deo & homine diuinitatem incarnatam, maiestatem subiugatam, libertatem captiuatam, virtutem infirmatam, æternitatem terminatam, virginitatem fecundatam, vitam infirmatam. Accingimini ergo & estote parati mente pura, fide integra, charitate sincera, vt dum venerit ille sanctus factorum & pulsauerit, confestim aperiat ei. Non igitur tædeat vos modico tempore carnem vestram domare ieiunijs & abstinentia escæ & potus, quia ecce remunerator adueniet, reddens vnicuique secundum opera sua. Saluatorem igitur expectantes, sobrie, iuste & caste viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentū domini, vt digne cū eo gloriari possimus in cælis: Amen.

Roma. 2.

Ad Tit. 2.

Psal. 101.

Ioan. 1.

Lucæ. 2.

De natiuitate domini. Sermo XX.

**R**atres dilectissimi homo non solum per sapientiam dei factus erat vt esset, sed etiam ad sapientiam dei factus erat vt beatus esset, vt ille videlicet fruere eo sensu, quo percipi sapientia poterat. Sed quia peccato sensum amittit, quo sapientia frui debuisset, quia oblitus est comedere panem suum, & refecionem illam qua viuunt animæ, in corporalem commutauit delectationem. Terrenis igitur & corporalibus sensu & affectu immerisus, non potuit se ad spiritualium cognitionem sine amore erigere, sed sola ea quæ carnis sunt agnoscentes, spiritualium iocunditatem non agnouit. Ideo ipsa dei sapientia cum sursum esset, deorsum hodie venit vbi homo erat, vt eum reuocaret vnde ceciderat. Et ecce verbum caro factum est, vt deus & homo inter homines esset, & sic conuersus est panis ille in lac, vt a paruulis hominibus sumi posset. Sapientia ipsa sursum panis erat, & eadem ipsa sapientia deorsum lac erat. In diuinitate ipsa sapientia panis erat, & in humanitate panis de cælo descendens hodie lac factum est, vt tanquā infantes per lac nutriti homines roborati ad panem deitatis accedere possent, vt idem ipse reficeret, & reficendo languidos ad incorruptionem repararet. Dedit ergo reparandis ad incorruptionem alimētum incorruptionis, paruulis quidem immaculatam carnem quā sumperat de virgine matre, perfectis vero incorruptibilem diuinitatem quam habuit de æterno patre. Istis ne interrim deficerent in via, sed illis vt reficerentur & perficerentur in patria. Istis ad consolationem, sed illis ad glorificationem. Propter hoc ergo dei filius pro redemptione hominum homo hodie factus est, vt caro per carnem liberaretur, & humano generi de suo sumeretur precium redemptionis, vt inde remedium fieret, vnde vitium contractum fuerat, & in eodem monstraretur & peritia medici & iustitia redempti, quādo de suo & sanādo inuenitur remedium & preciiu redimendo. Quia vero a corruptione liberandum erat, quia remedium, idcirco precium redemptionis incorruptum esse debuerat. Propterea Maria mater electa est, & super oēs creaturas præelecta, omnibus gratijs fecundata, omni virtute & sanctitate in vtero repleta, vt de mundissima matre mundissimus filius nasceretur. Et sicut in cælo filius habuit patrem immortalem & æternum, sic & in terra haberet matrem omni corruptione carentem. Igitur in cælo qualis est pater, talis est filius: & in terra qualis est mater, talis est secundum carnem filius. In cælo cum patre æternus est & immensus, & in terra cum matre temporalis est & mansuetus. In cælo cum patre sublimis est & incorruptus, & in terra cum matre hodie in præsepio humilis & corruptibilis apparet. In cælo imago patris apparet, & in terra Mariæ filius ostenditur. In cælo syderum & cunctorum factor ostenditur, sed in terra hodie

per matrem inter botem & asinum collocatur. Mater D virgo est, & in humilitate exultat, sed eius hodie filius humilitatem facto commendat. Per virginem hodie venit ad nos, & per virginem præcessit nos. Per incorruptionem venit vt peccatum tolleretur, & per incorruptionem præcessit vt virtutem demonstraret. Venit ad nos hodie ille Iesus Nazareus vt conferret remedium, præcessit vt daret exemplum. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere, quoniam omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Radix integra, & ramus fructusque incorruptus est. Saluatoris igitur nostri aduentus Gabriel nuncijs missus est, vt nouam in carne natiuitatem filij dei prædicaret, in qua forma serui domino sociata hostem potenter deuinceret, fortis in illo, non tamen violenta ad inferendam iniuriam, sed efficax ad iustitiam obtinendam. Propterea Gabriel missus est vnus de maioribus cælorum angelis, sed ideo Gabriel dicitur, quia fortior cunctis erat. Gabrielem enim fortitudo interpretatur, quia ipsa etiam infirmitas fortitudo fuit, quoniam in ea superatus fuit inimicus, & capta præda a violento reducta est. Tres enim perierant, & subsecutus est quartus, redemptor eorum deus. Primus sine maculo & sine foemina, vt Adam. Secundus de maculo sine foemina, vt Eua de Adam, quia tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Tertius de maculo & foemina, vt Abel. Quartus de foemina sine maculo, vt saluator mundi, qui de beata Maria virgine hodie pro nobis nasci dignatus est. Et quia primus author culpæ deiectus est per foeminam, ideo authorem gratiæ sine maculo concepit, & peperit hodie foemina Maria virgo. Hæc est foemina totius mundi mater & domina, quæ virgo permanens peperit hodie filium, stella protulit solem, creatura genuit creatorem, filia concepit patrem & filium, simul in vnū diuitem & pauperem. Ipsa filia est, ipsa est & mater, ipsa ancilla & domina, ipsa genitrix & genita, ipsa cum integritate peperit, cum virginitate concepit: & post partum, vt supra diximus, virgo permanit, ipsum quem genuit mox adorauit. Cuius adorationis & gratiæ participes nos faciat ille qui cum patre, & spiritu sancto viuuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Lucæ. 2.

Gabriel fortitudo.

E Gene. 1. Gene. 2.

Gene. 4. Lucæ. 3.

De triplici genere monachorum in Aegypto.

Sermo XXI.

**I**nobis per literas declarauit sanct⁹ pater Hieronymus fratres dilectissimi, tria sunt in Aegypto genera monachorū, quorum duo optima sunt, sed tertium omnino tepidum & omni affectu vitandum. Quæ sunt illa duo quæ optima prædicantur, nisi Eremitarum atque Cœnobarum genus & ordo, quorum vita clarissima & sancta congregatio tempore prædicationis Apostolicæ sumpsit exordium? Isti sunt illi viri perfecti, quibus frequenter adhæsi tempore errorum meorum, per quos etiam illuminari merui, quorum etiam sanctitatis fama ad aures meas perueniens baptizari non diu distuli. Et pia matre me instigante apud Mediolanum, vt ad patriam remearem, & cupiens eos habere in visceribus charitatis, & cum eis pariter viuere, ad virum illum Simplicianum, qui a iuuentute sua deuotissimè deo vixerat in omni charitate perrexi, deprecans eum cum fletu & gemitu, vt mihi quosdam seruos dei de suis donaret. Et donauit eos mihi paternè. Quare paternè eos mihi donauit? Quia sciebat me velle monasterium in Africā ædificare. Et assumptis mecum Anastasio, Fabiano, Senero, Nicolao, Dorotheo, Isaac, Nicofrato, Paulo, Cyrillo, Stephano, Iacobo & Vitali pauperculo, qui pecuniæ sacculum apud Mediolanum inuenit

De verbis Apostoli sermo. 19. In lib. 50. Homi. Homilia. 9.



Gnit & non rapuit, de quo iam sermonem fecimus, quia inuenit & non rapuit, nec post aurum abire voluit. Igitur istis mecum assumptis imitari cupiebam cum charissimis meis amicis Etodio, Alipio & Pontiano, qui diu mecum fuerat, & cum ceteris duodecim, quos nuper assumpseram, illos quorum famam etiam sanctus presbyter Hieronymus mihi describerat. Et sic perueni ad Africam pia matre defuncta, & edificati, ut videtis, monasterium in quo nunc sumus in solitudine, & a gentibus segregatum. Et placuit deo centenarium numerum fratrum mihi donare, illuminans corda nostra, non solum sanctissimos patres solitarios imitari, sed etiam in hac solitudine more Apostolorum omnia communiter possidere. Hæc deus nos seruare, & postea docere, & per nos vobis præcipere voluit. Sic enim videtis quia ante me multi fuerunt patres, quos sequi & imitari debemus, non tamen sicut ego secundum Apostolicam vitam alios vivere docuerunt. Caput igitur & principium omnium vestrum secundum Apostolicam vitam me ipsum dicere non erubescio. Non tamen vos pigeat eos sequi & imitari in omnibus, attendentes omnia communiter habere & possidere, quia in celsitudine paupertatis viuientibus non licet nisi ut vnum sit cor, vna sit anima, & omnia communiter possideant. Vnde agrorum precia ponebantur ante pedes Apostolorum, tanquam pedibus conculcanda, quia ipsi sancti Apostoli & amici dei indigna reputabatur agrorum precia manibus contrectari. Vnde etiam in veteri lege Leuitis præcipiebatur, nihil in terra eorum possidere. Non ergo habere debemus temporalia ad possidendum, nec ego, qui Episcopus sum, habere debeo, nisi tantum ad dispensandum, quia bona Ecclesiarum patrimonium pauperum sunt. Vnde ego, qui Episcopus sum me cauere debeo, ne res pauperum, quas Hipponensis Ecclesia conseruare videtur, diuitibus largiantur, quod bene feci hucusque. Nam consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunt, aliquando cum minis, aliquando cum blâdimentis dicentes, Da nobis aliquid pater, caro enim tua sumus, Et tamē dei gratia, & vestris orationibus mediantibus, consanguineum aliquem meditare non recolo. Chariores enim mihi reputo pauperes quam diuites, quia habentes victum & vestitum fideles omnes contenti esse debent, maxime nos clerici, in cuius rei signum capita tonsa & rasa habere debemus, ne diuitiarum capilli occupent mentem seruorum dei. Eia ergo fratres mei estote pauperes, non solum verbo, sed & opere & veritate, attendentes quid vobis dicat qui nostrum se fecit precium in ara crucis, qui etiam noster est aduocatus in cælo, & intercessor ad dexteram dei patris. Dicebat enim ille deus deorum discipulis suis, quos de toto mundo prælegerat, ut essent sal terræ, lux mundi, rectores Ecclesiæ militantis, magistri & senatores Ecclesiæ triumphantis. Ait enim, Beati pauperes spiritu. Non beati qui sub dura & grandi necessitate patiuntur. Tales enim murmurant, detrahunt, & invident habentibus, rapiunt & furantur, sed si non opere, saltem voluntate hæc adimplere conantur. Ideo tales beatos non appellat saluator, quia non pauperes sed miseri sunt prædicandi. Quare: Quia de angustiis temporalibus educti ad eternas miseras deputati sunt, ubi non solum beatitudinem habere non poterunt, sed nec guttam aquæ inuenient. Beati ergo pauperes spiritu, sed non paupertatem simulant. Tales sunt hypocritæ, paupertatem foris prædicantes, nullam tamen necessitatem portare volentes. Tales enim in cunctis operibus suis sperant reuerentiâ

honoris, gloriam laudis, a melioribus metui, & venerari ut deus, sancti ab omnibus vocari desiderant, sola voce paupertatem & abstinentiam prædicant, sed digito suo non cogitant ea mouere: corpora despectis vestibus tegunt foris, sed intus ad carnem purpura induuntur: in cinere prædicant se iacere, sed excelsa palatia non despicunt: angelicam faciem foris ostendunt sed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi Sarabaitæ, de quibus tertio nobis scripsit pater Hieronymus, quorum genus est omni affectu vitandum, ipsi denique in Aegypto erant in foraminibus petrarum habitantes, induti porcorum & bouum pellibus tantum, cincti funibus palmarum, spinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas, discalciati, & sanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad festum scenophegia pergebant Hierosolymam, & sancta sanctorum intrantes, paupertatem & abstinentiam prædicabant omni affectu seruare, barbas postmodum in conspectu hominum sine redemptione euellere festinabant, & sic acquisita fama & lucro ad propria remeabant, solitarie gaudentes & epulantes supra id quod explicare possumus. Hos fratres mei & filioli mei quos quotidie parturio in visceribus charitatis, nolite obsecro imitari, quia non beatos sed damnatos eos esse prædicamus. Amate igitur paupertatem, amate eam omni affectu, & nolite deficere, ut sitis genus electum non abiectum, gens sancta non oblinata, populus acquisitionis, sed non perditionis, regale sacerdotium, sed non venale precium, Vos estis illa Apostolica forma, sanctaque congregatio a mundo corde & opere segregata, qui dei virtute iam percussistis duces Moab, satrapas & tyrannos Hierusalem, & Aegyptiorum hypocritas iam vulnerastis ad mortem. Vos estis vinea mea electa in medio Ecclesiæ paradisi plantata, Christi redempta sanguine & irrigata. Ad hanc vineam ego solus dei virtute vos congregavi, & operarios meos vos feci, ut laborantes in ea vique ad finem dignum fructum recipiatis in tempore suo. Ad hanc vineam vos elegi, ad hanc dei hereditatem vos conuocaui, licet fauoratus a sancto Episcopo Valerio, qui de bonis episcopatus ut monasterium in eremo edificarem mihi multa donauit. Non enim satis fuit patrimonium meum, nisi etiam ipse me coadiuuasset. Ad hanc igitur congregationem vos elegi, non vos elegistis, sed ego elegi vos. Et ecce postquam Episcopus factus sum, Vitalem, Nicolaum, Stephanum, Dorotheum, Paulum, Iacobum, & Cyrillum frequenter rogavi, ut me solum in Episcopatu non dimitterent, quia licet Episcopus essem, non tamen credebam paupertatem despiciere, sed cum Abraham, Isaac, & Iacob inter diuitias vivere, & veram paupertatem seruare optabam, ut de numero eorum essem, de quibus ait Apostolus, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Igitur hos frequenter rogavi ut venirent, non ut essent rebelles eremo, sed ut solitarie etiam in ciuitate viuentes, habitare possemus in palatio sancto. Sed ecce noluerunt venire tanquam de seipsis timentes, ne a seculo caperentur. Noluerunt venire, Quare noluerunt? Non quia non digni, sed quia non solum pauperes esse voluerunt, sed etiam supra id quod in speculo nostro adidimus facere voluerunt, calcantes per omnia seculum & pompas eius. De quo munere summum gaudium omnes habere debemus, quia facere voluerunt ea quæ deo & mihi facere promiserunt. Et quia solus stare non poteram Episcopus, ideo rogavi sanctum senem Episcopum Valerium, qui mihi iam potestatem prædicandi & obsecrâdi in populo dederat, ut infra domum Episcopi monasterium clericorum

rum constituerem. Et placuit sancto Episcopo mihi cõdescendere, & sic cum eisdem in omni paupertate viuere copii, non manducans carnes, nisi dum hospites veniunt, sed tantum olera & legumina absque oleo vel butyro, sicut ante vobiscum cum gaudio facere consueueram. Igitur fratres mei licet in cathedra episcopali me videatis, paupertatem tamen mihi charam sponfam tenere, congratulor, quia ipsa est etiam Christi sponsa, sanctorum possessio, beatorum vita, fidelium securitas, clericorum ornamentum, monachorum vita, nobilitum pulchritudo, diuitis magnificentia. Hæc enim est illa sancta paupertas, quam qui tenet & amat, nulla indigentia laborare potest. Nec mirum fratres, quia sibi datur omnium dominum possidere. Ipse est enim sperantibus in se thesaurus in paupertate, solatium in solitudine, gloria in abiectioe, honor in contemptu, ymbraculum in omni protectione. Estote igitur pauperes fratres mei, quoniam desiderium pauperum exaudivit dominus, & preparationem cordis eorum audivit auribus suis. Tunc enim vere pauperes eritis spiritu, tunc vere beati, tunc benigni, tunc obediētes, tunc veraces, tunc non ficti, tunc omnis mali ignari, si vero corde & opere pauperes inueniamini. Quam gratiam nobis impetrare dignetur beatus primarius martyrum Stephanus, qui pro suis persecutoribus exoravit dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

De consolatione fratrum in eremo, a quibus sanctus Augustinus recessit, cum exhortatione ad orationem et lachrymas. Sermo XXII.



Ratres mei & læticia cordis mei, tempus est ut reuertar ad eum qui est, & qui misit me ad vos, vos vero nolite contristari, nec turbetur cor vestrum. Rogabo enim patrem ut ipse vos custodiat, & maneat vobiscum in æternum spiritus veritatis. Iteram etiam dico, Nolite de meo recessu amplius contristari, sed semper orate pro inuicem ut saluemini. Valde enim seruis dei & solitariis est necessaria ipsa oratio, per quam deus placatur, per quam deus ad nos inclinatur. Adorauerat enim populus Iudaicus vitulum conflatilem, & ait dominus Moysi, Dimitte ut irascatur furor meus contra eos. Cui Moyses, Quis est domine qui escat ira tua, & esto placabilis super malitiâ populi tui. Et ecce placatus est dominus. O quam grandis est ipsius orationis causa, o quam grande mysterium. Ecce Moyses orabat in monte, & Iosue Amalech deuincebat. Per orationem Ezechias sanatur, & salutem animæ & corporis adipiscitur, per orationem Saulus efficitur Paulus, & doctor gentium, & prædicator orbis terræ. Obsecro ergo fratres ut oretis pro inuicem ut saluemini. Deprecor fratres mei cum Apostolo, primum orationum fieri obsecrationes, orationes, postulationes & gratiarum actiones. Orate & nolite deficere, & si possibile est lachrymas fundatis. O quam magnum vespertinum sacrificium deo obtulistis, lachrymas cum oratione effundere. Diuina enim scriptura aliquando nos ad lachrymas, aliquando ad gaudium nos inuitat. Sæpe enim dicebat saluator discipulis suis, Beati qui lugent in hac vita, quia gaudebunt in æterna vita. Prius enim dolendum est, sed post dolorem gaudium subsequetur, quia beati qui lugent. Sed postea dicit saluator, Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Quæ quidem merces per lachrymas & orationes acquiritur. Orate igitur fratres mei in eremo, orate & nolite deficere. Nam sicut proprium est canibus latrare, ita proprium est eremi cultoribus

orare. Bonorum enim oratio locutio est ad deum. Quando enim serui dei legunt, deus sine dubio eis feruentur loquitur, sed dum orant cum deo suaviter loquuntur. Ipse enim sapiens est, quia sub paucis verbis multa comprehendit, & quicquid necesse est, hilariter tribuit, & abundantius atque perfectius quam homines sciant vel valeant cogitare. O fratres mei dilectissimi, clamate in eremo, vltate in hac vasta solitudine, vociferari non quiescat, clamate orando & nolite deficere. Clamate non solum voce, sed maxime mente. Ecce enim semper auditis aues in deserto cantantes, & laudantes deum factorem suum. Et si cantare non potestis, quia senes multum estis, mente saltem nolite tacere. Nam & tacentes ore, mente autem orantes exaudivit dominus. Nec in oratione locutio tantum queritur, quantum sensus. Ecce enim Hieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tripudiant, Iob in sterquilinio nudus triumphat, paradysum de cruce latro inuenit, Susanna inter senes defenditur, Stephanus de torrente in cælum suscipitur, & inter lapidates pro Saulo exauditur. Non est igitur locus in quo orare non debeamus, quia deus vbique est, vbique nos exaudire dignatur. Orate igitur semper, & in omni loco ut saluemini. Non solum vnusquisque pro se, sed pro omnibus orare debemus. Nam ut ait pater Ambrosius, Si pro tantum rogaueris, solum tuum meritum possidebis: sed si pro omnibus rogaueris, omnes pro te rogabunt. Oratio sancta, columna sanctarum virtutum, deitatis scala, viduarum maritus, angelorum cognata, fundamentum fidei, monachorum corona, coniugarum leuamen. Beatus qui te amat, beatorum qui te frequenter. Beatus qui te astringit, sed beatorum qui in te perseverat. Beatus qui tecum lachrymas fundit, quoniam holocaustum sanctum deo & immaculatum offerre non dubitamus. Flete igitur fratres orando & nolite quiescere, ut digni efficiamini gratia dei. Sed dicetis, Ecce multi sumus, & præter Euodium, Alipium & Pontianum qui de scriptura sancta multum nouerunt, omnes grossi & idiotæ sumus, igitur doce nos orare. O fratres mei licet grossi sitis, & subtilia non capiat, non tamen debiliores vos reputo, sed chariores vos teneo ignaros & humiles, quam sapientes elatos & superbos. Dei tamen gratia pro vestra salute sufficit quod habetis. Licet enim medullam scripturarum non intelligatis, sicut Euodius, Alipius, & Pontianus, qui Romæ diu mecum commorati sunt, tamen scripturarum corticem vos intelligere non dubitamus. Diximus enim primò vobis, quod psallere, orare, & manibus laborare debeatis, quando necesse fuerit, & si vobis tempus super fuerit, dicere Pater noster non differatis. Ipsa enim dominica oratio appellatur, in qua septem petitiones reperuntur, in quibus omnes species orationis comprehenduntur, quibus deum interpellamus pro appetendis bonis, & pro vitandis malis, aut pro delendis commissis. Tres enim primæ petitiones pertinent ad æternitatem, Reliquæ vero quatuor ad hanc vitam temporalem pertinere videntur, quia & panis quotidianus, sci licet spiritalis licet sit sempiternus, ad hoc tamen tempus etiam pertinet, in quantum ministratur animæ quibusdam signis dictis vel scriptis. Et ideo panis dicitur, quia laborando, & differendo discitur, & ita quasi manducando deglutitur. Nunc quoque peccata dimittuntur nobis, & nos dimittimus aliis, quæ petitio est inter quatuor secunda. Et tentationes quæ nunc nostram vitam infestant, & ipsa liberatio a malo, ad hanc vitam pertinent, quia dei iustitia mortem incurrimus, vnde dei misericordia

Acto. 2. & 4.

Acto. 4.

Numeri. 18.

Ecclesiæ bona, pauperum patrimonia

1. Timo. 6.

12. q. 1. cap. Duo.

Matth. 5.

Ibidem.

Sarabaitæ.

L.

1. Petri. 2.

M Ioan. 15.

2. Cor. 6.

Psal. 9.

Ioan. 14.

Iacobi. 5.

Exod. 32.

Exo. 17.

4. Reg. 20.

Acto. 7.

Iacobi. 5.

1. Timo. 2.

Lucæ. 18.

Matth. 5.

Ibidem.

Lucæ. 18.

Hiero. 20. Daniel. 3. & 6. Iob. 2. Lucæ. 23. Daniel. 13. Acto. 7.

E.

Ambrosius

Matth. 6.

**G** misericordia liberandi sumus. Quæ cū ita sint, ipsarum petitionum verba diligentius pertractanda sunt, vt intellecta maiorem generent cordis affectum, & quod petitur ad velociorem perducatur effectum. Orate igitur fratres dicentes, Pater noster, referetes gratias largitori omnium bonorum, qui dulcedo nostra est, vita & resurrectio nostra est, spes nostra est, & lumen oculorum nostrorum, baculus senectutis nostræ, donans nobis sensum vt eum agnoscamus, & secreta secretorum suorum intelligamus. Ipse enim nobis dedit efficaciam in opere, gratiam inter electos, effectum in suis, & suorum præceptis, solamen & constantiam in aduersis, cautelam in prosperis & timorem, & quocunque vertimur sua grandis misericordia nos præuenit. O fratres mei non negligamus orare, non carnem domare, non vigilare. Et tamen quid ei retribuemus, qui non permisit nos submergi cum in mari magno essemus? Ecce enim consumpti eramus & nos liberauit. Errantes eramus in seculo, & reduxit nos ad viam, Ignorantes eramus, & docuit nos veritatis viam. Non igitur taceat nos orare, quia non familiam regere, sed tantum deo placere debemus. Et vt bene psallere & orare possitis, absque magno corporis impedimento, de bonis episcopatus ecclesie Hipponensis centum & quinquaginta vestimenta cum calciamentis vobis dilectis fratribus deportari præcepi, vt tempore frigoris quantum necesse fuerit vnusquisque recipiat, reponentes ea & custodientes in communi vestiario cum omni diligentia & charitate, scientes quod vera charitas non quarit quæ sua sunt, sed quæ dei. Sic autem facientes non deficiatis. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aterni dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, vt faciatis voluntatem eius, faciens in vobis quod placeat coram se per Christum Iesum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen. Orate pro nobis fratres, & ante meum recessum cupio vos salutare osculo sancto, Amen.

Matth. 6.

1. Corin. 13.

Hebr. 13.

De ieiunio. Sermo XXIII.

**R**equenter audistis fratres charissimi, quod ieiunium est res sancta opus cœlestis, ianua regni, futuri seculi forma, quod si quis iuste perfecit dei socius existimabitur, sibi cōiungitur, & spiritalis efficitur. Per ieiunium fratres mei prosternuntur vitia, augmentatur virtutes, humiliatur caro, diabolica deuincuntur virtutes. O sacrum ieiunium, tu corpus refrenas ne surgat, tu virtutes incitas vt resurgant, tu reum illuminas & sanas vt viuat. O ieiunium tu suauis es bonis, tu odibile es malis, tu delectabile es sanctis, sed detestabile prauis. O sacrum ieiunium, tu diuina mysteria pandis, quæ sapientiæ & prudentiæ sunt agnoscis, recordari præterita facis, ordinare præsentia non negligis, & præuidere futura festinas. Sed caute fratres mei, ne ieiunando superbi efficiamini, ne cupiditate auaritia vel hypocrisi pleni. Nam sæpe audistis quod Babylon ciuitas magna & populosa est inimica Christianis, idolis seruiens, diuersis erroribus mancipata, quam vt dicunt, aliqui gigantes eam edificauerunt, sed superbia inflati fecerunt in medio turrem, quæ vocata est Babel. Postea vero venit Nabuchodonosor, & amplificauit eam & ditauit, & inflatus superbia clamauit & dixit, Nonne hæc est ciuitas Babylon, quam ego edificauit in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Et dum rex sic exclamaret, vox irruit super eum dicens, Tibi dicitur rex, Regnum tuum transiet à te, ab hominibus eiicieris, & cum bestis

Gen. 11.

Danic. 4.

ferisque erit habitatio tua, sanum vt bos comedes, & septem tempora super te mutabuntur, donec scias quod excelsus dominatur in regno hominum. Et sic videtis quod superbiendo regnum terrenum amisit & sensum, quia cum bestis habitare volebat. Babylon hæc fratres mei mundus iste est, qui plenus est confusione, plenus erroribus, iniquitatibus, & veneno malitiæ. Ecce nunc fratres mei quomodo totus mundus in maligno positus est, Ecce quomodo diabolus regnat in eo, dum regnat ambitio, dum dominatur perfidia, dum conculcatur simplicitas. Et ideo fratres hæc omnia agnoscentes caueamus à cunctis malis, scientes quod per solam humilitatem omnia mala vincere valeamus, sine qua nostra ieiunia nobis non proderunt. Hæc est per quam ad vitam intrare poterimus. Non ergo extolli debemus, si bene viuamus, sed humilitatem seruantes semper philosophari non desistamus. Quid enim est philosophari, nisi mortem præmeditari? Ad regnum enim cœlorum non conducit nos gloria mundi, non multitudo diuitiarum, non nobilitas generis, non scientia, non sapientia, non facundia verborum, sed sola gratia Christi, & virtutes, & opera. Eia igitur fratres considerate ad quid huc venistis, & quid eremum concupistis, quid agere voluistis, quod officium habere desiderastis. Omnes vno ore dicetis, deo seruire optamus. Et quia sic est, propterea attendere frequenter debetis, quod vestrum officium est non solum carnem ieiunium & abstinentia esca & potus affligere quantum valetudo naturæ permittit, sed etiam mundum contemnere, peccata deserre, & non doctoris appetere cathedram, sed in cinere & cilicio perseverare in eremo vsque ad mortem debemus, Adiuuet nos Christus filius dei, quem credimus ieiunasse quadraginta diebus & quadraginta noctibus, qui est benedictus in secula, Amen.

1. Ioan. 5.

Philosophari quid?

Matth. 4.

De exhortatione ad solitudinem exemplo sancti Hieronymi, Ac de ieiunio, & quid sit ieiunium.

Sermo XXIII.

**E**GIMVS enim fratres charissimi sanctum patrem Hieronymum Cardinalem fuisse in ecclesia sancti Laurentij martyris, & quia Romanos de auaritia & foetida luxuria fortiter reprehendebat, ab eis per vestem muliebrem, vt iam audistis, eum proclamare in populo voluerunt, sed deo auxiliante sanctitatis fama minime diminuta, Romam tandem egressus est, & cū Paula & Eustochio, quas in fide Christi nutriterat, earum patre rogante, vt nobis per epistolam scripsit, asperimam vitam sanctus pater Hieronymus duxit, intantū vt neminē legere audiam filium modernorum austeriorem fuisse. Itaque fratres etiā nos, vt vidistis, mundum deserere voluimus, & ad nemora cum Hieronymo fugere concupiimus, & perseverare secundum apostolicam vitam desideramus, propterea diligenter attendamus, vt sancte & iuste in eremo conuiuiamus. Scire enim debetis, quod demorantibus in solitudine ieiunium valde necessarium est. Sed primo videamus quid sit ieiunium. Quid enim est ieiunium, nisi cunctorum membrorum debita satisfactio? Membra enim satisfaccere debent propter peccata quæ commiserunt. Vnde si quis in gula peccauerit, satisfacciat ieiunando inam qui solus est sine culpa, solus est & sine pœna. Sed quoniam nullus est sine culpa, ideo nullus sine pœna viuere debet. Oculum enim meum frequenter peccauit, quia per eum mors intrauit in animam meā. Claudatur ergo oculus, & patiat ne quod eum delectat videat. Sic enim de singulis

Hier. 9.

**A** de singulis corporis membris facien dū est fratres. Tūc enim magnum, tunc deo acceptum, tunc sibi deuotum ieiunium reddimus, dum ab iniquitatibus & voluptatibus abstinemus. Hoc est magnum & perfectum ieiunium, Sic enim agentes sancte & iuste & pie viuere dicimur. Pietas enim est cultus deo reddere quod debet. Sic talis iuste viuere dicitur, quando deo reddit quod reddere debet, & Cæsaris quæ sūt Cæsari. Impietas quid aliud est quàm idololatriam committere? Multi tamē dicunt quod impietas est, quando pauperibus quis sua nō elargitur. Propterea fratres mei scire vos volo, quod aliud est flagitium, aliud facinus, aliud impietas. Flagitium est dum peccando nos ipsos offendimus. Facinus quando proximum. Impietas quando idololatriam committimus. Similiter aliud est misericordia, aliud clementia, aliud pietas. Misericordia circa naturam, clementia erga iustitiam, sed pietas erga deum versatur. Et quia grossi estis fratres, veniat verbi gratia, Misericordia est dum si quis vidēdo aliquem iuste damnatum duci ad suspendium, naturaliter mouetur eique compatitur, & ita motus à suspēdio eum liberat. Similiter si quis rapuit pauperi aliquid boni & veniat alius & raptori eripiat ea & pauperi reddat, talem dicimus habere misericordiam. Clementia vero est vt si quis iniuste hominem punitum videat, & obiciat se periculis vt illum eripiat, talem dicimus clementiam possidere. Pietas autem quid aliud est, quàm deum pura mente colere, quæ alio nomine latria nuncupatur? Bene enim tunc dicimur ieiunare quando pietate, misericordia & clementia refloremus: Adiuuet nos Christus, qui cū patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

De cōf. d. ca. Ieiunij.

ad Tit. 2. Pietas quid?

Matth. 22. Impietas quid?

Flagitium. Facinus.

Misericordia. Clementia.

B

De ieiunio, & ubi fuit institutum: Sermo XXV.

**S**icere nanq; debetis fratres dilectissimi, quod hoc solenne ieiunium quod alma mater Ecclesia hodierna die præcipit obseruari, à creatione hominis in ipso mudi primordio præcepit deus in paradiso Adæ & Eua vt à fructu arboris abstinere. Hoc etiam ante legem Moyse sanctus obseruauit & legem suscepit. Hoc sub lege Helias astrinxit, & ad cælum in curru volauit. Eua quando abstiniuit, virgo fuit, & in paradiso permansit, sed dum ieiunium violauit, in miseriam corruit, libidinis corruptionem perensit, sub domino constituta remansit, & de paradiso expulsa fuit. Moyse etiam post ieiunium cum deo facie ad faciem locutus est, qui ante ieiunium deum nec videre nec ad eum accedere ausus fuerat. Hierosolyma à Sennacherib tempore Ezechie regis & Esaiæ per ieiunium liberatur, & centum & octogintaquinque milia cœlitus interfecti sunt in nocte vna: & ne foeterent eorum corpora, incinerati & in puluerem redacti sunt. Tempore etiam Ionæ ieiunium prædicantis in cinere & cilicio veniam impetrauit. Nunquid & Iosue filius Naue ieiunauit, plus quàm per diem & cursum solis & lunæ temperauit, & hostes superauit? O ieiunium conuiuium animarum, beatus qui te amat, sed beator qui te frequenter. Qui enim ieiunat vt bonus appareat, vt cōseruetur, vt sanior fiat, & vt ne corpore nimis impinguescat, non beatus est ille, quia ieiunium quod facit non virtutis est, sed præsumptionis, non virtutis est, sed attenuationis. Ideo non mundo, sed deo ieiunare debemus. Sic enim sancti patres in veteri lege faciebant. Decimas enim deo dabant, & primitias de omnibus bonis suis, sic & nos deo primitias dare debemus. Quas tunc primitias deo damus, Tomus decimus.

Gen. 2.

Exod. 24. 3. Reg. 19.

Gen. 3.

Exod. 14.

4. Reg. 19.

Ionæ. 3. Iosue. 10.

Exod. 22.

quando corpore quidem à cibis eleemosynas etiā dando, & mente à vitis ieiunamus, Et nunc deo tales primitiæ acceptæ sunt. Sed scitote fratres mei quod antiquitus patres nostri fideles ieiunare consueuerunt, in vigiliis magnarum solennitatum vsque ad noctem, quod laudandum erat & non bonum. Sed hoc non solum, sed etiam vigilabant per noctem, & ad Ecclesiam ludendo & chorizando conueniebant, quod detestabile erat & malum. Tales non solum Romani erant, non solum Papienses & Rauennates, sed etiam Mediolanenses, De qua turpi consuetudine dolebat Mediolani mater illa, quæ me carne & spiritu in Christo regenerauit, & institutum est ipsa instigante à patre nostro sancto Ambrosio, vt vigilia cessarent, vel cessarent à cunctis, vt homicidia & fornicationes à fidelibus deponerentur. Solum tamen ieiunium mentis & corporis cum eleemosyna Mediolanensis Ecclesia fidelibus reliquit. Sed dicetis, Nunquid in vita nostra semper ieiunare debemus? O fratres mei legem meam recepistis, & audistis frequenter inter cætera, quod carnem vestram dometis abstinentia esca & potus, quantum valetudo permittit. Nolo enim me ipsum ligare. Noli onera vestra portare, sed hoc solum super vos ponere volui, vt ieiunetis & abstineteis, quantum facere deo fauente potestis. Nolo tamen quod diebus dominicis ieiunetis, hoc enim hæretici & infideles faciunt. Omne autem ieiunium, exceptis diebus dominicis, bonum est & laudandum si bene fit. Aliquod tamen est ieiunium deuotionis, vt ieiunare vigiliis sanctorum Cypriani compatriotæ nostri, & Geruasi & Prothasij, & similia. Aliud est ieiunium institutionis, vt assumptionis sanctæ Mariæ, & natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Simonis & Iudæ, Matthæi & Andree, & Iacobi maioris. Istorum enim vigilia ieiunare semper debemus, vt sicut ieiunando cum eis patimur, ita in futurum cum eis pariter gloriemur. Sed mox mihi fratres dicetis, Cur festum natiuitatis sancti Ioannis celebramus? Nunquid in peccato conceptus est? Et ideo attendite quod prius seminatur homo, postea concipitur in vulua, & ibi caro formatur, deinde post dies quadraginta septē creatur anima, & corpori infunditur, secundum sanctum patrem & martyrem Cyprianum, cui in omnibus cōpellor credere, quia per spiritum sanctum optime locutus est. Celebratur tamen natiuitas sancti Ioannis Baptistæ, non prima sed secunda. Prima enim natiuitas fuit in vtero, quando anima in vtero fuit infusa. Alia vero ex vtero, quando venit ad lucem, & hæc sine peccato fuit, quia sanctificatus fuit in vtero. Hæc autem festiuitas non solum apud fideles, sed apud infideles vigiliam habet. In hoc festo maxime Pagani infideles ad Ecclesiam suam conueniebant vigilantes, vt supra diximus. Sed destructis vigiliis illis, adhuc tamē antiquitatis nomen tenemus, quia dum ieiunamus vigiliam nuncupamus. Vel aliter dicamus fratres. Nam dum illa sancta Elizabeth, quæ filia fuit sanctæ Ismaræ, quæ quidem Ismara soror fuit carnalis sanctæ Annæ matris dominæ nostræ, dum grauida esset de Ioanne, ante aduentum virginis sanctificatus Ioannes non fuit, sed salutata Elizabeth à virgine, mox Ioannes sanctificatus fuit in vtero. Merito ergo eius natiuitatem celebrare debemus. Sed nunc de Apostolis, quorum vigilia non habentur, dicamus. Festum enim Philippi & Iacobi ieiunium non habet, eo quod inter Pascha & Pentecosten est, quod tempus est gaudij, latitiæ & exultationis,

Ieiunium deuotionis, Institutionis.

Natiuitas Ioannis Baptistæ, quæ celebrat.

Cyprianus.

Lucæ. 11.

**G**tationis, quia saluator surrexit à mortuis. Iacobus etiam Zebedæi Apostolus apud quosdā vigiliam non habet, eo quòd occisus fuerit in diebus azymorum, nec diem mortis eius celebramus, sed potius translationis. Bartholomæus etiam vigiliam non videtur habere, eo quòd vna dierum fuerit decoratus, & sequenti die obiit, & sic si haberet vigiliam, oporteret quòd esset in tertia die, quod est contra normam aliorum ieiuniorum. Thomas autem vigiliam non habet, eo quòd tēpore aduentus venit. Barnabas ieiunium non habet, quia de duodecim non fuit. Matthias ieiunium non habet, eo quòd tempore ieiunij sit. Ioannes Euangelista ieiunium non habet, eo quòd in gloria in excelsis simus, & gloriam in excelsis deo cantare debemus. Rogo tamen vos fratres, licet ieiunia ista seruare non teneamini, pro remissione peccatorum vestrorum, vel pro periculo hostium ieiunare non desistatis, carnem domantes, quantum portare potestis. Adiuet nos Christus filius dei, qui pro nobis nasci & mori dignatus est, Amen.

*De murmuratione & detractione, & de pœnis damnatorum: Sermo XXVI.*

**H**emorantibus nobis in eremo fratres dilectissimi, murmuratores, detractores, vel susurrone nullatenus esse debemus, scieptes quòd tales regnum dei non consequentur. Non igitur stulta loquamur lingua dolosa, sed cum dei adiutorio, sine cuius voluntate & nutu folium arboris non mouetur, omnis murmuratio vel detraçtio procul sit à nobis considerates quid Mariæ sorori Aaron & Moyfi, quia murmurauit acciderit. Nam murmurauit, quia Moyfes uxorem Aethiopiſſam duxerat, & ea murmurante iratus est dominus valde, eo quòd Moyfes esset mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Et ait dominus Aaron & Mariæ, Egredimini ad tabernaculum fœderis. Quibus perueniens ait dominus, Quare non timuistis detrahare seruo meo Moyfi, cui loquor facie ad faciem? Seruus etenim meus est, & in domo mea fidelissimus est. Et ecce Maria statim repleta est lepra, cadens super eam quasi nix. Quam videns Moyfes exclamauit ad dominum dicens, Deus meus obsecro sana eam. Cui respondit dominus, Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur Maria ad pristinam sanitatem. Ideo attendite fratres quòd Maria hæc peccauit, animam subditorum & discipulorum significat, quando suo prapósito vel presbytero obedire recusat, & recusado murmurat, & murmurando leprosa efficitur, quod apparet dum culpa eius publicatur. Sed bonus pastor qui omnium vestrum curam gerit, quarens salutem animarum compatitur peccanti, & auxilium diuinæ medicinæ precibus postulat infirmanti, clamatq; quotidie indefessa voce pastor bonus, qui animam suam ponere non desistit pro omnibus suis dicens, Obsecro domine sana eam, sana cōtritiones eius, quia cōmota est. Sana eam quia lepra murmurationis plena est. Reuoca eam, quia à consortio fidelium tuorum separata est. Igitur fratres attendite ne murmuratores in eremo sitis. Nam sicut lepra propriū corpus deuorat, & sibi adherētes inficit: sic & murmurator non solum seipsum destruit, sed etiā cunctos audientes inficit & occidit. Ideo fratres attendite, vt non murmuratores vel loquaces simus, sed veraces: quia in superfluo eloquio peccatum deesse non poterit, nec omnino veritas adesse. O quā grande periculum est non solum dicere falsā, sed & vera prædicare pœnosum &

dubium est. Loquaces denique laudare non audeo, sed tacentes beatos prædicare præsumo. Attendite ò fratres mei, attendite ne simul cum presbyteris meis murmurantibus capiāmini. Nam ad vos perueni, & in diebus paschalibus vobiscum in hac solitudine esse volui, quia murmurauerunt, & Augustino detraxerunt presbyteri, & noluerūt diuinis obedire præceptis, ideo leprosi murmurando facti sunt, & immundicia peccatorum percussi sunt, & à domo mea expulsi sunt, quia vocati non fuerunt digni mecum perseverare. Ideo separati sunt & expulsi, quia non potuerunt sine murmure stare. Vos autem, quorum officium est semper orare, feruentius nunc orare vos deprecor, vt tanquam sanatos ad communionem Ecclesiæ Hipponensis reuocare gaudenter possimus illos, quos tales inuenire credidi, quales inuenire non potui. Hæc tamen expulsio est ad salutem, non ad perditionem: ad correctionem, non ad damnationem. Sic enim expulsus est Adam de paradiso, vt in hoc exilio miseræ corrigeretur, vt in hac pœna temporali per gratiam adipisceretur æternam promissionem. Nam licet Adam peccauerit dominus tamen eum non deseruit, sed ad pœnitentiā eum & suos semper inuitauit. Postquam enim Adam peccauit, latere se voluit, & abscondit se à facie domini, quod erat signum doloris & erubescētia. Sic enim vos facere cupio fratres. Nam & si aliquando murmurastis vel peccastis, quod est conditio cunctorum viuentium, erubescite & abscondite faciem vestram per humilitatem à facie saluatoris, vt dum visitauerit vos in solitudine paradisi, & vocauerit vos, dicens cui libet, Adam vbi es, consideretis in quanta peccatorum miseria positi sitis. Per hoc enim quod vos proprio nomine vocat, signum dat quod ad pœnitentiā vocat. Per hoc quod dicit, Vbi es, ostendit quod viā peccatoris ignorat, non tamē quòd ignoret, sed quod reprobet. Post meridiem apparet, ostendens quòd dominus ab amore peccatorum refrigescit, quia per peccatum in homine refrigeratus est amor charitatis. Hoc enim pensate, & cum Adam vos peccasse cognoscite & dicite, Domine audiui vocem tuā in eremo & timui, eo quòd bonis operibus nudus essem, & abscondi me per humilitatem, cognoscens quod peccavi in cœlū & coram te. Sed & cōtrarium facientes, murmurantes & detrahentes proximo suo, & mala portantes in cordibus suis, expellet eos dominus de paradiso, sed tamē faciet eis dominus misericordia motus tunicas pelliceas, ne tempore frigoris perpetuo moriantur. O grādis dei misericordia, ò infinita dei clementia, ò magna & admirabilis eius dilectio circa nos. Ecce enim quotidie peccamus, frequēter eum offendimus, & tamen nos derelinquere non vult, sed tunicas pelliceas contritionis & veniæ nobis quotidie donat & largitur. Ecce quāta est misericordia nostri saluatoris. Igitur fratres mei & lætitia cordis mei, redeamus ad mentem, & eam diligenter discutiamus, scientes quod nunc in paradiso pœnitentiæ & deliciarum positi sumus, & in Ecclesiā eius positi & collocati sumus. Dedit enim nobis præcepta, vt toto corde & tota mente eum diligamus, & proximum nostrum. Sed quomodo diligere eum possumus, si susurrone & detractores in eremo facti sumus? O quā pestis misera & mortalis est ipsa murmuratio, ò quā venenosa. Hęc enim est quæ conuentus clericorum & ciuitates multas destruxit. Et quia grande periculum est inter murmuratores habitare, ideo expellendi sunt tales, ne ceteri corrumpantur per eos. Tertia enim lingua multa mala

**A**ta mala committit, ideo si semel correpti non se emēdauerint, de vestra sancta & singulari societate expellantur. Nec crudele hoc esse credatis, nec illi qui expulsi sunt ad tempus, de hac expulsionē dolere debent, sed cum omni humilitate eam suscipiant dolentes tamen & flentes quod nondum intellexerunt Apostolum dicentem, Si quis se putat religiosum esse non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Melius est enim à congregatione præfenti expelli ad tempus, quā à cœlesti regno perpetuo exulari. Sic enim, vt supra diximus, expulsus est Adam de paradiso, non ad damnationem, sed ad correctionem. Correctus vero & emēdatus frater qui peccauerit, & qui proximo detraxerit, volo vt inter vos fraterne recipiatur. Melius est enim vt redarguamur de misericordia, quā de crudelitate in die nouissimo. Nam piūm hominem quando perisse legimus ignoro, sed impium & crudelem frequēter perisse audio. Igitur ò fratres mei & lætitia cordis mei, obsecro vt non peccetis, vt in die nouissimo nec crudeles, nec nimis misericordes inueniri possitis. Deponite murmura, claudite infra dentes linguam, ponite custodiam ori vestro & silete, non solum à malis, sed etiam quandoque à bonis filere laudabile est. Ait enim sanctus Propheta, Silui à bonis. Nam bonum vbi que proferre non debemus, sed tempus proferendi agnoscamus in cunctis. Estote igitur fratres non loquaces, sed veraces. Calcate murmuraciones, & fugite eas vt mortem. Nam murmurare, detrahare vel despiciere hypocritarum conditio est & ignorantium. Murmurare denique & detrahare hypocrita non fatiatur, de omnibus maledicens vt ipse solus à cunctis prædicetur beatus. Omnia iudicat, vt nemo sit qui eum audeat iudicare. Omnia despicit, vt ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur. O hypocrita, caue ne ad mensam meā peruenias. Nam ibi antequā aliquid sumas, lectio mea tibi primo legetur. Quid enim primo in mensa mea descripsi? Quid primo in ea habere vel audire desidero? Quid primo in ea seruare præcipio, nisi quod Quisquis amat dictis absentem rodere famam. Hanc mensam indignam nouerit esse sibi? Quapropter fratres si quis murmurare desiderat, non solum ad nostrā apostolicam cōgregationem, sed nec ad mensam nostram accedere præsumat. Non enim ad eremum peruenimus vt murmuremus, sed vt mundanis omnibus concultis, in eremo pie, sancte & iuste viuere valeamus. Quod si non fecerimus, quod deus auertat, melius fuisset quòd nati non fuisset. Quare fratres mei melius fuisset, nisi quia melius fuisset non esse quā male esse: Nunquid melius carere esse, quā esse & perpetuo cruciari? Nam non esse cui possit obesse ignoro, sed habere esse, & perpetuo cruciari, quid aliud est quā mortem sine morte semper habere? Verum & indubitanter verum vobis fratres mei dicere audeo, melius esset non esse, quā cum esse perpetuo affligi, vel æternaliter cruciari. Studeamus igitur fratres semper bene viuere, vt & semper bene esse possimus, & semper bene nos esse possideamus. Esse enim dei gratia habere nos scimus, sed semper bene esse omnino ignoramus. Propterea taliter linguam nostram, ceteraque corporis membra restringamus, vt mediante diuina gratia, ad perpetuum malum esse non perueniamus. Nec de nobis dicatur, quòd de Iuda proditore discipulo dicitur, Melius ei fuisset, si natus nō fuisset homo ille. Quare illi melius fuisset si natus nō fuisset, nisi quia melius est omni esse carere, quā in inferno iacere, Tomus decimus.

**I**bi denique & si erit stimulus doloris & pœnitūdinis, nulla tamen erit ibi correctio voluntatis, vt nullatenus à damnatis possit diligi vel desiderari iustitia. Ideo illi dititi qui in inferno cruciabantur, quauis curam de viuis fratribus gerere videretur, non tamen eidem de iustitia cura erat, quia iustitiam nullatenus diligere possunt qui in inferno sunt. Iacebat tamen diues, & sepultus erat in inferno, & quid de fratribus suis esset ignorabat, & nesciebat omnino, & tamen curam de eis videbatur habere, sicut & nos viuentes de mortuis, quauis quid agant vti que nesciamus. Itaque fratres caueamus ne peccemus, ne ad illam flammam perueniamus. Ipsa denique flamma concremationem habet, sed lumen nullum habet. Quare, nisi quia quos gehennæ flamma cruciat, à visione veri luminis cæcat? Et vt foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cœcitate obscurat, vt qui creatori suo corde & corpore deliquerant, corpore simul & corde puniantur, & vtrouque pœnam sentiant, qui dum viverent, prauis delectationibus seruiebant. Ecce fratres quomodo puniuntur peccatores, quibus vnus ignis omnibus est, non tamen vno modo omnes cruciuntur, sed quanto quis in delitiis plus permanserit, tanto fortius cruciabitur in æternum. Vnus igitur ignis singulis est & corporeus est, & vti sanissimos peccatores corporaliter cruciet, nec studio humano accenditur, nec lignis, pice vel oleo nutritur, sed post peccatum semel accensus in æternum durare nullatenus dubitare debemus. O inferne tu latus es, & mensuram non habes. Profundus es, & nullum fundum te habere cognosco. Infatiabilis es, quia omnes tam pauperes quā diuites te libenter suscipere audio. Plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus omni dolore innumerabili. Ibi omnis miseria, ibi tenebræ, ibi nullus ordo, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali, sed omne malum quòd existimari potest, damnatis in æternum erit. Ibi ò fratres mei dæmones flere & clamare non cessant, percutere peccatores nunquam desistunt, nunc superbum, nunc elatum, nunc gloria mundi plenum, nunc luxuriosum, nunc proditorem, nunc homicidam, nunc fœneratorem, nunc verbosum, nunc adulatorem, nunc mendacem, nunc detractorem. Ecce quomodo clamant. Sed quid clamabunt, nisi percutere, dilacera, interfice, sine morte occide, velociter spolia, deprædare festina, fer prunas, picem para, aurum & argentum liquece: Et quia dum vixerunt deum intelligere noluerunt, & si in æternum vixissent, semper male facere voluissent, ideo sine redemptione merito in æternum cruciabantur. Itaque fratres obsecro, vt non peccetis. Custodite linguam vestram, seruate eam, claudite eam veste ferreo, quoniam sermo vanus in vacuum non ibit, sed de omni verbo ocioso in die nouissimo reddituri sumus rationem. Adiuet nos Iesus Christus deus noster ad perseverandum in omnibus bonis, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

*De filio prodigo. Sermo XXVII.*

**A**x vobis fratres dilectissimi, qui optimam partem cum Maria elegistis, dum mundum & pompas eius cōtemnere voluistis, Voluistis enim terrena despiciere. Santiori enim cōsilio sanctorum Ambrosij & Simpliciani patrum vitam tutiorem aggressi sumus cum Paulo mundum suum O ij gente,

De obser.  
ieiun.c.1.&2.

Luc.2.

O barbariā.

Gal.5.

Nume.12.

Ioan.16.

Psal.59.

Proverb.10.  
1. Rectrac. In  
præfatione.

Gene.3.

L.

Luc.16.

M

Math.23.

Murmura-  
tio vitanda.

Ecclesiā.  
stici.28.

tata mala

Iacobi.1.

Gene.3.

Psal.38.

Augustini  
dicitur  
notādi.

C

Math.26.

Luc.16.

E

Quid stult.  
diust.

Math.22.

Luc.10.



**G**gente timens ne caperetur ab eo. In eremo denique sumus iocunditatem communicationis & fractionis panis intelligentes, clamantes cum Propheta, Ecce quam bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum. Tutior enim hæc vita est & dulcior, ubi vnus alium cohortatur, ubi alter alterius exemplo inflammatur. O vita sancta eremitica, vita solitaria, vita perfectorum, vita angelica non humana, vita penitentium, vita contra mundum pugnantium, vita ad deum fugientium, vita deifica non humana, vita filiorum qui errauerunt ad patrem redeuntium. Hæc est domus ubi reconciliatur patri filius, qui portionem substantiæ consumpsit luxuriose viuendo. Hanc fratres mei si Ianuarius noster cognouisset, aurum nobis ignorantibus non retinisset. Hanc si dilexisset, vineam, agrum, & pecuniam tenere erubisset. Quare? Quia paupertatem asperiores presbyteris meis vos sponte tenere vidisset. Nā sicut filius ille, qui peregre profectus est in regionem longinquam, ubi dissipauit substantiam suam luxuriose viuendo, sic & ipse, vel quicumque peccator, dum carnales voluptates diligit, a domino peregrinatur, & quanto peccando fit dissimilior, tanto magis a deo elongatur. Substantia enim hominis est omne quod uiuit, cogitat, sapit & loquitur, quæ deus æque diuidit, quam substantiam peccator consumit, dum conscientiam & vitæ cogitationes & verba in malis actionibus impendit. De filio etiam isto dicitur quod cepit egere, & ideo adhæsit vni ciuium regionis, & misit eum in villam vt pasceret porcos, & cupiebat implere ventrem de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Eget enim peccator dum cupit implere ventrem, non pane vitæ æternæ, sed glandibus, qui porcorum cibus est. Ideo adhæsit vni de principibus mundi, sub cuius fauore pasceret porcos, id est demones valeat. Porcus enim immundum animal est, & de sordibus saturatur & delectatur. Siliquæ enim sunt non solum glandes, sed etiam omne turpe & immundum, quod porcus comedere delectatur. Istæ denique siliquæ sunt fornicatio, ebrietas, & gulosis. Isti enim sunt demonum cibi, quibus peccator repleri desiderat, sed nemo dat illi ad sufficientiam. Peccator enim semper famescit, semper deuorare querit, nunc luxuriando, nunc alia faciendo semper delectari desiderat. Sed visitante domino patre per gratiam passionis suæ penitet miser peccator, dolet iam pasceri porcos, cogitat, & cogitando surgit, pergens ad patrem & dicens, Pater peccauit in cælum, quia assumpsit frequenter nomen tuum & sanctorum tuorum inuatum. Peccauit etiam coram te, quia in tua humanitate peccauit, quia non cognoui opere tuam infirmitatem, quam pro me passus es. Peccauit coram te, quia deus & homo es. Peccauit in cælum, quia in patrem & in spiritum sanctum. Non igitur sum dignus vocari filius tuus. Sed quid fecerit pius pater, audiamus, legamus, prædicemus, non sileamus. Nam misericordia motus, videns illum venientem occurrit, videns lachrymantem, lachrymatur, videns eum denudatum, stolam iubet parari, videns eum discalcium, calciatur, credens eum debilem & famelicum, occidi iubet vitulum saginatum. O quam grandis misericordia tanti patris, o quam infinita eius pietas, o quam dulcis, o quam pia miseratio. Ecce enim filius peregre fugit, & tamen patienter expectat. Omnia bona destruxit, & tamen ad se reuocare festinat. Porcos pascit, & ei iam vitulum parat. Famem iam ferè moritur, & epulari iam clamat. Nudus appa-

ret, bonis operibus priuatus, & ecce stola pristina gratiæ saluatoris quam in baptismo recepit induitur, & annulus fidei desponsationis datur, ne amplius valeat pasceri porcos qui ad domum patris fugit, sed tanquam ciuis sanctorum & domesticus dei fundetur in domo diuinæ maiestatis in æternū & vltra. Quod bene ostendit ille misericordiae pater, quia videns illum misericordia motus est, & occurrit & brachia extendens super collum eius, osculatus est eum, dicens seruis suis, Adducite vitulum & manducemus. Hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Similiter hoc idem fecit Saluator Petro, quando eum negauit, quando illum respexit, quado respexit mentē eius, tūc fleuit amare. Occurrit peccatori Saluator, quia per se non potest ad deū accedere, nisi ei subueniat, nisi mentē eius respiciat. Sed postquā eum respexerit, fleuit super collū eius quia onus eius leue, ponit super collū eius discēla, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Tūc stola induitur, dum anima indumentovirtutū vestitur. Duæ enim stolæ sunt, Vna videlicet quando anima in presenti indumēto virtutum vestitur. Altera vero immortalitatis est, quando corpus in fine seculi etiam resuscitabitur. Et ideo fratres mei licet in eremo sitis, scire tamen debetis, quod duæ stolæ sunt, duæ resurrectiones, quarum vna est animæ, quando resuscitatur a vitiis, in quibus mortua iacebat: altera corporis, quando corpus configuratum erit corpori claritatis Christi, quando in die iudicij reformabitur. Eia ergo fratres mei & corona matris meæ, scitote quod porcos iam pauimus cum multo tempore demonibus peccando placuimus. Iam frequenter eorum siliquas desiderauimus, quando mundo placere voluimus, quando in eo florere concupiimus, quando delectationibus suis toto affectu adhæsimus. Sed nunc dei gratia serui Christi sumus, clamare non cessamus, Peccauit domine, iam non sum dignus vocari filius tuus. Quorum clamorem audiens occurrit nobis osculando, suam pacem donando. Stolam donauit, quando animam vitiis spoliavit. Annulum donauit, quando in fide nos sua roborauit. Calciamenta donauit, quando memoriam mortis nobis impressit. Vitulum occidit, quando in sacramento altaris memoriam passionis eius in mente renouauit. Tunc nobiscum pater manducat & epulatur, quando in operibus suis perseverando delectamur. Tunc sic nobis ornatis præcipit angelis deus, vt conuiuui præparent, quia mortui eramus & resurreximus, perieramus & inuenti sumus. Cogitate ergo fratres ad quid venimus. Ecce in solitudine sumus, elongati sumus a seculo, & longo tempore iam mansimus in solitudine, vt secundum Apostolicam formam quietius viuere valeamus. Locus enim non facit sanctos, sed operatio bona locum sanctificabit & nos. Peccauit enim angelus in cælo, peccauit Adam in paradiso, & tamen nullus locus sanctior illis erat. Si enim loca habitatorē beare possent, nec homo nec angelus a dignitate sua corruissent. Pæstate ergo fratres quid vestis nigra, quid zona pellicea, quid corona capitis persuadeat. Nigra enim vestis qua vilis est, mundi contemptum nobis denunciat, & memoriam mortis. Zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de vertice, superfluitatem criminum significant ablatam de mente. Sic enim mihi sanctus pater Ambrosius, quado me regenerauit in Christo anno ætatis meæ tricesimo mihi petenti respondit. Cogitate ergo fratres, quam reprehensibile est, si sub tali habitu superbia lateat, vel luxuria,

**A**xuria. Summe necessaria est igitur nobis in eremo demorantibus ipsa humilitas quæ designatur per vestem, Castitas quæ denotatur per lumborum præcinctiōem, Obedientia quæ intelligitur per subiectionem. Portamus etiam baculos, per quos intelligitur disciplina, sub qua semper parati esse debemus. Deus autem qui nos de tenebris gentium reuocauit ad gratiam, confirmet etiam in omni bono, vt abundemus in spe & virtute spiritus sancti. Amen.

*In cæna domini. Sermo XXVIII.*

**V**diuimus fratres charissimi, quod cū dominus intinxisset panem vt daret ludæ, quod post buccellā intravit in eum Satanās. Et ait Iesus, Quod facis, fac citius. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exiisset, ait dominus discipulis suis, Surgite. Et postea ait, Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Antequam tamen a vobis recedam, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Satis enim nouit charitas vestra, quod tota perfectio nostræ vitæ & edificationis ex Euangelio accipitur. Eius verba a summo nostro magistro nobis data sunt, ideo preciosa sunt, & satis nos hortantur, nosque edificat quotidie: Et ea vobis modo præsentamus, ad memoriam vobis reducimus, non quia non bene intelligatis licet in eremo permaneat & segregati a gentibus sitis, etiam corporaliter ante quā essem presbyter Episcopus pariter videre potuistis, sed ideo vobis ad memoriā reduco, non vt doceamus sed vt & me & vos fratres moneamus. In Euangelio quo dicitur, quod ad præsentem diem pertinet, de patientia & dilectione & humilitate instrui-mur. Ideo fratres vt & ego plenius valeam vna vobiscū corrigi & doceri, relinquere volui, presbyteros meos, quorum vita Apostolica vestra & eorū vna est: Et sanctum senem Valerium etiam corpore hodierna die relinquere non curavi, cupiens vos docere & a vobis doceri, vt fructum aliquem deo in die tantæ solennitatis offerre digne pariter possim. Ideo fratres ad expositionem sancti Euangelij accedentes, primo audire & scire vos volo quod dominus Iesus discipulum Iudam multis modis, minis, sacramentis & exemplis & planctu volens eum correre, & prædictis modis ad correctionem inuitare, ad vltimum eum manifestauit in damnationem & ruinam iam esse paratum, dum in cæna dixit, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Cum enim Iudas prauam suam vitā nulli patere putauisset, magistrum audiendo erubuit, sed non penituit: multo enim ante passionem dixit, Nonne duodecim elegi sed vnus ex vobis diabolus est? Et post cænam ait, Vos mundi estis, sed non omnes. Hoc autem magister dicebat, volens discipulum verbo corrigere. Ecce quomodo verbis timoris eum cor-rexit. Sed videns dominus quod verbis eum corrigere ipso nolente non poterat, studuit eum corrigere, & sibi timorem æternū incutere, dum ait, Væ homini illi per quem tradar ego, melius ei fuisset si natus non fuisset. Sed dominus cor discipuli nequiter induratum, ad dilectionem sacramenti dulciter inuitauit dicens sibi post Petrum & ceteris, Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Sacramentum enim illud ideo hominibus datur, vt corpus in terris capiti coadunetur. Sicut enim multa grana vnum panem conficiunt, & ex multis racemis vnum vinum extrahitur, sic ex multis hominibus Christi corpus conficitur. Obtulit autem dominus discipulo sacramentum vnitatis, vt eum inuitaret Tomus decimus.

ad humilitatem dilectionis. Licet etiam propter alios discipulos humilitatis exemplū præberet, tamē ouem perditam recuperare valde cupiebat. Sed videns eum nequiter obstinatum, surgit a cæna & vestimenta deponit, linteo se præcinxit, & ad principem Apostolorum primo, vt arbitror fratres, peruenit. Ante eum se genu flexit diuinitas incarnata, deus ante hominem, creator ante creaturam, magister ante discipulum, rex ante piscatorem, doctus ante indoctum, sapientiā ante ignorantiam, pulchritudo ante deformitatem. Ideo Petrus diuinitatem incarnatam videns ante se incuruari, expauit, exhorruit, & per cœnaculum velut insensatus cucurrit & clamauit, Non lauabis mihi pedes in æternum. Nam inquit, Petrus, Domine iam dixi quod tu es. Christus filius dei viti, & tu mihi lauas pedes? Sed notare debetis fratres qui in eremo habitatis, cur, inquam, cœna facta dicitur, cum post ablutionem pedum dicatur buccellam panis Iudæ dominum porrexisse. Non debemus intelligere cœnam finitam, cum dicatur panis esse adhuc super mensam, Adhuc enim cœnabatur quando dominus a mensa surrexit, & tamen cœna iam facta dicitur. Intelligere hoc nanque debetis quod non facta erat, sed parata, & ad conuiuantium mensam vsum perducta. Ideo Ioannes aquila grandis istam dicit cœnam, omnia diligenter attendens, prius nostri Saluatoris celsitudinem voluit commendare, dum ait, Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a deo exiuit, & ad deum vadit: Magnam Christi potentiam exprimit Ioannes, cum omnia patrem ei dedisse affirmat. Magnam celsitudinem Christi prædicat, cum eum a deo exisse asserit: & tamen hodie audiuius, quod ille qui habet omnia in manu, vestimenta etiam deponit. Sed quid mirum, si pro discipulis vestimenta deponit, qui etiam carnem pro inimicis suis dedit? Et quid mirum si more famuli præcinxit se linteo, qui formam serui accipiens, habitu inuentus est vt homo? Quid mirum si fudit aquam in peluim, qui dignatus est fundere sanguinem pro nostra redemptione? Et ait Ioannes, Venit ergo ad Simonem Petrum. Videtur denique quibusdam, sicut fuit martyr ille sanctissimus & doctor Cyprianus, ante Petrum Iudam lauisse, volens dominus prædictum discipulum reuocare. Sed non videtur ratio ponderosa, ex quo enim Petrum iam cunctorum caput fecerat, ad eum accessit primo in honore, vt ceteri postea similiter facerent. Ideo sic intelligendum est, cum summam rei bene transcripsisset dicendo, Cœpit lauare pedes & linteo tergere: redit postea ad ordinem rei ostendendo, dicens, Venit ergo ad Simonem. Quid est etiam quod dominus postea dicit, Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus? Si mundus est totus, quare necesse est vt pedes lauet? Ideo fratres attendere debetis, quod hanc mentionem facit dominus de ablutione baptismatis: qui ergo lotus est in baptismate totus, non est necesse nisi vt pedes venialium peccatorum lauet, quibus humana mens obstare non potest; nec infans cuius vnus diei vita regnat super terram. Peractis denique & con-summatis lacræ cœnæ sacramentis, factis & ordinatis in eadem cœna Apostolis, sacerdotibus communicatis, & lotis eorū pedibus, iterum intrauit mensam, & ait, Scitis quid fecerim vobis. Si ergo ego dominus & magister laui pedes vestros, & vos debetis ter alterius lauare pedes. Si sum magister, discite a magistro: si dominus, erubescat hæc despiciere seruis: si

Gal. 12.  
Luc. 15.  
Supra Ser. 5.  
Luc. 15.  
Siliquæ.  
Luc. 15.

Matth. 6.  
Matth. 11.  
Stolæ duæ.  
Philip. 3.  
Luc. 15.  
M  
Vestis nigra, zona pellicea, corona capitis  
Esa. 14.  
Gen. 3.  
Vestis nigra, zona pellicea, corona capitis  
Aletis sacramenti quare hominibus datur?

1. Petri. 2.  
Ioan. 13.  
Matth. 6.  
Ioan. 6.  
Ioan. 13.  
Matth. 26.  
Ioan. 13.  
Matth. 26.  
Aletis sacramenti quare hominibus datur?

Ioan. 13.  
Matth. 6.  
Ioan. 13.  
Philip. 2.  
Cyprianus.  
Ioan. 13.  
Ioan. 13.  
Iob. 15.  
Ioan. 13.

**G**iam peperi proditori, & vos parcere studeatis: si ante eum genu flexi, humiles ante aduersarios estote: si me ab eo permisi osculari, & vos maxillam prebere dignemini: si proditorem amicum vocaui, & vos inimicum amicum vocare corde & opere non dedignemini, quia non est seruus maior domino suo. Et post pauca de filio perditionis dolorem ostendens & dolens, turbatus in spiritu & contristatus, ait, Vnus vestrum me tradet. O quam doluit dominus discipulo perduto, & quam studuit eum ad se reuocare. Doluit quia non potuit eum corrigere. Doluit quia obstinatum iam eum esse cum diabolo cognoscebat. Doluit quia super eum sententiam aeternae damnationis daturus erat. Et videntes discipuli faciem quam angeli aspicerent desiderant esse turbatum, dixerunt, quis esset ille, quarentes quis eorum esset maior. Sed quare hoc, nisi quia arbitrati sunt ut homines, ille qui maior est ut dominari possit, magistrum prodere procurat. Aliqui tamen de Petro forte suspicabantur, quia plus & plurima se facturum iam promiserat pro magistro, suspicantes quod si facto corde sic totiens loqueretur, Tu es filius dei. Sed quia Petrus innocentem se sciebat, innuit Ioanni ut peteret, cui dominus, Cui panem intinctum porrexero, ille est, sed caue ne Petro dicas. Et cum intinxisset Iesus panem, dedit Iudae. Non est ergo credendum quod dominus alta voce dixerit, quia si Petrus hoc sciuisset, dentibus proditorem dilacerasset. Nec etiam est putandum, quod Iudas tunc Christi corpus sumpsisset, quia iam dominus omnes discipulos communicauerat & Iudam, sicut Lucas euidenter ostendit, panem intinctum tamen dominus discipulo porrigere voluit, ut cor intinctum veneno significaret. Et post buccellam intrauit in eum satanas. Nunquid satanas tamen ante cor eius intrauerat? Omnino fratres ante buccellam cor Iudae intrauerat, sed affectu & voluntate tantum, sed post buccellam intrauit satanas effectu & opere: tamen bona fuit buccella quam Christus discipulo dedit. Bonum etiam sacramentum quod ei tribuit, sed aliquando bona obfunt, & mala quandoque profunt. Corpus enim domini quod bonum est, malis malum est. Et carnis stimulus malus est, & tamen I Paulo bonus est, & quod malum est, sibi profuisse cognoscimus. Sicut supra diximus fratres, panis iste porrectus a Christo & indigno receptus a Iuda, fecit ex merito Christus, ut maior esset licentia super eum diabolo post manifestationem, ideo grauiorem vindictam in eum fecit. Subtracta enim gratia eum dominus ad malum dimisit, & dimisit eum secundum desideria cordis sui, & iuit in adinventionibus suis. Et permittens eum in propria voluntate & arbitrio, ait discipulo, Quod facis, fac citius: quasi dicat dominus, Quia non possum te reuocare timore verecundiae, nec mortis aeternae, nec amore, do tibi potestatem ut agas factio quod iam voluntate fecisti. O Iuda quid facis? Attende antequam facias. Nam post factum forte gratiam penitendi habere non poteris, quid cupis tradere qui tibi multa peccata pepercit? Nunquid a morte te saepe liberavit? Nunquid tui amore patrem tuum sanauit a lepra, & matrem cum qua concubueras a paralyti etiam liberavit? Nunquid te discipulum constituit? Nunquid te burfarium fecit? Nunquid in furto te saepe inuenit, & semper tibi pepercit? Nunquid te post Petrum ut plurimum honorauit? Nunquid semper Christus iuxta se te habere voluit? Nunquid ad pacem postquam te proditorem cognouit saepe reuocauit? Nunquid tibi suum sa-

crum corpus donauit? Nunquid ante te genu flexit? Nunquid pedes lauit? Nunquid te osculatus est? Cur ergo prodere vis magistrum, a quo tot bona recepisti? Sed hac omnia non considerans, recepta buccella exiuit continuo. Et bene exiuit, quia vere a deo & a consortio discipulorum dei exiuit. Et erat, inquit Euangelista nox. Merito nox discipulo proditori data erat, quia cecitas mentem eius caligauerat. Qui discipulus postquam ab eis recessit nocte, mox magister undecim congregauit, & ait, Filioli modicum tempus adhuc vobiscum sum: Ideo mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Nouus enim erat homo, quia quatuor modis generantur homines, aut sine patre ut Eua, aut sine patre & matre ut Adam, aut ex patre & matre ut homines, aut sine patre ex matre tantum ut Christus. Bene ergo nouus erat, quia deus & homo erat. Nouum etiam regnum promittebat quod nemo vnquam promittere ausus erat: ideo nouum mandatum dedit. In lege autem veteri dictum erat, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed Christus nouum mandatum dedit, quia ut amicos inimicos diligere mandauit. Ceterae namque virtutes, fides scilicet, oratio, eleemosyna, virginitas, & ceterae virtutes corporis & fidelibus & infidelibus communes esse possunt, sed inimicum diligere tantum Christianorum virtus est: & ideo magister veritatis dixit, In hoc cognoscent homines quod mei estis discipuli, si dilectionem ad inuicem habueritis. Scitote tamen fratres, quod talis ordo in diligendo seruandus est. Primo super nos & super omnia deum diligere debemus, deinde animam nostram quae nostra proxima est, deinde corpus quia factura dei est: ideo Apostolus dicebat, Nemo carnem suam odio habeat. Ideo nutrire debemus corpus, nec ipsum occidere sed sustentare debemus cibo & potu, quantum valetudo permittit. Sic enim vult deus, sic vult Apostolus, sic & vobis fratres mei praecipio. Ideo fratres hortor vos & moneo atque fieri praecipio, ut tantum carnem dometis, quantum natura portare potest. Nam cum videam inter vos quosdam sexagenarios, quosdam septuagenarios, quosdam centenarios, videns eos dei amore feruentes, corpora eorum crucifigentes, vinum etiam non bibentes, timeo ne potius deum offendant quam placent: Talibus in Christi nomine praecipio, ut saltem diebus dominicis & solennibus vinum vel ceruisiam bibant. Iuuenes autem qui fortes sunt, & iam triumphare de inimico ceperunt, in Christi nomine penitentiam agant ne deincantur ab hoste. Sic enim volo, sic saepe praecipio seruari. Sic non occidemus corpora nostra, sed seruauit creatori suo. Deinde diligere debemus proximum sicut fratrem nostrum, amicum nostrum vel inimicum: ideo attende quod si inimicum videris esurire, ciba illum, da illi potum, cooperias eum, & carnem tuam ne despexeris. Dilectio enim spiritualis bonorum est, quia omnis habens eam bonus est. Nunquid etiam eum odio aliquando paradysum quis intrauit? Ad infernum ire odium habentem saepe me legisse memoror, sed ad caelum nunquam volare concedam. Cupimus ergo fratres esse ciues celestis ciuitatis, seruemus nouum mandatum nouae ciuitatis. Illa inquam ciuitas, habet pacem, praecipit pacem, & diligit diligentes pacem. Sequamur ergo pacem, si ne qua deum nemo videre potest. Quaramus pacem, & postea sequamur pacem. In ipsa deus habitat, in ipsa quiescit & pausat, quia factus est in pace locus eius. No ergo habeamus cor intinctum odio, ne filij Iudae proditoris

Quatuor modis generantur homines.

Leui. 19.

Matth. 5.

Ioan. 13.

Dilectionis ordo.

Ephes. 5.

Corpora eorum.

Ceruisia in Aphrica.

Matth. 22.

Rom. 12. Esa. 58.

Heb. 19.

Psalm. 75.

**A** toris simus, ne cum eo suspendamur, & a diabolo pariter cum eo trahamur ad tartara. Qui odium in corde portat secundus diabolus est, & qui pacem impedit. Antichristus est: & qui pacem ordinat inter fratres, reuera filius dei est. Attendite fratres Mariam, quoniam multum dilexit, dimissa sunt ei peccata multa. Quid etiam Petro dixit dominus, nisi Petre amas me? Et quia amauit, meruit & amari, meruit audire, Pasce oues meas, pasce agnos meos. Quin etiam discipulo ait qui diligebat Christum, & quem Christus diligebat? Dilecte mi veni ad me, quia tempus est ut epuleris. Pacem ergo habemus fratres, si pacem cum Christo habere volumus. Si vis amari a Christo, ama inimicum propter Christum. Si vis ergo amari, ama. Hanc amplectimini, hanc diligite, hanc pacem & concordiam vsque ad mortem seruate, si vultis cum deo pacem habere. Pax enim omnium custodia & cura virtutum est. Hanc pacem annunciarum in suo ortu angelis praecipit, Pacem annunciarum saepe apostolis, pacem praedicare praecipit hominibus, pacem pro testamento Apostolis reliquit, pacem in cruce pendens postulat, pacem in sacrificio totiens in populo pronunciarum voluit. Nulla denique dabitur venia, nisi pacifico viro. Pellite ergo a vobis hoc odij mortiferum venenum, & pacem inter vos habete, quia estis fratres, qui in hac vasta solitudine simul in vnum estis congregati. Vno enim pane, vno indumento, vno nigro colore, vna aqua omnes simul participamus. Reducamus igitur fratres ad nostram memoriam, quod dominus ab inimico osculatus est, & tamen amicum vocat illum proditorem. Amice, inquit, ad quid venisti? Date igitur reconciliationis pacem, sed non osculum proditoris. Qui enim sicte inimicum osculatur, vel verbo blanditur, Iudae proditoris fratrem & socium & similem sibi esse quis dubitare poterit? Sed qui amore Christi, verus filius est. Nos enim fratres quorum vita lux mundi est, licet mundus vos non videat, tamen mundi lucem vos appello & salterra. Ideo quia lux estis, luceant opera vestra bona. Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figuram crucis, & nomen religionis sanctae habemus, nigram etiam vestem humilitatis portamus, zonis etiam pellicem praecincti apparemus, caueamus ne simus sepulchra dealbata, quae foris pulchra & speciosa apparent, sed intus plena sunt ossibus mortuorum oculis: prouideamus ne nobis dicatur, Vae vobis qui clauditis caelorum regnum ante homines. Timeo enim satis ne paradysum intremus, nec alios intrare permittamus. Hoc autem quare dico fratres? non quia credam vos malos esse, sed quia doleo de fratre nostro perduto Simplicitate, qui ad hunc locum & ad hanc sanctam congregationem cum tanto seruire peruenit, & audito patrem interfectum esse, a nobis recessit & mundum intrauit, ut patris vindictam vindicare posset. Qui ergo se existimat stare, vigilanter attendat & videat ne cadat, & sic homines videntes illos qui columnae sanctitatis esse videbantur tam nequiter cadere, non solum ipsis regnum caelorum claudunt, sed & in seculo demorantibus. Nobis denique fratres qui nomen & habitum sanctae religionis portamus vita mala periculosior ostenditur, quam in seculo demorantibus. Ploremus ergo fratres peccata nostra, & fratris nostri amissum diligamus & nos inuicem, quia charitas ex deo est. Non erubescat alter alteri veniam postulare, quia non erubuit Christus inimicos ad pacem in cruce reuocare. Non erubescat facere seruus quod primum fecit & dominus. Dominus autem qui habitare facit nos vnus moris in domo, qui est vera pax qui fecit vtraque

Luc. 7.

Ioan. 21.

Luc. 2.

Luc. 24.

Matth. 10.

Ioan. 14.

Luc. 23.

Matth. 26.

Matth. 5.

Matth. 23.

1. Corin. 10.

1. Ioan. 4.

Luc. 23.

Psalm. 67. Ephes. 2.

vnium, nos in vera pace perseverare faciat.

De lingua dolosa. Sermo. XXX.

**V**pio vos scire fratres charissimi quae sit lingua dolosa, a qua eximus Prophetarum David postulat a domino liberari, dum dicebat, Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Et ideo scitote fratres quod non solum est lingua dolosa illa quae seminat inter fratres discordias, quae suscitatur lites, quae incitat furor, quae etiam conuentus conturbat, sed etiam illam dolosam linguam dicimus, quae te laudare adulando procurat, dicens in facie te esse quod non es. A talibus autem deum deprecari debemus, ut nos liberet & liberemur. Quare ab his liberari debemus petere? Quare eos ut mortem fugere debemus, nisi quia adulatores sunt, quia mendacia diligunt & faciunt, quia falsitatis sunt intuentores, quia diaboli fratres, quia veritatis destructores, quia puritatis deuatores, quia odiorum inuentores, quia diaboli iaculatores, quia animarum inuectores, & omnium malorum inuentores, mel in ore portantes, & venenum aspidum insanabile in corda hominum conspuentes, Ecce propter quod a domino liberari postulare debemus. O iniqua lingua & dolosa, o iniqua proditio, o pessima diaboli astutia, o grandis malitia, non solum per amara verba, sed etiam per dulcia homines illaqueare procurat, ut secum eos perducatur ad tartara. Nam si homo ab homine laeditur, opprobria, contumelias & iniurias patitur, inimicus reputatur ab eo, credo quod me non diligit, omnino oportet me custodire ab eo dicit homo, sed si deo placere volo, me oportet alteram maxillarum sibi prebere, & totum portare in patientia, vel malum pro malo non reddere. Ecce quomodo ad talia remedium est. Sed si homo beatum me praedicet, & verba adulationis non cognouero, quod remedium habere potero? Ideo fratres non solum lingua dolosa est illa, quae mala inter fratres committit, sed & illa quae adulatur. Si quis verbo tamen non offendit, hic perfectus est vir. Sed quia nemo perfectus in via, ideo necesse est ut alter alterius onera portemus. Nemo tamen alterius onera portare potest nisi qui habet charitatem. Sed qui charitatem non habet, non solum onera proximi portare non valet, sed nec etiam sua. Quid enim facere debet qui charitatem non habet? Ecce statim de festuca trabem facit, verbum pro facto reputans factum fuisse putat: Et sic dolet, clamat, tristatur, minatur vitam proximo dilacerare, & sic consumitur ille qui charitatem non habet, & onera alterius portare nescit, mori etiam frequenter desiderans, sed mori non potest. Nos vero fratres non sic, sed si verberamini a lingua dolosa, non turbato animo, non corde inflato, sed humili & tranquillo dicite, Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Sic in homine charitatem habente excitatur frequentius amor charitatis. Inflammatur etenim cor, & ardet, reuiuiscunt viscera pietatis, & sic clamare non cessant qui tanguntur a lingua dolosa, Deficit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

De confessione peccatorum. Sermo. XXX.

**D**icere solent homines fratres charissimi, Deus cuncta nouit, apud eum nec praeteritum nec futurum est, omnia videt, & omnia ponderat, omnia nuda

Psalm. 119. Lingua dolosa quae.

E

Matth. 5.

Iacob. 3.

Gala. 6.

F

Matth. 7.

Psalm. 119.

Psalm. 36.

Gnia nuda & aperta sunt ei. Quare igitur vult vt cōfiteamur hominibus peccata nostra quæ nequiter gessimus? Nūquid non melius est cūcta mala tacere, quàm ea prædicare in tectis? Ecce enim quis dicit, peccavi super omnes homines: Sed si cuncta hominibus prædicauero, omnibus hominibus peior reputabor à cunctis, exemploque meo multi multa mala committent. Quomodo ergo cōfiteri debet homo alterutrum peccata sua? O homo an ignoras quòd omnes peccatores sumus? Et si dixerimus quòd peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Omnes peccamus, omnes cū peccato nascimur, omnes in peccatis demergimur, etiam infans cuius est vnus diei vita super terram: Cur ergo timemus peccata confiteri? Tamen oportet confiteri deo, quoniam bonus est, & in aeternum misericordia eius.

Vult enim deus quòd confiteamur, nō quòd ignoret peccata nostra sed vt diabolus audiat quoniam confitemur & pœnitent nos peccasse, & peccatis cōfessis cum dolore & lachrymis, nō habeat amplius vnde nos incuset, Ecce enim fratres diabolus vult vt taceamus, deus vult vt confiteamur, & cui magis obediendum sit, certe cōstat quòd deo qui salutaria præcepit. Nō enim sufficit cessare à malo, nisi peccata quæ fecimus confiteamur cum dolore.

Nec soli deo sufficit cōfiteri, sed alterutrum peccata nostra confiteri debemus. Non igitur tardes confiteri deo. Nō tardes cōverti ad deum, nec differas de die in diem. Subito enim veniet ira dei, & tēpore vindictæ destruet te. O fratres mei qui vsque nunc dormistis, conuertimini ad deum in toto corde vestro, in ieiunio, planctu & fletu. Ecce enim quia dicit, in toto corde, nos docet Propheta, quòd in corde est fons pœnitentiæ, fletus vero ad oculum, planctus autem ad os, sed ieiunium ad totum corpus refertur. O homo ne tardes conuerti ad deum, discite mentem tuam, prospice singula secreta cordis, considera antequam ad confessionem accedas, quòd cor peccauit mala appetendo, oculus vanitatem videndo, os falsitatem dicendo, auris mendacia audiendo, manus verbera & homicidia perpetrando, & si non opere, saltem voluntate. Quis se excusare poterit, pedes etiam veloces ad malum? Igitur o fratres mei sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, illa & nunc exhibete membra vestra seruire deo in sanctificatione. Primo enim cor quòd mala cogitauit & concupuit, pœniteat & doleat, & oculus flet, os sine intermissione oret, aures audiāt verbum dei, manus elemosynam porrigant, peregrinos suscipiant, infirmos foueant, nudos induant, pedes veniant ad ecclesiam, genua flectantur & laborent, quia sicut nullum fuit membrum quòd peccando deo non displicerit, ita nullum sit membrum quòd pœnam non patiatu condignam. Dedit enim nobis deus membra, vt sibi seruianus non mundo. Sed heu fratres, cœlorum ciues & domestici dei facti sunt amatores mundi, fortius diligentes terrena quàm cœlestia, transitoria plus quàm aeterna, res suas plus quàm seipsos. Non sic fratres mei non sic, quia ecce iam tempus prope est, ecce iam nobis minatur. Surgite ergo qui panem doloris comedistis, & ad ecclesiam pergere festinemus, & flentes peccata nostra cum dolore confiteamur. Sed primo talis ordo tenendus est, vt peccata præmeditentur, vt proferendo taliter modum & circumstantiam peccatorum deo & sacerdotibus confiteamur, vt à pedibus suis non onerati sed alleuiati discedere valeamus. Et nolite fratres mei differre confiteri peccata vestra, nam qui vsque ad vltimum diem quadragesimæ vel vitæ suæ distulerit con-

fiteri, dat signum quòd hoc libenter non facit: Non gra-  
tiose, non puro corde, sed coactus hoc facere videtur: sed coacta seruitia quantum deo vel hominibus placeant considerate. Non ergo de die in diem differamus pandere cordis nostri secreta. Promisit enim deus veniam pœnitenti, sed non promisit vsque in crastinum differenti. Igitur non differamus, sed cum ad confessionem accesseris tu homo vel femina, caue ne rideas, vel ornate incedas, ne fabulas primo proferas, sed cum humiliato capite, & dorso cinere & cilicio infuso, confiteamini alterutrum peccata vestra. Sed deprecor te o homo vt confiteri non pœneas. Frequenter enim diabolus cor tuum astringit, ne confitearis, dicens, Quomodo confitebor hæc & illa? O homo quandoque hoc persenseris, diaboli tentationem esse non dubites, qui cupit te astringere nequiter, vt in peccatis positus sine magna tentatione semper agas quæ placita sunt ei. Nolite ergo timere peccata confiteri o fratres, nam illud quod per cōfessionem scio, minus scio quàm illud quod nescio. Cur confiteri times peccata? Peccator est qui audit peccata sicut & tu & forsitan maior. Homo est nihil differt à me, nihil alienum habet à me. Cur ergo times o homo peccator homini peccatori cōfiteri? Elige quod vis, si non confessus lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc enim deus exigit confessionem vt liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem, vt superbum puniat in aeternum. Confitemini o fratres mei & nolite differre, ad sacram messem confessionis accedere festinate. Hæc est enim salus animarum, dissipatrix vitiorum, restitrix virtutum, oppugnatrix dæmonum, pavor inferni, obstaculum diaboli, angelorum tunica, ecclesiarum fiducia, salus, dux, baculus, lumen & spes omnium fidelium. O sancta atque admirabilis confessio, tu obstruis os inferni & aperis paradisi portas. O confessio sine te iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputabitur. O confessio vita iustorum, peccatorum gloria, tu sola necessaria es peccatori, & nihilominus iustus si quis reputabitur, te astringere & frequentare debet. Nihil denique remanebit in iudicio quod fuerit per confessionem purgatum. O confessio illibata, tanto pondere appensum est, tantumque valuit apud deum, quod homo nonit appendere latroni qui in cruce confessus est dominū crucifixum, quantum si fuisset pro domino crucifixus. Ecce quantum profuit breuis confessio peccatoris. Sed nos qui sacerdotes sumus, & vitanam boni sumus, caute nobis vigilare necesse est & sollicitate, quatenus sic delinquentium cordibus tanto moderamine verbum timoris & contritionis insigamus, vt eos nequaquam à verbo confessionis exterreamus, vt sic corda aperiant quòd ora non obstruamus. Sed nec absolueri debemus etiam compunctum, nisi viderimus confessum. Quoniam quidem corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Qui ergo verbum confessionis in ore habet & in corde non habet, aut dolosus est aut vanus. Qui vero in corde & non in ore, aut superbus est aut timidus. Decet igitur sacerdotes esse tales, vt cognoscant & sciant quam, qualem & quantam infirmantibus exhibere debeant medicinam: Adiuuante domino deo nostro, qui viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

De fallacia mundi & eius detestatione propter tria præcipue mala quæ in eo sunt. Sermo XXXI.

Scriptum est

1. Ioan. 2.



Criptum est fratres charissimi, quòd mūdum non diligamus, quoniam mundus transit & concupiscentia eius. O munde immunde qui homines illaqueare non desinis, quiescere nō permittis, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris. Væ qui tibi credit, beatus qui tibi resistit, sed beator qui à te illæsus recedit. O munde proditor, cuncta bona promittis, sed cūcta mala persers: promittis vitam, sed donas mortem: promittis gaudium, sed largiris moerorem: promittis quietem, sed ecce turbatio: promittis florem, sed cito vanescit: promittis stare, sed cito recedis: Non ergo es diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua velut fumus euanescit. Alloquantur omnes amatores tui o munde immunde, quibus aliquando florem serenissimam iuuentutis præstare voluisti, vitam diuturnam, diuitiarum copiam, familiarium abundantiam, pacis amœnitatem, dicant omnes, loquantur cūcti, surgat venerabilis pater Adā cum omnibus filiis suis, & vno ore loquantur, vtrum in hac vita gaudium habuerint sine dolore, pacem sine discordia, quietem sine metu, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, panem sine dolore, risum sine fletu. Nolite igitur fratres mundum diligere, quoniam transit & concupiscentia eius. O munde immunde, fallax & proditor. Nunquid non periculosior es blandus quàm molestus? Nunquid non magis timendus es dum allicis, quàm dum spernis? Nunquid non magis odiendus dum diligere dissimulas, quàm dum odire te ostendis? O munde immunde, in te habitare & non dolere impossibile est. In te sperare & nō timere vanum est. In te tua amare & non periclitari impossibile est. O fratres mei nolite ergo eum diligere, quoniam transit & concupiscentia eius. Sed ecce mundus transit & nos turbat & amat, fallit & fidelis reputatur, occidit & velut vita desideratur, flectit & amplectitur. O munde immunde, & si flores quid facerent amatores tui? Sed vere non flores, & stabilitatem nullam habes, sed mella tua & dulcedo tua asperitatem habent, iocunditatem falsam, certum dolorem, incertam lætitiā, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, & spem beatitudinis inanem. Nolite ergo diligere mundum, quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Agamus fratres si possumus? hodierna die de singulis. Voluptas enim carnis dicitur quam per modum illicitum misera caro appetit, vt gulositas, ebrietas, luxuria, nimia dormitio, & vanus risus. Et quia caro vicinior est, per vitia eius primum nos aggreditur. Mundus enim quanto familiarior est, tanto periculosior est, & multi per vitia eius corruunt, Ecce Adam per gulam, Loth per ebrietatem, Salomon per luxuriam. Ideo fratres gulositati per abstinentiam occurrere festinanter debemus, Considerate quòd non propter potum, sed propter pomum homo primitus mortem inuenit, Esau non propter gallinam, sed propter lenticulam primatum suum perdidit. Scio enim Noë omne genus carnis quod cibo esset visum, manducare concessum esse: Heliam cibo carnis refectū legimus. Ioannis mirabilem abstinentiam prædicamus. Sic nos facere debemus, sed non sicut Esau lenticulæ concupiscentia deceptus, non sicut David propter aquæ desiderium reprehensus: sed sicut rex noster qui non de carne, sed de pane tentatus, tentatorem superauit teterimum. O magna & admirabilis abstinentiæ virtus, per quam homines filij dei excelsi efficiuntur, per quam vitia expelluntur & dæmones, per quam non solum ani-

Iacobi. 7.

B

Ibidem.

Gene. 3.  
Gene. 19.  
3. Reg. 11.

Gene. 3.  
Gene. 25.

Gene. 9.  
3. Reg. 17.

Matth. 3.  
Gene. 25.  
2. Reg. 23.

Matth. 4.

marum salus agitur, sed etiam corporum sanitas possidetur. Ecce enim fratres, concupiscentia carnis qualis & quanta est. Ipsa enim fomentum & mater aliarum voluptatum est, quia qui bene comedit, libidines carnis frequenter sentit, dormire querit, inde verboritas & rixæ quæ sunt opera carnis, inde consumptio pecuniæ. Nolite ergo fratres diligere mundum, quia in eo summa concupiscentia est carnis. Sed quid aliud nisi concupiscentia oculorum? O fratres mei, fecit enim nobis deus oculos videntes, qui fecit magnalia, vt toto corde eum laudemus, plorantes si qua mala fecimus. Ecce in miseria sumus, & in miseriis non ridere, sed flere debemus. Cum enim nascitur puer non ridet, sed plorat. Quare plorat, nisi quia voce testatur & confitetur plorando se ad miseriam deuenisse? Nascuntur enim filij Adam ad laborem & dolorem, quia iugum graue positum est super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ eorum. Non igitur ridere sed flere debemus, attendentes & scientes quòd dominum nūquam risisse sed fleuisse legimus. Sed quomodo fleamus peccata, quomodo eleuamus oculos ad montem vnde veniat auxilium, audiamus Ioannem, Quid enim dicit, nisi quod omne quod est in mundo est concupiscentia oculorum? Concupiscentia oculorum dicitur, quia per oculos desideria auri & argenti, possessionum & cunctorum terrenorum intrinsecus animæ intimitur. Ideo summe custodiendus est oculus, quia ianua cordis est & nuncius. Nam claude oculum, & voluntas habendi non erit: cesset voluntas, & ecce infernus clauditur. Ecce enim fratres quot mala per oculos fiunt, tot bona per eosdem possunt adipisci. Si enim David oculos clausisset, feminam non vidisset, adulterium non commisisset. Si Iudas pecuniam non vidisset, magistrū minime tradidisset. Et si Sodomitar oculos clausissent, iuuenes non vidissent nec periissent, Claudamus igitur oculos ne videant vanitatem, custodiamus ianuam cordis nostri ne latro qui quotidie procurat intrare, veniat & cuncta bona valeat deprædari. Claude enim oculum & amittis vitium, claude ianuam & latronem occides, claude oculum & voluntas non erit habendi, claude oculum & infernam clauderis in aeternum. Licet tamen multi cæci mali sint, sed peiores eos fore non dubitamus si hæc quæ mundi sunt viderent. Ipsa enim visio causa cupiditatis est & principium appetitus. Claudamus ergo ianuam, ne modum intrare possit per fenestras nostras. Quid enim aliud in mundo esse legimus, nisi superbiam vitæ? O superbia cunctarum virtutum nouerca, quis te creauit, quis te ad nos misit, quis te ad conuentum diuitum & pauperum tam mirabiliter introduxit? Scio quòd deus te non fecit, nec te ad nos misit, nec ad conuentum monachorum pauperum vel diuitum introduxit, nec te dum carnem assumpsit assumere voluit, sed tua inimica humilitate dignatus est habitare inter bouem & asinum, & subditus esse voluit Mariæ & Ioseph. Quid ergo agis inter nos? Nam te natura non ostendit qua vno modo generantur, vno modo viuunt & moriuntur omnes. Quid ergo agis inter seruos dei? Quid ostendis eis? Cur eos inflas? Cur inflare eos demonstras? Nosti quòd eis aeternam vitam præstare non poteris. Quid eis demonstras propter quod eleuentur super astra cœlorum, cupientes esse sicut deus, & super eum ascendere vellent si possent? O superbia nouerca virtutum, mater vitiorum, porta inferni, magistra erroris, caput diaboli, vitiorum principium, quid inter homines facis, quid eis promittis quòd te tantum

Eccl. 4. 6.

Psal. 120.  
1. Ioan. 2. 6.

2. Reg. 11.

Math. 26.  
Gene. 19.

Hiero. 9.

Luc. 2.

Esai. 14.

Subiudeo vt confiteamur peccata nostra vt diabolus non habeat



**G** tantum diligere demonstrant: Ecce amatores tui tam cito de altitudine cadunt. Ecce enim Nabuchodonosor quem tantum diligere videbaris, & tantum te diligebat, tam fortiter te astrinxit, ut credere ei faceres quia nullus eo maior esset in orbe, & ecce mox desecatur & cadit, & demergitur in profundum, & quasi bos fœnum comedit. Ecce quid accidit te diligentibus? Sed te non amantes de stercore penitus eleuantur, & collocantur cum principibus populi domini, solum gloriæ honoris & dignitatis tenentes in scientia. Eia ergo fratres discite humilitatem habere, discite superbiam conculcare, discite & eam deuitare, velut mortem eam conculcare, & quàm difficile diuitibus, & quàm pœnosum, & quàm meritorium. Estote ergo pauperes si vere humiles esse cupitis. Nam destructis diuitiis & conculcatis, faciliter sancta perfecta que humilitas acquiritur, cum quibus vere poterunt habitare. O diuitiæ dulcissimæ & suauissimæ hominibus insipientibus apparetis, sed omni veneno mortaliore estis omnino. Venenum enim quis sumere poterit, nisi fuerit aliqua dulcedine copulatum? Sed commixtum dulcedini faciliter sumitur: sic enim qui recipit moritur. Sic qui diuitias amat, dulcedinem videtur gustare. Sed ecce mors inter diuitias latens, hominem superbam & elatum, diuitem, inflatum aggreditur, & aggressus occiditur, & occisus ad infernum perducitur. Ecce quantum profunt nobis diuitiæ mundi huius per quas occidimur, per quas mutamur quotidie, per quas insidiamur frequenter, per quas eleuamur in vanitatem, per quas veneramur mendaciter, per quas animam superbam ad infernum diabolus semper expectat conducere. Tollite ergo fratres mei diuitias ut facilius tollatis superbiam, tollite diuitias & infernus non erit. Date elemosynam & omnia munda dabuntur vobis. O fratres mei an ignoratis quod pauperibus non dare, tulisse est? Et merito quando quis potest esurientibus subuenire si non pascit, merito vitam extinguit & eos mori permittit. Pudeat & erubescat Christianus tollere pauperibus quibus iubemur semper offerre. Ultra omnem iniquitatem est diuitem velle fieri de exiguitate pauperum vel viduarum. Itaque fratres amanda sunt honesta lucra, sed horreantur damnosa compendia. Nullus audeat inde tollere, vbi debeat collecta dispergere. Addendo perdit qui retinendo collegerit, paupertatem potius ad se trahit qui paupertatem se exigentium pecunia non repellit. O fratres mei veniet dies illa, veniet & non tardabit, quando nobis dicetur, Esuriui & non dedistis mihi manducare: & ultimo dicetur illis, Ite maledicti in ignem æternum. O fratres si in ignem mittentur illi qui non sunt elargiti, nec quæ cum labore lucrati sunt pauperibus donauerunt, quid dicetur illis qui aliena rapere non timuerunt? Cum diabolo ardent, qui nudum non induerunt: vbi putamus arduos qui viduas & orphanos spoliauerunt? Non ergo spoliare debemus pauperes ut denudati abundemus in superbia vitæ, sed elemosynas dare ut pauperes & humiles simus, non differamus. Sed hæc non solum facere nobis sufficit, sed & proximum etiam ad hæc inducere festinemus, dicentes potestatem habentibus & terrarum rectoribus quod non solum elemosynam porrigant, sed & quod regna sua in pace custodiant, scientes quod remora iustitia, regna latrocinia efficiuntur. Multi enim sunt rectores, sed pauci iustitiæ amatores inueniuntur. Nam cum quæsitum fuisset à Socrate ridente, cur sic fortiter rideret, respondit, Video magnos latrones ad suspendium duci facere paruos: &

alta voce clamasse refertur, O quàm digniores estis suspendi qui in cathedris & domibus habitatis latrocinia maiora committentes, quàm qui in syluis cum tremore quotidie demorari videntur. Quapropter fratres nolite rapere, nolite scenerari ut abundetis in superbia vitæ. Sed diuitiæ si affluant nolite cor apponere, sed dispergite eas ut humiles sitis, & imitari valeatis illum qui sequentibus se dicet, Venite benedicti patris mei possidete regnum quod vobis paratum est ab origine mundi, Amen.

Ad leprosos ut patientiam teneant:  
Sermo XXXII.

**F**ratres mei dilectissimi scio quod percussit vos deus, & leprosi facti estis vsque ad diem mortis vestræ: Ideo obsecro vos in domino nostro Iesu Christo cuius precioso sanguine redempti estis, ut non deficiatis in tribulationibus quæ sunt pro gloria vestra, scientes quod per carnis afflictionem, metis infirmitatem occidimus. Spiritus enim deficit, dum misera caro gaudendo quiescit. Ergo si paupertas vigeat, si luctus mortificat, si stomachus doleat, si pectus vel venter inflatur, si totius corporis dolor vos inquietat, si calamitas vos vndique vexat, semper vos latificet in omnibus laboribus & periculis vitæ huius amor vester in deum & pia patientia & certa spes supernorum. Despiciamus ergo diuitias corde, & erimus locupletes. Despiciamus inimicorum supplicia, & erimus semper victoriosi. Despiciamus corporis sanitatem, & ater nam quietem & sanitatem recipiemus. Igitur vobis infirmantibus & languentibus patientia summè necessaria est, Nullus enim beatus esse poterit, nullus celorum ciuis efficietur, nullus amicus dei constituitur, qui inter mala patiens non inuentus fuerit. O patientia tu omnia vincis aduersa, non colluctando sed sufferendo, non murmurando sed in omnibus gratias agendo. Ipsa enim patientia quæ est quæ fecem torius voluptatis abstergit ipsa quæ limpidas animas deo reddit, ipsa nauis quæ ad portum cunctos suos amatores perducit. Ipsa est per quam infernus clauditur, & paradus aperitur suis amatoribus. Ipsa est per quam omnis & sine qua nullus iustificabitur. O si graue vobis est quia leprosi estis, patientiam in cunctis habete. Eleuate capita vestra, & corde aspiciate vulnera saluatoris nostri in ligno pendentis, poenas morientis, precium redimentis, cicatrices resurgentis, quid aliud videre poterimus nisi caput inclinatum ad vocandum & parcendum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogitate vos qui doletis, hæc in statera vestri cordis appedite, ut totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus fuit in cruce. Et quid plura saluator noster pro nobis sustinuit, quid plura patienter portauit? Tota enim vita sua plena fuit dolore, & tandem ad crucem perueniens per passionem ludibrii exponitur, qui est vere palma victoriæ, spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere. Ligatur qui sine labore & pœna soluit compeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons æternæ vitæ, disciplina caditur, vulneratur salus, vita moritur. Occidit ad tempus vitam mors, ut in perpetuum ad vitam occideretur mors. Ecce fratres Christi patientia, ecce Christi bonitas & clementia. Et si placet etiam plura audire, possumus & adhuc plura de Christo prædicare. Non igitur tædeat

**A** tur tædeat vos audire. Nam & si fatigaremini, vobis non amplius prædicarem. Cupio enim consolari vos & non tristari. Nam si tædium est dicite, si vero gaudium audite. Ecce enim venit saluator regens sydera, & fugere voluit vbera. Ipse qui panis est, esurire voluit, ipse fons sitire, ipse lux dormire, ipse quies fatigari, ipse veritas occultari, ipse iudex viuorum & mortuorum à mortali iudice condemnari, ipse iustitia ab iniustus iudicari, ipse vnitas mutari. Nihil enim tam salutiferum nobis est, quàm quotidie cogitare quanta pro nobis pertulit deus & homo. Ecce enim saluator passus est, leprosus in cruce factus est, patiens factus est nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Quod si feceritis, non solum infirmitatem non moleste portabitis, sed cum Propheta clamare voce & opere non desistetis, Deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: sed dicetis, O quàm graue, & quàm inhumanum, & quàm forte est inter homines habitare non posse. Ecce enim separati sumus ab vrbibus, gētes nos spernunt, parentes nos odiunt, consanguinei fugiunt, amici nos deserunt, separati sumus à castris ac si ex hominibus nati non essemus. O fratres mei attendite patienter & nolite turbari; nam verum est quod dicitis, sed nolo vos ignorare quod legitis: ait enim dominus Moyse, Habitabit in domo mea plebs lepra: Cur ergo turbamini si inter homines habitare non potestis? Nunquid mundi ciues hoc præstare nobis potuerunt? Nunquid domum dei vobis aperire potuerunt? Nunquid per eorum conuersationem efficiemini meliores? An ignoratis quid dictum fuerit sancto viro Antonio, Si cupis saluari fuge homines, fuge mundum & pompas eius? Cur ergo turbamini si inter homines conuersari non potestis? Ecce enim sanctus Iob iustus, sapiens, diues, rectus & timens deum, & tamen leprosus efficitur, tamen non conqueritur, extra castra proicitur, ab hominibus despicitur & deseritur. Ab vxore blasphematur, tamen non conqueritur, nec labiis suis contra deum mortaliter locutus est, considerans aliam vitam cito esse venturam. Non ergo turbemini, sed considerate quia propter peccata vestra percussit vos deus, vel ut examinet vos. Ecce enim Maria quia murmurauit in fratre suo Moyse, leprosa est facta. Azarias rex quia presumpsit, leprosus factus est, & Giezi quia Simoniam commisit, & Naaman quia se glorificauit. Vos etiam quocumque modo percussis estis, patientes esote, & gratulanti animo suscipite illam, ne pariter hic & in futuro æterna tormenta patiamini. Confortamini ergo & nolite timere. Ego vobiscum esse credidi tertia die paschæ, sed quia Valentinus noster migravit à seculo, propterea vobiscum esse non potui. Sed nunc fractis argenteis vasis de bonis Ecclesiæ Hipponensis, vobis in necessitatibus & pro carnis prouidere volui. Cõsoletur autem nos deus qui suos consolatur in omni tribulatione, Amen.

De detestatione ebrietatis, cum terribilis casus enarratione.  
Sermo XXXIII.

**N**on miremini fratres charissimi si hodie sermonem deo auxiliante perfecero. Accidit hodie terribilis casus, ut omnes audistis, propter quem non solum ad Ecclesiam Hipponensem omnes antiquiores habere volui, sed etiam omnes feminas & infantes in vnum congregari præcepi, quibus congregatis cum dolore & anxietate vobis enarrare intendo, antequam pateat in plebe, quid accidit

præclarissimo ciui nostro Hipponensi Cyrillo, Ecce enim, ut scitis, potens erat inter nos opere & sermone, & ferè dilectus ab omnibus. Filium, ut scitis, habebat, & eum vnicum possidebat: & quia vnicus erat, eum superflue diligebat & supra deum. Ideo superfluo amore inebriatus, filium corrigere negligebat, dans etiam potestatem faciendi omnia quæ placita essent illi. O dolosa libertas, & grandis filiorum perditio, & paternus amor mortiferus. Ecce filios se dicunt diligere, quos iugulari procurant. Dicunt eos amare, quibus iam suspendia parant. Dicunt patres filios se nutrire, sed ecce iam pater & filius ambo in foueam cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueam, nisi quia pater cæcus est, quia malus, & quia salutem suam & filiorum suorum videtur negligere? Quo & quomodo pater hæc neglexerit, nisi quando filio libertatem donauit, quando eum corrigere neglexit, quando virga pepercit, quando ei semper serenam faciem demonstrauit? Cupitis audire nunc quomodo pater & filius in foueam cadunt? Licet enim sciatis, tamen quia necesse est, ut vos quandiu viuistis timeatis, ideo quæ hodie facta sunt iterum dicere non erubescio. Ecce enim Cyrillus vester filiū habebat, ut scitis quem corrigere negligebat, & luxuriose viuendo consumpsit partem bonorum suorum, sed ecce hodie ebrietate perpeffus matrem prægnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortem. O magna diaboli dominatio, patrem quem post deum reuereri debebat occidit, matrem à qua portabatur prægnantem oppressit, sorores quas tenerrime diligere debebat voluit violare, & duas vulnerauit ad mortem. O dolorosa ebrietas omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater. O ebrietas tu mentem cacas, iudicio recto cares, consilium nullum habes, blandus dæmon es, venenum dulce es, peccatum suaue es. O ebrietas nunquid non per te inflatur stomachus? Nunquid non per te putrescit anhelitus? Nunquid non oculos cacas? Nunquid non cuncta membra debilitas? Nunquid non mortem acceleras? Nunquid non bursam euacuas? Nunquid non dominium recipis ab homine? Nunquid bestialem & irrationabilem te diligētem tecum ducis? O ebrietas, discant te diligentes agnoscere, discant te deuitare, iterum dicant te deuitare, discant te velut mortem effugere, quoniam qui te dilexerit, regnum dei non consequetur. Ergo o fideles abstinete & nolite inebriari vino. Non enim sufficit abstinere, sed abstinentes alios abstinere doceatis. Docentes quomodo Loth inebriatus cum filiabus iacuit. Sampson etiam vino repletus per meretricem inimicis traditur: audite fideles, audite Esaiam dicentem, Væ qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum vsque ad vesperam ut in vino æstuetis. In veteri etiam lege præceptum erat, quod sacer dotes cum ingrederentur templum ministrare domino, omnino non vinum biberent. Si ergo hoc erat dum templum tantum ingrederentur, & quid nos miseri facere debemus? O quàm plures sunt ex vobis qui prius tabernam visitant quàm templum, prius corpus reficiunt quàm animam, prius dæmonem sequuntur quàm deum. O fideles non fideles, quid vobis cum vino? Nunquid vinum factum est ut deficiatis maledicentes nomen domini? Abstinete ergo à superfluo potu ne rebelles efficiamini. Quandiu enim Adami abstinent, tam diu obediens fuit, tam diu bonus, sanctus & iustus permansit. Sic & Helias tam diu miracula fecit, quandiu pane & aqua refectus

3.Reg.17. Grefectus est, sed postquam carnes comedit, & vinu bibit in saturitate, miracula non legitur fecisse. Eia ergo fideles, casum superius assignatu inter cetera considerantes deū timete, & timetes eum feruenter rogare vt ab his & ab omnibus malis liberet nos semper. Amen.

De duobus generibus hominum mundum derelinquentium, qui in sancto Loth & uxore sua designantur.

Sermo XXXIII.

Gene.19. Vidistis fratres charissimi, quod Loth nepos Abrahę inter pessimos Sodomitas & Gomorras sancte & iuste moratus est. Quas ciuitates volens subuertere dominus, ad seruum suum Loth angelos misit vt cum malis non periret. Qui cum exiret, dixerunt ei angeli, Salua animam tuam. Vxor vero Loth quia retro respexit, mox mutata est in statuum salis. Igitur fratres mei quacunque scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt, vt inde fructum aliquē capiamus. In Loth enim & vxore sua duo genera hominum designantur, scilicet mundum derelinquentium, quorum vnum perfecte deserit, aliud quoque tepide, & respiciendo retro venit ad mortem. Sodoma quoq; quę cecitas vel muta vel asperitas interpretatur, mundus est in quo sunt homines muti & cęci, ad quos mittuntur sancti angeli, & sancti prædicatores, vt dicant, Salua animam tuam, & in monte te saluum fac. Fugere enim Sodomam quid aliud est quā incendium libidinis, luxurię, superbię, & auaritię fugere? Quibus & præcipitur non retro respicere, quia victor mundi & montem sanctę religionis ingressus, non debet retro respicere. Quare? Quia melius esset viam veritatis non agnoscere, quā post agnitam retro abire. Quid est dicere, nisi quod melius esset quod in vita seculari & laicali mansisset, quā postmodum solitariam vitam deserere? Apostatare enim nequam est, mortale est, cum damnatione semper viuere est. Tales enim femina & vxori Loth comparantur, quia morientes, retro aspicientes, conuertuntur in statuum salis. Loth præcipitur vt in montem se saluum faciat, per quem contemplatiua vita designatur. Tu vero homo ascende in montē penitentię, ascende in montem diuinę contemplationis. In hunc montem te saluum fac, in hunc montem volando transmigra sicut passer, & ibidem salua animam tuam curis & seculi dignitate denudatus. Sic enim fecit gloriosus ille adolescens Nathanael, de quo legitur, ait enim, Magister quid faciam vt habeam vitam æternam? Cui dominus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: cui adolescens, Quę sunt mandata? Cui dominus, Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, non homicidium facies, non adulterabis, nō facies furuum, nō falsum testimonium dices, honora patrem tuū & matrem tuam, & proximū tuum sicut teipsum. Hęc omnia ad tuam vitā pertinent: cui dixit adolescens, Domine hęc omnia custodiui à iuuetute mea, quid mihi deest? Cui dominus, Si vis perfectus esse vde omnia quę habes & da pauperibus, & sequere me, Et secutus est Iesum adolescens ille, & nunquam retro postmodum respiciens, reliquit patrem & matrem & vxorem, filios & sorores & animam suā. Tunc prudens adolescens montem dei ascendit, Sodomā & Gomorram reliquit, incendium libidinis fugit, curam seculi suffocauit, & montem summę contemplationis ascendens, emit in agro thesaurum absconditum, charum eum tenens in vita sua. Similiter hoc idem fecit Petrus, quando voluntarie omnia deseruit, omnia relinquens & secutus est Iesum. Sic & Maria illa Lazari soror cum

Rom.15. Hæcitas vel muta vel asperitas interpretatur, mundus est in quo sunt homines muti & cęci, ad quos mittuntur sancti angeli, & sancti prædicatores, vt dicant, Salua animam tuam, & in monte te saluum fac. Fugere enim Sodomam quid aliud est quā incendium libidinis, luxurię, superbię, & auaritię fugere? Quibus & præcipitur non retro respicere, quia victor mundi & montem sanctę religionis ingressus, non debet retro respicere. Quare? Quia melius esset viam veritatis non agnoscere, quā post agnitam retro abire. Quid est dicere, nisi quod melius esset quod in vita seculari & laicali mansisset, quā postmodum solitariam vitam deserere? Apostatare enim nequam est, mortale est, cum damnatione semper viuere est. Tales enim femina & vxori Loth comparantur, quia morientes, retro aspicientes, conuertuntur in statuum salis. Loth præcipitur vt in montem se saluum faciat, per quem contemplatiua vita designatur. Tu vero homo ascende in montē penitentię, ascende in montem diuinę contemplationis. In hunc montem te saluum fac, in hunc montem volando transmigra sicut passer, & ibidem salua animam tuam curis & seculi dignitate denudatus. Sic enim fecit gloriosus ille adolescens Nathanael, de quo legitur, ait enim, Magister quid faciam vt habeam vitam æternam? Cui dominus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: cui adolescens, Quę sunt mandata? Cui dominus, Diliges dominum deū tuum ex toto corde tuo, non homicidium facies, non adulterabis, nō facies furuum, nō falsum testimonium dices, honora patrem tuū & matrem tuam, & proximū tuum sicut teipsum. Hęc omnia ad tuam vitā pertinent: cui dixit adolescens, Domine hęc omnia custodiui à iuuetute mea, quid mihi deest? Cui dominus, Si vis perfectus esse vde omnia quę habes & da pauperibus, & sequere me, Et secutus est Iesum adolescens ille, & nunquam retro postmodum respiciens, reliquit patrem & matrem & vxorem, filios & sorores & animam suā. Tunc prudens adolescens montem dei ascendit, Sodomā & Gomorram reliquit, incendium libidinis fugit, curam seculi suffocauit, & montem summę contemplationis ascendens, emit in agro thesaurum absconditum, charum eum tenens in vita sua. Similiter hoc idem fecit Petrus, quando voluntarie omnia deseruit, omnia relinquens & secutus est Iesum. Sic & Maria illa Lazari soror cum

2.Petri.2. Fugere Sodomā quid? Mundi scientia quid? Sapien.1. Cor.5. Danic.13. Osee.4. Hebr.10. Matth.8. Ecclesia. scs.2.

Lazaro fratre suo & Maria virgine prudentissima, quādo omnia vendiderunt & precium ante pedes Apostolorum posuerunt. Sic & Helia facere placuit, & Ioanni Zacharia filio, quando eremum intrauerunt. Sic & Paulus cum Antonio, quādo annis multis eremū coluerūt. Sic & fratres mei qui sanctorum patrum vitam & exempla imitari & sequi voluerunt. Nunquid nos etiam hoc idem optamus? Etenim in seculo sumus, semper tamen vt incepimus vobiscum in solitudine esse desideramus, & ostendimus opere quando episcopali Ecclesia grati nō fuimus. Eia ergo fratres pro deo iugo dei submissi estis, vt sublata licentia peccandi catena obedientię in proposito bono retinere possitis. Sed attendite fratres mei & letitia cordis mei, quod nihil proficit bene operari ex coactione nisi ex voluntate libera faciatis. Qui enim bene faciunt coacte, deo non sunt accepta quę faciunt, & Simoni Cyrenęo, quem Iudai angariauerunt vt crucem Christi portaret, optime comparantur. Ecce enim Simon crucem portat cum dolore, quia non libenter portat, angariatur, sed non moratur in ea, ideo non perseverando fugit, & sine fructu à cruce recedit, quia nihil boni dicitur, nisi vsque ad mortem in bono perseveretur. Sic & nos crucifigamus corpora nostra verberibus, vigilis, abstinentia esca & potus. Sed timeo ne coacti hoc agamus, & corpora macerantes mundo saltem voluntate viuamus. Ideo fratres in hunc montem obedientię ascendamus, & quod deo promissimus attendamus. Nihil est enim maius obedientia, nihil peius inobedientia. Adam perit quia inobediens fuit, Christus resurrexit quia patri obediuit. Ionas inobediens à pisce absorptus est. Saül inobediens à dæmone correptus est. A qua correptione liberet nos ipse Christus, vt digne ad montem contemplationis volare possimus. Amen.

Ad iudices ut caueāt ne odio, amore, precio, precibus vel timore corrumpantur ceteraq; uitia declinet & iustitiā seruent.

Sermo XXXV.

Rogatus à vobis o iudices, licet cum Fortunato Manichæorum presbytero longa disputatione grauatys, sermonem vestra dilectione deus facere deo auxiliante non distulimus. Ecce enim nunc congregati estis in domo Episcopi. Conuenistis omnes in vnum, non vt sophismata audiat, nō vt poetarum curiositatem intelligatis, non vt beatos vos esse prædicem, sed solum vt quid pro vestra salute necessarium fuerit audiat, & audientes operibus adimpleatis. Vos enim reputati estis ab hominibus duces populi, iudices terrę, orphanorum patres, viduarum mariti, iustitię zelatores, reipublicę amatores. Cauete ergo ne corrumpamini odio, amore, precio, precibus vel timore. Decet igitur iudices non solum quę diximus adimplere, sed cum dei adiutorio calcare superbiam, abominari luxuriam, abhorrrere falsitatem, despiciere auaritiā, quę nouerca dicitur esse & summa inimica iustitię. Ipsa enim est quę patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, & seipsam relinquit. Decet igitur iudices non auaritiā sed largitatem sectari, & amare paruulos, pusillis & orphanis faciem serenam non solum verbo sed opere demonstrare. Non enim auertere faciem debent à paupere, nec priores dedignantur cōseruare fideles, nec ceruicem erigere debent quosdā despiciendo, scientes quod moritur pariter doctus & indoctus. Decet igitur iudices gratiā quā diuinitus receperunt sollicita mente custodire, fidem ostendere, zelum rectitudinis conseruare. Decet etiam iudices

A iudices clementię esse cultores, detestatores sauitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad misericordiam festinos, in aduersis firmos, in prosperis humiles & cautos, & quibuscunque dignitatibus sublimatos seipfos agnoscant, & caueant ne suos inferiores despiciant. Decet etiam iudices sapientes esse, & in lege doctissimos, ne dicere valeant tanquam legem sanctā ignorantes bonum malum & malum bonum. Decet etiam iudices plus deum timere quā alij homines, plus de salute animarum curare quā corporis, plus honorem dei quā marisupia plena diligere. Sed vā vobis o iudices, vā vobis in æternum & vltra, quia non est in vobis veritas, non misericordia, non pietas, non iustitia, nec scientia dei in vobis potest inueniri. Quid enim inter vos regnat? Auaritia, mendacium, clamor, apparentia, peruersio sacre legis, dicentes malum bonum, bonū malum. Ecce acceptio personarū. Non est enī veritas in vobis. Diminutę sunt à vobis veritates. O patres pauperum, o vere non patres sed prædones. Quare non patres? Quia vbique per vos opprimuntur, nec est qui misereatur pupillis dei, sed si diues locutus fuerit mox tacuistis, causas suas vsque ad nubes perduxistis. O iudices scientiam & iustitiā mundi amantes, attendite quid agitis. Nam scientia mundi pleni estis, & in ipsa moriemini. Quę est enim scientia mundi, nisi thesaurum congregare, lucrum terrenū acquirere, decipere proximum, mentiri, iurare, iustitiā caute peruertere, & similia in cunctis agere? Ista enim est sapientia huius mundi. In istis ferē quasi tota vestra vita consistit, & ideo attendite qui iudicatis terram, quod sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Sed dicitis, O Episcopo hanc scientiam non amamus, furtum non committimus, proximum non decipimus nec offendimus. Quare? Quia nihil aliud recipimus, nisi quantum nobis donare voluerit. Ego autem dico vobis, quod tantū fecistis quantum facere potuistis. Non plus vobis fuit datum, ideo non plus recepistis. Quantum potuistis fecistis, Leues causas magnas fecistis. Nam & si vi nō rapuistis, & proximum in via non deprædati fuistis, latrones tamen esse potestis. Latro enim timet malum, & vbi non potest non facit, & tamen latro est. Deus enim cor interrogat & non magnum. Lupus enim frequenter venit ad ouile & querit rapere oues, querit lacere, querit & deuorare. Vigilant tamen pastores, latrant canes, & sic lupus timendo fugit. Nunquid non tamen lupum non esse dicimus? Absit. Sic & vos facitis quantum potestis, si plura possitis plura faceretis. Eia igitur o iudices attendite ne cum falsis iudicibus Susanna confundamini. Suscitabit enim dominus spiritum Daniel, & ponet spiritum eius & sapientiam pueri sui Danielis in mentem alicuius iuuenis, & sicut fecit in Susanna iudicibus confundet omnes falsos testes cum iudicibus, & tūc scient quid profuerit sibi sua scientia. Considerate ergo o iudices terrę quid per Oseam seruū suum deus loquatur. Ait enim, Visitatione populum meum, & iudices & vias eorum, & cogitationes eorum reddam eis. O quā horrendum est incidere in manus domini. O quanta vltio, o quanta miseria malis erit in die nouissimo. Expellatur enim mali mercator, falsi iudices de domo domini, exulabunt à domo dei, expellentur à paradiso, & ibunt in locum vbi semper erit fletus & stridor dentiū. Ideo attendite ad consilium meum, aperite cordis portas. Surgite qui dormistis, legite Esaiam Prophetam, sequimini eam, non cras, sed hodie, non tamen hodie sed &

nunc. Ait enim Propheta, Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius quia misericors est. Currite iudices ne iudicemini ad patrem misericordię, querite veniam, reddite quod recepistis illicite. Querite veniam, quoniam prope est omnibus inuocantibus eū in veritate. Ipse est qui sanat contritos corde & humiles spiritu, & corde tribulatos saluabit. Ambulate dum lucem habetis, dum dies est. Ecce o iudices venit iā nox quia venit iam mors in qua non erit licitum ambulare. Cogitate quid estis, quō ituri estis. Parentes enim vestri prædicant mortui, sepultura clamat, infernus vultus, dæmones expectant, sacerdotes prædicant, quid superbis terra & cinis? O iudex qui deum non agnouisti, dum iuxta tumulos patrum tuorum transis, scias quod mortui clamant, Terra es, & in terram ibis. Homines enim fuerunt sicut & vos diuitias possidendo, vbi modo ipsi sunt, sic & nos erimus. vbi superbia eorum, vbi scientia, vbi cathedra magistralis, vbi honor discipulorum, vbi indumenta serico & pelle decorata? O cinis & puluis, O iudex quid es & quid eris cōsidera. Non ergo tardes conuerti ad deum, & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira eius, quia iuxta est dies perditionis, & adesse quidem necesse est & festinant tempora. Nemo ex vobis tamen desperet, nemo diffidat de dei misericordia. Sed attendite quia nulla culpa tam magna est quę nō habeat veniam. Et ne aliquis desperet, Mariam illam peccatricem, dominam luxurię, vanę glorię matrē, sororem Marthę & Lazari in exemplum assumite, quę postmodum Apostolorum apostolā meruit nuncupari. Adiuuet autem nos ipse deus & homo qui pro nobis nasci & mori dignatus est, Amen.

Ad presbyteros suos malam uitam eorum reprehendens.

Sermo XXXVI.

Ratres charissimi vt nouit charitas vestra, oportet manum mundam esse quę polluti vasis maculas debet purgare, ne polluta deterius possit conquinare cum sordida sordidum tractat. Propterea sacerdotes altissimi dei vobis dicitur, Mundamini qui fertis vasa domini. Vos enī estis qui vasa domini ferre debetis, quibus datum est nosse mysteria regni dei, Vos estis sal terrę, lux mundi, lucerna accensa, ciuitas in monte posita, columna templi, lignum scientię in medio paradisi posuit, patroni & rectores terrę, angelorum & paradisi ciues, prophetarum filij, patriarcharum cognati, Apostolorum successores. Mundamini ergo vt digne cum patribus ferre possitis vasa domini. Vasa enim non solum aurea & argentea, sed etiam illa pro quibus redimendis dominus mori dignatus est. Propterea attendat charitas vestra quales esse debetis, vt digne vasa domini portare possitis. Ait enim Apostolus, Oportet Episcopum sine crimine esse, tanquam dei dispensatorem, non proteruum, non iracundum, non vinolētum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem. Hęc autē non solum ego Episcopus seruare debeo, sed & vos vnā mecum deo auxiliante seruare debetis. Per omnia sine crimine sicut Episcopum, ita iubet esse presbyterum, id est irreprehensibilem, vt non quarat vxores, non diuitias, non honores, ne secularis dicatur. Non enim debet qui animarum curā gerit transire de domo in domū, non frequentare forum cum rusticis, nō mercantias acquirere, non commatres procurare, nō lizonizare, non tabernas intrare, nō discurrere, nisi necessitate compellus. Sic enim facientes irreprehensibiles sunt apud homines. Sic enim vasa domini

**G** domini digne portare poterunt. Sed si contrariū fuerit, quod dominus auertat, quomodo poterit auferre malum de medio ouium, si in delicto similiter simili corruerit vel maior? Non enim talis dispensator dicitur, sed potius dissipator. Aliud est enim dispensator, & aliud dominus. Dispensator enim seruus est. Non enim licet dispensatori percutere seruos, non occidere, non iracundiam portare, quia dominus eius humilis, benignus & misericors est. Non ergo licet dispensatori furiosum esse. Nihil enim fatidius, nihil damnosius, nihil leuius, nihil turpius in pastore furiositate. Attendat igitur pastor, attendat & dispensator, quid legitur, Seruum dei non oportet rixari, sed humilem ad omnem esse, patientem, doctorem, in mansuetudine erudietem eos qui contra moueant. Discant ergo pastores si offenduntur, patientes esse, Et ut ego patientiam merear, oportet presbyteros etiam non solum abstinere à rixis, sed ab ebrietate cauere. Non enim licet clerico extra horam bibere, vel aliquid manducare, vel de domo in domum transire & prandium vel cœnam ordinare. Attendite presbyteri mei, attendite, & si veritatem dico nolite turbari. Nam valde despicitur clericus qui saepe vocatus ad prandium non recusat, etiam necessitate aliqua compellus. Sæpe enim in cœna vel prandio ubi magna existit multitudo, rixæ & ebrietates nascuntur, & ea quæ sunt opera carnis. Ideo summe cauere debet clericus ne extra domum suam vel episcopi prandere audeat, vel in eadem etiam audeat secularibus præparare. Quid enim aliud habere debemus, nisi quod turpis lucri appetitores non simus? Omne enim lucrum remotum à presbyteris esse debet. Nam non seculi sed eorum quæ dei sunt negotiatores sumus, seculares ad nos venire non possunt, nunquid vel intelligere? Absit. Sermonem nostrum audire voluistis, & dimisso dentium dolore volui habere vos, non ut bonos vos esse audiatis, sed ut veritatem loquendo vestram miseriam intelligatis. Quid enim estis? Dicitis, Pastores sumus. Ego autem dico quod pastores estis, & verum est quod dicitis. Sed qui pastores vel quales dicere non audeo, quia simul vobiscum mendax. Omnes peccatores sumus, omnes in peccatis nati & cœcepti sumus, omnes in peccatis viuimus. Expediit tamen ut verum dicam, quia episcopus sum, quia pastor sum, quia pro vobis animam ponere paratus sum. Tacere igitur non debeo, quia licet peccator sim, animam tamen pro vestra salute ponere iam decreui, iam me parauit, veruntamen dicam, & omne quod verum est à quocunque dictum, à deo est, à patre & filio & spiritu sancto est, dicere expediit non occultare. Nam si verum tacerem, essem vobis similis in cunctis, quod nolo. Si ergo deus mecum quis contra me? Nunquid Fortunatus vel Arrius cum suis insidiis? Nam quia verum eis dixi, ideo in eremo insidias mihi posuerunt, volentes me comprehendere & occidere, & tamen deus me liberauit. Libenter tamen suscepissem martyrrium, & etiam pro veritate mori semper paratus sum. Audite ergo rebelles, audite lupi rapaces, audite vos derisores. Veniat etiam ille sanctus Ezechiel qui portam clausam viderat in domo domini, surgat & vobis aperiat visionem quam vidit & palpauit. Dic dic o sancte Ezechiel, dic presbyteris meis. Ait sibi dominus, Fili hominis propheta de pastoribus Israel, dicque ad eos, Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascentur à pastoribus? Lac comedebatis & lanis operiebamini, quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod

infirum erat non consolidastis, & quod ægrotum erat non sanastis. Quod contractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quaesistis, sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ. Sed ego super pastores, requiram gregem meum de manu eorum. Ecce quomodo de vobis queritur dominus, quia non estis pastores sed lupi rapaces, quia omnia quasi quæ facitis propter lucrum facitis. Non solum quæ Ecclesiarum sunt quaritis, sed & quæ mundanorum. Ecce enim discutiamus metem, perquiramus veritatem. Nunquid missam cantare, nunquid baptizare, nunquid mortuum sepelire sine precio vel promissione dignamini? Nunquid non citius mortem diuitum, quam corporis salutem desideratis videre? Ecce quomodo lupi estis, ecce quomodo omni simonia infecti estis. O sacerdotes quid agimus, quid sumus, cur tantum dormimus? Ecce latro semel furatur, semel fœnus proximi tollit vel rapit, sed si capitur blasphematur, verberatur, furtum imponitur, & tanquam latro iudicatur ad mortem. O sacerdotes mei, si fœnus in laico crimen iudicatur, si propter hoc mori debet & cõdemnatur ad mortem, quid de vobis erit in die nouissimo? Quid de nobis faceret mundus, si super nos potestatem haberet? Quapropter tenete iustitiam, nolite lucrum facere, sed habentes victum & vestitum contenti per omnia esse debetis, Sed qui celebrat vel prædicat vel baptizat, ut inde lucrum acquirat, bonis celestibus de facto se priuat. Ecce enim Romani principes quantum necesse eis fuerat de diuitiis suis tantum recipiebant, aliud quoque pauperibus erogabant, iustitiam mirabilem conseruabant in cunctis, propter quæ & alia bona quæ faciebant & obseruari volebant, meruerunt magnifico imperio sublimari, & timeri à cunctis in orbe. Ecce enim Pagani erant, & stultissimum putabant pro deo colere crucifixum, & tamen deum suum timebant. Et nos qui nomen Christi in fronte portamus, quid aliud quam simoniã & latrocinia quotidie procuramus? Ego etiam infidelis eram, & non solum à Carthaginensibus sed à Romanis acutissimus reputabar à cunctis. Copiosa turba circumdabat frequenter, & me transire videntes & audientes manum ori suo ponebant, cuiem Romanum tribunorum caput me fecerant, & vxorem Pontiani filiam mihi æqualem parauerant. Audeo enim dicere, audeo hoc asserere in nullo me mutatum fuisse, omnia continens, cuncta quæ promiserant spernens, diuitias abhorrens, ciuitatem caute relinquens, fugiens Mediolanum, vxorem non querens, cogitans nihil peius habere quam consortium mulierum & societatem. Hæc omnia seruus iniquitatum mearum facere nolebam, qui tamen nunc seruus Christi ea quæ diximus & maiora tentor habere frequenter. Nos autem fratres qui in pugna semper sumus, licet tentemur ad mundum redire, vxorari, negociari, delicate viuere, cathedram etiam ascendere, caueamus ne cum mundo damnemur. Vos enim estis dii excelsi, in quorum synagoga deus deorum stare desiderat. Vos estis eius vicarij, quia vicem eius geritis. Vos estis filij excelsi omnes, quibus datur potestas ligandi atque soluendi, aperiendi etiam cœlum & infernum claudedi. Eia ergo sacerdotes dei excelsi, aperite aures cordis vestri. Quiescite iam agere peruersè, discite benefacere, pascite oues verbo & exemplo, nolite eis cœlum claudere. Clauditis dū non corrigitis, clauditis dū male viuere ostenditis. Oculis sitis cæco, & pes claud-

**A** do. Tunc enim oculus estis cæco, cum eius tenebras effugatis ignorantia. Et pes estis claudus, quando vitam veritatis demonstratis, vel quando fidem eorum roboratis. Sed si fidem vestram pro vobis roborare nescitis, quomodo aliorum fidem roborare poteritis? Et ideo attendite nec turbemini si veritatem dico vobis. Scio enim & bene scio quod vobis amara est veritas. Quare, nisi quia si veritatem dico non creditis mihi & in melius etiam non mutamini? Amara ergo est veritas, & qui eam amant vel prædicant, sæpe replentur amaritudine & dolore. Tacere tamen non audeo, nec vobis placere intendo, quia si hominibus malis placere, seruus dei non essem. Vultis ut placeam, desideratis ut diligam, tamen non vultis ut corrigam. Obsecro tamen vos ut vitam emendetis, conculcantes auaritiam, despicientes luxuriam, vitantes superbiam. Simoniam odientes, pauperes amantes, pompas huius seculi reuuentes, & pro nobis intercedentes, sine intermissione orantes, ut & ego vnà vobiscum vasa domini digne per gratiam merear portare. Et si quis de me murmurauerit, sciat quod de patre episcopo murmurauerit, parcat illi & oretur pro eo.

*Quod sacerdotes se debeant exhibere sicut dei ministros, & cauere ne dona sancti spiritus vendere procurant. Patientiam quoque & castitatem seruare, ac de fornicationis detestatione:*

Sermo XXXVII.

**R**atres charissimi, sicut actuum Apostolorum narrat historia, apostatante Iuda à consortio Apostolorum, diuina prouidentia ad struendam Ecclesie prouidentia fundamenta quæ secundum Ioannem sunt duodecim nomina Apostolorum, beatum Matthiam vocauit ad apostolatam. Et sicut suscepit Matthias principatum & surrexit Iocod Iuda: sic etiam nos suscepimus principatum in Ecclesia dei, & per gratiam suam luos ministros facere voluit, & in palatio suo nos constituit, & elegit ut essemus gens sancta, populus dei, sal terræ, lux mundi, & angelici homines absque peccato. Ministri etiam dei sumus & serui. Serui enim dicuntur non qui ad oculum seruiunt, sed qui voluntati domini in omnibus fideliter obediunt, & tunc in tantam familiaritatem domini mouentur, quod non amplius serui sed amici vocantur. Ideo tota mente nos exhibeamus in multa tribulatione, in scientia, in charitate non ficta, in vigilijs, in carceribus & plagis, in verbo veritatis. Et sic nihil habentes, omnia Christum possidendo sumus possidentes. Hæc est enim beatorum vita, hæc est sacerdotum salus. Hæc est seruorum dei requies. Hæc est amicorum eius voluntas. Hæc est enim sanctificatio nostra, ut in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulatione, in necessitate, in castitate, in abstinentia, in scientia, in suauitate, in charitate non ficta, in verbo veritatis, nemini dantes vllam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, Christi enim serui sumus. Tunc Christianorum ministerium vituperatur, seruitus nostra despicitur, quando ea quæ Christi sunt despiciuntur, & opere adimplere negligimus. Sed væ nobis fratres mei væ nobis, quia falsum nomen Christi portamus, falsum nomen dei gerimus, quia opere non adimplemus quod adimplere debemus. Discutiamus sacerdotes mentem nostram, & sciamus si serui Christi sumus. Sciamus enim quid facere debeamus ne serui inutiles sumus. Quid enim? Certe nihil aliud nisi quod exhibeamus nosmetipsos sicut dei

ministros in multa patientia. Sed væ nobis quia nullam patientiam habere videmur. Nam pauperes esse debemus, quia membra Christi sumus & ministri dei. Sed si paupertas aggreditur, vel aliqua corporis necessitate turbamur & affligimur, dona sancti spiritus vendere procuramus. O sacerdotes mei nolite hoc malum facere, sed mementote quod gratis accepistis, & ideo gratis reddite, ne cum Simone mago damnemini, cui dixit Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui etiam precium recipit de sacramentis, Giezi est & plenus lepra. Nam cum Helisæus mundasset Naaman principem Syriæ in Iordane à lepra, rediens Naaman obtulit Prophetæ multa munera, sed ille noluit recipere. Qui cum recessisset, locutus est ei Giezi discipulus Prophetæ, petens à principe Syriæ munera. Quibus acceptis propheta omnia per spiritum nouit, & videns eum redarguit percutiens eum lepra. Sic etiam percutiuntur omnes qui pro sacramentis pecuniam petunt. Sed dicitis, Nunquid non scriptura dicit, Qui altari seruit de altari viuat? O sacerdotes hoc quod dicitis omnino negare non audeo, sed sciatis quod deus intuetur corda hominum. Nam si sacramentum dare distuleris, etiam si fueris omni paupertate vallatus non pastor es, non minister Christi es, sed mercator. Non igitur petas, non etiam tantum pro baptismo recipias si cum Simone perire non velis. Nam factus pastor, sacramentum vendidisti, & saluatorem tuum prodidisti cum Iuda. Spontanea & sincera voluntate porrigere sacramenta, nihil petendo, nihil expectando, nihil de promisso desiderando, sed si tibi datur iuste recipis, iuste possidere potes. Memento tamen quod pauperem vitam sacerdos gerere debet, & ideo si superbiam habet, si magno beneficio gaudet præter victum & vestitum, quod superest pauperibus dare non differat, quia omnia pauperum sunt. Verbum autem illud quod negare non debet fidelis, Qui altari seruit de altari viuat, verum omnino est, quia non licet sacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum fabricare, & similia. Hoc autem propter reuerentiam & tanti sacramenti dignitatem. Illud autem magis ad seculares quam ad sacerdotes pertinet, ne ipsi sacerdotes dei fame pereant vel nuditate, ideo dignum est ut qui altari seruit de altari viuat. Similiter fratres qui sacramentum emittit, vel Ecclesiam vel præbendas, vel Ecclesiarum introitus, vel seculari potentia hoc pro se procurauit, sciat quod cum Giezi & Iuda iam damnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo domini expellendus est. Quare sic? Quia qui non intrat per ostium in ouile sed ascendit aliunde, fur est & latro. Ideo reprehendendus est, quia ementes & vendetes dominus eiicit de templo: repellendus est, quia leprosi eiici iubentur. Non intrat per ostium ad Ecclesiam, qui per laicalem portam intrat. Non enim laicis spiritalia dona tradita sunt sed domini vicariis. Vicarij domini sunt, qui vicem Apostolorum tenent, Castella autem & villas suas laici dispenfent, bona autem Hipponensis Ecclesie vigilanter attendant ne tangant. Diuites enim raro vel nunquam pauperibus sacerdotibus præbendas procurant, & si procurant non dei amore procurant, sed ut cum vxore & familia de bonis Ecclesie gaudere valeant. Et ideo sciat sacerdos qui timore vel amore defraudari à diuite se permittit, quod impunitus non remanebit, & si non in presenti saltem in futuro igne æterno non carebit. Redeam igitur ad propositum fratres, & sciamus quomodo poterimus nos exhibere sicut dei ministros.

Matth. 10.  
Acto. 8.

4. Reg. 5.

1. Cor. 9.

E

Acto. 8.

Matth. 1. 6.

F

Ioan. 10.

Matth. 2. 1.

Nume. 5.

1. Cor. 9.



**G** ministros . Cupitis enim scire . Ecce si persecutiones veniunt, non deficiamus, sed patientiam habeamus . Si necessitas paupertatis contingat, non desperemus sed in domino confidamus . Si blasphemamur, non respondeamus sed parcamus . Si colaphis vel alapis cadimur, aliam partem parere non differamus . Si verbo vel murmure percutimur, taceamus . Si occidimur, gaudenter ad mortem pergamus . Quare? Quia non est seruus maior domino suo . Si enim me persecuti sunt, & vos persequentur, ait dominus . Ita enim patientia ornari debemus, si ministri Christi esse optamus . Sed quid aliud, nisi quod in castitate nosmetipsos exhibere debemus? Hæc est illa virtus sine qua quis est factus omnium reus . Hæc est illa virtus quæ nos deo commendat, quæ nos angelos facit, quæ nos super aethera volando conducit . Hæc est illa virtus sine qua vasa domini ferre non possumus . Hæc est illa sancta virtus, quam astringere non docet Apostolus, Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis, ne mens vestra colloquiis malis possit corrumpi . Ideo fratres attendite, quod non solum a vobis remouenda est fornicatio, sed etiam omnis suspicio falsa . Non decet clericum cum mulieribus sedere vel fabulari vel domum eius frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur . O quam vilis, & quam miser & pusillanimis reputatur clericus, qui frequenter cum mulieribus conuersatur . Insuper valde est & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat . Et ideo vos qui estis lux mundi & ciuitas in monte situata, sic famam vestram custodire debetis, vt non erubescant de detractoribus laudatores . Attendite etiam fratres, attendite quod dicit Apostolus, Fornicatio & immunditia . Fornicatio enim est naturalis mulierum concubitus, sed illicitus . Fornicatio est cum meretrice agere, Mulier siue adultera siue concubina meretrix vocatur . Fornicatio enim ideo clericis interdicitur, quia cum simus ministri domini, membra meretricis non efficiamur . O quam turpe est clericum a meretrice duci captiuum . Qui enim adheret meretrici, vnum corpus efficitur . Et ideo scire debemus quod malum est fornicari . Nam si coniugium sacerdotibus prohibetur, quanto magis crimen fornicationis in nobis æstimabitur . Ecce enim fratres, laici coniugatis ad tempus abstinere præcipitur vt vacent orationi, & sacerdotes quos corpus domini consecrare omni die oportet, concubinas in domo tenere non erubescunt? Ecce quomodo vasa vestra possidere in sanctificatione sciatis . Scitis enim fratres quod die quadam Dauid venit ad Achimelech sacerdotem, & ait Dauid esuriens, Da mihi aliquid cibi . Et respondit, Non habeo panes laicales ad manus, sed tantum panem sanctum, & ideo dic mihi o Dauid, sunt mundi pueri tui a mulieribus, & ait, Sunt ab heri & nudius tertius . Et sic dedit sacerdos eis sanctificatum panem . Si ergo interrogauit sacerdos, vtrum serui Dauid mundi essent propter panes propositionis accipiedos, quid facere nos debemus miseri sacerdotes propter corpus domini accipiedum? O fratres mei, sic & sacerdos Paganorum dum offerre debent diis suis incensa, ab omni malo vt possunt abstinent . Ecce ego iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Aethiopiã perrexi vt eis sanctum Christi Euangelium prædicarem, & vidimus ibi multos homines ac mulieres capita non habentes, sed oculos grossos fixos in petore, cetera membra æqualia nobis habentes: inter quos sacerdotes eorum vidimus vxoratos, tantæ tamen ab-

stinentiæ erant, quod licet vxores sacerdotes omnes haberent, nunquam tamen nisi semel in anno eas tangere volebant, quia die ab omni sacrificio abstinere . Vidimus & in inferioribus partibus Aethiopiæ homines vnum oculum tantum in fronte habentes, quorum sacerdotes a conuersationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinere, & in septimana in qua diis suis thura offerre debebant, ab omni labe carnis abstinere se, nihil sumebant nisi metretam aquæ per diem, & sic contenti manentes digne sacrificium diis suis offerebant, O grandis Christianorum miseria . Ecce Pagani doctores fidelium facti sunt, & peccatores & meretrices præcesserunt fideles in regno dei . Non ergo sic fratres, non sic, dominum non tantum diligamus ore, sed opere & iustitiam . Tunc veri eius ministri erimus, si sobrie, & iuste, si caste vixerim, Qui est benedictus in secula, Amen .

De sacre scripturae ingentibus præconiis cum exhortatione ad diligentem ipsius lectionem.

Sermo XXXVIII.

**S**criptum est fratres charissimi quod Moyses posuit in tabernaculo labrum æneum in quo lauarentur Aaron & filij eius cum ingrederentur sancta sanctorum . Ideo attendite quia quicquid sub lege antiqua in templo dei efficiebatur, aliquid futurum præsignabat, quod in Ecclesia nostra sub figura tegebatur, sicut ait Apostolus, Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt . Non enim sancti patres curassent tot & tanta scriptis memoriæ commendare, nisi vt alios legentes, alios per exempla adificaret . Legite ergo fratres mei scripturam sacram, legite eam ne cæci sitis & duces cæcorum . Legite sacram scripturam in qua quid tenendum, & quid fugiendum sit, plene inuenietis . Legite eam quia omni melle dulcior, omni pane suauior, omni vino hilarior inuenitur . Apprehendite eam & inuenietis quomodo deus deorum sit longitudo propter æternitatem, quomodo sit latitudo propter charitatem, quomodo sit sublimitas propter maiestatem, quomodo sit profundum propter sapientiæ immensitatem . Quarite scripturam sacram & inuenietis quomodo iste deus deorum natus de Maria virgine & homo factus nos amat vt charitas, quomodo nouit vt veritas, quomodo sedet vt æquitas, quomodo dominatur vt maiestas . Legite scripturam sacram & inuenietis quomodo Nazarenus ille Iesus regit vt principium, quomodo tuetur vt salus, quomodo operatur vt virtus, quomodo reuelatur vt lux, quomodo assistit vt pietas . Et ideo o fratres mei quoadiu in hac infirma & vana vita fuerimus, hanc sapientiam discere & sapere tota mente curemus . Quid enim homo sine literis reputatur? Quid enim est? Nuncquid non pecus vel hædus? Nunquid non bos vel asinus? Nunquid non equus vel mulus, quibus non est intellectus? Eia igitur fratres mei qui pastores rationalium ouium nuncupamini, festinate rapere non sophismata paganorum, non carmina poetarum, non fallacias philosophorum, de quibus doctores & auditores reddidit rationem, sed illam dulcissimam sapientiam sapientiarum, quæ hæreditas dei & filiorum eius chara possessio nuncupatur . Hæc est doctrina super omnia diligenda, quam prophetæ prædixerunt, quam patriarchæ diuinitus hauserunt, quam dei filij postquam in terris visus & cum hominibus conuersatus est aperuit & declarauit, & quid tenendum & quid vitandum est apertissime demonstrauit, & per suos Apostolos nos ipsam docedo illuminauit . Hæc est

**A** quæ nos docet amare cœlestia & terrena despiciere . Hæc est mater fidelium quæ quotidie docet nos quomodo credamus deum esse omnipotentem, quomodo ipsum videamus in sede maiestatis venientem, quomodo bonis bona & malis mala tribuentem videamus . Hæc est lucerna pedum nostrorum & via salutis nostræ, in qua instrui-mur quomodo primo deum super omnia diligamus, quomodo animam nostram postmodum sicut quid propinquius, quomodo postmodum animam proximi, quomodo postmodum corpus proprium, quomodo postmodum proximi vel nostrum diligamus . Iste est enim perfectus modus, deum, nos & proximum diligendi . Hæc est illa sacra sapientia quæ ex ore altissimi prodiit, philosophis, sophisticatedis, astrologis, curiosis ac dialecticis abscondita, sed grossis & rudibus piscatoribus reuelata . Nunquid non & hodie etiam solum paruulis reuelatur? Hæc est omnium sapientiarum & doctrinarum magistra & domina, quæ etiam nos docet exterius blandos, & interius fraudulentos cognoscere . Hæc est scientia scientiarum, angelorum ferculorum, archangelorum pulmentum, Apostolorum gloria, patriarcharum fiducia, prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, monachorum refectio, episcoporum vacatio, sacerdotum cellarium, puerorum principium, viduarum doctrina, coniugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, viuientium sempiterna protectio . Hæc est per quam fide ornatur, spe confirmamur & charitate roboramur . Hæc est quam qui inuenit inuenit vitam & hauriet salutem a domino . Hæc est labrum vel peluis quam Moyses posuit in tabernaculo, in quo lauarentur Aaron & filij eius cum ingrederentur sancta sanctorum . Sed dices . Quid per magnum sacerdotem Aarō intelligere debemus? Dico enim vobis fratres, quod per Aarō summum sacerdotem intelligere debemus, & per filios eius alios sacerdotes minores : per labrum æneum legem domini intelligo, in qua omnes tam magni sacerdotes quam parui studere debent & legendo & docendo & opere adimplendo : per munditiam corporis, compunctionem intelligamus, quæ mundari debemus, vt ad sancta sanctorum, id est, ad secreta dei & sanctorum scripturarum penetranda per purificationem digni inueniamur . Et ideo fratres mei attendite & considerate quod vas paratum habemus in quo oportet mēris fecditatem abluere, & munditiā mentis in eo præparare . Ecce enim lex sancta & scriptura immaculata parata est, vt virtutibus decoremur . Sed vae nobis, quia debemus esse exemplum correctionis, & ecce iam sumus exemplum erroris . Vnde hoc, nisi quia cæci sumus & idiotæ ignorantes legem, & eam legere fastidimus, & tamen cathedrā tenere & animarum curam gerere quotidie procuramus? Quid ergo mirum si cadit sacerdos? Quid mirum si non subleuat delinquentes? Quid mirum si dux cæcorum est? Ecce legem domini conculcauit, despexit eam vt mortem . Sed quid dilexit, quid procurauit, quid toto affectu concupiuit? Vxorem vel concubinam caute tenere, equos velut miles in stabulo possidere, canes pro venatione nutrire, accipitres custodire, & tamen velut equus & mulus quibus non est intellectus cupit honorari in cœnis, & ab hominibus vocari Rabbi . Ecce quomodo cadit sacerdos, ecce quomodo viuunt . Sed & si cadit qui sibi columna videbatur in templo, quantum magis populus peribit? Si deus in angelis suis reperit prauitatem, quantum magis in his qui habitant domos luteas & qui terrenum habent fundamentum? Discite ergo legem sacerdotes, ne surdo maledicatis . Tunc surdo maledicatis, quando consilium propter ignorantiam dare nescitis . Tunc cæco offendi-

Tomus decimus .

**A** quæ nos docet amare cœlestia & terrena despiciere . Hæc est mater fidelium quæ quotidie docet nos quomodo credamus deum esse omnipotentem, quomodo ipsum videamus in sede maiestatis venientem, quomodo bonis bona & malis mala tribuentem videamus . Hæc est lucerna pedum nostrorum & via salutis nostræ, in qua instrui-mur quomodo primo deum super omnia diligamus, quomodo animam nostram postmodum sicut quid propinquius, quomodo postmodum animam proximi, quomodo postmodum corpus proprium, quomodo postmodum proximi vel nostrum diligamus . Iste est enim perfectus modus, deum, nos & proximum diligendi . Hæc est illa sacra sapientia quæ ex ore altissimi prodiit, philosophis, sophisticatedis, astrologis, curiosis ac dialecticis abscondita, sed grossis & rudibus piscatoribus reuelata . Nunquid non & hodie etiam solum paruulis reuelatur? Hæc est omnium sapientiarum & doctrinarum magistra & domina, quæ etiam nos docet exterius blandos, & interius fraudulentos cognoscere . Hæc est scientia scientiarum, angelorum ferculorum, archangelorum pulmentum, Apostolorum gloria, patriarcharum fiducia, prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, monachorum refectio, episcoporum vacatio, sacerdotum cellarium, puerorum principium, viduarum doctrina, coniugatorum pulchritudo, mortuorum resurrectio, viuientium sempiterna protectio . Hæc est per quam fide ornatur, spe confirmamur & charitate roboramur . Hæc est quam qui inuenit inuenit vitam & hauriet salutem a domino . Hæc est labrum vel peluis quam Moyses posuit in tabernaculo, in quo lauarentur Aaron & filij eius cum ingrederentur sancta sanctorum . Sed dices . Quid per magnum sacerdotem Aarō intelligere debemus? Dico enim vobis fratres, quod per Aarō summum sacerdotem intelligere debemus, & per filios eius alios sacerdotes minores : per labrum æneum legem domini intelligo, in qua omnes tam magni sacerdotes quam parui studere debent & legendo & docendo & opere adimplendo : per munditiam corporis, compunctionem intelligamus, quæ mundari debemus, vt ad sancta sanctorum, id est, ad secreta dei & sanctorum scripturarum penetranda per purificationem digni inueniamur . Et ideo fratres mei attendite & considerate quod vas paratum habemus in quo oportet mēris fecditatem abluere, & munditiā mentis in eo præparare . Ecce enim lex sancta & scriptura immaculata parata est, vt virtutibus decoremur . Sed vae nobis, quia debemus esse exemplum correctionis, & ecce iam sumus exemplum erroris . Vnde hoc, nisi quia cæci sumus & idiotæ ignorantes legem, & eam legere fastidimus, & tamen cathedrā tenere & animarum curam gerere quotidie procuramus? Quid ergo mirum si cadit sacerdos? Quid mirum si non subleuat delinquentes? Quid mirum si dux cæcorum est? Ecce legem domini conculcauit, despexit eam vt mortem . Sed quid dilexit, quid procurauit, quid toto affectu concupiuit? Vxorem vel concubinam caute tenere, equos velut miles in stabulo possidere, canes pro venatione nutrire, accipitres custodire, & tamen velut equus & mulus quibus non est intellectus cupit honorari in cœnis, & ab hominibus vocari Rabbi . Ecce quomodo cadit sacerdos, ecce quomodo viuunt . Sed & si cadit qui sibi columna videbatur in templo, quantum magis populus peribit? Si deus in angelis suis reperit prauitatem, quantum magis in his qui habitant domos luteas & qui terrenum habent fundamentum? Discite ergo legem sacerdotes, ne surdo maledicatis . Tunc surdo maledicatis, quando consilium propter ignorantiam dare nescitis . Tunc cæco offendi-

De vita solitaria et contemplatiua.

Sermo XXXIX.

**P**ax vobis fratres & charitas cum fide vobis non deficiat . Pax vobis fratres quoniam electi estis ante mundi constitutionem in hac vasta solitudine, vt sitis cum Helia, Paulo, Hilarione, Antonio & Ioanne sancti & immaculati in conspectu dei . Pax vobis quoniam non estis genus abiectum sed electum, non venale sed regale sacerdotium, non gens obstinata sed sancta, non populus perditionis sed acquisitionis . Pax vobis qui non conuersationem hominum sed angelorum in syluis & nemoribus adamatis . Pax vobis & vera Apostolorum charitas, tanquam nihil habentes & omnia possidentes . Pax vobis fratres mei & filij mei dilectissimi, quos quotidie in Christo parturio in visceribus charitatis, Pax vobis illa, inquam, Christi, quæ exuperat omnem sensum, custodiat vt optamus corda nostra & intelligentias nostras . Pax vobis fratres qui seculum calcastis, mundum despexistis, non laudem mundi vsque nunc adamastis, risum hominum fugistis, vt sanctis agminibus & angelicis colloquiis vacare possitis . Pax vobis quos in filios & fratres elegi, vt consortes & participes vos habeam in tentationibus meis . Ad hanc autem vitam iuxta apostolicam formam viuere volentes non me elegistis, sed ego elegi vos . Segregavi vos a seculo isto maligno, & eduxi vos per singula eremi loca, per speluncas & cellas, vt velut apostoli ipsi modico contenti pabulo demeretis . Stemus ergo hic fratres in bello pugnantem quotidie cum antiquo serpente . Stemus fortes in bello restringentes & præcingentes lumbos nostros, tenentesque lu-

Matth. 5.

Ioan. 15.

Iagobi. 2.

Eph. 5.

H

Matth. 5.

Eph. 5.

1. Cor. 6.

I

1. Thess. 4.

1. Reg. 11.

Exod. 30.

L

Rom. 15.

Matth. 15.

M

Psal. 31.

Baruch. 3.

Ecclesi. 2. 4.

Proverb. 8. Exod. 30.

Matth. 15.

Psal. 31.

Matth. 23.

Iob. 4.

E

Matth. 5.

Eph. 4.

1. Petri. 2.

F

2. Corin. 6.

Philip. 4.

Acto. 2. & 4.

Ioan. 15.

Luce. 10.

P cernas

**G** cernas ardentis charitatis, iustitiae, pacis & tranquillitatis. Ad haec enim non me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos in vineam poenitentiae, quam quicumque dissipare praesumpserit, mordebit eum terribis inferni coluber. Haec est vinea illa fertilis quam plantavi anno aetatis meae tricesimo tertio, velut seruus dei Noe, quam cupimus tota mente deo duce sanctis exemplis & sanctorum documentis ornare, & ornatam taliter custodire, vt à nemine trahentium possit vindemari, nec aper de sylua possit eam exterminare, nec alieni possint diripere labores eius & fructus. Haec est illa vinea quam plantavi velut paterfamilias, quam sepe paupertatis, charitatis, obedientiae & castitatis, vt à simpliciano charissimo viro didici, circumdedit, ad quam velut paterfamilias exiens primo mane, vos cōduxi in operarios, vt afferatis fructum quinquagesimum, sexagesimum & centesimum secundum abundantiam gloriae plenitudinis Christi. Haec est illa religio immaculata, cuius sanctitas per totum orbem terrarum diuulgata, quorum conuersatio à cunctis miratur, quorum vita non solum à Christianis, sed à Iudeis & paganis potius angelica quam humana reputatur. Haec est illa amoenissima paradisa, quam deus à principio plantauerat, in qua posuit per gratiam & donum meritis matris meae hominem vt operaretur virtutem patientiae, eruditionem doctrinae, corporis castitatem, assiduitatem precum, confessionem delictorum, abundantiam lachrymarum. Haec est illa paradisa de qua exeunt flumina sapientiae & veritatis, continentiae & castitatis, in qua deus delectatur sicut in omnibus diuitiis. Haec est illa norma apostolica, virga directionis & aequitatis, quae tempore apostolicae praedicationis sumpsit exordium, quorum anima vna & cor vnum erat in domino, nec quicquam eorum quae possidebant aliquid suum esse dicebat, sed omnia erant communia, & distribuebatur singulis prout cuique opus erat. Nunquid non & nos fratres mei sic vsque ad mortem viuere promissimus? Haec est ergo religio apostolica, & à mundo corde & corpore segregata, quae percutit duces Moab, interficit satrapas & tyrannos Hierusalem, & Aegyptiorum hypocritas vulnerat ad mortem. Haec est vinea serui dei Noe, in medio paradisi situata, Christi sanguine redempta & irrigata, quam Sarabaitarum princeps, haereticorum pastores velut aper de sylua tempore illorum magnorum monachorum & eremitarum Pauli videlicet & Antonij destrueret quasauerunt, cuius sepe comburere, cuius gyrum lapideum supplantare, cuius fructus vites & flores incidere, cuius planicie virtutum zizania seminare & replere quasauerunt, sed dei virtute circumdata minime potuerunt. Ad hanc autem vineam fratres mei vos cōduxi, & operarios vos feci meos, vt laborantes vsque ad finem, dignum fructum recipiat in tempore suo. Ad hanc non me elegistis, vt supra diximus fratres, sed ego elegi vos: sed post annum factus sum Episcopus, non tamen vos relinques. Sed cum pulsus inter gentes habitare, monasterium presbyterorum & clericorum ordinavi, intraui domum Episcopi, vt communiter cum eis viuere sicut & vobiscum antea vixeramus. Non igitur me elegistis, sed ego elegi vos. A quo fratres mei maxime hoc dictum sit & scitis, à domino dictum est, & discipulis domini dictum est: verum tamen non tantum illis, sed etiam nobis dictum est, quos vocauit in partem sollicitudinis & gloriae eorum. Sicut dignatus est vocare per gratiam, & participes nos fecit exhortationis, sic & vos. Delicatus est enim qui vult ut parte, & administratione partis dissimulat ex rata merito se priuat honore, qui honorem affectat sine onere.

Vobis ergo qui pastores estis tantum animarum vestrarum loquitur pastor bonus, qui tertia die vt audistis animam suam posuit pro ouibus suis dicens, Non me elegistis, sed ego elegi vos, non istam tantum desertam habitationem deserendo, sed de virtute in virtutem procedendo fructum afferentes, vt fructus vester maneat. In his quatuor fratres mei attendere debemus, scilicet dignitatem, officium, cautelam & constantiam. Dignitatem, quia dicit, elegi vos. Officium, vt eatis. Cautelam, vt fructum afferatis. Constantiam, quia fructus vester maneat. Est ergo dignitas in electione, officium in fatigatione, cautela in fructificatione, & constantia etiam in fructificatione. Magnum est enim quod elegit qui non fallitur dum elegit. Maius est quod dei est opus ad quod elegit. Sed maximum quod inter electos praelegit. Est enim sensus talis, Non vos me elegistis, sed egistis, sed ego omni modo eligendi elegi vos. Sunt enim tres modi eligendi, electio, subelectio, & praelectio. Electio est quando de multitudine bonorum & malorum eligitur bonum, sicut de torculari oleum separatur. Subelectio est quando de bonis electis eligitur meliores. Postea quando de melioribus optimi eliguntur, praelectio est. In hunc ordinem electus est Aaron & filij eius, vt sacerdotio fungerentur coram domino. Primo enim dominus ex omni natione quae sub caelo erat, Israel elegit in populum peculiarem sibi. De his autem subelegit filios Leui, qui tanquam ministri spirituales in tabernaculo domini ritu perpetuo deseruierunt, De quibus etiam praelegit filios Aaron in sacerdotem, qui precibus & oblationibus suis indignationem domini in populum placarent. Ad hunc sanè modum elegit nos. Subelegit cum in sortem sanctorum vocauit nos & in ordinem clericatus. Sed cum in statum eremitarum promouit nos, cum per aquam baptismatis lauit nos, & in dispensatione familiae suae dispensatores suorum ministeriorum, praelegit nos. Magnum est enim fratres quod elegit nos, maius est quod subelegit, sed maximum quod praelegit. Vere ergo elegit nos & praelegit nos dominus in hereditatem sibi. Nam ad eleuationem manuum nostrarum, regum capita inclinantur, munera offerunt, etiam patres nos profitentur, expectantes nos esse cum Helia & Paulo eremita & intercessores apud deum. Vt tamen in eremo habitantibus, si inter malos pisces foras in die nouissimo proiciuntur. Vt pastoribus omnium, si inter haedos numerandi sunt. Quid vterius fratres dicatur audite, Posui vos vt eatis. Nam quatuor sunt hominum positiones, accubitus, sessio, statio & ambulatio. Omnis enim homo sic est in loco positus, quod aut iacet, aut sedet, aut stat, aut ambulat. Haec autem tantum inter se differunt in hunc modum. Nam cum homo iacet, omnes partes corporis quiescunt. Cum vero sedet, inferiores partes corporis quiescunt, quia sedere videntur, sed superiores laborant. Cum autem stat, totus laborat homo erigens se quia generaliter potere suo laborat. Cum vero ambulat, additur labori grauis ex motu fatigatio. Ad hunc modum fratres quatuor sunt hominum gradus & status in Ecclesia dei. Fidelium enim alij boni, alij mali. Numerum malorum fratres non distinguimus, quoniam multiplicatus est super numerum arenae maris. Boni vero sicut ordinè recipiunt, sic etiam & distinctionem. Sanè bonorum aliqui sunt actiui, aliqui contemplatiui, aliqui vtriusque praelati. Et sic vnum malorum genus, & tria bonorum genera. Quatuor enim sunt fidelium genera. Mali autem sunt iacentes qui in mundo quiescunt, tales totam spem & fiduciam ponunt in numero

K  
Ioan. 10.  
Ioan. 15.

Tres modi  
eligendi.

L  
Exod. 28.  
Deute. 14.

Psal. 137.

Matth. 19.  
M  
Matth. 25.

Ioan. 15.  
Quatuor ho-  
minum po-  
sitiones.

Quatuor ho-  
minum gra-  
dus in Ecclē-  
sia dei.  
Psal. 39.

**A** mero diuitiarum, quorum deus venter est. Tales in lecto iacentes loquuntur animae suae & sepe dicunt, O anima mea habes multa bona reposita, sepulare & bibe, opprime pauperes, despice vicinos, renue natos, dilata te, extende alas, ascende super sydera, non sit pratum quod luxuria tua non pertransseat, dic animae tuae, castrum seruat qui seipsum ab omni malo praferuat. O fratres tales prostrati iacent, nocte dormiunt, ebrii sunt, & ecce mox eos iacentes & dormientes aggreditur mors, & sicut fauilla statim deficiunt. Talibus autem quotidie clamabat Apostolus dum dicebat, Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Inter bonos sunt boni coniugati, qui bene vtuntur licitis, sed tales diuisi sunt, quia partim seruunt deo & partim mundo. De quibus ait Apostolus, Honorat deum de substantia sua operibus misericordiae intenti, tamen solliciti sunt ultra modum de vxore, possessionibus, fratribus, filiis & cognatis. Et quia isti partim delectantur in mundo, ideo sedere dicuntur, quia in superioribus laborat & in inferioribus quiescunt. Sunt & alij contemplatiui, quorum vt diximus supra conuersatio in caelis est, de quorum numero vos esse dei gratia credo, & certus sum. Tales spem omnem in deo ponunt, opprobria, famem, nuditatem, pressuras amore Christi sustinere semper desiderant, quibus viuere mori est, & mori lucrum, clamantes cum Apostolo dicentes, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Tales sunt velut milites, & caelorum ciues. Isti laborant super terram & quotidie ab angelis sustentantur. Sicut & alij qui ambulat. Isti ambulare incumbit, non tantum vt & nos de virtute in virtutem, sed plus quam nos inter diuersa hominum genera ambulare, discurrere & examinare quid agatur. Isti sunt pastores & praelati, quibus incumbit nunc exhortari, nunc increpare, nunc minari, nunc consolari, nunc docere, nunc praedicare, nunc legere, nunc orare, quibusdam ridere, quibusdam flere, quibusdam applaudere, quosdam fugere, quosdam mente & literis visitare, quosdam praesentia intueri. Tales sunt praelati vtique pastores, ambulantes velut magister Iesus, qui ambulans iuxta mare Galilaeae, vocauit discipulos & ait illis, Ite in orbem vniuersum praedicate Euangelium omni creaturae rationali. Tales sunt omnes Ecclesiarum pastores, quibus à Christo dicitur, Ite quia periculosum est statum stare pastoribus & medicis animarum. Ite ergo quia periculosum est sedere, & peremptorium est iacere. Ite excitate iacentes, & dicite, Iam de somno surgite, quia diu dormistis. Clamate pastores & praedicatores veritatis, & exaltate vocem vestram, vt in omnem terram audiat sonus vestrae correctionis, increpationis, charitatis & sanctitatis vestrae. Nunquid non magister quatrinduanum mortuum volens resuscitare, voce magna clamauit Vigilate ergo & excitate dormientes, & minas cum terroribus eis adhibete. Deinde ad sedentes transite, & exhortantes eos vt ad meliora proficiant, dicite, Super flumina Babylonis sedete & flete dum recordamini Sion, porrigite manum pauperi, ne obliuioni detur dextera vestra. Frustra enim manus tendit ad deum, qui posse suo manus ad pauperes non extendit. Si vero qui sedet, aliquando stare voluerit, apponite manum & dicite, Surge postquam sederis, qui manducasti panem doloris. Scantibus autem dicite quod promissum est, Sedebitis vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Istis autem necessaria est consolatio quia multum laborant. Dicendum ergo eis est, Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum caelorum. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati qui nunc famelicitis, quia fatu-

rabimini. Beati qui homines fugitis, quia angelis sociabimini. Beati solitarij, quia caelorum ciues efficiemini. Viriliter ergo agite fratres mei, & confortetur cor vestrum, & expectate dominum quia veniet & non tardabit. Modicum erit & videbitis remuneratorem militiae vestrae, pro qua penurias & anxietates sustinistis. Regnum enim caelorum vim patitur, & violeti multi possidebunt illud. Hic est enim labor officij nostri. Iste enim mundus fratres mei mari saepe comparatur, per quod multiplex est transitus. Nam quidam trahunt vado, quidam nauigio, quidam ponte, quidam submersi nauant in fluctu. Isti sunt illi quatuor status quos nominauimus. Iacentes enim submerguntur, & descendit in profundum quasi lapis. Coniugati vado mare trahunt, & mediis fluctibus isti saluabuntur igne purgati. Contemplatiui aqua maris ponte transeunt, securiorem viam diligentes, quibus mundus mortuus est. Isti sunt mundum despicientes, qui sicco pede & vestigio mare magnum, vt experientia didicimus & oculata fide probauimus, transeunt in fame & siti, nuditate & frigore in vigiliis multis & in laboribus plurimis. Vos autem fratres mei estis qui mecum permansistis in tentationibus meis, & mare magnum ponte transimus. Nobis vere incumbit ceteris subuenire, ne descendant in profundum quasi lapis. Subuenite vos omnes orationibus vestris, omnes ieiunate, hoc mare magnum transeuntes, quia omnes in periculo positi sunt, tam nauigantes quam submergentes, & tam vado mare hoc transeuntes in periculo sunt. Nunquid etiam & nos qui per pontem transimus? Nunquid non & pons aliquando cadit? Orandum est omnino fratres ne de ponte cadamus. Nam si de ponte caderemus, quod deus auertat, citius moreremur, quia de loco sublimiori caderemus. Porrigamus ergo manus de ponte ad submergentes ne moriantur, & laboremus ne etiam puteus inferni aperiat & claudat super nos os suum. Nunc vero fratres de cautela audiamus, & audientes aduertatis, & videatis quomodo caute ambuletis. Caute autem ambulandum est, vt fructum afferatis. Tres enim fructus dominus memorat in Euangelio, trigessimus, sexagesimus, & centesimus. Centesimus est virginum, trigessimus subditorum, sexagesimus praelatorum, id est, fructus duplicatus. Non enim praelato sufficit seipsum immaculatum seruare, sed expedit vt bonos, quantum in se est, faciat vita & exemplo relucere. Ad hoc enim significandum data est nobis tunica talaris, vt bene facientes & lucernas bonorum operum tenentes, perseueremus vsque in diem vocationis nostrae, ne dicatur nobis, Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Aduertere nanque debent canonici nostri & presbyteri, quod quanto pra aliis maior dignitas in honore, tanto maior in reddenda ratione difficultas, quia quot graduum culmen ascendunt, tot rationum vinculis erunt alligati. Quis enim tot vinculis alligatur, quot sacerdos, bos vel asinus, latro vel leo captus? O sacerdos cum teipsum induis, primo amictu faucibus circumdatis ligaris, albam postmodum ponis, subcinctorio vel cingulo, renes astringis, ac si tibi dicatur, astringe fauces ponendo custodiam oritur, astringe funiculum admixti potus, nec cor tuum mala meditetur: stringe renes, crucifige carnem tuam abstinentia esca & potus quantum valetudo permittit. Haec fratres mei dilectissimi facientes viuetis, & bene eritis, & bene vobis erit. Verum tamen orate illum sine quo nihil potestis facere, vt sicut elegit vos de mundo & cōduxit, vos ad hanc singularem apostolicam vitam & societatem, sic vos iuet vt edatis super mesam in regno patris

D  
Psal. 30.

Matth. 16.

Exod. 15.

Exod. 14.

1. Corin. 11.  
Luc. 22.

Psal. 68.

Ephes. 5.

Matth. 19.

Gen. 37.  
Luc. 12.  
Luc. 14.

Psal. 8.

Ioan. 15.

**G** sui. Penfate tamen fratres mei quod quandiu vixerimus, in periculo gradi positi sumus. Ideo de bonis suis nemo confidat, sed cogitet sicut dicit Apostolus, quod cum quis existimat se stare caueat ne cadat. Nunquid fratres mei non Lucifer sic decoratus cecidit? Nunquid non etiam Petrus? Aut qui inter discipulos Christo familiarior Iudas, & quia de se confidendo, nec in bono perseverando permansit, cecidit & crepuit & mortuus est. Rogate igitur fratres illum sine cuius voluntate folium arboris non mouetur, vt vsque in finem taliter vos in hac solitudine regat, & dirigat, vt eatis & fructu afferatis, & fructus vester maneat, Amē. Non turbemini fratres dilectissimi si compello vos vinu bibere, & panē tritici cū betis butyro mixtis simul comedere. Nā hodierna die credimus filiū hominis resurrexisse a mortuis, ideo gaudere & epulari oportet, quia frater noster mortuus fuerat & reuixit, & perierat & inuentus est. Ad mensurā ergo accedentes cum gaudio epulemini, quoniam ego sum Iacob pater vester.

De obseruantia clericorum. Sermo. XLI.

**A**vdistis in mēsa fratres charissimi, qualiter dominus praecepit seruo suo Abraham, vt tolleret filium suum, quem super cuncta terrena diligebat Isaac, & offerret eū super vinum montium quem monstrauerit sibi dominus, quem dicunt nonnulli illum esse montem caluariae, in quo crucifixus fuit ille deus & homo. Series historiae nuper simpliciter intellecta, primo edificat obedientiae filios, Fidelis enim sermo viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Sed de modo & virtute obedientiae aliquid vobis nunc dicendum est. Nam sicut obedientium est libenter, sic hilariter, sic & velociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Non placet deo morosa & disceptatrix obedientia, quae quidem cum praecipitur quaerit cur, quare, quam obrem praecipatur. Istius obedientiae exquisitum nobis hodierna die exemplum proponitur. Abraham pater noster, sic enim dicitur senex fidelis & prima credendi via. Sanctus igitur pater Abraham & prima obedientiae norma, & forma verae obedientiae apud omnes esse credatur. Ecce fratres praecipit ei deus filium immolare, Sed quem filium? Audi & obstupescite qui audis, filium dilectum, filium primogenitum, filium magnae promissionis, filium magnae generationis. Dicitur enim fuerat Abraham, In Isaac vocabitur tibi semen tuum, & in ipso erit semen tuum sicut stellae caeli, & sicut arena maris in extrema tua fenestrate. Ceterarius enim erat Abraham dum genuit Isaac de Sara sterili vxore propria, de Agar ancilla Histracae sagittarium, mirabiliter promissum susceperat, mirabilius susceptum religiose educavit. Inter haec tamen non contradixit Abraham, sed nec murmurauit, nec haesitauit, nec faciem conturbauit, imo tanquam pater exurgens pia crudelitate in filium se armavit, vt mox obediret. Attendite vos filij obedientiae, qui votum fecistis & professionem: Vade, o tu frater & fac similiter. Hac semper adimplere cogita, hoc semper facie leta fac, & viues, & erit semen tuum benedictum vltra semen Abraham. Veruntamen quid maius nescio murmurat, quid affectuosius susurrat vox ista in auribus nostris, licet haec tempore tanto ante nos scripta sunt, quae sunt per allegoriam dictae? Discutiamus ergo folia vineae, vt fructum inueniamus spiritualis intelligentiae, tanquam sub cortice nucleum, tanquam sub palea granum, tanquam sub terra thesaurum. Verū vt hodiernae Christi solemnitati satisfaciamus, con sideremus vtrum ea quae dicta sunt de tempore Abraham, inclinare possimus ad me Augustinum patrem vestrum. Tentemus super hoc aliquid dicere ad dei laudem, & ad

nostram aliqualem aedificationem, Sed secundum Hebraeos Abraham sub tribus temporibus tria fortitus est nomina. Primo dicitur esse Illam, quod ibidem sonat quod excelsus, cū adhuc esset in Chaldea in terra & in cognatione sua in domo patris sui. Ascendens autem in terram Chanaā ad vocationem dei, dicitur Abram, quod interpretatur pater excelsus. Tādem in circumcisionis suae tempore tunc dicitur Abraham, hoc est, pater multarum gentium. Attēdatis fratres & vos in patrem vestrum, Nam primo vocatus sum excelsus philosophus. Eram enim inter omnes magnos nominatissimus, & liberalium artium sagacissimus indagator, Excelsus inquam eram, celsitudine scientiae quae inflat, non charitatis quae aedificat. Nam cedrum odoriferū vocabant me Romani principes, folijs abundantem, sed non habebam fructum. Excelsus eram & impius super omnes cogitantes meos, elatus & superexaltatus super cedros libani. Et ecce accessit ad me mater pietate plena, praedicatio sancti viri episcopi, vita & exempla sanctorum patrū Pauli & Antonij & Simpliciani, & cū his omnibus vox domini confringens cedros comminuit cedrum libani, & hostia parata ad victimā in odorem suauitatis, & sic factus sum pater excelsus. Deinde ad Africā veni, mecum ducens decem, & nouem ex fratribus meis simul viuentes in palatio sancto, & cupientes separari a saeculo. Sanctus pater Valerius cupiens esse participes fructuum & orationum, lo cum istum secretum, in quo nunc sumus nobis donauit, & multi nostrū viderūt. Sed loco isto edificato, in Christi nomine & sanctae trinitatis pontifex Hipponensis factus sum, & vocatus sum pater excelsus multorum. Pontifices enim fratres mei, sicut vocantur pastores gregis, ita & patres plebis pro cura & patria sollicitudine, & tūc factus sum sicut oliua fructifera in domo dei. Praesules enim oliuae comparantur propter vim olei triplicem. Nā oleum primo illuminat, pascit, & fessa membra fouet. Sic & praesules illuminare debent verbo, pascere exemplo, & fouere egentes temporali beneficio. Ego enim fratres non dico me hoc facere, studeo tamen sacram scripturam exponere, turrim Davidicam clypeis fortissimis munire, munitam declarare, & declaratam ordinare. Nam quid per turrim Davidicam, nisi sanctorum Ecclesiam intelligo? Et sic iam ab ortu & occasu, ab aquilone & austro viget nostra doctrina & expositio. Non tamen a me, sed de domo dei procedit, & sic non solum pater gentium dicor, sed etiam vitis abundans in lateribus domus dei. Cuius domus sunt latera legentes & orantes, & coniugati legentium & orantium & coniugantium. Nam vobis qui estis legentes & orātes abundat propinquamus doctrinam, quibus disciplinam Apostolicam tradidi. Coniugatis poculum vitae etiam propinquamus. Vobis tamen propinquavi vinum feruoris, charitatis & aequitatis, illis vero pacem & patientiam donauimus. Reuertamur ergo ad historiam praetaxatam, quae insinuat nobis tria, scilicet disciplinam regularem, progressum & exitum. Dicitur enim nobis a domino, Tolle filium tuum, quasi dicat dominus, Tu qui monachus es, tolle filium tuum Isaac, qui interpretatur risus, hoc est, tuam propriam voluntatem tolle, in cuius executione homo ridet & delectatur. Et haec est prima oblatio, quam homo debet deo reddere & offerre super vinum montium quem monstrat nobis deus. Nam multa genera montium demonstrat nobis dominus. Sed de quatuor nobis mediator dei & hominum homo Christus Iesus mons dicitur, qui erit in nouissimis diebus mons domus domini in vertice montium. Et iterum,

**K** Abraham trinomius.

**L** Corint. 8.

**M** Psalm. 36.

**N** Psalm. 28.

**O** Psalm. 51.

**P** Psalm. 137.

**Q** Esa. 2.

**H** i. Corin. 10.  
Ioan. 15.  
Luc. 15.  
Gene. 22.  
Math. 27.  
Hebr. 4.  
Obedientia vera quae.  
Gene. 22.  
Gala. 4.

**A** Psalm. 67.  
Psalm. 131.  
Ezech. 16.  
Esa. 14.  
Gene. 3.  
Gene. 7.  
Exod. 14.  
1 Reg. 15.  
Math. 14.  
Thren. 4.  
Paupertatis quinque genera.  
Gene. 22.

**A** Mons dei mōs pinguis & coagulatus. Porro de hoc monte descendit ros & vnguetum pro barba Aaron. Omnes enim de Christi plenitudine vnguentum recipere possunt. Apostoli etiam fratres dicuntur montes, quia fundamenta eius scilicet Ecclesiae in montibus sanctis. Angeli nunquid non & ipsi montes dicuntur excelsi? Porro Iesus qui mons dicitur sedens in monte Thabor, sermonem discipulis facit, enumerat septem beatitudines spiritus. O fratres attendite quantum sit impedimentum, quam graue dispedium inferat sanctae religioni superfluitas & abundantia rerū, quod longe magis legimus in libro nostrae conscientiae quam possumus explicare sermonibus. Nunquid non Sodomitarum peccatū fuisse legitur abundantia panis & superbia vitae? Nunquid non angeli videntes se abundare in pulchritudine & sapientia superbientes ceciderunt? Nunquid nō & patres nostri quasi ratione eadem expulsi sunt de paradiso? Nunquid non & mundus submersus fuit, quando abundat, & in suis abundantibus deum non cognoscentes perierunt? Nunquid non Aegyptij abundantes iracundia pleni facti sunt & submersi? Nunquid non propter abundantiam idola terrae facta sunt? Nunquid non Amalech quia abundabat, id est, inuidia plenus desuit in manu Saül? Nunquid non tempore Dauid multa milia interfecti sunt? Nunquid non Saül abundans superbus efficitur & eiicitur? Nunquid non Herodes Ascalonita iugulatur? Nunquid non Herodes tetrarcha sperans in sua abundantia populo satisfacere, qui credebat Ioannem esse sanctum & iustum, ipsum tamē decollauit? Cogitate fratres quid receperit Holofernes, quid Caesar, quid Nero, quid Valentinus, quid Constantinus, quid Decius, quid Iulianus? Quid ergo valuit Caesari & Neroni abundantia? Quid Asters pecunia? Quid Antiocho simulata & palliata poenitentia? Colam ergo Christum pauperem in praesenti, vt simul diuites in futuro. Comes enim diuitiarū superbia & luxuria est. Amemus ergo o fratres summam Christi & Apostolorū paupertatem ne in nostra sancta religione mutetur color optimus, & dispergatur lapides sanctorum nostri. Sanē enim fratres mei ex collatione aliarum paupertatum, commendatio paupertatis voluntariae plenius inter nos relucet. Sunt enim quinque genera paupertatis, Prima est infelicitas, secunda est paupertas cupiditatis, tertia paupertas superfluitatis, quarta dolositas, quinta paupertas voluntatis. Primam habet mendicis, secundam habet auarus, tertiam habet prodigus, quarta est paries dealbatus, quintam habet vir compeditus. Prima est flagellum, secunda est venenum, tertia est ventilabrum, quarta est vmbra-culum, quinta aedificium. Prima est miseria, quia cruciatur: secunda est venenosa, quia necatur: tertia est ventosa, quia inflatur: quarta dolosa, quia dissimulat: quinta gloriosa, quia coronatur. Nec mirum si Christianus amator sobrietatis, sobrietatem spiritus commendat, cū Epicurus praecipit voluptatis eam commendauerit dicens, Quam felix paupertas est si lata est. Super hanc propriam voluntatem offert homo deuotus, quod praecipue fit in professione obediendi. Sequitur fratres, Strauit Abraham asinum, duos pueros secum ducens: Isaac vero ligna cedrina portabat, Abraham autem ignem & gladium. Venientes autem ad montem ligatur Isaac, super ligna ponitur, & scita a patre dei voluntate, nō aperuit os suum. Et extendens manum Abraham, audiuit, Ne extēdas manum super puerum, sed pro Isaac tolle arietem vnum de cunctis tuis melioribus, quem inter spinas tibi paraui. Attendamus nunc fratres, nam quid per asinum nisi carnem nostram intelligo, quae velut asinus domanda est virga:

**B** Tomus decimus.

**C** Tomus decimus.

onere, & pabulo, & cinere, & cilicio caro domanda est, ne impinguata, incrassata & dilatata recalcitret, velut asinus qui cum domino velut catellus ludere voluit. Duo namque pueri sunt quinque hominis sensus, quos tamē duos dicimus, quia ad vsum & ad executionem eorū duo intra membrorum maticipata sunt. Nam & ego velut Abraham in vobis & canonicis nostris, ne caro luxuriet, & ne mors per fenestras intret, duobus mediis vos sociari, paupertati scilicet & orationi, quibus mediis quinque sensus corporis extinguere poteritis. Nam per haec praeterita mala obliuiscemur, cogitationes malae non ascendent in corda vestra, affectio cognatorum nō regnabit in vobis. Haec enim sunt quae quotidie monachos cribrant sicut triticum. Ista sunt mordaces cura, quae sanctum viri propositum enervauerunt. Inter has vir sanctus coquitur & cruciatur. Haec sunt monachorum muscae mordaces & morientes quae perdunt suauitatem vnguenti. Haec sunt volatilia quae comedunt frumentum in anima seminatū. Vos autē fratres dum haec in corda vestra ascendunt, recurrite ad orationē, vel ad operis occupationes, ne vos serpentine muscae deglutiant. Nunquid nō sic fecit sanctus pater Antonius? Qui cū epistolas a charis suis in saeculo morantibus receperit, nullā legere voluit, sed receptas in igne protecit dicens, Charta fallaces estis, etiam plenē medicis cōburo vos, ne cōburat a vobis. Sequitur fratres, Ligatur Isaac. Sicut & vos ligamini in hac solitudine tā fortiter, vt cōsuetudines vitae secularis ignoretis, & suauitatem sanctae religionis capiat. Placeat vobis somni sobrietas, metis tranquillitas corporis mundicia, mortis severitas, & cuncta salutis expectatio. Solutū Isaac, & iocunde ad matrem reuertitur in Bersabee. Sic & vos vertamini soluti ad matrem quae sursum est Hierusalem. Cum ergo illuc perueneritis, dabit refrigerij sedē, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

De obseruantia ieiunij quadragesimalis. Sermo. XLI.

**V**m ieiunaueris vnge caput tuum & faciem tuā laua, ne videaris hominibus ieiunans. Ieiunantis officium est, in cinere & cilicio sedere, fordidas vestes non tenere, carnem macerare, faciem attenuare, in pallore permanere, non ipsam lauare, non ad mensam opulētam accedere, non conuiuia & festa visitare, nō capite inclinato incedere, sed eleemosynas dare, castitate seruare, iuste, sancte, & pie viuere, vt Christi sanctam resurrectionem expectans gloriatur. Haec autē omnia facite, non vt videamini ab hominibus, sed tantū ab illo qui cuncta videt in abscondito. Sed si contingeret quod fumus ieiuniorum spargeretur inter homines, statim faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans. Tria enim fratres proponuntur nobis hodie, scilicet ieiunare, faciem lauare, & caput vngere. Haec tria sunt, in quibus tota vita nostra consistere debet. Quae sunt ista fratres nisi declinare a malo, & facere bonū, & totū quod habes deo contribuere? Ecce quicquid cōtinet nostra Christiana sancta religio. Quid enim per ieiunare fratres nisi a malo declinare: per faciem lauare, bonū facere: per caput vngere, totum deo tribuere? Sed dicit quis, Breuis est haec expositio sed & aqua viuam vt cupimus nō propinquasti. Attēdite ergo fratres. Nā hostis antiquus vestris primis parētibus, primo in paradiso suavit vt dominū offenderent, secūdo vt faciē a deo absconderet, post meridiē, tertio vt de ligno vetito comederet. Nam ibi dicitur vt caput pūgeret, sed hic vt caput vngeret. Ibi abscondendo faciē latitaret, sed hic lauaret. Ibi vt comederet, sed hic vt ieiunaret. Cre damus illi qui modo haec praecipit, sed nō illi qui cōtraria



**G** perſuaſit. Ait enim pater, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite. Nam ait hodie, Cum ieiunatis. Eſt enim fratres quoddam ieiunium commedabile, & quoddam damnable. Damnable quod vident homines, quod fit propter homines. Commendabile quod ſolum propter deum fit. Sed aliqui ieiunant vt infirmi, aliqui vt faſtiditi, aliqui vt auari, aliqui vt hypocrita. Aegrotus ieiunat vt valeat, faſtiditus vt appetat, avarus vt parcat, hypocrita vt appareat. Ieiunium egroti eſt ſanitatſ, Ieiunium faſtiditi eſt guloſitatſ, ieiunium auari eſt parcatſ, ieiunium hypocrita eſt ſimulacra. Hac autem ieiunia eſt non ſunt periculofa vt agroti, tamen ſunt infructuoſa. Ieiunate ergo fratres propter deum, frangatis nucem vt accipiatis nucleum, proiciamus folia vt inueniamus fructum: purgemus puteum, vt hauriamus aquas de fontibus ſaluatoris. Ait enim ſaluator, Sitientes venite ad aquas. Nam triplex eſt aqua ſaluatoris fratres, Aqua lachrymarum, quando fleuit ſuper Lazarum, & ſuper ciuitatem. Aqua quam poſuit ad pedum, quando diſcipulorum pedes lauit. Aqua quae de latere eius emanauit. Prima oportet nos habere fratres ſi recte ieiunare cupimus. Eſt ergo prima aqua contritionis, ſecunda confeſſionis, tertia ſatiffactionis. Prima mentem ſanat, ſecunda refrigerat, tertia ſecundat, Ergo fidelis ſi cupis recte ieiunare, iſtas aquas recipe, & laua te, & mundaberis a lepra. Nam niſi habueris has aquas, ieiunium tuum modicum valebit. Ideo vocati hodie ad nuptias magni regis fratres dilectiſſimi, ornemur nos veſtimētis, rubis, & cymbalis bene ſonantibus. Laudemus ipſum patrem familiam, qui ad ſuas nuptias nos vocare dignatus eſt. Quae ſunt nuptiae hodie praeſentat fratres, niſi iſti dies quos deus conſecrare dignatus eſt? Iſti enim ſunt dies quos obſeruare debemus, in quibus legem recipere merebimur. Iſti ſunt dies medicinales, qui anima & corpori conferunt ſanitatē. Iſti ſunt dies nuptiales, in quibus veſtimentiſ ornati eſſe debemus, cymbala & tubas, organaque beneſonantia ſonantes. Hac enim ſunt instrumenta quae in nuptiis quadrageſimalibus ſonare debemus. Nam primo veſtire nos debemus virtutibus ſanctis, expoliatis vitiis. Secundo cymbalum percutiendo pectora per contritionem ſonare debemus. Tertio vt praecones clamare debemus, ſugentes vera vocando paruulos vt ieiunare diſcant, ſenes vt ieiunare doceant, quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies gratiae & ſalutis, ecce dies remiſſionis, ecce dies ſatiffactionis. Tu ergo inique qui longo tempore dormiſti, ſurge, memento vnde cecideris, & age poenitentiam dum tempus habes, dum ſanus es, dum peccare poteſ, vt non ex timore, ſed ex amore videaris poenitere. Omnis enim fratres mei, qui per poenitentiam deleuerit peccata ſua, iam angelicam felicitatis particeps eſt. Ipſa nanque poenitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis, per quam peccatores ſaluantur, per quam deus ad miſericordiam inclinatur. Dum autem poenitentiam fratres feceritis, fundite pro peccatis lachrymas cordis & corporis. Numquid non lachrymado fratres mei, Petrus a Chriſto reſpicitur? Nunquid non Maria veniam meretur? Nunquid non Martha lachrymis ſanatur? Nunquid non Chanaan exauditur? Nunquid non Lazarus ad vitam reuocatur? Laua ergo faciem tu qui hodie incipis ieiunare, lachrymis percutte peccatus, exalta vocem tuam conſiſtendo, & annunciano ſacerdoti peccata tua. Audite fratres quid Dauid per confeſſionem confeſtus eſt. Quid ait, niſi peccaui domino: Et Nathan propheta ait, O Dauid tranſtulit deus peccatum tuum a te. Cauete tamen fratres, ne confeſſio ſit Saul, qui redargutus a Samuele ſu-

perbiendo dixit, Peccaui. Qui ſtatim audire meruit, Tranſtulit deus regnum tuum a te. Sic & dixit Iudas, peccaui, non dolendo, ſed diffidendo. Sic & Cain, Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. Ergo fratres cum ieiunatis, facies veſtras lauate lachrymis, caput vngite Chriſtum qui caput cunctorum eſt. Ipſum ergo vngite, ſcilicet oleo miſericordiae, eleemoſynas dando, & verba contritionis clamando, Peccaui domino, ſed miſerere. Et ſic vncti erimus a Chriſto oleo laetitiae. Sic vncti Dauid legimus, ſic vncti Petrum & Mariam proſpiciamus, ſic vnctos volentes ſemper ſpectauimus fratres. Sed quis dicit, quomodo vngendus eſt deus? O peccator vade primo ad Mariam peccatricem. Ipſa enim vnxit pedes, & poſtea caput, ſcilicet animam, & poſtea accedere potuit ad caput. Nam ſi primo lachrymis Chriſti pedes non lauiſſet, ad caput Chriſti accedere vngendo auſa non fuiſſet. Ergo neceſſe eſt primo ad pedes lachrymas fundere, & poſtea ad Chriſti caput accedere. Scitote tamē fratres mei, quod niſi inimicis veſtris corde peperceritis, omnia quae agitis, ſiue ieiunetis, ſiue eleemoſynam detis, ſiue omnia quae bona ſunt agatis, omnia vana ſunt, & ſerui inutiles eſtis, niſi proximo peperceritis. Sed dicetis, ego parcere inimico non poſſum, ex quo ergo mihi bona non valent ſine hoc, me affligere ieiunando, bona diſtribuendo non amplius volo. Ergo autem dico vobis, Dimittite vt dimittatur vobis. Nullum tamen malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum remanebit apud deum, qui nouit abſcondita cordis cunctorum.

De vita & moribus clericorum. Sermo. XLII.

**F**ratres chariſſimi, ſanctus ille Hieremias conſiderans ſacerdotum & praelatorum negligentiam, lamentabiles voces emittens dicebat, Paruuli petierunt panem & non eſt nec erat qui frangeret eis. Clamabat ergo Hieremias, aſpiciens deſtructionem ſanctae ciuitatis, plorat & lamentatur crudelitatem matrum, patrum & paſtorum, qui deuorant filios in perditione. Vae vobis paſtoribus Iſrael, qui quod pingue erat comediſtis, quod coſtractum erat non conſolidatiſtis, quod erroneum erat non reuocatiſtis, quod infirmum erat non ſanaſtis, quod nudum erat non cooperuiſtis. O fratres lupi rapaces hodie facti ſumus inſtitiam poſtponentes, veritatem & miſericordiam ignorantes. Cauete ergo ne vobis dominus hodie dicat, Diſſipatorem te poſui ſuper familiam meam, & tu panem eis non fregiſtis. Non ergo diſpenſator ſed diſſipator, non ſpeculator ſed ſpiculator. O ſerue nequam mittam te in tenebras exteriores, quoniam pueri tui petierunt tibi panem nec fuit qui frangeret eis. Itaque fratres diſtribuendus eſt panis, & frangendus ſubditis antequam fame pereant, nam ſi moriantur, de manibus tuis ſanguis eorum exquiretur. Diſtribuendus itaque eſt panis omnibus ſanctitatis eſurientibus. Eſt enim panis mundus qui diſtribuedus eſt & frangendus filiis, Eſt & alter panis immundus, qui diſtribuedus eſt ſeruis. Sunt etiā iſti panes coniuſti in domo dei, ſicut in area paleae cum granis. Tres tamen panes legimus in ſcriptura, panes Pharaonis, oblationis, & proſitionis. Primi ſunt laici, ſecundi ſunt ſacerdotes, tertij vero paſtores. Panes Pharaonis diuiduntur in tres partes, in concupiſcentiam carnis, & concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitae. Prima eſt luxuria quae eneruat, ſecunda eſt auaritia quae cruciat, tertia eſt ſuperbia quae velut veſica inflat. Luxuria eſt proferens immunditiam, auaritia eſt generans inuidiam, ſuperbia parit iniuſtitiam. Luxuria eſt premes hominem intra ſe per pollutionem, auaritia extra ſe per vacationem, ſuperbia ſupra ſe per elationem. Luxuria vacat hominem

**A** hominem intra ſe, quia cum factus ſit ad imaginem dei, velut porcus in luto viuere quaerit. Auaritia trahit hominem extra ſe, quia propter terrena dimittit caeleſtia. Superbia extollit ſupra ſe, vt ponat in caelum os ſuum. Et ſic patres & fratres homo per luxuriam in vanis cupit delectari, per auaritiam in tranſitorioſ conſolari, per ſuperbiam de impietate gloriari. Iſti ſunt paſtores quos dominus eiecit de templo vedentes & emetes. Iſti ſunt quinquagenarij, qui per Heliā comburuntur. Iſti ſunt illi falſi prophetae veſtiti pellibus caprinis, qui etiam intrinſecus ſunt lupi rapaces. Ergo nos qui paſtores ſumus nominati, luxuriam frangamus per abſtinentiam, auaritia ſubmergamus per eleemoſynam, ſuperbiam fugiamus per humilitatem & per patientiam. Nam ſicut impoſſibile eſt demonem in malo obſtinatum paradifum intrare, ſic impoſſibile eſt luxurioſis paſtoribus, auariſ & ſuperbis ſubditos caſtos & humiles & bonos facere, quia neceſſe eſt vt talis ſit grex, qualis ſit & rex. Eſt & alius panis oblationis, quae quidem non ſolum frangere, ſed & deo offerre debemus. Dauid dicebat, Intret oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Iſte eſt panis triplex, quia oratio debet eſſe ampla, deuota & pura. Ampla vt pro omnibus etiam rogetis pro calumniantibus & perſequentibus vos. Deuota vt non remiſſe petatis, ſed deuote, & dabitur vobis perſeuerantibus: ſed dicit quis, Qualis debet eſſe qui petit, quid petat, pro quo petat, & a quo petatur? Si petis qualis eſſe debeas, dicimus quod bonus, quia ſcimus quod deus peccatores non audit. Si dicis quid petere debeas, dico, quod vitam vel meritum vitae, vel apprehendentiam meritorum vitae. Sed ſi dicis pro quo petere debeas, dico quod pro bene & male viuentibus, vt bonus perſeueret, & malus conuertatur, non pro ſanctis, non pro damnatis. Nam qui orat pro martyre, iniuriam facit martyri: & qui orat pro damnatis, nullatenus impetrabit. Potens tamen eſt deus vt de lapidibus iſtis fiant panes. Sed ſi vltterius adhuc petis a quo, dicitur quod a patre omnia petere in filij nomine debemus, & ſic veri paſtores erimus. Eſt & alius panis ſcilicet propitiationis. Et iſte eſt triplex panis angelorum de quo manducat homo in altari, panis filiorum, id eſt, verborum ſanctae doctrine. Hic eſt panis qui cum primo pane de caelo deſcendit: Hic eſt panis quem non eſt bonum ſumere & dare canibus haereticis, quia panis filiorum eſt. Hic eſt panis petitus, amice accommoda mihi tres panes, ſcilicet vita, doctrine & exempli. Hic eſt panis datus Petro vt pascat agnos, nam ter ait dominus Petro vt pascat oues, vt tu paſtor intelligas oues pascere doctrina, vita & exemplo, vel Euchariſtia, doctrina & vita ſancta. Et ſicut dominus ait Petro, ita & ceteris Apoſtoliſ ſuis. Ergo pascamus oues noſtras, paruulis noſtris panem frangamus, ne deficiant in via, pascamus pane angelico, pascamus verbo, pascamus exemplo, ne tota gens pereat. Nam capita gentium ſumus, caecorum & ignorantium duces, claudorum baculus, terrarum principes, regum viatores, angelis ſuperiores. Sed demonibus peiores, dum hac negligenter proſpiciamus. Fratres pascamus ergo populum ne ſint velut oues abſque paſtore, vt de pascuis ſolitudinis trahat ad pascua ſocietatis Ieſus Chriſtus dominus noſter.

De modo querendi Chriſtum in Epiphania. Sermo. XLIII.

**V**diſtis fratres mei chariſſimi ſanctiſſimos reges dominum diligenter quaeruiſſe, & querendo deum & hominem inueniſſe non dubitamus, & ſibi precioſa munera obtuliſſe ſummiter credimus & praedicamus. Vos ergo fratres quaerite Chriſtum, quaerite

Nazarenum, quaerite floridum, candidum & rubicundum. Quaerite Chriſtum & hunc crucifixum, quaerite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis, clamate & vocate dilectum, nuntiantes, quia amorem languescitis. O vos mundi amatores qui terrena ſapitis, quorum deus venter eſt & vita in confuſione, quid agitis ſine Chriſto, quid concupiſcitis, quid ſapitis, quid ſperatis? Nunquid ſine Chriſto vobis pax eſſe poterit? Nunquid felicitas vel victoria, dignitas vel ſecuritas, fides vel charitas, ſpes vel fiducia, conſtantia vel temperantia, prudentia vel ſcientia, pulchritudo vel fortitudo, olfactus vel tactus, viſus vel auditus ſine Chriſto vobis eſſe poterit? O fratres mei abſit. Quaerite ergo Chriſtum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. In ipſo nanque ſunt omnes virtutes, & theſauri ſapientiae & ſcientiae abſconditi. Quaerite Chriſtum, & inuenietis Chriſtum, pulſate ad Chriſtum, & aperiet vobis Chriſtus, Dirigite viam Chriſti, vt dirigat vos Chriſtus. Custodite Chriſtum, vt custodiat vos Chriſtus. Amate Chriſtum, vt amet vos Chriſtus. Quaerite Chriſtum pauperem, & inuenietis Chriſtum diuitem. Paſcite famelicos Chriſti, vt pascat vos Chriſtus. Viſitate infirmos Chriſti, vt viſitet vos Chriſtus. Pacem habete cum proximo Chriſti amore, vt vos pacificet Chriſtus. Hunc ergo Chriſtum quaeramus, hunc etiam veraciter cupiamus, hunc ſemper vt poſſimus agnoſcamus, hunc ſemper quaeramus, & inuentum tam fortiter, tam ſuauius, tam dulciter teneamus vt eum non amittamus. Quaerendus eſt ergo Chriſtus, ſed non in platea vbi eſt magna vanitas. Quaerendus eſt Chriſtus, ſed non in foro, vbi eſt grandis aduerſitas. Quaerendus eſt Chriſtus, ſed non in taberna vbi eſt ſumma ebrietas. Quaerendus eſt Chriſtus, ſed non in ſeculari curia, vbi eſt maxima falſitas. Quaerendus eſt Chriſtus, ſed non in ſcholis mundanorum philoſophorum, vbi eſt infinita peruerſitas. O vos mundani amatores, qui terrena ſapitis, & pro terrenis honoribus & pompis diſcurrere non deſiſtitis tranſiulantes montes & alpes, inueſtigare volentes alta caeli, lata terra, profunda maris, in calore & frigore, fame & nuditate, cur Chriſtum non quaeritis, in quo haec omnia & maiora perfecte reperuntur? Quieſcite iam agere peruerſe, diſcite benefacere. O vos qui caelorum motus quotidie inueſtigare curatis, non tamen vt deum perfectum cognoscatis, ſed vt mundo florentes appareatis. Sapientes igitur & inſipientes quaerite Chriſtum, ſed non cum luxuria in qua eſt lata deformitas, non cum ſuperbia in qua iacet aeterna calamitas, non cum auaritia in qua eſt idolorum ſeruitus, & aeterna inſollicitas. Sed heu fratres, quia non eſt hodie qui faciat bonum, non eſt qui Chriſtum adorare opere quaerat, nec eſt qui ſperet in eo; ſed miles in enſe, rex in diuitiſ, puer in pomo, ſeruus in domino, vxor in viro, vir in vxore, vetula in parua pecunia, & ruſticus in ligone ſperat. Ecce fratres, ecce quomodo vnusquisque recedit a deo ſalutari ſuo. Ecce quomodo ſperamus in vanitate, delinquentes deum factorem noſtrum, & recedentes a deo ſalutari noſtro. Non ſic igitur fratres mei non ſic, etiam ſi diuitiae & honores aſſuant nolite cor apponere, ſed ſolum in Chriſto cor apponite, in ipſo ſemper ſperate, quia ipſi cura eſt de ſingulariſ nobis. Quaeramus ergo Chriſtum fratres mei, & nunquam quieſcamus quouſque Chriſtum inueniamus. Quaerite eum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Sed o fratres quomodo eum quaeremus? Ecce enim quaeritur hodie Chriſtus, quaerunt eum Pagani, quaerunt eum Iudaei. O Chriſtiane caue ne quaeras Chriſtum cum

**G** Iudeis, sed cum Paganis regibus perquirere non desistas. Nam pagani quarunt Christum adorare, sed Iudaei querunt Christum iam supplantare. Pagani hodie ad Christum veniunt, sed Iudaei Christum spernunt. Pagani veniendo ad Christum laborant, sed Iudaei quiescendo Christum ignorant. Pagani Christo munera offerentes ipsum adorant, sed Iudaei iam Christi mortem procurant, Pagani adorando Christum & miracula ibidem videndo, ipsum toto corde magnificant, sed Iudaeorum synagoga iam Christum spinis coronat. Pagani per aliam viam reuertuntur gaudentes, sed Iudaei iam incipiunt esse pauentes, ne forte veniant Romani & tollant eorum locum & gentem. Erubescite o perfidi Iudaei erubescite, quia venit tempus quando lapis super lapidem in te non remanebit, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae. Erubescite quia ecce iam alieni hereditatem vestram aggrediuntur, & ad vestrum regem natum per stellam deducuntur, cuius preciosa natiuitas fuit ante secula praedestinata, a prophetis praenunciata, a pastoribus annuntiata & sapientibus regibus reuelata. O Iudaei semper deo rebelles, o caeci & obstinati, cur non consideratis mirabilia, quae deus operatur in medio terrae vestrae? Cur Christum non queritis? Cur deum & hominem non agnoscitis? Cur enim ut verum dei filium non adoratis? O fratres mei, non solum Iudaei, sed & mali Christiani hodie occidere querunt Christum. Quando hoc querunt, nisi quando praeccepta sua seruare contemnunt? Non sic magi fecerunt, sed mox Christo nato credentes, per viam laborare coeperunt, & sic perseuerantes aliquando eum inuenire meruerunt, non in preciositate pauperum, non in multitudine seruorum, non in thalamo picto, non in lecto eburneo, non in aula regia, sed pro thalamo voluit reclinari in stabulo, pro lecto habere voluit fenem, pro seruatoribus bouem cum asino saluator habere voluit. Eia ergo fratres mei, querite Christum, querite Nazarenum, querite hunc floridum, candidum & rubicundum, ad cuius ortum angeli cantant, sancti exultant, steriles clamant, vidua prophetizat, Simeon senex expectat, Ioseph cogitat, Maria mater reclinat, bos cognoscit, asinus portat, stella demonstrat, magus adorat. Iste est deus deorum in Sion, qui in cherubin apparet terribilis, qui in seraphin apparet mirabilis, qui in virtutibus ostenditur incomprehensibilis. Iste est qui nuper de Maria virgine natus est & homo factus est, ut in nos deos faceret factus est homo. Iste est qui esuriuit ut nos reficeret, qui sitiuit ut nobis vitam aeternam pocula ministraret. Iste est qui pro nobis tetatur ut nos a tentationibus liberaret, qui pro nobis ligatur ut nos absolueret, qui pro nobis humiliatur ut nos exaltaret, qui pro nobis exponitur ut nos tegetet, qui pro nobis coronatur ut nos coronaret, qui felle & aceto potatur ut nobis fotes mellifluos aperiret, qui mortem suscepit, ut nobis vitam aeternam donaret, qui sepultus est, ut sepulturam suorum aperiret: sedet ad dexteram dei patris, ut credentium preces & vota exaudiret. Ecce ergo ad quid natus est Christus, ecce ergo ad quid venit Christus, ecce propter quid ad nos descendit Christus. Quid igitur agitis o vos mundi amatores? Quid vobis cum carne o venerabiles senes? O iuvenes delicati, quid agere creditis, cum nihil sine Christo potestis facere, quibuscumque etiam bonis terrenis ornati sitis? Querite ergo o iuvenes Christum, ut iuvenes maneatis. Querite vos senes Christum, ut cum omni prosperitate viuere valeatis. Querite Christum & nolite quiescere, illum Christum, illum Iesum qui Centurionis seruum sanauit, paralyticum solidauit, Lazarum

resuscitauit, caecos illuminauit, meretricem beatificauit, Chananeam exaudiuit, latroni pepercit, & ei paradysum donauit. Hunc Christum querite fide, spe & charitate. Querite Christum, & nolite quiescere. Querite Christum, & nolite sperare in longitudine vitae vestrae, quia incertus est exitus. Sed attendite ne decipiaini, quia sub specie boni multa mala fiunt. Non enim desinit hostis antiquus figuram assumere angelorum lucis, laqueos deceptionis vbique praetendens. Nouit enim ipse malignus naturas hominum, & cui adhibeat cupiditatis calorem gula voracitatem, luxuria foeditatem, inuidiae calamitatem. Optime nouit quem merore coturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Cunctorum discit naturas, vtilare & pericrurari cunctorum affectus, in nullo desistit, & vbi cognouerit quod delectet, ibi suum exercitum ponit. Tu ergo fidelis cum tentationes perfereris, mox Christum querere, mox Christum inuoca, & mox tibi ipsi auxiliabitur, quia fidelis est, & non permittit nos tentari supra id quod possumus portare, Qui est benedictus in secula, Amen.

De pietate, charitate & suffragiis defunctorum. Sermo. XLIIII.

**F**ratres mei charissimi nunquam recordor me legisse mala morte periisse illum qui libenter in hac vita opera charitatis vel pietatis voluit exercere. Habet enim multos intercessores pius homo, & ille qui opera charitatis exercet hilariter. Quid enim aliud de piis hominibus dicere poterimus, nisi id quod frequenter legimus. Opera enim illorum sequuntur illos? Quare, nisi quia multos habent intercessores? Ideo impossibile est, ut preces multorum non exaudiantur. Considera ergo o homo quis est ille qui tibi in via occurrit, animaduerte quod homo est ad imaginem dei factus, & tamen pauper est, nudus est, miser est, mendicus est, orphanus & pupillus forsitan est. Cave tamen ne talem despicias, caue ne eum percutias, ne expellas. Nam licet pauper, licet nudus, licet famelicus, licet miser appareat, licet doleat, licet erubescat, non tamen expellendus est pauper. Nolite igitur fratres mei eos spernere, nec expellere etiam si importune petierint, nolite de eis aliquando murmurare, quia pauperes & inopes non cessant laudare deum. Considera tu diues, qui vias perambulas & plateas erecto capite & collo, quod tu simul cum paupere natus es de muliere, & breui viues tempore. Et licet diues sis, saepe tamen replearis amaritudine & doloribus, in foribus generatus es, in tenebris confoueris. In doloribus etiam peperit te mater tua, & ante exitum matrem grauius onerasti, & in exitu matrem dilacerasti turpiter, fleuisti simul cum paupere & mendico, quando vallem plorationis ingressus es. Pares ergo geniti sumus, pariter uiuimus, pariter moriemur & omnes. Considera ergo o diues, quod pauper & diues pari modo omnes nascuntur & moriuntur. Noli ergo eos despiciere, noli manum benedictionis auertere ab eis, sed eos facie serena suscipe, eos verbo & exemplo refice. Misericordia igitur o fratres mei mater nostra sit. Nam qui esuriens pane verbi reficit, qui sitientem potu sapientiae refrigerat, qui errantem in domum patris reuocat, qui innocetum protegit, qui infirmum fide & patientia instruit, qui in tribulatione oppresso consolando vel compatiendo subuenit, hic verus pius est, verus misericors est, verus amicus dei est, nec eum mala morte periturum aliquis dicere audeat. O misericordia salutis praesidium, fidei ornametum, propitiatio peccatorum, tu iustos probas, tu sanctos roboras, malos ad bonum perducis, & qui sine te cunctis bonis abundare videtur,

**A** detur, vel castitate apparet decoratus, omnino dicere non desistat, Seruus inutilis sum. Sed attendite etiam fratres mei, attendite, quia non solum pauperibus in via misereri debemus, sed & defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendetes & quid Iudas Machabaeus fecerit. Dixit enim quod sancta esset cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Scriebat enim ipse Iudas, quod nemo gloriari poterat castum se habere cor, considerans etiam quod astra non erant munda in conspectu dei. Ceciderunt enim angeli de caelo, ideo munda astra non fuerant, nec etiam infans, cuius vita est vnus diei super terram, sine peccato est. Quid ergo de nobis dicemus? Nunquid gloriari poterimus castum habere cor? Absit omnino, quia omnes peccatores sumus, & in peccatis concepti sumus & nati, omnes etiam vitam peccabilem ducimus, omnes in peccatis viuimus, & forsitan in venialibus morimur. Ergo misericordia indigemus, quia de hac vita omnes migraturi sumus. Et licet carnem dure maceremus ieiuniis & abstinentia, licet omnia mala patienter ob Christi amorem sustineamus, non tamen condigne sunt passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Ergo misericordia indigemus, quia per nostra merita aeternam vitam acquirere non valeamus. Cupis autem o homo ut tui miseretur deus? Fac ut proximo misereris. Nam tantum tibi miseretur deus, quantum tu misereris proximo. Tantum recipis in alia vita, quantum facies in praesenti vita. Ora ergo pro defunctis, ut dum fuerint in aeterna vita, pro te orare non negligent. Expectant enim nos ut inuentur per nos, Tempus enim operandi iam profugit ab eis. Clamant igitur quotidie qui iacent in tormentis, clamant & pauci sunt qui respondeant. Vlulant, & non est qui consoletur eos. O quam grandis crudelitas fratres mei, o quam grandis inhumanitas, clamant ad nos quotidie, qui dum vixerunt, multa mala pro bonis sustinere voluerunt, nec eis subuenire curamus. O vere magna inhumanitas. Ecce enim infirmus iacet & clamat, & a medicis consolatur: clamat porcus, & omnes cum eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes eum subleuare festinant: sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat. Ecce vestra inhumanitas fratres. Eia ergo non sic, sed mementote fratres quod sancta & salubris, pia & foelix, & suavis deo & angelis est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis quas pro peccatis patiuntur. C soluantur. Sed dicet quis, Ecce patrem bonum, piuum & humilem, misericordem & castum, & omnibus virtutibus plenum & ornatum habeo, tunc si vera sunt quae lego, eum esse beatum non dubito. Cur ergo orare pro eo volo, cur elemosynam dare, cur ieiunare, cur sanctorum corpora visitare? Non est ergo necesse pro eo orare, quia fidelis fuit, pius, castus, humilis, patiens, & cunctis bonis ornatus, & post aurum non abiit, nec in pecunia thesauris sperauit, potuit transgredi, & non est transgressus, & facere malum & non fecit. Quid ergo aliud credere debeo nisi quod lego? Quid enim lego, vel quid predicare audio, nisi quod qui bene operatur, bene remunerabit. O homo haec quae dicis, ego nullo modo tibi negare audeo. Quis enim fidelium dubitat, quam qui bene fecerit bene recipiet? Cōsulo tamen ut pro defunctis exorare non desistatis. Dixi enim supra, quod nemo sine crimine uiuit, nemo gloriari potest castum vel mundum se habere cor. Et quid ergo consulo, quid volo, quid vel deprecor, nisi quod dimittas incertum, & accipias certum? Quid est quod est incertum, nisi quod nescis utrum pater tuus crucietur, vel utrum dignus fuerit odio vel amore? Multi enim fue-

runt qui reputati fuerunt sancti, & tamen in conspectu dei non boni, sed mali inuenti sunt. Accipe ergo quod est certum, & dimitte quod est incertum. Certum enim est quod peccator fuit, licet bonis operibus ornatus fuerit, ignoramus tamen utrum aeternam gloriam meruerit possidere. Lege ergo o homo, & opere implere festina, quod sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, & elemosynam dare, & carnem affligere, & opera charitatis exercere, & peregrinationes facere ut a peccatis soluantur. Nam & si sunt beati vel damnati pro quibus rogas, dummodo nescias, & a deo reuelatum tibi non fuerit, non beatis vel damnatis iniurias facere potes, vel deum offendere, tunc bono tuo non indigent, & si damnati obtinere non valent. Ergo dum certus non sis, quod nec damnati sint, orare pro eis non differas, quia ut supra diximus, bonis tuis non indigent, qui beati sunt, & mali non obtinent quia damnati sunt. Scias tamen, & indubitate credas, quod licet pro defunctis beatis vel damnatis obsecres, bona quae facis pro eis non amittis. Sape enim praedicauiimus, & saepe integra fide docuimus quod nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum erit, apud quem non est acceptio personarum. Oratio enim tua in sinu tuo conuertetur. Igitur pro defunctis semper orandum est, & si non proficiet eis quia beati vel damnati sunt, oratio in sinu nostro conuertetur. Sic enim semper boni erimus, sic pius & misericordes, sic mala morte perire non poterimus, quia dominus custodiet nos in tota vita nostra, quam postea deserendo dabit illam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendere potuit. Festinemus ergo o fratres pro defunctis exorare, ut & ipsi festinent nos ad se vocare. Vident enim sanctam trinitatem tantum esse vnam, quantum tres simul sunt, nec plus aliquid sunt duae quam vna vel tres, & in se infinitae sunt, & singulae sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnus omnia sunt. Et si capere non potestis, omnimodo sancta trinitas tres & vnum sunt, exemplum accipite, Vnus enim est sol in caelo currens, calefaciens & fulgens. Vnus est in terra ignis tria similiter habes, motum, lucem & feruorem, nec lucem a motu & feruore diuidere potes. Sic est sancta dei trinitas. Et si eius mysterium capere non valeamus, bene operari festinemus, ut sicuti est sanctam trinitatem per gratiam videre mereamur. Inhumanum est namque patriam deserere, patriam despiciere, vel in ea non habitare. Bene ergo operari non pigeat, ut patriam habitare, & ad eam redire valeamus. Tanta est enim pulchritudo iustitiae, tanta iocunditas lucis aeternae, hoc est, incommutabilis veritatis & sapientiae, ut etiam si non liceret in ea amplius manere quam vnus diei hora vel media, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitae pleni deliciis & circumfluentia bonorum temporalium recte meritoque contemnerentur haec omnia. O regnum dei gloriosum, o patria nostra desiderabilis, tantum vales quantum habeo, tantum emit de te vidua duobus minutis, quantum Petrus qui reliquit omnia, quantum Zachaeus dando dimidiam patrimonij partem, quantum Maria soror Lazari, quae omnia vendidit, & ante pedes Apostolorum posuit. Cur ergo bene operari pigri sumus? Cur pro defunctis exorare negligimus? Intueamur ergo fratres patriam nostram, non solum ex hominibus, sed etiam ex angelis atque archangelis, thronis & dominationibus, principatibus & potestatibus congregatam. Ibi etiam sanctam & indiuiduam trinitatem sicuti est homo videbit, plus tamen vel abundantius, quantum plus in via

Matth. 2.

Ioan. 11.

Luc. 2. 1.

Matth. 2.

Luc. 2.

2. Corin. 11.

1. Corin. 10.

Apo. 14.

Gene. 1.

Iob. 14.

M

2. Mach. 2.

Prouer. 20.

Tob. 15. & 25.

Tob. 15.

Rom. 8.

2. Mach. 12.

Ecc. 1. 31.

Prouer. 20.

Ecc. 9.

2. Mach. 12.

E

Act. 10.

Ps. 134.

1. Cor. 2.

Marci. 12.

Matth. 19.

Luc. 19.

Act. 4.

**G** in via operando meruerit clarius videbit. Non tamen quibuscumque bonis onerati sumus, propter hoc ea emere valeamus, nisi per gratiam possidere. Tunc enim omnes contenti erimus, omnes felices, omnes iocundantes. Hæc est enim illa optima pars, quam Maria elegit quiescendo & sedendo ad pedes domini. Cōtemplabatur enim ipsa deum & hominem, ideo optimam partem elegit. Quare optimam partem dicit, nisi quia per contemplationem aeterna vita designatur? Optima vita est enim quia secunda est, quia aeterna est, quia vera est, quia felicitas nostra est, deum habere, deum videre, deum contemplari. Ideo optima pars est, quam partem non possumus hic possidere. Quare? Quia quādiu viuimus peregrinamur à domino, & semper in periculo sumus, & semper in labore in hac vita cū Martha fatigamur. Sumus enim hic cum Martha laborantes, hospites recipientes, & ministrantes seruis dei quæ necessaria sunt. Hæc partem Martha elegit, & bona fuit, sed non optima, quia non aeterna. Bona tamen fuit quia perseverando in operibus charitatis, sedere ad pedes domini in aeterna vita cum sorore meruit. Festinemus ergo opera pietatis exercere, & pro defunctis exorare, ut videre possimus & reuerenter salutare prophetas sanctissimos & patriarchas veraces. Isti enim sunt quorum nomina manent in aeternum, quia deo digni sunt, fide præclari, hospitalitate præcipui, astuti in sensu, sapientes in opere, rebus secularibus locupletes, reparatores orbis terrarum atque recreatores, creduli in promissionibus, angelorum susceptores, facie ad faciem deum videntes, prudentes & victoriosi, quorum imperij potestas non cessauit, quoadusque Christus ex eorum germine per vterum beatæ virginis, quæ est spes omnium gentium, natus in mundo, coruscando in mundo apparuit. Isti enim sunt sancti viri, cū quibus locutus est deus, & ostendit eis secreta sua, ut ea quæ ventura erant quasi præsentia spiritus sancto illuminati agnoscerent. Festinemus ergo fratres seculum exire, ut etiam salutare & videre valeamus sanctos Apostolos, quorum oculi beati, qui deum in carne viuētem videre meruerunt, quorum fructus in patria in aeternum manent. Festinemus etiā fratres mei ingredi sancta sanctorum, ut etiam valeamus videre sanctos dei martyres, qui carnem domuerunt, spiritum roborauerunt, demonibus imperauerunt, virtutibus coruscauerunt, præsentia despexerunt, & illam patriam de qua nunc loquimur voce & moribus prædicauerunt. Festinemus igitur fratres etiam ingredi sancta sanctorum, ut videre valeamus sanctos dei confessores, qui licet persecutorum rabiem non senserint, tamen per vitæ meritum deo digni præmio martyrij non priuantur, quia martyriū non tantum effusione sanguinis, sed etiam abstinentia peccatorum, & exercitatione diuinorum præceptorum perficitur. Festinemus etiā fratres mei ingredi sancta sanctorum, ut videre mereamur & salutare reuerenter sanctā dei genitricem, cum sanctis suis virginibus, quæ suis exemplis vtriusque sexus multitudo eius sequitur vestigia, & relictis nuptiarum copulationibus, dimissaque liberorum propagine, sponso qui in cælis est perenni, mente, actu, habitu & gestu applicari meruerunt. Iste enim fuerunt virgines sacræ deo devotæ, quæ in vita sua fuerunt orationibus instantes, ieiuniis adherentes, eleemosynas facientes, pauperes recreantes, in tribulatione gaudentes, in bello potentes, in damnis temporalium rerum deo gratias agentes. Festinemus ergo fratres mei istos imitari sanctos. Discamus ab eis opera charitatis sine intermissione exercere valēter, ut per gratiā mereamur deū

videre facie ad faciem sicuti est, Quod nobis concedat ille qui est sanctorum omnium virtus & salus, Amen.

De penitentia agenda, & detractione vitanda. Sermo XLV.

**B**eatus homo cui miseretur deus. Confitemur fratres, & miseretur nobis. Grādia sunt peccata nostra, quia tamen magnus dominus. Sed agamus penitentiam, quoniam in seculum misericordia eius. Videte fratres quid dicat, In seculo. In inferno quis cōfitebitur tibi? Nemo est enim qui possit in inferno penitentiam agere, infructuosa est enim talis penitentia. Hic miseretur penitenti, hic porrigit manum cadenti, In cælo sedet iudex, qui ad conuersionem nos admonet. Beati qui faciunt iustitiam. Iustus septies cadit in die de cogitationibus suis, aut de sermonibus suis, & iterū surgit. In quacumque die conuersus fuerit peccator, & egerit penitentiam, miseretur ei deus. Neque iustus debet esse securus, nec peccator desperare. In utroque timor sit & spes. Felix est cui hanc vitam Christus notam fecit, Et pater & mater est, Qui sic agit, se liberat, & alios suo exemplo ad vitam aeternā perducit. Lex enim est quæ cum Euangelio partem habet. Baptizatus homo si peccat & agit veram penitentiam, cito ei remittuntur peccata. Impius est qui Christum negat, neque hic neque in futuro remittetur ei. Diximus de impietate, dicamus de pietate: Primus gradus est humilitas, & in bono opere perseverare. Secundus gradus est ieiunare, & eleemosynas facere. Tertius gradus est charitatē sectari, & patientiam habere, Quartus gradus est omnia derelinquere propter Christi amorem. Quintus gradus est vitia dimittere. Maior virtus est vitia dimittere quæ res. Nihil prodest dimittere terrenas substantias, si vitia non dimittimus. Multi diuitias derelinquunt, vitia non relinquunt. Bonum est ieiunare, & eleemosynam facere: ieiunium sine eleemosyna parum valet, ieiunia vero cum aliis virtutibus proderunt. Quid mihi prodest cum ieiunio si luxuriosus sum, si iracundus sum, si detractor sum? Maiora vulnera sunt linguæ quam gladij. Gladius corpus interficit, animam autem non interficit. Videte fratres quanta mala habet lingua, in bono magna est, in malo mors est. Diabolus vnde cecidit? Nūquid furtum fecit? Nunquid homicidium fecit? Nunquid adulterium fecit? Diabolus non propter hoc cecidit, sed propter linguam: quia dixit, In cælum ascendam, super sydera ponam thronum meum, & ero similis altissimi. Quid dicit Salomon? In manibus linguæ mors & vita est. Detractio grande vitium est. Propheta dicit, Vae mihi misero, quia immunda labia habeo. Igitur qui immunda labia habet, non potest prophetare. Vae mihi misero si dimisi matrem, si dimisi fratres, si dimisi sorores, si dimisi res perituras, si reliqui seculum, & hic propter res perituras sollicitor. Pacem labiis promittimus, & in corde non tenemus. Christianorum arma pax Christi est: Me ipsum occido, si aliis detraho. Salomō interpretatur pacificus, sanctæ conuersationis opere præclarus. Vxor tua dicitur sapientia, soror & sponsa. Multos habet diabolus laqueos: homicidium diaboli laqueus est, auaritia diaboli laqueus est, detractio diaboli laqueus est. Quādiu in sanctitate sumus, animæ nostræ in opere dei sunt. Quādiu in peccatis ad peccandum voluntatem dirigimus, animæ nostræ turbantur. Vbi enim maior pœna, maior victoria est. Sed quod aures carnes non intelligunt, aures Christi in cælis intelligunt. Iustus & peccator æqualiter habent carnem, æquale patiuntur naufragium, similes exitus, sed diuersa præmia. Iusti ducuntur ad præmia aeterna,

**A**eterna, peccatores ad gehennam sempiternā. Nō oportet consentire detrahenti. Tanta enim distantia est inter fornicantem & detrahentem, ut ille qui fornicatur, tantum se occidat: ille autem qui detrahit, & se & eū qui audit perdat. Maledictus homo qui facit opus dei negligenter: sicut dicit Propheta, Filij gehennæ, filij perditionis, & filij diaboli, & filij dei, quia vnusquisque cui opera facit, eius filius appellatur. Et alio in loco dicit, Venite filij audite me, timorē domini docebo vos. Declina à malo & fac bonum, inquire pacem, & sequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Præstante domino nostro Iesu Christo, Qui viuunt in secula seculorum. Amen.

De angelis & hospitalitate. Sermo XLVI.

**V**ia à naturis angelicis semper defendimur, ne demergamur fratres dilectissimi, ideo de eis ad eorū honorē facere sermonē ne pigrescamus. Sed quid de angelicis spiritibus loquimur, cū de eis loqui immūdi sumus? Credimus tamē sanē, & indubitata fide tenemus, diuina eos præsentia, & visione beatos sine fine latari bonis domini, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Quid ergo miser peccator puluis & cinis vobis loquar, quia nec ego eorum gloriā valeo cogitare, nec vos audire sufficitis? Profecto si ex abundantia cordis eo loquitur, ad dei laudem qui nos dignatur ad amorem suum inflammare, dicamus quod possumus. In supernis spiritibus non tantū admirabilis dignitas est, & dignatio amabilis inuenitur, sed tanta gloria est quod lingua vel cor humanum nullatenus dicere valet vel cogitare. Ipsi enim deo semper assistunt, domestici dei sunt, cæli ciues, principes paradisi, scientiæ magistri, doctores sapientiæ, illuminatores animarum, custodes earum, corporum zelatores, & defensores bonorum. Quod bene testator ille doctor doctorum, & veritatis prædicator, quando raptus fuit vsque ad tertium cælum, & beata illi curiæ interesse meruit, & videre deum sicuti est, atque super omnes homines meruit nosse secreta. Tunc enim ait, tunc enim dixit & exclamauit, quod omnes erant administratores spiritus missi in ministerium nostrum, Ipsi prouinciarum custodes, dignitatesque nostras tam spirituales quàm temporales omni diligentia custodientes: Ipsi sunt cōtra formitem impetrantes, ipsi sunt pro nobis contra demonem victoriam obtinentes: Ipsi sunt per quos ad fletum cōtritionis penitentię & orationis inducimur: Ipsi sunt per quos nostra facta vel cogitata ad cælū hilariter portantur: Ipsi sunt fratres nostri qui valde nos diligunt, nos vbiq; instruunt, in cunctis nos protegunt, nostrū aduentum expectantes ad cælum, & sedes paradisi per nos repleri affectant: Ipsi sunt sanctissimi spiritus, qui nobis dormientibus adsunt custodes, nobis orantibus assunt tripudiantes. Quis ergo fratres angelorum memoria in mente carebit? Quis eos non diligit? Quis non veneretur eos, qui in conspectu dei semper assistunt? Ipsi sunt per quos sustentamur, per quos in mari & in terra iuamur, per quos mente & corpore illuminamur, per quos in tribulationibus & angustiis consolamur, per quos ab infirmitatibus frequenter liberamur, per quos & à quibus in extremis contemulamur, in fide solidamur, & à maligno spiritu defensamur, & obtenta victoria ad paradysum vel ad purgatorium per eorū deportamur, & dū purgamur ab eis sæpe visitari & consolari non dubitamus, promittentes cœlestem Hierusalem ciuitatem ingressuros. Eia ergo fratres studeamus sanctos angelos imitari, & non solum ipsos, sed etiam angelorum ami-

cos. Ci respiciamus enim integra mente, perlegamus scripturas ut possumus, & inueniamus angelorum amicos, quibus inuentis petamus quid fecerunt, quomodo angelis placuerunt, in quibus eos securi imitati sunt. Veniat sanctus pater Abraham, & quid fecit innotescat. Veniat & nepos eius Loth, & dicat propter quid vel quomodo à Sodoma per angelos liberari meruit. Veniat & Tobias ducens secum filium, & propter quid per angelum illuminari meruit & filium custodiri doceat. Veniant & tres pueri, & quomodo actiuis & passiuis proximatis, non sequatur necessarius actio, scribant. Veniat & Petrus, & quomodo per angelum liberari meruit, audiatur, ut & audientes magna magnalia quæ sancti angeli fecerunt, eos sequi & imitari valeamus. Dic nobis sancte pater Abraham quid fecisti, vel quid facere docuisti ut sanctis angelis tam iocundè placeres? Dic ut à te discamus, doce ut nos à te doceri valeamus: nam pater es, & quia omnes filij tui sumus, te decet nos docere. O fratres, quid aliud dicere poterit, quid aliud vel docere, nisi quod hospitalitatē semper seruare voluit? O sancta veraq; hospitalitas quæ non solum angelos, sed etiā ipsum deum aliquando recipere meruisti. Ecce propter quid Loth liberari meruit: Ecce propter quid Tobias illuminatur, & filius illæsus reseruat. Ecce propter quid tres pueri & Petrus illæsus reseruat in carcere. Discite ergo Christiani, discite hospitalitatem exhibere in cunctis, ne forte cui domum claueritis, cui hospitalitatem negaueritis, ipse sit deus. Obuiam enim iuit Loth angelis tanquam peregrinis, qui ex sua laudabili consuetudine iam Sodomitico vitio liberatus est, & inter pessimos optimus cōseruatur, à periculo ciuitatis eripitur, & corporale euadit incendium, & ad aeternum cōseruatus est præmium. Nunquid & Abraham deū vidit, quando tres vidit & vnū adorauit? Igitur o fratres recipere peregrinos festinate. Tu enim nescis an Christus dignetur te visitare, licet Christus semper in hospite sit. Pateat enim peregrinis ianua tua, suscipe eos alacriter, ablu pedes, laua eorum capita, purga eorum immundicias, & noli auertere manum tuam ab illo paupere. Et si cunctis subuenire non vales, saltem voluntas bona sit circa eos. Suscipite ergo fratres peregrinos, quia qualem mercedem habemus peregrinando talē habebimus peregrinos suscipiendo. Fiunt enim ambo æquales, & qui propter deū refrigerat, & qui propter deum laborat. O sancta namque hospitalitas angelorum amica, charitatis soror, humilitatis corona. Nam qui habet te, habet veram humilitatem: & qui te o humilitas habet, veram hospitalitatē habet: nam sine te hospitalitas nulla est. Discamus ergo fratres non solum à patribus hospitalitatem seruare, sed à Christo humilitatem alstringere. Discamus ab eo non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere & mortuos resuscitare, non siccis pedibus super aquas ambulare, nō hæc omnia, sed tantum quia mitis est & humilis corde. Hoc est perfectum hospitalitatis fundamentum. O sancta namque humilitas hospitalitatis soror & amica suaui, qui te in cunctis magis indigniorem se aliis arbitrat, nunquam desiderat superior apparere, primatus & cathedras omnes fugit, omne dominium abhorret, solam hospitalitatem amplectitur, solam eam possidere desiderat. Eia ergo fratres excelsa est patria, sed humilis est via. Mensuremus ergo eam, perquiramus eam, amplectamur per eam. Sic enim fecit Abraham & Loth dum peregrinos suscipiebant: sic Tobias dum mortuos sepeliebat,

Luc. 10.

2. Cor. 5.

Matth. 13.

Prouer. 24.

Ezech. 18.

L. Matth. 12.

Matth. 12.

2. Cor. 12.

Hebr. 11.

Esaia. 14.

M. Prouer. 18.

Esaia. 6.

Gene. 18. &amp; 19.

Tobia. 5.

Danic. 3.

Acto. 12.

E.

Eccle. 4.

Matth. 11.

Gene. 18. &amp; 19.

Tobia. 2.



Matth. 18. G bat, Sic enim & angeli de quibus ait saluator, quod semper vident faciem patris qui est in caelis, Amen.

De uehementi peccati Sodomitici detestatione: Sermo XLVII.

Adite no fratres charissimi, sed principes Sodomitarum, percipite auribus lege dei vestri populus Gomorrah. Audite & auditu facite filii vestris, o gens plena peccato, graui iniquitate, femini nequam, filii sceleratis. Ecce dereliquistis deum, blasphemastis sanctum Israel, & alienati estis iam retrorsum. A planta enim pedis vsq; ad verticem non est in vobis sanitas, ideo terra vestra deserta, ciuitates vestra succeduntur igni, regionem vestram cora vobis alieni deuorant, & desolabitur ciuitas sicut in vastitate hostili. Quare hoc patimini, nisi quia similes Sodomitis ia estis? Audite ergo principes Sodomoru, audite Esaiam vobis dicentem, Multitudine victimaru vestrarum plenus sum, eo quod indigne mihi offeratis. Ne offeratis igitur vltra sacrificium, quia sabbata vestra, incensum vestru, & solenitates vestras odituit anima mea, & omnia facta sunt mihi molesta. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationes non exaudiam, pro eo quod turpitudinem operamini. Quae est illa turpido, nisi illa qua immunditia per Apostolum appellatur: Illa deniq; est turpido, illa summa immunditia, illa summa miseria, a qua angeli fugiunt, qua demones videntes oculos claudunt. Illa est enim immunditia & miseria quam masculi in masculos operantur. De quibus ait Apostolus, No solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt, digni sunt morte. Haec est merito immunditia, quia est nimia mentis & corporis spurcicia. Et haec spurcicia non solum peccatum est, sed & poena peccati. Cu enim deus videt omnino se contemnentem, & mandata sua coculcantes, vertit eos in reprobum sensum, vt illam abominacionem exerceant, & non intelligant & animaduertant, sicut ait Apostolus, Quia non probauerunt deum habere in notitia, tradidit eos dominus ignominia: nam masculi relicto naturali vsu foemineo, exarserunt in desiderii suis, id est, masculi in masculos turpitudine operantes. O quam abominabile vitiu, o quam detestabile crimen, o quam mortiferum damnum, o quam pessimu scelus, o quam inaudibile malum. Ecce enim membru Christi non solum fornicatur, sed etiam meretrix efficitur. Haec est enim illa immunditia, quam deus odio summe habet, quam detestantur sancti, quam odium beati, quam fugiunt illi qui regnum dei consequuntur aeternum, quam diligunt illi qui cruciandi & maledicendi sunt cum diabolo & angelis suis. O pessimi Sodomitae & veri peccatores, o pessimi attestante scriptura, Erant Sodomitae pessimi & peccatores coram domino. Peccator enim dicitur coram domino, cuius peccatum deo non dimittit impunitum, & non differt qui differes est poenam. Vnde ait, Clamor Sodomorum & Gomorrorum multiplicatus est, & peccatum eorum grauatum est nimis. Clamor enim dicitur peccatum, quando non solum cogitatur, sed abiq; omni timore ad actum perducitur, & in consuetudine multiplicatur. Et tuc dominus gladium furoris sui extendes, pluit ignem & sulphur de caelo, & cobulta sunt ciuitates & submersa. Merito igitur per sulphur ciuitates illae submersa sunt & destructae, quia tam eorum foemina quam eorum masculi foeti luxuria ardebant. O luxuria pessima virtutu destructio, vitiourum augmentatio, delectationis combustio, charitatis diminutio, burfarum euacuatio: Dulcis es, sed ecce

omnis dulcedo in amaritudinem grandem mox conuertitur. O luxuria per te pax destructa est, per te homicidium factum est, per te ciuitates combuste sunt, per te regna perditata sunt, per te omnia ferè mala facta sunt, per te Dauid exulat a deo, per te Sampson moritur, per te Salomon expellitur, per te Loth patitur, relinques patriam & vxorem amittes. Et ideo praearcatorum legis attendite, legite legem. O Gomorroru sequaces quiescite iam agere peruerse, discite iam bene facere, discite iam deum timere. Fugite Sodomitas vt mortem. No lite conuersari cum eis, ne forte cum eis deperatis. Veniet enim tempus & non tardabit, & insurget ille sanctus Ioseph, qui de hoc crimine pessimo suos fratres incusare patri non timuit. Surgat & nuc hoc castitatis exemplum, & interficiat omnes tales operantes iniquitatem. Veniet ille magnus sanctus Paulus, vas electiois, & confundat omnes tales talia diligentes, vt nullus reperiat in orbe. Veniat ille dilectus dei virginitateis imago sanctus Ioannes, & sua virginali presentia tales confundat. Veniat etiam illa lucerna mundi & praecursor dilectus, & sua gradi audacia omnes tales interficiat spiritu oris sui. Veniat & Loth nepos sancti Abrahamae cum nepotibus suis, & omnes tales expellant de terra viuentium. Veniant omnes sancti angeli, & comburant omnes qui operantur iniquitatem Gomorrorum. Eia ergo quiescite iam agere peruerse, discite cum Loth & Ioseph benefacere, antequam adimpleantur quae diximus. Mementote frequenter, & nolite obliuisci, quid fecerit illa femina Romana Tarpeia. Quid enim fecit? Nam luxuria magna regnabat in ea, tamen ipsa pagana caste viuere volebat. Quid enim fecit? Oculos sibi erui voluit & praecipit, & delitiis cunctis depositis panem tantum cum aqua sumere voluit ad mensuram. O fratres mirabilis conditio mulieris, mirabilis bonitas, mirabilis fortitudo, quia per hoc non paradisum expectat, nec per hoc laudari desiderat, nec beata praedicari affectat, nam propter quid hoc fecerit ignoramus, quia paganam eam fuisse praedicamus: Vnum tamen scio quod si confilium ab Augustino petisset, ego tanquam fidelis nihil aliud dicere potuissem, nisi quod tantum panem & aquam sumpsisset determinato pondere & mensura. Nos ergo fratres scire debemus & nullatenus dubitare, quod castitas cum abundantia & fertilitate stare non potest. Sed si mihi non creditis, Gomorrensis credite. Abundabant enim valde in cunctis bonis, & postquam comederant & biberant, surrexerunt ludere. Sic & vos operantes video, nam fertilitatem habetis, pane, vino & cunctis bonis omnibus quibus indigetis, ideo timeo ne pereatis. Quare: Quia non est malu quod in vobis non regnet. Nunquid superbi? nunquid auari? nunquid gulosi? nunquid puerorum concubitores? O miseri membra diaboli, cur non erubescitis: cur non desistitis talia operari? Confundor ego episcopus talia loqui, confundor & talia enarrare, sed & si tacero mors mihi est, & si hoc praedicauero, non effugiam linguas vestras. Audacter igitur praedicabo, quia & vos publice operari non erubescitis. Emendate igitur vitam & emendabo verba, quiescite agere peruerse, & ego quiescam mala vestra vobis impropere. Sic etiam dominus facit, quia mutata vita mutat sententiam, bene operantibus promittit gloriam, male vero poenam aeternam. Erudiamus igitur fratres nosmetipsos in scientia & castitate, vt studentes & intelligentes simus, suaves, affabiles & mites in charitate non ficta. Nam si luxuriari volueritis, nunquam charitatem habere poteritis. Charitas enim est virtus quae con-

2. Reg. 11. Iudic. 16. 3. Reg. 11. Gene. 19.

Esa. 1.

Gene. 37.

L

Esa. 1.

Exod. 32.

M

Charitas virtutum summatio.

A summatio & perfectio aliarum virtutum dicitur, sic & luxuria destructio. Nam nulla virtus, nulla bonitas, nulla sapientia cum luxuria stare potest, nulla iustitia, nulla laus, sed omnis peruerfitas, & personaru acceptio in ea regnat. Ideo attendite, quam necessaria est ipsa castitas. Nam si caste vixerimus, rixae intus non erunt, non verba mala. Et si mihi non creditis, quid Loth acciderit legite. Nam sancti angeli domum eius intrauerunt, quo facto Sodomitae domu eius circudederunt, & forsitan non solum per ostiu, sed per fenestras intrauerunt. Nunquid & Loth cum nepotibus suis verberauerunt? Omnino vt arbitror non solum verba, sed verbera receperunt. Et forsitan fratres, ideo vxor Loth couersa fuit in statuam salis, quia Sodomitis non procurabat resistere. In simili etiam scelere, in eodem crimine mulieres etiam erant, & forsitan in maiori, quia principium tanti criminis in illis ciuitatibus mulieres fuerunt, & homines postmodum ipsae pessime docuerunt. O mulieres luxuriae matres, non sufficiebat primum hominem decepisse: Ideo conuertamur ad dominum, sumus penitentes, vnanimus in dilectione dei, & vt membra vnita simul laboremus. Nam sicut odium dissipat Ecclesiam, ita vinculum dilectionis edificat eam. Odium enim generat de tractionem & inuidiam, quae pestilentia & pernicies est Ecclesiae. Per odium amittitur illa sancta vtilitas & iocunditas, de qua dicitur, Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Per odium expellitur Christus qui est vera sapientia, quia in maleuolam animam non introibit sapientia. Et ideo rogo vos vt vitam vestram emendatis docentes filios vestros & filias quomodo caste viuant & mature incedant, abstineant a cibo & potu, sit eorum sermo pudicus, incessus honestus, vultus inclinatus, lingua affabilis, mens plena dilectione, manus plena operatione, vt si sic feceritis fratres, cum sancto Loth liberemini de inferno fugietes & volantes per gratiam ad gloriam, Amen.

De cura anime, Sermo XLVIII.

Adima humana fratres charissimi omnium creaturarum naturam participat, ambit & capit, & tanto amplius quanto gloriosius est dei imagine insignita. Omne enim spiritale suum est, quia caelum habet ad manendum, angelos ad congaudendum, gloriam ad habendum, & trinitatem ad fruendum. In ipso denique homine reposita erat etiam corporalis creatura, & omnium corporalium naturalium natura in se & ad se & per se, & tanto perfectius quanto mirabilius erat omni corporeo. Omnia enim possidebat, omnia sibi obediebant, quia omnia ei subiecta erant, astra scilicet vt lucerent, elementa vt aleret, animalia vt subiret, & cibaria vt nutrent, oues & boues, leones & aues omnia obediebant homini sine vlla rebellionem. Et quid plura? Etiam hoc quod maius est. Quid est quod maius est, nisi quod diuinum est? Quid enim in homine diuinum est, nisi quod imagine sanctae trinitatis ipse homo decoratus est? Faciamus, inquit sancta trinitas, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quae est imago dei in nobis, nisi id quod melius reperitur in nobis? Quid est quod melius reperitur in nobis nisi ratio, intellectus, memoria & voluntas? O homo audiui tuam gloriam, audi nuc tua miseriam. O homo natus de muliere, breui viues tepore, repletur multis miseriis, qui quasi flos campi egredieris & contereris, & fugis velut vmbra, nec in eodem statu permanes, nunc diues, nunc pauper, nunc sanus, nunc languidus, nunc gaudens, nuc tri-

1. De libe. ar. bi. ca. 4.

Gene. 1.

Iob. 14.

stis, nunc sciens, nunc ignarus, nunc videns, nunc cecus, nunc ciuis, nunc exul, nunc bonus, nunc malus: ecce quomodo stabilis, ecce quomodo permanens. O homo an ignoras quia potuisses non mori? Vtraque enim potentia in manu tua erat, posse & non posse mori: Contempnisti primam & elegisti secundam, contempnisti vitam & elegisti mortem, contempnisti dulce, & elegisti amarum, contempnisti vitam aeternam & mortem aeternam eligere voluisti. Et vnde hoc homo? Nunquid bonus, rectus, sanctus & deo dilectus creatus es? Et tamen miserrime incrassatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrauisti contra deum factorem tuum. Et ecce elatus in superbia, ignarus dei gratia, inscius dei iustitia cecidisti in lacu miseriae, in luto fecis, & in vmbra mortis. Ideo attende quid sequitur: Putas quod deus mentiat, vel vt filius hominis mitetur? Statuit enim ipse & sententiam posuit, vt quotienscumq; comederes ex ligno, mori debuisses. Nunquid ludendo hoc edixit, vel ridendo hoc asseruit? Omnino hoc tamen mihi non apparet. Quare non apparet, nisi quia experientia didici, & oculata fide probaui? Nunquid experior quod post peccatum elemēta quae in summa & optima qualitate erant, mox propter peccatum pugnare coeperunt? Est enim ratio terrae in carne, ratio humoris in sanguine, ratio aeris in spiritu, ratio ignis in calore: & haec quatuor mox post peccatum adinueniem praesertim coeperunt, & sic nostri primiparentes in firmitatibus aggrauantur, & dolore capitis, stomachi, epatis, omniumq; membrorum vexantur, sicq; moriuntur, sicq; ad sepulchra deducuntur. Sed dicit quis, Quid est homo post mortem? Certum est quod non est homo, & tamen est aliquid quantum ad duas partes. Quae sunt illae partes, nisi anima & corpus, materia & forma? Anima enim non moritur, nec succumbit per mortem cum omnino sit immortalis: nec corporis materia cum sit vna numero, quia licet corpus resoluatur, non tamē deuenit ad tantam resolutionem quod omnino nihil sit, & quod cedat in non ens. Manet eadē anima semper & tanquam quid diuinum, deficit tamē homo quantum ad esse. Omnes enim animae spiritus sunt, & omnia corpora terra sunt, & erunt quousq; anima induet se suo corpore, vt totus homo glorificetur corpore videlicet & anima. Si ergo petis quid est homo mortuus, quid aliud dicere poterimus nisi quod terra, putredo, caetera & foetor est? Si petis de suo esse, vides quod deficit. Si petis de corpore, interroga terram. Eunt vos, o iuvenes & potentes ad sepulchra patrum vestrorum, considerate quid fuerunt & quid sunt. Monumenta eorum aperiamus & videamus quis dominus & quis seruus, quis pulcher, quis turpis, quis rectus, quis curuus inter eos fuerit. Aperiamus oculos mentis & corporis, & nostram gratiam miseriam frequenter non pigeat considerare. Intremus sepulchra, & quid inueniemus discamus. Quid fratres inueniemus vel quae? Nam si respexerimus inueniemus mortuorum capita, renes & ventrem. Verum & indubitanter verum, mihi experto credite quod in capitibus inuenietis bufones saltates generatos ex cerebro. In renibus serpentes generatos, in lumbis ambulantes. In ventre vermes scaturientes generatos ex visceribus. Ecce quid sumus & quid iam erimus, ecce in quod resoluimur: Quid ergo inharis, o diues? Cur non attedis quae audis? Cur turbaris cum prospicis? Cur non conuerteris cum hoc quotidie experiris? Mementote fratres hac omnia, & agite poenitentiam in fletu & lameto, antequam veniant dies illi amari pleni miseriae & tristitia. Audistis iam quid est homo mortuus, restat nuc dicere quid sit de

Deut. 32.

Psal. 39.

De animae qualitate. ca. 11.

10. De Gest. ad litera. ca. 22.

G fit de anima. O fratres mei quid de hoc dicere poterimus nisi concordauerimus cum vetulis nostris? Quid enim dicunt nisi quod vel in paradiso cum gaudentibus, vel in inferno cum dolentibus; sed si in purgatorio, in viam eundi ad patriam sunt, & isti iam bene sunt, quia securi sunt. Orandum tamen pro eis est, & eis toto affectu subueniendum est orationibus, elemosynis, sacrificiis, ieiuniis & macerationibus. Isti sunt denique illi afflicti, qui ad dominum quotidie clamant & ad illum recurrunt, cuius scientia ubique allegatur, cuius sapientia demonstratur, cuius clementia ubique ponderatur, cuius potentia ubique promulgatur. Isti quotidie clamant vniuersique per se suam misericordiam implorantes, & suam miseriam deplorantes, & dicentes, Domine, scias quod vim patior, ideo ad te recurro, non contemnendo scientiam tuam, non auertendo tuam sapientiam, sed interpello tuam clementiam. Non enim domine iniuste patior, quia non pro alieno delicto, sed pro meo patior, vim tantum domine patior, quia fortiter patior & iuste patior. Peccaui domine substantias & diuitias congregando, nec pauperibus vt iusseras sufficienter tribuendo. Sed multa infelix congregaui cum dolore & mœrore, nesciens cui ea dimitterem amico vel proximo. O infelix homo considera & diligenter aduert te quid agis, quid cogitas, dum sanctis diebus vite tue congregare non desinis. O homo auaritia plenus, an ignoras quod tria sunt insatiabilia, & quartum nunquam dicit sufficere? Et quid est quod nunquam dicit sufficere, nisi animus hominis qui nunquam dicit satis esse? O homo an ignoras quod radix omnium malorum auaritia est & seruitus idololatriæ, mater vitiæ, genitrix simoniæ, fomes culpæ, æternæ poenæ via, nutritrix gehennæ? O auaritia abyssi insatiabilis, quæ nunquam dicit sufficere, semper famelicis, semper doles, semper tristaris in cunctis. Nam si sol quotidie oritur dolendo dicit, siccitas erit. Si pluuia descendit, omnia periclitari asseris. Si temperiem adesse prospicis, solem vel pluuia adesse desiderabis. O pestis interminabilis, & famelica rabies: nam omnia suis terminis clauditur, sola auaritia nullo clauditur fine. Omnia in homine senescunt vitia, sola auaritia iuuenescit. O rabies omni fine carens. Nunquid terra suis limitibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aer suo fine clauditur, cœli suis terminis arctatur, sola auaritia terminum nescit. O auare si terra tibi cuncta datur, mare quaeris. Sed si terra & mare, aërem petis. Sed si terram, mare & aërem possederis, adhuc cœlum ambis & ipsum penetrare affectas. Et si cœlum penetraueris, adhuc non quiesceris, donec te deo adæquaueris, vel fueris superior altissimo, O pestis demone seuior, nam demò similis altissimo esse voluit, sed auarus super deum si posset ascendere vellet. Merito auaris in die nouissimo loquetur dominus dicens, O homo sine honore mundum intrasti in pellicula sanguine cruentatus, sine diuitiis natus, sine auaritia genitus, & tu in auaritia vixisti & dilatatus es in auro & argento, & oblitus es dei creatoris tui. Vbi enim est fructus & lucrum laborum vestrorum? Ite ergo maledicti in ignem æternum, & sicut voluistis, ita fiat. Ecce sententiam summi regis. Itaque fratres nolite amare plus corpus quam animam, & plus filios quam vos ipsos. Ecce enim in ianua dies mortis est. Tunc enim quilibet a suis excluditur, ab vxore dimittitur, a cognatis separatur, & ab eisdem ad sepulchrum ducitur. O magna crudelitas. O magna admiratio. O admirabilis infidelitas, ecce maritus dilectus ab vxore dilecta relinquitur, filius a matre proicitur, & pater a filiis, & filij a

Prouerb. 30. Coloss. 3.

Esaiæ. 14. Deut. 32. Math. 25.

patre sub terra reconditur. Solus ille dimittitur & quilibet ad propria reuertitur, & cito obliuioni traditur, tanquam mortuus a corde. Ecce fratres mundi amicitia quanta vel qualis est. Non enim est aliquis qui tantum amicum vel cognatum diligit, quod per noctem vnam secum morari cupiat. Vide ergo o homo quales amicos habes, pro quibus animam perdis, pro quibus deum offendis. Omnes dimittent te, omnes se abscondent, omnes cito fugient a te, & in foueam trium brachiorum collocabunt te. Nam cum essemus apud ostia Tyberina matre charitatis sociati, expectantes temporis tranquillitatem, causa remeandi ad Africam, & gratia illius cui terra & mare obediunt, compulsi a Pontiano praefecto viro clarissimo qui de Roma ad nos videndum venerat, cum eodem iterum reuersi sumus Romam ad intuentem diligentius magnifica aedificia & opera paganorum, Et ductus sum cum ceteris ad videndum cadaver Caesaris in sepulchro, & vidi quod omnino esset liuidio colore ornatum, putredine circumdatum, ventrem eius diruptum, & vermium per illum cæteruas transientes prospexi: Duo quoque famelici in foueis oculorum pascebantur, cervices eius non adhaerebant capiti, dentes eius apparebant labiis consumptis, & reuelatum erat narium fundamentum. Et intuens matrem Christianissimam dixi: Vbi nam est Caesaris corpus praclarum, vbi magnitudo diuitiarum, vbi apparatus deliciarum, vbi multitudo dominorum, vbi ceterua baronum, vbi acies militum, vbi canes venatici, vbi equi veloces, vbi aues cantantes, vbi thalamus pictus, vbi lectus eburneus, vbi torus regalis, vbi thronus imperialis, vbi mutatoria vestimentorum, vbi capilli solares, vbi facies decora, vbi omnia quæ sub cœlo sunt? Te nanque verebantur homines, te timebant principes, te colebant vrbes, te timebant omnes. Vbi nam quæso sunt hæc omnia, a quo recessit tanta iactantia? Quod iuit tua magnificentia? Et respondit mater pietate plena, Fili omnia sibi pariter defecerunt quando defecit spiritus eius, & reliquerunt eum captiuatum in sepulchro trium brachiorum plenum fetore & putredine. Eia ergo fideles Christi considerate quid sumus, animaduertite ad quid venimus, prospicite quid iam sumus. Agite ergo poenitentiam filii mei quos iterum parturio donec reformetur in vobis Christus. Agite ergo poenitentiam antequam mors inimica naturæ vos aggrediatur. Statuatis vobis simplicem, humilem, vtilem, secretam, frequenter, promptam, amaram, lachrymosam & festinam confessionem, cum etiam horam mortis omnino ignoremus. Nam cum in extrema ægritudine fueritis fratres, o quam forte, o quam durum, o quam poenosum, o quam lachrymabile erit vobis poenitere & dolere de malis commissis & de bonis omissis. Quare hoc erit, nisi quia illic capitur tota intentio mentis, vbi est vis doloris? Multa enim occurrunt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, poena affligit quia mors appropinquat, intrare filios quos patres summè dilexerunt pro quibus etiam se danatos existimant, tenebroso oculo aspiciunt, vxores iam lachrymantes considerant, mundus adhuc eis fiduciam prestat, diabolus ne de peccatis doleant fidem tribuit, & chirographum infirmantibus prebet, caro non deficere adhuc satis sperat, medicus vt lucrentur ipsum confortant, parentes applaudunt, sacerdotes alliciunt, & sic diuites moriuntur in inferno. O homo audisti quid locutus sum, omnino crede quod hæc omnia cito experieris. Obsecro igitur te vt antequam infirmitate graueris, agas poenitentiam, disponas domum tuam. Fac quod sciendum est, fac testamentum dum sanus es, dum sa-

K Psal. 139. Cesaris cadaver. Galat. 4. M

A dum sapiens es, dum tuus es: Nam si expectaueris infirmitatem omnino minis vel blandimentis diceris quod tu non vis. O homo dum iuuenescis dispone domum tuam, age poenitentiam, dilige deum non solum verbo sed opere & veritate. Et si proximum offendisti verbo, placa eum verbo: si facto, placa eum facto, quia eadem mensura parceret nobis qua pepercimus aliis. O homo fac poenitentiam. Memorare nouissima tua vt in æternum non pecces: Reuertere ad teipsum memoras quod fuisti sperma liquidum, quod modo es vas stercoreum, quod eris cibus vermium. Hæc enim sunt nouissima quæ cogitare debet quotidie qui fidelis est. O homo memorare nouissima tua, quia post mortem vermis nascetur tibi de lingua pro peccato linguæ, de stomacho pro peccato gula, de spermate renum scorpiones pro peccato luxuria, de cerebro bufones pro peccato superbia. Memorare nouissima tua o iuuenis qui floride ambis & peregris capite eleuato cuncta quæ dei sunt despiciendo. Memorare nouissima tua, quia terra es & in terram ibis. Memorare nouissima tua quia conceptus es in culpa, natus in poena, viuens in miseria, & necessario morieris in angustia. O homo cur te iactas fortitudine? Ecce nunc post modicum infirmaris, & deficiis: Cur in flaris mundi sapientia? Ecce quod stultitia est & eam perdes & tuam prudentiam reprobas, dicit dominus. Cur in flaris scientia? Nunc quid philosophis obcuratum est cor, & in cogitationibus suis euauerunt? Nunquid traditi sunt in reprobum sensum? Cur te iactas generis nobilitate? Nunquid omnium nascendi conditio vna est? Nunquid & moriendi vna conclusio? Quis nobilium nunquam natus est sine sanguinis cruentatione? Nunquid nobilis simul cum paupere per eundem dum nascitur meatum transit? A regula etiam mortis nunquid parcerit diuiti? Cur diuitiis te iactas? Ipsæ enim potius insidia tibi sunt quam amicitie. Nam pauper ferè nunquam occidit querit, diuiti vero semper insidiatur. Memorare o homo nouissima tua qui quotidie epularis quomodo nudus de vtero matris venisti, & nudus reuerteris. Eia ergo fratres domos vestras pauperibus aperite, elemosynas facite, voluptates vestras rationi subiugate, in cunctis memorantes nouissima vestra vt mortaliter non peccetis in æternum. Adiuuet autem nos deus sine cuius voluntate folium arboris non mouetur, ad perficiendum ea quæ placita sunt ei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

De miseria carnis & falsitate presentis vite: Sermo XLIX. Vita quæ tantos decipis, de propriis tantos seduxisti, tantos excæcasti: quæ dum fugis, nihil es: dum videris, umbra es: dum exaltas, fumus es. Dulcis es stultis & amara sapientibus. Qui te amat, non te cognoscit: qui te contemnunt, ipsi te intelligunt. Timenda es, & fugienda es. Vix qui tibi credunt, beati qui te contemnunt. Vera non es vita quam te ostendis. Aliis ostendis te longam vt perdas in finem. Aliis breuem vt dum poenitere volunt, non permittas. Aliis largam vt faciant quid volunt. Aliis angustam vt non faciant bonum. Quare, o sapiens fuge quod fugis. Sic enim est vita nostra quasi homo in domo aliena, nesciens qua hora vel die patronus dicat, Vade foras, quia non est tua domus in qua es. O seculum vanum quid nobis tanta promittis, dum decipis? Qui tibi amicus voluerit esse, inimicus dei constituetur. Amicitia seculi, inimicitia dei est. Caro est quæ animam perdit, caro est quæ recipit inimicum cum vitis. Item seminat homicidia, se-

1. Ioan. 3. Eccl. 7. Gen. 3. 1. Cor. 1. Rom. 1. Galat. 4. Iacobi. 4.

minat fornicationem, seminat concupiscentiam, seminat rixas, seminat libidinem, seminat furtum, seminat idololatriam, seminat cupiditatem, seminat superbiam & inter fratres discordiam, seminat inuidiam, seminat contra deum blasphemiam, prouocat schismata, irritat hæreses, & intra Ecclesiam dei infert diuisiones, inter populos Christianos ponit offendicula, & inter gentes pugnas, & inter consanguinitatē incantationes, & quod peius est in corda seruorum dei diuersa genera cogitationum immittit, & omnia quæ mala sunt in hoc mundo caduco, pessimo & nephando, & quasi orta sub omni velocitate transit. Carnis etiam potestatem habet diabolus & non animæ, dicente domino ad diabolum de beato Iob, Do tibi illum in potestate, sed non animam eius. Caro misera grauat animam, caro vaga demergit in infernum. Caro inimica est animæ, quæ si inimica non esset, non utique dilexisset istius seculi vanitatem, & vita vana non frueretur. O vita atrocissima, quam humores tumidant, dolores æstuant, aëres morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitia consumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitia superbiunt, paupertas eiicit, iuuentus extollit, senectus incurrat, fragit infirmitas, mœror consumit, & super his omnibus mors atrocissima succumbit vi furibunda. O caro cum deformitate depressa, illam debuisti vitam amplecti quæ in æternitate consistit, vbi vita est sine morte, vbi iuuentus sine senectute, vbi lux sine tenebris, vbi gaudiunt sine tristitia, vbi nobilitas & volūtas sine iniuria, vbi regnum sine commutatione. Hæc sunt septem quæ conse qui debueras. O caro miserabilis quare negasti dum viueres? Si perferuasses bona & quibuslibet bonis prinata non fuisses si bene egisses. Illic enim permansisses vbi est gaudium sempiternum, vbi immarcescibilis est gloria, vbi incorruptibilis est & incomparabilis delectatio, vbi Christus Apostolorum & Prophetarum & sanctorum omnium est iocunditas necnon & summa lætitia cum sanctis angelis canentibus laudes deo, vbi delectatio omnium bonorum. Hæc omnia bona delectabilia per huius seculi prauitates spreuisti. Ecce post finem quæuis in limo terræ manciperis, habes inimicitiam, id est, corruptionem, fetorem & vermem, & dissolutionem factoris pateris, vt viuentes de te exemplum accipiat, quod fuisti, & quid es quia a verbibus consumeris, postremo vero in finem propter nouissima, propter redeunte animam, id est, vitam in corpore in quo prius fuisti supplicis æternis macipaberis & simul cum anima damnaberis. O misera anima quam caro persequitur. Caro concupiscit, corpus operatur. Caro autem cum satiatur affluentiis cibis & potibus & delectationibus, hortatur omnia mala facere. Caro prouocat homicidia, caro perpetrat adulteria, caro committit rixas & scandala, caro inserit ebrietatem, caro portat omnem concupiscentiam huius seculi. O caro misera quid habes, quid agis, quid tantum grauas animam quæ nihil desiderat nisi deo seruire? Tu o caro misera non sufficit tibi perditio tua, quod adhuc animam infelicem tecum demergere conaris? Vix tibi anima quæ tibi carnem contrariam accepisti. Caro mala quid quaeris, quid desideras? Non enim poterit sine te anima iudicari in die iudicii. Caro misera & putribilis & omni squalore peccatorum plena, quando viua eras, pulchra eras vt sol, splendida vt luna, & oculi tui micabant vt stellæ, & crines tui longissimi & vngebant te preciosis vnguentis, vestibus vtebaris optimis, & in cibis tuis & potibus condebas aromatum multitudinem. Et scito anima dum corpus tenebrosum & fetidum

Iob. 1. E



Quantum ad animę nostrę desiderium pertinet fratres charissimi voluntatis nostrę est vt ad vos requirendos frequēter veniamus, sed necessitate temporis nunc veniendi incolumes nos venire meruimus: & ideo quia de communi corporū sanitate gaudemus, de animarum salute quę vera salus est in quantum dominus dederit, colloquamur. Ideo fratres ad imaginem dei facti sumus, vt deo donante intelligamus quę sit desideranda patria, quę sit vera beatitudo, quę vera vita, quę perfecta sanitas, quę sit æterna felicitas. Sed intus in corde deo inspirante cognoscamus. Nemo se excusare poterit, vt dicat, nō noui literas, ideo dei præcepta intelligere non possum: quia qui literas nō nouit, quid sit aut non sit, intelligere debet. Interroget homo conscientiam suam, & alloquatur seipsum, & dicat sibi suis verbis. O homo, quis es aut vbi es, & vnde venisti? Et respōde tibi. Homo sum, & dei creaturam me esse cognosco. Iterū interroga & dic, Quid in te habes, aut ex quibus rebus te factum esse cognosco? Responde & dic, Ex anima & carne me constare cognosco. Quid in te ex his duabus rebus melius habes? Responde: Sine dubio animam meliorem habeo quā carnem. Optime & ordine legitimo respōdisti, & dixisti te animam meliorem habere quā carnem. Dic mihi adhuc, Vbi es, & homo? Respondebis in mūdo. Postea vero vbi eris? in cælo. Quādiu ibi eris? In secula seculorum. Iustissime respōdisti & verum dixisti, fac modo rationem vitę tuę, & esto iudex iustus. Ex omnibus rebus quas dedit tibi deus, serua carni tuę vnde sustentetur in mūdo, & repone animę tuę vnde in perpetuum viuat in cælo. Attende diligenter conscientiam tuam, & vide si tãtas res animę tuę reposuisti in cælo, quantas habes corpori tuo in mūdo: si tot solidos reposuisti in cælo, quantos tibi seruasti in mūdo. Vide si tot modios tritici, si tot amphoras vini per eleemosynam in paradiso vnde viuat anima tua reposuisti, quantum tibi seruasti vnde viuere possit caro tua in mūdo. Cum ergo ista diligenter attenderis, & consideras sapienter, vides te propē totam libram carni tuę seruasse in mūdo, & vnam vnciam reposuisse in cælo, erubescere & cito ad pœnitentię medicamenta confuge, quia inceptū in te ipsum iudicium iudicasti. Aliud verum dixisti, & aliud operibus perfecisti, quia totum carni non solum fideliter, sed etiā infideliter deputasti. Nescio si apud te periclitetur iudicium tuum quādo inter animam & carnem tuam iniqua sunt iudicia tua. Et vbi te iustū inuenire potero, quē in te ipsum iniquum esse cognosco? Et tunc certe nutritus carnem, ornatus carnem, aliquoties inebriamus nos, & nimium delitiose pascimus carnem quam velimus nolimus post paucos menses aut annos vermes deuoraturi sunt in sepulchro, & contemnimus animā quę deo ab angelis præsentatur in cælo. O quā dura erit animę peccatrici, & quā intolerabilis hora illa quādo viderit bonam animam requiem recipere in paradiso, se vero torqueri in æterno supplicio. Ergo considera te fratres charissimi, si maiorem certe vel æquale partem animę faciamus. Nō enim foris in corpore, sed intus in interiori homine facti sumus ad imaginem dei. Caro enim nostra de limo terrę formata est. Nunquid iustū est vt limus terrę imagini præponatur? Caro enim debet seruire, & anima imperare. Ista debet exercere imperiū, & illa subiecta seruitiū. In omnib⁹ Christianis bonis anima dominatur, & caro seruire cōpellitur. In peccatoribus vero & amatorib⁹ huius mūdi, inuerso immo

G & foetidum reficiebas atq; fouebas, escas vermibus præparabas. Memorare debuisti quę a factore & opifice tuo audieris cum primum peccatum commisisti: Terra es, inquit, & in terram reuerteris. Et Iob audi dicens, Nudus egressus sum de vtero matris meę & nudus reuertar illuc. Audi etiam Esaiam vaticinātem, Vere sœnum est populus. Caro misera & nefanda, audi Paulum Apostolum prædicatorem egregium dicentem, Nihil intulimus in hunc mūdom, nec auferre quid possumus. Nihil aliud caro misera nisi peccatorum sarcinam secum portat. Nō nisi per carnem anima peccat. Anima quomodo potest videat. Anima nostra carcerem patitur, caro eam tenet inclusam. Anima clamat ad dominum, non caro quę in malitia perseverat. Anima remedium aliud non habet, nisi tollatur a carne, & caro redigatur in puluerem, tollatur ei vinum, & detur ei aqua, auferatur ei sanguis & detur ei humor terrenus. O caro misera quid de te agetur quādo a te egrediar, & vita a te recedet? Tu sola in vtero & sinu terrę iacebis, & aliud nūquam māciperis, habebis in te hæreditatem pessimam, id est, corruptionem, fetorem & vermes. Ecce quę acquisuisti dum viua eras, ecce quid possides dum in sepulchro iaces. Non potuisti te ieiuniis macerare, ac ieiuniis in cinere & cilicio humiliare? In perpetuum cū anima salua fuisses si ei credidisses, quia nō bene facere potes, nisi aliis benefeceris, hoc est, nisi corpus per abstinentiam afflixeris, animam saluare non poteris. Audi quid creator noster dicat ad carnem: O, inquit, mea creatura, ego te ex limo terrę pulchram & lucidam assumpsi, imaginem meam in te condidi, spiramen vitę tibi, animam inuisibilem tibi concessi, immortalitatis tunica te indui, in paradiso voluptatis te collocaui, vita angelica perfruebaris, cibos & delectabilia iocunditatis cōtemplabaris, & omnia quę creauit in tua dominatione humiliasti, & affluentes diuitias dedi, in super & omnia ligna paradisi tibi subdita erāt, & pro vno viteto quod ibidem comedisti, ecce vbi cecidisti, scilicet de paradiso in infernū, de luce ad tenebras, de amenitatis & iocunditatis loco ad chaos, & ad omnia obscurissima mala, pro delectabili odore nunc putredini & putori manciparis, pro esca angelica in cibo vermibus subiaceris, pro immortalitatis veste corrupto induta es vestimento. Ecce quam cōcessi vitam abstuli & subtraxi, vt tu misera & putribilis caro in inferno manciperis, vbi est fletus & mugitus atq; ululatus, insuper & stridor dentium & terribilissima tormēta, & quod peius est post mortem in corruptionem, post vermes & fetorem & cōsumptionem postea in puluerem redacta. O caro quę igni inextinguibili manciperis: audi animam dicentem ad corpus, Ego de cælo veni a deo concessa tibi. Nam tu de terra es, melius est vt tecum ascēdas ad cælum, quā tu me trabas ad infernum. Dum viuimus & sumus in vno, operemur manibus quod bonum est: frid est, eleemosynas & ieiunia in castitate & in hospitalitate egenorum, & in nuditate pauperum, & in omnibus bonis operibus, vt per bonam operationem quā agimus ascēdere ad cœlestia valeamus, vbi non iam solutione corporis, sed incorruptionis veste induamur: vbi non iam fœtor, sed odor suauissimus: vbi nō iam tenebrę, sed lux perpetua micat: vbi non iam vermiū multitudo, sed caetera angelorum & innumerabilia milia sanctorum & Prophetarum omnium chorus cū sanctis angelis hymnum deo incessanter canunt. Cum ipsis nos faciat æterna gaudia percipere Christus, Qui cum patre & spiritu sancto viuat & regnat, & cætera.

Gene. 3. Iob. 1.

Esai. 40.

1. Timo. 6.

10. De Gen. ad literā. ca. 11. & 20. 1.

Gene. 2.

1. Retrac. ca. 1. 4. & 7.

A p̄teruerso ordine caro erigitur & anima humiliatur. Illa delitiis pascitur, & ista fame torquetur. Illa luxuriatur in vestibus preciosis, & ista vix in veteribus inuoluitur panis, & si peccatis fuerit obnoxia, æterno iudici præsentatur, & tūc vera eius ignominia apparebit. Nam cum anima in corpore suo caput esse debeat, quicunque carnē delitiis aut voluptatibus nimium erigit, nutrit fouet & palpat, animam vero despicit & contemnit, pedes leuat in alto, & caput imprimat in profundo, Et qualis est in oculis hominū qui in uersis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis angelorum, cui caro propria dominatur. Sicut ergo supra dixi, Fecit nos deus ad imaginem & similitudinem suam: & cum deberet in nobis homo interior dominari, in tantum deum contemnimus vt imaginem dei miserabili limo seruire faciamus, & hoc est iniquum iudicium vt carnem nostram animā præponamus. Sed hoc omnes hominēs recto iudicio non faciunt. Multi enim sunt honesti, sobrii & humiles, misericordes, casti, in quibus anima tenet imperium, & caro subiecta seruit. Et ideo rogo vos fratres attendat vniuersi quę conscientiam suam: & si dominatur caro, cito erigat dominam & stinulet ancillam, vt non caro vincat animam & ad luxuriā trahat, sed magistra carnem suam regat: & per vias castitatis & iustitię ducat. Qui vero in se sentit animam dominari, teneat cū dei adiutorio disciplinę continentiam, & per freta pelagi huius mundi, ita nauigium corporeum veritate gubernante contendant, ne inter fluctus iustitię naufragiū incautus incurrat. Vt enim agnoscatur quod ex nobis in veritate anima dominetur, de substantia nostra victum nobis sufficienter & vestitum simplicem reseruemus, & quicquid amplius deus dederit, animæ in æternam beatitudinem per eleemosynam pauperum reponamus, ne forte cum carnem nostram ornamentis componimus, & multis delitiis saginamus, partem cum illo diuite purpurato & non cum Lazaro habeamus. Scitis enim vt in Euangelio frequenter audistis, quod diues ille qui epulabatur quotidie ipsedide, & purpura induebatur & bysso, post de corpore exiit, & sepultus est in inferno, & ibi inter flammam aquę guttam & locum refrigerij requisit & inuenire non meruit. Ecce cuius caro luxuriatur & epulatur in seculo, quales diuitias inueniet in inferno. Lazarus vero qui nec diuitias nec ornamenta habuit in seculo, post mortem in sancti Abraham requieuit gremio. Sicut ergo supra dixi fratres charissimi, reseruemus gulam nostram, & victum ac vestitum simplicem carni nostrę in hoc seculo præparemus, vt remaneat aliquid quod in futuro seculo animę reponamus. Quod peritura gula cupit, reseruet eleemosynę: Ornamenta quę luxuria ac suauitas requirit in mūdo, misericordia & veritas reponat in cælo. Si ornati volumus esse, quæramus ornamenta vnde nemo ornatur indignus. Si delicias concupiscimus, non quæramus carnales ac transitorias ex quibus stercora cōficiuntur in mūdo, sed magis spirituales & æternas vnde angeli epulantur in cælo. Et si forte quærās quę sint illę delitię, audi Apostolum dicentem, Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit dominus diligentibus se. Adhuc quærās & interrogas, quid sit hoc? Si vis verum agnoscere, deus est delitię tuę requies tua, sanitas tua, gaudium tuum, felicitas tua, refrigerium tuum, amœnitas tua, & quicquid sancte possit desiderare anima tua totum tibi deus erit. Sic beatus Apostolus dicit, Et erit deus omnia in omnibus. Auare audi me: Quid tibi sufficit si deus tibi non sufficit? Si er-

Luc. 6.

1. Corin. 2.

1. Cor. 15.

go ista omnia desideratis, paradisi requiem quærite, pro æterna beatitudine suspirate, vnde non exit amicus, vbi non intrat inimicus, vnde nec bonus potest exire aliquando, nec malus vilo modo introire. Ad istam ergo primā ornati bonis operibus festinemus, vt dum eleemosynā pauperibus dederimus, ad cœlestia regna peruenire possimus. Ad quę ille nos perducit qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Hic sequebatur edicio quę habetur inter Homilias Quinquaginta, II. nisi quod hic detraherat initium.

Hoc loco sequebantur acta apud populum de disquisitione clericorum Augustini, quę habentur inter Epistolos, & stultē mixta sunt Eremiticis, eoque prætermisimus.

Hic sequebatur sermo cuius initium, Nihil sic deo placet, qui habetur Tomo nono fol. 205. colum. 4.

De obliu Valentino Episcopi Carthaginiensis Sermo LV.



iber sapientię fratres charissimi multis modis commendat hominis sapientiā. Primo quia hominem a periculo liberat, secundo quia cōseruat. Quomodo autem liberat, exemplū patet de Noë, quem cū aqua deleret terram, liberauit in arca. Quomodo autem cōseruat, patet de Iacob, quomodo duxit eum dominus per vias rectas, & ostendit illi dormienti regnū dei. Qui euigilans ait, Vere hic est domus dei & porta cœli. De gloria dei vero quę coronat subditur. Reddet deus mercedem sanctis suis laborum suorum, & deducet eos in via mirabili. Isti enim sunt tres status Ecclesię: Status videlicet pœnitentię, iustitię & glorię. In primo liberat, in secundo cōseruat, in tertio coronat dominus. In primo afficimur, in secundo reficimur, in tertio perficimur. In primo est labor & dolor, in secundo sapor & decus, in tertio gloria & honor. Veritatem quia de his statibus frequēter fratribus nostris canonicis frequēter fuit lectio & exhortatio, & in mensa quotidiana disputatio, fortasse in corde diceris, Tadium est tantum de hoc nobis audire, quia etiam obsequium oportet, vt nos dect, reuerendo Valentino Episcopo exhibere. Sed nō pigeat vos fratres me supportare, quod si tadium vobis esset, ad fratres meos configuram, qui me audire tota mente & toto affectu desiderāt. Nam verbum notum & antiquum, nouum aliquando fieri potest. Cibus etiam diu masticatus citius digeritur. Vt ergo fratres distinctio trium statuum clarius elucescat, conatus eis accommodemus in hunc modum. In statu pœnitentię cæci redit dominus per vias duras, & promittit illi regnū dei patris sui. In statu iustitię iustum deducit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnū dei. In statu glorię iustum & sanctū educit dominus in via mirabili, & intro ducit eū in regnū dei. Ecce fratres quomodo reducit cæcus de inuio ad viā, de exilio ad patriā, de mansionē ad mansionē, de virtutē ad virtutē, de corporis carcerē ad æternam gloriā. Ecce quomodo reducit cæcus ne sit sine Christo, deducit iustus vt sit Christus cum eo, educit sanctus, vt ipse sit cū Christo. O fratres mei, ecce quomodo esse sine Christo miserū est, Christū secum esse tutū est, esse cum Christo beatū est. Nō enim existimādum est idē esse, secū esse Christū, & esse eū Christū. Apostolus enim habebat secū Christū dum dicebat, Nō ego solus sum, sed gratia dei mecū est. Nondū erat cum

E

Gene. 8.

Gene. 28.

Sapient. 10.

Ecclesię tres status.

F

Sapient. 10.

1. Cor. 15. Philip. 1.



**G** Christum dum dissolui cupiebat & esse cum Christo. La-  
tro secum habebat Christum, cui promittebat Christus,  
Hodie mecum eris in paradiso. Reducitur itaque cæcus  
per vias duras. Sanè durum est relinquere consuetam, du-  
rius aggredi inconsuetam, sed durissimum est in fornace  
decoqui cõtina, in qua necesse est vt decoquatur tali-  
ter vt velut carnes possit amputari, & velut virga ad om-  
nem modum reuolui. Ista sunt viæ peccatoribus duræ su-  
per omnia dura, amaræ super omnia amara, odiosæ vt  
mors. Quæ sunt istæ viæ fratres, nisi relinquere quæ mû-  
di sunt? O quam durum est, ð quam mortale videtur, ð  
quam amarum relinquere quæ mundi sunt. Sed quia du-  
ra, quia amara, quia pœnosa, ideo centuplum accipies,  
& vitam æternam possidebis. Eia milites surgite iam,  
quia diu dormistis, armate vos contritione cordis, con-  
fessione oris, afflictione carnis, quia ecce venit saluator  
& non tardabit. Ecce iam in ianua est; ecce iam te vo-  
cat, ecce te venire compellit. Sed dices ð miser: In con-  
tritione est dolor, in confessione rubor, in afflictione la-  
bor, quid ergo faciam? Eia ð miles Christi, cuius cœlorum  
iam denũciaris ab illo qui super te est, ipse qui laborem  
& dolorem considerat: Veruntamen quãto duriora rã-  
to vtiliora tibi erunt. Veruntamen certa valenter dum  
potes, quoniam reposita est tibi corona iustitiæ, quã red-  
det tibi dominus in illa die iustus iudex. Postquam autẽ  
cæcus factus est videns, impius iustus, tunc deduxit do-  
minus per vias rectas, cantare poterimus fratres. Sunt  
anim fratres, vt scholares nostri vacui non recedat, tres  
species rectitudinis. Aliud est enim regi, aliud dirigi, a-  
& nihil mihi deerit. Et iterum, Dirige in conspectu tuo  
viam meam. Et iterum, In quo corrigis adolescentior vi-  
am suam. Et iterum, Maie, inquit Elia, erigit mihi au-  
rem. Res enim fratres inanimata proprie dicitur regi,  
vt currus & nauis. Res sensata præter rationem dirigitur,  
vt equus & mulus, quibus non est intellectus. Res ra-  
tionalis corrigitur, scilicet corde regitur, vt homo. Iu-  
stus vero erigitur vt sapiat quæ sursum sunt, & querat. Sic  
enim volebat Hieremias dum dicebat, State in viis ves-  
tris & considerate quæ sit vita æterna. Daniel ad maie-  
statis visionem prostratus audiuit ab angelo, Sta super  
pedes tuos. Quod tamen si non credis Propheta, crede  
Poetæ scholaris peruerse, cui deus os sublime dedit, cœ-  
lumq; videre iussit, à quo diu quereret tyrannus & di-  
ceret, Quare te deus fecit? Respondit vt contempler cœ-  
lum & cœlorum numina. Factus est enim homo in ter-  
ra, non ad terram, sed ad cœlum: & factus est de terra  
non propter terram, sed propter cœlum. Quis fidelium  
plus dixisset fratres, aut probabiliori argumento? ne-  
scio. Nunquid etiam animal mutum & brutum nouit ar-  
gumentum ægritudinis suæ? Nunquid leo infirmans ani-  
mal quod simia dicitur querit, qua deuorata mox con-  
ualefcit? Nunquid etiam simia ægrotans querit sangui-  
nẽ canis, vrsus formicas, leopardus capreas, vitis serpẽ-  
tes ferculum? Homo vero attritus in physica hæc omnia  
ignorare videtur. Vnum quodq; enim sceleritate affectat  
sed si homo affectat, opere tamen affectare nõ videtur.  
Querere ergo ð homo cœlum ad quod factus es? Noli querere  
philosophiam, quoniam ad philosophiam factus nõ es,  
nec expedit tibi scire quæ sunt super terram, sed tantum  
quæ sursum sunt. Sta igitur super pedes tuos, sta in viis  
tuis naturalibus, ad quas factus es, & dirige eas si ne-  
cesse est in dando & dimittendo. Date & dabitur vo-  
bis. Et tunc dominus tibi dicit, Amice ascende superius,  
intra in gaudium domini tui. Sed dicit quis, Quomo-

do & qualiter egredietur spiritus de corpore? Nunquid  
Salomon hoc ignorare videtur, dũ se dixit penitus igno-  
rare viam aquilæ in cœlo? Quomodo ergo deum videt,  
quomodo angelum, quomodo seipsum, quomodo spiri-  
tum alium bonum vel malum? Super hoc hodie ille ma-  
gnificus philosophus admiratur. Nam in libris de ani-  
malibus, quinque sensus corporis communes esse nobis  
ad vsum cũ brutis posuit, nõ ad oblectamentũ. Homo in  
omnibus delectatur: pecus vero tantũ in duobus delecta-  
tur, scilicet in gustu & tactu, in aliis vero mouet quãdoq;  
& excitatur, sed nõ delectatur. Vnde ergo est quod spiri-  
tus egressus à corpore duos quos habet cõmunes cum be-  
stis penitus amittit. Non enim gustu vel tactu vtitur vel  
oblectatur, sed alios tres ad vsum retinet, & oblectamẽ-  
tum. Mirabile tamen videtur ei, scilicet quod spiritus sine  
corpore sensibus corporis vtatur. Quod tamen philo-  
sophus si forte planè non intellexit, verũ est tamẽ & om-  
nino verũ & irrefragabile, quia spiritus liber videt deũ,  
delectatur in deũ, ne sepe sibi dicatur, O anima vbi est  
deus tuus? Audiet etiam angelos cantantes & iubilantes.  
Videbit etiam & audiet: Esto super quinque ciuitates  
id est, beatitudines, & sic vnique secundum opera sua.  
Et si dicitur à nobis, Domine quid facies, quando hæc  
omnia meruimus à te largiri? Porro respondebit ille ma-  
gnus pater familiæ velut Alexander militi petenti mu-  
nus, cui ciuitatem dedisse fertur, Si tu tamen non es di-  
gnus tanta recipere, ego tamẽ sum dignus & potens tan-  
ta donare. Angeli fratres mirabuntur non modicum de  
operibus dei in coniunctione animæ & carnis in homi-  
ne, in coniunctione hominis & verbi in Christo, in cõ-  
iunctione hominis & dei in cœlo. Nam dicturus est do-  
minus, Pater volo vt sint vnum nobiscum, sicut ego &  
tu vnum sumus. De prima admirantur, vbi vnum vni  
iungitur: de secunda plus vbi vnum duobus iungitur: sed  
de tertia plurimum, vbi vnum tribus in trinitate iunge-  
tur. Hæc autem generaliter exposita, spiritualiter tamen  
ad commemorationem huius sancti Episcopi Valentini  
trahi possunt: Qui dum esset catechumenus anno-  
rum decem & nouem ad baptismum peruenit, & sic re-  
duxit eum dominus per vias rectas, postmodum deduxit  
eum Episcopum per vias duras pœnitentiæ, postmodũ  
eduxit eum per viam admirationis & gloriæ. Sic ergo  
post eum curramus fratres, vt comprehendamus bra-  
uium æternæ vocationis in die illa cum venerit Iesus fi-  
lius dei, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in  
secula seculorum, Amen.

De commendatione diuinarum scripturarum cum  
exhortatione ut diligenter legantur:

Sermo LVI.

**R**OPITIO Christo fratres charissimi ita  
lectionem diuinam audio & sitient cordẽ ac-  
cipiatis vt vobis spiritale gaudium de vestra  
fidelissima obediẽtia faciatis. Sed si vultis vt vobis scri-  
pturæ sanctæ dulcescant, & secundum quod oportet di-  
tina vobis præcepta proficiant, subtrahite vos aliqui-  
bus horis ab occupationibus mundi, in quibus etiam in  
domibus vestris diuina eloquia relegentes, ad integrum  
vos dei misericordiæ consecratis, vt in vobis illud fec-  
liciter impleatur, quod de beato viro scriptum est,  
Quia in lege domini meditabitur die ac nocte: & illud,  
Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde ex-  
quirunt eum: & illud, In toto corde meo abscondi elo-  
quia tua vt non peccem tibi. Sicut enim, vt ipsi audistis,  
ille qui in corde suo abscondit eloquia dei nõ peccat, ita  
& ille qui nõ abscondit peccare nõ cessat. Si enĩ negotiato-  
ribus

**A**ribus non sufficit de vna tantum merce lucra cõquire-  
re, sed plures merces comparant, ex quibus substantias  
suas augeant, & agricolæ diuersa genera seminum co-  
nantur serere, vnde sufficienter sibi & suis cibum valeat  
preparare: quanto magis in spiritalibus lucris non vo-  
bis debet sufficere quod in Ecclesia lectiones diuinas au-  
diatis, sed in domibus & in conuiuiis vestris, & quando  
dies breues sunt etiã aliquibus horis in noctibus lectio-  
ni diuinæ debetis insistere, vt in horreo cordis vestri spi-  
ritale possitis triticum comparare, & in thesauris ani-  
marum vestrarum scripturarum margaritas recõdere, vt  
cum in die iudicij ante tribunal æterni iudicij vene-  
ritis, sicut dicit Apostolus, vestiti & non nudi inuenia-  
mini. Et illud fratres charissimi diligenter attendite,  
quia scripturæ diuinæ quasi literæ de patria nostra nobis  
transmissæ sunt. Patria enim nostra paradysus est, parẽtes  
nostri sunt Patriarchæ & Propheta & Apostoli & mar-  
tyres, ciues enim sunt angeli, rex autem noster Christus  
est. Quando enim peccauit Adam, tunc in ipso velut  
in exilium huius mundi proiecti sumus, sed quia rex no-  
ster plus quã cogitari vel dici potest pius & misericors  
est, scripturas diuinas ad nos imitatorias per Patriarchas  
& Prophetas dignatus est nos ad aternã patriam inuaret,  
Et cum scripturas eius rebelli spiritus fragilitas humana cõtemneret, dignatus est per seipsum  
descendere, & nos de tyrannide & de superbia diaboli  
liberare, & ad veram humilitatem exemplo nos sue ma-  
iustudinis prouocare, de potestate etiam antiqui serpe-  
tis per passionis iniuriam liberare, ad inferna descende-  
re, & antiquos sanctos qui originali peccato obnoxij te-  
nebantur eripere, in altum ascendere, spiritum sanctum  
qui nos contra omnes insidias diaboli confortaret de  
cælis mittere, etiam Apostolos suos qui regnum dei per  
vniuersum mundum euangelizarent dirigere. Et licet  
nos non solum superbos sed etiam impios, non solũ ori-  
ginalibus sed etiam in actualibus peccatis obnoxios in-  
uenisset, totum tamen nemine supplicante dimisit: & nõ  
solum sicut merebatur multis catenis vel compedibus  
oppressos ad exercenda laboriosa opera non traxit, sed  
magis pro ineffabili pietate vt cũ illo regnum clemẽ-  
ter ac misericorditer inuitauit. Cum hæc ita sint fra-  
tres charissimi, quid de se cogitant serui qui ita præsu-  
munt domini sui præcepta cõtemnere, vt nec ipsas in-  
uitatorias literas quibus ad regni beatitudinẽ eos inui-  
tat, dignentur relegere? Quomodo enim si aliqui nos-  
trum ad procuratorem suum literas dirigeret, & ille  
non solum non impleret quod præcipitur, sed etiam ip-  
sa iustoria relegere dedignaretur, non indulgẽtiam sed  
pœnam, non libertatem accipere sed carcerem mere-  
retur sustinere. Ita ille qui diuinas scripturas de patria æ-  
terna transmissas dissimulat legere, timere debet ne for-  
te præmia æterna non accipiat, sed etiam pœnam perpe-  
tuam non euadat. Nam intantum periculosum est nobis  
diuina præcepta non legere, vt propheta lugubriter cla-  
muit, Ideo captiuus ductus est populus meus quia non ha-  
bit scientiam. Qui autem ignorat ignorabitur. Sine du-  
bio qui deum per diuinam lectionem in hoc seculo dis-  
simulat inquirere, & deus illum in æterna beatitudine  
dedignabitur agnoscere. Et timor nobis debet esse, ne  
clausis ianuis cum stultis virginibus foris exclusis me-  
reamur audire, Nescio vos, non noui vos, discedite à me  
operari iniquitatem. Quid est nescio vos, nõ noui vos?  
Quomodo eos nescit quos in ignẽ mittit? Ideo vtrũq;  
quia sicut iam dictum est, qui eum in hoc seculo legen-  
do nolunt intelligere, in die iudicij illos deus dedigna-  
Tomus decimus.

bitur agnoscere. Et illud in Salomone quod scriptũ est,  
non negligenter, sed cum grandi sollicitudine ac timo-  
re debemus audire, Qui obturat, inquit, aurem suam  
ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Debet pri-  
mus ipse audire deum qui vult exaudiri à deo. Nam qua  
fronte vult vt deus eum exaudiat, quem intantum de-  
spicit, vt eius præcepta legere dissimulet? Et illud quale  
est fratres mei quod nonnulli Christiani, & quod peius  
est aliquotiens etiam clerici quando iter acturi sunt pa-  
nem & vinum & oleum & diuersas sibi impensas ordi-  
nant preparari. Et cum tanta vnusquisque in terreno  
itinere preparat vnde viuat caro sua, quare tantum li-  
bellum legere non curat, vnde hic & in æternam resi-  
ciatur anima sua? Cum ergo duos quosquẽ homines ha-  
beat, vnum interiorem ad imaginem dei factum, & alium  
exteriorem de limo terræ formatum, cur tantam solli-  
citudinem pro corpore, quod in sepulchro à vermibus  
deuorandum est habere videmur, interiorem vero ho-  
minem qui ad imaginem dei factus est, tanquam vile  
mancipium sine pabulo verbi dei fame & siti cruciare  
permittimus? Intantum enim prauus deum negligit, vt  
in se imaginem ipsius despiciat & contemnat. Hæc er-  
go fratres charissimi sapienter & vtiliter cogitates quã-  
tum possumus, ociosis fabulis & detractionibus ac scur-  
rilitatibus cunctis finem studeamus imponere, & totis  
viribus de impedimentis mundi istius fugiendo, ali-  
quas horas querere, in quibus pro salute animæ nostræ  
orationi vel lectioni possimus insistere, vt in nobis im-  
pleatur quod scriptum est, Qui docti fuerint fulgebunt  
sicut stellæ in perpetuas æternitates. Quod ipse prestare  
dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat  
deus in secula seculorum, Amen.

Sermo de uanitate seculi, qui hoc loco ferebatur,  
habetur in Tomo nono fol. 204. column. 4.

De uanitate mundana gloria, Sermo LVIII.

**A**postolica lectio fratres charissimi hunc soni-  
tum reddidit, Tempus breue est, reliquum est  
vt & qui habent uxores tanquam non habentes  
sint, & qui vtuntur mundo tanquam non vtantur. Pre-  
terit enim figura huius mundi, & sicut fur dies domini  
ita veniet. Itaque ð anima quæcunque audis & legis, con-  
silium te iuuet sanctissimi Danielis dicentis, Consilium  
meũ accipe, & peccata tua elemosynis redime. Quod  
consilium si neglexeris, ad cœlum sine causa pulsas. O  
anima quæ inter carnis parietes fragiles habitas, vigila,  
inquit, & pulsa, pete & roga, pulsanti tibi & petenti ape-  
rietur, dicit dominus. Et si transieris per ignem, tecum  
sum, & flamma non cõburet, quæ orando si quæseris in-  
uenies, cum pulsaueris rogando Christus tibi aperiet ian-  
uas vt possessor paradisi introas. Si adhuc frater de sine  
mundi putas tibi restare aliquid, vel tuum tibi consi-  
dera finem: scriptum est enim, Nudus exiui de vtero ma-  
tris meæ, nudus etiam ibo sub terra. Ergo frater nihil te-  
cum attulisti quãdo ingressus es mundum, nihil tecum  
tollis quando dimiseris mundum. Audite omnes in po-  
pulo, & negligentes aliquando cognoscite, Ite ad sepul-  
chra mortuorum & videte exempla viuẽtium. Iacent ossa  
& perit caro, & tamẽ causa eius seruatur in iudicio Chri-  
sti. Fuit & ipse nobis similis aliquando in vanitate viuẽs  
in seculo studens diuitiis, multiplicauit agros, plantauit  
vineas, implens horrea in thecis multis, & letatus est in  
abundantia sua, & ecce subito ablata sunt omnia ab ocu-  
lis eius. Plaudebatur sibi per schemata multa, sericis ves-  
tibus erat indutus, pompas & luxurias sibi adhibens, e-  
pularum diuitias exercebat, saltationes & iocos in ebrie-  
tibus  
Q ij tatibus

Luca. 23.  
Matth. 19.  
Hebr. 10.  
Psal. 9.  
2. Timo. 4.  
Resitudi-  
nis tres spe-  
cies.  
Psal. 22.  
Psal. 5.  
Psal. 118.  
Esa. 50.  
Psal. 4.  
Colo. 3.  
Hiero. 6.  
Daniel. 10.  
Quidius  
Methamor.  
lib. 1.  
Luca. 6.

K  
Prouer. 30.  
Aristoteles.  
2. Cor. 5.  
Matth. 15.  
Ioan. 17.  
1. Cor. 9.  
Psal. 1.  
Matth. 25.

D  
Prouer. 28.  
Vanquis-  
que duos ho-  
mines ha-  
bet.  
E  
Daniel. 12.  
1. Corin. 7.  
Danic. 4.  
Esaie. 43.  
Iob. 1.

Gatibus exhibebat, prandia sua cum cœna miscebat, & lætitiæ suæ vix dabat finem. Et ecce ablata sunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierunt illa omnia? Vbi pœpae vbi schemata, vbi exquisita conuiuia? Vbi nam sunt illi qui eum in foro longius ab omnibus conspiciabant? Vbi ornatus domorum & preciosa luxuria vestimentorum? Vbi gemmarum ambitio, & argenti pondus immensum? Vbi postremo ipsa cupiditas quæ cum omnia quotidie quæ vult agit, nescit quando totum habet amittere? Vbi sapientia illa & foris excogitata disertio? Vbi applausus laudum & adulatio amicorum assidua? Vbi seruorum subditi greges & lampadarum radiantia luminis? Vbi antecedentium turba clientium? Transferunt omnia ab oculis eius, & ultra non erit memoria eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem, defluerunt carnes eius quas delicta nutriebant: Abscefferunt nerui à compaginibus suis, sola remanserunt omnia quæ seruantur in exempli viuientium, vt cognoscantur reliquæ mortuorum. Putatur requiescere corpus eius, abiit autem anima eius in infernum & non videbit ulterius lumen. Circūdant enim eum tenebræ multæ, tremor & afflictio apprehendunt eum, vermes & ignis consumunt eum, & fletus nō desinet ab oculis eius, stridor dentium frequentat eum, eo quod pessimi dolores percutiunt eum, & non desinunt pœnæ ab anima eius. Pœnitent se modo male vixisse in seculo, & hæc sibi metipsum reputans dicit se pietatem & misericordiam non fecisse, & modo miseret eam & nō inueniet, multas diuitias se possedisse & reposuisse, & non eas pauperibus erogasse, perdidisse se tempus pœnitentiæ & non se correxisse ab omnibus malis, dies suos negligendo trāsisse in quibus habuit spatium bene faciendi vt nō incideret in talibus pœnis. Expectat enim eum resurrectio magna vt tradatur peiori iudicio secundum quæ gessit. Ibi enim eum conturbabunt multitudo angelorum, qui super pœnas sunt constituti, improperantes ei quod taliter egerit & elemosynam non amauerit, ideo misericordia ei denegatur. Gehenna ardens eum expectat, quia pauperem & egenum non amauit, ventrem eius perpetuus penetrat vermis, qui esurientem pauperem non saturauit. O quantum valet apud dominum misericordia quæ in vita huius seculi exhibetur, quæ dum hic exhibendo delectatur, ad recolligendum inuenitur: sicut dominus noster Iesus Christus in Evangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Currite itaque fratres mei dilectissimi dum lucem huius vite habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant, facite misericordias in hoc seculo quæ delectant peccata vt succurrant vobis in die iudicij, quia quod manducatis perditis, & quod laboratis relinquitis, quod vero pauperibus erogatis, hoc firmiter possidebitis. Eleemosyna enim emundat peccata & ipsa interpellat pro nobis dominum. Antecedat igitur nos misericordia nostra in die iudicij, & ipsa interpellat pro nobis in conspectu domini vt misericordes misericordiam consequamur: Præstante domino nostro Iesu Christo cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Qui hoc loco sequebatur, habetur Tomo nono, fo. 203. colum. 4. cuius initium, Audite fratres.

De persecutione Christianorum, Sermo LX.

Requenter diximus fratres charissimi quod semper Christiani persecutionem patiuntur. Mundus in maligno positus est. Aduersarius noster diabolus regnat in mundo, & nos putamus quia nō patimur persecutionem. Quæ enim res non persequitur Christianum? Omnia quæ in mundo sunt persequuntur

Christianum. Miramur si nos persequuntur alij, si Christo seruire voluerimus, & parentes nostri nos persequuntur. Quicumque dissimilis nostri est, persequitur nos & odio nos habet. Miramur si alij nos persequuntur, ipsum corpus nostrum nos persequitur. Si comederit paululum & corpusculum meum fuerit robustum, sanitas corporis mei persequitur animam meam. Quocūque me vertero, persecutio mihi est. Si videro mulierem, oculus me persequitur me: cupit enim interficere animam meam. Si videro diuitias, si aurum, si argentum, si possessionem, si delicias corporales, si pulchra vestimenta, quocūque videro persequitur animam meam. Non putemus tantum in effusione sanguinis esse martyrium, semper martyrium est Christianis & religiosis. Adolescentulum libido persequitur, & vult libido effundere sanguinem. Quando periclitatur anima tua & quasi in periculo constituitur, tunc astat dominus Iesus à dextris patris & pugnat pro adolescentulo suo. Si ergo sunt martyria in pacis tempore, sunt & negationes. Nemo ergo dicat non esse martyrium negationis. Et martyrium est & negatio. Ego hodie qui videor monachus, si rupero propositum meum, Christum negauit. Et si in pace Christum nego, in persecutione quid facerem? Non torqueor neque exuro & denego, si torquerer & exurerer quid facerem? Qui in persecutione negat, habet veniam plagæ. Pro illo precantur sancti, Quid enim dicit? Volui pugnare, caro mea in colluctatione defecit: Non cessit animus, sed cessit corpus. Aliud mens cogitabat, aliud corpus compellebat, & tamē non habet excusationem. Nulla enim est plaga quæ debeat ab amore Christi separare. Quid enim tibi dicit? Hoc est, in incendio eras, in eculeo pendebas, pro me torquebaris & dicis, non potui sustinere tormenta: & quomodo sustinuit Petrus, quomodo Paulus, quomodo ceteri martyres sustinuerunt, & habuerunt corpus quale & tu habes? O monache qui ieiunium fugis, putas ignem effugere? Hoc ergo dico, quia omni tempore sunt martyria, sunt & persecutiones. Denique Apostolus quid loquitur de viduis quæ secundos duxerunt maritos? Quid dicit? Habentes dationem quia primam fidem irritam fecerunt. Vidua quid dicit? O vidua antequam promitteres quod esses vidua in tua erat potestate vt nuberes. Ex quo tempore confessa es vt mihi permaneres, ex eo tempore mea esse cœpisti, si volueris secundum maritum ducere, me contempnisti, adultera es, quia mihi iam iuncta eras. Sic & tu monache, antequam promitteres, in tua erat potestate face re quod volebas. Vox tua ligauit te mihi. Nonne liber eras? In potestate tua erat promittere, non tibi licet ea licentia dimittere quod promiseras. Promittere fuit tuum, dimittere non est tuum. Si me dimiseris, non habeo te in eo gradu in quo prius habui. Primo liber eras, & eras quidem de familia mea, sed non eras ante oculos meos non eras de ministris meis, sed de familia mea eras: nō tamen eras mecum, sed tamen meus eras. Ex quo mihi militare cœpisti si recesseris, nō habeo te quasi de familia, sed quasi fugitiuum. Hoc totum quare dico? quoniam in nostra est potestate promittere seruire deo & obedire, non est in nostra potestate dimittere. Promissisti, premium habes: neglexisti, pœnam habes. Non est meum, vt runque est tuum, elige quod velis. Habes viam mortis & vitæ, ingredere quæ volueris. Hoc totum dico fratres charissimi, ne quis de vobis putet se habere liberam potestatem & dicat, Ergo illi qui vxores habent, qui sunt in ciuitatibus, qui militant, qui negociantur, ergo totus mundus in periculo est, soli monachi saluantur. Nostra & illorum

1. Timo. 5.

M

Hic fingit Augustinus, monachum quo nō se nusquam appellat nec suos clericos.

Ioan. 14.

Matth. 11.

Iugum dei tollere quid?

Mitis.

Roma. 12.

Ibidem.

Humilis. Pal. 33.

A lorum non est æqua conditio. Illi scientes imbecillitate suam non promiserunt facere quod implere non poterant. Illi quidem Christiani sunt, sed Christianus quasi secularis, & secularis quasi negotiator, & Christianus quasi miles, & Cornelius Centurio miles fuit, sed saluatus est. Ego quidem sum monachus qui desui esse secularis & factus sum monachus, aut monachus saluator, aut aliter non saluator, non est aliud medium. Si voluero dimittere vitam monachi & sequi secularem, non habebit me dominus quasi secularem, sed quasi præuicatorem. Non ergo licet nobis dimittere quod habemus propositum: dicit aliquis, Quid facio si peccauit in isto proposito qui factus sum nec secularis nec monachus? Aliquis peccator peccatum maiori pœnitentia cupit emendare. Ergo hoc dico, Non nobis licet dimittere quod habemus propositum, licet dignitatem propositi perdidideris. Si peccasti in vita monachi constitutus, esto pœnitens quasi monachus patiens non quasi secularis: aliquis dicit, Fugi dominum meum ne me cadat, semper debeo fugere? Si te pœnitent quod fugisti, debes reuerti ad dominum tuum: nemo dicit, Pœnitent me quia fugi, debeo semper fugere? Si sanctus es, beatus es & monachus: si peccator es, miser es, & monachus tamen es. Monachus es licet dignitatem propositi perdidideris. Siue sancti simus siue peccatores simus, non nobis licet mutare propositum, quia Christus de caelis à patre misit spiritum suum, sicut ipse promisit, Non derelinquam vos orphanos, sed mitam vobis spiritum veritatis qui à patre procedit, ipse docebit vos omnia quæcūque dixi vobis & commonebit vos. Hæc quidem in comune loquor, mihi quoque loquor, ne quis se putet habere potestatem mutare propositum. Et iam, vt affolet, si casu quisque instigante diabolo ac suadente peccauerit, non est licet mutare propositum, sed ad pœnitentiam quæ est medicamen lapsorum tota animi aueritate confugiat. Dominus potens est & præterita indulgere, & ad præsens & me & vos ab omnibus insidiis diaboli tutos saluare, Qui viuunt in secula seculorum, Amen.

De obedientia. Sermo LXI.

**S**I præmia eterne vite volumus promereri, præcepta dei totis viribus satagamus custodire. Præcepta namque dei nolentibus gratia, volentibus sunt leuia: sicut ipse ait, Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue: audiamus dominum & saluatorem nostrum præcipientem nobis & suo exemplo admonentem, Tollite, inquit, iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quid est iugum dei super se tollere, nisi sanctæ obedientiæ præceptum pro seipsum propter deum subicere? Mitis autem est qui omnes iniurias & contumelias quæ sibi illatæ fuerint æquamiter tolerat, qui eam Apostolicam sententiam opere tenet, quæ dicitur, Non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicientes: & iterum, Noli vinci à malo, sed vince in bono malo. Humilis vero est qui eligit abiectus esse in domo dei, & oēs studet sibi præferre, qui se semper puluerem & cinerem esse pensat, & in cunctis quæ agit seruare se indignum, non solum verbo, sed opere, cogitatione, & omni conuersatione sua semper se abiicit & cōtemnit. Talis proculdubio ad seruandam disciplinam atque obedientiam est idoneus, nec potest perire à via iustitiæ, neque declinare ad dexteram siue ad sinistram, quia in eo quod mitis est nulla aduersitate frangitur, in eo autem quod humilis est nulla prosperitate vel gloria eleuatur. Quæntus autem sit obedientiæ fructus ostenditur, Tomus decimus.

cum subinfertur. Et inuenietis requiẽ anithabus vestris. Obedientiæ quidem disciplina modo in labore est, sed in futuro fructum habet pacatissimum. Et sciendum quod quanto modo erimus obedientes patribus nostris, tanto erit deus obediens orationibus nostris, & tanto erit nobis iugum eius suauis & onus eius leue. Scire quoque oportet, quia superbus & impatiens disciplina & obedientiæ regulis subiacere non potest. In eo enim quod elate viuunt, ceteros despiciunt, & suis magis quam alterius definitionibus obedire appetit: In eo autem quod impatiens est, ipsa parua & leuia dura & intolerabilia esse diuidicat, idque solum rectum esse æstimat quod obstinato corde conceperit, sensuque proprio pro omnium vitium ratione. Isti tales fratres vnanimis sæpe perturbant, litæque mouent, nec volunt ad mensuram aliorum viuere, nec sunt contenti his quibus cõtenta debet esse religio paupertas. Et cum negligentius ceteris viuunt, plus aliis volunt honorari. Huiusmodi rebelles & inobedientes animæ frequenter in passionibus sue carnis decidunt & vsque ad turpia opera dilabuntur, & ex his plerique à societate fratrum & à sancto proposito miserabiter & dånabiliter discedunt: de talibus terribiliter clamat Petrus Apostolus, Si inquit, fugientes coinquinationes mundi his rursus impliciti superantur, facta sunt eorum posteriora peiora prioribus. Melius enim erat eis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retrorsum reuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato: huic dominus ait, Vt illi per quem scandalum venit. Quisquis ergo talem se esse recognoscit, dũ tempus corrigendi habet ad lachrymas & pœnitentiam cito redeat, superbiam cum humilitate vincat, impatiētiam mansuetudine damnet, vitia in virtutes cōuertat, ne si in malo perseverat, ad æterna supplicia perueniat. Debemus ergo eam quam professi sumus obedientiam & virtute & opere custodire. Quod tunc agimus, cum eum qui nobis præest pro amore dei honoramus atque diligimus, & quicquid ab eo nobis præcipitur tanquam ab ipso cœlesti domino fuerit imperatũ, libenter implere festinamus. Prælatus enim Christi vices agit in monasterio: vt de ipse suis pastoribus ait, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Sicut enim gaudere debent & magnum à domino premium expectare qui libenter, obediunt: quia quod ipsi maiorum iussu faciunt, hoc ipsi auctori deo impendunt, sic nimirum magnum à deo iudicium timere & expectare debent qui prælatorum suorum iussa despiciunt: quia cum prælatus contemnitur, non ipse sed is in cuius loco positus est contemptui habetur. Nec potest deus à nobis sine magno fructu honorari, nec despici sine magno detrimento. Debet autem obedientia esse sine mora, non cū murmure neque cum tristitia animi, sed cum gaudio & hilaritate. Hilarem enim datorem diligit deus. Bonum autem quod cum tristitia fit, deo non est acceptabile, quia ipse magis est inspector cordis quàm corporis. Debet quoque obedientia esse vsque ad mortem, quia vsque ad mortem patri suo propter nos obediuit Christus. Ad hoc sanctum præceptum ipse suo exemplo noster redemptor nos admonet, dicens, Tollite iugum meum super vos & discite à me quia mitis sum & humilis corde.

De timore domini et auaritia vitanda, Sermo LXII.

**T**imor domini expellit peccatum. Per timorem domini nascuntur multa bona. Salomon ait, Principium sapientiæ timor domini: & alibi, Beatus homo qui est pauidus. Per timorem enim domini euadunt animæ de pœnis inferni, & per amorem

Matth. 11.

2. Petri. 2.

Matth. 18.

Lucæ. 10.

F

2. Corin. 9.

Philip. 2.

Matth. 11.

Ecclesiast. 1. & 9. & 10.

Q. iij. rem

Matth. 5. Ioan. 12.

1. Ioan. 5.

**G**rem eius inuenitur gaudium sempiternum, quia timor domini & amor proximi charitas est. Qui autem charitatem habet, deum habet: & qui deum habet, secularia fugit. Qui Christum diligit, infernum timet, & paradisi desiderat, ubi anhelat peruenire, in quo sperat permanere, in quo non est timor de morte, nec trepidatio de hoste. Qui deum habet in se, diabolus repellit de se. Per dilectionem dei & proximi vita acquiritur aeterna, amor dei in deo permanere facit. Dilectio proximi malum non operatur. Vnusquisque quod sibi fieri non vult, alteri nequaquam faciat, qui sic agit peccatum non nutrit. Qui terrenis se implicat, caelestibus se elongat. Gaudet qui acquirit, tristatur qui amittit. Multi sunt qui de alienis lacrymis elemosynas facere se sperant, vnum expoliant, alterum vestiunt: vnum inanem faciunt, alium alienis reficiunt. Elemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est apud deum. Qui de iniquitate misericordiam facere putat, nihil est apud deum. Quid dicemus fratres charissimi de illis diuitibus qui congregant & ignorant cui congregant ea: acquirunt terrena & perdunt caelestia, lucrantur pecunias & perdunt animas, attendunt quid acquirunt & non perpendunt quid amittunt. Multi sunt qui in luce ambulare se putant, & foris claros existere se existimant, cum peccatorum luto pleni, intus tenebrosi persistant. O caeca cupiditas quae a Christo animas separas, ut ille diues qui quotidie epulabatur splendide, ante cuius ianuam Lazarus iacebat mendicus mortuus autem diues in inferno lapsus, Lazarus vero in sinum Abrahae legitur allatus. Quare miseri diuites non expauescitis qui terrenas diuitias concupiscitis & caelestes thesauros perdere non curatis? Qui tale exemplum saluatoris iam dictum non timet, bene caecus ambulat: Iacobus enim Apostolus dicit, Eia nunc diuites plorate & ululate in miseriis vestris quae veniunt ad vos. Diuitiae vestrae putrefactae sunt, vestimenta vestra a tineis corrosa sunt. Aurum & argentum vestrum eruginavit, & erugo eorum vobis in testimonium erit. Vae illis qui tales sunt. Avarus misericordiam non habet, cupidus similis est inferno. Infernus quantumcumque plus deuorat, tanto magis cupit & desiderat: sic & avarus nunquam satiabitur. Crescit vana potentia, crescit & poena. Potentes potentiora tormenta patientur. Quanto maior honor datur, tanto maius periculum comparatur. Isti tales sunt elati, superbi, vanitate pleni, luxuriosi, gulosi, & hominibus magis placentes quam deo. Hi sunt seipso amantes, gula seruientes magis quam spiritualibus intendentes, corpus ornantes, & animam foedantes, Carnalibus consentientes, spiritualia negligentes. Foris ornati, intus tabefacti. Se sapientes aestimantes, veros se esse stultos non considerantes, cum sapientia huius mundi apud deum stultitia est. Colligentes amicitias seculares, perdentes aeternales: dicit namque Apostolus, Quicumque voluerit esse amicus huius seculi, inimicus constituitur dei. Superbus deum negligit, diabolo seruit, verba diuina despicit, vana & inutilia diligit, falsas suggestiones amat, in distinctiones diuinas recusat. Dum terrena sequitur, fugiunt ab eo caelestia. Dum transitoria concupiscit, aeterna amittit. Vanitates concupiscens diabolicas, perpetuas incurrit poenas. Vae illis quos in talibus rapuerit infernus, qui dum tempus habent & in sua sunt potestate & non corrigunt se, nec emendant, cum mors venerit potentia illorum ubi remanebit? Et sola anima misera nonne in infernum ibit? O fratres charissimi, quid dicemus de illis qui vouerunt & non impleuerunt. Melius est non vouere, quam post vota promissa ipsa non

teneri. Multo & melius est non promittere, quam fidei promissam non adimplere. Peius insuper fuerit si non reddideris quod promissisti, quam si votum nunquam emisisses: dicit namque Propheta. Vouete & reddite deo vestro: & in sapientia dicitur, Os quod mentitur, occidit animam. Et Psalmista, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & alibi, Ex verbis tuis aut iustificaberis aut condemnaberis. Multi enim quod peius est dei promissa dimittunt, diabolica fraude decepti, alii se operibus malis implicantes quae sectantur. Considerate ergo fratres charissimi vosmetipsos, cogitate ubi sint reges, ubi potentes, ubi amici, ubi parentes. Ecce quomodo de tanta potentia vel laetitia tanta prouenit miseria & angustia, de tantis diuitiis tot inopia, de tantis satietatibus tanta fames, de tam breui delectatione tam longa tristitia, de tam breui vita tam longa mors, de tam exigua sanitate tam longa infirmitas, de tam breui luce tam longa tenebra, de tam parua suauitate odoris vel luxuriae tantos recipientes dolores & faetores damnationis perpetuae, & de vestimentorum nostrorum abundantia, ex qua largiri debuimus elemosynam pauperibus tantam nuditatem habentibus. Rogo vos fratres charissimi dum vobis dominus dat intellectum spiritalem, ut non ametis omne mortuum & transitorium plus quam oportet, ne vos confundentes in futurum profundatis: Date parum, accipientes multum. Qui enim reliquerit omnia quae possidet propter Christum, centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit. Et quia licet pauci sint heu hanc salutis viam arripere volentes, eo quod multi sunt vocati, pauci vero electi: melius est tamen cum paucis ingredi ad vitam aeternam, quam cum multis perducere ad gehennam. Exinde est melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas: Auxiliante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

De die iudicij & poenis inferni. Sermo LXIII.

**O** fratres charissimi quam metuenda est illa dies in qua dominus noster Iesus Christus cum flamma ignis aduenire possit, qui in circuitu inimicos suos inflammabit, & omnes qui operantur iniquitatem. In illa die plangent se omnes tribus terrae, & videbunt filium dei venientem in nubibus caeli virtute magna & maiestate excessa. Commouebitur ante eum terra & peccatores peribunt. Coelum plieabitur & siccabitur mare & montes sicut cara ardebunt & terra usque ad inferos. Sol conuertetur in tenebras, & luna non dabit lumen suum: stellae cadent de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur. Tunc apparebit signum filij hominis in caelo, quod est crux Christi. In cuius lumine omnium manifestabuntur abscondita cordium. Tunc sancti obuia venient Christo in aera, & semper cum domino erunt, peccatores autem peribunt & confundentur. Et tunc fiet iudicium & veniet dominus Iesus Christus, & mittet angelos suos ad quatuor angulos terrae, & congregabunt electos eius a summo caeli usque ad summum eius, separabuntque dominus sanctos suos de peccatoribus, & mittet eos in caminum ignis ardentis qui paratus est diabolo & angelis eius. Ibi erit fletus & stridor dentium. Vae illis qui ibidem suam habebunt mansionem: Hic fumus tormentorum ascendet in secula seculorum: Ibi vermis eorum non morietur & ignis non extinguetur: ibi nulla vox nisi gemitus: nulla requies, sed ardor continuus: ibi nullum in flamma refrigerium, sed ignis perpetui continuum incendium. Ibi lux nunquam videbitur, ibi tenebris nunquam carebit, ibi nulla est in bono eorum memoria, sed obliuio dei ipsorum aeterna. Quorum cibis eorum

**A** eorum cruciatus, quorum mansio non Abrahae sed Sathanae sinus. Ibi nulla amicorum vel parentum visitatio sed incessabilis peccatorum tormentatio. Pensa igitur de humana natura quae regnum dei possidere desideras, cur tanta mala commisisti & tot bona omisisti. Emenda dum potes, ad deum clama dum tempus habes, dum spatium datur luge, dum licentia tribuitur, poenitere non protrahere. Festina dum potes, fac bonum quod vales dum anima tua versatur in corpore, dum adhuc viuus futurum tibi acquire remedium. Priusquam dies mortis te praue niat, ipsum operibus bonis praueinire non tarda. Et priusquam te profundus absorbeat pelagus, priusquam te malignus rapiat infernus, vnde nulla datur indulgentia, ubi nullus amplius regreditur ad veniam, lacrymis poenitentiae eruere te accelera, ut sic aeternam euadas poenam: De qua & nos pius ac misericors deus eripere dignetur: Qui cum patre & spiritu sancto viuit ac regnat in secula seculorum, Amen.

De exhortatione ad sacerdotes ut doceant quid populum Christianum scire & obseruare oporteat.

Sermo LXIII.

**A**vdite filii mei & intelligite quomodo scriptura sancta admonet nos & inuitat ad regna caelorum, & ostendit viam quomodo mala istius mundi euadere possimus, & ad vitam peruenire aeternam Christo adiuuante. Clamat enim dominus per Prophetam ad sacerdotes qui populo praesunt, ut doceant eum & admoneant, & viam veritatis sibi annunciet: dicit enim, Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo scelera eorum: & iterum, Quod si non annunciaueris iniquam iniquitatem suam, sanguine eius de manu tua requiram. In his igitur grandis necessitas est omnibus sacerdotibus ut viam salutis populo demonstrant, per quam vitam aeternam acquirere possint. In primis ipsis explicando quod omnis Christianus scire & in corde suo firmiter tenere debet, quod primum est mandatum domino dicente, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex tota mente tua: deinde proximum sicut te ipsum. Si ista, id est, amorem dei & timorem, ac proximi dilectionem in corde tuo posueris, & haec praecipua cum summa reuerentia suscipere volueris, tunc ad aliam voluntatem bonam, deo largiente, facilius poteris peruenire. Promisit enim his qui diligunt eum, resurrectionem post mortem, paradisi delicias, angelorum consortium & vitam sempiternam. Vnde post haec nec aduersa te molestant, nec infirmitas grauat, nec senectus occupat, nec mors occurrit, sed pax & securitas perpetua, sanitas animarum & corporum gratissima, iuuentus venustissima & regni caelestis vita aeterna. Et haec promissa sunt bona facientibus & de malis se continentibus. Cogitet ergo vnusquisque qualiter ad illam bonitatem peruenire possit. Sit beneuolus, pius, benignus, misericors, sobrius, castus, ad omne opus bonum promptus, ad mala tardus. Ocia virtutum fugiat, & omni virtutum exercitio deo placere studeat. Non sit detractor, non fornicator, non rapax vel avarus, non ebrius, non gulosus, vel in scurrilitate quae ad rem non pertinet constitutus, sed & illa & in ipsis positos quasi serpentem fugiat, ne vitis & malis huiusmodi animam suam inquinat. Diligat iustitiam, pacem inquirat, amet parentes, dilectionem habeat ad proximum. Cum gaudio peregrinos suscipiat, infirmos visitet. Et in quantum valet, deo adiuuante, ac sibi copiam bonorum temporalium ministrante ut habeat ynde cum summa laetitia pauperibus tribuat, & cum summo gaudio Tomus decimus.

dio necessitati eorum subueniat, credat sibi retributorum esse deum qui videt & considerat vnuerse: pro quo & dixit, Quicquid feceritis vni de minoribus istis mihi fecistis. Et filii mei semper cum gaudio & laeto animo pauperibus manum porrigite in quantum praeualeris, Et si aliquis est laborator qui terram colat, de fructibus suis & ex eis omnibus quae dominus ei donat in decima Ecclesiam non defraudet, & de particula sua pauperibus dare non negligat. Si negociator est & in hoc laborat, & ipse deo non seruit de suo labore, vel decimam reddere noluerit & de sua particula pauperibus ministrare non curauerit, ad nihilum ipse vna cum pecunia sua redigetur. Ex quacunque arte dominus alicui personae ingenium lucrandi donauerit, vnde se & suos nutrire ac vestire potuerit, & cum hoc superlucrarit aliqua post decimam, ex ipsa sua particula quae sibi remanet, pro redemptione animae suae ac suorum pauperibus hilariter donet. In his autem omnibus caste, sobrie & pie viuendum est, ut opus bonum quod facitis deo acceptabile fiat. Seculares ad Ecclesiam libenter conuenite, confessiones vestras humili & puro corde sacerdotibus facite, & illos rogare quod pro peccatis vestris deum ut vobis indulgeat orare dignetur. Oblationes per dies dominicos pro vobis & vestris secundum status vestri possibilitatem deo offerentes. Dignum namque & acceptabile sacrificium deo est, ut Christiani quod negligenter egerint, per sacras oblationes & elemosynarum largitionem placare festinent, & per veram, ut praemittitur confessionem, cordis contritionem, ac omnimodam satisfactionem, per orationem puram, per ieiunium & abstinentiam peccata sua ablueri velint. Et vos similiter agetes in omnibus vosmetipsos considerate propter quid in hac valle miseriam, id est, in hoc mundo nati estis. Et cur nisi ut nuduli primorum parentum peccato exigente, de paradiso in praesens exilium relegati, benefaciedo ad patriam reuertamur. Si igitur per ignorantiam vel aliam contra deum quicquam peccado egistis, per opera vestra bona id emendare non tardetis. Hoc vobis ad memoriam sollicitate reducendo, ut si quis legitimatus sit in domo sua tranquille & pacifice ut bonum decet Christianum viuat, parentibus honorem impendat, vxorem diligat, filios, catholicam fidem & dei legem cum summa disciplina instruat, ut deum diligere, timere & honorare sciant. Hoc enim beneplacitum est apud deum. Super omnia turpiloquia abstinentes charissimi, proximis vestris detrahere nolite, sed si alicui aliquid in aliquo displicet, illam Euangelicam sectantes doctrinam, arguite & monete in charitate, & si illum lucrati fueritis, vosmetipsos saluabitis. In omnibus ebrietatem caute. Hac enim subuersio magna est anima. Sicut enim ignis facile incedit stipulas & leuiter siccas exurit paleas, sic ebrietas corpus corrumpit & animam simul & corpus in graue peccatorum incendium deicit, & praecipue in iuuenibus. Vinum enim & iuuentus, duplex incendium. Propterea qui ab ebrietate non cauet, peccatum non euadet. Ad Ecclesiam quando venitis, cum summa reuerentia & timore maximo intrare debetis, considerantes quia ad dominum & dominatorem vnuerse creaturae vaditis, eidem ibidem pro negligentis vestris veniam deprecatur. Dum etiam in Ecclesia stamus orationes domino pro peccatis nostris fundentes, prius tamen operibus fidei in quantum possibile est iustificati oculos mentis ad deum leuemus, semper intendentes qualiter de supernis a deo consolatione nobis prabetur. Oculi enim domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Ista si frequenter feceris, &



**G**ratia oculis deum habueris, inimicus fugiet a te. Angelus enim domini bonus adiutor tibi erit si mentem tuam firmam in his existere perpexerit. Considera quia pius & misericors est deus, & puro corde se deprecantes misericorditer recipit, promissiones suas non elongat, & alleuat ac sanat eos qui contriti sunt corde. Hoc etiam charissimi latere nos non debet, verbis Christi per scripturam sacram nobis nunciantibus, quod istius mundi finis appropinquat, & per quotidiana signa quae per Evangelium praedicta sunt & quotidie fiunt, spero in proximo eius esse aduentum ut per ignem omnem iudicet mundum. Ecce enim dominus veniet & omnes angeli eius cum eo, & virtutes caelorum movebuntur. Tunc sedebit redemptor noster rex omnium in sede maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab haedis. Qui boni sunt statuet eos ad dexteram suam, malos vero ad sinistram. Et his qui a dextris eius erunt, dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurivi & dedistis mihi manducare. Sitiivi & dedistis mihi bibere. Nudus eram, & operuistis me. Infirmus eram & in carcere, & visitastis me & cetera. Tunc respondebunt iusti, dicentes, Domine quando te vidimus esurientem & sitientem & nudum & infirmum vel in carcere, & ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Quando vni de minimis meis fecistis, mihi fecistis. His vero qui a sinistris eius erunt, dicit, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Esurivi enim & non dedistis mihi manducare, & sic de singulis. Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Considerate igitur filii magnam dei pietatem, quali nos in peccatis nostris suffert patientia. Pensemus iudicium illud futurum ut peccata nostra nobis non impropere. Propterea charissimi hoc nobis in omnibus considerandum est dum unusquisque potest, dum tempus habet, dum precium in manibus tenet, & in quantum praevaleret redimat se unusquisque ne debitor peccati ac in servitute diaboli persistat. Et exinde vos seculares post poenitentiam & reconciliationem actam, secundum sacerdotis consilium communicate temporibus praecipue ad haec ab Ecclesia ordinatis. Prius tamen ante plures dies a propriis etiam vxoribus abstinete, ut mundo corde & casto corpore sanctum sacrificium accipere possitis. Sacerdotibus vestris honorem impedit, & eis propter deum obedite: ipse namque dominus ad ipsos dicit, Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Filii honorent patres, similiter & omnes Christiani inuicem vos honorate: scriptum namque est, Honore inuicem praevinentes. Esurientes pascite, sitientibus potum porrigite, hospites & peregrinos praecipue patiperes suscipite, humanitatem quam potestis illis impendite, pedes illorum lauate, vestite nudos, in tribulatione positos subvenite: consolamini dolentes, infirmos visitate, mortuos sepelite, in carcere positos requirite, & de bonis vestris quantum facultas vobis a domino concessa suppetit subvenite ac eis ministrare, viduas & orphanos in tribulatione positos adiuuate, pauperes & oppressos a pravis hominibus vel iniquo iudicio, in quantum vobis possibile est adiuuate seu adiutorium praestare, iudicium rectum ac iustitiam servate, misericordiam in omnibus facite, pacem in vobismet ipsis habete, & eos qui discordes sunt ad viam concordiae reuocate. Symbolum & orationem dominicam tenete, filios & filias vestras docete ut & ipsi teneant. Filios quos in baptismo recepistis in fide erudite, & sci-

tote vos pro eis apud deum fideiussores existere. Et ideo semper docete, indefinenter castigat & corripite illos. Omnes vero subiectos vestros ut tenemini admoneat ut sobrie caste pie & iuste vivant in hoc seculo. Veritatem corde & ore dicite, castitatem & continentiam servate, sobrietatem & paritatem cibi & potus habete, ieiunium servate, seniores honorate, iuniores in Christi amore diligite, patientes estote ad omnes, benefacite his qui oderunt vos. Charitas & gaudium, patientia, benignitas, bonitas, spes, fides, modestia, mansuetudo, continentia, castitas & dilectio sint in corde vestro iugiter. Et haec in cogitationibus sanctis & eloquiis ac operibus piis conservate. Humilitatem ante omnia custodite & tenete. Spem vestram totam in domino ponite. Bonum cum aliquod in vobis inueneritis, non vobis ad laudem vestram inanem, sed deo ad sui gloriam, qui hoc vobis dedit, ascribite. Malum vero quod in vobis videritis, non dei causa sed vestra culpa & negligentia vestris hoc factum fore sciatis. Diem iudicii timete, gehennam expauescite, vitam aeternam desiderate, cogitationes & opera simul & verba die noctuque in bonum custodite. Transitu vestrum de hoc mundo qui semper appropinquat omni die sperate. Praecepta dei adimplete, & in eius misericordia nunquam desperate. Quod sibi quis fieri non vult, alij non faciat. Et prout vultis ut faciant vobis homines bona, & vos facite illis similiter. Charitatem autem, quae est dilectio dei & proximi, in omnibus & ante omnia servate. Nemo se circumueniat fratres, quia omnis homo qui post baptismum mortalia crimina commisit, seu homicidium, adulterium, fornicationem, furtum, falsum testimonium, periurium, & his similia peccata mortalia perpetratus fuerit, si poenitentiam veram egerit, eleemosynam iustam non fecerit, & in bonis operibus non permanerit, nunquam in regnum caelorum intrabit nec possidebit gloriam aeternam, sed cum luctu in infernum descendet. Nam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt: proinde scriptum est, Nequaquam deus delinquentibus parcat, quoniam peccator aut flagellum temporale habebit, aut purgationem in hoc seculo faciet, aut puniendus relinquitur aeterno iudicio, aut quod male admisit puniendum, punit in hoc seculo: ac proinde est quod delinquentibus non parcat deus: & alibi scriptum est, Nulla peccata deus permittet inulta, hoc est, sine vindicta: quia certe aut nos hic vindicabimus peccata nostra per poenitentiam, aut illa vindicabit deus per severitatem iudicii & iustitiam. Et illud scitote certissime & firmiter credite, quod omnis homo quantumvis seu quantumcumque criminofus fuerit, seu peccator extiterit, si veram poenitentiam egerit, ac iustas eleemosynas fecerit, & in bona deuotione cum operibus iustis permanerit, mortem aeternam non gustabit, nec unquam in infernum descendet, sed ab angelis sanctis post vitam praesentem in caelum leuabitur & gloriam possidebit aeternam: unde deus dixit, Non iudicabitur homo bis in idipsum: & Apostolus ait, Si hic iudicauerimus nos, nequaquam a domino iudicauerimus. Hoc est quod illi qui in hac vita praesenti per veram poenitentiam iudicant, in iudicio extremo de his non iudicabitur, quia sic eorum iudicium in hac vita terminatur. Unde & alibi scriptum est, quod si nos perfecte poenitentiam egerimus non solum deus culpas nostras remittit, sed post culpas etiam praemia promittit. Ideoque fratres charissimi, vitam nostram in vita praesenti emendare festinemus, & quicquid mali contra praeccepta dei fecimus defleamus, & ulterius peccare cessemus, ac in voluntate bona, cogitatione recta, & verbis ac operibus sanctis nos conseruemus,

K

Ad Tit. 2.

1. Thessa. 5. Luc. 6.

E

Tob. 4. Luc. 6.

Gala. 5. Iob. 9.

M

Naum. 1. ser. mo. 70. 1. Cor. 11.

**A** conseruemus, auxiliante & gubernante domino nostro Iesu Christo, qui vivit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

De exhortatione ad generale hominum instructionem pro desiderio vite caelestis, & contemptu praesentis: Sermo LXV.

**F**ratres charissimi, unusquisque peccata sua emendare debet in quantum praevaleret deo auxiliante. Omnis enim homo Christianus desiderare debet patrem caelestem & deum patrem omnipotentem qui in caelis habitat, ut dicere mereatur, Pater noster qui es in caelis: Ibi videlicet ubi est pater de caelis, ubi est patria nostra caelestis, illud desiderare debemus ut perveniamus: ibi pervenire speremus ut & illic permaneamus. Ista namque vita non caelestis sed terrena, non patria sed exilium, nec perpetua sed transitoria, quia quotidie ad finem pronam. Illa vero patria caelestis in qua deus cum sanctis angelis & electis suis habitat, finem non habet. Vere igitur stultus est qui ad talem patrem talemque patriam ac talem caelestium civium societatem pervenire non desiderat. Quis est ille qui in captivitate ductus ultra ad patriam redire nollet? Quis in carcere tenebroso positus amplius exire nollet & lucem videre? Quis usque ad mortem famem sustinens, si ei manducandi possibilitas affuerit, non manducaret? Quis sitim patiens, si facultas bibendi extiterit, non potaret? Nobis charissimi mundus iste vere non patria sed captivitas Babylonica est, quia multipliciter diversorum inimicorum nostrorum laqueis irretiti, mundi videlicet carnis & generis humani inimici, vita etiam praesens non libertas sed carcer peccatorum nobis est. De hac igitur captivitate, de hoc tenebrarum carcere eripi laboremus, & non ut servi hunc cibum & potum vilitatis praesentis anxium & laboriosum appetamus, sed ut filii liberi caelestem desideremus cibum & potum, hunc videlicet qui plena satietas est civium supernorum. Pro hoc cibo, pro hac caelesti vita creatorem & gubernatorem nostrum rogare debemus & orare, ut in hac valle miseriae seu exilio praesenti nos custodire & gubernare dignetur, ut opitulante illo, ad portum salutis pervenire valeamus. Mundus enim iste similitudinem maris habet. Mare foetet, similiter & mundus. Ex hoc foetore, auxiliante deo, extrahere nos debemus. Oportet namque cum humilitate maxima orare deum creatorem nostrum sanctumque suos precari, ut ex valle lachrymarum nos eruens, ipsorum civium supernorum consortes nos efficiat. Illuc enim summo studio properare debemus, ubi sine interruptione matere speramus, ubi nullus timor de morte, nulla dubitatio de hoste. Ibi vita sine fine, iuventus sine senectute, lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, voluntas sine molestia, requies sine labore, claritas sine nube. Haec autem vita horrenda est & laboriosa, fragilis & fastidiosa, caduca ac misera, deceptrix atque dolosa, & eruminae ac scadalibus plena. In luctu nascimur, in labore vivimus, & in dolore morimur. Et quod peius est & super omnia magis dolendum, quidam peccatis suis exigentibus non confessi nec contriti, de hac vita migrantes, non solum temporali morte plectuntur, sed & in infernum deducti morte moriuntur perpetua. Vitam etenim suam sine omni pietate duxerunt, & ob hoc multa tormenta passuri nunquam vitam consequentur aeternam. Dum enim tempus habuerunt, vitam suam emendare noluerunt: Plus gulam amantes quam abstinentiam sectantes, plus luxuriam quam castitatem, magis terrena quam caelestia, plus creaturam quam crea-

toem diligentes. Abstinentia ducit ad castitatem, castitas perducit ad gloriam, & fornicatio demergit ad poenam. Castitas ad caelum subleuat, & luxuria in infernum profundat. Castitas sanctis angelis unit, fornicatio autem daemonibus iungit. Sobrietas cogitationes sanctas instituit, ebrietas vero etiam si audit verba sancta, in corde non suscipit. Oportet ergo unumquemque verum animam amatorem non solum corpus nutriendo diligere, sed & animam nutriendo nutrire. Videmus naturaliter quod si corpus esurit cibum quaerit: si sitit, potum appetit: si nudum est, vestimentum desiderat: Requiem petit cum labore, somnium quaerit dum dormire infestat, & sic de ceteris corporis necessitatibus. Anima autem omnibus his indiget. Praeceptum domini panis eius est, oratio sancta potus estis eius veritas & iustitia, requies humilitas & obedientia. In hoc etiam conuiuio aeternae societatis multi sunt vocati, pauci vero electi. Alij accipiunt fructum tricesimum, alij sexagesimum, alij vero centesimum. O quam beata est illa anima cui dominus deus dignatus est concedere mansionem in aeterna requie. Et qui hanc mansionem, regnum videlicet caeleste ingredi voluerit, non superbus neque avarus, non invidus nec iracundus, non gulosus nec ebriosus, non cupidus nec luxuriosus, non perituros, non homicida, non falsator neque adulter, & sic de singulis. Quibus autem infinita mala perpetraverit, de dei tamen misericordia desperare non debet, sed spem habere debet de dei misericordia & fiduciam recuperandi salutem, per vitam suam emendationem & bonorum operum exercitationem. Verba dei libenter audire, ad Ecclesiam diligenter convenire, sacerdotibus sapissime confiteri, omnibus hominibus charitatem firmam tenere. Qui enim charitatem non habuerit, in vitam aeternam introire non valebit. Parvo tempore homo vivit in hoc seculo. Dum igitur tempus habemus operemur bonum ad omnes, & vias domini preparemus bonas. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Salus hominum Christus est. Si parentes nostros & amicos diligere debemus, quanto magis istum diligere tenemur, qui & nos & nostros fecit & creavit parentes. Hunc amemus qui universae dominatur creaturae, scilicet deum. Diligamus proximum sicut & nos, quia de terra sicut & nos proximi nostri sunt formati, ut per hoc vitam mereamur aeternam, ipso adiuante qui vivit & regnat &c.

De agenda poenitentiae, Sermo LXVI.

**D**eus & misericors deus fratres charissimi ad conversionem & poenitentiam nos hortatur, dicens, Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu, quia nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat: & iterum, Noli tardare, inquit Propheta, converti ad dominum: Convertimini ad me in toto corde vestro, id est, ad dominum deum vestrum. Et ne differatis de die in diem, & iterum, Cum convertis ingenieris, saluus eris: Convertimini igitur charissimi ad dominum deum nostrum, tanquam boni servi ad fidelem dominum. Humiliemus nos in conspectu dei, & ploremus ante deum qui fecit nos: Non dedignemur in hoc seculo agere poenitentiam & peccatorum nostrorum precari veniam, ut infernales eadere possimus poenam & ad aeternam pervenire letitiam. Emendemus ergo nos in ieiunio, & vigiliis & ceteris operibus piis, scientes quod cor contritum & humiliatum deus non spernit: sic enim ait Apostolus, Castigo corpus meum & in servitutem redigo. Si pro carne nostra laboramus, laboremus etiam pro anima nostra quae dignior

Matth. 20.

Matth. 13.

E

Galat. 6.

2. Corin. 6.

F

Iohel. 2.

Ezechie. 33.

Ecclesiastici 9.

Psal. 94.

Psal. 50.

1. Cor. 9.

Gnior est. Si curā habemus pro satietate miseræ carnis nostræ, quā post paucos annos vermes deuorabunt in sepulchro, quantomagis despiciere non debemus animā quæ deo & angelis eius præsentatur in cælo. Cogitate fratres charissimi quia abundantia pabuli luxuriam administrat, cum caro in tam copiosis delitiis satiatur, & mens tantis mulceatur diuitiis, in pinguedine carniū prouidetur esca vermium. Iterū rogo vos fratres, quotiens iuxta sepulchram diuitis transitis vt diligenter inspicatis vbi sint eorum diuitiæ vel ornamenta, vbi gloria, vbi vanitas, vbi luxuria, vbi voluptas, vel vbi eorum sunt spectacula. Considerate diligenter & videte & agnoscite, quia nihil aliud in eis est nisi cinis & fætor & vermis. O homo vnde sepulchra mortuorum, & dic tibi triuple, & loquens tecum dicere poteris. Ecce nunc ex illo misero qui hic depositus fuit, nihil aliud nisi ossa & puluis euenit. Et vere homo si ipsa ossa arida audire volueris, tibi prædicare poterunt & dicere, O miser quantum pro cupiditate huius seculi discorris, aut quid superbiæ vel luxuriæ infollicia colla submittis, vt quid te applicasti ad seruendum crudelissimis dominis, vitiis delictet & criminibus. Attende ad me & intellige, considera me & vel sic tibi horreat luxuria tua vel auaritia tua. Hoc quod tu es ego fui, & quod ego sum modo tu eris postea. Si in me permanit vanitas, te nō consumat iniquitas: si me luxuria polluit, te exornet castitas, vide puluerem meum & relinque desiderium tuum malum &c. Ideo quantum possumus, auxiliante deo, laboremus vt aliorū vulnera nobis conferant medicamenta, & aliorum mors ad vitam nobis proficiat, & hoc optime fieri potest si plus erimus solliciti pro anima quā p corpore, vt cum caro nostra fuerit in sepulchro posita, anima nostra bonis operibus in cælos eleuetur ornata, O anima si nos deceperit aut pulchritudo alienæ mulieris, aut concupiscentia carnis, quæ est ruina animæ, scito qd corpus simul cum anima pœnas habebunt, Nam cū caro nostra putruerit in sepulchro, anima nostra torquenda mergetur in inferni baratro. Ecce quales prædicationes ossa & cineres mortuorum quotidie proclamāt ad dominum. Vere dico fratres charissimi quicumque luxuriosus vel negligens ea quæ dico cum magno timore suscipere voluerit, & cito ad medicamenta pœnitentiæ confugerit & in pœnitentia ex hac vita migrauerit, paradisi gaudia possidebit. Quam si non egerit & mors repentina eū prauenerit, sine vllō remedio æternæ pœnæ cruciatus habebit. Nos igitur dilectissimi fratres quantum possumus cum dei adiutorio contra carnales concupiscentias viriliter pugnemus, vt deuictis huius seculi voluptatibus æternum præmium consequi mereamur, per infinita secula seculorum, Amen.

De fuga vanitatis & virtutum adeptione.

Sermo LXVII.

**D**ilectissimi fratres, oportet humilitate nos habere, præcepta dei custodire, charitatem tenere, veritatem sequi & fugere vanitatem. Veritas enim mundat, vanitas coinquinat. Veritas Christus est sicut ipse dicit, Ego sum via veritas & vita. Via recta, lux vera & vita perpetua. Veraces filij dei sunt, mendaces vero filij diaboli. Vnusquisque enim cuius opera agit, eius filius appellatur. Qui sequuntur deum, semper in luce sunt: qui autem imitantur diabolum, in tenebris ambulant & lucem nunquam habebunt. O dilectissimi filij quam malum & quam peruersum est dimittere lucem & sequi tenebras, fugere vitam & appropinquare morti, dimittere veritatem & sequi mendacium, dele-

ctari in vana gloria & spernere sempiterna, iocundari in presenti dolore & pœna, & amittere latitiā & quietem sempiternam. Scriptura enim dicit, Nō quaras gloriam & non confunderis cum gloriosis fueris. Beati illi qui oculos habent spirituales & contemplantur celestia & respuunt terrena. Ex hac enim fragili misera & breui vita festinant ad illam beatam requiem sanctorū quæ nunquā finietur, illuc festinant vbi semper permanere sperant, vbi non est timor de morte nec pavor de hoste. Ibi est vita sine morte, iuuetus sine senectutis expectatione, lux sine tenebris, gaudium absque tristitia, voluntas absque iniuria, regnum sine commutatione, requies sine labore, satietas sine fastidio, & claritas sine nube. Ibi est vita angelica semper lata. Latitia huius seculi licet sepe gaudium esse videatur, sepiissime tamen in tristitiam vertitur. Regnum dei non habet finem, vita huius seculi horrenda est. Illa vero amanda atque desideranda. Hæc enim presens vita misera & caduca est, immo incerta, deceptrix & insatiabilis. In pœna & luctu nascimur, in miseria & angustia nutrimur, in labore volumus, in dolore morimur, & in fine quod magis dolendum est, si impœnitentes discedimus perpetua tormenta patiemur. Nam veniam postmodum non consequetur qui dum tempus hic habuerit & pœnitentiam cōdignam non egerint. Nam qui præcepta Christi nō habent, vel etiam habentes non seruant, & promissa celestia despiciunt, qui plus amant gulam quā abstinentiam, magis luxuriam quā castitatem sectantur, absque dubio regnum dei non possidebunt. Fornicatio vrget animam ad pœnam, castitas leuat mortalem ad gloriā. Castitas erigit iter ad cœlum, luxuria facit ruere in infernum. Castitas iungit hominem moribundum sanctis & angelis perpetualibus, fornicatio sociat fatanæ & dæmonibus. Porcus crassus se voluit in volutabro, & si porco margaritas ante ipsum posueris, non aduertens conculcabit in luto. Sic & homo ebriosus, vino repletus ac crapulosus, ferculis satiatus, diuersis in luxuriis se proruit, & in stercore vitiorum se volutans, verba sanctæ scripturæ nec ore profert, nec corde suscipit. Dulce illi est fornicari, & continentiam seruare amarum. Ille miser ambulat elatus & superbus & cupit esse melior quā ceteri in hoc seculo, cum tamen apud deum deterior sit. Altiozem se ceteris existimat etiam si omnium inferior existat. Et sic dum melius & firmius se stare putat in præcipitium cadit & in æternum baratrum vadit. Ex quo omnipotens deus nos eripiat qui sine fine viuunt & regnant. Amen.

Quomodo per virtutes obuiandum sit vitiiis. Et de miseria infernali. Sermo LXVIII.

**F**ratres satis timere nos oportet propter tres causas, hoc est, gulam, cupiditatem, & superbiam, quia diabolus istis tribus circūuenit patrem nostrum Adam dicens, In quacunq; die comederitis ex hoc fructu, aperientur oculi vestri & eritis sicut dii. Nos autem teneamus mente & timeamus istas tres causas pessimas, ne vt Adam nuduli expellamur de paradiso. Contra gulam & inglutiniam vētris abstinentiam, contra cupiditatem & auaritiam, paupertatem spiritus & eleemosynarum largitionem, contra superbiam & elationem, veram humilitatem & omnimodam subiectionem exercentes. Hæc scientes quia angelos dei custodes habemus, sicut ipse saluator ait, Amen dico vobis quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cælis est. Quapropter certe credere possumus quia omnia opera nostra quæ operamur die ac nocte

**A** nocte siue bona siue mala, ab ipsis in conspectu dei nūciata erunt. Nam angelus bonus hortatur nos consilio boni, quia cum aliquid boni agimus, ipsum a dextris nostris esse credamus. Cum vero malum aliquid cogitamus aut facimus siue paruum siue magnum, hoc nulli dubium quin malignum angelum hortatorem habeamus, qui super hoc nos gaudens irridet, cū angelus sanctus tristatur & dolet. Et ideo cum verba ociosa dicimus, aut quicquam mali facimus, diabolicum cōsiliū est. Cum autem ingemiscimus & pro peccatis nostris suspiramus, aut opera virtutum facimus, tunc angelum dei sanctum administratorem & consiliatorem habemus. Nam de illis tribus causis quas superius diximus & quas diabolus in Adā subministravit per instinctiōnem mali consilij, solerti custodia nos caueamus. Ita enim tres, gula videlicet, cupiditas & superbia, multa & infinita generant mala. Occasionantur namque hæc mala & principales vitiorum radices, sacrilegium, homicidium, fornicationem, furtum, auaritiam, luxuriā, falsum testimonium, iram, discordiam, periurium, & his similia. Nos igitur fratres charissimi ponamus cōtra suā perbiam & elationem veram humilitatem, contra glū abstinentiam, cōtra cupiditatem eleemosynam, contra sacrilegium perfectam pœnitentiam, contra homicidium dei & proximi dilectionem, contra furtum benignitatem, contra auaritiam charitatem, contra luxuriam castitatem, contra falsum testimonium veritatem cordis & oris, contra iram pacem, contra discordiam veram concordiam & vinculum pacis firmum, contra periurium timorem domini. Et super omnibus spem firmā, fidem rectam, charitatem perfectam. Taliter per virtutes vitiiis obuiando, & contraria contrariis curando, coram deo & hominibus cū iustitia & æquitate viuamus. Ista enim sunt arma angelica, lorica & arcus virtutum, scutum fidei firmissimum, & galea salutis. Qui hæc arma in fide non hæsitans secum portauerit, nullus ei diabolus nocere poterit. O fratres charissimi contra pessimum hostem, id est, immitissimū generis humani inimicum tātum nos armare debemus, vt ipsū viriliter superare valeamus, qui semper paratus est velut latro ad furandum opera nostra bona, consilia mala subministrando. Certe multi audacia diabolica decipiuntur, & securitate propria, quā sibi fingunt, decipiuntur. Dicunt enim iuuenis sum, dum est mihi tēpus & interim quod floret in me iuuentus fruar mūdo, cum ad senectutem venero & amplius quæ volo exercere nequitero, tunc pœnitentiam agens abstinebo. Et non cogitat ille miser quod non habet certū vnus horæ vel momenti spatium, seu etiam potestatem de vita sua. Eia charissimi fratres nō vos decipiat aut seducat ista pessima securitas, quæ non securitas sed potius periculum dici potest. Proinde diem mortis semper in memoria habeamus, semper in timore domini stantes, pœnitentiam agamus, quia transitus noster, vita videlicet huius seculi breuis est & caduca ac fragilis ista miseria presens mūdi temporalis potentia. Dic vbi Imperatores & reges, vbi duces, principes aut barones, vbi aurum & argentum ac ornamenta eorum? Scriptū est, Potentes potenter tormenta patientur. Væ tam obscuræ mansioni, væ tam languidæ foueæ, væ tam tenebrosæ, væ tam profundæ & opacæ carinæ. Pensemus charissimi quomodo de tam parua consolatione, tam longa calamitas: de tam breui lætitia, tam longa tristitia: de tam modica luce, tam magnæ tenebræ: de tam exiguo lucro, tam graue damnū: de tam vana securitate, tam forte periculum: de tam parua po-

Eph. 6.

Sapient. 6.

Math. 13.

tentia huius temporis, tā longa tormenta sine fine māsura: de tam breui iocunditate, tam longæ & tam amaræ lachrymæ: de tam inani huius mundi pompa, dira gehennalis prouenit pœna, de qua non liberabit pater filium, nec pro patre filius fideiubebit, vbi non reperitur amic⁹ qui redimat, nec frater qui succurrat. Vbi qui ibi sunt mori quærunt, sed mortem impetrare nequeunt, vbi amara pœnitentiā tarde agitur, nec ob hoc sic pœnitens adiuuatur. Ibi nulla vita sed māsio dura & mors aterna, ibi tenebrosus ignis & locus horribilis, ibi flamma gehennalis & inextinguibilis, ibi imensa tormenta & suspiria valida, ibi luctuosi gemitus & lāguor longus, ibi miseri cū miseris, superbi cum superbis, homicidæ cum homicidis, adulteri cum adulteris, auari cum auaris, fures cū iniquis, falsi prælati cum falsis subditis, dissoluti religiosi cum dissolutis sociis & sociabus lasciuis, & sic de singulis. Qui omnes simul inenarrabiliter cruciabantur & in infernali carcere sine fine torquētur. De quo nos vitiiis emendatos omnipotens deus eripere dignetur, qui viuunt & regnant in secula seculorum: Amen.

De exhortatione ad orandum, cum exemplo cuiusdam defuncti in Aegypto. Et de miseria animæ.

Sermo LXIX.

**F**ratres dilectissimi quando orare vultis aut peccata vestra plāgere, claudite ostium super vos & orate dominum deum vestrum in toto corde. Tunc respiciens dominus super vos propitius & pius vobis erit, quasi pia mater filio suo dū eum dolentem & plorantem reperit. Hæc charissimi in cordibus vestris scribite & intelligite. Et qui non intelligunt, eos qui rationabiliter sapiunt, interrogent. Acquirite vobis dilectissimi thesaurum cœlestem mundi huius postpositis vanitatibus, attendentes & valde timentes quoddam exemplum horribile, quod quidam homo sanctus in excessu mētis positus vidit & audiuit de quadam anima de Aegypto exeunte & contra corpus suum contendente. Erat enim homo iste de cuius anima fit ad præsens mentio, corpore fecundus valde, & temporalium stipatus plurimum, & in tali corporis & rerum prosperitate positus nihil aliud cogitabat nisi cuncta quæ poterat perficere mala, nec quicquam de anima suæ salute tractās, totus vixit in peccatis. Accidit vt infirmitate laborans morti appropinquaret. Et ecce spiritus illius ad ostiū corporis pulsans terrore ac morore permaxime concussus admodum exire tardabat, quia diabolos ante se præparatos videbat, ac inter se mulitare dicentes, Quomodo tardatur? Cur fit hoc? Quare facit tot moras? Festinemus, forsitan Michaël cū sociis suis oppriment nos, ac animam illam nobis tolerant quam per multos annos vinculis nostris constrinximus. Tunc vnus ex diabolis respondens dixit, Nolite timere, nostra est. Ego opera eius scio. Ego semper cum illo diebus ac noctibus fui. Hæc illa anima misera audiens dixit, Hæc mihi quare vnquam nata fui aut creata. Væ mihi quare vnquam in hoc corpore intraui. Væ mihi quod vnquam in isto pessimo carcere carnis exiti. Væ tibi corpus miserum, quare alienas rapuisti pecunias. Tu facultates pauperum & substantias eorum in domum tuam congregasti. Tu cibariis delicatis te nutriebas, & ego salutem nostram esuriebam. Tu vinum bibebas saporosum, & ego fontem vitæ sitiebam. Tu te preciosis decorasti vestibus me nuda existente virtutibus. Tu quidem fecundum eras, & ego macra. Tu rubicundum, & ego pallida. Tu hilare, & ego mœsta. Tu tri-

debas,

**G** debas, & ego flebam. Tu gaudebas, & ego dolebam. Tu semper mihi contraria egisti, modo es esca vermium & putredo ac puluis. Requiesces per modicum tempus in terra, & postea mecum in infernum deducis tormenta sicut & ego passurum aeterna. His dictis corpus sudare cepit ac spiritu reddere. Tunc ille diabolus angelus satana, qui non in bono sed in malo custos & instigator eius perstitit eam apprehendens dixit, Nolite socii nolite moram facere, sed tridentes acutissimos apprehendite, & cum dolore in oculos eius figite. Quicquid enim vidit siue pulchrum siue turpe, totum concupit. Pungite os eius quia omnia quae desiderauit siue in comedendo siue bibendo vel etiam loquendo iniustis vel iniustis nunquam peperit. Pungite & cor eius dolorosum & falsum in quo nec pietas nec misericordia nec charitas nec bonitas fuit. Pungite etiam manus eius rapaces, quae ad furtum, latrocinium & rapinam promptae & ad opera pietatis tardae fuerunt. Insuper & pedes eius quae ad omnem viam malam veloces extiterunt. Tunc illam miseram animam de corpore eiecit sic membratim punientes, leuauerunt super alas suas nigras tenebrosas & vesperilionneas, ad infernum ipsam deducentes. Et dum sic in itinere esset, vidit anima illa claritatem magnam & dixit, vbi vel quid est ista claritas? Responderunt daemones dicentes, non agnoscis patriam vnde exiisti quando in hanc peregrinationem venisti? Tu quondam renuisti pompas nostras & per baptismum ac signum crucis nos expulisti. Audisti Prophetas & Apostolos, audisti etiam sacerdotes & curatos tuos, qui non cessabant tibi viam vitae praedicare & nomen saluatoris tui laudare. Cor autem tuum a doctrina eorum longe erat. Modo transis iuxta patriam illam vnde prima venisti, non tamen ibi diuerteris nec venies. Choros angelorum audies, non ad tuam consolationem, sed ad tuam perpetuam desolationem. Claritatem sanctorum videbis, nec tamen ibi habitabis, quemadmodum & nos non facimus qui de paradiso eiecti sumus, & sicut fuimus ac sumus in perditione, sic & tu nobiscum eris. Vsq; modo fuisti in peregrinatione, nunc moraberis nobiscum in damnatione in qua multos habemus socios. Tunc cepit illa misera anima cum dolore & fletu ac gemitu ingenti dicere, Heu me miseram quod nunquam creata fui ac nata, seu in hoc corpus maculatum posita. Heu mihi quod in ista damnatione posita claritatem aeternam perdidit ex qua olim sine macula exiit. Modo video spatiosam viam quae ducit ad patriam non tamen perambulabo eam. Tunc perduxerunt eam inimici sic flentem & gementem ad perditionis portas, vbi diabolus ad recipiendum eam praeparatus erat in similitudine draconis, & aperiens fauces suas fetidissimas ac glutientes eam reuoluit in calidissimum locum igneum, vbi sui consimiles expectant iudicium. Hoc exemplo dilectissimi edocui ac admoniti ut aliorum fera vulnera nobis sint medicamenta certa, vitam nostram hic dum valeamus in melius emendemus, carnalia abdicantes, spiritualia sectantes, ut sic latentur ex hoc corpusculo egredieris dicere possimus, Adhaesit anima mea post te, quia caro mea castigata pro te deus meus, Ob hoc mi domine me suscipiat dextera tua. Quod nobis concedere dignetur qui saluat omnes sperantes in se, ac viuunt & regnat deus in secula seculorum. Amen,

De commendatione humilitatis, ac de compunctione cordis: sermo LXX.

**V**ita sit verae humilitatis virtus fratres facile ex verbis domini cognoscitur, qui ut superbiam Phariseorum damnaret dixit, Omnis qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Humilitatis passibus ad caeli culmina conscenditur, quia deus excelsus non superbia sed humilitate attingitur. De quo dictum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Vnde in psalmo dicitur, Excelsus dominus & humilia respicit & alta a longe cognoscit. Alta posuit pro superbia. Humilia vero respicit ut attollat: alta, id est, superba cognoscit ut deiciat. Discamus humilitatem per quam deo propinquare poterimus, sicut ipse in Euangelio ait, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Per superbiam mirabilis angelorum creatura cecidit de caelo: per humilitatem dei fragilitas humanae naturae ascendit in caelum. Honestas est enim inter homines humilitatis consuetudo, sicut Salomon ait, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem humilitas, ibi sapientia. Item alius sapiens. Quanto magis es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Item dominus per Prophetam, Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum & trementem verba mea? Quicumque humilis & quietus non fuerit non potest in eo habitare gratia spiritus sancti, Deus humilis factus est nostrae salutis causa. Erubescat ergo homo superbus esse. Quanta humilitate inclinatur cor ad ima, tantum proficit in excelsis. Qui enim humilis fuerit exaltabitur in gloria, Primus humilitatis gradus est veritatis sermonem audire humiliter, memoriter retinere, voluntarie perficere, eam quippe quam non inuenit humile veritas fugit mentem. Quanto quis humilior fuerit de se ipso, tanto maior erit in conspectu domini. Superbus vero quanto gloriosior apparet inter homines, tanto deiectionis erit ante deum. Qui sine humilitate bona opera agit, in vento puluerem portat. Quid superbit terra & cinis, dum vento superbia dispergitur, quod ieiunium vel elemosynis congregare videtur? Noli o homo in virtutibus gloriari tuis, Quia iterum habiturus es iudicem non te ipsum, in cuius conspectu te ipsum in corde tuo humiliare debes, quatenus ipse te exaltet in tempore retributionis. Descende ut ascendas, humiliare ut exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui enim sibi in vilis est, ante deum pulcher est: & qui sibi displicent, deo placent. Esto ergo paruus in oculis tuis: ut sis magnus in oculis dei. Tanto enim eris apud deum preciosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore summa sit tibi humilitas, honoris laus est humilitatis virtus. Compunctio cordis ex humilitatis virtute nascitur, de compunctione confessio peccatorum, de confessione poenitentia, de poenitentia vera proveniet delictorum indulgentia. Compunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis & recordatione peccatorum & timore iudicij. Ex gemino fonte compunctionis solent profluere lachrymae, vna dum mens operum suorum mala considerat, altera dum desiderio aeternae vitae suspirat. Vnde Propheta ait, Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante eum. Item, Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quatuor sunt qualitates affectionum, quibus cogitatio iusti taedio salubri compungitur, hoc est, memoria praeteritorum facinorosorum, recordatio futurarum poenarum, consideratio peregrinationis suae in huius vitae miseria, & desiderium superbiae patriae, quatenus ad eam quantocius valeat peruenire. Quando ergo ista in corde hominis sunt, signum est tunc esse deum per gratiam praesentem. Vnde in Psalmo dicitur,

**A** dicitur, Deus vitam meam nunciavi tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut in promissione tua. Promissio indulgentiae quam habemus a deo, lachrymas poenitentiae excitat in corde nostro, thesaurum desiderabilem in corde hominis compunctionis dulcedo. Anima hominis quae in oratione compungitur, valde illi proficit ad salutem, cum per orationem compunctio effunditur, spiritu sancti praesentia cordibus nostris illustratur.

De non tardando conuerti ad dominum.

Sermo LXXI.

**E**gitur in literis diuinitus inspiratis dictum, Filii ne tardes conuerti ad dominum, quia nescis quid futura pariat dies. Qui tardat conuerti, periculum facit animae suae, quia mors non tardat, quae si tardantem conuerti inueniet, ad tormenta deducit eum. Dissoluta & paralytica cogitatio est de castitina cogitare conuersione & hodiernam negligere. Quid tu peccator conuerti dissimulas, & non metuis ne mors repentina subripiat diem conuersionis? Nonne homines subito moriuntur? Si bonum est peccata dimittere & ad deum se conuertere, cito fiat. Deus tibi promittit remissionem conuertendo a peccatis, securitatem tibi non promittit diu viuendi. Ideo conuertat se vnusquisque citius ad dominum, & derelinquat impius viam suam. Si subito intrat dies extremus, perit dilatio & restat damnatio. Perire non vis, redi ad deum & viues. Noli de venia peccatorum nec de vita longiore confidere. Conuertere ergo & poenitentiam age. Cras inquis, me conuertam. Quare non hodie? Quid male dicam, si cras dicam? Quid male, si hodie? Forte dicis, Longe erit vita mea. Dico, Si longa erit bona sit, si breuis & ipsa bona sit. Prandium & si longum non tamen vis habere malum, & vitam longam vis habere malam? Villam emis, bonam desideras, uxorem vis ducere bonam quæris, si hos tibi nasci bonos optas. Et ut etiam de rebus vilissimis loquar, caligas emis & non vis malas. Quid ergo vitam amas malam: si vitam vis malam, inter omnia bona tua eris malus. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Verba domini sunt non mea, non a me haec audisti, sed ego tecum audio a domino. Forte respondes, cras cras. O vox coruina, coruus non rediit ad arcem, columba rediit. Si tunc vis poenitentiam agere quando peccare non potes, peccata te dimiserunt non tu illa. Satis alienus est a fide qui ad agendam poenitentiam tempus senectutis expectat. Metuendum est ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium. Non enim tunc veniam inueniet qui modo aptum veniae tempus perdidit. Ibi a deo non potest mereri quod petit, qui hic noluit audire quod iussit. Qui tempus poenitentiae datum negligit, frustra ante tribunal Christi preces effundit. Festinare debet ad deum conuertendo dum potest vnusquisque, ne si dum potest noluerit, omnino cum voluerit non possit.

De morte, Sermo LXXII.

**M**ors autem vera quam timent homines, est separatio animae a deo. Et plerumque cum timet homines mortem istam quae separat animam a corpore, incidunt in illam vbi anima separatur a deo. Haec est mors de qua dicitur, Et mors depascet eos. Citius pastor est diabolus. Habemus autem multis locis in scriptura, quia vita est Christus, mors autem diabolus, non quia ipse mors est, sed quia per ipsum mors introiit in hunc mundum. Siue enim illa in qua lapsus est Adam ipse persuasione homini propinata est, tunc ista vbi a-

nima separatur a corpore, ipsum habet authorem qui primum per superbiam cadens inuidit stanti, & morte inuisibili deiecit stantem. Nos ergo qui de futura immortalitate cogitamus, non sine causa in fronte signum crucis portamus, & non habebimus pastorem nisi vitam. Fidelium enim pastor vita est, infidelium autem pastor mors est. Si ergo in inferno sunt oves quibus pastor mors est, & in caelo sunt oves, quibus pastor vita est, quid igitur dicam? Iam in caelo sumus? In caelo secundum fidem. Si enim non in caelo, vbi sursum corda? Si non in caelo, vnde Apostolus Paulus dicit, Nostra enim conuersatio in caelis est: Corpore ambulemus in terra, corde habitemus in caelo. Habitamus ibi, si illuc aliquid mittam quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde nisi vnde cogitat. Inde autem cogitat vbi thesaurizat. Thesaurizauit in terra, cor ipsius a terra non recedit. Thesaurizauit in caelo, cor ipsius de caelo non descendit, domino aperte dicente, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Ipsi ergo quibus mors pastor est, videntur ad tempus florere, & iusti laborare. Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est, nox est? Non apparuit merita iustorum, & quasi nominatur felicitas impiorum. Tantu videtur herba laetior, quandiu hyems est. Herba enim per hyemem viget, arbor autem per hyemem quasi arida est, cum sol exierit feruetior aestatis tempore, arbor quae per hyemem arida videtur, expletur foliis, profert fructus, herba autem ardescit, videbis honorem arboribus, herba autem arida est. Sic & modo iusti laborant antequam veniat aestas, vita in radice est, nondum apparuit in ramis. Radix autem nostra charitas est. Et quid ait Apostolus, ut sursum habeamus cor & vitam in radice, ut pastor noster sit Christus, quia habitatio nostra non debet recedere de caelo, & in hac terra debemus sicut mortui ambulare, ut sub umbra viuentes infra mortui simus, non ut supra mortui infra viuamus. Quia ergo non debet recedere vita nostra & cor nostrum desuper: quid ait Apostolus? Mortui enim estis & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Ecce vbi est radix nostra. Quando appareat honor noster tanquam in foliis & fructibus, sequitur & dicit, Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Et erit mane. Nam modo non mane. Tumeant modo superbi aut diuites huius seculi. Impij bonis insultent, infideles fidelibus, & dicant, quid vobis prodest quia creditis? Respondeant fideles & dicant, si vere fideles sunt, Nox est, nondum videtur quod tenemus, non quiescant manus bonis operibus laborare. Vnde alibi dicitur, In die tribulationis meae deum quaesui manibus meis, nocte coram eo & non sum deceptus. Apparebit labor noster mane, & erit fructus mane, ut illi qui modo laborant, postea dominantur, & illi qui modo se iactant & superbi sunt, postea subiiciantur. Quid enim sequitur, Sicut oves in inferno positi sunt, mors pastor est eis, & dominabuntur eis recti mane. Puto iam planum esse illud verbum, quia praelocuti sumus, dominabuntur eis recti mane. Expecta mane, desidera mane, ne putes quia nox habet vitam & mane non habet vitam? Ergo qui dormit viuunt, & qui surgit non viuunt? Nonne qui dormit, morte mortuus est? Et qui sunt qui dormiunt? Quos excitat Apostolus Paulus, si tamen velint euigilare. Quibusdam enim dicit, Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Qui ergo illuminantur a Christo iam vigilat, sed nodum apparet fructus euigilantium. Mane apparebit, id est, cum seculi huius incerta transierint. Ipsa est enim nox, non titubet, vide-



**G**tur enim quasi tenebra. Facit aliquis male, uiuit, floret, terret, honoratur: facit autem aliquis bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur, quasi tenebrae sunt. In radice autem vigor, fructus, opulentia, vita nondum est in ramis. Sed radix non aruit, similis est quidem arescēti, sed tempus venit, vestitur honore suo, fecundatur fructibus suis. Tunc illi de quibus dictum est ut non eos zelemus, quid enim addet illis psalmus? Quoniam sicut foenum cito arescent, & sicut olera prae cito cadent, cum viderint ad dexteram maiestatis istos, quibus laborantibus insultabat stare, & dicent inter se poenitentiam agentes, Hi sunt quos aliquando in risum habuimus & in similitudinem improperij. Sed tunc iam poenitentiam infructuosam agunt: dicentes enim, nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam. Quia cum coeperit quis deo viuere, mundum contemnere, iniurias non vlscisci, nolle hic diuitias, non hic quarere foelicitatem terrenam, omnia contemnere, deum solum cogitare, viam Christi non deserere, non solum ei a Paganis dicitur, insanit, sed quod magis dolendum est, quia & intus multi dormiunt & euigilare nolunt, a suis christianis audiat, Quid patimini fratres mei? Nomine inuenit secundum viam Christi, qui dicit, quid pateris: putemus quod dicit, Horremus ludaeos qui dixerunt domino Iesu Christo, Daemonium habes. Et quando audimus recitari Euangelium, tundimus pectora dicentes, sceleratam rem dixerunt Iudaei Christo, Daemonium habes. Age tu Christiane quando videris de corde hominis expulsum diabolum & inhabitare in eo Christum ne dicas quid pateris. Dictum est quidem & de ipso domino quod insaniret, quando loquebatur verba quae illi non capiebant. Et tamen aliqui euigilabant a somno dicentes, Non sunt ista verba demonium habentis. Sic & modo fratres mei quando ista verba audiunt & gentes & qui habitant orbem & terrigena filij hominum diues & pauper, id est, & qui pertinet ad Adam & qui pertinet ad Christum. Alij dicunt, Daemonium habes. Alij dicunt, Non sunt ista verba demonium habentis. Alij enim viam seculi & ista ad tempus audiunt. Alij frustra audiunt, sed faciunt quod dictum est, Auribus percipite qui habitatis orbem. Et cum agunt ista, incertus est fructus. Sed qui male agunt & viam seculi eligunt, mors pastor est eis. Qui autem eligunt viam domini, vita pastor est eis. Veniet ipsa vita iudicatura & damnatura cum pastore suo eos quibus dicitur, Ite in ignem aeternum, qui prae paratus est diabolo & angelis eius. Illis autem quibus insultatum est & qui irrisi sunt quia credebant, audient ab ipsa vita quem habent pastorem, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Dominabitur eis recti mane. Nemo dicat quia sum Christianus, quare non imperem iniquis. Noli festinare, dominaberis, sed mane, quia auxilium illorum veterascet in inferno a gloria eorum, auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de virtute sua. Sed cum mortuus homo fuerit, in illa die peribunt omnes cogitationes eius. Quantam visus est gloriam habere inter homines cum viueret, tantam vetustatem & corruptionem suppliciorum habebit in inferno.

*De illo qui iram diu in pectore retinet et non vult humiliari. Sermo LXXIII.*



Mnis homo qui vult de inimico suo vindicari prouocat in se vindictam dei. Sed hoc facite fratres quod dicit Apostolus, Nulli malum pro malo reddentes. Hoc est enim vinci de bono ma-

lum. Quando enim vindicari vis, sine dubio vincere vis: vide ne dum vis hominem vincere, ab ira vincaris. Quia laesit, vis & tu laedere: quia nocuit, vis & tu nocere: & ut tu vincas amplius magis quam ille nocuit, quomodo vincis malum in malo? Non hoc dixit Apostolus, non hoc audistis, Ego nolo vinci a malo audistis? Et forsitan respondebis, Hoc & ego volo. Sed nemo me vincit. Dixit enim Apostolus, Vince in bono malum. Hoc est enim, ut qui te laesit sua iracundia, tu illum vince tua patientia. Qui te laesit sua auaritia, vince illum tua misericordia. Ecce qui te sua auaritia expoliavit, ecce eget, ecce esurit, ecce sitit, ecce medicat, inimicus tuus est. Sed si esurit ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Si hoc cogitas quasi ad malitiam nos hortatus est, tanquam dixerit ut plus ei noceas ut carbones congeras super caput eius. Si hoc cogitas, in malo vis vincere malum, & ipsam elemosynam ut facias, amore vindictae vis facere, Sed dico quid est carbones ignis congeres super caput eius. Carbones ignis sunt in quibus vritur ut poeniteat illum contra te inimicitias habuisse. Homo es, homo est, laedere voluit, laedere vis. Ecce duo mali estis. Quomodo ergo dicis & ego odio malum qui auges numerum malorum? Vis vincere inimicum tuum, attende intrinsecos tuos ne ibi habeas quod vincere debeas. Et dum ista consideraueris dicis tibi, Homo est qui me laesit. Rogem pro illo dominum ut poeniteat eum, & si laesit ex malo factus fuerit bonus. Nec defendi ante dominum serui inuerecunda festinatione properemus, ut cum dies ille vindictae aduenerit non cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deum timetibus honoremur in secula seculorum, Amen.

*De futura vita diligenter cogitanda. Sermo LXXIII.*



**B**ratres charissimi, quod audiuius dici ut sursum cor habeamus, spe fit ut de illa futura vita cogitemus. Hic sic agamus ut illic semper viuamus. Ecce enim quanta dignatio domini nostri qui fecit nos, ipse descendit ad nos. Si ergo descendit ad nos, leuauit nos, iam in corpore suo leuauit nos. Caput nostrum ibi est, sequantur & membra. Ille est in caelo, nos in terra quasi longe sit a nobis. Si interrogas longe, charitatem interroga & nobiscum est. Si enim ille non esset nobiscum, non clamaret de caelo Saulo persequenti non ipsum sed seruos eius, & ut familiaris dicam, membra eius, Saule Saule quid me persequeris? Ecce ego hic sum in caelo, & in terra persequeris me. Quare dixit, me, quia quasi de membris suis dicebat. Nonne si aliquis calcet plantam tuam, non clamat lingua tua? Ille ergo per quem factum est caelum & terra, propter eum quem fecit de terra, sine terra descendit in terram, & in caelo leuauit terram, id est, carnem quam propter nos dignatus est assumere. Deus factus est homo, ut homo possit esse quod deus est, nam quae promissit dabit nobis. Securi enim sumus quia cautionem nobis fecit, quam cautionem Euangelium scripsit, & ideo reddidit nobis. Quid putatis fratres non eum nobis redditurum vitam suam qui pro nobis dedit mortem suam, humilitatem, iniurias, contumelias, passionem in terra suscepit pro nobis? Ergo regnum, foelicitatem, aeternitatem non dabit nobis qui propter nos mala pertulit? Ergo bona sua nobis negabit? Ad hanc spem fratres quia promissor verax est securi ambulemus. Sed sic viuamus ut semper viuamus, ut cum ante ipsum venerimus,

*De cogitationibus Sermo LXXVI.*



**P**rimum quidem cogitationibus malis repugnandum est, ut cum aliquid carnale aut fordidum susurraverit aduersarius, priusquam sauciet mentem sagitta deleatur & excutiat. Solet enim tristitiam afferre & dubitationes de proposito & desperationem bonorum adspirare, & varias cupiditates ingerere, & omnes omnino sagittas acueri, ut sicut in decimo Psalmo scriptum est, Ut sagittent in obscuro rectos corde. Tu ergo mox cum senseris ista, molire permittas suspirio ad dominum mente conuersa ne permittas accedere consilium quod sensum possit inquire. Sicut enim vestimentum candidum si fuerit sanguine aspersum, si mox fuerit lotum candorem suum recipit, si autem infederit & incoxerit macula vix lauat: sic & mens humana, si surgentem cogitationem mox deleuerit, poterit suam retinere candorem: si autem diutius residere permiserit, vix cum magno labore purgatur. Haec est autem prima victoria secreti certaminis nostri quod dominus expectat & angelus, cum cogitationibus malignis mens humana fideliter occurrat, & bonis operibus malos superat cogitatus. Hinc laus nascitur, hinc crescit gloria, sicut Apostolus ait, Cum uenerit, inquit, dominus & illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordis, tunc laus erit unicuique a deo. Manifestum est enim apud fideles, quia non solum de factis, sed etiam de cogitatis aut laus aut vituperatio a deo iudice tribuatur. Item quod inuiti patimur cogitationes frequenter non nos lateat fratres, quod maligni frequenter cogitationes sustinemus, quando autem contingit, de Apostolo dicamus, Non quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio, & video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis meae, & captiuitatem me in lege peccati. Et reuera vnum propriumque studium est satanae, humanam mentem prauis grauare consiliis. Siquidem hanc iniuriam ab exordio sortiti sumus ut nos serpentis caput obseruemus, ille autem nostrum calcaneum, utique non nostrorum pedum calcaneum, sed mentis sinem obseruat, ut si quomodo possit currentem ad caelestia animam morsu suo ad terrestria retinere. Aduersus has ergo obscuritates malorum ut synceris mentibus viuere possimus, cordis oculi bene curandi sunt, Et ut vincamus, arma nobis sunt valde necessaria. Arma, inquit, militiae nostrae non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum, malorum consilia destruentes. Amen.

Sermonum ad fratres in eremo finis.

*De vita, conuersatione ac morte sanctae Monicae matris beati Augustini, Narratio I.*



**M**onica mater sancti Augustini, cuius historia trahitur ex sententia sancti Augustini ex IX. confessionum, & ex duabus Epistolis quas Augustinus scripsit suae sorori Perpetuae virgini, Hortor te, inquit, Augustinus dilecta sponsa Christi, ut deo studeas in omnibus placere, sicut & charam matrem nouisti perfecisse. Nam dum esset puella, ad Ecclesiam fugiebat diu in angulo permanens, & virginales orationes ad Christum fundebat. Dum autem domum tarde rediret ab

*Hoc opere nihil scripti, nihil vanius*

**A**rimus, bona fronte dicamus, Redde quod promissisti, quia fecimus quod iussisti, & viuere cum illo valeamus in secula seculorum, Amen.

*De diuite, Sermo LXXV.*

*Hic sermo habetur supra numero 58.*



**A**vide itaque qui estis in populo, & stulti aliquando sapite, accedite ad sepulchra mortuorum & videte exempla viuentium. Iacent ossa & perit caro, & tamen causa eius seruatur in iudicio Christi. Fuit & ipse similis nobis viuens in vanitate, repletus diuitiis multis, multiplicauit agros, plantauit vineas, implens horrea in thecis multis, latus est in abundantia sua, & ecce subito ablata sunt ab oculis eius. Plau debatur sibi per schemata multa, preciosis vestibus erat indutus, pompas & luxurias sibi adhibens, epularum diuitias exercebat, saltationes & iocos in ebrietatibus exhibebat, prandia sua cum coena miscebat, & latitia sua vix dabat sine, & ecce ablata sunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierunt illa omnia? Vbi pompa, vbi schemata, vbi exquisita conuiuia? Vbi nam sunt illi qui eum in foro longius ab omnibus conspiciebant? Vbi ornatus domorum & vestis preciosae luxuria? Vbi gemmarum ambitio & argenti pondus immensum? Vbi postremum ipsa cupiditas, quae cum omnia quotidie quae agit nescit quando totum possit amittere? Vbi sapientia illa & foris excogitata disertio? Vbi applausus laudum & adlatio amicorum assidua? Vbi seruatorum subditi greges & lam padarum radiantia luminis? Vbi antecedentium turba clientum? Transierunt omnia ab oculis eius, & vltra non erit memoria eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem, defluerunt carnes eius quas deliciae nutriebant, separati sunt nerui a compaginibus suis, sola remanserunt ossa quae seruantur in exempla viuentium, ut cognoscantur reliquiae mortuorum. Putat enim requiescere corpus, abiit autem anima eius in infernum, & non videt lumen. Circundant enim eum tenebrae multae, messor & afflictio apprehendent eum, vermis & ignis consumunt eum, & fletus non desinit ab oculis eius, stridor dentium frequentat ei eo quod pessimi dolores perurgent eum, & non desinit poenae ab anima eius. Tunc se poenitet male vixisse in seculo, & haec sibi metipsum reputans dicit se pietatem & misericordiam non fecisse ut querat eam & non inueniat, multas diuitias se possedisse & non eas pauperibus erogasse, perdidisse se tempus poenitentiae & non se correxisse ab omnibus malis, dies suos negligendo transisse in quibus habuit spatium beneficiendi ut non incideret in talibus poenis. Expectat enim eum resurrectio magna ut tradatur peiori iudicio secundum quae ut gessit, ibi enim eum conturbant multitudo angelorum, qui super poenas sunt constituti, & quod taliter egerit & elemosynam non amauerit, ideo misericordia ei denegatur. Gehenna ardens eum expectat, quia pauperem & egenum non amauit, ventre eius perpetuus penetrat vermis, qui esurientem pauperem non saturauit. O quantum valet apud dominum misericordia quae in hoc seculo exhibetur. Sicut dominus noster Iesus Christus in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Fratres mei dilectissimi exhibete misericordiam dum lucem huius vitae habetis ne tenebrae mortis vos comprehendant. Elemosyna enim emundat peccata & ipsa interpellat pro nobis dominum, quia quod habemus relinquimus, & quod pauperibus dedimus ipsum integre possidemus. Dies enim domini festinus adueniet, & misericordes misericordiam consequentur a domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Math. 5.

Ioan. 12.

Roma. 12.

M.

Acto. 9.

Sapient. 5.

Ioan. 7.

Ioan. 10.

Math. 25.

Roma. 12.

Psal. 10.

E.

1. Cor. 4.

Roma. 7.

F.

2. Cor. 10.

auia

Gaia sua verberabatur, eo quod extra domum sine pedissequa recessisset, & totum ipsa puella patienter portabat. In tota autem pueritia sua nunquam cum puellis ludentibus se miscuit, sed frequenter in nocte adhuc in pueritia de lecto surgebat, & genibus flexis orationes quas a matre nomine Facundia didicerat, domino offerbar. Ab infantia autem cum ea crevit miseratio, & naturali affectione pauperes diligebat. Sape panem de mensa in sinu collocabat, & de paterna domo fugiens pauperibus tribuebat, hospites & infirmos visitabat, vicinas litigantes reprehendebat, pedes infirmorum saepe lauabat, & eis ut puella poterat seruebat. Cum autem parentes eius more secularium vestibus delicatis eam ornare voluissent, ipsa contristata respuebat. Et cum esset annorum tredecim, eam nobili patricio Carthaginensi tradiderunt. Quanto autem timore & honestate, quanta etiam summa pulchritudine dominus eam dotauerit, quanta etiam pudicitia eam dominus magnificauerit, certe in breui dici nullatenus posset. Matrimonium tamen optime conseruauit, filios in omni timore domini sufficienter erudiuit, totum immaculatum custodiuit, & maritum ferocissimum cum magno labore in fine lucrata est. Cum autem vixisset cum viro fere annis duodecim, respexit dominus humilitatem ancillae suae, & exaudiuit lachrymas eius, nam inspirauit dominus maritum ut deinceps uxorem pudicam & castam seruaret. O mirantes, quia cum esset ferocissimus, quanto affectu carnali ab ea diuisus est, tanto magis matrimonio spiritali & per dilectionem coniunctus est. Cum enim vir eius esset annorum septuaginta duorum, obiit in pace. Quatis autem salutaribus monitis & ieiuniis quantisque lachrymis & orationibus illam viduam sanctam, castam, sobriam & piam dominus dotauit, mirum est. Omnia tamen post mortem viri contempsit, omne regnum mundi & omnem ornatum eius respuit propter deum, in tantum ut non solum mater pauperum vocaretur, sed ancilla. Et quia dum vir eius vivebat, potestatem proprii corporis non habebat, ideo elemosinas non ita largiter tribuebat. Sed postea ita vixit, ut non solum elemosinas largiter tribueret, sed etiam cicatrices pauperum leniret. Propter quod ei dominus centuplum reddidit, dum crucem eius in corde eius infixit & passionem. Dum autem quadam die praesentata & visitata a te domine, beneficia tua quae tu in carne humano generi clemens exhibuisti, ancilla tua consideraret, tantam gratiam tantamque lachrymarum copiam torculari tuae crucis expressam in passione tua adiuuenit, quod vestigia eius per Ecclesiam lachrymae desuper pauimentum defluentes ostendebat. Et quanto plus ab effluencia lachrymarum hortabatur desistere, tanto plus fluuius lachrymarum oriebatur. Tanta autem gratia ancilla Christi ieiunando alios praecellebat quod diebus quibus ad cenam vocabatur, tanquam ad amarum medicinam accedebat. Erat autem ei timor castus in corde tanquam fascia pectoralis, qua cogitationes constringeret, in ore tanquam frenum quo linguam reprimere, in opere tanquam stimulus, ne pigritia torperet, in cunctis tanquam regula, ne modum excederet. Timor autem iste tanquam scopula purgabat cor viduae ab omni duplicitate, os a falsitate, opera ab omni vanitate. Nunquam verbum seculare ab ore eius recorder me audiuisset, sed in omnibus verbis suis & factus semper Christum primo nominabat. Tantum timor domini mentem eius occupauerat, quod non solum ab omni specie mali sibi cauebat, sed spiritu pietatis ad omne bonum prona erat. Satagebat mirabiliter

opera pietatis pro posse cordialiter implere super omnia infirmis seruire, sepulturam mortuis praeberere, orphanos custodire ut filios, viduas & maritatus consolari, quapropter multa de arcanis caelestibus domino reuelante percepit. Unde tanta ebrietate spiritus sancti saepe rapiebatur, quod in ea fere per totum diem quiescens, dum esset rex in accubitu sui cordis, neque vox neque sensus in ea audiebatur. Neque mirum quia illa pax quae exuperat omnem sensum, sepeliebat viduae sensus corporales tantum ut vix in ratione nostra & etiam vicina eam pungentes, excitare valerent. In die autem beati Cypriani dum hac Christi ancilla mereretur accipere sacramenta, dum esset in domo, fere a terra per cubitum eleuata fuit, clamando quae quietissima esse consueuerat dicens, Volemus ad caelum, volemus ad caelum fideles. Quam cum post interrogarem quid sibi acciderat, non respondebat, sed tanto gaudio replebatur quod omnes ad festum producebant cantantes cum Propheta, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum vitium. Dum etiam in die pentecostes esset refecta refectioe illius panis qui de caelo descendit, post sumptionem sacramenti tanta satietate repleta fuit, quod per diem & noctem absque corporali cibo perseuerauit. Cum apud estia Tyberina infirmaretur & sacramentum a nobis fideliter peteret, nec dolore stomachi vexata valeret retinere, visibiliter infansulus nocte media ad lectum dei famulae venit, eamque in pectore amplectens, anima illa sancta ad caelum volauit. Ergo die nona aegritudinis suae quinquagesimo sexto anno aetatis, tricesimo tertio anno aetatis meae, anima illa pia & religiosa carne soluta est die quarta Maii. Flebam & effundebam tibi domine preces pro illa famula tua, ut non intrares cum ea in iudicium. Gratulabar tamen testimonio eius, quia appellabat me piam, & commemorabat grandem deuotionis affectum, commemorans nunquam se audisse ex ore meo verbum durum aut contumeliosum sermonem. Illa famula tua domine continue satagebat virum suum lucrari tibi quem amabilem & reuerentem faciebat sibi. Expectabat enim ipsa misericordiam tuam super eum, ut in te credens castigaretur. Erat enim iracundus, sed illa famula tua non tantum facta, sed nec verbo viro tribulato respondebat, sed quieto rationem facti reddebat, quem tibi domine in extrema vita corporali lucrata est. Erat enim serua seruorum domine, & omnes qui eam videbant laudabant te domine, scientes & credentes praesentiam tuam esse in corde eius. Fuerat enim vnus viri vxor, & filios totiens parturiebat, quotiens a te domine deuolare cernebat. Imminente autem die quo ex hac vita erat exitura, nobis ignorantibus domine, ipsa & ego soli stabamus incubentes ad quadam fenestram, & terrena obliuiscens, loquebatur soli valde dulciter qualis esset sanctorum vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, & in habuamus ore cordis pariter in superna fluente fontis vita, vilescerebat; mundus iste inter verba cum delectationibus suis. Tunc ait illa, Fili vnus esset propter quod in hac vita aliquantulum morari cupiebam, ut te catholicum Christianum viderem priusquam morerer, & ecce cumulatius mihi deus praestitit, ut te contempta etiam felicitate terrena videam dei seruum. Quid iam ammodo hic faciam nescio. Quid sibi tunc responderim, non satis recolo, sed post dies quinque decubuit febribus, & subtracta a praesentibus, occurrimus, & post modicum red data est sensui, & intuens nos ait, Ponetis hic matrem vestram. Ego flebam, sed fletum finiebam, frater autem meus

A mens latus, quod non peregre commori, sed in patria cum viro sepeliri debebat. Quo audito, vultu turbato reuerberans cum oculis quod talia dixisset, ait, Ponite hic corpus meum, nihilque cura eius vos conturbet. Rogo tamen vos, ut ad altare domini memineritis mei ubi fueritis. Dominus autem illud resuscitabit ubicumque sepultum fuerit in nouissimo die.

Relatio Calixti de conversione, perseuerantia & quibusdam dictis sancti Augustini: II.

Magnus ille doctor & egregius Augustinus, qui vere fuit norma & speculum in natura, dum esset annorum XXX. maternis orationibus & Ambrosij praedicationibus mediantibus & fama Antonij audita, ab omni haeresi purgatus est, & apud Liguriam Italiae aduenientibus diebus paschalibus baptizatus est. Et tunc exultat Liguriensis Ecclesia, pia eius mater gaudet, Ambrosius deum laudat, Augustinus iam confitetur, & fideles omnes sibi tanquam cui fidelissimo de Babylonica seruitute redempto, vna voce omnes applaudunt. Protinus in fide catholica confirmatus, spem omnem quam habebat in seculo dereliquit, & Romanorum & Ligurienfium scholas, & cum Euodio & Alipio sociis, viro praeclearissimo solitario Simpliciano se commiserunt, ibique cum praedicto famosissimo viro apostolicam vitam tenere coeperunt, & simul cum multis erant habitantes in placito sancto. In diebus autem illis dum fama Augustini crebresceret apud omnes, congregatis fratribus ait, dum in hac valle miseriam sumus constituti, vtrum boni siue mali simus de nobis praesumendum non est, etiam quibuscumque virtutibus cognoscamus dei gratia nos esse ornatos. Nam si quis nostrum bene operatur, beatus tamen dicendus nec praedicandus est, cum similes simus nauibus omnibus bonis oneratis, de quibus tamen incertum est vtrum ad portum salutis perueniant. Nunquid Iudas in apostolatu optime incepit, & pessime finiuit? Nunquid etiam Paulus male incepit, & tamen vas electionis dignae vocatus est? Nolite obsecro laudare me, sed orate ut valeamus usque ad mortem perseuerare, quoniam finem nostrum deus attendit.

Ex Sigeberto in epistola ad Macedonium de ortu, conversione & vita sancti Augustini: III.

Tempore Theodosij senioris, Augustinus vir acutissimus nobilibus Carthaginensibus ortus natalibus, venit Romam, ibique scholas liberalium artium annis fere sex gloriose rexit. Denique Mediolanum venit, & dum esset annorum triginta, filiusque eius annorum octo, aduenientibus diebus paschalibus, meritis matris & praedicatione Ambrosij, mater eius regenerauit Augustinum cum filio Deodato & multis aliis fere XLII. Qui baptizatus Augustinus mox ad virum Simplicianum perrexit, cuius nomen celebrissimum apud fideles erat, qui etiam habebat mansuetum semotum & a gentibus separatum. Cum quo Augustinum fere per annum cum dimidio permanisse vidi & oculata fide probaui. Et quoniam erant in libertate quasi viuentes, licet probatissimi viri essent atque perfecti, tandem ex praeccepto tanti patris Simpliciani, Augustinus post inter eos instituit, ut vitam apostolicam omnes pariter tenerent, & nihil inter eos proprium diceretur. Completo vero anno, matre Augustini instigante ad propria reuertitur, & moritur mater Augustini apud ostia Tyberiana, filius autem apud Tomus decimus.

Carthaginem anno aetatis suae XXXIX. Cum autem esset Augustinus cum amicis in Africa, meditabatur in lege domini die ac nocte, scribens libros, & docebat indoctos. Hoc autem Valerius Hipponensis audiens praegaudio lachrymabatur, & statim eum ad se accersiri fecit, & hortum secretum & remotum a ciuitate Augustino donauit. Ibi que pius pater Augustinus cum ceteris amicis & fratribus in despecto habitu, & cum incredibili humilitate annis tribus mansit. Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset, duobus fere miliaribus a praedicto loco secessit, & ad montem quemdam altissimum abiit, ad quem per viam valde aridam & penosam adiri potest. Ibi que Augustinus habitationem ex lapidibus cunctis construxit, & sic homines fugiens habitabat. Ibi que composuit libros de medicina animae, & de vita monastica, de innocentia Ioannis Baptistae & Heliae. Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerunt, & ibi prope patrem Augustinum per iactum balistae in omni sanctitate habitabant. Erant autem fere CXXII. qui sub obedientia Augustini concorditer vivebant, omnia reputantes esse communia. Vinum nemo nouerat, nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius Episcopus sanctus ad eos visitandos venisset, cum autem appropinquaret festum Pentecostes, sanctus Episcopus Valerius misit pro Augustino & inuitum presbyterum ordinauit. Factus presbyter monasterium clericorum instituit in domo Episcopi, & infra annum ibidem vivere coepit secundum regulam apostolicam, ut haecenus fecerat. Hoc autem Valerius Episcopus fecit, quia ipse Graecus erat & indoctus, maxime in respondendo haereticis in eorum erroribus. Ideo Augustino Episcopo potestatem plenam dedit praedicandi quotiens necessarium fuisset. Nam multi iam haeretici surrexerant, contra quos dominus Augustinum instituit & ordinauit.

De obitu atque commendatione sancti Augustini: IIII.

Nono domini CCCXXXVII. Sixtus sedit annis octo & diebus XXX. eo tempore Valla rex Gothorum Vandalos odio infectans etiam in Africa eos persequi disposuit, sed morte praeventus obiit, eique in regnum Theodorici successit. Vandali Africae nauibus irruentes prouinciam vniuersam deuastant rapinis, caede, incendiis, nulli sexui parcetes, atati vel ordini. Sub hoc turbine tribulationis beatissimus Augustinus amarissimam & lugubrem praeceteris diebus suae senectutis iam penem extremam duxit vitam, videns tantam sauitiam ubique grassari, videns alios hostili nece extinctos, alios effugatos, Ecclesias sacerdotibus viduatas, ciuitates cum accolis dissipatas. Accreuit denique causa meroris eius quod sub ipsius tempore Hipponensem urbem, cui pontifex praerat Barbari obsederunt. Sed ecce tertio obsidionis mense febris incubuit, sibi que septem penitentiales psalmos scribi iussit, ipsos quoque quaterniones sacras in lecto circa parietem positos diebus infirmitatis suae intuebatur ac legebat, & vberim ac iugiter flebat. Et ne a quocumque impeditur eius intentio, ante formam decem dies migrationis suae, petiit ad se nullum ingredi, nisi his tantum horis quibus medici ad inspiciendum ingrediebantur vel eius refectio offerebatur. Obsidionis denique mense XIII. coram positus fratribus migravit ad dominum, anno aetatis suae LXXXVI. episcopus vero sui XL. Hispaniae lumen praesulgidum, propugnaculum veritatis,

**G** veritatis, errorum excidium, fidei tutamentum. Omnes Ecclesie doctores tam ingenio quam scientia vicit insuperabiliter, florens tam exemplis virtutum quam affluentia doctrinarum. Etenim tanta scripsit, ut non solum ab aliquo toto vite tempore scribi, sed nec quidem possint lectione percurrere. Obiit autem anno domini, quadringentesimo quadagesimo sexto. Præmissa habentur ex chronica Bedæ.

*De translatione corporis sancti Augustini de Sardinia ad Papiam. V.*

**A**nno Leonis quarto, Limbrandus Longobardorum rex audiens quod Saraceni depopulata Sardinia, illa etiam loca fœdassent, ubi ossa beati Augustini ob vastationem Barbarorum olim ab Hippona translata & recondita fuerant, legatos suos illic direxit, qui dato magno auro, preciosas illas reliquias secum detulerunt, & ad urbem Ianuensem regressi sunt, ubi præfatus rex occurrens cum gaudio corpus alimificum deuote adorauit & reuerenter accepit. Sanè rex & sui inde progressi cum preciosissimo illo thesauro veniunt ad quandam villam in Terdonensibus episcopatu sitam, & cum ibi corpus sanctissimum tollere voluissent, ita stetit immobile ut nulla vis humana posset illud mouere. Quod videns rex vouit quod si beatus confessor ex loco illo se tolli permitteret & traduci Papiam, villam cum omnibus appenditiis suis concederet sibi seruiantibus perpetuo possidendam. Voto facto atque firmato, corpus sanctissimum inastimabili facilitate suscitatur, & Ticinum vsque transuectum, clero & pariter populo concurrente honorifice ac gaudenter suscipitur, & in basilica beati Petri in qua præfatus rex cõstruens cœlum aureum dignissime collocatur. Facta est autem ista translatio anno domini DCCXXI. annis ab eiusdem confessoris transitu iam decursis. CCLXXV. Quod autem in prædicta Ecclesia corporis eius preciosus thesaurus sit reconditus, stupendo & euidenti miraculo elucescit. Siquidem in supradicta Ecclesia in qua iacet, puteus est qui aliquot annis in die festi eius superabundans, totam septem pereffluxit, in signum quia sicut aqua illa sordes diluit, sic sordes hereticorum ab Ecclesia effluens eius doctrina absterfit.

*Ex Antonio archiepiscopo Florentino de habitu & conuersatione sancti Augustini. V I.*

**M**orandum etiam quod beatus Augustinus habitu religioso in triplici suo statu indutus est. Nam primo post conuersionem suam & baptismum, dicit Ambrosius in sermone de baptismo & conuersione Augustini, Hunc scilicet Augustinum in Christo genui, & postquam baptizauit eum, indui cucullam nigram, & ipse ad differentiam monachorum se supercinxit zona pellicea pergens ad Simplicianum qui ei bonus apparebat seruus dei, & vere sic erat, ut scilicet de modo viuendi cum eo conferret. Et ipse Augustinus in quodam suo sermone sic ait, Duodecim fuimus fratres qui induimus cucullam nigram, calciamenta & zonam nigram desuper cinctam ad differentiam monachorum. Nomina autem istorum duodecim sunt, Augustinus ipse primus, secundus Nebrius, tertius Euodius, quartus Alipius, quintus Pontianus, sextus Adeodatus, septimus Simplicianus, octauus Faustinus Græcus, nonus Cordulius, decimus Valerius, undecimus Iustus, duodecimus Paulus. Remans igitur

ad Africam post mortem matris in ostiis Tyberinis, relictis propriis bonis & pauperibus erogando, monasterium in nemore apud Hipponem ciuitatem primum construxit, ubi cum amicis ieiuniis & orationibus vacans scribebat libros & docebat indoctos: & alios per memora eremi quasiuit religiosos siue eremitas, & eos secum in ipso monasterio collocauit. Et cum esset in itinere, reuertens ad Africam, visitauit eremitas qui erant in monte Pisano, aliquibus diebus cum eis moram trahens, & alios eremitas qui erant Centumcellis prope Romam.

*Oratio de passione domini nostri Iesu Christi quam sanctus Augustinus fertur edidisse, pro qua diligenti dicenda, Bonifacius octauus spirituales indulgentias dedisse narratur. VII.*

**D**ES qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, à ludæis improbari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, & sicut agnus innocens ad victimam duci, atque ad conspectus, Anna, Caipha, Pilati & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis & opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus spoliari, cruci claus affigi, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu domine per has sacratissimas pœnas tuas quas ego indignus recolo & per sanctam crucem ac mortem tuam libera me à pœnis inferni & perducere me digneris quod perduxisti latronem tecum crucifixum, Qui cum patre & spiritu sancto viuus & regnas deus per omnia secula seculorum, Amen.

*Sequentes duos sermones Erasmus loco suo mouerat eo quod inter Epistolas Augustini haberentur, quos quia diligenter que sitos inter Epistolas non inuenimus, uisum est eos qualescunque sunt iterum inserere, sunt enim digni qui uel omnibus eremiticis præferantur.*

*Ad fratres in eremo, de uita clericorum. Sermo LII.*

**R**opter quod uolui & rogauit hesternam die ut hodie frequentius conueniretis: hoc est quod dicturus sum. Vobiscum hic uiuimus: & propter vos uiuimus: & intentio uotique nostrum est ut apud Christum uobiscum sine fine uiuamus. Credo autem ante oculos uestrorum esse conuersionem nostram: ut & nos dicere fortassis audeamus: quanuis multum illi impares qui dixit. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Et ideo nolo ut aliquis de uobis inueniat male uiuendi occasionem. Prouidemus enim bona, ut ait idem Apostolus, non solum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra non polluit, sed polere debet in uobis. Tenete quod dixi atque distinguite. Duæ sunt res conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. Qui fidens conscientie suæ negligit famam suam, crudelis est: maxime in loco isto positus, de quo dicit Apostolus scribens ad discipulum suum. Circa omnes te ipsum bonorum operum præbe exemplum. Ut ergo vos non diu teneamus, præsertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis: notis omnes aut penè omnes sic nos uiuere in ea domo quæ dicitur domus episcopi, ut quantum possumus imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber

Actuum

**A** Actuum apostolorum, Nemo dicebat aliquid proprium sed erant illis omnia communia. Quia forte aliqui uestrum sunt non tam diligentes uitæ nostræ scrutatores: ut hic nouerint quomodo uolo uos nosse: dico quod frequenter dixi. Ego quem deo propitio uidetis episcopum uestrum, inuenis ueni ad istam ciuitatem ut multi uestrum mouerunt, & querebam ubi construerem monasterium & uiuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem seculi reliqueram, & quod esse potui, esse nolui: nec tamen quasiui esse quod sum. Elegi in domo dei mei abiectus esse magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ab eis qui diligunt seculum segregati me: sed eis qui præsumunt populis non me coarctari: nec in conuiuio domini mei superiorem locum elegi, sed inferiorem & abiectum, & placuit illi dicere mihi, Ascende sursum. Usque adeo autem timebam episcopatum ut quoniam coeperat esse alicuius iam momenti inter dei seruos fama mea, in quo loco sciebam non esse episcopum, non illud accederem. Cauebam hoc & agebam quantum poteram: ut in loco humili saluarer, non in alto periclitarer. Sed ut dixi, domino seruus contradicere non debet. Veni ad istam ciuitatem propter uidentium amicum quem putabam me lucrari posse deo, ut uobiscum esset in monasterio. Quasi securus perueni, quia locus habebat episcopum. Apprehensus & presbyter factus, per hunc gradum perueni ad episcopatum, Non attuli aliquid, nec ueni ad hanc Ecclesiam nisi cum his indumentis quibus illo tempore uisitebar. Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus: cognito instituto & uoluntate mea beate memorie senex Valerius dedit mihi hortum illum in quo nunc est monasterium. Cæpi boni propositi fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me: ut quomodo ego tenuem paupertatem meam uendidi & pauperibus erogati, sic facerent & illi qui mecum esse uoluissent, ut de communi uiueremus. Commune autem nobis erat magnum & uerrimum prædium ipse deus. Perueni ad episcopatum, & uidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque uenientibus siue transeuntibus. Quod si non fecissem, episcopus inhumanus diceret. Si autem consuetudo ista in monasterio permixta esset, indecens esset. Et ideo uolui habere in ista domo episcopi mecum monasterium clericorum. Ecce quomodo uiuimus. Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium, sed si forte aliquid habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. Bene autem sentio de fratribus meis, & semper bene credens ab hac inquisitione dissimulaui: quia & ista querere quasi male sentire mihi uidebatur. Noueram enim & noui omnes, qui mecum uiuerent, nosse propositum nostrum, nosse legem uitæ nostræ. Venit etiam ad nos presbyter Ianuarius, qui uidebatur sua honeste erogando quasi consumpsisse, sed non consumpsit. Remansit illi quedam pars pecunie, id est argentum, quod diceret esse filie sue. Filia ipsius, deo propitio, in monasterio feminarum & bonæ spei est. Gubernet illam dominus ut impleat quæ de ea iam speramus, in illius misericordia non eius meritis. Et quia infra annos erat, & de sua pecunia nihil facere poterat: quanuis ei fidemus fulgorem professionis, tamen lubricum timebamus ætatis: factum est ut ipsum argentum quasi puella seruetur: ut cum ad legitimos annos ueniret, & faceret inde quod uirginem Christi deceret, quando optime iam facere posset. Dum hæc expectantur, cœpit ille

Tomus decimus.

mortui propinquare, qui diu tanquam de suo, iurans quia ipse erat non filia, testamentum fecit. Testamentum, inquam, fecit presbyter, socius noster, nobiscum manens, de Ecclesia uiuens, communem uitam proficiens, testamentum fecit, hæredes instituit. O dolor illius societatis: si fructus natus non de arbore quam plantauit dominus: sed Ecclesiam scripsit hæredem. Nolo numerare ista: non amo amaritudinis fructum. Ego illum deo querebam, deo societatem professus erat, hanc teneret, hanc exhiberet, nihil haberet, testamentum non faceret: habeat aliquid, non se nostrum socium quasi dei pauperem fingeret. Magnus inde mihi dolor est fratres. Dico charitati uestræ propter hunc dolorem statui hæreditatem ipsam in Ecclesia non suscipere. Filiorum ipsius sit quod reliquit, ipsi inde faciant quod uoluerint. Videtur enim mihi quia si eam susceperem, in isto facto quod mihi displicet, & quo doleo, eius particeps ero. Hoc uolui non latere charitatem uestram. Filia ipsius in monasterio feminarum est: filius ipsius in monasterio uirorum est. Ambos exhæredauit: illam cum laude, istum cum elogio, id est cum uituperatione. Commendauit autem Ecclesie ut non accipiant ipsas particulas quæ pertinent ad exhæredatos, nisi cum ad legitimam ætatem peruenerint. Hoc eis reseruat Ecclesia. Deinde litem dimisit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit, meum est, notis quia hoc dicebat semper pater meus. Puer dicit, credatur patri meo, quia moriens mentiri non potuit. Et ista contentio quale malum est? Sed si pueri isti serui dei sunt: litem hanc inter illos cito finimus. Audio illos ut pater, & forte melius quam pater ipsorum. Videbo quid sit iure, sicut deus uoluerit, cum paucis fratribus fidelibus honoratis, deo propitio de numero uestro, id est de plebe ista. Audio inter illos causam: & sicut dominus donauit finio. Tamen rogo uos, nemo me reprehendat quia eius hæreditatem nolo quod suscipiat ecclesia. Primum quia factum illius detestor: deinde quia institutum meum multi laudant quod dicturus sum, sed & aliqui reprehendunt, utriusque satisfacere ualde difficile est. Audistis modo cum euangelium legeretur, Cecinimus uobis, & non Math. iii. saltasti: lamentauimus & non planxistis. Venit Ioannes non manducans neque bibens, & dicitur demonium habere: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitur peccatorum amicus. Quid ergo facio inter illos qui parant me reprehendere & dentes in me ducere, si suscepero hæreditates eorum qui filios suos irati exhæredant? Iterum quid sum facturus eis quibus canto & non uolunt saltare: qui dicunt, Ecce quare nemo donat Ecclesie Hipponensium aliquid, ecce quare non eam faciunt qui moriuntur hæredem: quia episcopus Augustinus de bonitate sua (laudando enim mordent, labiis mulcent, dentem figunt) donat totum, non suscipit. Plane suscipio, profiteor me suscipere oblationes sanctas. Si quis autem irascitur filio suo & moriens exhæredat eum: si uiueret non eum placarem? non ei filium suum reconciliari deberem? Quomodo ergo cum filio suo uolo ut habeat pacem: cuius appeto hæreditatem? Sed plane, si faciat quod sæpe hortatus sum: unum filium habet, putet Christum alterum: duos habet putet Christum tertium: decem habet Christum undecimum faciat & suscipio. Quia ergo feci hoc in quibusdam rebus: iam uolunt bonitatem meam uel commendationem famæ meæ in aliud uertere: ut in alio modo me reprehendat, quia oblationes deuorum hominum nolo suscipere.

R ij Considerent



**G** Considerent quam multa susceperim, quid opus est ea numerare? Ecce vnum dico, Filij, Iuniani hereditatem suscepi. Quare? Quia sine filiis defunctus est. Bonifacij hereditatem suscipere nolui, non misericordia, sed timore. Nauiculam nolui esse Ecclesiam Christi. Multi sunt quidem qui etiam de nauibus acquirunt: tamen vna tentatio si esset, iret nauis, & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, & de submersione nauis secundum consuetudinem quaereretur: & torquebantur à iudice qui essent de fluctibus liberati, sed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret Ecclesiam. Onus ergo fiscale persolueret. Sed vnde persolueret? Entecham nobis habere non licet. Non enim est Episcopi seruare aurum, & reuocare à se mendicantis manum. Quotidie iam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi nos inopes interpellant, vt plures tristes relinquamus, quia quid possumus dare omnibus non habemus. Non habemus ergo Entecham, propter naufragium ergo hoc vitando feci, non donando. Nemo ibi me laudet, sed nemo etiam vituperet. Plane quando donati filio, quia iratus pater moriens abstulit, bene feci. Laudent qui volunt, peccant qui laudare nolunt. Quid plura fratres mei? Quicumque vult exheredato filio heredem facere Ecclesiam, querat alterum qui suscipiat, non Augustinum, immo deo propitio nullum inueniet. Quam laudabile factum sancti & venerandi episcopi Aurelij Carthaginensis, quomodo impleuit eos omnes, qui sciunt, laudibus dei. Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes retento sibi usufructu donauit Ecclesie. Nati sunt filij sibi postea, & reddidit Episcopus, nec etiam opinanti illi quæ donauerat. In potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Sanè etiam hoc nouerit charitas vestra dixisse me fratribus meis, qui mecum manent, vt quicumque habet aliquid, aut vendat & erogat, aut donet & commune illud faciat: Ecclesiam habet, per quam deus nos pacit. Ego dei dilationem vsque ad Epiphaniam, propter eos qui vel cum fratribus suis non diuiserunt, & dimiserunt quod habent apud fratres suos, vel nondum de re sua aliquid fecerunt, quia expectabatur ætas legitima. Faciant inde quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum simul expectantes misericordiam dei. Si autem nolunt, qui forte nolunt: certe ego sum qui statueram, sicut nolis nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere: aut si vellet discedere à proposito, rectè illi tollerem clericatum, quia desereret sanctæ societatis promissum cœptumque confortium. Ecce in conspectu dei & vestro, muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit deus & Ecclesia sua, maneat vbi vult & vbi possunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere à proposito, sed peius est simulare propositum. Ecce dico audite: Qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Actibus apostolorum, deserit, à voto suo cadit, & à professione sancta cadit. Obseruet iudicè scilicet deum, non me: Ego ei non aufero clericatum. Quantum sit periculum, ante oculos eius posui, faciat quod vult. Notum enim quod si aliquem hoc facientem degradare voluerim, non ei deerunt patroni, non ei deerunt suffragatores: & hic & apud Episcopos qui dicant, Quid enim mali fecit? Non potest tecum tolerare istam vitam. Extra episcopatum vult manere, & de proprio viuere, ideo non debet perdere clericatum. Ego scio quantum mali

fit profiteri sanctum aliquid nec implere: Vouete, inquit, & reddite domino deo vestro. Et melius est non uere quam uere & non reddere. Virgo & si nunquam fuit in monasterio & virgo sacrata est, illi nubere non licet, quantum esse in monasterio non compellitur. Si autem cepit esse in monasterio & deseruit, & tamen virgo est, dimidia ruit. Sic & clericus duas res professus est, & sanctitatem & clericatum. Interius sanctitatem: nam clericatum propter populum suum deus imposuit carnibus ipsius, cui magis onus est quam honor. Sed quis sapiens & intelligit hæc? Ergo professus est sanctitatem, professus est communiter viuendi societatem: & professus est quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito cecidit, & extra manens clericus fuerit, dimidius & ipse cecidit. Quid ad me, non eum iudico. Si foras seruat sanctitatem, dimidius cecidit. Si vero intus habuerit simulationem, totus cecidit. Nolo quod habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum, nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere, sed habet deum qui mecum manere vult. Si paratus est pasci à deo per Ecclesiam ipsius, non habere debet aliquid proprium, sed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem, & videat vtrum habere possit sollicitatis aternitatem. Sufficiant hæc interim charitati vestræ. Quod egero cum fratribus meis, annuntiabo vobis. Spero enim bona. Omnes mihi libenter obediunt, nec inuenturus sum aliquos habere aliquid, nisi aliqua necessitate religionis, non cupiditatis occasione. Quid ergo egero post Epiphaniam, charitati vestræ in domini voluntate, & quomodo litem finiero inter duos fratres, filios presbyteri Ianuarij, non vobis tacebo. Multa locutus sum, Date veniam loquaci senectuti, sed timida infirmitati. Ego sicut videtis per ætatem iam senui, & per infirmitatem corporis olim senex fui. Tamen si deo placet quod dixi, modo ipse det vires, non vos desero. Orate pro me, vt quantum inest anima in hoc corpore, & qualescunque vires suppetunt, in verbo dei seruiam vobis, Amen.

Ad fratres in Ermo, De communi vita clericorum.

Sermo LIII.

**C**HARITATI vestræ hodie de nobis ipsi sermo reddendus est: Quia enim, vt ait Apostolus, spectaculum facti sumus mundo & angelis & hominibus: qui nos amant, querunt quod laudent in nobis: qui autem nos oderunt, detrahunt nobis. Nos autem in vtroque medio constituti adiuuante domino deo nostro, & vitam & famam nostram sic custodire debemus, vt non erubescant de detractoribus laudatores. Quomodo autem viuere velimus, quomodo deo propitio iam viuamus, quantum de scriptura sancta multa noueritis, tamen ad commemorandos vos, ipsa de libro Actuum apostolorum vobis lectio recitabitur, vt videatis vbi descripta sit forma quam desideramus implere. Dum ergo recitatur, vos intentissimos esse volo, vt post eius recitationem, quod institui loquar domino donante intentioni vestræ. Et Lazarus diaconus legit: Cum orassent motus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur verbum dei cum fiducia omni volenti credere, Multitudinis autem credentium erat anima vna & cor vnum, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu

K  
Pgl. 77  
Ecclesia  
fics. 5.

Deute. 32.

Psal. 132.

12. quæst. 12  
Certe.

L

1. Corin. 4.

M

Acto. 4.

Iesu

**A** Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim egens quisquam erat inter illos. Quotquot enim possessores prædiorum vel domorum erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Cùmque Lazarus diaconus recitasset, & episcopo codicem tradidisset: Augustinus episcopus dixit, Etiam ego legere volo. Plus enim me delectat huius verbi esse lectorem, quam verbi mei disputatorem. Cum orassent motus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur verbum dei cum fiducia omni volenti credere. Multitudinis autem credentium erat anima vna, & cor vnum, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim egens quisquam erat inter illos. Quotquot enim possessores prædiorum vel domorum erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout unicuique opus erat. Cùmque Episcopus legisset, dixit, Audistis quæ iam velimus, orate vt possimus. Contigit autem quædam necessitas, vt hæc diligentius agerem, quoniam, sicut nostis, iam presbyter in nostra societate constitutus, quali societati perhibet testimonium lectio quam modo cum recitarem audistis, moriens testamentum fecit, quia habuit vnde faceret. Erat quod diceret suum cum in ea societate viueret, vbi nemini licebat suum aliquid dicere, sed essent illis omnia communia. Si quis dilector & laudator noster apud detractorem nostrum prædicaret istam societatem, & diceret, cum episcopo Augustino sic viuunt, omnes cohabitatores eius quomodo scriptum est in Actibus apostolorum: continuo ille detractor caput mouens, dentem promouens, diceret, Ita verè sic ibi viuunt, quomodo tu dicis. Quare mentiris? Quare falsa laude honoras indignos? Nonne ibi modo in eorum societate positus presbyter testamentum fecit, & quod habuit quomodo voluit disposuit, & reliquit? Certe omnia ibi sunt communia, certe nemo dicit aliquid suum. Sub his verbis quid ageret laudator meus? Nonne os eius quasi plumbo optilaret ille detractor? Nonne ille laudasse pœniteret?

**C** Nonne reuerentia perfusus, & illius sermone confusus vel nobis vel testatori illi malediceret? Hæc fuit necessitas, vt ad istam diligentiam veniremus. Nuncio ergo vobis vnde gaudeatis, quia omnes fratres & clericos meos qui mecum habitant, presbyteros, diaconos, subdiaconos, & Patricium nepotem meum, tales inueni quales desideravi. Sed sunt qui de sua qualicumque paupertate, quod statuerant, nondum fecerunt. Hi duo sunt Valens diaconus, & paulo antedictus nepos meus subdiaconus, & matris vita impediabat quæ inde viuebat. Expectabatur in illo etiam legitima ætatis accessus, vt quod faceret, firmissimè faceret: nondum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes, & sub diuiso possident. Si autem diuisi fuerint, eos cupit Ecclesia conferre, vt inde alantur qui sunt in proposito sanctitatis quousque in hac vita degunt. Scriptum est enim, & hoc Apostolus loquitur, Qui autem suis & maxime domesticis non prouidet, fidem denegat, & est infideli deterior. Hæc autem mancipia sunt ei similiter cum fratre communia, & nondum diuisa. Disponit ea manumittere, sed non potest antequam diuidantur.

Tomus decimus.

Quid enim ad se pertinet, adhuc ignorat. Ad ipsum sanè, quia maior est, pertinet diuisio, & ad fratrem eius electio. Et ipse frater eius deo seruit, & subdiaconus est sub sancto fratre meo, & cœpiscopo Senero in Ecclesia Mileuitana. Hoc agitur, hoc sine dilatione peragendum est, vt illi serui diuidantur & manumittantur, & sic det Ecclesie vt eorum excipiat alimentum. Nepos autem meus ex quo conuersus est, & mecum esse cepit, impediabatur & ipse aliquid de agellis suis agere inuita usufructuaria matre sua, quæ hoc anno defuncta est. Inter ipsum & sororem eius sunt quedam cause in Christi adiutorio cito finiendæ, vt & ipse faciat quod dei seruum decet, & quod ista professio, & ista exigit lectio. Diaconus Faustinus, sicut penè omnes nostis, hic de militia seculi ad monasterium conuersus est, hic baptizatus inde diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est quod videtur possidere, sicut iuris periti loquuntur, iure non corpore reliquerat illud, & ab eius fratribus tenebatur. Nunquam inde cogitavit ex quo conuersus est, nec ipse aliquid quaesuit à fratribus suis, nec ab illo aliquid quaesitum. Modo quia ventum est ad hunc articulum temporis, cum consilio meo diuisi ipsam rem, & dimidiam donauit fratribus suis, & dimidiam Ecclesie pauperi in loco eodem constituta. Diaconus Senerus sub qua dei disciplina & flagello sit, nostis, lumen tamen non perdidit mentis. Vnam domum hic emerat propter matrem & sororem suam, quas de sua patria hic desiderabat adducere. Emerat autem non de sua pecunia, quam non habebat, sed ex collatione religionum virorum, quorum etiam mihi quaerenti nomina indicauit. De ipsa non possum dicere quid fecerit, aut quid disponet, nisi quia ipse totum in mea posuit voluntate: vt quicquid ipse vellem, hoc inde fieret. Sed habet quasdam causas cum matre sua, quarum me iudicem posuit, vt cum illa fuerint terminata, fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid autem velle potero deo regente, nisi quod iustitia iubet, & pietas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos agellos quos disponit sic distribuere, vt etiam illic, in ipso loco posita pauperi largiatur Ecclesie. Diaconus Hipponensis homo pauper est, quid alicui conferat, non habet: tamen de laboribus suis antequam esset clericus emerat aliquos seruos, hodie illos in conspectu nostro manumissurus est episcopalis gestis. Diaconus Eraclius ante vestros oculos versatur, & opera eius lucent coram oculis vestris. De opere eius & expensa pecunia memoriam sancti martyris habemus. De pecunia sua emit etiam possessionem ex consilio meo: nam ipsam pecuniam voluit per manus meas erogare, sicut mihi placeret. Ego si pecuniam audis essem, aut necessitates ipsas meas quas pro pauperibus habeo, in hac causa curarem, pecuniam acciperem. Quare dicit aliquis: Possessio illa quæ ab illo emptæ & Ecclesie donata est, adhuc nihil præstat Ecclesie. Minus habebat ad precium, & quia mutuatus fuerat, hodie eius fructibus redditur. Homo sum senex, quantum mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nunquid promitto mihi tot annos esse victurum, donec suum precium illa persoluat. Quod ergo vix diu partibus reddit, de proximo habere totum, si accipere voluissim. Non feci, aliud attendi. Fateor enim vobis & ipsi, suspecta mihi adhuc eius ætas fuit, & verebar ne forte vt sunt homines matris eius hoc displiceret, & diceret inductum à me fuisse adolescentem, vt bona eius paterna consumerem, & eum egentem relinquerem. Ideo volui eius pecuniam in illa possessione seruare: vt si

R iij aliquid,

12. quæst. 1.  
Nolo vt.

H  
17. quæst. 4.  
Quicumque.

12. quæst. 2.  
Certe.

Actuum. 2.  
& 4.

Contra Ma  
ximū, cap. 17.

**G** aliquid, quod deus auertat, aliter quam volumus euenisset, redderetur villa, ne culparetur Episcopi fama. Scio enim quantum vobis sit necessaria fama mea, nam mihi sufficit conscientia mea. Emit etiam spacium ab ista postea Ecclesia notum vobis, & sua pecunia edificauit domum. Et hoc nostis. Ante paucos dies priusquam sermonem de hac re haberem vobiscum, eam donauit Ecclesiae. Expectauit enim ut eam perficeret, & perfectam donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat, nisi quia cogitauit matrem suam huc esse venturam. Si autem venisset, in re filij sui habitaret: modo si venerit, in opere filij sui habitabit. Testimonium ei perhibeo, pauper remansit, sed in charitatis possessione permansit. Aliqui seruuli eius reliqui fuerant, iam quidem in monasterio viuentes, quos tamen gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat, diues est: nemo existimet, nemo male loquatur, nemo seipsum & animam suam suis dentibus laniet. Pecuniam nullam habet seruatum, vti nam quam debet restituat. Caeteri, id est, subdiacones pauperes sunt deo propitio, & misericordiam dei expectant. Vnde ipsi faciunt, non habent, & nullas habentes facultates finierunt mundi cupiditates. Viuunt nobiscum in societate communi, & nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerunt. Charitatis vnitas prapropenda est terrenae commodo hereditatis. Restant presbyteri. Sic enim ad eos gradatim ascendere volui. Cito dixerim, pauperes dei sunt. Nihil ad domum societatis nostrae attulerunt, nisi ipsam, qua nihil charius est, charitatem. Veruntamen quoniam scio natos fuisse rumores de diuitiis ipsorum, non a me ad aliquid compellendi, sed vobiscum meo sermone purgandi sunt. Vobis dico qui forte nescitis: nam vestrum plurimi sciunt presbyterum Leporium, quauis seculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum, tamen iam deo seruientem, cunctis quae habebat relictis, in opem suscepit. Non quia nihil habuit, sed quia iam fecerat quod lectio ista persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus vbi fecit. Vnitas Christi & Ecclesiae, vna est. Vbiunque fecit bonum opus, & pertinet ad nos ut sibi congaudeamus. Hortus est vnus vbi nostis, ibi monasterium suis constituit, quia & ipsi deo seruiunt. Ille hortus ad Ecclesiam non pertinet, nec ad ipsum. Et ad quem dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed verum est, quod vsq; ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, ut sumptuosos quibus sustentantur apud se haberet, & eis ipse vt videbatur impenderet. Sed ne propter hoc daretur locus hominibus, suspitiones suas rodentibus, & ventrem non implentibus, hoc placuit & mihi & ipsi, vt sic se illi transigant, quasi iste iam de seculo exierit. Nunquid enim cu obierit ipse, illis dispensaturus est aliquid? Melius est vt videat illos ibi bene conuersantes, & regente deo in disciplina Christi sic viuentes, vt de illis tantummodo gaudeat, non eorum necessitatibus occupetur. Pecuniam non habet quam suam dicere possit. Habebat xenodochium edificandum, quod modo videtis edificatum. Ego illi iniunxi, ego iussi. Obtemperauit mihi libentissimè, & sicut videtis operatus est: quomodo etiam meo iussu basilicam ad octo martyres fabricauit, de his quae per vos deus donauit. Cepit enim de pecunia quae data erat Ecclesiae propter xenodochium, & cum coepisset edificare, vt sunt religiosi desiderantes opera sua in caelo scribi, adiuerunt prout quisque voluit & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo quid factum sit, videt de pecunia, quia non

habebat, mihi credant, dentem comescant, non frangant. Emerat de ipsa pecunia xenodochij quandam domum in Cararia, quam sibi existimabat propter lapides profuturam, sed lapides eius domus, fabricae necessarii non fuerunt, quoniam aliunde prouisi sunt. Dominus ergo ipsa sic remansit, pensionem praestat, sed Ecclesiae non presbytero. Nemo amplius dicat: In domum presbyteri, ante domum presbyteri, ad domum presbyteri. Ecce vbi est domus presbyteri, vbi est domus mea, ibi est domus presbyteri, alibi non habet domum, nisi vbiunque habet deum. Quid amplius queritis, nisi quia me illud meminim etiam promississe, vt ad vos perferrem quid egissem inter duos, fratrem videlicet & sororem, filios lanuarij presbyteri, quia orta inter illos fuerat controuersia pecuniaria. Sed tamen quia sicut inter fratres saluandos propitia charitate promiseram audire, vt inter illos quicquid esset iudicandum finire, paraueram me iudicem: sed antequam iudicarem, ipsi quod iudicaturus eram finierunt. Non inueni vnde iudicarem, sed vnde letarer. Acquieuerunt omnino concorditer voluntati meae & consilio meo, vt pares essent in pecunia quam reliquit pater eorum Ecclesia renunciante. Post sermonem meum locuturi sunt homines, sed & quodlibet homines loquantur, qualicunque aura flante, perducetur inde aliquid ad aures meas. Et si fuerit tale vt sit iterum necesse vos purgare, respondebo detractoribus, respondebo maledicis, respondebo incredulis, non vobis credentibus presbyteris suis: respondebo vt potero quod dominus dederit, interim modo non est necesse, quia nihil forte dicturi sunt. Qui nos amant, liberè gaudebunt: qui nos oderunt, tacite dolebunt. Tamen linguas exercuerint, audient deo propitio vobiscum responsionem meam, non litem meam. Non enim hominem nominaturus sum & dicturus, ille hoc dixit, iste sic detraxit: cum fortasse etiam ad me falsa, quia & hoc potest fieri, perferantur. Veruntamen quaecunque perlata fuerint, si oportune videbitur, loquar inde charitati vestrae. Ante oculos vestros volo sit vita vestra. Scio, quia querentes licentiam malefaciendi, quarunt sibi exempla male viuientium & multos infamant, vt socios inuenisse videantur. Ideo quod nostrum est, fecimus: plus quid faciamus, non habemus. Ante oculos vestros sumus. Nullius aliquid desideramus, nisi bona opera vestra. Et vos exhortor fratres mei, si aliquid vultis clericis dare, sciatis quia non debetis quasi vitia eorum fouere contra me. Omnes offerre quod vultis, offerre de voluntate vestra. Quod commune erit, distribuatur vnicuique sicut cuique optus erit. Gazophylacium attendite, & omnes bene habebimus, valde me delectat, si ipsum fuerit praesepe nostrum, vt nos simus iumenta dei, vos ager dei. Nemo det byrrum vel lineam tunicam seu aliquid nisi in commune, de communi accipiam mihi ipsi, cum sciam commune me habere velle quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar. Offeratur mihi: Verbi gratia, byrrum precium forte decet episcopum, quauis non deceat Augustinum, id est hominem pauperem, de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines, quia inueni preciosas vestes, quas non potuissem habere vel in domo patris mei vel in illa seculari professione mea. Non decet. Talem debeo habere qualem possum, si non habuerit fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter, qualem potest habere decenter diaconus & subdiaconus: talem volo accipere, quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit, vendo,

Ad num. 2.  
& 4.

**A** vendo, quod & facere soleo: vt quando non potest vestis esse communis, precium vestis sit commune. Vendo, & erogo pauperibus. Si hoc eum delectat, vt ego habeam talem, det vnde non erubescat. Fateor enim vobis de preciosa veste erubescere, quia non decet hanc professionem, hanc admonitionem, hanc mebra, hos casus. Etiam illud dico: Si forte in nostra societate eger est aliquis, vel post egritudinem vt necesse sit ei ante horam praedij reficere, non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod eis videtur vt mittant. Prandium tamen & cenam extra nemo habebit: Ecce dico, audistis: Qui habere voluerit proprium & de proprio viuere, & contra ista praeccepta nostra facere: parum est, vt dicam, non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram enim & scio me dixisse, quod si nollem suscipere socialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum, sed seorsum maneret & seorsum viuerent, quomodo nosset deo viuerent. Et tamen ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere cacos vel claudos, quam plangere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo quicunque voluisset extra manere & de suo viuere, non tollerem ei clericatum: ita modo, quia placuit illis deo propitio socialis haec vita, quisquis cum hypocritis vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto vt inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille consilia, nauiget contra me quod voluerit: sit certe vbi potuerit, adiuuabit me deus, vt vbi ego episcopus sum, illic clericus esse non possit. Audistis, audierunt. Sed spero in deum nostrum & misericordiam eius, quia sicut dispositionem meam istam hilariter acceperunt, sic eam pureque fideliter seruabunt. Dixi aliquid suum non habere presbyteros cohabitatores meos, inter quos est & presbyter Barnabas. Sed de illo audiui quaedam fuisse iactata ante omnia quod emit villam a dilecto & honorabili filio meo Eleusino. Hoc falsum est: Monasterio donauit ille, non vendidit. Ego sum testis. Quid amplius queratis ignoro. Ego sum testis, donauit ille, non vendidit. Sed dum non creditur donare potuisse, creditus est vendidisse. Beatus homo qui tam bonum opus fecit vt non crederetur. Tamen vel modo credite, & detractores audire libenter desinite. Iam dixi, ego sum testis. Dicitur est de illo quod anno praepositurae suae per industriam debita fecerit, vt dum ego volo reddi debita, darem illi licentiam poscendi fundum. Victorianensem: tanquam dixisset mihi, vt reddam debita mea, da mihi in decem annos fundum Victorianensem. Et hoc falsum est. Si fuit rumor vnde nasceretur, fecit debita reddenda, a nobis reddita sunt partim vnde potuerunt. Remansit aliquid quod non debebatur, etiam monasterio illi quod per ipsum deus instituit. Cum ergo remansisset, coepimus querere vnde debitum redderemus. Ad conductionem ipsius fundi nullus accessit, nisi quadraginta solidos offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare, vt celerius debitum redderetur, & commisi fidei eius, vt de ipsa conductione lucra non requirerent fratres: sed quicquid daret fundus, de ipsis fructibus imputaret ad debitum. Fide agitur. Paratus est presbyter vt alium constituum, qui de fructibus fratrum reddat. Ex numero vestro sit aliquis, cui haec committam: ex numero ipsorum, qui ad nos talia pertulerunt. Sunt enim in vobis homines religiosi, qui eum rumorem falso reprehensum esse doluerunt, & tamen crediderunt factum. Ex ipsis ergo aliquis veniat ad nos, suscipiat possessionem, omnes fructus precij suis fideliter Tomus decimus.

vendat, vt reddi possit facilius quod debetur, & hodie recedat inde cura presbyteri. Locus etiam ipse vbi monasterium constitutum est a memorato filio meo honorabili Eleusino, ipsi presbytero Barnaba donatus est antequam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia nomine ipsius donatus erat locus, mutauit instrumenta vt nomine monasterij videatur. De fundo Victorianensi, ego rogo, ego hortor, ego peto, vt si quis religiosus est, fide agat, & exhibeat Ecclesiae istam operam, vt cito debitum reddam. Quod si nemo de laicis fuerit inuentus, ego propono alium, iste illuc non accedet. Quid vultis amplius? Nemo laceret feruos dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis dei quidem merces falsis detractionibus crefcit, sed crefcit poena etiam detrahentibus. Non sine causa dictum est: Gaude te & exultate quando detrahunt de vobis, dicentes falsa, quia merces vestra magna est in caelis. Nolumus cum detrimento vestro magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus, & tamen vobiscum ibi regnemus, Amen.

Math. 5.

† Decem & septem sermones sequentes, nunquam ante hac impressos, dedit nobis Carthusia ad muros Parisienses, vetusto exemplari, quos Augustini esse, hoc nobis persuasit, quod inter alios qui sine controuersia Augustini sunt, descripti essent, & non parum phrasim eius redoleant.

IN EPIPHANIA SERMO  
Augustini, in quo docet stellam  
biennij apparuisse, & de multiplici  
interpretatione biennij:



**S**ICVT dies hodiernus antiuersario reditu commonet nos, quod dominum nostrum Iesum adorauerunt magi, tanquam primitiae gentium: ita huic solennitati de isto tanto mysterio nostro etiam sermo debetur. Vnde vestram commoneo charitatem, recentem diem pristinum recolite, quo dominus natus est. Et huic hodiernum adiungite, quo a Magis adoratus est. nec eis stella loqui potuit cuius esset, vel cuius excellentiam praesignaret. Nouum tamen & singulare syderis effulsit, atque illos etiam qui solent sydera diligenter intueri nouo miraculo exterruit. Nunquam enim tali stella quisquam est significatus, quia nunquam talis est natus. Veruntamen quis esset, vbi esset, quorum rex esset, syderis illud, & si tacebat, lucebat. Sed quarentia deus & pulsantia corda non fraudans, alio modo sine dubio penetribus reuelauit, quod stella indicare non potuit. Quem modum quidem scriptura non dicit, sed intelligendum prudentibus dereliquit, atque in ipsa narratione, vnde hoc intelligere possumus, ostendit. Quum enim Bethleem ciuitas secundum scripturas a Iudaeis commemorata esset, vbi Christum nasci oporteret, quia domus latebat vbi dei verbum infans iacebat, eadem stella magos perduxit ad domum, sub cuius tecto erat qui fecerat mundum: & quem nunciauerat caelum, hucusque patuit praecedentis syderis fulgor. Sed vt illi ad Herodem regem Iudaeorum non reuerterentur, qui se velle dixerat adorare quem cupiebat occidere, per somnium leguntur admoniti. Ita quod eloqui stella non potuit, alia deus reuelatione monstrauit. Sic intelligendum est, non per solam stellam, quauis oculis suis insolita & inexpectata luce fulgentem, magos in Oriente po-

R. iij. mille

G tuisse cognoscere quisnam esset significatione tanti syderis dignus, cuius testis ille fulgor existeret, quem clarum tanta claritas nunciaret, ubi quaeretur, quod eundem esset ut inuentus adoraretur. Sed alia nimirum reuelatione indicatum est diuinitus, quod luce syderis tacite signabatur. Et cum magna admiratione quaerentibus quid sibi vellet, & quod pertineret quod nouum apparebat in caelo, non utique loquere ipso sydere, sed aliter intimatum est quis descendisset de caelo, & diuinitate praesidens caelo, iaceret in carne sub caelo. Tunc quippe intelligitur indicatum cuius esset stella quae iam diu videbatur, quando natus est qui per illam significabatur. Nam ferme biennio visa est mirantibus quid esset. Sed posteaquam Christo nato reuelatum est Magis, iam non syderis esse mirandum, sed eum qui sydere praenunciatus fuerat adorandum, regemque esse Iudaeorum, ab Oriente venerunt, & hodierno die adorauerunt, quem ante paucos dies natum esse, atque illam stellam, quae sibi per biennium apparuerat, eius fuisse didicerunt. Hic dicit aliquis illam stellam biennio apparuisse, unde monstratur Evangelij verba recolamus. Herodes nempe rex Iudaeorum quum a Magis fuisset illosus, quod in somnis moniti ad eum redire noluerunt, ne indicaretur ubi Christus fuisset inuentus, a bimatu & infra occidit infantes. Hoc autem qua causa fecerit, hoc est, quare a bimatu & infra occidi paruulos iusserit, Euangelista non tacens, secundum tempus, inquit, quod exquisierat a magis. Ecce unde ostenditur non tunc primum apparuisse stellam quando natus est Christus, hoc est, ante paucissimos dies, sed biennij tempore praenuntiatione fulsisse sydere, quae tunc est cognita cuius esset, quando missi sunt adorare in terra quem in caelo iam viderant praesignatum. Si quis autem quaerit, quare biennium praenuntians Christum stella claruerit, possunt videri duobus annis duo significata praepcepta: Vnum dilectionis dei, Alterum proximitatis quibus duobus praepceptis tota lex pendet & propheta. Sic enim quod infinite videbatur per multa mandata diffusum, ista est breuitate conclusum. Ut hinc intelligatur dixisse Propheta, Verbum enim consummans & breuians faciet dominus super terram, Ipse igitur duobus praepceptis consummauit verbum, cuius duobus annis stella pronunciauit aduentum. Possunt in his duobus annis etiam duo intelligi testamenta: Vetus & nouum. Non enim alius author est legis qua tremur, & alius gratia qua iuuamur: quum ipse dixerit, si crederetis Moysi, crederetis & mihi de me enim ille scripsit. Et ipse sit sapientia dei, de qua dictum est, Legem autem & misericordiam in lingua portat. Sed quoniam per duos annos duo tempora significata potius accipi possunt, etiam duos Christi possumus intelligere aduetus. Vnum humilitatis alterum claritatis: Et duas nostras gentes. Quia ille per quem facta sunt omnia, utique author ambarum est, Vnam qua in carne nascimur, aliam qua in fide renascimur. Exultemus ergo, & iocundemur in eo quem panni inuoluerant, & angeli nunciabant: qui in praesepe iacebat, & inter astra fulgebat. Quem regem sempiternum, gentibus adorandum, non diadematis gemma, sed caeli stella monstrabat. Qui vbera sugebat, & lactentes martyres faciebat. Agnoscamus lapidem angularem, in quo duo parietes de diuerso venientes, vnus ex circumcisione Iudaeorum, alter ex praepitio nationum fidei osculo copulantur. Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraque vnum. Ipse veniens sicut audistis Apostolum, Euangelizauit pacem his qui longe, & pacem his qui propere. Propere

erant pastores, longereant magi. Vtrique agnouerunt, K utrique venerunt & secundum Esaiam prophetam, utri-  
que in praesepe cibaria sua tanquam bos, & asinus inue-  
nerunt. Hos enim populos, ex Iudaeis & gentibus, Chri-  
stus glorificatus assumpsit. Quorum primitias natus ac-  
cepit. Ad nos ergo maxime huius diei pertinet gratula-  
tio, qui ex gentibus venimus. Protulerunt magi, quan-  
do Christum adorauerunt, aurum, thus, & myrrham. Au-  
rum, quia regem viderunt; thus, quia deum intellex-  
erunt. Cognouerunt & carnem pasturam, nam & myr-  
rham protulerunt ad sepulturam. Haec illi secundum con-  
siderationem suam. A nobis autem aurum accipit, si  
elemosynas faciamus: thus, si orationes fundamus: myrrham, si pro illo moriamur. Proinde quia Epiphania  
manifestationem verbo Graeco indicat Latens quippe  
Magis domini infantia cupientibus adorare, mani-  
festatur indice stella nos viam fulgentis Euangelij se-  
quamur, & sancte adoremus cui manifesti sumus, ut  
quando deus manifeste veniet, nec infans erit, quia non  
silebit, in dextera eius apparere mereamur.

*Dominica infra octauas Epiphaniae, De Christi pa-  
rentibus: in quo exemplo virginis Mariae ad  
humilitatem foeminas monet, & pueros  
ad parentum obsequium.  
Sermo II.*

**V**VM esset duodecim annorum dominus Iesus Christus secundum hominem, quia secundum deum est ante tempora & sine tempore, remanens a parentibus in templo, & disputabat cum senioribus & admirabatur super doctrina eius. Illi autem redeuntes de Hierosolymis, quaesierunt illum in comitatu suo, inter eos scilicet qui secum ambulabant. Et non inuenientes eum, turbati redierunt Hierosolymam eumque disputantem in templo cum senioribus inuenerunt, quum esset ut dixi annorum duodecim. Sed quid mirum? Verbum dei nunquam tacet, sed non semper auditur. Inuenitur ergo in templo. Et dicit ei mater eius. Quid nobis fecisti sic? Pater tuus & ego dolentes quaerebamus te. Et ille. Non sciebatis quia oportet me in his esse quae patris mei sunt? Hoc propterea dixit, quia filius dei erat in templo dei. Templum enim illud non erat Ioseph, sed dei. Ecce, inquit aliquis, Non se concessit esse filium Ioseph. Attendite aliquanto patientius fratres propter angustias temporis, ut sermone sufficiat. Quum dixisset Maria, pater tuus & ego dolentes quaerebamus te. Ille respondit, Non sciebatis quia in his oportet me esse quae patris mei sunt. Non enim sic se volebat esse filium illorum, ut non intelligeretur filius dei. Filius enim dei semper filius dei, creans illos ipsos. Filius autem hominis ex tempore natus de virgine, sine semine maritali, parentem tamen habebat vtrunque. Unde hoc probamus? Iam dixit, Maria, Pater tuus & ego dolentes quaerebamus te. Primo non est praetermittenda fratres, maxime propter disciplinam foeminarum fororum nostrarum, tam sancta modestia virginis Mariae: Christum pepererat, angelus ad eam venerat, & dixerat ei, Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Meruerat parere filium altissimi, & erat humillima, Nec se marito, nec in ordine nominis praeferebat: ut diceret, Ego & pater tuus. Sed pater tuus, inquit, & ego. Non attendit sui veri dignitatem, sed attendit ordinem coniugalem. Non enim humilis Christus matrem suam superbire docuisset, Pater tuus & ego dolentes

**A** dolentes quaerebamus te. Pater tuus, inquit, & ego: quia caput mulieris vir. Quanto minus debent superbire ceterae foeminae? Nam & ipsa Maria mulier dicta est, non corrupta virginitate, sed appellatione propria gentis suae. Dixit enim de domino Iesu Christo & Apostolus, Factum ex muliere. Non tamen interrupt ordinem & textum fidei nostrae, quia confitemur natum de spiritu sancto & Maria virgine. Illa enim virgo concepit, virgo peperit, virgo permansit, Sed mulieres omnes foeminas illi appellauerunt proprietate linguae Hebraeae. Audi euentissimum exemplum, Prima foemina, quam fecit deus sumptam de latere viri, antequam cum viro concumberet, quod posteaquam de paradiso exierunt scribitur factum: tamen mulier iam vocabatur dicente scriptura, Formauit eam in mulierem. Quid ergo respondit dominus Iesus Christus? Oportebat me esse in his quae patris mei sunt. Non sic indicat patrem deum, ut neget patrem Ioseph. Unde hoc probamus? Secundum scripturam quae sic ait, & dixit ad illos, Non sciebatis quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse? Illi autem non intellexerunt quid illis locutus est. Et cum descendisset cum illis, venit Nazaret, & erat subditus illis. Non dixit, erat subditus matri aut, erat subditus eius sed erat, inquit, subditus eis. Quibus subditus erat? Nonne parentibus? Ambo parentes erant, quibus ille subditus erat, ea dignatione qua filius hominis erat. Iam dudum praepcepta foeminae accipiebant, nunc pueri accipiant, ut obsequantur parentibus, eiusque sint subditi. Christo mundus subditus: Christus parentibus subditus. Videtis ergo fratres quod non ita dixerit, oportet me in his quae sunt patris mei esse: ut intelligeremus quasi dictum, Vos non estis parentes mei. Sed parentes illi temporaliter, pater ille sempiternus. Parentes illi filij hominis. Pater ille verbi & sapientiae suae, pater virtutis suae, per quam cuncta formauit. Si per illam formantur vniuersa, quae attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia lauiter, per filium dei & illi formati sunt, quibus idem ipse postea filius hominis subderetur.

*In illud Matthei, Ascendente Iesu in nauiculam etc. Dominica tertia post octauas Epiphaniae.*

*De diuersis animae tentationibus, Et quomodo sint vincenda.  
Sermo III.*

**D**E lectione recentissima sancti Euangelij dominante domino, alloquor vos, & in illo exhortor, ut contra tempestates & fluctus seculi huius non dormiat fides in cordibus vestris. Non enim vera dominus Christus mortem habuit in potestate, somnum non habuit in potestate. Et forte omnipotentem nauigantem somnus pressit inuitum. Hoc si crederitis, dormit in vobis: si autem in vobis vigilat Christus, vigilat fides vestra. Apostolus dicit, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Ergo & somnus Christi signum est sacramenti. Nauigantes sunt animae in ligno seculum transeuntes, etiam nauis illa Ecclesiam figurabat, Et singuli quique templa sunt dei, & vnusquisque in corde suo nauigat, nec facit naufragium si bona cogitat. Audisti conuictum, ventus est iratus es, fluctus est. Vento igitur flante, fluctu surgente, periclitatur nauis, periclitatur cor tuum, fluctuat cor tuum. Audito conuictio vindicari desideras. Et ecce vindicatus es, & malo alieno cedens fecisti naufragium. Et quare

hoc? Quia dormit in te Christus. Quid est, dormit in te Christus? Oblitus es Christum. Excita ergo Christum, recordare Christum. Enigilet in te Christus, Considera illum. Quid volebas? Vindicari. Excidit tibi, quia ipse quum crucifigeretur, dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Qui dormiebat in corde tuo, noluit vindicari. Excita illum, recole illum: Memoria ipsius, verbum ipsius: Memoria ipsius, iussio ipsius. Et dices apud te, si vigilat in te Christus. Qualis ergo homo qui volo vindicari? Qui sum ego qui in hominem exero comminationes? Morior forte antequam vindicari. Et quum anhelans ira inflammatus & srenis vindictam exiero de corpore, non me suscipit ille qui noluit vindicari. Non me suscipit ille qui dixit: Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis, Ergo coepescam me ab iracundia mea, & redibo ad quietem cordis mei. Imperauit Christus mari, facta est tranquillitas, Quod autem dixi ad iracundiam, hoc tenete regulariter in omnibus tentationibus vestris. Nata est tentatio, vetus est turbatus es, fluctus est: excita Christum, loquatur tecum. Quis est hic quando & venti & mare obediunt ei? Quis est hic cui obaudit mare? Ipse est mare, & ipse fecit illud. Omnia per ipsum facta sunt. Magis imitare ventos & mare. Obtempera creatori, sub iussione Christi mare audit, & tu surdus es? Mare audit, & ventus cessat, & tu sufflas? Quid? Dico, facio, fingo: quid est aliud nisi sufflare & sub verbo Christi nolle cessare? Non vos vincat fluctus in perturbatione cordis vestri: Sed tamen quia homines sumus, si ventus impulerit, si affectum animae nostrae mouerit, non desperemus, Christum excitemus, ut in tranquillo nauigemus, & ad patriam veniamus.

*In illud Lucae, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum & dixit eis, Pax uobis: etc. tempore paschali.*

*Sermo IIII.*

**A**PPARUIT dominus post resurrectionem discipulis suis, sicut audistis, & salutauit eos dicens, Pax vobis. Haec est pax salutatio salutis. Nam & ipsa salutatio a salute nomen accepit. Sed quid melius quam ut ipsa salutet hominem? Salus enim nostra, Christus est. Ipse est enim salus nostra, qui vulneratus est pro nobis, & confixus est clauis in ligno. Et depositus de ligno, positus in sepulchro. De sepulchro autem surrexit sanatis vulneribus, seruatis cicatricibus. Hoc enim discipulis suis expedire iudicauit, ut cicatrices eius seruarentur, unde cordis vulnera sanarentur. Quae vulnera? Vulnera infidelitatis. Apparuit enim oculis eorum veram exhibens carnem, & putauerunt se spiritum videre. Non leue vulnus hoc cordis est. Denique haesim malignam fecerunt, qui in isto vulnere remanserunt. Sed non putamus vulneratos fuisse discipulos, quia cito sanati sunt? Cogitet charitas vestra, si in isto vulnere remansissent, ut putarent corpus sepultum non resurrexisse, sed spiritum imagine corporis humanos oculos illuississe in ista fide, immo in ista perfidia remansissent, non eorum vulnera, sed mors plangi deberet. Sed quid ait dominus Iesus? Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor vestrum? Si ascendunt in cor vestrum cogitationes, de terra veniunt cogitationes. Bonum est homini non ut cogitatio ascendat in cor eius, sed, ut sursum ascendat ipsum cor eius, ubi volebat Apostolus ponere corda credentium, quibus dicebat, Si conurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens. Quae sursum



G sursum sunt quarite, nō quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria. In qua gloria? Resurrectionis. In qua gloria? Audi Apostolum dicentem de hoc corpore, Seminatur in ignominia, resurget in gloria. Istā gloriam Apostoli magistro suo, Christo suo, domino suo dare volebant, resuscitare enim potuisse corpus suum de sepulchro non credebant, Spiritum eū putabant, & carnem videbant, nec ipsi oculis suis fidem habebant, Et credimus eis nos annunciantibus, & non ostendentibus. Ecce ipsi Christo seipsam ostendenti, non credebāt. Malum vulnus. Prodeant medicamenta cicatricum. Quid turbati estis, & cogitationes ascēdunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos, vbi clavis confixus fui. Palpate & videte. Sed videtis & non videtis. Palpate & videte. Quid? Quia spiritus ossa & carnē non habet, sicut me videtis habere. Hæc dicens, sic recitatum est, ostendit eis manus & pedes. Et adhuc trepidantibus & mirantibus prægaudio: Iam gaudium erat, & adhuc trepidatio permanebat. Res enim incredibilis erat facta, sed tamen facta. Nunquid nunc incredibile est quia resurrexit caro domini de sepulchro? Totus hoc credidit mundus. Qui non credidit, remansit immundus. Tunc tamen incredibile erat, & persuadebatur nō solum oculis, sed & manibus, vt per sensum corporis fides in cor descenderet. Et in cor fides descendens posset prædicari per mundum non videntibus aut tangentibus, & tamen sine dubitatione credentibus. Habetis hic, inquit, aliquid quod manducetur? Quanta addit ad ædificium fidei instructor bonus. Non esuriebat, & mādudare quærebat. Et manducauit potestate, non necessitate. Agnoscat ergo discipuli verū corpus, quod agnouit ipsis prædicantibus mundus. Si forte aliqui hæretici sunt, qui adhuc habent in corde quod exhibuerit se oculis Christus, & vera caro non erat Christi, iam ponant illud, persuadeat illis Euangelium, Non eos reprehendimus, quia hoc sapiunt: damnabit ille, si hoc sapere perseuerant. Tu quis es qui non credis corpus in sepulchro positum resurgere potuisse? Si Manichæus es, qui nec crucifixum credis, quia nec natum credis, omnia eum falsa ostendisse prædicas. Ille falsa ostendit, & tu verum dicis. Tu non mentiris ore, sed ille mentitus est corpore. Ecce arbitraris apparuisse oculis quod non erat, spiritum fuisse non carnem. Audi illum, Amat te, ne damnet te, Audi illum dicentem, Ecce tibi dicit, infelix, tibi loquitur. Quid turbatus es, & cogitationes ascēdunt in cor tuum? Videte, inquit, manus meas & pedes meos. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnē non habet, sicut me videtis habere. Hæc dicebat veritas, & fallebat? Corpus erat, caro erat, quod sepultum fuerat apparebat. Pereat dubitatio, sequatur digna laudatio. Ostendit ergo discipulis se. Quid est se? Caput Ecclesiæ suæ, Ecclesia futura per mundum ab ipso præuidebatur, à discipulis nondum videbatur. Caput ostendebat, corpus promittebat. Quid enim sequutus adiunxit? Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, dum adhuc essem vobiscum. Quid est hoc, dum adhuc essem vobiscum? Nunquid non tunc cum illis erat, cum illis loquebatur? Quid est, quum adhuc essem vobiscum? Vobiscum erā, quando moriturus eram. Quid est, vobiscum? Cum moriturus moriturus. Modo iam non vobiscum, quia cum moriturus, nunquam vterius moriturus. Hoc ergo dicebā vobis: Quid? Quia oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Di-

xi vobis quia oportebat omnia impleri. Tunc aperuit K illis sensum. Veni ergo domine, fac clauēs, aperi vt intelligamus. Ecce omnia dicis, & nō crederis. Putaris spiritus, tangeris, pulsaris, & adhuc trepidant qui te tangūt. De scripturis admones, & adhuc non intelligunt. Clauē sunt corda, aperi, & intra. Fecit, Tunc aperuit illis sensum. Aperi domine, & dubitanti de Christo aperi cor. Aperi ei sensum qui phantasma fuisse credit Christum. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis. Quid? Quoniam sic oportebat, quoniam sic scriptum est, & sic oportebat. Quid? Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die. Viderunt hoc, viderunt patientem, viderunt pendentem, videbant post resurrectionē præsentem viuentem. Quid ergo non videbant? Corpus, id est, Ecclesiam. Illud videbant, illam nō videbāt. Sponsam videbant, sponsa adhuc latebat. Promittat & ipsam, sic scriptum est, Et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die. Hoc sponsus est. Quid de sponsa? Et prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum, per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Hoc nondum videbant discipuli Ecclesiam per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem nondum videbant. Caput videbant & de corpore capiti credebant. Per hoc quod videbant, quod non videbant credebant. Similes illis sumus & nos, Videmus aliquid quod ipsi non videbant, & nō videmus aliquid quod ipsi videbant. Quid nos videmus quod ipsi nō videbant? Ecclesiam per omnes gentes. Quid non videmus quod ipsi videbant? Christum in carne constitutum. Quomodo illi illum videbant, & de corpore credebāt: sic nos corpus videmus, de capite credamus. Inuicē nos adiunxit visa nostra. Adiunxit eos visus Christus vt futuram Ecclesiam crederent, adiunxit nos visa Ecclesia vt Christum resurrexisse credamus. Impleta est fides illorum, impletur & nostra. Impleta est illorum de capite, impletur nostra de corpore. Totus Christus & illis innotuit, & nobis innotuit. Sed totus ab eis non est visus, nec à nobis totus est visus. Ab eis caput est visum, corpus creditū. A nobis corpus visum, caput creditū. Nulli tamē deest Christus, in omnibus plenus est, & adhuc ei restat corpus. Crediderūt ipsi, crediderunt per illos Hierosolymitani multi: Credidit Iudæa, credidit Samaria: Accedant mēbra, accedat ædificiū fundamenti. Fundamentum enim nemo potest ponere, ait Apostolus, nisi quod est positum, quod est Christus Iesus. Insaniant Iudæi, impleantur zelo. Lapidetur Stephanus. Seruet lapidantium vestimenta Paulus, Saulus futurus Paulus Apostolus. Occidatur Stephanus, perturbetur Ecclesia Hierosolymitana: discedant inde ligna ardētia, accedant & incēdant. Ligna enim quodāmodo in Ecclesia Hierosolymitana ardebāt spiritu sancto quādo erat illis in deū anima vna & cor vnū. Lapidato Stephano passa est illa congeries persecutionē, sparsa sunt ligna, & accensus est mundus. Deniq; hæc secutus furens Saulus ille accepit epistolas à principibus sacerdotū, & cepit ire sauiens, anhelans cadē, sitiens sanguinē vnde cunq; posset victos trahere, ad suppliciiū rapere, se diffuso sanguine satiare. Sed vbi deus, Vbi Christus, Vbi Stephani coronator? Vbi nisi in cælo? Videat & Saulū, irrideat seuetē, clamet de cælo: Saule Saule, quid me persequeris? Ego in cælo sum, tu in terra, & tamē persequeris me. Caput nō tāgis, sed mēbra mea calcas. Sed quid facis, quid proficis? Durū tibi est cōtra stimulū calcitrare. Quantūcunq; calces mittas, te vexas. Pone ergo furorē, cape sanitatē. Pone malum consilium, appete bonum auxilium. Voce

A Voce illa prostratus est. Quid est prostratus? Persecutor. Ecce victus est vna voce. Quid ibas, quid sciebas: quos quærebas, modo sequeris: quos persequebaris, modo pro illis persecutionem pateris. Surgit prædicator qui prostratus est persecutor. Audiuit domini vocem, Excacatus est, sed in corpore, vt illuminaretur in corde. Perductus ad Ananiam de pluribus catechizatus baptizatus processit Apostolus. Dic, prædica, Prædica Christum, dissemina dō bone aries, iam dudum lupus. Vide illum, attende illum qui sciebat. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: funde Euangelium, Quod corde concepisti, ore dissemina. Audiant gentes, credant gentes, Pullulent gentes, nascatur de sanguine martyrum sponsa domino purpurata. Et ex illa quā multi accesserunt, quā multa membra capiti cohererunt & coherent nunc & credunt. Et baptizati sunt isti, & baptizabuntur alij. Et post nos venient alteri, Tunc, inquam, in fine seculi accedent lapides fundamenti, lapides viui, lapides sancti, vt in fine ædificetur totum ædificium ab illa Ecclesia, immō ab ipsa Ecclesia quæ modo cantat canticum nouum, dum domus ædificatur. Sic enim habet ipse Psalmus, Quando domus ædificabatur post captiuitatē. Et quid? Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Quam magna domus, Sed quando cantatur canticum nouum? quum ædificatur. Quando dedicatur? in fine seculi. Fundamentum ipsius iam dedicatum est, quia ascendit in cælum, & non moritur: quando & nos surrexerimus, vt nunquam moriamur, tunc dedicabimur.

In die Ascensionis, Homilia in illud Marci, Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis etc. Sermo V.

VDISTIS quid dixerit dominus discipulis suis post resurrectionem, Misit eos ad Euangelium prædicandum, & factum est. Prædicatum est Euangelium, peruenit ad nos, Et ecce in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Ambulando & ambulando Euangelium peruenit ad nos, & ad fines terræ. Breuiter constituit nobis, loquens discipulis suis, quid faciamus, quid speremus, Ait enim sicut audistis quando loquebatur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Exigitur à nobis fides, offertur salus, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Preciosum est quod promittitur nobis: gratis sit quod iubetur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quid enim? Qui hæc audiebant, salui non erant? Nōne multi salui credunt, salui fiunt & antequam credant? Salui planē, sed vana salus hominum. Qualis est ista salus quæ tibi cum iumento tuo communis est? Veruntamen etiam ipsa vnde nisi ab illo de quo scriptum est, Homines & iumenta saluos facies domine. Et addit, Secundum multitudinem misericordiæ tuæ deus. Tanta est enim multitudo misericordiæ tuæ, vt veniat à te salus in istā carnem mortalem hominum, veniat & ad carnem peccatorum. Hæc est multitudo misericordiæ tuæ, filius tuus quid? Ecce homines & iumenta saluos facies domine. Nihil nobis amplius? Quod hominibus quibuscunq; quod pecoribus, hoc præstatur & nobis? Non planē hoc. Sed quid? Audi, Filij autem hominum sub tegmine ala-

rum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ: Christus est fons vitæ. Habebamus salutem cum iumentis quousque veniret ad nos fons vitæ: fons vitæ venit ad nos, & fons vitæ mortuus est propter nos. Negabit vitam suam, qui nobis erogauit mortem suam? Ipsa est salus quæ non est vana. Quare? Quia non transit. Bene animaduertenda ista distinctio, homines & iumenta saluos facies domine. Homines, pertinentes ad hominem: filij autem hominum, pertinentes ad filium hominis, sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Constituite vobis ante oculos duos homines. Erigite fidem, euigilet cor vestrum, recordamini hominem in quo decepti sumus, recordamini hominem à quo redempti sumus. Ille homo nunc quid filius hominis? Adam homo erat, filius hominis non erat. Ideo dominus Christus assidue se dicit filium hominis, vt faciat nos recordari hominem qui nō fuit filius hominis. Vt recordemur in illo mortem, in isto vitam. In illo peccatum, in isto remissionem peccatorum. In illo vinculum, in isto libertatem. In illo damnationem, in isto absolutionem. Duo ergo isti homines significati sunt & in his verbis, homines & iumenta &c. Homines pertinentes ad hominem, & iumenta simul cum iumentis eos saluos facies. Homo enim in honore positus non intellexit, sicut scriptum est, Homo in honore positus nō intellexit, comparatus est iumentis insensatis & similis factus est eis. Propterea homines & iumenta, quibus similes facti sunt homines, quia non intellexerunt. Et eis quibus dominari creati sunt, comparati sunt, saluos facies. Nunquid ipsa est salus de qua dictū est, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit? Alia est illa salus, longe alia. Angeli hanc habent, nolite eam quærere in terra. Magna est, sed non est hic. Non est ista res de ista regione, non est hic. talis salus. Sursum cor: Quid hic quæris in terra salutem hanc? Ipsa salus huc venit, & mortem nostram hic inuenit. Nunquid dominus noster Iesus Christus quando venit ad nos in carne, inuenit hic salutem istam in regione nostra. Magnum quid huc attulit mercator iste de regione sua veniens, inuenit in regione nostra quod hic abundat. Quid hic abundat? Nasci & mori. Plena est terra his mercibus: natus est, & mortuus est. Sed qua via natus est? Ad istam regionem venit, sed non ea via qua & nos. De cælo enim venit à patre, & tamen natus est mortalis. Natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Nunquid nos sic de Adam & Eva? Nos per concupiscentiam carnis, ille autem non per ipsam: Maria enim virgo sine virili amplexu, sine concupiscentiæ æstu, quoniam ne pateretur hunc æstum ei dictum est, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Virgo ergo Maria non concubuit & concepit, sed credit & concepit. Natus est enim mortalis mortalibus, Quare mortalis? Quia in similitudine carnis peccati, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati. Quid habet caro peccati? Mortem & peccatum. Quid habuit similitudo carnis peccati? Mortem sine peccato. Si haberet peccatum, caro esset peccati, Si mortem non haberet, non esset similitudo carnis peccati. Talis venit, saluator venit, mortuus est, sed mortem occidit, finit in se quem timebamus, suscepit illam, & occidit illam. Quomodo summus venator leonem cepit & necauit, Vbi est mors? Quare in Christo, iam non est, sed fuit & mortua est ibi. O vita mors mortis, Bono animo estote, morietur & in nobis. Quod

1. Cor. 15.

H

Luc. 24.

Luc. 24.

Galat. 6.

Psal. 95.

Marci 16.

Psal. 8.

Marci 16.

Psal. 59.

Psal. 35.

1. Cor. 5.

Acto. 7.

Acto. 4.

Acto. 8.

Acto. 9.

Filius hominis quare Christus?

P

Psal. 4.

Marci 16.

Luc. 11.

**G** Quod præcessit in capite, reddetur in membris: morietur & in nobis mors. Sed quando? In fine seculi, in resurrectione mortuorum, quam credimus, & de qua non dubitamus. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, ipse saluus erit. Sequere quod timeas, Qui autem non crediderit, condemnabitur. Ergo mors morietur in nobis, victura est in damnatis. Vbi mors nesciet mortem sempiterna mors erit, quia aeterna tormenta erunt. In nobis morietur & non erit. Vultis nosse? Dico vobis pauca verba triumphantium, vt habeatis quod meditemini, quod corde cantetis, quod toto animo speretis, quod fide & bono opere requiratis. Audite verba triumphantium quando non erit mors, quando & in nobis sicut & in capite nostro morietur mors, Paulus apostolus dicit, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria, Dixi vobis quia morietur mors in vobis, Absorpta est mors in victoria, Ista est mors mortis, Absorbetur vt non appareat. Quid est vt non appareat? Vt in ea sit nec intus nec foris. Absorpta est mors in victoria. Gaudeant triumphantem, gaudeant, dicant quod sequitur, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est Cepisti, possedisti, vicisti & tibi addidisti, percussisti & occidisti. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Nonne confregit illum dominus creus? O mors quando domino hæcisti, tunc & mihi peristi. Ista salutem saluus erit qui crediderit & baptizatus fuerit. Qui autem non crediderit, condemnabitur. Fugite condemnationem, amate & sperate salutem aeternam.

*Dominica post Ascensionem domini, Sermo VI.*

**S**olenitate diei huius admonemus scientes, instruimus negligentem. Ascensum domini in cælum hodie solemniter celebramus. Dominus enim saluator noster posito corpore, & recepto corpore, posteaquam resurrexit à mortuis, exhibuit se discipulis viventem, quem desperauerant morientem. Posteaquam se reddidit oculis intuentium, manibus contrectandum, ædificans fidem, exhibendo veritatem: quoniam parum fuit humanæ fragilitati & infirmæ trepidationi tam magnam miraculum vno die exhibere & inde subtrahere. Conuersatus est cum eis in terra, sicut audiuius quum liber Actuum apostolorum legeretur. Conuersatus est cum eis in terra quadraginta diebus intrans & exiens, manducans & bibens: vt exhiberet veritatem, non quod haberet necessitatem. Ipso ergo quadagesimo die, quem hodie celebramus, eis videntibus, & videndo deducentibus, ascendit in cælum. Tunc ergo posteaquam id quod videbatur ascendere mirabantur: sursum tamen ire gaudebant, Capitis enim præcessio spes membrorum est. Audierunt & angelicam vocem, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Quid est sic veniet? In ea forma veniet, vt impleatur quod scriptum est, Videbunt in quem pupugerunt, Sic veniet, ad homines veniet, homo veniet, sed deus homo veniet, veniet verus homo & deus, vt faciat homines deos. Ascendit iudex cæli, sonuit præco cæli. Bonam causam habeamus vt futurum iudicium non timeamus. Ascendit enim, viderunt qui nobis nunciaverunt. Qui non viderunt crediderunt, alij credentes irriterunt. Non enim omnium est fides. Et quia non omnium est fides, & nouit dominus qui sunt

eius, quid disceptamus quod ascendit in cælum deus? K Miramur potius quia descendit in infernum deus, Mortem Christi miremur, resurrectionem vero laudemus potius quam miremur. Perditio nostra, peccatum nostrum, sanguis Christi precium nostrum, resurrectio Christi spes nostra, aduentus Christi res nostra. Ille ergo qui est ad dexteram patris, expectandus est donec veniat. Dicat anima nostra sitiens illi, quando veniet? Et, sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniet? veniet. Sed quando veniet? Optas vt veniat, vtinam paratum te inueniat. Veruntamen ne putemus nos solos habere hoc desiderium de domino nostro, vt dicamus quando veniet? Habuerunt hoc desiderium & discipuli eius. Si possem vobis dicere inhiantibus, expectantibus, suspensis, nosse cupientibus quando veniat dominus deus noster, si possem vobis dicere: qualis vobis videret? Sed hoc ex me non vos speratis audire posse: Qui si speratis despicitis, ipsum certe dominum Iesum Christum in corpore presentem, viuentem, loquentem, si ante oculos vestros, & ante manus vestras haberetis, scio quia præ isto desiderio interrogaretis & diceretis ei, Domine quando venturus es? Discipuli ipsi dominum Iesum Christum presentem interrogauerunt. L Non potestis interrogare quod interrogauerunt, audite quod audierunt. Etenim illi tunc erant, nos nondum eramus. Quibus tamen si credamus, & nobis interrogauerunt, & nobis audierunt. Ergo discipuli Christi deducturi aspectu ascensurum Christum interrogauerunt & dixerunt ei, Domine si hoc tempore presentaberis: Cui dicebant? Quem presentem videbant. Si hoc tempore presentaberis? Et quid est illud? Nonne presentem videbant, nonne presentem audiebant, nonne presentem etiam tangebant? Quid est hoc si hoc tempore presentaberis, nisi quia nouerant presentia Christi futurum iudicium, vt videretur à suis & ab alienis? Nam quando resurrexit non est visus, nisi à suis. Hoc ergo sciebant & fide retinebant, futurum esse tempus quando iudicatus iudicaret, quando reprobatus probaret & reprobareret, quando conspicuus vtrique hominum generi alios poneret ad dexteram, alios ad sinistram, diciturus quod vtrique audirent, oblaturus quod non vtrique acciperent, comminaturus quod non vtrique pertimescerent. Sciebant futurum, sed quando quærebant, si hoc tempore presentaberis? Non vtrique nobis. Nam

**M** & modo videmus te, sed presentaberis etiam his qui non crediderunt in te, si hoc tempore presentaberis dic nobis, & quando regnum Israël: hoc quæsierunt, si hoc tempore presentaberis, & quando regnum Israël. Quod regnum? De quo dicimus, Adueniat regnum tuum. Quod regnum? De quo audituri sunt ad dexteram positi, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quando dicitur est etiam sinistris, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Terribilis vox, tremenda vox. Sed in memoria æterna erit iustus, ab auditu malo non timebit. Istis hoc, illis illud, in vtroque verax, quia in vtroque iustus. Sed quod quærebant si audierunt, audiamus: si non audierunt, quod audierunt teneamus, & quod venturum est non timeamus. Domine si hoc tempore presentaberis? Et nos astimantes nos presentem videre dominum in corpore constitutum, dicamus illi, Domine si hoc tempore presentaberis, & quando regnum Israël? Quando regnum tuorum, quando regnum humilium, quando iustus typhus superborum? Certe hoc est quod quærebatis, hoc est

*Psalm. 41. & 62.*

*L*

*M*

*Matth. 6.*

*Matth. 25.*

*Psalm. 111.*

**A** hoc est quod audire desiderabatis. Videamus quid responderit, Non dedignentur audire agni quod audierunt arietes, audiamus quid dicit ipse dominus, Quibus? Petro, Iohanni, Andrea, Iacobo, cæteris tantis & talibus, tam dignis. Sed quos inuenit indignos, fecit dignos. Quid eis respondit dicentibus, si hoc tempore presentaberis, & quando regnum Israël: Non est vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate. Quid est hoc? Dicitur Petro, non est vestrum: & dicit tu, meum est? Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Quod creditis, bene creditis: quia venturum est. Quando venturum sit quid ad te? Quando venerit, præparate. Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Curiositas abscedat, pietas succedat. Quid ad te quando veniet? Sic viue quasi hodie venturum sit, & non timebis quum venerit. Videte autem ordinem & disciplinam magistri boni, magistri singularis, magistri solius. Non dixit quod interrogauerunt, & dixit quod non interrogauerunt. Sciebat enim quod interrogauerunt non eis expedire vt nosset, quod autem sciebat eis expedire, etiam non eis interrogantibus dixit, Non est vestrum scire, inquit, tempora. Quid tibi tempora? Hoc agit vt euadas tempora, & quæris tempora? Non est vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate. Et quasi diceretur ei, Et quid est nostrum, modo audiamus quid ad nos maxime pertineat, modo audiamus. Quæsitum est quod non oporteat dici, Sed dictum est quod oporteat audiri: Non est vestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Sed quid est vestrum scire? Sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes. Vbi in Hierusalem. Consequens erat vt hoc audiremus, his enim verbis Ecclesia prædicatur, Ecclesia commendatur, vnitatis annunciat, diuisio accusatur. Apostolis dictum est, Et eritis mihi testes: fidelibus dicitur, Vasis dei dicitur, vasis misericordiarum dicitur. Eritis mihi testes? Vbi in Hierusalem vbi occisus sum. Et in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ, Ecce quod audite, ecce quod tenete. Sponsa estote & sponsum securi expectate. Sponsa Ecclesia est. Vbi futura prædicata est, quam illi testes annuntiarent vbi futura prædicata est: Multi enim dicturi sunt, Ecce hic est: Audirem si non & alius diceret, Ecce hic est. Quid tu dicis? Ecce hic est. Iam ibam, sed reuocat alius simili voce, Ecce hic est. Tu ex parte vna, Ecce hic est: alius ex parte alia, Ecce hic est. Dominum interrogemus, dominum interpellemus. Sileant partes, totum audiamus. Dicit vnus ex angulo vno, Ecce hic est: alius ex alio angulo, Non, sed ecce hic est. Tu domine dic, tu asserere quam redemisti, ostende quam dilexisti. Ad nuptias tuas inuitati sumus, ostende sponsum tuam, ne vota tua litigando turbemus. Dicit planè ostendit planè, non dederit inquirentes, non amat litigantes. Dicit discipulis suis, & non quærentibus dicit, quia contententibus contradicit. Et ideo fortasse hoc ab Apostolis nondum quærebatur, quia grex Christi nondum à latronibus diuidebatur. Nos experti dolores diuisionis, studiose coagululum quærimus vnitatis. Apostoli quæruntempus iudicij, & dominus respondet locum Ecclesiæ. Non respondit quod quæsierunt, sed nostros præuidebat dolores. Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem. Parum est, non pro hoc tantum precium dedisti, vt hoc solum emeris in Hierusalem. Dic adhuc, Et vsque in fines terræ. Venisti ad fines. Quare contentiones non finis?

*Vbi supra.*

**D** Nemo mihi dicat iam, Ecce hic est, Non sed ecce hic est. Sileat humana præsumptio, Audiatur diuina prædicatio, Teneatur vera promissio, in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria & vsque in fines terræ. His dictis nubes suscepit eum: tam non opus erat vt aliquid adderetur ne aliunde cogitaretur. Fratres pro magno audiri solent verba nouissima parentis ituri ad sepulchrum, & contemnantur domini verba nouissima ascendentis in cælum. Existimemus dominum nostrum testamentum scripsisse & in testamento sua nouissima verba posuisse: præuidit enim malorum filiorum futura litigia, præuidit homines partes sibi conantes facere de possessione aliena. Quare enim non diuidant quod non emerunt? Quare non concidant quo precium non dederunt? Sed ille tunicatim desuper textam nusquam consutibilem diuidi noluit, sorte prouenit in illa veste charitas prædicata est: Ipsa est desuper texta, de terra est cupiditas, desuper charitas. Agite fratres testamentum scripsit dominus, nouissima verba posuit. Videte obsecro vos & moueat vos quomodo & nos mouet, si fieri potest. Duæ sunt glorificationes secundum suscipit hominis formam. Vna, qua surrexit à mortuis tertia die. Alia qua ascendit in cælum ante oculos discipulorum suorum. Duæ sunt istæ quæ commendantur glorificationes eius iam factæ. Restat vna & ipsa in conspectu hominum quum se iudicio presentabit. De spiritu sancto hoc erat dictum per Iohannem euangelistam, Spiritus autem nondum fuerat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Spiritus autem nondum fuerat datus. Quare nondum fuerat datus? Quia Iesus nondum erat glorificatus. Expectabatur ergo vt glorificato Iesu daretur spiritus. Meritoque bis glorificatus, resurgendo & ascendendo bis dedit spiritum. Vnum dedit, & vnus dedit, vnitatis dedit, & tamen bis dedit. Primo posteaquam resurrexit dixit discipulis suis, Accipite spiritum sanctum. Et insufflauit in facie eorum: habes semel. Deinde promittit adhuc se missurum spiritum sanctum, & dicit, Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos. Et alio loco. In ciuitate sedete. Ego enim impleam promissionem patris quam audistis, inquit, ex ore meo. Posteaquam ascendit, decem diebus ibi factis misit spiritum sanctum, ipse est sollemnis futurus Pentecostes. Vide ergo fratres mei. Quærat à me aliquis quare bis dedit spiritum sanctum. Multi multa dixerunt & sicut homines quæsierunt. Et aliqui dixerunt quod non est contra fidem. Alius hoc, alius illud. Vtrunque quod non excederet regulam veritatis. Si dicam me scire quare bis dedit, mentiar vobis. Nescio: qui se dicit scire quod nescit, temerarius est. Qui se negat scire quod scit, ingratus est. Ergo fateor vobis, quare bis dedit dominus spiritum sanctum adhuc quare, ad aliquid certius peruenire cupio. Adiuuet me dominus orantibus vobis, vt quod donare dignatur, & vobis non taceatur. Ergo nescio. Quid tamen existimem nondum sciens, nondum pro certo tenens, sicut certissimum teneo dedisse, Quid ergo existimem, non tacebo. Si hoc est confirmet dominus: si aliud est quod verius appareat, donet dominus. Ergo arbitror, sed arbitror ideo bis datum esse spiritum sanctum, vt commendarentur duo præcepta charitatis. Duo sunt enim præcepta, & vna est charitas. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et diliges proximum tuum tanquam teipsum, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Vna charitas & duo præcepta.

*Glorificationes Christi duæ sunt: vna cunctum hominem.*

*Iohan. 7.*

*Iohan. 20.*

*Luce. 24.*

*Acto. 11.*

*Deute. 6.*

*Matth. 22.*

*1. Cor. 15.*

*Acto. 1.*

*Apoca. 1.*

*1. Thef. 3.*

**G** Vnus spiritus & duo data. Non enim alius datus est prius, & alius datus est postea. Quia non alia charitas diligit proximum quam illa quae diligit deum. Non ergo alia charitas est. Quia charitate proximum ipsa charitate diligimus & deum. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, vna charitate diliguntur, non sunt tamen vnum qui diliguntur. Quia ergo magna est primitus commendanda dilectio dei, secunda dilectio proximi. A secunda autem incipitur ut ad primam perueniatur. Si enim fratrem quem vides non diligis, deum quem non vides quomodo diligere poteris? Ideo forte informans nos ad dilectionem proximi, dedit in terra conspicius & proximis proximus spiritum sanctum insufflando in faciem eorum. Et ab hac maxime charitate, quae in caelis est, de caelo misit spiritum sanctum. Spiritum sanctum accipe in terra & diligis fratrem. Accipe de caelo & diligis deum, quia & in terra quod accepisti de caelo est, in terra Christus dedit, sed de caelo est qui dedit. Ille enim dedit qui de caelo descendit. Hic inuenit cui daret, sed inde attulit quod daret. Quid est ergo fratres? An forte commemoro & hoc quomodo charitas ad spiritum sanctum pertineat? Paulum audite. Non solum autem, inquit, sed & gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem, probatio verum spem. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde charitas dei diffusa est in cordibus nostris: Vnde? Quid tibi dabis? Quid quasi de tuo praesumebas? Quid enim habes quod non accepisti? Ergo vnde nisi quod sequitur, Per spiritum sanctum qui datus est nobis? Charitas ista non tenetur nisi in unitate Ecclesiae. Non illam habent diuisores sicut dicit Apostolus Iudas, Hi sunt qui seipsos segregant animales spiritum non habentes. Qui seipsos segregant. Quare segregant? Qui animales spiritum non habentes, ideo desuunt, quia coagulum non habent charitatis. Ipsa charitate plena est gallina illa propter pullos infirmata, cum pullis humilians vocem suam, extendens alas suas. Quotiens, inquit, volui colligere filios tuos? Colligere, non diuidere. Quia habeo, inquit, alias oves quae non sunt ex hoc ouili. Oportet me & ipsas adducere ut sit vnus grex & vnus pastor. Merito non audiuit fratrem contra fratrem interpellantem & dicentem, Domine, dic fratri meo diuidat mecum haereditatem. Domine, inquit, dic fratri meo. Quid? Diuidat mecum haereditatem. Et dominus: Dic homo. Quare enim vis diuidere nisi quia homo? Quum enim dicit alius, Ego sum Pauli, alius autem ego Apollo, nonne homines estis? Dic homo. Quis constituit me diuisorem haereditatis inter vos? Colligere veni non diuidere. Ideo, inquit, dico vobis caute ab omni cupiditate. Cupiditas enim cupit diuidere sicut charitas colligere. Quid est autem, caute ab omni cupiditate, nisi impleamini charitate? Nos charitatem pro capto nostro habentes interpellamus dominum contra fratrem, sicut & ille contra fratrem, sed non hac voce, non hac postulatione. Ille enim dixit, Domine, dic fratri meo diuidat mecum haereditatem. Nos dicimus, Domine, dic fratri meo teneat mecum haereditatem. Videte ergo fratres, quid maxime diligatis, quid fortiter teneatis. Glorificatus dominus resurgendo commendat Ecclesiam, glorificandus ascendendo commendat Ecclesiam. Spiritum sanctum mittens de caelis commendat Ecclesiam. Resurgens enim, quid dicit discipulis suis? Hanc dicebam vobis, quum essem

apud vos quia oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Et tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die. Vbi est Ecclesiae commendatio? Et praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum? Et hoc vbi? Per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem hoc resurrectione glorificatus. Quid ascensione glorificandus? Quod audistis, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea & Samaria, & vsque in fines terrae. Quid ipso aduentu spiritus sancti? Venit spiritus sanctus, Quos primum impleuit, linguis omnium gentium loquebantur, Vnusquisque homo loquens omnibus linguis, quid aliud significauit quam unitatem in omnibus linguis? hoc tenentes, in hoc firmati, in hoc roborati, in hoc inconcussa charitate defixi, laudemus pueri dominum & dicamus Halleluia, Sed in vna parte? Et vnde & quousque? A solis ortu vsque ad occasum laudate nomen domini.

Dominica duodecima post Trinitatem, Sermo VII.

In illud Marci Exiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilaeae. Et adducunt ei surdum & mutum etc.

**M**ODO aures corporis surdae non aperiuntur. Sed quam multi habent clausas cordis aures quae tamen verbo dei penetrante patefunt ut credant qui non credebant & bene viuunt qui male vivebant, & obediant qui non obediebant. Et dicimus ille credit ac miramur quum audimus de his quos aliquando duos noueramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, deo seruientem, nisi quia conspicias videntem quem noueras caecum: conspicias viuentem quem noueras mortuum conspicias audientem quem noueras surdum? Nam videte taliter mortuos de quibus dicebat dominus cuidam, ideo tardanti ne dominum sequeretur, quia patre sepelire volebat. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos, Certe mortui sepulchros non sunt corpore mortui, quia si hoc essent mortua corpora sepelire non possent. Tamen dominus mortuos euocat, vbi nisi intus & in anima, Sicut enim in domo etiam plerumque visibiliter integra & salua dominus eiusdem domus mortuus iacet, Sic in corpore integro multi habent animam intus mortuam. Et hos sic excitat Apostolus, Surge qui dormis & exurge a mortuis & illumina te Christus. Ipse illuminat excacatum qui excitat mortuum, Voce enim eius clamatur per Apostolum ad mortuum, Surge qui dormis, Caecus luce illuminabitur quum resurrexerit. Surdos autem quam multos ante oculos suos dominus intuebatur quum diceret, Qui habet aures audiendi audiat, Quis enim ante illum sine corporibus auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? Hoc dico fratres ne forte simus strepentes vocibus & muti moribus, A malis corde semper disungimini ad tempus caute corpore copulamini. Nec tamen negligentes sitis in corrigendis vestris ad curam scilicet vestra quomodo pertinentibus monendo, docendo, hortando, terrendo. Quibuscumque modis potestis agite ne quum inuenitis in scripturis & exemplis sanctorum, siue qui ante siue qui post aduentum domini fuerunt in hac vita quoddam mali bonos in unitate non maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis non te maculat malus, Si non consentias, Et si redarguas: hoc est non

**A** est non communicare, non consentire, Communicatur quippe quando factio eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apostolus ait, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Et quia parum erat non consentire, si sequeretur negligentia disciplina, magis autem, inquit, & redarguite, Videte quemadmodum vtrunque complexus est, Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est magis autem & redarguite? Reprehendite, corripite, coercete. Deinde in ipsa coertione vel correptione aliorum peccatorum cauendum est, ne se extollat qui alterum corripit, & apostolica illa sententia cogitanda est, Quapropter qui putat se stare, videat ne cadat: foris terribiliter personet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio.

In natali beati Vincentij, Sermo VIII.



Agnum spectaculum spectauimus oculis fidei, martyrem sanctum Vincentium. vbi que vincentem. Vicit in verbis, vicit in poenis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exultans in ignibus, vicit submersus in fluctibus. Postremo vicit tortus, vicit mortuus. Quando caro eius in qua erat trophaeum Christi victoris de nauicula mittebatur in mare, tacite dicebat. Deicimur sed non perimus. Quis istam patientiam militi suo donauit nisi qui pro illo prior sanguinem fudit? Cui dicitur in psalmo. Quoniam tu es patientia mea domine spes mea ad iuentute mea, Magnum certamen magnam comparat gloriam, non humanam nec temporalem, sed diuinam & sempiternam. fides pugnat & quando fides pugnat carnem nullus expugnat. Quia etsi laniatur, etsi laceratur, quando perit qui sanguine Christi redemptus est? Potens homo non potest perdere quod emit auro suo, & Christus perdit quod emit sanguine suo. Sed hoc totum non ad hominis, sed ad dei gloriam referatur. Ab ipso vere est patientia, vera patientia sancta, patientia religiosa, patientia recta, patientia Christiana. Patientia donum dei est. Nam & multi latrones patientissime torquentur & non cedentes & tortorem vincentes postea aeterno igne puniuntur. Merces discernit martyrem a patientia immo ad duritiam sceleratorum. Par est poena, sed dispar est causa. Martyrum voce cantauimus. Dixerat enim ista Vincentius in orationibus suis, ludica me deus, & discerne causam meam a gente non sancta. Discreta est causa eius, quia pro veritate, pro iustitia, pro deo, pro Christo, pro fide, pro Ecclesia unitate, pro indiuidua charitate certauit. Quis ei donauit istam patientiam? Quis? Indicet nobis Psalms. Ibi enim legitur, ibi cantatur: Nonne deo subiecta erit anima mea? Ab illo enim patientia mea. Quisquis putat sanctum Vincentium viribus suis ista potuisse, nimis errat. Quisquis enim viribus suis, hoc se posse praesumpserit, etsi videtur vincere patientia, vincitur a superbia. Bene vincere, hoc est vniuersas machinas vincere: Illecebras dum ministrat, vincitur per continentiam. Poenas & tormenta infligit, vincitur per patientiam: errores suggerit, vincitur per sapientiam. Ad extremum quum omnia hac victa fuerint, suggererit animam. Euge euge quatum potuisti, quantum certasti. Quis tibi comparatur? Quam bene vicisti? Respondeat illi anima sancta, Confundantur & reuerentur, qui dicunt mihi euge euge. Quando ergo vincit, nisi cum dicit, In domino laudabitur anima mea: audiant mites & iocundentur? Mites enim sciunt quod dico, quia in illis habitat verbum, in illis habitat exemplum. Nam qui non est mitis, nescit quid sapiat: quod dictum est, In domino laudabitur anima mea. Omnis enim non mitis, superbus, asper, elatus, in se vult laudari, non in domino. Qui autem dicit, In domino laudabitur anima mea: non dicit, audiant gentes & iocundentur, Audiant homines & iocundentur: sed, audiant mites & iocundentur. Audiant quibus sapit. Mitis enim erat Christus, sicut ovis ad immolandum ductus est. Propterea mitis, quia sicut ovis ad immolandum ductus est, Audiant mites & iocundentur: quia sapiunt quod dictum est, Gustate & videte quam suavis est dominus, beatus vir qui sperat in eum. Longam lectionem audiuimus, breuis est dies longo sermone etiam nos tenere vestram patientiam non debemus. Nouimus quia patienter audistis, & diu stando & audiendo tanquam martyri copassi estis: Qui audit vos, amet vos, & coronet vos, Amen.

De eodem, Sermo IX.



Agnum & multum mirandum spectaculum noster animus coepit, nec inanissimam & perniciosissimam, sicut solet in theatris quarumcunque nugarum, sed plane vtilissimam & fructuosissimam voluptatem oculis interioribus hausimus, quum beati Vincentij gloriosa passio legeretur. Erat videre inuictam martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sequitiam impij iudicis, contra dolores mortalis carnis, acerrima conflictatione certantem, & in adiutorio domini cuncta superantem. Ita plane charissimi, ita prorsus fuit, in domino laudemus hanc animam, ut audiant mites & iocundentur. Quas voces audierit, quas reddiderit, quae tormenta deuicerit, decursa lectio declarauit, & nobis tanquam in conspectu quae gesta sunt posuit. Tanta poena erat in membris, tanta securitas in verbis, tanquam alius torqueretur, alius loqueretur. Et vere alius. Praedixit enim hoc dominus, & promisit martyribus suis dicens, Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. In domino ergo laudatur haec anima. Nam quid est homo, nisi quod memor est eius? Aut quae vires pulueris, nisi illo adiuuante qui nos fecit ex puluere, ut qui gloriatur, in domino gloriatur? Si enim diabolicus & seductor spiritus plerumque implet, vel fallaces vates, vel falsos martyres suos, ut tormenta corporis, vel ipsi sibi ingerant, vel ingesta contemnunt, quid magnum est domino deo nostro ad confirmandam praedicationem nominis sui ipsorum praedicatorum, carnem quidem in manus persequentium tradere: mentem vero in arcem libertatis assumere, ut etiam dum illa patitur iniquitatem, haec asserat veritatem, scilicet ut victores non tolerantia faciat, sed iustitia, quoniam martyres discernit causa, non poena? Multi enim dolores tolerauerunt pertinacia, non constantia, vitio non virtute, prauo errore non recta ratione, diabolo possidente non persequente. In nostro autem vincente Vincentio, ille quidem vincebat qui possidebat, sed ille possidebat qui principem huius mundi miserat foras, ut etiam putigans extrinsecus superaretur qui iam fuerat superatus, ne intus dominaretur. Ille quippe qui missus est foras, non cessans tanquam leo rugiens circuit requirendo quem deuoret. Sed eum expugnat ille pro nobis, qui eo excluso regnat in nobis. Denique magis diabolus non victo Vincentio, quam Vincentius persequente diabolo torquebatur. Quanto enim erant illa truculentiora & exquisitoria tormenta, tanto magis tortus de



G torquente triumphabat, & ex illa carne tanquā ex terra suo sanguine irrigata, de qua plus dolebat inimicus, palma crecebat. Sed quia illa latēter sauit, & latēter victus affligitur, manifeste apparet in praeside homine quid in occulto diabolus pateretur. Et ille inuisibilis aduersarius per sui vasculi quod impleuerat, crepantis rimulas probebatur. Voces enim huius hominis, oculi, vultus & turbulentus totius corporis motus indicabant quam grauiora tormenta sentiret interius, quam erant quae martyri infligebantur exterius. Si consideremus perturbationem torquentis, & tranquillitatem tormenta patientis, videre facillimum est quis erat sub poenis, quis supra poenas. Quae gaudia erunt in virtute regnantium, quando tanta sunt pro veritate morientium? Quid erit cum corporis incorruptione fons vitae, quando ros eius inter tormenta tam dulcis est? Et quid faciet impiis aeterna flamma, quos ita vastat irati cordis insania? Quid passuri sunt cum indicabuntur, qui iam cum iudicant cruciantur? Iudicia futura sanctorum quid habitura sunt potestatis, quum in hac vita tribunal iudicis catasta torserit martyris? Magnum autem dominus testimonium praebet testibus suis, quum ille qui rexit corda certantium,

H nec corpora deserit mortuorum, velut de huius ipsius beati Vincentij corpore praecellens miraculum exhibuit, vt id quod inimicus omnino non apparere cupierat, sategerat, fecerat, tam praesenti nutu diuino proderetur, & religiosius humandum venerandumque demonstraretur, vt victricis pietatis & deuictae impietatis praecleara in eo memoria perduraret. Vere preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, quando nec terra carnis vita deserente cōterminatur, Et inuisibili anima de domo visibili discedente habitaculum serui cura domini custoditur, & in gloriam domini a conseruis fidelibus honoratur. Quid enim agit deus mira opera faciendo circa sanctorum corpora defunctorum, nisi testimonium perhibet sibi non perire quod moritur, & vt hinc intelligatur in quali honore secum habeat animas occisorum, quando caro exanimis tanto affectu diuinitatis coronatur. Sicut enim de membris Ecclesiae loquens Apostolus, similitudinem adhibuit de membris corporis nostri, quoniam quae inhonesta sunt nostra, his abundantiorē honorem circumponimus. Ita prouidentia creatoris cadaveribus martyrum tam praecleara miraculorum testimonia praestando, abundantiorē honorem exanguibz reliquiis hominum circumponit. Et quod vita emigrante tanquam deforme iam remanet, ibi euidentius praesens vitae dator apparet.

In decollatione beati Ioannis Baptistae.

Sermo X.

**Q**UVM sanctum Euangelium legeretur, crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est. Caput sancti Ioannis in disco feralis missus crudelitatis propter odium veritatis, puella saltat, & sauit mater, & inter lasciuias & delicias coniuuantium temere iuratur, & impie quod iuratur, impletur. Factum est Ioanni quod ipse praedixerat. De domino enim Iesu Christo dixerat, illum oportet crescere, me autē minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit veritas, non potuit aequo animo tolerari quod homo dei sanctus monebat, qui utique salutem eorum quarebat, quos sic monebat. Responderunt illi mala pro bonis. Quid enim ille diceret, nisi quo plenus erat? Et quid illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminavit, sed spinas inuenit. Dicebat regi, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Vincebat

enim regem libido, tenebat apud se prohibitam vxorē K fratris sui. Sed cum tamen sic libebat, vt non sciret. Honorabat eum a quo verum audiebat, sed mulier detestabilis odium concipiebat, quod aliquādo dato tempore pāreret. Quando parturiebat, peperit filiam, filiam saltantem. Et rex ille qui sanctum virum habebat Ioannem, qui eum propter dominum timebat, etsi ei non obediebat, posteaquam ab illo petatum est caput Ioannis in disco, contristatus est. Sed propter iurationem & propter conrecumbentes misit spiculatorē, & impleuit quod iurauit. Admonet nos locus iste charissimi, vt propter vitam & mores vestros aliquid vobis de iuramento tractemus. Falsa iuratio, non est leue peccatum, immo tam magnū peccatum est falsum iurare, vt propter reatum falsae iurationis dominus prohibuerit omnem iurationem. Ait enim: Dicitur est, Non periurabis. Reddes autem domino iurandum tuum. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, neque aliud quodcumque iuramentum, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes facere capillum album aut nigrum. Sit autem in ore vestro est est, non nō. Si quid amplius est, a malo est. Inuenimus autem in sanctis scripturis dominum iurasse, quando ei vsque ad immolationem dilecti filij obediunt Abraham. Locutus est ei angelus de caelo, Per memetipsum iuro dicit dominus, quia obaudisti vocem meam, & non peperisti filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te, & implebo semen tuum sicut stellas caeli, & sicut arenam maris. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Quod videtis totum orbem terrarum Christianos implere, exhibet verax iuratio dei. Itemque in Psalmis de domino Iesu Christo prophetatum est, iurauit dominus, & nō poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui nouerunt scripturas sciūt quid protulerit Melchisedech sacerdos dei excelsi quādo benedixit Abraham. Non oportet vt hoc memoremus propter catechumenos. Fideles tamen agnoscunt quemadmodum ante prophetatam sit quod modo videmus impleri. Et vnde hoc? Quia iurauit dominus. Et iurauit dominus & non poenitebit eum non quomodo Herodē poenituit quia intrauerat. Quum ergo dominus iurauerit quare dominus Christus suos iurare prohibuit? Dico quare. Non est peccatum verum iurare. Sed quia grande peccatum est falsum iurare, longe est M a peccato falsum iurandi qui omnino nō iurat. Propinquat falsa iurationi qui vel verum iurat. Dominus ergo, qui prohibuit iurare, supra ripam te noluit ambulare ne pes tuus in angusto labatur & cadas. Sed dominus iurauit, inquit, securus iurat qui metiri nescit, Non te moueat quia dominus iurauit quia forte non debet iurare nisi dominus. Tu enim quādo iuras quid facis? Testem deum adhibes. Tu ipsum, ipse seipsum. Sed homo, quia in multis falleris, plerumque adhibes testem veritatem ad tuam falsitatem. Aliquando & nolens homo iurat, quum verum putat esse quod iurat. Non est quidem tantum peccatum quātum eius qui scit esse falsum & tamen iurat. Quāto melior & a peccato isto graui omnino longē fit qui audit dominum Christum & non iurat. Scio graue esse consuetudini vestrae. Sed & graue fuit consuetudini nostra. Timendo deum abstulimus iurationē de ore nostro. Ecce vobiscum viuimus. Quis nos audiuisset aliquando iurantes? Nunquid non consueuerat quotidie iurare? At vbi legi & timui, luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione inuocaui dominū adiutorem.

Iuratio falsa

Matth. 5.

Gen. 22.

Psal. 109.

Psal. 114.

1. Corin. 12.

Ioan. 3.

Marci. 6.

A adiutorē. Praestitit mihi dominus adiutorium nō iurandi. Nihil mihi facilius est quā non iurare. Hoc ideo, admonui charitatem vestram ne dicatis, quis potest? O si deus timeatur, & si periuri expauescant, lingua frenatur, veritas tenetur, iuratio tollitur.

In eodem festo. Sermo XI.

**P**ropter hunc locum quē hodie audiimus quū Euangelium recitaretur dico charitati vestrae. Videtis miserum istum Herodem, Ioannē sanctum virum & dei hominē dilexisse. Sed quoniam temere iurauit, ebrius laetitia & delectatione saltantis, daturum se promissit quicquid illa puella, quae saltando placuerat, poposcisset. At vbi poscit rem crudelem & nefariam, contristatus est quidem. Videbat enim tantū scelus fieri, sed positus inter iurationem suā & puellae petitionem, vbi videbat cruentū facinus, ibi rursus timebat reatum perituri. Ne deum offenderet periurādo, deum offendit sauiendo. Dicit mihi aliquis. Quid ergo debuit facere Herodes? Si dixero nō debuit iurare. Quis nō videat hoc eum non facere debuisse? Sed non cōsolor de homine vtrū iurare debeat, sed quid facere debeat qui iurauit: ipsa est magna deliberatio. Temere iurauit. Quis nesciat? Tamen lapsus est, iurauit. Ecce puella petiuit caput sancti Ioannis. Quid facere debuit Herodes? Demum illi consilium. Si dixerimus, Parce Ioanni ne facias scelus, periurū suademus. Si dixerimus, noli periurare: ad scelus implendum prouocamus. Mala conditio antequā veniatis ergo ad istum bicipitem laqueum, tollite de ore vestro temerarias iurationes: antequam veniatis ad istam consuetudinem malā, moneo fratres meos, moneo filios meos. Quid opus est vt veniatis ad hunc articulum vbi nō possumus inuenire consilium? Tamen scripturis diligentius perscrutatis occurrit mihi vnum exemplum vbi videmus hominem & sanctū in temerariam iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat quā iurationē suam fuso hominis sanguine implere. Comemoro ergo charitati vestrae, quando Saul sanctum Dauid persequebatur ingratus, ille cū suis ibat, quocumque poterat, ne inueniretur a Saule & occideretur. Et quodam die ab homine diu qui vocabatur Nabal, & tondebat oues suas, petiuit sustentaculū victus sibi, & eis qui cū illo erant: immisericos dare noluit, & quod est grauius, contumeliosē respondit. Iurauit sanctus Dauid eum occisurum se esse. Erat enim armatus. Et quod facile fuerat, & iuste se facere ira persuadente videbatur, incautus iurationem fudit, & cepit ire vt faceret quod iurauerat. Occurrit Abigail vxor Nabal, & tulit ei necessaria quae poposcerat. Suppliciter eum rogauit, flexit, & a mariti sanguine reuocauit: iurauit temere, sed non impleuit iurationem maiore pietate. Proinde charissimi iterum redeo ad monēdos vos: Ecce sanctus Dauid, non quidem iratus, sanguinem hominis fudit, sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus, sed minus fuit illud in cōparatione maioris. Nam per seipsum appensum, magnum malū est falsa iuratio. Prius ergo laborare debetis, & cōfligere aduersus consuetudinem vestram malam, malā, & valde malā, & tollere iurationē de oribus vestris. Si quis autem prouocauerit te ad iurationē, vt forte sis sibi astimet satisfieri posse: si iuraueris de illa re quā putat te comisisse aut fecisse, & forsitan non fecisti, ne remaneat in illo mala suspicio: si iuraueris tu, nō sic peccas quomodo ille qui te prouocauit: quia dixit dominus Iesus, Sit in ore vestro est est, non non. Si quid amplius est, a malo est. Loquebatur autem de iuratione, Tomus decimus.

r. Reg. 17.

C adiutorē. Praestitit mihi dominus adiutorium nō iurandi. Nihil mihi facilius est quā non iurare. Hoc ideo, admonui charitatem vestram ne dicatis, quis potest? O si deus timeatur, & si periuri expauescant, lingua frenatur, veritas tenetur, iuratio tollitur.

vbi nos intelligere voluit ipsa iurationem a malo esse. Si ab alio prouocatus fueris, ab ipso malo erit quod iuras, non a tuo. Et hoc est prope a malo cōmuni generis humani, quoniam corda nostra videre non possumus. Nam si corda nostra videremus, cui iuramus? Quādo a nobis exigere iuratio? Quādo videretur oculis proximi ipsa cogitatio? Scribite in cordibus vestris quod dico. Ille autem qui hominem prouocauit ad iurationē, & scit eum falsum esse iuraturū, vincit homicidā, quia homicidā corpus occisurus est, ille animā, immo duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suā. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit, & iurare cōpellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit, tu quid inuenisti? Immo quia & tu peristi, qui de illius morte te faciare voluisti. Aliquid dicam quod nunquam dixi charitati vestrae in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Fuit hic homo quidam simplex, innocēs, benefidelis, a multis vestris, id est, Hipponensibus, immo ab omnibus cognitus, Tutuslymeni vocatus: Tutuslymeni quis vestrum non nouit qui estis ciues? Ab illo audiui quod dico, Nescio quis negauit ei, vel quod ei debebatur, & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iurandum, iurauit ille, iste perdidit, sed isto perdit ille penitus perit. Dicebat ergo iste Tutuslymeni homo grauis & fidelis, ipsa nocte se exhibitum fuisse ad iudicem, & cum magno impetu atque terrorē se peruenisse ad praesidentem excelsum. quēdam & admirabilem virum, cui parebat officium, similiter excelsum, iussum fuisse perturbatum retrō reuocari, & interrogatum fuisse his verbis. Quare prouocasti hominē ad iurationem quem sciebas falsum esse iuraturum? Respondit ille, Negauit mihi rem meam. Resposum est illi, Et nōne melius erat vt rem tuā quā exigebas perderēs quā animam hominis istius falsa iuratione perimerēs? Prostratus est, iussus est cadi. Casus est tam grauitur, vt in dorso euigilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi posteaquam emendatus est, Parcitur innocentiae tuae, decetero caue ne facias. Fecit quidem ille magnum peccatū, & emendatus est. Sed multo grauius peccatum faciet, qui post istum meū sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationē tale aliquid fecerit. Cauete a falsa iuratione, cauete a temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissimi cauebitis, si consuetudinem iurandi a vobis abstuleritis.

In natali beati Cypriani. Sermo XII.

**S**ERMONEM a nobis debitum auribus & cordibus vestris exigit tam grata & religiosa solennitas qua passionem beati martyris celebramus: Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis semper cupiens videre praesentem tam bonum rectorem atque doctorem: Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc nō solum sine vlla tristitia, verum etiam cum ingenti laetitia cuncta quae tunc gesta sunt, legendo recolimus, diēque isto gaudere nobis concessum est non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntē. Placet itaque vniuersam illam fidelissimam, & fortissimam, & gloriosissimam martyris passionem cum exultatione recordari praeteritam, quā tunc fratres cum sollicitudine sustinere futuram. Primo igitur quod pro fide confessionis Christi in exilium Curubia missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi praestitum ciuitati. Sermo XII. Quo

G Quo enim ipse mitteretur, ubi ille non esset propter cuius testimonium mittebatur. Christus ergo qui ait, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, in omni loco membrum suum excipiebat, quocumque furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequeris, si quæris exilium quo Christianus iubeatur ire, prius si potes inueni unde Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem dei, in Christo nusquam exulem in carne ubique peregrinum. Sed iam considerare & commemorare delectat post illud quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium quid ex ordine passionis ipsius consecutum sit. Cum enim Cyprianus sanctus martyr electus a deo de ciuitate Curubitana, in qua exilio præcepto Aspasij Paterni procuratoris missus fuerat, regressus esset, in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut ostensum erat illi. Quid iam fremeret persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam domini reuelatione firmatum? Quando enim desereret patiente quæ non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo quod ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in curriculum leuauerunt, in medioque posuerunt, & hoc diuina admonitionis fuit, ut gaudes recoleret ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos deputatus est. Christus namque inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbatur. Cyprianus autem inter duos apparitores, ad passionem currum portat. Christi vestigia sequebatur. Quid illud quod quum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit. Quanta intentione considerandum? Quanta laude prædicandum? Quæto præconio commendandum est? Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi dominici gregis usque ad extremum vitæ huius diem mete sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus tam proxima cruenti carnificis. Ita se Martyrem cogitabat futurum, ut esse non obtulisceretur episcopum, magis curans quam rationem pastorem principi de commissis sibi ouibus redderet, quam quid infideli proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius pro quibus sanguinem fundere illum imitans præparabat. Custodiri puellas præcepit sciens non solum se habere simplicem dominum, sed etiam versipellem aduersarium. Itaque aduersus leonem aperte fremetem in confessione virile pectus armabat, aduersus lupum infidiantem gregi sexum foemineum muniebat. Ita vere sibi consulit qui deum iudicem cogitat apud quem causam gestæ huius vitæ atque ab illo sibi muneris iniuncti quisque dicturus est, Vbi omnis homo recipit sicut testatur Apostolus quæ per corpus gessit siue in bonum siue in malum: ita sibi consulit qui ex fide viuens & fatagens ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem & sic deo placitos mores perducit usque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus Episcopus misericordissimus & martyr fidelissimus consulebat, non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi a se impij iudicis monere videbatur dicens. Consule tibi: quum enim eius immobilis mentem videret quando ei dixit, Iusserunt te principes caremoniari. Responditque ille: non facio, adiecit & ait, Consule tibi, Ipsa est lingua subdola diaboli: & si non huius qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebatur enim

proconsul non tam secundum principes homines quorum iussa sibi met iniuncta iactabat, quam secundum principem potestatis aeris de quo Apostolus dicit, Qui operatur in filiis diffidentiae, quem per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse non nouerat. Nouerat, inquam, Cyprianus quum a proconsule audiret, consule tibi, quod caro & sanguis diceret stolide hoc diabolus dicere subdole: atque intuebatur in vno opere duos istum oculis, illum fide: nolebat eum iste inori, nolebat ille coronari, proinde circa istum placidus, circa illum cautus. Huic aperte respondebat, illum occulte vincebat, Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixerat quippe ille, consule tibi. Ad hoc responsum est, In re tam iusta nulla est consultatio. Consulit enim qui consiliu vel impetit vel querit, sed proconsul non a Cypriano consiliu accipere volebat, sed eum potius ut a se acciperet monebatur: at ille, In re, inquit, tam iusta nulla est consultatio. Non adhuc consulo quia non adhuc dubito, abstulit enim mihi dubitationem ipsa iustitia: luctus autem ut securus moriatur in carne, certus viuit in fide. Præcesserant Cyprianum multi martyres quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincendum diabolus accenderat, & erat utique iustum vt quos veridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur, ergo in re tam iusta nulla est consultatio. Quid ad hæc dicamus? Quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum, in quid erumpat cor nostrum & os nostrum nisi in ipsam venerabilis martyris vltimam uocem? Quum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset, tacitum Cyprianum gladio animaduerti placet. Respondit ille, Deo gratias. Habentes igitur de re tanta memoriam presentis loci, festiuitatem solennissimam dici, propositionem saluberrimam exempli, omnibus medullis nostris dicamus & nos, Deo gratias.

In natali beati Mauricii ac sociorum eius:

Sermo XIII.

**A**dmonet nos eloquia diuina quæ lecta sunt timendo non timere, & non timendo timere. Aduertistis quum sanctum Euangelium legeretur dominum deum nostrum antequam pro nobis moreretur firmos nos esse uoluisse, sed admonendo ne timeremus, & admonendo ut timeremus. Ait enim, Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere. Ecce ubi monuit ne timeremus, videte ubi monuerit ut timeremus. Sed enim, inquit, timete qui potestatem habet corpus & animam occidere in gehennam, ergo timeamus ut non timeamus. Timor videtur ad ignauiam pertinere. Timor infirmorum videtur esse non fortium. Sed videte quid ait scriptura, Timor domini spes fortitudinis. Timeamus ne timeamus: hoc est, prudenter timeamus ne inaniter timeamus, martyres sancti propter quorum solennitate hoc ex Euangelio recitatum est timendo non timuerunt, quia deum timendo homines contempserunt. Quid enim ab hominibus homini metuendum est? Et quid est unde alterum terreat homo hominem? Terret & dicit: occido te, & non timet ne quum minatur prius moriatur. Occido, inquit, quis dicit? Cui dicit? Duos audio, vnum terret, alterum metuentem: quorum duorum vnus est potes, alter infirmus, sed ambo mortales. Quid se ergo extendit in honore inflatior potestas, in carne æqualis infirmitas? Securus minetur mortem qui non timet mortem, si vero unde terret, timet, attendat se & ei cui minatur cõparet se, inueniat in eo cui minatur paræ conditionem, & a domino simul cum illo petat miserationem. Homo est enim & homini minatur creatura creaturæ:

K Ephem.

L

Matth. 10. M

Prouer. 14.

**A**ture: sed vna inflata sub creatore, altera fugiens ad creatorem. Dicat ergo fortissimus martyr flans homo ante hominem, non timeo quia timeo, tu quod minaris si ille nolit non facis. Quod autem ille minatur, ut faciat a nullo impedit, deinde tu quod minaris & si permitteris quid facis? Usque ad carnem sanis, anima tuta est. Non occides: quod non vides, visibilis visibilem terret. Habemus ambo inuisibilem creatorem quem simul timere debeamus, qui hominem ipsum ex visibili & inuisibili creauit: visibilem de terra fecit, inuisibilem flatu suo animauit. Substantia ergo inuisibilis, hoc est, anima quæ iacentem terram erexit de terra, non timet quum percutis terram: potes ferire habitaculum, nuncquid habitatorem? Fugit percussio vinculo colligatus, & erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris quum animam nihil facere potes? Per meritum eius cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes: per meritum enim animæ resurget & caro & habitatori reddetur iam non ruitura, sed mansura: ecce verba martyris dico, ecce propter ipsam carnem meam timeo comminatum, caro mea subiaceret potestati, sed etiam capilli capitis mei numerati sunt creatori. Quid timeo ne carnem perdam qui nec capillum perdo? Quomodo non attendit carnem meam cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, mortale erit. Sed cui hoc? Cui reddetur corpus ad vitam æternam etiam occisum, peremptum, dissipatum, cui reddetur? Ei qui non timuit ponere animam suam quum non timet ne occidatur caro sua. Etenim fratres anima immortalis perhibetur, & est immortalis secundum quandam modum suum, quia est quædam vita quæ potest presentia sua carnem viuificare. Per animam quippe caro viuit, hæc vita mori non potest & ideo anima immortalis est. Quare ergo dixi, secundum suum modum? Quoniam est quædam immortalitas vera, immortalitas quæ est omni modo incommutabilis, de qua dicit Apostolus loquens de deo. Qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, sed nec videre potest, cui est honor & gloria in secula seculorum: amen. Si ergo deus solus habet immortalitatem, certe anima mortalis est. Ecce quare dixi immortalem esse animam secundum modum suum. Nam potest & mori: intelligat charitas vestra & nulla questio remanebit. Audeo dicere, anima potest mori, potest occidi, certe immortalis est: Ecce audeo dicere, & immortalis est, & occidi potest: & ideo dixi, quoniam est quædam immortalitas, hoc est, omni modo incommutabilis, quæ solus deus habet: de quo dictum est, Qui solus habet immortalitatem. Nam si anima non potest occidi, quomodo dixit ipse dominus, quum terreret nos, eum timete qui potestatem habet & corpus & animam occidere in gehennam? Adhuc confirmari non solui questionem. Probauit quia potest anima occidi. Contradicti Euangelio non potest, nisi ab anima impia. Ecce mihi occurrit & hic & venit in mentem quod dicam. Contradicti non potest vita nisi ab anima mortua. Euangelium vita est, impietas & infidelitas mors animæ est. Ecce potest mori & immortalis est. Quomodo ergo immortalis est? Quia semper aliqua vita est quæ in illa nunquam extinguitur. Quomodo moritur? Non ut non sit vita sed amittendo vitam. Et enim anima & vita est alicui rei, & habet etiam ipsa vitam suam. Ordinem attende creaturarum. Vita corporis anima est. Vita animæ deus est. Sicut adest vita corpori, id est anima ne moriatur corpus: sic debet adeste vita animæ, hoc est deo ne moriatur anima. Corpus quomodo moritur? At

Matth. 10.

1. Timo. 6.

Matth. 10. C

Matth. 5.

nima deserente. Anima, inquam, deserente moritur corpus, & iacet cadauer paulo ante appetibile, modo aspernabile. In sunt membra, oculi, aures: sed hæc fenestrae sunt domus, habitator abscessit. Qui plangit mortuum ad fenestras habitaculi, frustra clamat. Non est intus qui audiat. Quanta dicit plagentis affectus, quanta enumerat, quanta commemorat, & quanta, ut ita dixerim, doloris infania quasi cum sentiente loquitur, quum loquatur cum absente. Enumerat mores, enumerat indicia beneuolentiæ circa se. Tu es qui mihi illud dedisti. Illud & illud præstitisti, tu es qui sic & sic me dilexisti. Si attendas, si intelligas, si infaniam doloris premas, qui te dilexit abscessit: frustra te domus patitur pulsator, in qua non potes inuenire manfore. Redeamus ad causam quæ paulo ante dicebam. Mortuum est corpus. Quare? Quia discessit vita eius, hoc est anima. Viuit corpus, & impius est. Infidelis est, ad credendum durus, ad corrigendos mores ferreus. Viuente corpore mortua est anima, per quæ corpus viuit. Tanta enim res est anima ut idonea sit vitæ præstare corpori etiam mortua. Tanta, inquam, res est anima, tam excellens creatura, ut idonea sit etiam mortua carnem viuificare. Nam ipsa anima impij, anima infidelis, anima peruersa, dura, mortua est: & tamen per ipsam mortuam viuit corpus. Ideo ibi est. Mouet ad operandum manus, ad ambulandum pedes, ad videndum intendit obtutu, ad audiendum auribus inclinatur, sapores diiudicat, dolores refugit, appetit voluptates. Oia hæc corporis viuentis indicia, sed ex anima presentia. Interrogo, Corpus an viuat. Respondet mihi: Vides ambulante, vides operante, audis loquente, cernis appetente & fugiente, & non intelligis corpus viuere? Per hæc opera anima intus constituta intelligo corpus, videre. Et interrogo ipsam animam, an viuat. Habet & ipsa opera sua, per quæ ostendat vitam suam. Pedes ambulant, intelligo corpus viuere, sed anima presentia. Quæro vtrum viuat anima. Pedes isti ambulant. Ecce de vno mortuo. De vita interrogo corpus & animam. Ambulant pedes, intelligo corpus viuere. Sed quid ambulat? Ad adulterium, inquit. Ergo mortua est anima. Sic enim veracissima scriptura dixit, Mortua est vidua quæ in delictis viuit. Quum multum inter sit inter delicias & adulterium, quomodo potest anima, quæ in delictis mortua dicitur, in adulterio viuere? Mortua est. Sed nec sic quid agens mortua est. Loquentem audio. Viuit corpus. Non enim lingua in ore moueretur, & percuteret quibusque locis articulares sonos, nisi intus habitator esset, & quasi ad hoc organum musicus qui lingua illa vteretur. Prorsus intelligo. Hoc modo corpus loquitur: corpus viuit. Sed interrogo vtrum & anima viuat. Ecce loquitur corpus, viuit. Quid loquitur? Quomodo dicebam de pedibus, ambulant, Ecce viuit corpus, quod ambulant? Et quærebam ut intelligerem vtrum & anima viueret. Sic etiam quum audio loquentem, intelligo quia corpus viuit. Quæro quid loquatur, vtrum & anima viuat? Mendacium loquitur. Si mendacium loquitur, ergo mortua est. Unde hoc probamus. Ipsam veritatem interrogemus, quæ ait, Os quod mentitur occidit animam. Quæro, quare mortua est anima? Quod paulo ante dicebam, quæro quare mortuum est corpus. Quia discessit vita eius anima. Quare mortua est anima? Quia deseruit eam vita eius, deus. Breuiter ergo his cognitis scitote certumque tenete corpus mortuum esse sine anima: Animam mortuam esse sine deo. Omnis homo sine deo mortuum habet animam. Plangis mortuum, magis plange impiu, plange infidelem, Scriptum est, Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. An vero non in te sunt viscera christianæ miserationis vt plan-

D

E

1. Timo. 3.

F

Sapient. 23.

Ecclesiastici 23.

Ioan. 10.

1. Cor. 5.

**G**as corpus à quo discessit anima. Et non plangas animam à qua recessit deus: Hoc tenens martyr respondeat cōminatori. Quid me cogis? Vt negē Christū. Ergo vt negē veritatē. Si nolueris, quid facis? Percutis corpus meū, vt recedat inde anima mea. Sed ipsa anima mea habet ad se corpus. Non est imprudens, non est inspiens. Tu vis ferire corpus meū, vis vt quum timeo ne ferias corpus meum & recedat inde anima mea, ego feriam animam meā & recedat inde deus meus? Nō ergo timeas martyr gladiū percussoris, linguā tuam time, ne tu percutias & occidas nō carnem sed animā. Animam time ne moriatur in gehēna ignis. Inde ergo dominus. Qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Quomodo, quando mittetur in gehēna impi⁹ ardebit? Ibi corpus, Ibi anima. Mors corporis sem piterna poena. Mors animæ, dei absentia. Vis nosse quā sit mors animæ? Intellige prophetam dicentē, Tollatur impius vt non videat claritatem domini. Timeat ergo anima mortem suā, & nō timeat mortem corporis sui. Quia si timuerit mortem suā, & vixerit in deo suo, non eum offendendo & à se repellēdo, merebitur in fine recipere corpus suū, nō ad poenam aternā sicut impij, sed ad vitā eternā sicut iusti. Illā mortē timentes, & illā vitā martyres diligentes, pmissa dei expectātes, minas persecutorū cōtemnentes, & ipsi apud deum coronari meruerunt, & nobis celebranda ista solennia reliquerunt.

In festo omnium sanctorū Homilia in illud Matthæi,

Beati pauperis spiritus: cetera. X I I I.



**S**olennitate sanctæ virginis quæ testimonium dixit de Christo, & testimoniū meruit à Christo, palam occisæ, occulte coronatæ, admonemur charitatī vestræ de illa exhortatione loqui quā modo dominus ex Euangelio proferebat, dicēs multas causas beatæ vitæ quam nemo est qui non velit. Nemo quippe inueniri potest qui beatus esse non velit. Sed si homines quomodo desiderant mercedem, sic opus mercedis nō reculant. Quis nō alacriter currat, quum ei dicitur, beatus eris: Libenter audiat & quum dicitur, si hoc feceris. Nō recusetur certamen, si diligitur præmiū, & accendatur animus ad alacritatē operis cōmendatione mercedis. Quod volumus, quod desideramus, quod petimus, post erit. Quod autē iubemur vt faciamus, propter illud quod post erit, modo sit. Ecce incipere diuina dicta recolere & ipsa Euangelica præcepta vel munera: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū cœlorum. Postea erit tum regnū cœlorum, modo esto pauper spiritu. Vis vt postea regnum cœlorum tuū sit? Vide modo tuipse cuius sis. Esto pauper spiritu, Quæris à me fortasse quid sit esse pauperem spiritu, Omnis inflatus non est pauper spiritu. Ergo humilis pauper est spiritu. Altū est regnum cœlorum, sed qui se humiliat exaltabitur. Attende quod sequitur, Beati, inquit, mites: quoniam ipsi hereditate possidebūt terram. Iam vis possidere terram: vide ne possidearis à terra. Possidebis mitis, possideberis immittis, nec cū audis præmiū propositum vt possideas terram, extendas auaritiā sinū, qua vis possidere modo terram, excluso etiam vt cumq; vicino tuo: nō te ista fallat opinio, Tūc vere possidebis terram, quando inhaeris ei qui fecit cœlū & terrā: hoc est enim esse mitem, nō resistere deo tuo: vt in eo quod bene facis, ipse tibi placeat, nō tu tibi: in eo quod male, iuste pateris: ipse tibi nō displiceat, sed tu tibi. Neq; enī parū est quia placebis ei displicens tibi, displicebis autē ei placens tibi. Attende tertium. Beati lugentes quoniā ipsi cōsolabuntur. In luctu opus est, in cōsolatione mer-

ces est. Nā qui lugent carnaliter, quas cōsolationes habent? Molestias metuendas: ibi cōsolatur lugens, vbi timet rursus ne lugeat: verbi gratia: Cōtristat filius elatus, Iustificat natus: illum extulit, hunc suscepit: in illo tristitia, in isto timor: in nullo ergo cōsolatio. Ergo illa erit vera cōsolatio qua dabitur quod nō amittatur, vt illi se postea gaudeat cōsolari, qui modo se lugent peregrinari. Accedat ad quartum & opus & munus, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Saturari vis. Vnde: Si caro saturitatem concupiscit, digesta saturitate famem iterum patieris. Et qui biberit, inquit, ex aqua hac, sitiet iterum: medicamentum quod ad vulnus ponitur, si sanauerit iam nō dolet. Quod autem ponitur cōtra famem, hoc est, esca, ita ponitur vt ad modicum releuet. Transacta enim saturitate redit fames. Accedit quidem quotidie remedium saturitatis, sed nō ad sanatum vulnus infirmitatis. Esuriamus, ergo sitiāmusque iustitiam, vt ipsa iustitia satiemur quam nunc esurimus & sitimus: inde enim saturabimur quod esurimus & sitimus, interior homo noster esuriat & sitiāt, habet enim cibum suum, habet potum suum. Ego sum, inquit, panis qui de cœlo descendi. Habes panem esurientis, desideria & potum sitiētis, quoniam apud te est fons vitæ. Attende quod sequitur, Beati misericordes: quoniā ipsorum miserebitur deus. Fac & fiet. Fac cum altero vt fiat tecum, quia abundas & egēs: abundas temporalibus, egēs aternis: mendicum hominem audis, mendicus ipse dei es: petitur à te, & petis. Quod egeris cum petitore tuo, hoc aget deus cum suo. Et plenus & inanis es. Imple inanem de plenitudine tua, vt de dei plenitudine impleatur inanitas tua. Attende quod sequitur, Beati mundicordes: hoc est, qui mundi corde sunt, quoniam ipsi deū videbunt. Hic est finis amoris nostri, finis quo perficiamur nō quo consumamur. Finitur cibus, finitur vestis. Cibus quia consumitur edendo. Vestis quia perficitur texendo: & illud finitur & illud, Sed finis iste pertinet ad cōsumptionem, ille ad perfectionem. Quicquid agimus, quicquid bene agimus, quicquid nitimur, quicquid laudabiliter astuamus, quicquid inculpabiliter desideramus, ad dei visionem quum venerit plus non requiremus. Quid enim querat cui adest deus, aut quid sufficiat ei cui non sufficit deus? Videre deum volumus, videre deū querimus, videre deum inardescimus. Quis non? Sed vide quid dictum est, Beati mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt. Hoc para vnde videas: vt enim secundum carnem loquar, quid desideras ortum solis cum oculis lippis: Sani sunt oculi, & erit illa lux gaudium. Non sint oculi sani, erit illa lux tormentum. Nō enim corde non mundo videre permittitur quod non videtur nisi corde mundo: repelleris, aufereris, non videbis. Beati enim mundicordes, quoniā ipsi deū videbunt. Quoties beatos iam numerauit, quas beatitudinis causas, quæ opera, quæ munera, quæ merita, quæ præmia? Nusquam dictū est, ipsi deum videbunt. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū cœlorum. Beati mites, ipsi hereditate possidebunt terram. Beati lugentes, ipsi cōsolabuntur. Beati esurientes & sitientes iustitiam, ipsi saturabuntur. Beati misericordes, ipsi misericordiam consequentur. Nusquam dictum est, ipsi deum videbūt. Ventum est ad mundicordes, ibi visio dei promissa est. Non sine causa, nisi quia ibi sunt oculi vnde videtur deus. De his oculis Paulus Apostolus loquens ait, Illuminatos oculos cordis vestri. Modo ergo isti oculi pro sua infirmitate illuminantur fide: postea pro sua firmitate illuminabuntur specie. Quandiu enim sumus in corpore

**K** Lugentes.  
**L** Ioan. 6.  
**M** Matth. 5.  
**N** 1. Cor. 5.

**A** corpore peregrinamur à domino. Per fidem enim ambulamus non per speciem. Quandiu autem in hac fide sumus quid de nobis dicitur? Videmus nunc per speciem in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nō hic corporea facies cogitatur: nam si accensus desiderio videndi deū, faciem tuā præparaueris corporalem ad videndum deū, talem faciem desiderabis & dei. Si autem iam saltē de deo spiritaliter sapis, vt deum nō cogites esse corporeū, Vnde diutius heri egimus, si tamen aliquid peregrinus, si in corde nostro tāquam in templo dei formæ humanæ fregimus simulachrū, si iam nobis bene venit in mentem & viscera nostra interiora possedit, vbi detestatur, Apostolus eos qui dicentes se esse sapientes multi facti sunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Si iam tale malum detestamini, si auerfamini, si creatori mundatis templum suum. Si vultis vt veniat & mansioem apud vos faciat, sēte de domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. Videte cui dicatis. Si tamē dicitis, si vere dicitis, Tibi dixit cor meum quæram faciem tuam. Dicat & cor tuum, & adde, Vultum tuum dominē requirā. Bene enim requiris, quia corde requiris. Dicitur dei vultus, dicitur dei brachium, dicitur dei manus, dicuntur dei pedes, dicitur dei sedes, dicitur sca bellū pedum eius, sed noli membra humana cogitare, si vis esse templum veritatis, frange idolum falsitatis. Manus dei potētia dei, Facies dei notitia dei, Pedes dei præsentia dei. Sedes dei, si vis, tu es. An forte negare audebis deum esse Christum? Non inquis, Concedis & hoc, Christum dei virtutem & sapientiam dei? Concedo, inquis. Audi, Anima iusti sedes est sapientie. Vbi enim sedem habet deus, nisi vbi habitat? Vbi autem habitat, nisi in templo suo? Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Vide ergo quomodo excipias deum. Spiritus est deus, in spiritu & veritate oportet adorare deū. Iam in cor tuū si placet, intret arca testamenti, & ruat Dagon. Audi ergo nunc & disce deū desiderare, disce vnde deū videre possis præparare. Beati enim mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt. Quid præparas oculos corporis? Si sic videbitur, in loco erit quod videbitur, non est in loco qui vbiq; totus est. Mūda vnde videatur, audi & intellige si ipso iuuante potero explicare. Adiuuet nos ad intelligendum omnia supradicta opera & munera quæ admodū congrua cōgruentibus apposta sunt. Vbi enim dictum est de præmio quod non cōgrueret operi & cōsonaret? Quia humiles quasi à regno videntur alieni, Beati, inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorū. Quia mites homines facile excluduntur de terra sua. Beati, inquit, mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. Iam cetera aperta sunt, clara sua sponte cognoscuntur, disputatore non egent, cōmemoratore opus habent. Beati qui lugent. Quis lugens non cōsolationem desiderat? Ipsi, inquit, consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quis esuriens & sitiens nō satietatem requirit? & ipsi, inquit, saturabuntur. Beati misericordes. Quis misericors nisi qui optat ex ipso opere reddi sibi à deo vicem, vt circa se fiat quod circa pauperem facit? Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Quomodo per ipsa singula singulis propria apposta sunt, & nihil adhibitum est in præmio quod non congrueret præcepto. Præceptum est enim vt sis pauper spiritu: præmiū est, vt habeas regnum cœlorum. Præceptum est, vt sis mitis: præmiū est, vt possideas terram. Præceptum est, vt sis lugens: præmiū, vt consolaberis. Præceptum est, vt esurias & sitias iustitiam: Tomus decimus.

**1. Cor. 13.**  
**Roma. 1.**  
**Sapient. 1.**  
**Psalm. 26.**  
**1. Cor. 1.**  
**Sapient. 7.**  
**2. Cor. 6.**  
**Ioan. 4.**

præmiū, vt satureris. Præceptum est, vt sis misericors: D præmiū, vt misericordiam consequaris. Sic præceptū est, vt mundes cor: præmiū, vt videas deum: non ergo ita sapias in his præceptis & præmiis vt quū audis, Beati mundicordes, quoniam ipsi deū videbunt, putes pauperes spiritu non visuros, aut non visuros mites, nō visuros lugentes, non visuros esurientes & sitientes iustitiam, non visuros misericordes. Non arbitreris eos tātum quasi visuros qui mundo sunt corde, illis à visione separatis. Omnia enim hæc idem ipsi sunt. Ipsi videbūt, sed non idē videbunt quia pauperes spiritu sunt, quia mites sunt, quia lugentes, quia esurientes & sitientes iustitiam, quia misericordes, sed quia mundi sunt corde. Quemadmodum si corporalia opera membris corporalibus coaptaret ac diceret, verbi gratia quisquam, Beati qui pedes habent quia ipsi ambulabunt: beati qui manus habent, quia ipsi operabuntur: beati qui vocem habent, quoniam ipsi clamabunt: beati qui os & linguam habent, quoniam ipsi loquentur: beati qui oculos habent, ipsi enim videbunt. Sic tanquam spiritalia membra cōponens docuit quid ad quid pertineat. Apra est humilitas ad habendum regnum cœlorum, apta est mansuetudo ad possidendam terram, aptus luctus ad cōsolationem, apta fames & sitis iustitiæ ad saturitatem, apta misericordia ad impetrandam misericordiam, aptum mundum cor ad videndum deum. Si ergo desideramus videre deum, oculis iste vnde mundabitur? Quis enim non currat, quis non querat vnde mundet quo videre possit quæm toto affectu desiderat? Expressit hoc diuina testatio, Fide, inquit, mundans corda eorum. Mūdat cor fides dei, mundum cor videt deum. Sed quia ipsa fides aliquando ab hominibus, qui seipos fallunt, talis determinatur, quasi sufficiat tātummodo credere. Promittunt enim sibi quidam etiam conspectum dei regnūq; cœlorum credentes & male viuentes. Contra hos successus & spiritali charitate quodammodo stomachans Iacobus Apostolus in epistola sua dicit, Tu credis quoniam vnus est deus. Plaudis tibi de fide, attendis enim multos impios æstimare multos esse deos, & tu tibi gaudes credendo quod vnus est deus. Bene facis, & damones credunt & cōtemniscunt. Nūquid & ij deum videbunt? Videbūt qui mūdo sunt corde. Quis autē mundicordes dicat spiritus immūdos? & tamen credūt & cōtemniscunt. Discernenda est fides nostra à fide dæmonū. Fides enim nostra mundat cor, fides autem illorū reos facit. Male quippe operantur & ideo domino dicunt, Quid nobis & tibi est? Quū audis hoc dæmones dicere putas eos nō agnoscere? Scimus, inquit, qui sis: Tu es filius dei. Dicit hoc Petrus & laudatur, dicit hoc dæmō & dānatur. Vnde hoc nisi quia vox par & cor impar? Discernamus ergo fidem nostrā, nec credere sufficiat. Nō est talis fides quæ mūdat cor. Fide, inquit, mundās corda eorum. Sed qua fide, quali fide nisi quā definit Apostolus Paulus vbi ait, Fides quæ per dilectionē operatur? Ista fides discernit à fide dæmonū, discernit ab hominū flagitiosis ac perditis moribus. Fides, inquit, Quæ fides? Quæ per dilectionē operatur, sperat quod deus pollicet. Nihil ista definitione propēsius, nihil perfecti⁹. Ergo tria sunt illa. Necessē est vt in quo est fides, quæ per dilectionē operatur, speret quod deus pollicet. Comes est ergo si dei spes: necessaria quippe spes est, quādiu non videmus quod credimus: ne forte nō vidēdo & desperādo deficiamus. Cōtristat nos, quia nō videm⁹: sed cōsolat nos, quia visuros nos speram⁹. Adest ergo spes, & fit comes fidei. Deide & charitas, qua desideram⁹, qua ptingere conamur, Charitas.

**E** Acto. 15.  
**F** Iacobi. 2.  
**G** Galat. 5.  
**H** Fides Christianorum discernitur à fide dæmonum.  
**I** Lucæ. 4.  
**J** Matth. 16.  
**K** Acto. 15.  
**L** Galat. 5.  
**M** Fides  
**N** Spe  
**O** S iij qua



G qua inardescimus, qua esurimus & sitimus. Adhibetur ergo & hæc: & erit fides, spes, charitas. Quomodo enim non erit ibi charitas, quoniam nihil sit aliud charitas quam dilectio: Ipsa autem fides definita est, quæ per dilectionem operatur. Tolle fidem, perit quod credis. Tolle charitatem, perit quod agis. Fidei enim pertinet ut credas: charitati ut agas. Si enim credis & non amas, non te moues ad bonum opus. Et si moues, ut seruus moues non ut filius, timendo poenam non amando iustitiam. Illa ergo Fides, inquam, mundat cor quæ per dilectionem operatur. Et modo ipsa fides quid agit tantis testimoniis scripturarum, tam multiplici lectione, tam varia copiosaque exhortatione quid agit nisi videamus per speculum in ænigmate, postea facie ad faciem? Sed non iterum tu redeas ad istam faciem tuam. Faciem cordis cogita: coge cor tuum cogitare diuinam, cõpelle, vrge. Quicquid simile corporis cogitanti occurrerit, abiice. Nondum potes dicere, hoc est, saltem dic non est hoc. Quando enim dices, hoc est deus? Nec quom videbis quia ineffabile est quod videbis. Raptum se dicit Apostolus in tertium cælum, & audisse ineffabilia verba. Si sunt ineffabilia verba, quid est cuius sunt verba? Cogitanti ergo tibi de deo, occurrit aliqua fortasse in humana specie mira & amplissima magnitudo, constituisi eam conspectu cogitationis tuæ, tanquam magnum aliquid amplissimum, grande, ingentissima mole diffusum, finisti alicubi. Si finisti, deus non est. Si non finisti, facies ubi est? Cogitas molem, & ut membra distinguas definis molem. Aliter enim membra distinguere non potes, nisi moli dederis finem. Quid agis stulta & carnalis cogitatio? Grandem molem fecisti, & tanto grandiore quanto te putasti deum amplius honorare. Addit alius vnum cubitum & facit maiorem. Sed legi, inquis, Quid legisti qui nihil intellexisti? Et tamen dic quid legisti? Non repellamus paruulum corde iudicem. Dic quid legisti, Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Aio, Legi & ego, sed tu forte potiorum te putas quia legisti & credidisti. Credo & ego quod dixisti. Simul credamus. Quid dico? simul queramus. Ecce tene quod legisti, & credidisti. Cælum mihi thronus est, id est, sedes: thronus enim Græce, Latine sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Non legisti & aliud qui palmo mensus est cælum? Puto te legisse, cognoscis, & te credere confiteris. Ibi enim vtrūque legimus: vtrūque credimus, modo iam cogita. & doce me, adhibeo te doctorem, me paruulum facio, Doce obsecro te. Quis est qui sedet in palmo suo? Ecce figuras, Liniamenta membrorum dei a corpore humano duxisti. Sed forte surrepit tibi ut secundum corpus putares nos factos ad imaginem dei. Interim accipio considerandum, discutiendum, requirendum, disputando excutiendum. Si placet audi me, quia in eo quod tibi placuit, audiui te. Sedet deus in cælo, & palmo metitur cælum. Idem cælum fistulatum quom sedet, & angustum quom metitur, an ipse deus tantus est in sedendo quantus in palmo? Si hoc ita est, non ad similitudinem suam nos fecit. Nos enim palmum angustiore valde habemus quam partem corporis qua sedemus. Ille autem si tam latus est in palmo suo, quam latus in sessione sua, disparia membra nobis fecit: non est ista similitudo. Erubescat ergo tale idolum in corde christiano: proinde cælum accipe pro omnibus sanctis: quia & terra dicitur pro omnibus qui sunt in terra, Omnis terra adoret te. Si bene dicimus secundum eos qui habitant in terra, Omnis terra adoret te: bene dicimus etiam secundum eos qui habitant in cælo, Omne cælum portet te. Nam & sancti ipsi qui in terra

1. Cor. 13.

2. Cor. 12.

Esa. 66.

Esa. 40.

Gen. 1.

Psal. 65.

habitant, carne terram calcant, corde in cælo habitant. Non enim frustra admonentur sursum habere cor, & quom admoniti fuerint ita esse respondent: aut frustra dicitur, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedens, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. In quantum ergo ibi conuersantur, & ipsi deum portant, & cælum sunt: quia dei sedes sunt. Et quom annunciant verba dei, Cæli enarrant gloriam dei. Redi ergo mecum ad faciem cordis: ipsam prepara, intus est cui loquitur deus: aures, oculi, cætera membra visibilia, interioris cuiusdam vel habitaculum vel organum sunt. Interior est homo ubi habitat Christus interim per fidem, ibi habitaturus presentia diuinitatis suæ quom cognouerimus quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, profundum, cognouerimus etiam supereminente scientiæ charitatē Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem dei. Nunc ergo si tibi intellectus, hic non displicet, aduoca te comprehendere latitudinem, longitudinem, altitudinem, profundum. Non discurras imaginatione cogitationis per spatia mundana, & molis huius tam magnæ incomprehensibilem granditatem. In te attende quod dico, Latitudo est in bonis operibus, longitudo in longanimitate & perseverantia bonorum operum, altitudo in supernorum expectatione pramiorum. Propter quom altitudinem tibi dicitur ut sursum cor habeas. Bene operare, & in bonis operibus persevera propter beneficia dei. Terrena pro nihilo æstimes, ne quom tibi aliquo sapientis illius flagello terra ista fuerit perturbata, dicas te sine causa deum coluisse, sine causa bona opera fecisse, sine causa in bonis operibus perseverasse. Faciendo enim bona opera, quasi habuisti latitudinem. Perseuerando in eis, quasi habuisti longitudo. Sed terrena conquirendo non habuisti altitudinem. Attende profundum, Gratia dei est in occulto voluntatis eius. Quis enim cognouit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Et iudicia tua sicut multa abyssus. Hanc conuersationem bene operandi, in ea perseverandi, superna expectandi, gratiæ dei occulte dandi, sapientia non stultitia, nec reprehendendi quare alius sic, alius autem sic: non enim est iniquitas apud deum. Hanc ergo conuersationem, si placet, coapta etiam cruci domini tui. Non enim frustra tale mortem elegit, in cuius potestate erat vel mori vel non mori, Si in potestate erat mori & non mori, quare non in potestate sic vel sic mori? Non frustra ergo crucem elegit, ubi te huic mundo crucifigeret. Nam latitudo est in cruce transuersum lignum, ubi figuratur manus, propter bonorum operum significationem. Longitudo est in ea parte ligni, quæ ab ipso transuerso ad terram tendit. Ibi enim corpus crucifigitur & quodammodo stat: & ipsa statio perseverantiæ significat. Altitudo autem in illo ligno est, quod ab eodem transuerso sursum versus ad caput eminet, & ea significatur supernorum expectatio. Vbi profundum, nisi in ea parte quæ terræ defixa est: Occulta est enim gratia: & in abdito latet. Non videtur, sed inde eminere quod videtur. Post hæc si comprehenderis hæc omnia, non solum intelligendo veruetiam agendo, intellectus enim bonus omnibus qui faciunt eum, tunc iam extendere te si potes ad agnoscendam agnitionem charitatis Christi supereminente scientiæ. Quom perueneris, impleberis in omnem plenitudinem dei. Tunc erit illud facie ad faciem. Impleberis autem in omnem plenitudinem dei, non ut tu sis plenus deus, sed ut sis plenus deo. Quare ibi, si potes, faciem corporalem. Iam tollantur nugæ a mentis aspectu. Abiciat paruulus ludicra, discat tractare maiora. Et nos in multis paruulismus, & cum plus quam sumus essemus, a maioribus tolerati sumus.

Col. 3.

Psal. 18.

Eph. 3.

L

Roma. 11.

Psal. 35.

2. Para. 19.

Roma. 9.

M

Psal. 110.

A sumus. Pacem sectamini cum omnibus, & sanctificationem sine qua nemo poterit videre deum. Hac enim & cor mundatur, quia ibi est fides quæ per dilectionem operatur. Hinc beati mundicordes, quom ipsi deum videntur. In festo sanctæ crucis: In illud A postoli, Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: Sermo XV.

Gala. 6.

Veteris testamenti signum. Notum testamenti signum.

1. Corin. 3.

2. Corin. 3.

Roma. 10.

1. Corin. 10.

Gala. 6.

Esa. 9.

Philip. 3.

Roma. 10.

**N**AEC est Christiana doctrina, humilitatis preceptum, humilitatis commendatio, ut non gloriamur, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Nam non est magnum in Christi sapientia gloriari, magnum est in cruce gloriari. Vnde tibi insultat impius, gloriatur pius inde. Vnde exultat superbus, inde gloriatur Christianus. Noli erubescere de cruce Christi. Ideo in fronte, tanquam in sede pudoris, signum accepisti. Recole frontem tuam, ne linguam expauescas alienam. Signum veteris testamenti circumcisio in latenti carne, signum noui testamenti crux in libera fronte. Ibi occultatio est, hic reuelatio. Illud est sub velamine, hoc in facie. Quom enim legitur Moyses velamē super cor eorum positum est. Quare? Quia non transierunt ad Christum: cum enim transieris ad Christum, auferetur velamen, ut qui habebas in occulto circumcisio, in fronte portes crucem. Nos enim reuelata facie gloriæ domini speculantes in eandem imaginem, inquit, transformamur de gloria in gloriam tanquam a domini spiritu. Ne tibi tribuas, ne hoc tuum putes, ne ignorans dei iustitiam, & tuam volens constituere iustitiam dei non sis subiectus. Transi ergo ad Christum, qui gloriaris de circumcisio. Inde enim vis gloriam habere, quod veretur ad ostendere. Signum est, verum est. A deo præceptum est, sed occultationis signum est. Nouum enim testamentum in veteri velabatur. Vetus testamentum in nouo reuelatur. Ideo signum ab occulto transeat in manifestum, & incipit esse in fronte quod latebat sub veste. Nam in eo signo Christum esse prænunciatum quis ambigat? Inde cunctelli petri: petra autem erat Christus. Ideo octauus dies circumcisio, & dominicus resurrectionis. Ideo Apostolus inde transiens, inde veniens: transiens scilicet ad dominum ut auferatur velamen, nouit vnde gloriatur, Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Quid enim prius dixerat? Neque enim qui circumcisi sunt legem custodiunt, sed volunt vos crucifigendi, ut in carne vestra gloriantur. Tu quid Apostole transferens signum? Mibi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hinc habeo, inquit, quod ignorabam, Venit testamentum nouum, reuelatum est quod occultabatur. Qui sedebant in vmbra mortis, lumen ortum est eis. Reuelatum est eis quod occultabatur, quod latebat in aperto est. Venit ipsa petra, omnes nos spiritu circumcidit & suæ humilitatis signum in redeptori fronte defigit, iam gloriatio in cruce sit Christi. Non nos pudeat humilitatis excelsi. Quom discretio ciborum, & carnis circumcisio, quorum deus venter est, & gloria in pudoris eorum? Illis futura prænunciabantur, iam facta credantur. Non sumus ingrati ei qui venit, si expectauimus ut veniret. Sed vnde iudæi ab hac gratia extorres, alieni, fugitiui? Quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Quæ scientiam ignorantes, inquit, dei iustitiam & suam volentes constituere: non tenentes deum nisi in præceptis, & suis viribus se arbitantes implere posse præcepta adiutorium denitarunt. Finis enim legis Christus, perfectio legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et quid facit Christus? Iustificat impium. Credendo quippe in eum qui iustificat impium, non pius, sed impius, facit. Tomus decimus.

ens pius quem reperit impius, Credenti ergo in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, tanquam ipse fecerit, tanquam sibi hoc ipse præstiterit, habet gloriam sed non apud deum. Qui autem gloriatur, in domino gloriatur, & securus dicit in tua iustitia erue me & exime me. Erunt enim & eximit in se sperantes, non suis viribus, quod acceperant, tribuentes. Et hoc ipsum enim est sapientiæ scire cuius est donum. Quis hoc dixit? Qui rogauit deum ut daret illi continentiam. Quæ iustitia, quæ particula iustitiæ impleri potest sine aliqua continentia? Delectat enim peccare: nam si non delectaret, non fieret. Minus autem delectat iustitia, aut non delectat, aut minus quam dignum est delectat. Vnde hoc nisi de languoribus animæ? Panis in fastidio est, & delectat venenū. Vnde iste languor sanabitur obsecro vos ista ne a nobismetipsis & per nosmetipsos, qui omnes idonei fuimus vulnerare nos? Quis nostrum est idoneus curare quod fecit? Sic & in ipsis delictis quis non quem voluerit vulnerat? Sed non quis quom voluerit sanat se. Sit ergo animus pius, sit fideliter Christianus, sit gratia non ingratus. Agnoscat medicus. Nunquam se sanat agrotus.

Roma. 4.

1. Cor. 1.

Psal. 30.

E

**B**ona opera fidelium de sua temporaliter terrenaque substantia, quom in thesauris cælestibus reconduntur, fides hoc videt, quæ pietatis oculum habet in corde. Vnde & ista ædificia, quæ congregandis religiosis cœtibus extruuntur, quom oculo carnis inspexerit, laudat interius quod cernit exterius, & visibili accipit lumine ad quod gaudeat inuisibili veritate. Neque enim occupata est fides inspicere quom pulchra sunt membra huius habitationis, sed de quanta interioris hominis pulchritudine procedant hæc opera dilectionis. Retribuet ergo dominus fidelibus suis tam pie tam hilariter tam deuote ista operantibus, ut eos quoque ipsos in suæ fabricæ constructione componat, quom currunt lapides vitii, fide formati, spe solidati, charitate compacti. Vbi sapiens ille architectus Apostolus scilicet fundamentum posuit Christum Iesum, summum ipsum lapidem angularem, sicut & Petrus de prophetica scriptura commemorat, ab hominibus quidem reprobatur, a deo autem electum & honorificatum. Huic adherendo pacamur, huic incumbendo firmamur. Simul enim est & fundamentum, quia ipse nos regit. Et angularis, quia ipse coniungit. Ipse est petra, super quam vir sapiens, ædificans domum suam, contra omnes huius seculi tentationes tutissimus perseverat. Nec pluuia irrurrit illabitur, nec flumini inundante subuertitur, nec ventis flantibus commouetur. Ipse est & pax nostra, qui fecit vtraque vnum: in ipso enim neque circumcisio quidquam valet, neque preputium, sed noua creatura. Hi enim duo tanquam parietes ex diuerso venientes, longe ab inuicem fuerant, donec ad illum tanquam ad angulum ducti etiam in illum sibi in copulati sunt. Itaque sicut hoc ædificium visibile factum est nobis corporaliter congregandis, ita illud ædificium, quod nos ipsi sumus, deo spiritualiter habitatorio constituitur. Templum enim sanctum est, inquit Apostolus, quod estis vos, si hoc non terrenis molibus erigimus. Hoc enim nunc visitantibus nobis, illud in fine seculi domino veniente dedicabitur, quando corruptibile hoc nostrum induet incorruptionem, & mortale hoc nostrum induet immortalitatem. Quia corpus humilitatis nostræ conformabit corpori gloriæ suæ. Videte enim quid dicat in Psalmo dedicationis: Conuertisti luctum meum in gaudium mihi, conuicisti saccum meum &

1. Cor. 1.

Psal. 30.

E

1. Cor. 3.

1. P. etri. 24.

Math. 7.

Eph. 1.

Gala. 6.

1. Corin. 3.

1. Corin. 15.

Philip. 3.

Psal. 29.

**G** accinxisti me latitia, vt cantet tibi gloria mea & non compungar. Quum enim edificamur, gemit ei humilitas nostra. Quum autem dedicabimur, cantabit ei gloria nostra. Quia in edificatione labor est, in dedicatione latitia. Dū ceduntur de montibus lapides, & ligna de syluis, dum formantur, dolantur, coaptantur, labor & cura est. Quum atē perfecti edificij dedicatio celebratur, gaudium & securitas laboribus curisq; succedūt. Sic etiam edificatio spiritualis, cuius habitator deus non ad tempus sed in eternū erit. Dum ex infideli vita homines segregantur ad fidem, Dum quicquid non bonū atq; peruersum est amputatur & ceditur, dum fiunt apertae, pacifice pacisq; iuncturae, quantae tentationes timentur, quantae tribulationes sustinentur? Quum vero aduenerit dies dedicationis domus aeternae, quum dicetur nobis, venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratū est ab initio mundi: quae illa exultatio quae securitas erit? Cantabit claritas, nec cōpungetur infirmitas. Quum ostendet seipsum nobis qui nos dilexit, & tradidit semetipsum pro nobis. Quum apparuerit hominibus quod est factus in matre, apparebit eis deus factor quod erat in patre. Quum ingredietur perfectam & ornatam, vniuersitate stabilitam, immortalitate vestitam aeternus ipse habitator domus suam, implebit omnia, fulgebunt in omnibus, vt sit deus omnia in omnibus. Hanc vnam visionē petiuit à domino quidam. Et ipse quidā, si volumus, nos sumus. Huius desiderio laborauit in gemitu suo, hinc lauit per singulas noctes lectū suū & lachrymis stratum suū rigauit. Propter hanc enim fuerunt ei lachrymae suae panes die ac nocte dū diceretur ei per singulos dies vbi est deus tuus? Ipse quippe ait, Vnam petij à domino hanc requiram, vt inhabitē in domo domini per omnes dies vitae meae, vt contempler delectationem domini & protegar in tēplo suo. Ipse habitator, ipse habitatio. Qui enī habitat in domo dei, ipsi sunt etiam domus dei, quae cōtemplatur delectationē eius, & protegitur in templo ei⁹, & absconditur in abscondito vultus eius. Hanc spē teneamus, rē nōdum videmus: si autē quod non videmus speramus, per patientiam expectamus & per patientiam edificamur. Eia ergo fratres si resurrexistis cum Christo quae sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedēs. Quae sursum sunt sapite nō quae super terram. Ideo enim & Christus fundamentum nostrū ibi positus est. vt sursum versus edificemur. Sicut enim terrenis moli- bus construendis, quarū grauius corpora non vtiq; nisi ad ima deurgunt, in imo ponitur fundamentum: sic nobis econtrario sursum est positus lapis ille fundamentū tale vt sursum nos rapiat etiam pondere charitatis. Alacriter ergo cum timore & tremore vestram ipsorum salutē operamini. Deus enim est qui operatur in vobis volentibus operari per bonam voluntatem. Omnia facite sine murmuratione, & tanquam lapides viuī coaedificamini in templum dei, & tanquam ligna imputribilia de vobis ipsis facite domū dei. Conquadrantini, dolamini: in laboribus, in necessitatibus, in vigiliis, in negociis, ad omne opus bonum paramini, vt in aeterna vita velut cōpage in societate angelorū requiescere mereamini. Iste enim locus tēporaliter edificatus, propter quorundam necessitatem, per opera mīa factus est, nec durabit in eternum, sicut & ipsa nostra corpora nō sunt vtiq; semperpiterna sed tēporalia atq; mortalia. Habitationē autē habemus ex deo domum nō manufactam, eternam in caelis vbi & ipsa nostra corpora cōuersione resurrectionis caelestia & sempiterna futura sunt. Et nunc quantis nōdum per spē, sicut erit facies ad faciem, tamen per fidem

habitat in nobis deus, & ei sic habitanti habitaculum per bona opera efficitur, quae opera aeterna non sunt, sed ad aeternam vitam perducunt. Ex quib⁹ est & hoc opus quod ista basilica fabricata est. Nō enim tales fabricas ibi operabimur. Nullus ibi locus ruiturus edificatur, quod nullus habitator moriturus ingreditur. Nunc tamen sit bonum tēporale opus vestrum, vt aeterna sit merces vestra. Nunc inquam, fidei & spei domū spirituali dilectione cōstruite in omni opere bono, qd tunc non erit, quia indigetia nulla erit. Fundamenta ergo in cordibus vestris apostolica & prophetica monita iacite: humilitatē vestram sicut pavimentum sine offensione prosternite: salutarē in corde vestro doctrinam orationibus & sermonibus tanquam firmis parietibus cōmunite, diuinis eos testimoniis tanquam luminaribus illustrate, infirmos sicut columnas sufferte, inopes sicut tecta protegitē, vt dominus deus noster pro temporalibus bonis aeterna restituat, & vos in aeternum perfectos dedicatosq; possideat.

In eodem festo, Sermo XVII.

**V**ando bona opera, etiam quae propter deum sunt, hominibus ostenduntur, quom ea faciunt boni & religiosi, nō laudes humane appetunt, sed imitanda proponuntur. Duplex est enim misericordia quae fit in bono opere, Corporalis est & spiritualis. Esuriētibus, sitientibus, nudis, peregrinis corporalia mīa subueniunt. Eadem tamen ista quae ostenduntur, & ad imitationē ceteros protocant, etiā spiritus mentesq; pascuntur. Alius pascitur opere bono, alius exemplo bono, ambo enim esturiunt. Ille vult accipere vnde alatur, iste vult videre quod imitetur, Monet nos de hac veritate etiam sancti Euangelij lectio, Christianis enim dicitur in deū credentibus, bene operantibus, spem vitae aeternae pro bonis operibus expectantibus, Vos estis lux mundi: & vniuersae vbiq; Ecclesiae diffusa dicitur, Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta. Erit, inquit, in nouissimis temporibus manifestus mons domus domini, paratus in cacumine montiū, ipse est mons qui ex paruo lapide creuit, & totum orbem crescendo impleuit. In illo edificatur Ecclesia, quae abscondi non potest: neq; accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Bene occurrit lectio quādo candelabra dedicantur, vt sit qui operatur lucerna posita in candelabro. Lucerna est enim homo qui bene operatur. Quod autē candelabrum? Mihi autē abūt gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Qui ergo secundum Christum facit, & propter Christū facit, vt nō gloriatur nisi in Christo, candelabrum est. Luceat omnibus, videant quod imitentur, nō sint pigri, non auari, prosit quod vident. Nō sunt oculis videntes & cordibus caeci: sed ne forte occurrat alicui quod dominus bona opera velut iubet abscondi, vbi dicit, Cauete facere iustitiā vestra corā hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. Debēt quāstio ista dissolui vt nouerim⁹ quē admodum domino obtemperemus, ne obtemperare illi non possimus cū eum cōtra iubere audimus. Hāc dicit, Luceant opera vestra corā hominibus, vt videant bona facta vestra. Hāc dicit, Cauete facere iustitiā vestram coram hominibus, vt videamini ab eis. Vultis nosse quā sit ista quāstio dissoluenda? Et nisi dissoluatur, molestē erit si remaneat insoluta. Quidā homines faciunt bene & timent videri, & omni studio quantū possunt, cooperiunt bona opera sua. Captant quando neminē videant, Tūc aliquid porrigunt, timētes ne offendāt in illud pceptū vbi dictū est, Cauete facere iustitiā vestram corā

K

L

Matth. 5.  
Esa. 2.

Danic. 2.

Lucae. 11.

M  
Gala. 6.

Matth. 6.

Matth. 6.  
Matth. 6.

hominibus

**A** hominibus vt videamini ab eis. Non autē deus iussit bona opera abscondi, sed in bonis operibus laudē humanā non cogitat. Denique cum dicit, Cauete facere iustitiā vestram coram hominibus: vbi finit vt videamini ab eis. Vt ideo faciant vt videantur ab hominibus, hunc fructum boni operis querant, hunc ferant, nihil aliud expectent, nihil superioris & caelestis commodi concupiscant. Si ideo solum faciat vt laudetur hoc prohibuit deus, Cauete facere. Quomodo? Vt videamini ab eis. Cauete hunc facere fructum, id est, visionem hominū. Iubet autem videri opera nostra, & dicit, Nemo accedit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et sic luceat opera vestra coram hominibus vt videant, inquit, bona facta vestra. Et non ibi remanet, sed glorificent, subiunxit, patrem vestrum qui in caelis est. Aliud est in bono opere querere laudem dei, Quomodo? Vt videamini ab eis. Aeternam gloriam acquisisti. Sic ergo faciamus vt nō videamur ab hominibus: hoc est, sic faciamus vt visionē hominum pro mercede non queramus, sed sic faciamus vt videntibus & imitantibus gloriam dei cognoscā⁹. Quod si nos tales non faceret, nihil essemus.

Lucae. 8.  
& 11.

**B** Sermo de eo quod apparuit dominus in rubo, ex vetusto exemplari: Habetur aliis uerbis Tomo. 6. fol. 189. col. 2.

**V**m sanctae lectiones legerentur, in ea quae scripta sunt in prima lectione quae nobis recitata est, animo intēdimus, & ea quae dominus suggerit breuiter cū vestra sanctitate participare curamus, ne carnaliter accipientes diuina mysteria, non solum non proficiatis, sed & deficiatis. Occurrit enim primō aspectibus nostris ex illa lectione diuina, quod deus apparuit Moysi. Apparere autem per substantiam suam, sicut est, non nisi mundis corporibus dignatur. Sic enim scriptum est in Euangelio, Beati mundo corde, quoniā ipsi deum videbunt. Oculis autem corporalibus sanctorum si quando deus voluit apparere, nō per seipsum, sed per creaturam visibilem atque sensibilem, quantum ista carne sentiri potest, apparuit: vel per vocem sonantem auribus, vel per ignem oculis, vel per angelum in aliqua visibili specie apparentem, sed personam dei gestantem: sic intelligimus fratres apparuisse Moysi deum. Nō enim maiestas illa, quae fecit caelum & terram & quae regit vniuersum mundum, cui semper inherant angeli cōtemplando eius pulchritudinem puris oculis mortalibus hominibus potuit apparere, nisi assumpta visibili & sensibili creatura, quae ad istos oculos visibiles corporis pertinet: quandoquidem & ipsa sapientia dei, per quae facta sunt omnia, humanis oculis non appareret, nisi humanam carnem assumeret. Quomodo ergo verbum dei, id est, filius dei, vt appareret oculis, carnem assumpsit, sic semper deus vt appareret oculis hominum, in aliqua creatura visibili apparere dignatus est. Nam apertissime habes in actibus Apostolorū quia angelus apparuit Moysi in rubo. Nūquid ista scriptura vera, & illa falsa est? Aut illa vera, & ista falsa est? Sed quid si Christiani sumus, si bene credimus, ambae sunt verae. Si ergo ambae sunt verae, quomodo ibi angelus dicitur apparuisse, nisi quia illa specie. Qui in actibus Apostolorum dicit apparuisse angelum, exposuit hanc lectionem quomodo apparuit deus. Illa declaratio expositio est obscuritatis huius, ne intelligens deū per seipsum apparuisse, illic tibi expositum est quemadmodum apparuit deus per creaturam angelum. Sic quid miraris quia dicitur cum appareret angelus, dixit deus. Et vocauit deus Moysen, & ac-

Exod. 3.

Matth. 5.

Ioan. 1.

Acto. 7.

cessit ad locum, & dixit dominus ad Moysen, quia non attenditur templum angelus, sed inhabitator angeli. Ipse enim angelus templum dei erat. Si enim dignatur in homine habitare & loqui, vt quando Propheta loquitur, dicitur. Dixit deus: quanto magis per angelum. Et cū dicitur dixit deus per Esaiam, quid erat Esaias? Nonne homo portans carnem, natus de patre & matre sicuti omnes nos? Et tamen loquitur, & quid dicimus in eloquiis ipsis? Hec dicit dominus: quomodo ergo si Esaias nisi quia deus per Esaiam: sic & hic loquente angelo dicitur deus loqui. Quare, nisi quia per angelum deus? Aduertite itaque soluta quāstione etiam istud in cuius rei signum videtur factum quod in rubo apparuit & rubus non comburebatur, non incendebatur. Et apparebat tanquam ignis & non incendebat rubum. Putamus rubum bonum aliquid significare, cum sint spinae? Si enim cōsumpsisset ignis spinas, significaret quia verbum domini quod dictum est Iudeis, consumpsisset peccata illorum, & lex illa finiret iniquitates ipsorum. Si enim sic ignis in rubo quomodo lex in Iudeis, sic sunt spinae rubi quomodo peccata Iudaorum. Sic enim non cremauit spinas, quomodo lex non cremauit peccata. Loquitur autem dominus ad Moysen: iam illa nostis, & non diutius vos tenere debemus propter angustias temporis: Ego sum qui sum. Misit me qui est. Cum enim quereretur nomen dei, huic dictum est, Ego sum qui sum. Hae dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos. Quid est hoc? O deus, o domine noster quid vocaris. Est vocor dixit. Quid est vocor? Quia maneo in aeternum, quia mutari non possum. Ea enim quae mutantur non sunt, quia non permanent. Quod enim est manet. Quod autem mutatur fuit aliquid, & aliquid erit, & nō tamen est quia mutabile est. Ergo incommutabilitas dei isto vocabulo se dignata est intimare, Ego sum qui sum. Quid est ergo quod postea iterum aliud nomen sibi dixit cum diceretur, Et dixit deus ad Moysen, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob: hoc mihi nomen est in sempiternum. Quomodo illa? Vocor hic quia sum. Et ecce hāc aliud nomen, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Quia quomodo est deus incommutabilis, fecit omnia per misericordiam, & dignatus est ipse filius dei mutabilem carnē suscipiendō, manens id quod verbum dei est, venire & subuenire nobis. Induit ergo se carne mortali ille qui est, vt dici posset, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Signa iam attendite, quae signa dedit Moysi, cum diceret, si mihi dixerit populus, non te misit deus: quibus signis ostendam quia misisti me? Dicitur est, Proice virgam quam habes in manu tua. Proiecitque virgam, & factus est serpens & exhorruit Moyses. Ait iterum dominus, Apprehende caudam eius. Apprehendit, & facta est virga sicut erat. Dedit & aliud signum, Mitte manum in sinum, & misit eam: producit eam, & produxit, & facta est sicut nix alba, id est, leprosa. Color enim albus in cute humana vitiosus est, Mitte illam in sinum, iterum misit, & recepit colorem suum. Dedit ei tertium signum. Tolle aquā de flumine & funde in aqualem locum. Tulit & fudit, & conuersa est in sanguinem. In his signis audiet populus te: si in primo non exaudierit, in secundo autem & in tertio audiet. Nos ea quae significant, quantum deus adiuuat, attendamus. Virga regnum significat, serpens mortalitatem. A serpente enim hominis mors propinata est. Ipsam mortem dominus dignatus est assumere. Virga ergo veniens in terram, serpentis speciem habuit: quia regnum dei, quod est Christus Iesus, venit ad terrā.

Esaie. 45.

Rubus

Exo. 3.

Exo. 4.

Virga  
Serpens.

DE VERBIS DOMINI SERMO.

**G** terram, Mortalitate indutus est, quam infixit in cruce. Nouit autem sanctitas vestra quia quando populus ille in eremo ceruicatus & superbus murmurasset aduersus deum, cepit morderi à serpentibus, & ipsis moribus cadere. Misericordia sua dedit deus remedium, quod presentem quidem sanitatem afferebat, sed futuram sapientiam predicabat. Ait Moysi, Suspende serpentem eneeum in media eremo in ligno, & dic populo, Quicumque fuerit percussus, serpentem istum intueatur. Et percussi homines intuebantur serpentem, & sanabantur. Et attestatur dominus in Euangelio tali signo. Nam cum Nichodemus loqueretur, ait, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit non pereat, sed habeat vitam aeternam. Sed hoc est quicumque percussus fuerit à serpentibus peccatorum, Christum intueatur, & habebit sanitatem in remissionem peccatorum. Ergo fratres ipsa est mortalitas quae suscepta est à domino, quam necesse est habere corpus eius cuius est caput homo in caelo, ita Ecclesia mortalitatem habet quod vulnus infictum est per suasionem serpentis. Debemus enim mortem peccato primi hominis, sed per eam ad vitam peruenimus aeternam, per Iesum Christum dominum nostrum, sed quando venit ad vitam & redit ad regnum in fine seculi. Nam ideo caudam tenuit, ubi finis est, ut ad pristinum reuocaret. Quid illa manus certum est quia & illa manus populum ipsum significat. Sinus hominis quid est? Sinus Moysi secretum dei. Cui esset homo in secreto dei, incolumis erat, & bono colore exiit à secreto dei, progressus est Adam de paradiso offenso deo & factus vitiosus. Facta est ergo manus illa alba, sed rediit ad sinum, per sinum domini nostri Iesu Christi, & recepit colorem. Quid autem illa aqua? Aqua illa significat sapientiam. Sepe enim posita est aqua in similitudinem sapientiae. Et dictum est, Fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Sed aqua illa sapientia, quae in terra sanguis effecta est, non nobis ostendit verbum carne factum & habitantem in nobis. Vtique ostendit, omnia ergo futuri seculi signa sunt & mysteria de domino nostro Iesu Christo. Et si qua alia sunt in veteribus libris sacramenta, illa siue intelligamus siue non intelligamus, querentem desiderant non reprehendentem. Petamus ergo, queramus & pulsemus, ut aperiat nobis. Illis futura predicta sunt sacramenta, nos presentia videmus in ecclesia.

Numeri. 21.

Ioan. 3.

Manus.

Sinus.

Aqua.

Ioan. 4.

Ioan. 14.

Pax quid.

tolli, nescit inflari, Humilis omnibus, omnibus mitis est. In ipsa requies, in ipsa tranquillitas. Pax est quae exercetur in Christiano, consummatur in Christo. Hanc qui amauerit, dei haeres est: qui contempserit, Christi rebellis est. Dominus enim Christus ad patrem remeans, haereditarium bonum, id est, pacem suam suis cultoribus dereliquit dicens, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Hanc pacem qui acceperit teneat, qui perdidit repetat, qui amiserit exquirat: quoniam qui in eadem pace inuentus non fuerit, abdicatus à patre, exhaereditatus à testatore, ut exutus & nudus inuenietur ab eodem domino alienus. Respuet munus oblatum, qui dat legem contempserit bonum, nec poterit ad haereditatem peruenire, qui testamento noluit inferuire. Pacem quam Christus dimisit Christiane amplectere, ut dei haereditati cultor possis adherere. Voluntatem domini in te transfusam ostende. Beati, inquit, pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Scriptum est discordibus, scriptum est inimicis. Filius esse, nisi pacificus non potest. Inimicos abdicauit, qui pacificos filios fecit. Aut enim datam pacem Christiane conserua, aut gloriam tibi salutis ablatam, si non amaueris pacem, cognosce. Non potest promissa dei recipere, qui cum fratre noluerit concordare. Non potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Si de nobis à Christo vicaria passio peteretur, & filij dei sanguis, qui pro nobis effusus est, ad pensandum nostro sanguine quaereretur, quanta instantia vel officio fuerat festinandum, ut & iussa tantae maiestatis expleres, & vicariam passionem deprehendere gaudeas, & pro morte vitam acquirere & passione reciproca compensare: Et nunc quomodo poteris pro Christo animam ponere qui pacem ab eo delegatam nolueris conseruare? Contumaciae crimen est, quod iubetur contemnere, quod praecipitur nolle, quod imperatum est declinare. Pax enim Christi est bonum, discordia diaboli malum: auctori respondet, qui de utroque alterutrum eligit. Quid tibi cum discordia Christiane, quae principem suum diabolum interemit? Quid amas similitudinem, quae placere auctori non potuit? Quid exeres inimicitias, quas euadere non potuit nec ille qui eas primus inuenit? Inimicitias in protoplasto dum serpens exercet, interficitur: dum homini inuidet, ipse prosternitur: dum Adam decipit, iugulatur. Et contra Christus tantum homini charitate adhaesit, tantum eum vnica benignitate amauit, ut eum commendaret patri, sociaret sibi, dum carnem propter ipsum descendens induit. Scriptum est, Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt ex parte illius: non quod tamen cadat in Christianum, quam cadet in diabolum, quia Christianum concedet conseruare, quod constat à domino didicisse. Quare Christi charitatem amplecti debemus, ut cum filio in aeterna beatitudine viuere possimus.

Ioan. 14.

Matth. 5.

L

M

Sapient. 2.

Tomi decimi Finis.

Index quaternionum.

abcdefghijklmnopqrstuvwxyz  
 ABCDEFGHIJKLMNOPQRS.

Omnes sunt quaterni praeter S, qui est ternus.

PARISIIS

EX OFFICINA CAROLAE GVILLARD.

ANNO M D XXI.

